INCINERATIO MORTALIVM,
hoc est,
CONCIONES FVNEBRES,
IN QVINQVE LIBROS DIGESTAE: E' VARIIS AVTHORIBVS COLLECTAE,

MVNDANIS OMNIBVS, ITEMQVE MVNDI CONTEMPTORIBUS, ac præcipue Concionatoribus vtilissimæ.

AVTHORE

Reuerendiss. D. Georgio Bartholdo Pontano à Braitenberg: S. Metrop. Ecclesiæ Prag. Præposito: Olomucens. & Budissinens. Canonico: Protonot. Apost. Com. Palat. S.C. Maiest. & Sereniss. Archiducis Maximiliani Consiliario.

Quæ præterea hoc opere contineantur, Vide Lector pagina decimaquinta.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Sumptibus Antonij Hierati.
ANNO M. DC. XI.
Cum grat. & Priuileg. S. Cæsar. Maiestat.



REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO IOANNI SVICARDO, S. MOGVNTINÆ SEDIS ARCHIEPISCOPO, S. ROM. IMPERII PER GERMANIAM ARCHICANCELlario, Principi Electori, Domino suo Colendissimo, Obseruandissimo & Gratiosissimo.



Vdouicus Cælius Rhodoginus, author simul & doctissimus & copiosissimus in theatro suo vtriusque linguæ, seu, vt ille indigitauit, in libris suis triginta lectionum antiquarum, lib. 13. c. 10. Historia elegantissima vellicat aures omnium mortalium, vt attenderent; Quid essent, & quidem mortales, quibus omnes naturæ humanæ conditiones & casus, omnia fortunæ aduersæ fulmina impendent, vt præter mortem quidem nihil habeant certius, sed & vitam hanc multis amaritudinibus permixtam, ne quis etiam sapientissimus aut potentissimus in hoc grauissimo corporis ergastulo constitutus, falsò glorietur. Verū author allegatus scribit in hæc verba: Coierant fortè in symposiū Ceus Simonides, & Lacedæmonius Pausanias. Institit à Simonide is efflagitare, vt quippiam promeret graue, & quod omninò sapientiā resiperet: qui ridens, inquit: *Esse te hominem, ne exciderit tibi.* Spreuit id euestigio Pausanias, esseq; prorsum nihil, est opinatus. Tumidior iā, inq; Medicos procliuiter degenerans mores, ac sibi nimiū placens & altiora meditans, quod regi foret hospitio iunctus, forsan & vino permulsus satis. Verū posteaquā omniū inops in Chalciæco se occlusum animaduertit, fame (quod miserrimum est) moriturus,

Pausania historia.

Memento te hominē, dictum sapientissimū.

paulò mox, tunc demum resipiscens, Simonidæ dictum perpendere ampliùs cœpit, sed ita, vt inter æstuantis animi conuulsiones ter in eam prorumperet vocem: *O Cee hospes, magnum igitur quiddam oratio erit tua sed præamentia esse nihil opinabar.* Hæc ille. Et profectò ita se res habet, vt solius illius humanæ cõstitutionis recordatione, non secus ac alæ iactabundæ pauonis, omnes cogitationes nostræ, quæ ambulant in mirabilibus, concidant & euanescant: atque sicut ad Christi vocem: *Ego sum*, milites omnes, qui venerunt eum comprehensuri, in terram fuerunt prostrati, ita ad vocem, *Homo es*, omnes animi contra rationem reluctantis motus eneruantur, & rediguntur in nihilum. Sed & triumphantibus ingesta fuit olim commonitio, vti meminit in Apologetico Septimius Florus, dicendo: *Respice post te, hominem te esse memento.* Quod optimè sensit Philippus rex Macedonum, qui dedit id muneris puero suo, vt ad exortum solis ingressus inclamaret: *Homo es Philippe.* In eundem modum venit diebus singulis, qui Ferdinando Romanorum Imperatori diceret: *Viue memor lethi Ferdinande.* Qua de causa, nonnulli caput demortui, vel ad lectum, vel ad mensam reponunt, aut in Rosarijs effictum gestant: aut ossa mortuorum visitant, aut quid simile sibi ob oculos constituunt, vt se homines non obliuiscantur, nec aliquid humani ab eis alienum esse, persuasum sibi habeant. Ideoque sanctè instituit mater nostra, sanctissima Ecclesia, vt capita viuentium cineribus conspergerentur, memores se cineres esse, & in cineres abituros, neue vllus locus vanitatibus aut persuasionibus mundanis relinqueretur. Succubuerunt omnes vel naturæ defectu, vel fortunæ iniquæ fulmine, qui ad hanc vsque horam in toto terrarum orbe aliquid esse voluerunt, aut fuerunt iudicati. Ex alia parte & hoc consideratione dignum, dum quis hominem se norit, iuxta Pythagoræ vetus Oraculum: *Te ipsum reuerere.* Vt cùm quis in honore sit collocatus, non inter iumenta reputetur, & sit omninò terræ filius, quales fuêre gigantes, qui cum cælitibus bellasse dicuntur, quod aliud non videtur, quàm naturæ repugnare: sed potiùs cælo natus qui cælesti mente cælestia sapiat ac conquirat, aut planè Dei filius, qui vitæ integritati cultuique diuino se solummodo deuoueat. Abdalum Sar-

Homo es, quid.

Adhortatio ad triumphantes.

Philippi Macedonis mos.

Ferdinandi Cæs. mos.

Mortuorum capita seruãdi mos.

Cinerum cõspergendorum ratio.

Pythagoræ dictũ pulcherrimũ.

Terræ filij qui.

Cæli filij qui.

racenum ſcribunt nonnulli interrogatum, *Quid in hac quaſi mundi ſcena admirandum maxime ſpectaretur: nil videri homine praecellentius*, reſpondiſſe. Cui ſententiæ illud Aſaph Prophetæ ſuccinere manifeſtum eſt: *Dij eſtis, & filij excelſi omnes*. Quo magis mirum eſt, pleroſque mortalium ita breuiſſimos vitæ annos tranſmittere, vt cùm in honore eſſent, brutis & iumentis inſipientibus maluerint ſe aſſimilare. Etenim Mercurius & Plato in legibus aſtruunt, *Hominem miraculum magnum, animal adorandum & honorandum*. Cæterùm eundem hunc hominem, idem Mercurius *in naturam Dei tranſire* ſcribit, tanquam ipſe ſit Deus. Et in libro de potentia & poteſtate Dei, humanæ naturæ admiratus potentiam eximiam, autum eſſe ait dicere: *Hominem quidem terrenum, Deum eſſe mortalem: Deum verò cæleſtem, eſſe immortalem hominem*. Aduertendum etiam, duo eſſe principis rerum Dei ſimulachra; mundum & hominem, qui & in Canonicis Decretis dicitur, *Charagma Dei*, ſiue ſignum, aut annulus, aut ſculptura, vbi pecuniæ nomine ſpiritualiter hominem ſignificari oſtenditur. Nam ſicut in nummo charagma Cæſaris, ita in homine conuiſitur charagma Dei, & obſignatio. Et vti nummus abſque imagine Cæſaris reprobatur, conſimiliter & homo, in quo non pernoſcamus lumen impreſſum Dominici vultus. Quod, vt inquit Auguſtinus, totum eſt & verum hominis bonum, quo obſignatur, veſut nummus regis imagine. Proinde in templo nummulariorum ſubuertuntur menſæ, dum ſignificatur in templo Dei ſpirituales tantum nummos eſſe debere, qui Deum præferant, non diabolum. Et Mercurius: *Eſt hominis menſura ante omnes Religio, quam ſequitur bonitas*. Ea demum tunc eſſe videtur perfecta, ſi etiam cupiditatem omnium alienarum rerum deſpectui habeat, virtute munita. Vnuſquiſque pietate, religione, prudentia, cultu & veneratione Dei clareſcit, quaſi oculis vera ratione perſpecta, & fiducia credulitatis ſuæ, eatenus inter homines præſtans, quatenus aſtra reliqua ſol luminis maieſtate dignoſcitur præcellere. Et Pythagoras: *Accedendo ad Deum efficitur vnuſquiſque optimus*. Hæc ideò à me dicta ſunt, vt & lucem maiorem mortalibus afferant, ſciantque, quid ſit noſſe ſe hominem, ad fortunam omnem in hac vita ſufferendam: ad diſſipandas & elidendas omnes inordinatas animi cupiditates, & effrenatos motus: ad meditanda cæleſtia, & poſt hanc ſcenam

Homo admirandum ſpectaculū.

Homo miraculū magnum, animal adorādū, honorādum, Deus mortalis.

Simulachra duo principis rerū Dei.

Homo ſignatura Dei.

Religio eſt hominis menſura.

nam mundi, vitæque fabulam, vbi humanis rebus dicetur valere & plaudere, gaudia sempiterna consequenda, quorum causa natus est homo: & ad discutienda melius ea, quæ in his libris meis, *Incinerationis mortalium*, consignantur. Nam & cura mortuorum à S. matre Ecclesia, & à sanctis Patribus piè præscribitur: quamuis apud Albanos defunctorum vel meminisse, sceleris loco fuit, cùm quibus tamen pretiosa infoderunt, vnde genti paupertas summa. At qui & Aristoteles l. 9. de animalibus, dic. *Apes omnes, cùm aliqua illarum in alueo moritur, cadauer fores educunt.* Euripidis mortui, & conditi in Macedonia prope Arethusam, sepulchrum de cælo tactum est: quod eo mirabilius visum, quòd ad id æui mortalium contigisset nulli, extra quàm Lycurgo, quem dijs gratissimum pijssimumque intelligi voluêre annales. In Hephestionis funere, quod magnificentia inenarrabili est ab Alexandro editum in Babylone, in fastigio summo stabant Sirenes, intus inanes sic, vt hominum essent capaces, qui funebrem occinerent næniam. Funusque ita celebratum ab Alexandro, vt ea, quæ toto terrarum orbe vnquam sunt edita, facilè excesserit magnificentia & sumptu: quando ad duodecim talentorum millia traduntur infusa, quo nomine in prouerbij faciem sciêter trahi potest. Verùm quid dicam? *Omnia, Lucili, aliena: tempus tantùm nostrum est*, scribit ad Lucilium Seneca, qui & ad eundem alibi: *Necesse est, vt mors aut non perueniat, aut pertranseat. Quicquid autem ætatis retro est, mors tenet.* Cumque cogitare inciperem, cuius gratiæ & patrocinio elucubrationes has meas subijcerem, deuouerémque, venit mihi in mentem subitò Reuerendissimæ & Illustrissimæ C. V. dignitas maxima & authoritas, vitæ benè actæ splendor, famæque illustris celebritas, clementia item & affabilitas, quam ipse, licet immeritus, expertus collaudare compellor, quæ nunquam non vel sortis postremæ etiam hominibus patet, renidens perpetuò, nec ferè Reuerendissima & Illustrissima C. V. hilarior, quàm vbi eam adeat quispiam sua vsurus magnificentia, naturæque diuinioris largitate, atque ad illud fastigium honoris excelsum tandem euecta, duce virtute, comite non fortuna, sed illa ipsa sacerdotali luce, qua fulgurant vibratiùs sanctiorum mentes, dum labia eorum custodiunt scientiã, & in superciliis montium excitatam ciuitatem sciunt non posse latere. Ideò Seneca ad Lucilium: *Lauda hominem in eo, quod dari, nec eripi potest, & quod est proprium*

Cura mortuorũ apud Albanos abominabilis.

Apes sepeliunt seipsas.

Euripidis sepulchrũ de cælo tactum est.

Hephæstionis funus sumptuosũ.

Electoris Moguntini virtutes.

proprium hominis, hoc autem nec domus est pulchra, nec vestis, nec familia formosa, sed animus & ratio perfecta. Et licet virtutum Reuerēdissimæ & Illustrissimæ C.V. multa & magna satis series, quæ omnibus par, nemine inferior, imo multos post se longè relinquat, pietate, virtute, authoritate & gloria: multisque viris, omni exceptione celeberrimis, comparari possit, hoc saltem, quod de Valeriano, Romano illo viro incomparabili dictum fuit, de eâdem optimè pronunciandum censeo. Cùm enim de Censore creando in senatu ageretur, ita pronunciatum fuit voce omnium vna, scribit Trebellius Pollio: *Valeriani vita censura est. Is de omnibus iudicet, qui est omnibus melior: is de senatu iudicet, cui nullum inuri crimen potest: is de vita nostra sententiam feret, cui obyci quicquam nequit. Valerianus in tota vita Censor, prudens senator, modestus, grauis, amicus bonis, tyrannorum hostis, criminosorum inimicus, ac vitiorum multò magis. Censorem hunc accipimus, imitari hunc omnes volumus: genere hic est primus, sanguine praecellens, vita emendatus, doctrina clarus, moribus insignis, exemplum antiquitatis.* Hæc ille. Sic autem vitæ integritas Reuerendissimæ & illustrissimæ C.V. & rerum agendarum dexteritas, & fœliciter & perpulchrè correspōdent, vt eam Augustiss. Rom. Imperator Rudolphus II. tanquam cor suum & Rom. Imperij, singulari tam amore, quàm honore dignetur: Electores simul, & Archiduces Serenissimi, Patrem appellent honorentque: Principes, Proceres, & viri quique excellētissimi suspiciant, venerentur, digneque colant: atque in omnium bonorum ore Reuerendissimi & Illustrissimi Principis Electoris, Ioannis Suicardi Archiepiscopi Moguntini laudum encomia versentur, qui & verbis planè byssinis, quoties opus est, proloquatur. Sic enim Parysatin Cyri & Artaxerxis matrem dicere solitam accepimus: *Regem qui promptè, nec animo timidiore concionaturus foret, debere byssinis verbis vti.* Byssina autem verba dicuntur, quæ sublimitatem habeant ac magnificentiam, nitorem quoque ac authoritatem, quando hæc pars est, quæ popularem exprimere fragorem potest, ac efficere, vt dicentes laus insolita prosequatur. Huic rectè conuenit Agesilai cognomento Magni apophthegma bracteatum, & omnium foribus appingendum, qui sciscitāti cuidam, quonam pacto gloriam apud homines adipisceretur: *Si dicas,* inquit, *optima, facias autem pulcherrima.* Sed & Ambrosius: *Fortis viri est non dissimulare, cùm aliquid immineat, sed prætendere, ac tanquam explorare de specula quadam*

Valeriani Romani laus.

Cæsaris amor erga Electorem.

Principum item amor.

Byssina verba quæ.

Apophthegma Agesilai Magni.

 dam

dam mentis, & cogitatione prouida rebus futuris obuiam ire. Hinc apud Græcos vulgatum illud: *Sapiens vno minor est Ioue.* Sed & Sextius dicere solitus: *Iouem plus non posse, quàm virum bonum.* Hic verò vir ille est, quem Plato in Protagora diuinum vocat & sacratissimum, cuius operationes in quacunque re ac fortuna semper sunt similes, & mediocritatem illam virtutis semper seruantes. Sed & Laconibus id fuit persamiliare, vt cùm aliquem admirarentur, diuinum prædicarent esse virum, quando per virtutis excellentiam (vti aiunt) ex hominibus dijt fiant. Proindè cauendum, inquit Plato, *primò est, ne quid in Deum verbo aut opere aliquando peccemus: deinde ne quid aduersus diuinos homines. Deus quippe nimium indignatur quoties quispiam illius similem improbat, aut probat dissimilem. Dei autem similis est vir bonus. Imò sacratissimus omnium est vir bonus, prophanissimus contrà vir malus.* Et quid clarius de Reuerendiss. & Illustriss. C.V. posset proferri? Cumque tria sint viuendi genera, Ciuile, Contemplatiuum, Religiosum: In ciuili prudentia, in contemplatiuo doctrina, in tertio, quasi fastigio quodam vitæ totius, præter illa duo, sanctitas exigitur. Quæ cum Reuerendissima & Illustrissima C.V. simul complectatur, maximè tamen postremum monumentis suis contestatum relinquit. Vidimus, & quidem illud à sæculo in hoc sacro Regno Bohoemiæ non auditum, posterisque memoria sempiterna commendandum: præter id, quod Reuerendiss. & Illustriss. C.V in locis sacris, vti S.Iuani, Beatissimæ virginis Mariæ in veteri Boleslauia, & hic Pragæ pietatis vestigia impressit: & præter id, quod processioni solennissimæ corporis Christi in Ecclesia Metrop. & apud RR. Patres Societatis Iesu, itemque apud S.Thomam, cum Electoribus & Archiducibus Serenissimis deuotissimè interfuerit: sed & in veteri Praga die Dominico infrà Octauam Corporis Christi, sanctissimum Sacramentum gestarit, præcedentibus cereis, vexillis, tympanis, tubis, clero & populo, subsequentibus Electoribus, & Archiducibus Serenissimis, Ernesto Coloniens. Archiepiscopo, Maximiliano Tyrolis, Ferdinando Styriæ principibus Religiosissimis: Oratoribus item & Legatis Illustrissimis, necnon proceribus Regni, populoque innumero ad id Orationis causa confluente. Et quomodo non solum dignata est pauperum religiosorum monasterij sancti Iacobi deuotionem, solennitatem, & processionem annuam præsentia sua confirmare,

Sapiens vno minor est Ioue.
Iouem non plus posse quàm virum bonum.
Vir bonus quis.
Vir bonus quomodo reputãdus.
Viuendi tria genera
Elector Moguntinus commendatur à pietate & zelo.

mare, sed & gloriam Altissimi, & Religionis Catholicæ veritatem tam asserere publicè, quàm propagare, in ædificationem Catholicorum omnium, in confusionem aduersariorum omnium, fremant licet & rumpantur ilia. Ita enim in vita S. Laurentij, Veneti patriarchæ, legitur ipsum dixisse: *Qui, cùm posset Domino suo frui, non frueretur,* (scil. per Missæ sacrificium) *facile se declarare, Domini sui curam non habere.* Et ibidem: *Beatitudo quò acquiratur, nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet.* Item: *Charitas hoc virtutibus, quod pani sal.* hanc solum dæmon nequit imitari. Quod exinde venit, prout in eadem vita scribitur: *Veram scientiam esse hæc duo: Deum esse omnia, & se nihil.* Vnde & Seneca ad Lucilium: *Turpissima est iactura, quæ per ignorantiam & negligentiam fit.* Vidit quasi tota Bohœmia, qualiter Reuerendis. & Illustris. C. V. diuinissimum sacramentum portârit, non secus ac Simeon senex venerandus cum exultatione Christum puerũ in vlnis suis: ac sicuti Moyses inter Deum & homines mediator constitutus, orauerit & clamârit in corde suo cum Abrahamo ad Deum pro Ecclesia Catholica, pro Repub. Christiana, pro concordia Christianorum principum, pro salute fœlicique statu totius Regni Bohœmiæ. Fuit anno primo, tertio, decimosexto Petrus Archiepiscopus Moguntinus Elector, & Ioannis Regis Bohœmiæ Prorex, qui & eodem anno Dominica Iubilate, chorum templi S. Thomæ, in præsentia eiusdem Regis, Archiepiscopi Treuiren. & multorum Episcoporum, nec non procerum Regni, dedicauit Deo, cùm aduerteret absente Rege, Ludouici electi Romanorum Regis partibus, cõtra Fridericum Austriæ Ducem, & vt competitorem adhærente, Bohœmos indomitos, nec bonis verbis, nec benignis exhortationibus, nec sermonibus seuerioribus, ad pacem & vnitatem redigi posse, Legatos suos cum literis ad Ioannem Regem Lucẽburgũ vsq; destinauit, & ipse à Regno discessit. Constitutus aũt iam in finibus Bohœmiæ, respexit terrã, quam reliquit, dic. *Dominus Deus dignetur huic prouinciæ frumento, auro, argento, alijsq́; metallis diuiti dare benedictionem populo verò prauo & recalcitranti, loco benedictionis maledictionem.* At Reuerendis. & Illustris. C. V. tulit ramum oliuæ in hoc diluuio, pacem dedit populo, pacem reliquit populo, omnem operam, studium, ingenium, authoritatem & dignitatem impendit, cum serenissimis Electoribus Ernesto Colonienſ. Christiano Duce Saxoniæ, Maximiliano, Ferdinando, & Leopoldo Argentoraten.

Scientia vera est. Deum esse omnia, & se nihil.

Petrus Moguntinus Archiepiscopus & Elector fuit Bohemiæ Prorex.

raten. & Patauien. Episcopo, Archiducibus, & Illustrissimo Duce Brunsuicen. Henrico Iulio, vt concordia fraterna inter Rudolphum Cæsarem D.D.N. Clementissimum, & Serenissimum Regem Vngariæ, Matthiam Archiducem Austriæ, cõfirmaretur, tumultus in Imperio bellici sedarentur, inter principes Christianos amor verus coalesceret, Respub. Christiana in pace viueret: & in Metropolitana ciuitate Bohœmiæ comitia, aliàs in hoc Regno inaudita (Deoque laus & gloria) auspicatissima celebrarentur. Hæc Reuerendissimæ & Illustrissimæ C.V. vigilijs, laboribus, & pijssimis desiderijs boni quiq; accepta referunt, quæ & in hoc veritatem symboli sui (sc. Kunigundis cingulo insculpti) expressit: *Spei solamen patientia.* quæ tam patienter per omne tempus laborauit, expectauitque, donec tempestatibus mitigatis, & explosis nubibus, serenitas optata iterũ affulgeret, animosque languescentes radijs lætioribus erigeret: sic Reuerendissima & Illustrissima C.V. apud omnes homines summè celebratur, adeò vt eorum animos in se perpensos allexerit, naturali quodam, vt sic dicam, innato impetu; Tanta verò beneficẽtia me sibi deuinctum reddidit, vt eidem semper deditissimus, nihil in me habeam, quin in laudes ipsius effundere paratus sim: Gratitudo etiam ipsa hoc iure suo exigit, quæ virtutum omnium mater est, quoniam ex huius fontibus profluat in parentes pietas, in patriam Charitas, in Deum Religio, inter homines amicitia, in educatores & Magistros veneratio. Et Xenophon meminit, apud Persas ingratitudinis causam agi strictissimè, pœna seuerissima irrogata ei, qui in benè de se meritum deprehenderetur animi parum grati. Nam ab hoc genere hominum tum irreuerenter Deos haberi, tum parentes, patriam, & amicos negligi, colligunt. Adde ingratitudini præcipuè impudentiam adglutinari, abs qua in flagitia feramur præcipites vel fœdissima. Quod etsi præ fortunæ meæ tenuitate, Reuerendissimæ & Illustrissimæ C.V. palàm facere cumulatius, vt velim & debeam, non possum: tamen quia iuxta vetus adagium, Mola salsa litant, qui non habent thura: in huius certitudinis euidentioris vadimonium, Incinerationem hanc mortalium offero, dedico, & deuoueo. Probè quidem noui, & hinc magis confundor, quæ sit libri energia & descriptio, quodq; hæc libris meis non correspondeat. Ita enim Lucas de Penna in rub. de nauclerijs Lib. 11. scribit: *Liber est lumen cordis, & speculum corporis, virtutum repertorium, vitiorum confusorium, corona prudentum, diadema sapientum, honorifi-*

Elect. Vogunt. symbolum.

Gratitudo quid.

Adagium.

Liber quid

norificentia Doctorum, clarificentia Rectorum, comes itineris, domesticus fidelis, socius colloquentis, vas plenum sapientiæ, via recta eloquentiæ, hortus plenus fructibus, pratum fluens floribus, mare sine fluctibus, principium intelligentiæ, fundamentum memoriæ, hostis oblivionis, amicus recordationis: vocatus properat, iussusq; festinat, rogatus respondens, fideliter obediens, contra fortunas lictor, atque verus tui ductor, hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ vivæ, paradisus absque ruina, ædificans te gnarum: si reperit ignarum, nunquam patitur fastidium: & si graues eum nimium, arcana reuelat, & obscura clarificat. Hæc ille. Rogo autem Reuerendissimam & Illustrissimam C.V. vt quicquid in me, & in hoc opusculo meo deficit (prout & in plurimis deficere recognosco) sua sapientia, bonitate, & clementia supplere, suaque gratia me, Sacellanum suum, obligatum complecti dignetur. Deus ter Opt. Max. Reuerendissimam & Illustrissimam C.V. pro nominis sui gloria, pro Ecclesiæ SS. conseruatione & propagatione, pro statu totius Imperij fœlicissimo, pro Archiepiscopatus Moguntini salute, omnique fœlici successu ad animi sui pientissimi salutaria desideria per annos Mathusalemi conseruare, omnique benedictione sua prosperare dignetur. Pragæ die Sapientiæ. Anno 1610.

Reuerendissimæ & Illustrissimæ C.V.

Sacellanus deditiss.

Pontanus.

QVid est, quod angat pectus, ô mi liuidule,
Lepidissime, mellitissime, nitidule, auree,
Suauissime omnium, charissime omnium?
Quid est, quod angat pectus? est nè, quòd meæ
Elucubrationis haud libens oles
Nidorem? ocelli non ferunt tui graues,
Meos labores? & tuæ aures tinniunt,
Si quando celebris fama de me spargitur?
An dextra trepidat, si meorum quid tenes?
Singultit intercepta vox, dum disijcis
Hinc inde folia, dubius, vt quid afferas?
Dicis facessit hic negotium sibi.
Quod ille nomen, quasve quærit gratias?
Attende; nil est, ne queraris liuidule:
Ne lachrumes, nil exprobres, ô liuidule.
Quæ dona fingis, quasve dicis gratias?
Quæ cura te remordet, ac similes tui?
Displiceo, dum quid forsan edo carmine,
Oratione vel soluta, dum breues
Suffuror horas occupationibus,
Parcus soporis, abstinensq; ludicris?
Iudicia varij varia de me fabricant.
At hi dolendi: namq; frustrà se cruciant,
Illisq; cuncta displicent, quæ perplacent
Doctis, bonis, recteq; sentientibus.
Aselle ride, Doctor ignorantiæ,
Tot sunt libri boni, tot sunt volumina
Doctissimorum, de quibus scientiam
Haurire posses semper admirabilem.
Nil scis, nihil studes, nihil potes: teris
Tempus, popellum aselle nugis detines:
Lallas, screas, pulsas Cathedram, stentoris
Clamore reples cuncta. quid enim est hoc sapere?
Ride dolende liuor, ô ride satis:
Ridende ride liuor, ô ride satis.
Io triumphe, Io atque Io, triumphe Io.

fas est tete esse PVDICVM.

EPIGRAMMA

REVERENDI D. P. THEOPHILI CRYSTECCI, Rectoris Collegij Societatis Iesu Pragæ.

O Superi his prohibete boni ciner alibus omen,
Ne sua Czechiacus fata præoptet Olor.
At quis Olor? non degeneri prognatus ab ouo,
Ponte vbi prisca pias Brixia sternit aquas.
Bartholdos dixêre, genus memorabile; vel cùm
Illis obstreperent Anseris arma vadis.
Sed tamen hic noster pennas Olor altius olim
Extulit, & veteres ante volauit Auos.
Fonte laboriferum nec frustrà nomen adeptus
Sacro, percoluit gnauiter Artis agros,
Et virtutis: ab his plumas quæsiuit eundo,
Par Aquilis donec factus, & Astra subit.
Augustis hinc deinde Dijs, tibi, summe Rudolphe,
Notior, & toto gratior orbe volat.
Fama viro dederat pernices nominis alas:
Euros ingenium præuolat, atq; Notos.
Sistitur hinc summo tam lati vertice Montis,
Conspicuus toti redditur vnde solo.

O quot

O quot ego hîc memorem data serta, insignia, honores!
Ista sed haud deerunt, qui memoranda canant.
Me labor, & virtus in Honore exercita tanto,
Præ reliquis ad se fortius vna rapit.
Quàm pede multa libri stricto, quàm multa soluto
Seria mixta iocis, iuncta prophana sacris!
Sed sacra præsertim, deuexa ætate loquuntur,
Nuper vt illa ferax Bibliotheca fuit.
Codicibus pro mille satis quæ sufficit vna:
Qualis & hæc, Cinerum cui benè nomen inest.
Sacrum opus, & dignum Cigni grauioribus annis,
Quodq; ipsum Cineri det superesse suo.

ARGVMENTA GENERALIA SINGVLORVM LIBRORVM,
quæ in hac Incineratione Mortalium Reuerendiss. Pontani continentur.


PRimus Liber tractat de Contemptu mundi in genere.
Secundus de eodem, quantum ad mortis præparationem.
Tertius de Funeribus Ecclesiasticorum.
Quartus de Laicorum funeribus.
Quintus de consequentibus mortem, id est, de gaudijs beatorum, & tormentis damnatorum tractat.
Accedunt eodem Authore Introductiones in Funebres Conciones, ex Euangelijs Dominicalibus totius anni.
Præterea Breuiarium Aureum Concionatorum seorsim excusum.

Argumentum Operis generale:

Principium vitæ, mediumque, & clausula, mors est:
Disce mori ex alijs: namque necesse mori.



PRÆFATIO AD LE-ctorem candidum.



Ector candide, non possum non bona fide & in silentio quodammodo tibi concredere, quomodo de Bibliotheca Concionum, opere meo, nonnulli, pro ut sunt ipsorum ingenia, varie iudicarunt. Quidam asseruerunt me non nisi aliorum auxilio illud ipsum scripsisse. Sed producam impressorem solùm cum familia sua, qua testabitur à prima litera vsque ad vltimam esse eandem, adeoq; manum meam: Et ratio conuincit, quod in contextu continuo ex tot authoribus prosequendo, scriptor debeat esse sibi præsens & discretus, vt sciat, quo, quid, cur & quomodo ponat. quod per alium fieri minime potest. Quidam contumeliosè dixerunt, me ex authoribus alijs opus illud congessisse. Et hoc ipsum fateor, & authores celebriores allego. Quàm ingratus essem Deo & hominibus, si propria illa venditarem mihi, argueret me conscientia, & insuper D. Paulus 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? *Eccl. 2.* Noli esse iustus multum, neque plus sapias, quàm necesse est, ne obstupescas. *Galat. 6.* Nam si quis existimat, se aliquid esse, cũ nihil sit, ipse se seducit. *De Deo solo dicit D. Paulus Rom. 11.* Quis cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? *Quis est ille stultus, qui auderet sibi tantum assumere? Nonne & qui quod loquitur, didicit ab alio? Et alij ab alijs non tantùm scientias, sed & alphabetum, & orationem Dominicam acquirunt. Quid mirum autem, si ego Bibliothecam meam ex authoribus quibusq; optimis concinnaui, & quidem in hunc ordinem, in vnum librum, cum magno iudicio, non sine magno labore & fastidio meo, cum magna vtilitate eorum, qui volent legere (vt reliqua prætermittam) digessi, & expensis meis publicaui. Sed verè contingit mihi, quod scribit Eccl. 2.* Alius laborat in sapientia & doctrina, & sollicitudine; & homini otioso quæsita dimittet. *& Eccl. 24.* Videte quoniam non solùm mihi laboraui, sed omnibus exquirentibus veritatem. *Eccl. 33.* Respicite, quoniam non solùm mihi laboraui, sed omnibus exquirentibus disciplinam. *Et benè conuenit proposito nostro, quod de Iudæis dicitur 2. Mach. 2.* Considerantes enim multitudinem librorum, & difficultatem volentibus aggredi narrationes historiarum propter multitudinem rerum: curauimus volentibus quidem legere, vt esset animi oblectatio: studiosis verò, vt faciliùs possint memoriæ commendare: omnibus autem legentibus vtilitas conferatur. Et nobis quidem ipsis, qui hoc opus breuiandi causa suscepimus, non facilẽ laborem, imò verò negotium plenũ vigiliarũ & sudoris assumpsimus, sicut hi, qui præparant conuiuium, & quærunt aliorum voluntati parere propter multorum gratiam, laborem libenter sustinemus, veritatem quidem de singulis auctoribus concedentes, ipsi autem secundùm datam formam breuitati studentes. Sicut enim nouæ domus Architecto de vniuersa structura curandum est: ei verò qui pingere curat, quæ apta sunt ad ornatum, exquirenda sunt: ita æstimandum est & in nobis. Etenim intellectum colligere, & ordinare ser-

Iudicium sinistrum de authoris laboribus.

Nil sibi arrogandum, sed Deo tribuenda omnia.

Authores requiruntur à scribente.



Simile.

* * re ser-

re sermonem, & curiosiùs partes singulas quasque disquirere, historiæ congruit auctori: breuitatẽ verò dictionis sectari, & executiones rerũ vitare, breuiãti cõcedendũ est. *Concludit autem 2. Mach. 15.* Et si quidem benè, & vt historiæ compe-

Simile. tit, hoc & ipse vel m: si autem minùs dignè, concedendum est mihi. Sicut enim vinum semper bibere, aut semper aquam, contrarium est; alternis autem vti delectabile: ita legentibus, si semper exactus sit sermo, non erit gratus. *Hæc ibi. Quidam arbitrantur me iam consenescentem & sexagenarium, debuisse supersedere huiusmodi scriptitationibus: quod verum dixerim, si senectus otiosa non esset vitiosa, & talentum, propter inuidiam aliorum, reprehensionem item & detractionem, esset desidia ingluuieq; defodendum, quod magis seruiret illis ad meam confusionem, quàm ad laudem meam, quam quidem præter Dei gloriam, & Ecclesiæ S propagationem non desidero. Sunt alij qui acuerunt linguas suas sicut serpentes. Ps. 139.* Venenum aspidum sub labijs eorum, qui cogitauerunt supplantare gressus meos, absconderũt superbi laqueum mihi, quorum os locutum est vanitatem & dextera eorũ dextera iniquitatis: locuti sunt labijs, & mouerunt caput. *Psalm. 21.* Vituli multi, tauri multi, concilium malignantium. *Et hæc Domino Deo commendo. Postremò, vt nugas alias posthabeam, dicunt po-*

Vtrum melius sit concionari, aut conciones, vel similia scribere. *tiores esse eos, qui concionentur, quàm qui conciones conscribant, eo quòd Spiritus sanctus per illos loquatur (quod an verum sit semper, non disputo) quasi verò Spiritus sanctus per scriptores bonos non operetur. Cùm sint, Dan. 12. velut stella in firmamento cœli. Et Eccl. 25. Satis magni sunt qui inueniunt sapientiam & scientiam. Eccl. 24. Non enim solùm sibi laborant,* sed omnibus exquirentibus veritatem. *De his verè dici potest illud scriptura sacra, Eccl. 34.* Beati qui seminant super aquas. *sc. super populos. C. cùm Marthæ. §. verum, de celeb. missarum. semen quippe satum in chartis perpetuò manet. Et quilibet lector inde metens potest sumere incrementa. Sed quod verbo diffunditur, tanquam naturaliter fluidum, non sic de facili germinat, cum interdum supra petram, & secus viam, Luc. 8. & inter spinas, & aliàs malè cadat. Hi sunt, qui cùm nihil videantur agere, maiora siquidem & humana tractantes, secundùm Senecam lib. 1. epistola 8. & Lucas de Penna:* Hi sunt, qui in omnibus gentibus recentes semper edunt, & floridos sapiẽtiæ fructus, è quibus, quia teneris ætatibus doctrinarum abundantia satiantur, optimos habent sapientiæ sensus, instituunt ciuitatibus & humanitatibus mores, æqua iura, leges, quibus absentibus nulla ciuitas potest esse incolumis. *Et addit idem:* Cùm ergò tanta munera scriptorum prudentia priuatim publiceque omnibus fuerint præparata, non solùm arbitror palmas & coronas his tribui oportere, sed etiam triumphos, & inter Deorum sedes eos dedicandos iudicari. *Vide Gersonem in lib. de laude scriptorum: & Hieronymum super Eccl. 2. Hæc è Catalogo gloriæ mundi. Testatur*

Thomas de Kempis. *idipsum pietate in primis & doctrina insignis pater & Doctor Thomas de Kempis, concione vel meditatione vigesima, de scriptura Iesu & misericordia eius in peccatricem tractans, his verbis:* Valde bonum est, scribere libros, quos amat Iesus, in quibus ipse agnoscitur, legitur & prædicatur. Nec dubium, quin ab ipso amaberis, & copiose remuneraberis, si diligenter ad honorem Dei & vtilitatem proximorum libros Ecclesiasticos scripseris. Si mercedem suam non perdet, qui aquæ frigidæ cali-

cem sitienti porrigit, quantam mercedem recipiet, qui animæ perpetuò victuræ salutaris sapientiæ aquam scribendo ministrat? Quot enim literas debitè formas, tot Deo hostias laudis offers. Meritoriũ est ergò & deuotum scribendis libris operam dare, & eos in magna reuerentia ac diligenti custodia seruare, quibus diuinum officium quotidie celebratur, & multiplex eruditio inde seminatur. Sunt namque libri sacri, arma clericorum, ornamenta Ecclesiarum, diuitiæ & thesauri Doctorum, tubæ sacerdotum, solatia religiosorum, epulæ deuotorum, testamenta sanctorum, luminaria fidelium, seminaria virtutũ, organa Spiritus sancti. Scribere ergò libros, opus Deo acceptabile, legere vtile, docere commendabile, concionari salubre. Quis autem legeret vel prædicaret, nisi sanctorum scripta nôsset, & nisi scriptor prius extitisset? Benedicta ergò manus scribentis, & benedicti digiti, in tali opere occupati. Exemplo suo te docet Iesus, digito scribens in terra, quatenus & tu libenter scribas Dei verba, quæ dum alius legit, alius etiam prædicat, præmium maximum de multiplici fructu laborum manuum tuarum consequeris: Præstante Domino nostro Iesu Christo, omnium bonorũ remuneratore, apud quem omnes capilli capitis numerati sunt, & singulæ literę scriptæ nõ possũt deperire. *Hæc vir ille religiosissimus & testis omni exceptione maior.* *Quasi legissent vnquam aut legerent adhuc nasutuli illi ridendi & plorandi, timeo ne in furorem præ pudore aut dolore abripiantur. Sed esto, blacterent vt volunt, cùm similia nec præstent, nec possunt, confunduntur & obmutescunt. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo, qui mihi dedit sapientiam, vires, voluntatẽ & gratiã, hæc omnia pro gloria sua scribendi, perficiendiq́;, cui laus, honor, gloria gratiarum actio in secula seculorũ. Amen.* Inimici autẽ conuertãtur & viuãt. *Cùm itaq; certo certius cõpertum haberem, viris doctissimis etiã in regionib. exteris Bibliothecã meã concionum laborem non displicuisse: cui armaturã Dei, hoc est, conciones, belli tẽpore adhibẽdas, & orationes diuersas subieci, & aduertere consuetudinẽ perorandi inter sepeliendũ mortuos vbiuis gentiũ plurimũ inualuisse, vt & diuites & pauperes, iuuenes & senes, viri & fœminæ, declamationes suas lugubres expetere videãtur: itemq́; cõqueri concionatores etiã eruditos, quid pro hoc vel illo funere edisserãt, partim quòd si qui sint authores vetustiores (vti vnus est F. Ioãnes Geminianus de busto Ordinis Prædicatorũ) non inueniãtur, partim quòd nemo recentiorum hanc materiam ex professo tractauerit, (licet sint qui Euangelia in locos communes resoluant, & Thema scholasticis potiùs quàm concionatoribus, non materiam præbeant, ideoq́; nec inter huiusmodi authores annumerandi) diu mecum cogitaui, an laborem gratum, vtilemq́; Ecclesiasticis, & onus par humeris meis susciperem, si ea, quæ funerũ cõmendationem concernũt, cõscriberem. Itaq; inuocato Dei nomine postquam diligenter perspexi & reuolui tam scriptores antiquos quam nouos; & quod ad rem nostram præsentem faceret, annotaui: Opus hoc, quod* Incinerationem mortalium *appello, (eò quod viui spectatores funeris se cineres futuros admoneãtur, & ipsi mortui in cinerẽ redigẽtur) Dei singulari gratia fauẽte, incepi & absolui, illudq́; in quinq; libr. distinxi. In quorũ primo de cõtemptu mũdi in genere tracto. In secũdo de eodem, quantũ facit ad mortis cõsiderationem. In tertio, de Ecclesiasticorũ morte, incipiendo à Põtifice, & descendẽdo ad minores. Sicut & in quarto, de secularium morte, pari ordine ab Imperatore ad minores. In quinto, de pœnis & gaudijs post hãc vitam.*

Libri sacri quid.

Causa cur hic liber conscriberetur.

Ioannes Geminianus scripsit funebres conciones.

Incineratio mortalium cur dicatur liber hic.

Opus hoc quid tractet quinq; libris, & quid quib'

Etsi

Et si non assecutus sum id quod volui aut debui, feci tamen quod potui, atque hoc studio, vt non possit quocunque tandem in funere dictaturo, dummodo recto iudicio quæsierit, deesse materia diuersa & copiosa, siue doctrinam, siue exempla quis desideret. Mirum autem non est, quòd plurimi ab hoc dicendi genere miris modis se subtrahant, plurimi etiam gloriosi milites in eo parum aut nihil proficiunt, etiam cùm pro officio teneantur, quia sine libris optimis, eorumque frequenti lectione vitam agunt desidem & ingloriam. Atque sicut artis est non exigua, pro statu & qualitate funeris orationem dignam recitare, quia multum hæc à concione quotidiana differt, ita labor is iudicio meo non est minimus, illa omnia & singula non prælibasse duntaxat, sed per masticationem diligentissimam in cibum quasi populo ad capiendum & digerendum facilem tamtum conuertisse: quod & concionatorem probat, & à plebeijs hoc ipso distinguit. Cùm autem loci sint innumeri, è quibus eruantur argumenta, etiam pro proposito nostro, vita tamen inprimis inspicienda & dignitates, quomodo eas administrauit, & an symbolo suo opera fuerint consentanea, aut insignia illis correspondeant, tandem quid circa mortem æger voluerit, dixerit fecerit ve, quàm piè post sacramentorum necessariorum perceptionem (rebus omnibus prius compositis) ex hoc sæculo decesserit. Ibi enim quasi in theatro quodam virtus omnis morientis posita est, vt spectatores quoque gratulari possint de magnitudine animi & constantia moribundi, in tam magno periculo positi, triumphumque canere de hostibus atrocissimis fœlicissimè deuictis & exantlatis. Tunc enim Christianè quis vixisse dicitur, quando vt Christianus piè moritur. Beata illa hora, beata mors, beatus homo, & beatitudo merces, corona & gloria. Pro illa hora & morte beata pugnandum est toto vitæ tempore, ibi namque momentum vnde æternitas. Itaque de his totum opus Immeratonis plenè agit. Proderit etiam aliquando tempus vnum anni ex quatuor accommodare pro defuncto: vt si quis in æstate obierit, quod in æstate sibi prouiderit de operibus bonis, ne in hyeme scil. mortis patiatur, & fame pereat: ne dicatur de illo quod apud Prophetam: Transijt messis, finita est æstas, & nos non saluati sumus. Parat formica in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. Qui congregat in messe, filius sapiēs est: qui autem stertit æstate, filius confusionis est. *Item* Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergò æstate, & non dabitur illi. Quomodo nix in æstate, & pluuiæ in messe, sic indecens est stulto gloria. Simon Oniæ filius sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroborauit templum, *&c.* quasi thus redolens in diebus æstatis, &c. *Ex eo loco habes magni viri laudem & commendationem, si volueris amplecti. Per æstatem intelligitur primò tempus veniæ & pœnitentiæ, quæ culpas abolet. Solent enim tempore æstatis arbores sole penetrari, gummi & viscosi liquores expelli, folia, flores ac fructus produci: ita in æstate pœnitentiæ homines penetrantes à diuina gratia per deuotionem & contritionem, humores illi crassi emittuntur per confessionem, & bona opera per satisfactionem. Secundò intelligitur æstas gratiæ. Sicut enim in æstate volucres cantant, lutum siccatur, homines ditantur: ita quando sol iustitiæ Christus nobis in statu gratiæ per charitatem appropinquat, tunc fructus bonorum operum incipiunt multiplicari, laudes diuinæ & gratiarum actiones decantari, lutum peccatorum desiccari, merita bonorum operum ampliari. Vnde Psalm.* Tuus est dies & nox: æstatem & ver tu plasmasti ea. *Et,* Scitis, quoniam prope est æstas. *Matthæi 24. Marci 13. Lucæ 21. Tertiò, Status gloriæ: Sicut enim in æstate*

Laboriosū de hac materia tractare. — *Loci innumeri pro hac materia.* — *Christiani vita etiam ex morte ponderatur* — *Aestas.* — *Ier.8.* — *Prou.6.* — *Prou.10.* — *Prou.20.* — *Prou.26.* — *Eccl.50.* — *Aestas tempus veniæ & pœnitentiæ.* — *Tempus gratiæ.* — *Psal.73.* — *Status gloriæ.*

æstate fructus, propter quos homo laborauerat, per totum annum recolliguntur. feruores sunt maiores, dies longiores, noctes breuiores: sic in æstate gloria Paradisi omne præmium illud, ad quod & propter quod ordinantur omnes labores totius vitæ humanæ, recipitur & possidetur. Ibi est dies perfectissimæ scientiæ, quæ longissima, & non deficit in æternum, nox ignorantiæ breuissima, quia beati parum aut nihil ignorant, Apoc. 21. Nox non erit in ea. *Item ardores Charitatis feruentissima,* quasi thus redolens *Eccl. 50.* & quasi lilia, *&c. Sunt enim sancti in cælesti patria, quasi lilia per puritatem, in transitu aquæ per voluptatem, quasi thus per deuotionem & orationem, redolentes per famæ diffusionem, & in diebus æstatis, per feruorem & dilectionem. Aduerte, animalia, quæ in hyeme propter defectum cibi macerantur, in æstate propter copiam cibi impinguantur & quando ad finem veniunt, fame-licè per miseriam æternam inueniuntur. Quartò, Status vitæ præsentis: Sicut enim laboramus in æstate propter necessitates hyemis Sic hic. Quintò, Status prosperitatis. Nam in tempore æstatis arbores & terræ fructus floribus & folijs exornantur, aues modulantur, æstus augetur: Sic est in vita luxuriosorum & prosperorum, cantant similia, æstuant libidine, &c. & ista prosperitas est, quæ amicos congregat: sic cornices, grues, mures, hirundines, cuculi, &c. redeunt in æstate, Prou. 19.* Diuitiæ addunt amicos plurimos. *Item vitia generat sicut in æstate nascuntur vermes, muscæ, culices, pediculi, pulices. Item veneno inficit: sicut serpentes magis nocent in æstate, quàm in hyeme, ita erucæ arboribus, &c.* Qui stertit in æstate. *Sextò, Status aduersitatis, feruor & ardor mortis, iudicij, inferni &c. Pro 20.* Propter frigus piger arare noluit. *Septimò, Status Christi aduentus, & suæ nobis ostensæ charitatis.* *Status prosperitatis.* *Status aduersitatis.*

Autumnus cum æstate conuenit, quia tunc fructus potissimum abundant in horreis. Omnes enim anni labores & fructus colligit in horrea: sic vestri fructus boni, si qui sunt, per mortem reponuntur in horrea cælestia. Autumnus sollicitos reddit homines circa frugum collectionem, agros frugibus & arbores fructibus orbat, (sic mors) siccitate & frigiditate sua frondes & folia mortificat, atque deijcit, terram sterilem efficit, vim germinatiuam præscindit. Est q; periculosus, quia nũc calet, nunc friget (sic peccator,) pori nunc aperiuntur, nunc subitò constringuntur. & calore, humores incenso: in æstate repercutit frigore suo ad interiora & non permittit eos exire, ita putrescunt & inducunt qualitates pessimas. Isai 28. Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium, quasi temporaneum ante maturitatem autumni, quod cùm aspexerit videns, statim vt manu tenuerit, deuorabit illud, *Mich. 7.* Væ mihi, quia factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ: non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea. Perijt sanctus de terra. *Ex Autumno.*

Hyems (quæ senectuti vel morti comparatur) Primò conscientia viri iusti, hyemi assimilatur. Nam sicut in hyeme abundat frigus ingens, dolor pungens, humor vngens, candor iungens, vapor vigens, feruor vigens, nitor exurgens: sic in conscientia est frigus timoris diuini, dolor contritionis stuporis, fletus deuoti mœroris, decus peccati pudoris, fletus spiritus valoris, æstus ambitus amoris, virtus ornatus decoris. Secundò, Pœnitentia est hyems post cuius transitum sponsa, fidelis anima vocatur ad gloriam, & quæ præcedente trahitur ad coronam per sponsum: Turbida per mortis meditationem, frigida per Dei trepidationem, nuda per culpæ reuelationem, hirta vel hirtum faciens hominem per pœnæ satisfactionem, aridum *Hyems.* *Hyems conscientia viri iusti.* *Pœnitẽtia.*

 per

Gloriosa permanentia. *per carnis macerationem. Vnde tali sponsæ dicitur Cant. 3.* Iam hyems abijt, *&c. alias Matth. 24.* Videte ne fuga vestra fiat in hyeme. *Tertiò, hyems gloriosæ permanentiæ. Post æstatis labores solet homo in hyeme quiescere & fructibus in æstate collectis frui, vtilitatem è campis recipere, ad domum se recolligere, circa igne versari, & in viribus naturalibus proficere. Sic à laborum ictibus leuamur, gaudemus præmiorum fructibus sedemus in supernorum domibus, ardemus charitatis ignibus, & æternitatis viribus vigemus, Isai. 18.* Hæc dicit Dominus: Quiescam & considerabo, *&c.* Volucres & omnes bestiæ

Culpa latẽs terræ super illum hyemabunt. *In malo est hyems culpæ latentis, quæ sterilis, quia caret virtutibus. Item præsentis vitæ mobilis, vigens laboribus tædiosis. Item pœnæ sequentis, quæ flebilis, quia stridet oneribus luctuosis. De primo Matt. 21. & Marc. 11. Christus non inuenit ficus in arbore, quia hyems erat, ideo maledixit ei & aruit. Vnde 2. Tim. 4.* Festina ante hyemẽ venire. *De secundo Gen. 8.* Æstas & hyems, noctes & dies non requiescent. *De tertio Amos 3.* Percutiet Dominus domum hyemalem.

Ver. *Ver Psal. 27.* Æstatẽ & ver, tu plasmasti ea. *Ver est principium anni. Sanguis animalis tunc incipit multiplicari, terram diu clausam aperit præ frigore constrictam, radices & herbas latentes in terra producit, floribus & herbis terram renouat, aues ad garritum & amorem sollicitat, miro decore omnem terræ superficiem induit & venustat; est tempus lætitiæ & amoris, & risus Iouis. Quale autem illud erit tempus vernum, quando ab his miserijs incipiemus transire ad gaudia cælestia? Aquæ vernales apud nos sunt insalubres, salubres verò in cælis, quia scaturiunt de fonte aquæ viuæ, salientis in vitam æternam.*

Annorum numerus. *Annorum ratio habenda, quot vixit, & iuxta concordantias facile poterit appli cari.*

Dies. *Dierum alia atque alia est ratio. Dies in primis bona est multiplex, scil. angeli boni.* Dies dici eructat verbum. *Homines electi.* Annunciate de die in diem salutare eius. *Via vitæ, Ioan. 11.* Qui ambulat in die non offendet. *Prou. 4.* Iustorum semita, quasi lux splendens procedit, & crescit vsq; in diem perfectum. *Status gloriæ, Ps.* Hæc est dies, quàm fecit Dominus, exult. & læt. in ea. *Tempus gratiæ, Ioan. 8.* Abraham exultauit, vt videret diem meum, *&c. Aetas hominis, Gen. 8.* Nox & dies nõ requiescent in eum. *Fides, Rom. 13.* Nox præcessit, dies autem appropinquabit. *Intelligentiæ, 1. Cor. 4.* Mihi pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. *Visitationis, 1. Pet. 2.* Glorificent Deum in die Visitationis. *Innouationis, Thren. 4.* Innoua dies nostros, sicut à principio. *Pœnitentiæ, Rom. 14.* Alius iudicat inter diem & diem, *&c. Salutis, 2. Cor. 6.* Ecce nunc dies salutis, ecce nũc tempus acceptabile. *Consolationis, Thren. 1.* Adduxisti diem consolationis. *Desiderij cælestis, Cant. 2.* Pascatur inter lilia donec aspiret dies. *Iudicij, Phil. 1.* Qui cœpit in nobis opus bonũ, perficiet vsq; in diem Domini nostri Iesu Christi. *Aeternitatis, 2. Petr. 3.* Ipsi gloria nunc in diem æternum, *Zach. 14.* Erit dies vna, quæ nota est Domino, *Ps.* Melior est dies vna in atrijs tuis. *Item, Dies mala, multiplex, scilicet Culpæ, Iob. 3.* Pereat dies, in qua natus sum. *Mortalitatis, Eccles. 7.* Melior dies mortis die natiuitatis. *Angelis Apostatæ Iob. 3.* Dies illa vertatur in tenebras. *Prosperitas sæculi, Psal.* Per diem sol non vret te, neque luna per noctem, *Delectatio, Iob 21.* Ducunt in bonis dies suos. *Gloria Antichristi, Ierem. 17.* Diem hominis non desideraui, tu scis. *Timoris mundani, Isai. 37.* Dies tribulationis & angustiæ, dies hæc est. *Vltionis,*

Exod.

Exod.32. Ego autem in die vltionis visitabo contra peccatum eorũ. *Damnationis, Soph.1.* Dies iræ, dies illa tribulationis & angustiæ. *De statu autem gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro intellige illud, Ioan.9.* Me oportet operari, donec dies est: *Aues nobiles diligunt diem, noctem ignobiles. Sic homines boni diem, mali autem noctem. De bonis, 1.Thessal. vltimo.* Omnes enim filij lucis estis, & filij diei, *Ioan.11.* Qui ambulat in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt. *De nocte illa dicitur, Rom.13.* Nox præcessit, dies autem appropinquabit, *&c.* & induamur arma lucis. *Sed in mundo nox est, non dies: obscuritas, non claritas: falsitas, non veritas, Ioan.11.* Qui ambulat in nocte, offendit, quia nescit vnde veniat, aut quo vadat. *Dicuntur filij lucis. Filij enim diligunt patrem suum; & solis præsentia illustrat mundum & calefacit: Sic filij lucis gratiæ & gloriæ debent amare Deum, qui charitatis ignẽ in nos immittit, nosque illustrat. Item per diem intelligitur status prosperitatis seu vitæ præsentis. Nam sicut dies in eodem non permanet, sed de mane in meridiem, in vesperam & noctem decrescit: sic vita humana vsque ad mortem, Iob.10.* Paucitas dierum meorum finiatur breui. *Psalm.* Defecerunt sicut fumus dies mei, *&c. Sunt item dies multiplices. Prima est vitæ, qua sumus languidi, Iob 7.* Dies mei velocius transeunt, quàm à texente tela succiditur; *& isti sunt dies laboris, doloris, timoris. Secunda, Fortunæ vel prosperitatis, cuius nox est aduersitas, Mich.3.* Obtenebratur super eos dies. *Tertia, Mortis. Sicut ros nocturnus in dis cõsumitur sic humidũ radicale in morte penitus desiccatur. Et ista est dies mortis subitò veniens, Ioel 2.* Prope est dies tenebrarum & caliginis. *Non cito trãsiens: quia durabit vsque ad diem iudicij. Iniustos puniens. Iustis proficiens, Eccles.7.* Melior est dies mortis die natiuitatis. *In corpus sæuiens: quia omnia corpora deuorantur in morte, Deut.32.* Iuxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. *Quarta, Dies gratiæ, qua splendor oritur, qua sc. misericorditer se exhibuit, pœnitentibus restituit, & nunc se exhibet perseuerantibus, & est dies, qua mundum Deus visitauit, mentem illustrauit, mores reparauit: aut virtutes particulares sunt dies. Pleni inuenientur in eis. Longi.* Longitudine dierum in sæcula. *Boni.* Quis est homo, qui vult vitam? prohibe linguam tuam à malo. *Læti cum spirituali iocunditate, Psalm.* Psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ. *Dies quieti, Isaiæ trigesimonono,* Fiat pax & veritas in diebus meis. *salutiferi. Pleni omni suauitate, & sancti spiritus charitate, Actor.1.* Vos autem implebimini Spiritu sancto non post multos hos dies. *Fructiferi cum omnium bonorum vbertate, Prouerb.9.* Per me multiplicantur dies tui. *Tales sunt sancti dies de quibus dicitur de Dauid, 1.Paral.29. quòd* mortuus est in senectute bona, plenus dierum & diuitijs. *Tales debemus appetere, humiliter dicentes illud, Thren.5.* Innoua dies nostros, sicut à principio. *Quia possumus plangere, dicendo illud, Iob.17.* Spiritus meus attenuabitur, dies mei abbreuiabuntur, *&c. Est dies gratiæ, in qua nox peccati recedit, & lux gratiæ restituitur, 2.Cor.6.* Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, *Rom.13.* Nox præcessit, dies autem appr. *&c. Quinta, Dies gloriæ. Si enim dies naturaliter lætior est quã nox, & solis præsentia lætificat omnem carnem, quanto magis faciet Dei præsentia? Is.60.* Surge, illuminare Ierusalẽ, quia venit lumẽ tuũ & gloria

Domini super te orta est: tunc videbis & afflues, &c. Non erit tibi ampliùs sol ad lucendum. *Sexta, Dies culpæ, qua malus graditur, seu qua nocte clauditur. Dies enim terminatur ad noctem, & sic status culpæ ad pœnam æternam. Item dicitur dies, propter instabilem conditionem, afflictionem laborum, facilem obnubilationem, & noctis conclusionem. Septima, Indicij qua malus sternitur, vbi clare erunt quæ cuncta videbuntur: æqua, qua mali cuncti iudicabuntur: magna, qua cuncti congregabuntur: aspera, qua læta contristabuntur: austera, qua alta conculcabuntur: amara, qua fortia tribulabuntur, &c. Octaua. Dies inferni, qua miser vritur, dies indignationis separationis, tribulationis, desperationis, perditionis, percussionis, combustionis, obliuionis. Nec caret hic fructu aut mysterio, dies*

Dies creationis. *creationis mundi accommodare pro cuiusq. captu aut ingenio. Primo namque die Deus fecit lucem & diuisit à tenebris: quod factum est, quia Deus dedit huic defuncto scientiam, intellectum & rationem, qua & vsus est non peccata sed virtutes sequendo, vnde & nunc Deus dedit illi lucis claritatem & repulit ab eo tenebras, &c. Secundò*, Firmamentum, diuidens aquas ab aquis, & vocauit Deus firmamentum cælum. *Ita miserias iam separauit, & dedit illi firmamentum cælum. Tertio*, Congregationes aquarum, *scil. maria, dic.* Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, &c. *Quartò, luminaria. Quintò*, Aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram: *dic.* Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris, auesque multiplicentur super terram.

Septimana. *Sextò Terra omnem viuentem in genere suo, &c.* Faciamus hominem ad imag. nost. *Septimò, Requieuit. Præterea si per septimanam dies considerentur, est primo Dies solis, qui est fons totius luminis, ex se planeta fortunatus, Ambros.* Sol est oculus mundi, iocunditas diei, pulchritudo cæli, mensura temporum, virtus & vigor omnium nascentium, domus planetarum, decor & perfectio omnium stellarum. *Illi soli, etiam soli iustitiæ adhæsit mortuus noster, vnde & illa benè illi conueniunt, ab illo vti stella acquisiuit lumen defunctus noster, sicut quando à candela speculum ei appositum illuminatur. Vnde Dionysius de diu. nom. c. 5.* Sensibilium qualitates multas quidem & discretas existentes, ipse sol, vnum ens & vniforme, illuminans lux renouat, nutrit, custodit, perficit & discernit, vnit & refouet, fœcundat, auget, mutat, collocat, plantat, remouet, & viuificat omnia. *Quæ singula soli iustitiæ conueniunt, à quo, qui illi proximus est, participat. Discernit sol, quia colores & species & figuræ, quæ in tenebris sunt confusæ, per præsentiam solaris luminis agnoscuntur & ab inuicem discernuntur. Cùm autem maximæ sit quantitatis & velocissimi motus, velocitatem & magnitudinem suam occultat sol: sic Deus: Et illum iam defunctus noster à facie ad faciem contemplatur.*

Dies lunæ. Luna dicitur secundùm Ambrosium decor noctis, mater totius humoris & ministra, dominatrix maris, temporum mensura, æmulatrix solis, mutatrix solis, mutatrix aeris, lumen à se non habens, sed à plenitudine solis mutuans & acquirens, quæ secundùm appropinquationem vel elongationem solis formam suscipit & figuram. Sub luna continetur ægritudo, amissio, timor, damnum, &c. Mundus comparatur lunæ sicut & stultus. Accommoda.

Mars Deus belli: sub ipso continetur prælium, carcer & inimicus: & signat iram, celeritatem, & furorem, & est rubeus, falsidicus, & dolosus.

Mercurius qui est Deus sapientiæ & eloquentiæ, sub illo continetur fortunium, negotiatio fur-

tio furtum: & signat rationem & sapientiam. & est albus cum beneuolis beneuolus & cum malis malus.

Venus inter omnia sydera fulget gaudentius, vnde & iubar dicitur, quod iubar radiosi luminis à se emittat, propter quod & vmbram facit quando aura multum est serena, diem & solis ortum immediate annunciat & pracedit; quando est in eodem signo cum sole, à claritate solis absorptus, se tunc temporis non ostendit; quando Venus est altior Mercurio, tunc illo est tardior, & e contra. Malitiam Martis deprimit, ex parte corporis disponit ad pulchritudinem & ad voluptates in tactu, olfactu, gustu, cantu. Sub ipso continetur via, amor, & peregrinus, signatq; lucrum, gaudium, &c. estq; veridicus.

Saturnus à saturando, cuius vxor Ops est dicta ab opulentia, quam tribuit mortalibus, est planeta maleuolus, instabilis & senex, frigidus, siccus, nocturnus, ponderosus, habens falcem curuam. Dat hominem esse fuscum, turpem, iniqua operantem, grauem, pigrum, tristem, rarò hilarem. Sub eo continetur vita, ædificium, doctrina, locus frigidus & siccus. In iudicijs signat mœrorem, tristitiam, &c. & est falsidicus. Iupiter omnia saluat.

Dies festi considerandi sunt, vel quia patroni fuerunt defunctorum, vel quia solemnes aliàs, vt gaudium in cælis sit maius aut voluntas promptior moriendi, aut quia illis diebus singularia quædam euenerunt vel eueniant: Multa enim ex illis depromi possunt, Exod. 20. Benedixit Dominus diei Sabbati, *dans decem præcepta, Leuit. 6.* In die vnctionis suæ. *& 23.* eodé die, quo manipulus consecratur. *Item quia dies propitiationis est, & 27.* Cùm Iubilæi venerit dies *1. Reg. 4.* Venit ergò dies & immolauit. *Iudith 16.* Dies autem victoriæ huius festiuitatis. *Esther 1.* Cumque implerentur dies conuiuij. *& 3.* & pararent se ad dictam diem, *& 16.* Inter cæteros festos diem hunc solemnem habetote. *Osea 7.* Dies regis nostri cœperunt. *1. Machab. 1.* Dies festi eius conuersi sunt in luctum. *2. Mach 5.* Quieuit vsque ad diem sanctum Sabbati, *& 15.* Honorem tribue diei sanctificationis. Dies festi.

Aurora signat conditionem mortalem, scil. vitam humanam. Nam sicut aurora modicum solet durare, nunquam in eodem sistere. Sed deficiente nocte & die succedente, deficere statim & cessare: Sic vita humana semper est in processu & motu, citoq; cessat: & adueniente die veritatis & claritatis propinqua noctem huius mundi relinquit, Cant. 6. progreditur quasi aurora. *Item significat gratiam supernaturalem, quia ista noctem mundi tenebrarum terminat, & diem æternæ fœlicitatis præsentat, 2. Reg. 23.* Lux auroræ, sole oriente rutilat. Ex Aurora.

Diluculum est principium diei & primo intelligitur status gratiæ spiritualis, vbi tenebræ deficiunt erroris & peccati, & lux vera cognitionis fideiq; suboritur. Et sic per diluculum fides intelligitur, quæ est principium diei vera cognitionis. Thren. 3. Noui diluculo, multa est fides tua. *Item pœnitentia, quæ est principium sanctæ conuersionis, Psal.* Reuertebantur & diluculo veniebant ad eum. *Item diligentia, quæ est principium bonæ operationis, 4. Reg. 6.* Consurgens diluculo minister Dei, egressus est. *Secundò, status mundanæ prosperitatis Sicut enim diluculum, inceptio quædā est temporis, quæ quasi penitus nihil durat, sed continuò transit & cessat, Iob. 7.* Visitas eum diluculo, & subitò probas illum Ex Diluculum.

scilicet visitatur per consolationes, probatur per tribulationes. Diluculo solent nebulæ abundare, quæ quandoq; in fructibus multas corruptiones inducunt: Sic verè in diluculo mundanæ prosperitatis nebula erroris & peccati abundat, quæ corruptionem cogitationum & sensuum spiritualiter operatur, Soph.3. Diluculo surgentes, corruperunt omnes cogitationes suas, *Ionæ 4.* Præparauit Dominus vermem ascensu diluculi in crastinum, & percussit hederam, & exaruit. *In diluculo enim prosperitatis vermis, scilicet mors à Domino aliquoties præparatur, per quem hedera, scilicet vigor iuuentutis & status etiam secularis amœnitatis desiccatur. Tertiò status iuuentutis. Sicut enim diluculum est prior hora diei, in qua incipiunt aues modulari, gentes operari, flores aperiri: Sic verè tempus iuuentutis, non est nisi initium vitæ nostræ, in qua nos debemus incipere modulari per laudis diuinæ executionem, operari per bonorum actuum inchoationem, aperiri per bonorum desideriorum affectionem. Sicut enim viator nisi diluculo incipiat iter suum, vix aut nunquam potest diætam suam absoluere: Sic verè homo nisi incipiat à iuuentute sua benè operari, vix poterit ad complementum virtutum attingere & venire, Mar.1. de Ioanne.* Diluculo consurgens, egressus ibat in desertum, ibique orabat.

Meridies. *Meridies est illa hora, in qua sol est in medio firmamenti, æqualiter distat à principio diei & à fine, & est cæteris clarior & æquior. Primò, Meridies est detestabilis, qualis est mundanæ prosperitatis. Et ista habet feruorem auaritiæ, splendorem cautelæ & malitiæ seu etiam secularis scientiæ, labilitatem inconstantiæ. Et in isto meridie est iuxta Ierem.15.* Induxi super matrem adolescentis vastatorem in meridie, *Primò, hora malignæ habitationis, sicut est apud Æthyopes, qui in meridie habitant, prosperitatis, qui habent nigredinem peccati & iniquitatis, Num.13.* Amalech, *scil. linguens sanguinem,* habitabat in meridie. *& c.21. & 33.* Chananæus, *scilicet possidens, vel possessor,* in meridie habitabat. *Vt intelligas qui sanguinem lætitiarum carnalium per luxuriam lambunt, & qui bona temporalia per auaritiam possident, & acquirunt, sunt huius meridiei, sc. status prosperitatis habitatores & totius mundanæ gloriæ possessores. Secundò, Est quædam hora obscura excæcationis: Nam aues immundæ & lucifugæ vt bubo, noctuæ, minùs vident hac hora, imò excæcantur: sic qui perueniunt ad meridiem istam mundanæ prosperitatis vel statum, videntur totaliter excæcati. Non enim considerant mundi vanitatem, mortis propinquitatem & quæ pertinent ad salutem, ita quòd propriè sol veræ intelligentiæ videtur talibus eclipsatus. Amos 8.* Sol occidit in meridie. *Deut. 28.* Palpabis in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris. *Iob. 5.* Sicut in nocte, sic palpabunt in meridie: *Sic Dauid excæcatus 2.Reg.11. cum Bersabee. Et tales possunt dicere illud, Isai.59.* Impegimus in meridie, quasi in tenebris. *Tertiò, Est hora quædam impugnationis quietis. Sic Isboseth occisus, 2.Reg.4. & tales sæpè incurrunt mortis periculum æternum, Iosu.10. Iosue percussit omnem terram* matutinam & meridianam, *Ierem.20.* Audiant clamorem manè, & vlulatum tempore meridiano. *Meridiei etiam nomine significatur status internæ synceritatis, vbi est feruor charitatis & amicitiæ, meditatio æquitatis & iustitiæ, splendor veræ veritatis & perfectæ scientiæ. De scientia viri iusti, Isai 8.* Sicut meridiana lux clara est. *Item status æternæ fœlicitatis, qui habet splendorem perfectæ cognitionis,*

tionis.feruorem perfectæ dilectionis,& honorem perfectæ prælationis, quia qui sunt in meridie,propinquiores soli.sic illi qui in patria,propinquiores Deo,Ier.6. Surgite,& ascendamus in meridie.

Vespera est diei pars vltima. Primò,significat senum antiquitatem. Vespera est enim hora diei,nocti propinquior, in qua dies incipit obtenebrari & calor refrigerari : sic in senectute dies vitæ nostræ minuitur, claritas sensuum obscuratur, calor naturalis debilitatur, & nox mortis in proximo comitatur. Tota enim vita de mane vsque ad vesperam labitur,& de iuuentute vsque ad senectutem, Eccles.18. A manè vsque ad vesperam immutabitur tempus.*Viator videns noctem properat ad locum suum : Sic qui in iuuentute parum profecimus,per virtutum exercitium celeriter currere debemus, ne nos nox præoccupet,scilicet mortis, & nos non possimus introire per portam, Eccles.11.* Mane semina semen tuum,& vespere ne cesset manus tua.*Sic,Exod.2. iussum fuit,vt iuge sacrificium fieret,scilicet vnus agnus mane & vnus vespere,Psal.* Vespere,& manè & meridie narrabo & annunciabo laudem tuam. *Secundò,Cordis significat iniquitatem, scil.statum peccati,in quo lux gratiæ deficit,& calor charitatis tepescit. Vmbra in vespere est longior,noctes propinquiores,aues nocturnæ latiores,feræ ad nocendum promptiores atque potentiores. Sic in vespere peccati vmbra bonorum temporalium existimatur longior, nox æternæ mortis imminet propinquior,immunda auis scil. peccator discurrit latior, fera scil.diabolus pugnat audacior,& contra nos est paratior. Illi enim tunc qui sunt in peccati statu reputant magnam vmbram mundanæ prosperitatis,Ier.6.* Væ vobis,quia inclinata est dies,& factæ sunt longiores vmbræ vesperi.*Item in isto vespere sæuit plus ira diabolicæ potestatis,& tyrannicæ prauitatis,Soph.3.* Iudices eius lupi rapaces vespere.*Ier.5.* Lupus ad vesperam vastauit eos,pardus vigilans super ciuitatem eorum.*Item præsto est nox æternæ mortis & calamitatis,in isto vespere,3.Reg.22.* Rex Israel stabat contra Syros,& mortuus est vespere.*Tertiò,Mortis obscuritatem: Dies enim vespere finitur,& operarijs redditur præmium: sic in vespere mortis tam bonis,quàm malis merces rependitur. In vespere mortis dormiunt iusti & delectantur, sicut homines & animalia, cùm ad quietem secedunt. Isai.21.* In saltu ad vesperam dormietis.*Item cessant à laboribus,Psalm.* Ad vesperam demorabitur fletus,*Psal.64.* Exitus matutini,& vespere delectabis. *Item cibo æternæ gloriæ pascuntur.sicut homines in cœna, Iudith 12.* Manebat in tabernaculo, vsque dum acciperet cœnam suam ad vesperam. *Quartò, Vitæ longinquitatem. Hora vespertina est finis diei,& significat virtutem perseuerantiæ.quæ finis est omnium virtutum.Ista est enim hora,quam Deus magis elegit,scilicet finalis vespera. Ideò Christus Matth.26. cum discipulis legitur vesperi discubuisse, & Matth.28. mulieres leguntur ad sepulchrum, vt vngerent Dominum,in vespere accessisse. Ista est hora,qua lux diuinæ gratiæ lucet,& per quam homo summo Deo placet, Zachar.14.* In tempore vesperi erit lux. *Iob.11. dicitur cuilibet benè perseueranti :* Meridianus fulgor consurget tibi ad vesparam. *Et si sic homo aduesperascit, manet cum eo Deus, Luc.24. Quintò, Mundi finem.* In fine sæculorum Christus incarnatur, *Hebr.9.*

Nox significat, Primò cordis humilitatem, quia nox est frigida, obscura & humida, abscondens omnes colores rerum : sic humilitas humida per deuotionem, frigi-

&per diuinum timorem, obscura per operum suorum bonorum absconsionem. In tali nocte erat, qui dicebat, Thren. 1. Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ in maxillis eius. Et in tali nocte compunctionis Deum attentiùs collaudamus, Thren. 2. Consurge, lauda in nocte, Psalm. In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius. Item deuotius memoramus, Psalm. Memor fui nocte nominis tui. Item hostem viriliùs superamus, Tob. 6. Ipsa nocte incenso iecore piscis, fugabatur dæmonium. Quia hostes nostri infernales per nubem & noctem lachrymosæ compunctionis superantur. Iere. 39. Viri bellatores fugerunt, & egressi sunt nocte. Item bonum faciliùs impetramus, 2. Par. 1. Ipsa nocte apparuit sibi Dominus, dic. Postula quod vis. Item cælum feruentiùs affectamus, Isai. 26. Anima mea desiderauit te in nocte. Item secretiùs culpas reuelamus, Psalm. Media nocte surgebam ad confitendum nomini tuo. Secundò, statum fœlicitatis, scilicet vitam beatam futuram. Nocte enim non turbamur laborum fluctibus, sic sancti in vita futura, Act. 12. In ipsa nocte erat Petrus dormiens. Item in ista nocte gallorum cantibus delectamur, qui sunt angeli & beati, incessabiliter Dei laudes decantantes, Marc. 13. Media nocte gallus cantauit. Et de Deo dicitur, Iob. 35. quod ipse dedit carmina in nocte. Item homo in ista nocte non grauatur calore: sic in paradiso fiet. Tertiò, Statum aduersitatis. Vnde nox à nocendo. In nocte enim vt communiter, sunt morbi grauiores, & homines secedunt ad dormiendum, vt pauci, vel nemo sit qui foris appareat. Nocte bestiæ syluestres vagantur, de die latentes, & agros & vineas deprædantur, latrones insidiantur, & mali mala faciunt, quæ de die non audent: Sic status aduersitatis nociuus est, infirmitatum & dolorum causa, Iob 30. Nocte os meum perforatur doloribus. Induit sonum, & falsitatem amicorum ostendit, quia in nocte aduersitatis recedunt ab eo, quasi ad dormiendum, qui in die prosperitatis semper circa illum prætendebant amicitiam, 1. Thess. 5. Qui dormiunt, in nocte dormiunt. Itaque non simus filij noctis, sed diei. Iste status est latronum sicut Pharao, Exod. 12. Nocte consurgens, compellebat filios Israel, vt de terra sua exirent. Iob. 27. dicitur de paupere, quòd nocte eum opprimet tempestas, scilicet vt latrones. Et sicut isti nocte vtuntur loco diei, quia nox est eis pro die, & è contra: sic nox aduersitatis aliorum est malignis pro die prosperitatis, Iob 17. Isti noctem verterunt in diem, & rursum post tenebras sperant lucem. Quartò, statum mortalitatis. Sicut enim dies significat vitam, ita nox mortem. Nox enim nihil aliud est, nisi absentia diei, quæ causatur propter vmbram terræ, vel propter terræ interpositionem inter nos & solem, scilicet terrenæ & fragilis conditionis considerationem, Psalm. Posuisti tenebras, & facta est nox. De morte bonorum & malorum habebis superius, & in opere. Quintò statum hominum simplicium, qui nesciunt dirigere gressus suos in viam salutis, qualem noctem habuerunt patres antiqui ante aduentum Christi: & licet habebant galli cantum, scilicet vaticinia prophetarum, qui aduentum gratiæ diei prædicabant, & lumen patriarcharum, lucem tamen non habebant gratiæ Christi Rom. 13. Nox præcessit. Sextò statum prosperitatis mundanæ. Solent enim in nocte prosperitatis grauari somno voluptatis & negligentiæ, Ioan. 9. Venit nox, quádo nemo potest operari. Priuantur luce veritatis & sapientiæ, Psalm. Posuisti tenebras. Latrones ditantur præda temporalis opulentiæ. De raptore dicitur Iob. 24. De nocte exit, quasi fur.

Item

Item feræ, sc. dæmones insidiantur hominibus per suggestiones & malitias, 1. Mach. 4. Venit Gorgias in castra Iudæ nocte. *Ibi sunt noctilucæ, sc. hypocritæ fulgore honestæ apparentiæ, Psal. 104.* Ignem, vt luceret eis per noctem. *Septimò, statum [illegible]. Qui in nocte non clare vident per discretionem, quia lumen gratiæ non habent, Sap. 17.* Nec syderū limpidæ flammæ illuminare poterant noctem illam horrendam. *Item iacent in lectulo per carnalem consolationem, Pro. 7.* In cunctis tenebris & caligine suam turpitudinem faciebant. *Item ibi tacent homines à verbis, quantum ad peccatorum confessionem, & quantum ad laudem Dei & gratiarum actionem. Item quiescunt ab operibus per torporem. Item aues immundæ sc. peccatores, in nocte peccati gaudent per inanem lætitiam & mala complacentia delectationem.* Media nocte gallus cantauit. *Latrones sc. dæmones valdè nocent per tentationem, tribulationem & damnationem, 1. Reg. 19.* Misit Saul satellites suos in nocte in domum Dauid, vt custodirent eum, & occiderent in manè. *Item infirmi, sc. peccatores, in ista nocte peccati grauiter solent dolere, per multiplicem laborem & vexationem, Luc 5.* Domine, per totam noctem laborantes nihil cepimus. *De media nocte habetur in parabola de virginibus prudentibus & fatuis, & beatus qui benè moriens cum Christo poterit introire ad nuptias. Aduerte: Antiqui noctem distinguebant in quatuor vigilias. Primam vocabāt conticiniū. Secundā, Intempestū. Tertiam, Antelucanum. Quartam, Diluculum. De his dicitur Matth. 13.* Vigilate, nescitis diem, quando veniat Dominus domus, an serò, an manè, an media nocte, an in galli cantu. *Manè primam vigiliam faciebant omnes. Secundam, adolescentes. Tertiam, iuuenes. Quartam senes. Aut primam pueri, Ps. 89.* Et custodia in nocte: quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt. *Hora est quædam mensura motus. De horis Christi, prima, tertia, sexta, nona, & Completorij habes in passione Christi. Item de horis patrisfamilias conducentis cultores in vineam suam, habes in Euangelio quas pro captu hominum tuoq; iudicio accommodare poteris: si qua ex illis quidam mortuus est. Item Ioan. 11.* Nonne duodecim sunt horæ diei? *sc. non noctis, vt sunt 12. articuli fidei, pleni veritatis & cognitionis, de quibus:* Venit hora, vt clarificetur filius hominis, *ante quod tempus dictū fuit, Ioan. 2.* Quid mihi & tibi mulier? nondum enim venit hora mea. *Est hora Christi, cœna, qua inuitauit veniens in hoc exilium, Luc. 14. Est hora passionis suæ, Matth. 26.* Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. *Ioan. 19.* Hora sexta emisit spiritum. *Est hora resurrectionis, Ioan. 17.* Pater venit hora, clarifica filium tuum. *Est hora iudicij, Ioan. 5.* Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei: & qui audierint, viuent. *Apoc. 19.* Venit hora iudicij eius. *Item est hora vigilandi, Matth. 27.* Nōne potuisti vna hora vigilare mecum? *Est tertia hora pœnitentiū, propter contritionem, confessionem & satisfactionem; circa hanc inuenit paterfamilias otiosos, Matth. 20. Vinea enim laborem pœnitentiæ signat, otiosi peccatores, Act. 2.* Nō enim sicut existimastis, hi ebrij sunt, cùm sit hora diei tertia. *Sexta est miserentium, propter opera misericordiæ, & illa febris auaritiæ curatur, Ioan. 4. Illa hora etiam venit Samaritana, & vidit Iesum iuxta puteum: illa hora Iesum in pauperibus suis fatigatum reficit. Nona hora est contemplantium, & angelorum etiam, qui nouem ordinibus continentur, Act. 3.* Petrus & Ioannes ascendebant in templū ad horā orationis nonam. *Act. 10.* Apparuit angelus Petro hora nona, *& Apoc. 9.* Angeli parati

erant in horam, diem, mensem & annum: *ideò singuli per singulas horas constituti, sunt hora generaliter, quo ad statum gratiæ. Est hora veniæ. Iob 11.* Peccaui, & ad horam pepercisti mihi *Hora salutis & curationis, Matth. 7.* Sanatus est puer in illa hora. *Matth. 9.* Salua facta est mulier ex illa hora, *Matth. 11.* Sanatus est filius eius ex illa hora: *Matth. 17.* Curatus est puer ex illa hora. *Hora feruoris & orationis, Luc. 1.* Omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. *Hora expugnationis, Iudith Holofernem percussura & occisura dicebat:* Confirma me in hac hora. *Iudith 13. Hora laboris, Eccl. 39.* Omne opus in sua hora subministrabitur. *Hora studij, Dan. 5.* In eadem hora apparuerunt digiti scribentis in pariete. *Hora doctrinæ, Matth. 10.* Dabitur vobis in illa hora, quid loquamini. *Hora coniugationis, vti Mariæ per charitatis connubium, Ioan. 19.* Ex illa hora accepit eam discipulus in suam. *Hora laudis, Luc. 2.* Anna prophetissa hac ipsa hora superueniens, confitebatur Domino, & loquebatur de Iesu. *Hora exultationis, Luc. 10.* In ipsa hora exultauit Iesus in Spiritu sancto. *Hora, qua prædestinati ad vitam, & ad gloriã recipiuntur. Vnde Christus cuilibet animæ vel personæ sanctæ videtur dicere illud, Ruth. 2.* Quando hora vescendi fuerit, veni huc & comede panem. *Hora cælestis gloriæ, Apoc. 8.* Factum est silentium in cælo, quasi dimidia hora: *quia solùm ibi quies & silentium, sc. ante iudicium sola anima sine corpore beatificatur. Hora mortis, iudicij & inferni, Luc. 12.* Si sciret paterfamilias, qua hora fur veniret. *Matth. 24.* De die illa & hora nemo scit. *Apoc. 8.* Vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ. *Nota præterea loca scripturæ accommodabilia. Tob. 12.* In hora mortis suæ. *Iudith 6.* Ecce ex hac hora illorum populo sociaberis. *Ioan. 1.* Hora autem erat quasi decima, *Luc. 22.* Sed hæc est hora vestra & potestas. *Ioan. 4.* Hora septima reliquit eum febris. Cognouit ergò pater, quod illa esset hora. *Idem c. 5.* Quia venit hora, & nunc est. *Ioan. 16.* Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, *Eccl. 11.* Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ. *Dan. 3.* In hora qua audieritis sonum tubæ. *Et,* Quacunque hora audieritis sonitum, *& c. 13.* Eamus domum, quia hora prandij est, *Mar. 6.* Et cùm hora multa fieret, *Rom. 13.* Hora est iam nos de somno surgere, *1. Cor. 15.* Vt quid & nos periclitamur omni hora? *Apoc. 3.* Nescies qua hora veniam ad te, *& c. 5.* Parati erant in horam & diem. *& c. 11.* In illa hora factus est terræ motus. *& c. 9.* Quia venit hora, vt metatur. *Luc. 12.* Spiritus enim sanctus docebit vos in illa hora. *Hæc è Dictionario Theologico P. Berchory, vt plurimum decerpsi, & pro communi vtilitate huc posui, vt intelligas me confidenter agere, neque quicquam velle me abscondere, quod tibi vtilitatiq́; publicæ possit inseruire. Tu lector integerrime, laborem hunc grato animo suscipe, in vsum bonorum conuerte: Zoilus, quantum per charitatem Christianam licet, responde, & precibus tuis me miserum peccatorem Deo commenda. Vale ad animi tui desideria.*

MATERIÆ SINGVLARVM CONCIONVM IN HOC OPERE.

Incinerationis Lib. I.


E mundi contemptu. Pag.1
Seruiendum Deo ad instar creaturarum, *Seruite Domino in timore & exult.*&c.Psalm.2. pag.30
De mundo contemnendo, *Nolite diligere mundum, neque*,&c.1.Ioan.2. pag.32
De mundo contemnendo iterum, *Benedictus Dominus, quoniam mirific. miseric.*&c. Psal.30. 35
De contemptu mundi, eoque diligenter fugiendo, *Fratres nolite diligere mundum, neque*,&c.1.Ioan.2. 40
De miseria hominis, peccato & morte. *Circundederunt me dolores mortis*,&c.Psal.17. 42
De dignitate hominis, *Domine, quid est homo, quòd memor es*,&c.Psal.8. 45
De mundi miseria, *Sum quidem & ego mortalis homo, simil. omnibus*,&c.Sap.7. 47
De contemptu mundi & vitæ, *Breues dies hom. sunt, num. mens.* Iob 14. 48
De calamitate vitæ humanæ,& præsentis sæculi, *Antequam comed. suspiro: & quasi*,&c.Iob 3. 50
De labilitate eorum, quæ pertinent ad vitam humanam, *Transierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nunc.* &c.Sap.5. 51
De fragilitate vitæ humanæ, *Quæ est vita nostra? vap. ad modic.*&c.Iac.4. 56
De multiplici defectu humanæ vitæ, *Homo natus de muliere, breu.*&c. Iob 14. 58
De tædio humanæ vitæ, *Tædet animam meã vita meæ*,&c.Iob 10. 60
De breuitate & miseria vitæ, *Præcisa est, velut à texente, vita*, Isa.38. 63
De gaudio humano, mundi & peccatoris, *Amen, amen dico vobis, quia plorab.* &c. Ioan.16. 64
De miseria, in qua creatus homo, *Quare de vulua egressus sum*,&c.Ier.10. 69
De miserijs omnium statuum, *Cùm me conuertiss. ad vniuers. quæ sub*, &c. Eccles.1. 71
Contra mundi voluptates, *Qui amicus esse vol. huius.* Iac.4. 76
De vanitate & mutabilitate vitæ humanæ, *Homo vanitati similis factus est*,&c.Ps.143. 79
Vita nostra lubrica,& multis comparata, *Nunquid non pauc. dierum*, &c. Iob 10. 81
Quòd viui magis mortui sint, quàm viuant, *Non mortui laud. te Domine*,&c. Ps.113. 89
De mundi contemptu, *Exiui à Patre, & veni in mundum*,&c.Ioan.16. 92
De periculo tardationis pœnitentię vsque ad mortem,&c. *Hortamur vos, ne in vacuum grat. Dei*,&c.2.Cor.16. 94
De diuitijs & honoribus, *Filij hominum, vsquequo graui corde?* Psal 4. 98
De filij prodigi exemplo, *Declina à malo, & fac bonum*, Psal.33. 100
De vtilitate tribulationum & flagellorum, *Vt quid Domine recessisti longè*, &c. Ps.9. 103
De iustorum lætitia in præsenti & futuro, *Credo videre bona Domini in terra viuentium*, Ps.26. 105
De varijs mundi necessitatibus, vanitatibus,& abominationibus, *Quomodo facti sunt in desolationem?* Ps.72. 108
De patientia, *In patientia vest. possideb. anim. vest.* Luc.31. 110

De

De patientia iterum, *Per patientiam curr. ad propos.* &c. Heb 12. pag. 113
De patientia habenda in hoc mundo, *Patientia vob. necess. est, vt vol.* &c. Heb. 10. pag. 121
A Christo exemplum sumamus actionũ nostrarum, *Exemplum dedi vob. vt sicut ego*, &c. Ioan 13. 123
De operibus, quæ debemus facere, *Hoc fac, & viues*. Luc. 10. 125
De Eleemosyna, *Vidit Deus opera eorum*, &c. Ion. 1. 133
Ad beatitudinem quæ spectant, *Beatus vir, qui non abijt in consil.* &c. Psalm. 1. 138
De viro iusto, quòd misereatur Deus, & non deserat eum. *Oculi mei semper ad Dom.* &c. Psal. 25. 140
De misericordia Dei: iustorum persecutionibus, quæ ligant hominem & soluunt, *Misericordia tuæ multæ, Domine*, &c. Psal. 118. 143
Contemptus veteris vitæ: & ad Deum refugium, *Domine refug. factus es nob.* &c. Psal. 89. 146
Parentes peccant, dolentes mortem filiorum suorum, *Iustus perijt in iustitia sua* &c. Eccl. 7. 148
Iustus appetit mortem, *Heu mihi, quia incolatus meus pro ong.* &c. Psalm. 119. 151
De peccato & eius incommodis, *Qui facit peccatum, ex diabolo est*, &c. Ioan. 3. 153
Quàm sit periculosum differre pœnitentiam, *Si quis vult venire post me, abneg.* &c. Matth. 16. Luc. 9. 155
Omnes mori debent: & mundi fallax gloria, *Vbi sunt princip. gentium, & qui dom.* &c. Baruch 3. 157
De peccati abominatione, & excusationibus peccantium, *Non declines cor meum in verb. malit.* Ps 140. 159
De iudice & iudicio diuino, *Deus iudex iustus, fort. & pat.* &c. Psalm. 7. 162
Mortui nil possunt mereri: & nihil prodest illis, si vixerint malè, *Nunquid mortuis facies mirabilia*, &c. Psalm. 87. 164
Iudicium diuinum exemplis illustratur, *Dimitte me ergo, vt plangam*, &c. Iob 10. 167
Sequuntur themata breuia, *Cuius es, aut quo vadis?* &c. Gen. 32. 174
Aliud ibidem, *Vmbræ transitus, est tempus vit.* &c. Sap. 5.
Aliud, pag. 175. *Statutum est omnibus hom. semel mori*. Heb. 9.
Aliud, pag. 176. *Quis est homo, qui viuet*, &c. Psal. 88.
Aliud, pag. 177. *Reuertatur pul. in ter. suam*, &c. Eccl 19.
De remissione peccatorum ante mortem impetranda, *Remitte mihi, vt refrig. priusquam*, &c. Psalm. 38. 179
De pœnitentia. pag. 182
De indulgentijs. pag 188
Vita nostra hodie est in honore, cras in mœrore aut fœtore. pag. 196

Incinerationis Lib. II.

De morte in genere, pag. 198
De morte iterum, 215
De præparatione ad mortem facienda, *Pretiosa in conspectu Domini*, &c. Psal. 115. 226
De præparatione, seu dispositione ad mortem, iterum, *Ego dixi, Domine miserere mei*: &c. Psalm 40. 243
Iterum pag. 254. *Cogitaui dies antiquos*, &c. Psal. 76.
De præparatione, seu disposit. ad mortem, iterum, *Facite fruct. dign. pœnitentiæ*: Matth. 3. 250
De mortis conditionibus, *Iam securis ad radic. arb.* &c. Matth 3. 257
Quàm pretiosa sit perfectorum mors, *Pre-*

Pretiosa in consp. Domini mors, &c. Psal. 115. pag. 264
De generalitate mortis, *Vanitati subiecta est omnis creatura.* Roman. 8. pagin. 270
Causæ mortis, *Deus mortem non fecit.* Sap. 1. 272
De causa & origine mortis. *Per vnum hominem peccatum intrauit*, &c. Roman. 5. 275
De communitate & vniuersalitate mortis, *Communionem mortis scito.* Eccles. 9. 277
De generalitate mortis. *Omnes morimur, & quasi aquæ*, &c. 2. Reg. 14. 280
De mortis necessitate, *Statutum est omnib. hom. semel*, &c. Heb. 9. 282
De necessitate mortis, iterum, *Quis est homo, qui viuet*, &c. Psal. 88. 284
De vtilitate mortis, *O mors, bonum est iudicium tuum.* Eccl. 41. 287
De velocitate mortis humanæ, *Memor esto, quia mors non tardat.* Eccles. 14. 289
De mortis imagine & mysterio, *Quis est homo, qui viuet*, &c. Ps. 88. 292
De morte, & eius præfiguratione, ac dominio: deque homine, *Lapis qui percusserat statuam, factus est*, &c. Daniel 2. 295
Mors quid: ad quid generalis & terribilis, *Mors & vita à Domino*, &c. Eccl. 11. 298
De mortis horrore, *Formido mortis cecidit super me.* Ps. 54. 303
De mortis angustia, sententia, vtilitate, &c. *Hoc iudicium à Domino omni carni.* Eccl. 42. 306
Quomodo mors metuenda, hominique viuendum, ne mors imparatum inueniat, *Memor esto, quia mors non tardat.* Eccl. 14. 319
De laqueis mortis, & inferni pœnis, *Dolores inferni circumd. me*, &c. Psalm. 17. 321
De doloribus mortis, & periculis inferni, *Circumded. me dolores mortis.* Psal. 114. 324
De annihilatione, qualiter & quare fiat per mortem, *Ad nihilum redactus sum*, &c. Psal. 72. 327
De memoria mortis, *In omnibus operibus tuis memor.* &c. Eccl. 7. 329
De memoria mortis, iterum, *Morte morieris.* Gen. 7. 331
De memoria mortis, adhuc. *Libera me Domine de morte æterna.* in cantu Ecclesiæ. 337
De memoriæ mortis vtilitate. *Nihil sic reuocat hominem à peccato, quemadmodum mortis meditatio.* Augustin. lib. 2. contra Manich. 339
De laude mortis, & quòd soluat debita naturæ, *Laudaui magis mortuos quàm viuos*, Eccl. 4. 342
De morte non timenda, *Educ de custod. animam meam*, &c. Ps. 141. 345
Mortem non à iustis timeri, sed à peccatoribus. *Timenti Deum benè erit in extremis*, &c. Eccl. 1. 354
Cur Deus non velit mortem timeri à bonis, sed habeant peccatores quod metuant, *Non planges neque plorabis*, &c. Ezech. 24. 357
Mortis incertitudo cur Deo placeat, *Estote parati, quia nescitis diem*, &c. Matth. 25. 359
De non flendo super iustos, *Nolite flere super me*, &c. Luc. 23. 363
De ploratu temperato, *Modicum plora super mortuum.* Eccles. 22. 365
De fletu propter considerationem nostri, *In mortuum produc lacrymas*, &c. Eccles. 38. 366
De consolatione tristantium de morte, *Tristitia vestra vertetur in gaudium.* Ioan. 16. 367
De tristitia propter mortem cito finienda. *Consolare propt. tristitiam, & fac luctum.* Eccl. 38. 368
De commendatione visitantis lugentes. *Melius est ire ad domum luctus*, &c. Eccl. 7.

****

Eccl.7. pag.369
Ex voluntate Dei mortem hominis dependere. *Fiat voluntas tua*. Matth.6. pag. 373
Voluntariè moriendum. *Nos autem populus tuus, & oues pasc.* &c. Psalm.78. pag. 377
De signis, an se quis ad mortem benè præparauerit. *Frater non redimit, redimet autem homo*. Ps.48. 388
De bonis, quibus priuantur mortui. *Mortui nihil nouerunt amplius, nec habeb.* &c. Eccl.9. 390
De vilitate hominis mortui. *Ego autem vermis*. &c. Ps.21. 392
De vigilantia viuentis, & nuditate morientis. *Beatus qui vigilat & custodit vest.* &c. Apoc 16. 394
De vili conditione hominis in vita, & post mortem. *Puluis es, & in puluer. reuert.* Gen.3. 396
De misera conditione hominis viuentis & morientis. *Comparatus sum luto, & assimil.* &c. Iob 30. 399
De vigilantia necessaria. *Vigilate, quia nescitis diem*, &c. Matthæ. 25. pag. 401
De comparatione status viuorum & mortuorum. *Laudaui magis mortu. quàm viu* Eccl.3. 405
De solutione animæ & corporis. *Exibit spiritus eius, & reuertetur*, &c. Psal.145. 406
Cur sæpè & subitò homines moriantur, etiam in dignitatibus constituti. *Mirabilia opera tua Domine*. Psalm.138. 408
Mors est melior, quàm vita. *Melior est dies mortis, quàm natiuitatis*. Ecclesiast.7. 409
Et iterum.
O mors bonum est iudicium tuum. Eccles.41. 411
Vtilitas mortis. *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis*. Ecclesiast. 7. 412
Et iterum, ibid.
Memor esto iudicij mei, &c. Ecclesiast. 38.
Hominem peccatorem esse deteriorem bestijs. *Vos autem sicut homines moriemini*. Psal.81. 413
In funere hominis, qui malè vixit. *Mors peccatorum pessima*. Psalm. 33. 416
Sepulchri conditio & memoria. *Solùm mihi superest sepulchrum*. Iob 17. 418
Sequuntur themata breuiora, *Estote parati*. Matth.24. Luc.12. 425
Aliud.
Notum fac mihi finem meum. Psalm. 38. 426
Aliud.
Oportet mortale hoc induere immortalitatem. 1.Cor.15. Ibid.
Aliud.
Vocabis me, & ego respondebo tibi. Iob 13. 427
Aliud.
Cupio dissolui, & esse cum Christo. Philip.1. 428
Aliud.
Timor mortis conturbat me. Iob 4. pag. 429
Aliud.
Melior est mors, quàm vita amara, &c. Eccles.30. 430
Aliud.
Bene omnia fecit. Matth.7. 431
Aliud.
Modicum plora super mortuum. Eccles. 22. ibid.
Aliud.
Vado ad eum, qui me misit. Ioan.15. ibidem.
Aliud.
Nudus egressus sum de vtero matris meæ, &c. Iob 1. 433
Aliud.
Frater qui adiuuatur à fratre, &c. Prou.18. 434
Aliud.

Aliud.
Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos, &c. Iob 19. 435
Aliud.
Redde quod debes. Matthæ. 14. ibidem.
De luctu in morte parentum, filiorum, fratrum, sororum, marit. vxor. cognat. &c. *Da nobis auxilium de tribulat.* &c. Ps. 59. 436
De morte, & ipsius qualitatibus. *Veruntamen vniuersa vanit. omnis homo viv.* Ps. 38. 444
De causis longioris & breuioris vitæ naturalibus. *Notum fac mihi Domine finem meum*, &c. Psalm. 38. pag. 450
De sepultura. *Mortuo non prohibeas gratiam.* Eccl. 7. 452
De reprobatione impiorum. *Spreuisti omnes disced. à iustit. tuis*, &c. Psalm. 118. 455
Aliud thema.
Dominus interrog. iust. & impium, &c. Psal. 10. 464
De miseria vitæ humanæ. *Pauperem quidem vitam gerimus*, &c. Tob. 4. pag. 466.

Incinerationis
Lib. III.

Testamentum sancti Ephrem. pag. 473
In funere summi Pontificis, *Pater noster mortuus est.* Num. 27. 483
In funere summi Pontificis, seu Papæ, iterum. *Summus Pontif. de Ierusal. venit*, &c. Iudith 15. 485
Cardinalis. *Vidi Dominum stantem super alt.* &c. Amos 9. 488
Episcopi, vel Archiepiscopi, *Pontifex ex hominibus assumptus*, &c. Hebræor. 9. 491
Præpositi, vel Plebani, *Percussit Dominus plebem plaga magna.* 1. Regum 6. pag. 496
Prælati. *Mementote Præpositorum vestrorum.* Heb. 13. 500
Visitatoris. *Ponam visitationem tuam pacem.* Isa. 60. 502
Abbatis. *Venit prior ad monumentum.* Ioan. 20. 507
Sacerdotis. *Stetit ante iudicium, caussam reddens*, &c. Ioan. 10. 509
Prædicatoris, seu Concionatoris. *Cœpit Iesus prædicare, & dicere: Pœnit. agite.* Matthæi 4. 512
Religiosi, seu Monachi. *Glorietur frater humilis in exultatione sua.* Iacob. 1. 514
Religiosi iterum. *Cursum consummaui, fidem seruaui.* 2. Tim. 4. ibid.
Religiosi adhuc.
Consummatus in breui, expleuit tempora multa, &c. Sap 4. 515
Religiosi militis.
Militia est vita hominis super terram. Iob 7. 518
Religiosi iterum.
Qui mortuus est, iustificatus est à peccato. Rom. 6. 520
Religiosi adhuc.
Factus est obediens vsque ad mortem, Phil. 2. 522
Religiosi adhuc.
Bonum est viro, cùm portauerit iugum suum ab, &c. Thren. 3. 524
Religiosi adhuc.
Religio munda & immac. apud Deum, &c. Iac. 1. 526
Pro Ecclesiastico communiter. pag. 529
De Purgatorio. *Petrus quidem seruabatur in carcere*, &cæt. Actorum 12. pag. 540.
Themata breuiora, *Paulus peragratis superiori-*

uioribus partibus,&c. Actorum 19. pag. 541
Aliud, *Dixit Dominus Philippo: Accedens adiunge te*,&c. Act. 4. 542
Aliud. Ibid. *Ioannes cùm impleret curs. suum, disced ab eis*,&c. Act. 23.
Aliud, *Vnus ex duodecim, qui secuti sunt Dom.* &c. Ioan 1. 543
Aliud, *Iacob abijt in itinere, quod cœperat*,&c. Gen. 32. 544
Aliud. Ibidem. *Simon dormis.* Matthæ. 14.
Aliud *Vidit Iesus hominem, Matthæum nomine*,&c. Matth 9. 545
Aliud. Ibid. *Ascenderunt in cœnaculum, vbi manebat Barth.* Act. 1.
Aliud. *Segregate mihi Barnabam*, Actor. 13. 546
Aliud. Ibid. *Sors cecidit super Matthiam.* Act. 1
Aliud *Lucas est mecum.* 2. Thessal. 4. 547
Viri sancti. *Sperat iustus in morte sua.* Prou. 14. 547
Abbatissæ. *Mater mirabilis, & bonorum memoria digna.* 2. Mach. 7. 550
Monialis virginis. 552
Religiosæ mulieris, *Mulier timens Deum, ipsa laudabitur.* Prouerbior. 31. pag. 556
Mulieris sanctæ. *Facta sum coram eo, quasi pacem reperiens* Cant 3. 558

Incinerationis
Lib IV.

IN funere Imperatoris, *Is qui videbatur fluctibus maris imperare*,&c. 2. Machab. 9. 560
Regis. *Rex hodie est, & cras morietur*, &c. Eccl. 10. 562
Principis. *Princeps maximus hodie cecidit in Israel.* 2. Reg. 3. 565
Ducis. *Dux de terra Aegypti non erit amplius.* Ezech. 30. 567
Viri literati. *Moritur doctus, sicut & indoctus.* Eccl. 2. 569
Historici. 578
Musici 579
Parentis. 582
Equitis aurati. *Cunctis diebus, quibus nunc militio*,&c. Iob 14. 584
Viri magni. *Magnus & paruus ibi sunt*, &c. Iob 3. 587
Doctoris Theologi. *Ecce docuisti plurimos, & manus lassas roborasti.* Iob 4. pag. 588
Doctoris Legum. *Vbi literatus, vbi verba legis ponderans?* &c. Isa. 33. 590
Medici. *Medicus non est ibi.* Ierem. 8. 591
Iudicis. *Memor esto iudicij, sic enim erit & tuum* Eccl. 38. 593
Excellentis Notarij, procuratoris, vel similis. *Vbi sapiens, vbi scriba, vbi conquisitor huius seculi?* 1. Cor. 1. 595
Diuitis. *Diues cùm dormierit, nihil secum afferet.* Iob. 24. 597
Iuuenis *Memento creatoris tui in die iuuentutis tuæ*,&c. Eccl. vlt. 599
Senis. *Mortuus est in senectute bona.* Gen. 25. 602
Hospitis excipientis *Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.* Iob 31. 604
Artificis. *Omnis artifex, & omnis ars non inuenietur*,&c. Apoc. 18. 605
Mercatoris. *Non erit mercator vltra in domo Domini* Zach. 14. 607
Piscatoris. *Sicut pisces capiuntur hamo*, &c. Eccl 9. 609
Venatoris, *Anima nostra erepta est de laqueo venantium.* Psal. 123. 611
Dispensatoris, *Vocauit Dominus villicum, & ait illi*: &c. Luc. 16. 614
Ad mortem damnati, *Erue eos, qui ducuntur ad mortem.* Prou. 24. 616
Per insidias occisi, *Insidiatur quasi leo in spelunca sua.* Psal. 9. 617
Ex

Ex vulnere mortui, *Sicut vulnerati dormientes in sepulchr*, &c. Psal. 87. 618
Occisi in bello, *Facta est super me manus Domini*, &c Ez. cap. 37. 619
Occisi in bello, iterum, *Melius est nos mori in bello, quam videre*, &c. Matth. 3. 620
Robusti subitò mortui, *Iste moritur robustus & sanus*. Iob. 21. 621
Libenter mortui, *In obitu suo non est contristatus*, &c. Eccl. 30. 623
Multo desiderio mortui, *Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo*. Phil. 1. 625
Ex diuturno morbo mortui, *Melior est mors, quam vita amara*, &c. Eccl. 30. 626
Diuitis afflicti, *Humiliasti nos in loco afflictionis*, &c. Eccl. 44. 628
Multum tentati, *Ne tradas bestijs animas confitentium tibi*, &c. Psal. 73. 631
Mortui procul à suis, *Non est vir in domo sua, abijt via longissima*, &c. Prou. 7. 636
In nauigando submersi, *Qui nauigant mare, enarrant pericula eius*. Eccl. 43. 637
Subitò mortui, *Iste moritur robustus & sanus*. Iob. 21. 638
In carcere mortui, *Educ de carcere Deus animam meam* Psal. 141. 639
Mulieris nobilis, & pulchræ, *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius*, &c. 1. Pet. 1. 640
Puellæ, *Non est mortua puella, sed dormit*. Mat. 9. 642
Viri nobilis, *Nobilis abijt in regionem longinquam*, &c. Luc. 19. 646
Medici, ibid. *Honora medicum propter necessitatem* Eccl. 33.
Doctoris, *Vbi est literatus, vbi verba legis ponderans?* Isa. 33. 647
Mercatoris, *Simile est regnum cælorum homini negotiatori*, &c. Matth. 13. 648
Adolescentis, *Consummatus in breui expleuit tempora multa*. Sapient. 9. 649
Senis, Ibid. *Abraham mortuus est in senectute bona*. Genes. 25.
Senis, iterum, *Mortuus est senex, & plenus dierum*. Gen. 35. 650
Paruuli, *Si diligeretis me, gauderetis vtique*, &c. Ioan. 14. 651
Paruuli rursus, Ibid. *Sinite paruulos venire ad me*, &c. Matth. 19.
Paruuli adhuc, *Iste puer magnus coram Domino*. Luc. 1. 652
Consolatio super omnes charissimos, 653
Aliud breue thema, 654
Dominæ, seu matrisfamilias, Ibi. *Sapiens mulier ædificauit domum suam*. Prou. 14.
Dominæ rursus, *Date ei de fructu manuum suarum, & laudent*, &c. Prou. vlt.
Puellæ, *Non est mortua puella, sed dormit*. Mat. 19. 656
Idem adhuc, ibid.
Aliud breue thema, *Surge, propera amica mea, & veni*. Cant. 2. 657

Incinerationis
Lib. V.

De morte gratiæ, *Quasi morientes, & ecce viuimus* 1. Cor. 6. 659
De spiritualis mortis progressibus, 663
De moriendi modis plurimis, 664
De signis mortem monstrantibus, corporalem & spiritualem, 670
De iudicio vniuersali: & quomodo singuli iudicabuntur habentes officia, *Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs*, &c. Psal. 118. 676
De iudicio extremo, *Credo & in Iesum Christum*, &c. *qui vent. est iudic. viu. & mort. ex Apost. Symb.* 680
De iudicio Dei, quomodo Deus ostendat summam suam iustitiam, *Omnes nos manifestari oportet ante trib.* &c. 1. Cor. 5. 688
De iuuandis in Purgatorio, *Memor esto iudicij mei: sic erit & tuum* Eccl. 38. 691
De cura & gratia mortuis impendenda, *Mortuo non prohibeas gratiam*. Eccl. 7. 692
De retributione bonorum post mortē, *Opera illorum sequuntur illos* Apoc. 14. 695
De orationibus pro mortuo, *Sancta & salubris est cogitatio, pro defunct. exorare*, &c. 2. Mach. 12. 697


In anniuersario, vel translatione multo antè mortui, *Homo cùm mortuus fuerit, nudatus atque consumptus*, &c. Iob. 14. 699
De oblationibus in anniuersario faciendis, *Iudas decollatiõe facta, 12. millia drachmas argenti misi*. &c. 2. Mach. 12. 701
De misericordia, quàm defuncti petũt, facienda, *Miseremini mei, miseremini mei, vos saltem*. &c. Iob. 19. 702
De Purgatorio, & modis fideles defunctos iuuandi, *Sancta & salubris est cogitatio, pro defunct. exorare*, &c. 2. Mac. 12. 704
De Purgatorij pœnis. 720
De compassione erga mortuos. 722
De reuelationibus, seu visionibus mortuorum. 726
Visio Caroli Calui, de tormentis inferni. 733
De Inferno, *Qui descenderit ad inferos, non ascendet*. Iob. 7. 735
Quia resurgemus, gaudendum, *Seminatur in corrupt. surget in incorruptione*, &c. 1. Cor. 10. 746
De loco æternitatis, ad quem homo vadit, *Ibit homo in domum æternitatis suæ*, Eccles. 12. 748
De gaudijs, & alijs bonis in cælo, *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor*. &c. 1. Cor. 2. 749
De cæli gaudijs, (cœnæ comparatis) & benedictionibus, *Beatus, quem elegisti & assumpsisti*, &c. Psal. 64. 759
Concio Prædicatoris valedictoria, *Amẽ, amen dico vobis, qui accipit, si quem misero*, &c. Ioan. 13. 761
Planctus hominis peccatoris. 767
Consolatio peccatoris. 779
Speculum peccatoris. 773
Certamen animæ cum corpore, metricum. 779
De mundi vanitate, metrum. 782
Deuota B. Bernardi exhortatio, metrica. 783
De cura mortuorum apud Ethnicos, 786

Introductionum in funebres Conciones.

Aduentus Dominica 1. Machab. 21. 804
Dominica II. Luc. 12. ibid.
Dominica III. Matth. 11. 805
Dominica IV. Ioan. 1. ibid.
In natiuitatis Christi nocte, Luc. 2. 806
Aurora, Luc. 2. 807
Summa Missa, Ioan. 1. ibid.
In festo S. Stephani, Matth. 23. 808
S. Ioan. Apost. & Euangelistæ, Ioan. 21. ibid.
Innocentium, Matth. 2. 809
Dominica infra Octauam Natiuitatis, Luc. 2. 810
In festo Circumcisionis, Luc. 2. ibid.
Epiphaniæ, Matth. 2. 811
Post Epiphaniam, Dominica I. Luc. 2. 812
Dominica II. Ioan. 2. ibid.
Dominica III. Matth. 8. 813
Dominica IV. Matth. 8. 814
Dominica V. Matth. 13. ibid.
Dominica Septuagesimæ, Matth. 20. 815
Sexagesimæ, Luc. 8. 816
Quinquagesimæ, Luc. 18. ibid.
Quadragesimæ Dominica I. Matth. 4. 817
Dominica II. Matth. 15. 818
Dominica III. Luc. 11. 819
Dominica IV. Ioan. 6. ibid.
Dominica V. seu in Passione, Ioan. 8. 820
Dominica Paschæ, seu Resurrectionis, Marc. 16. ibid.
Post Pascha, Dominica I. Ioan. 20. 821
Dominica II. Ioan. 10. 822
Dominica III. Ioan. 16. ibid.
Dominica IV. Ioan. 16. 823
Dominica V. Ioan. 16. ibid.
Dominica infra Octauam Ascensionis, Ioan. 15. 824
In festo Spiritus sancti, seu Pentecostes,

stes, Ioan. 14. pag. 825
Post Pentecosten Dominica 1. (seu Trinitatis.) Luc. 16. ibid.
Dominica 2. Luc. 14. 826
Dominica 3. Luc. 15. ibid.
Dominica 4. Luc. 6. 827
Dominica 5. Luc. 5. 828
Dominica 6. Matth. 5. ibid.
Dominica 7. Marc. 8. 829
Dominica 8. Matth. 7. Ibid.
Dominica 9. Luc 16. 830
Dominica 10. Luc. 19. 831
Dominica 11. Luc. 18. ibid.
Dominica 12. Marc. 7. 832
Dominica 13. Luc. 10. ibid.
Dominica 14. Luc. 17. 833
Dominica 15. Matth. 6. 834
Dominica 16 Luc. 7. 835
Dominica 17. Luc. 14. ibid.
Dominica 18. Matth. 22. 836
Dominica 19. Matth. 9. 837
Dominica 20. Matth. 22. ibid.
Dominica 21. Ioan. 4. 838
Dominica 22. Matth. 18. 839
Dominica 23. Matth. 22. ibid.
Dominica 24. Matth. 9. 840

Finis huius Indicis.



LIBER PRIMVS,

DE MVNDI CONTEMPTV.



Mundana omnia perire, docetur exemplis.

QVID vnquam tam integrum, quod non minatur, tam sanũ, quod non cõsumatur, tã forte, quod nõ rumpatur, tam gratum, quod non intereat, tam tenerum, quod non deficiat, & quod tandem non cõsumat tempus? Profer corpus speciosum, hominem vel animal: aut plantam siue montem. Certum hoc prognosticon, cum hæc omnia sub hoc circulo contineantur, mortalia & corruptibilia esse. Et quemadmodum principium, ita & aliquando finem habitura. Nam mundus qui diligitur fugit. Et quia labentem mundum retinere non possumus, necesse est, vt cum ipso labamur, inquit S. Gregorius. Omnia pereunt, præterierunt delitiæ: quid restat nisi culpa? quàm nostro damno ad infernum nos duci? Futurorum nulla possessio, præteritorum solùm hoc instans reperitur, quod etiam ictu oculi ac momento elabitur. Solum tempus finem non habebit, quod, quãdo tandem illi æterno Monarchæ, velocissimis rotis cœlestibus, nũquam fessis, finem dare placuerit, æternitatem pariet. O torrentem velocissimum, O cursum inquietum, O voraginem insatiabilem, tempus: quis non videt hunc voracem ac velocẽ senem, quomodo omnia dentibus suis laceret, deuoret? quotquot natura profert, tot senex ille deuorat: ille nunquam deficit in producendo & generando: hic in deuorando & consummando, ac tunc tandem finem suo regno imponet, quando non inueniet amplius ad consummandum. Dicam ergo cum Regio Propheta, & videre si vobis verba conueniant: *Filij hominum vsque quo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* Ignorantiam hanc vestram in frontibus multorum insculptam, ac stabilitatem mundi præ se ferentem hodiè penitus euellam, depingam vanitatem & instabilitatem mundi, contemptum illius proponam, vt vel Lyncei stabilẽ ac firmum in cœlo mundum prospiciatis; ansam mihi præbente huius Euangelij pompa atque triumpho, quo Hierosolymitani Christum Dominum excipiebant, & paulo post tantis contumelijs & opprobrijs affecerant, vbi etiam repositis vestibus causa lætitiæ, plangenti postmodum voce regem illum inclamabant: vt vel hinc prospiciatis magis plangendum atque eiulandum, quàm gestiendum atque triumphandum in hac mundi vanitate & pompa conuenire.

Tempus finem non habet.

Tempus, vorax & velox senex.

Deum cognosci per creaturas.

Prima pars. Grauis omninò, & quantum credo altissimo conceptu mota Diui Pauli sententia: *Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*: ac si diceret: O hominem mortalem, video curiositatem tuam, cognosco tuum desiderium Deum cognoscendi, Creatorem tuum: scias tamẽ mysteria illa tam esse alta & sublimia intellectui tuo, vt sine adiumento alicuius, præbentis veritatis facem, veritatem conspicere impossibile sit. Si ergo aliquid attingere, licet viatori comprehendere, exoptas, sequere consilium meum, arripias creaturarum contemplationem, quæ si non ad altum penitus te ducent, addisces nihilominus admirari. Causa huius est, quia cùm omnes res visibi-

Rerum omnium exemplaria sine ideas, esse in Deo.

les effectus sint primæ causæ, ad instar æterni illius exemplaris factæ; ideò illorum pulchritudo & perfectio ad horum omnium originem aliqualiter ducunt. Euenit mundo sicut exteris Venetias aduenientibus, primo figunt oculos fortè in illum generosissimum portæ Diui Marci equum, examinant omnes partes ac membra illius, videt omnino artificium, idque summoperè laudat, ab equo ad artificem cogitando peruenit, eumque magnum & excellentem cogitat. Incipit primò in equo, sed ibi non quiescit, deuenit ad statuarium. Sic per omnia mundo accidit, qui pulcher ac sine macula admiratur, sed non firmare in illo nos decet, sed quasi per scalam ad Creatorem nos ducit, quia omnia rerum copia illius originalis, ac formæ primæ formæ. Accipe ergò quamcunque vis creaturam paruam aut magnam, hominem aut mulierem, nec dies, nec menses, nec anni sufficient ad illius pulchritudinem plenè penetrandam, & inde fieri non potest, vt ad Creatorem non deuenias, ac dicas: *Quam magnificata sunt opera tua, Domine.* Verùm si omnes res quælibet in particulari tam pulchræ, quales erunt quæso simul aggregatæ? si quælibet pulchritudo Vniuersi tantam generat admirationem, quid non efficient omnes in genere? Audi quæso. In creatione mundi, ac examine rerum in particulari, initio DEVM laudasse singula, *Dixit DEVS, fiat lux, & vidit Deus lucem, quod esset bona. Dixit DEVS, fiat firmamentum, & vidit DEVS quod esset bonum,* & sic de singulis. Tandem, vt omnia simul proponat, laudet, examinet, ac tanquam vitra diuersæ pulchritudinis in hac totius Vniuersi officina disponat, simulque proponat, subiungit Moyses: *Vidit DEVS cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Et quodnam est aggregatum hoc, totius pulchritudinis Mundus?

Simile ab equo Venetiano efformato.

Deum laudant singula.

ergò erit etiam pulchrior, singulis rebus in particulari. Et quis huic pulchritudini quicquam adiunget? certè stolidus, cui dicam cum Augustino: *Accedat homo, & faciat mihi tale cælum, & talem terram, & dicam ego, DEVS est.* Considera cœlum, omnium Elementalium virtutum patrem & Dominum, quod in tanta distantia, terram præ cæteris Elementis, omniaque illius obscura receptacula, tam admirabili virtute luminis sui visitat, penetrat. Inspice solem, causam generationis animalium, vegetabilium & mineralium: quomodo subministret lucem, noctem coloribus ornet, tenebras stellis adornet, tempora nauigationibus & collectioni seminum diuidat, quid quæso huic pulchritudini adiunges? Progredere a conuexo ad concauum Lunæ, & speculare Elementa, imprimis elementum illud actiuum & factiuum, tantæ efficaciæ & nullius resistentiæ, custodem naturæ, semper mobilem circularem, scilicet ignem, qui calore suo naturali viuificat aquam, aerem, ac terram ingrauidat, & virtute efficaci in omnibus rebus sensibilibus, eandemque generationibus omnium viuentium concurrit. Hunc adde aerem serenum, qui tanquam velum subtile, ad cooperiendam faciem naturæ, aut potius discooperiendam, a suo Creatore ordinatur, qui omnia corpora circumdat, ac in locis suis naturalibus conseruat: receptaculum specierum sensibilium, luminis, mediumque videndi. His coniunge terram & aquam, quæ corpus circulare formant, & in centro mundi ambo manus sibi porrigunt, bases operationum DEI, fundamenta, obiecta, & receptacula virtutum cœlestium, cœlestiumque influxus, in quibus sol efficaciter radios suos reuerberat: id quod in igne & aere ob defectum resistentiæ non efficit, facit in hac genera-

Mundi huius pulchritudo & bonitas.

Cælorum.

Solis.

Ignis.

Aeris.

Terræ & aquæ.

nera-

neratione corporum, tantorumque animalium vegetabilium ac sensibiliũ. Relinque iterum hæc omnia, cælosque ascende, ac vide si superioribus ac inferioribus [illegible] quicquam perfectionis ac pulchritudinis adiungere possis, siue soli quicquam de lumine, aut lunæ de claritate, primo mobili velocitatem, sphæris illis motum, regularem motum, numerum stellis, varietatem lunæ, colorem [illegible] temperamentum igni, subtilitatem & serenitatem aeri, aquam mari, ornamentum terræ, columnas globo terræ, quod propria virtute se sustentat, & in summa singulis singula, eaque in infinita, si vales, adiunge: aut potius admiratione mutus exclama: *Quàm magnificata sunt opera tua Domine* [illegible] [illegible] *Lauda*

Mundi laudes.

[illegible]

tur si quælibet res in particulari tantam meretur laudem, omnes simul aggregatæ quid non efficient? O dignitatem, nobilitatem, gloriam, gloriosi mundi, ac stolidum, qui hunc vituperare audet. Quæ ergo temeritas ac insolentia hæc, [illegible], qui illum vituperare hac concione aggressus sum; & si hic, quid de me ipso, qui sum mundi pars, dicam? [illegible] si tot tamque excellentes viri, Gregorius, Augustinus, Ambrosius, Chrysostomus, Bernardus, Hilarius, [illegible] ac millia alij Sancti & Doctores, de vani-

Mundi vituperium.

tate & contemptu mundi scripserunt: si Christus ipse author totius, illum vituperauit: *Ecce mundus totus positus est in maligno.* hunc neglexit: *Ego non sum de hoc mundo.* hunc contempsit: *[illegible] non pro mundo.* hunc deseruit: *Exiui à patre, & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad patrem.* contra hunc protestatus est: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt.* Postmodum suos discipulos de hoc instruit: *[illegible]* & quod ille suos persequetur: *In mundo pressuram habebitis.* quodque mendax: *Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere.* quodque odio habeat bonos: *[illegible]* quodque illum conflictu vicerit: *Confidite, ego vici mundum.* si inquam tot & tanti malè de mundo locuti sunt, quare non & ego? Ad hæc ante dixi, ex se tam laudabilis, impossibile penitus eum vituperari posse. Aduerte ergo, Auditores, [illegible], quæ in sacris literis hoc nomine mundi nuncupari solent. Primò, Diuinam mentem: de qua Ioannes: *In mundo erat.* Secundò, Elementare hoc: *Et mundus per ipsum factus est.* Tertiò hominem: *Et mundus eum non cognouit.* Primus maximus, secundus minor, tertius minimus.

Mundi tres.

Mundus Archetypus.

Primus mundus maximus, qui incognitus, ac æterna solem à Deo inhabitatos, prædestinationem æternam pro firmamento stellato habet, voluntatem diuinam pro primo mobili, essentiam Dei pro sole, propriam cognitionem pro luce, matutinam cognitionem inferiorum pro vespertina, prouidentiam pro luna, contemplationem æternam pro die lucida, abyssos imperscrutabiles pro nocte obscura, generationem æternam, & processionem ad intra primo ineffabili Orientis in Occidentem, amorem reciprocum

pro igne, tertiam personam spiratam pro aere & vento, copiam gratiarum pro aqua, stabilitatem suam perpetuam pro terra, altitudinem diuinitatis pro montibus, immensitatem suam pro campis, profunditatem iudicij pro vallibus, patrem cœlestem pro fonte, filium pro riuulo, Spiritum sanctum pro stagno, minas pro terræmotibus, miracula pro tonitruis, flagella pro fulgoribus, dona Spiritus sancti pro pluuia, omnipotentiam pro polo, æternitatem pro tempore, ideas pro delicijs habet. O mundum maximum, qui mundum mente gerit, esse. Insuper quia totus mundus in mente diuina tanquam domus in mente Architecti existebat, ideo nomen mundi sibi vsurpauit. Sed diuersa ratione, absque scilicet pluralitate, multitudine & confusione idearum infinitarum in illa simplicissima natura. Nam cùm Deus vnus sit, suamque intelligat Essentiam, quæ quidem se omniaque alia simul etiam intelligat, sic illam suam intuetur Essentiam, secundùm omnem cognitionis possibilitatem. Hinc eandem quandoque duobus modis contemplatur, in seipsam absque vllo respectu, secundo in quantum imitabilis à Creaturis: hoc pacto in seipsa vna est, secundum autem imitabilitatem, pluralitatem idearum habet. Mundus Elementaris ille idem est, qui oculis nostris conspicitur, ad cuius paulò ante assignatas laudes, etiam hæc adijci possent, ne opera Dei Momus calumniari vanè possunt: Nec enim Iupiter momo suo caret. Quis enim calumniabitur terram, quæ nos sustentat, alit, ac tanquam tributarius, laboribus nostris fideliter nos pascit, nutrit frumentis, herbis, fructibus, à suis montibus & syluis lapides ac ligna pro constructione domorum subministrat, à suis herbis pascua pro iumentis, quæ nos vestiunt ac pascunt, exhibuit, à suis venis aurum & argentum, cæteraque metalla donat, demum à suis visceribus linum & lanam offert. Et nunquid aqua nos humectat, lauat, mundat, insuper ad generationem spiritualem interioris hominis, in Sacramento Baptismatis concurrit, quæque terram suo humore fœcundat, pisces ac potum præbet, atque refrigerat. Ad hæc quis commoditatem ac mercantias, commercia, facilitatem viarum, cognitionem insularum, copiam piscium, cæteraque illius commoda explicabit? Quid de aere, qui spiritum nobis ac ventos, præterea lucem, species sensibiles offert? Quid de igne, qui nos calefacit, viuificat, motum ac operationem præbet, sine quo omne corpus frigidum immobile ac cadauer existit? Quid de cælo quod motu suo influit, vigorem, vitam, gratiam offert? Quid de Sole & Luna, quæ tanquam lucernæ huius mundi? Quid de cælo stellato, pulchritudine domus DEI? quid de illo Empyreo, vbi DEVS, Angeli & Sancti resident, dicam? forte male? absit. Nullus præterea conuersationem hominum in terris, suauitatem amicorum, amorem parentum, nobilitatem sanguinum, ciuilitatem morum, prosperitatem fortunarum, sublimitatem hominum, varietatem statuum, amorem coniugum, lætitiam filiorum, regimen patrum, affabilitatem matrum, obsequia seruorum, triumphos bellorum, quietem pacis, sana mente calumniari quouis modo potest? Videamus ergo tertium mundum, si quicquam vituperio ac calumnia dignum forte reperiri possit. Certe infinita illa & sempiterna bonitas prædulcis Domini ac patris nostri, vt infinitum suum amorem ante omnia sæcula erga genus humanum scintillatem ostenderet, quando mundum propria manu formauerat, sic eum adornauit, vt vno omnium ore excellentior aut præstantior res i-

Mundi laudes.

Mundus Elementaris.

Hominis laudes.

Homo, miraculum magnum.

Anima hominis, dignitas ex comparatione cū Deo.

ipso homine, Dei simulachro, cælorum & terræ nexu [illegible] nullo modo possit: *Magnum, o [illegible], miraculum est homo,* inquit ille Eremita. & Iob inde ansam admirationis traxit: *quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum?* Examinandus certè hic mundus, & primo de anima dicam, qua quidem nobilior, gloriosior esse non posset. Est enim imago naturalis ipsius Dei, in qua relucet totius Maiestatis Essentia, tota æternitas, tota perfectio, tota magnitudo Creatoris. Quid enim est Deus, nisi anima increata? quid est anima hominis, nisi Deus creatus? Angeli & bestiæ non nisi [illegible] in principio a Deo traxerunt. habent anima verò tanquam vera imago illius primi exemplaris, quod omnes [illegible] se complectitur potestate [illegible], quæ esse non potest nisi diuina, omnia [illegible] quæ desiderat ac vult. Deus actum purum omnium rerum in se ipso habet, & homo potentiam, radicem, [illegible] quodlibet, cum hac sua anima possidet. [illegible] mysticum Protea, qui in quodlibet se transformat. Deus totus est in omnibus rebus, & in omni loco: & hæc anima nostra tota est in nostro corpore, & in omni parte illius tota: Tota in toto, & tota in qualibet parte corporis. Est pura lux Deus: sed anima nostra quid [illegible] obscuri habet? imò sapientissima illa anima Adami plena omnium scientiarum [illegible] lucidus ille [illegible] radijs à Deo creata est. Memoriam secundam habet Deus, quæ est appropriata Patri, intellectum appropriatum Filio, voluntatem appropriatam Spiritui sancto, secundū illud: *[illegible], voluntas Spiritui sancto.* Et quid ex his tribus animę nostrę deest? habet & illa intellectum, memoriam, & voluntatem. Intelligit omnes res Deus, & sine vllo motu omnia loca & tempora præterita, præsentia, & futura, sua cognitione transcurrit. Deus bone, conuertitur in stuporem animus meus, dum considero virtutem illam magnam intellectiuæ partis animæ nostræ, volat in cælos, penetrat abyssos, speculatur stellarum naturam, inuestigat naturā herbarum, monstra maris, transcurrit omnia tempora, discurrit præterita, intelligit præsentia, præuidet futura. Et quidem in hoc vnico se tanquam factura Dei manifestat, siquidem neque cæli, neq; stellæ, neq; Angeli, ad creationem animæ concurrunt, sed tanquam filia chara ipsius Dei, proprijs suis immortalib. manibus producta, tanquam tota in toto, tota spiritus, tota mens, alium habere patrem non debet, nisi illum, qui purus est spiritus, intellectus purus, pura mēs. Habet exercitum Angelorum Deus, qui illi assistunt ac seruiunt; Vidisti vnquā tam magnum exercitum, quam animæ nostræ, quę tantas habet potentias, irascibilem, concupiscibilem, rationalem, cogitatiuam, imaginatiuam, phantasiā, sensum communem, nutritiuam, generatiuam, visum, gustum, auditum, odoratum, tactum, quæ omnia obediunt & operantur ad imperium ipsius animæ. Habet Angelum rebellem magnus ille Deus: & en, ne quicquam desit, habet & anima Satanam, qui semper cum illa congreditur vt vincatur. O vere diuinam ac beatam animam humanam. Sed veniamus ad illius corpus, quid quæso inueniri potest maiori magisterio erectum & fabricatum, quām corpus humanum? [illegible] quasi natura in fabrica operis tam excellentis, vnde è cęlo terra, omnibusq; thesauris suis, pro eiusdē fabrica melius ac præstantius desumit; ex ipsa terra carnē & ossa accipit, ab aqua humorē, ab aere anhelitum & flatū, ab igne temperamentū & calorem, à luna motū, a Marte vigorē, à Mercurio [illegible], à Ioue dominium, a Venere pulchritudinem & gratiam, à Saturno grauitatem & authoritatem, à Sole vitam.

Corporis humani dignitas.

Fugite procul, Romani, vestris cum ædificijs superbis, dicite Ephesijs, ne amplius templum illud Dianæ admirentur, Reginæ Artemisiæ, vt spernat suum Mausoleum. Cedat Mennon, exstructor magnæ domus Cyri, cuius petię & lapides auro puro ligati. Scio equidē, solem ipsum non dedignaturum, quin suo ædificio suus Colossus postponatur, & statua Iouis Olympij suo Phidiæ: solum hoc miraculum est totius mundi. Considera quæso varietatem naturæ in hoc ædificio, labyrinthus est, quem nec Creta, nec Aegyptus habuit, tam variæ viæ errorum & recessuum, quales nostra pulchra Italia non complectitur: intestina scilicet ventris nostri. Nobilissimæ turres brachia hominis, in quorū cuspide [illegible] manibus omnis generis diuini characteres, ac fors omnium hominum scripta. Venæ sanguinis fontes & riuulos vberrimos repræsentant. Et caput hoc tanquam camera regalis, tot guardijs, munitionibus, duorum oculorū, duarum aurium, duarum narium, intellectum in suo vigore & fortitudine continet. Sed ad excellentiā totius illius compositi veniamus. Quis item dignitatem huius effari poterit? numquid terram pedibus cōculcat, mare transcurrit, aerem subiugat, ignem temperat, stellis dominatur, bruta animalia domat, aues & pisces prendit. Quam scientiam quæso ipse nō inuenit? consonantiam musicæ cōcentus, obseruantiam motuum cælestium, artem oratoriam contra barbariem, Poesiam pro delectatione, Philosophiā pro ignorantibus. Quid de ædificijs ab ipso inuentis? Testis est vel solus Archytas Tarentinus, qui columbam ex ligno volantem: Archimedes ex vitro cælum tonans, coruscans, pluens: Zeuxis vuam naturalem, quam etiam volatura auium allicerent: Apelles equum, quem equi hinnitu viuo pellicerent, effecerunt, heu animum vestræ ignaræ mentis & pectoris cęca. Cognoscite quæso vestram excellētiam homines, vestrā dignitatem mortales, nolite quęso, vt de vobis illud dicatur: *Homo cum in honore esset, non intellexit*, &c. Dignus qui bestijs, non hominibus associetur, suā dignitatem qui non considerat: secundum illud Dei: *Si ignoras te, ô pulcherrima mulierum, vade post vestigia gregum tuorum.* Tandem quæ maior gloria, quàm videre angelos homini seruientes, & Deum hominem fieri? Non dico hominem magnæ authoritatis, tibi proponas abiectum ac miserum, puerilem ac vilem, tantum enim in ipsū inuenies, quantum ad stuporem satis est, domum forte aut tectum non haberet, spaciositatem terræ, immensitatem cæli pro suo seruitio: Aurum forte & argentum nō possidet? en terram, quæ labore manuum suarum diuitias, & commoditates offert maximas. Lumen fortè domi nullum conspicitur? en lampadem ex auro, solē dico & lunam. Fortè nulli ei serui aut serua? en angeli summa fide illum custodientes. Lecti ex seta nulli? en campos florentes, amœnos, omni ebeno præstantiores, deliciosiores quauis seta, vbi liberè sine omni contentione aut molestione dormire, tum cōcedere ac quiescere potest: Ast ignis deest? lignū non habet? en radios solares calorē sic ministrantes. Defectus equorū? adsunt en pedes firmos ac validiores ferro, quibus montes omnes ac dura quæuis saxa procurrit. Vilis est sanguinis? en nobilitatem spiritus, quia Dei factura. Fortè dominiū gestat, pauperculus ac puerulus gregem taurorū pascit, ducit, concludit, mille Delphini & mille pisces in alto mari secum inuicē tripudiātes, auiculæ mille in syluis circumuolitantes, cantantes, sonantes, quomodo, quęso, ad vnius hominis vultum non euanescunt, aut timore perculsi, in vndas nō descendunt, timore & reuerentia solius hominis compulsi? & feræ ac serpentes cur quæso, ad intima deserti antra

Hominis totius dignitas.

Dignitas hominis abiecti.

Homo feris dominatur.

tra

era se recipiũt, nisi timore & reuerentia hominis impulsi. Igitur si tanta tamque excellens reperitur hominis dignitas & authoritas, fieri non potest, vt sicut de alijs duobus mundis, sic quoq; de hoc quic quã mali quisquã statuere possit, quin potius dicat: *Vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Attamẽ aduertite, auditores, vidistis lignũ hoc tam politẽ tersũ nec maculã habere nec [illegible] vt si pulchritudinẽ satis admirati estis, turpitudinẽ intus ad stuporem perspiciatis. Et si tot tamq; præstantes nominari viri mundũ inuenerunt, concedo & mihi idẽ concedendũ. Relinquo igitur primũ mundũ, quo nulla alia ratione intellectui nostro, qui admirabilis & dignus obijci potest, de alijs duobus dupliciter loqui possumus. Primo vt creaturæ Dei, & sic dignissima sunt & valde bona, vt dicit Moyses. Secundo vt eas homo dãnosas ac corruptas effecit; quod vt melius intelligatis, animaduertite distinctionẽ D. Augustini in Vti & Frui, quam Magister sententiarũ mutuatur dicens: *Aliæ sunt res, quibus fruendum est, aliæ quibus vtendum est, aliæ quibus fruimur & vtimur; illæ quibus fruendum est, nos beatos faciunt; istis quibus vtendum est, tendentes ad beatitudinem adiuuamur,* quæ ita dicit D. Augusti. *Alia sunt ergo quibus fruendum est, id est, per se ipsa amanda; & alia quibus vtendum est, id est amanda propter aliud. Deo fruendum conuenit, cæteris creaturis vti.* Hinc dicunt patres Frui esse, Amore alicui inhærere propter seipsum, quod soli Deo conuenit, qui solum propter seipsum amandus, & vt dicit Augustinus: *Solo Deo fruendum. Vti est, quod in vsum venerit, referre ad obtinendum illud, quod fruendũ est.* [illegible] Deo fruendũ, cæteris vero creaturis vtendum [illegible] vt suas. Voluntate nostrã, cuius actus fruitiõis concedit pro obiecto habere bonũ in comuni, siue Metaphysicum, nõ autẽ bonum quodcumque particulare: hinc actus fruitionis, qui vltimus fœlicitatis formæ, tendere nõ potest in aliud obiectũ præter ipsum Deũ; reliquæ vero creaturæ in particulari restringũtur ad vnũ in particulari: vt petra ad hoc solũ particulare, & nõ ad aliud, &c. ita quod creaturæ cõponuntur priuatiuè & positiuè [illegible] ipsum velue[illegible] licet aggregatũ sit omniũ rerũ in particulari, nihilominus supra ipsum maius bonum imaginari potest, licet spiritus noster voluntate sua totũ hoc vniuersum plenè possideret, hinc illo suus nullo modo potest, neq; in illo quiescere. *Inquietũ est cor meũ, donec quiescat in te,* dicit August. *Nec oculus vidit, nec auris audiuit,* dicũt sacræ literæ. Deus vero est summũ illud bonũ, vnũ, & infinitũ, & totum illud supra quod imaginari nulla alia bonitas potest, quin illa in ipso nõ reperiatur. Deus est quo nihil mai⁹ excogitari potest: *In quo omnia, per quẽ omnia, ex quo omnia.* Hinc actus fruitionis nulla firmiori possessione alicuius boni terminari potest nisi in Sacrosancta illa Deitate quæ omnia bona amplectitur, & quod omne in se bonũ est, obiectũ verũ fruitiõis nostræ: *Fruimur cognitis in quib. voluntas delectata quiescit,* inquit Augustinus. Concludamus igitur, creaturis solũ vti nos posse, cũ vsus fruendi vltimũ nõ respiciat. vtimur enim eis, quæ ad aliud referimus, quo fruendũ est. Hinc quãdiu hoc mundo vtimur nunquã peccamus, sicut qui calore vtimur hoc exercitio ad excitandum calorem, non ob id exercitium aut igne vtimus tanquam vltimo fine, sed post calefactionem ignem ac exercitium dimittimus, sic est de qualibet creatura si absq; peccato vtendum. Hinc hæc duo Vsus & Fructus, etiam mundi bonitatem destruunt aut ædificant; & hoc ex praua aut bona voluntate hominis virtute liberi arbitrij deprauati aut boni, propter quæ mundus vituperabilis aut amabilis, laudabilisque existit. Exemplum. Amat quis aurum, desiderium hoc bonum & malum est: bonum si ad vltimum finem ordinetur, malum, si in illo tanquam vltimo fine quis quiescat, sicque de reliquis. Hinc bonum dici po-

Mũdi duo: vt de illis loquendũ.

Vti & Frui quid sit.

Deo solo est fruendum.

Deus est totum bonum.

Bonū quomodo in malum conuertatur.

ci potest, & malum ipsum aurum, modo iam dicto. Ergò vtendum creaturis ac mundo, Deo verò solo fruendum. Malitiam mundi Salomon his verbis depinxit: *Venite, & fruamur bonis, & vtamur creatura.* Ex hoc itidem fundamento diuersitas boni & mali hominis deducitur.

Mundi malitia quae.

Mundus igitur dignus contemptu & abominatione est: primo totus hic Elementaris, posteà verò ipse homo in malum vsum tractus, & sic nihil peius illis inueniri potest, cū viam ad Deum nobis praecludat, murum inter nos & ipsum erigat, gressusque nostros in contrarium dirigat: Amatus enim hic peruersus mundus pro fine vltimo, amantur creaturae tanquam bonum stabile & aeternum: omnia vilipendit, rapit aliena, publica defraudat, quia haec omnia aeternum duratura cogitat. Huius infelicis mundi terra est, auaritia, aqua luxus deliciarum, aer superbia vel vanagloria, ignis ira, cuius luna est instabilitas, Mercurius fraus, Venus libido: splendor imperia & diuitiae vanae, qui quandoque ab oriente in Occidentem scilicet vituperium & infamiam tendit: illius polus est tentatio, oculi lasciui fulgura, indignatio tonitrua, lachrymae pluuiae, & planctus ob vanitates non consecutas imber, offensae grādines, cogitationes vanę aues volantes, tempus velox, flumina rapida, perturbatio & mors mare, ebrietas fons, rapinae pisces, perturbationes mentis terrae motus, cogitationes magnorum montes, castella in aere fabricata, appetitus sensuales animalia, gula templum, delicio[illegible] nobiles, labore [illegible] rustici, qui misere & infeliciter fessi clamant: *Lassati sumus in via iniquitatis*, cuius angeli ipsi sunt diaboli, & illius domus cruciatus sempiternus inferni. O mundum infelicem, de quo Saluator noster suos separauit: *Ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem.* Hinc clamat Christus: *Nolite diligere mundum, neque ea, quae in mundo sunt.* Nota, diligere scilicet electione, fine, & vltimo amore: pro Vsu bonus, pro fruitione verò pessimus est, eò quia pro creatore creatura, particulare bonum, pro summo bono, vanitas pro veritate amplectitur. Et licet infelix hic mundus, felicitatem & prosperitatem promittat; attamen illius mendacia Salomon ille detexit, cum ait: *Tres species odiuit anima mea: Pauperem superbum, diuitem mendacem, & senem fatuum.* Pauper superbus caro nostra est, nascitur enim nuda, viuit in necessitate, moritur, & secum nihil asportat. *Nudus egressus sum de vtero matris meae: Pauperem vitam gerimus: Nudus reuertar illuc. Natus de terra ac luto ex nihilo: Tulit Dominus de limo terrae.* Viuit in misere omnibus rebus, terra, aqua, aere indigēs &c. Exitus verò miser ac infelix, & cui antea totum mare de terra sufficiebant, nunc decem palmis sepulchri contentus esse debet.

Mundi infoelicis qualitates & descriptio.

Odienda tria.

Quam itidem superbia haec nostra caro, quę nostri nos obliuisci facit, alios spernit, coram Deo non humiliatur, omnia terrena appetit, spiritui nostro contradicit, qui tanquam assessor, illa verò tanquam equus nobis à Deo data: *Subter te erit appetitus tuus*, nihilominus semper recalcitrat, resistit & repugnat assessori. Vana & inconstans est, insuper otiosa, petulans, rixosa, auara, lasciua. Senex fatuus est Diabolus. Senex quia longo tēpore in mundo & ob perseuerantiam in malo: Ab initio diabolus peccat. Senex hic incuruatus, gibbosus, versus terram ob maledictionem: Suprà pectus tuū gradieris. senex, quia in malo obstinatus ac nunquam poenitere potest. Senex, quia foetidus halitu, ob blasphemias contra Deum. Senex, quia molestus, ob tormenta quę animę infelici infert. Senex astutus & malitiosus, qui mille machinis inexpertos fallit. senex quia impotens & debilis, non vincit nisi volentem. Ast fatuus est, quia videt, probat & sentit

Diabolus senex fatuus.

ſentit damnum ſuum, qui tot annis cõtra Deum præualere nõ potuit, ſemper perdit, nunquam vincit, nihilominus in damnum & caput ſuum fraudes machinatur. Perdidit cælum ac terram, imo mulierculæ fragiles illius victrices extiterunt, perdidit in inferno quia ibi quãto maiora facinora in terris perpetrat, tanto maiores pœnas luit, ſemper cruciatur ac tormentis afficitur. Diuitem mendacem, & en mundum: diuitem dignitatibus, principatibus, Pontificalibus, imperijs, auro, gẽmis, veſtibus. Eſt mendax: quia ea quæ promittit & dat, in fine vitæ tibi iterum detrahit: quemadmodũ inuitato vaſa argentea & aurea in menſa proponuntur, ac poſt comeſtionem inde iterum auferuntur: aut quomodo canes poſt venationem quilibet dominum ſuum ſequitur: ſic per omnia opes ac diuitias a nobis tãtis venatas, in fine mundus tanquam illorum verus Dominus aufert. Hunc mendacem, O ſtulti amatores huius mundi, cum Salomone diligenter notate: *Vidi in omnibus* [illegible] *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* Credis tua eſſe, quæ tibi mundus dat, deciperis, ac tanquam dormienti qui theſaurum in ſomnijs ſe inueniſſe putat, expergefactus poſtmodum triſtitia afficitur: ſic per omnia tibi euenit, qui diuite te eſſe aut in dignitate conſtitutum glориaris: nam poſtquam anima a corpore eſt ſeparata, grauem ſoporem ac torpedinem corporis excuſſit, & tanquam excitata e luto corporis exiit, ſe nudam & omnibus terrenis ſpoliatam conſpicit quę in ſomnijs [illegible] non autẽ verè ſe poſſediſſe inuenit. De hoc ſomnio Dauid: *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.* nota, *Viri diuitiarum*, non, diuitiæ virorum. Conſidera principem aut regem, quantã alit familiam, quantã multitudine ſtipatus incedit, qualem exercitum terra & mari tenet, quantum auri & argenti poſſidet: quid dicam de ſtatibus, amicis, valetudine ſua proſpera, de amore populi erga illum, de honore, gloria, & potentia & reuerentia illius? ſed expecta paulisper, hodie ad venationem ſanus proficiſcitur, tot feras ſylueſtres venatur, circa veſperũ ſudore madidus domũ reuertitur, inde exigitur dolor cholicus cum lecto affligit, poſtmodum parua febris accedit, quæ paulatim ſucceſſiue vires conſumit, & in ſpatio duorũ dierum eum e mundo aufert. *Vanitas vanitatum*, &c. Intuere ſponſum & ſpõſam tam pulchre, nitidè, ac pomposè tripudiantes, celebrare ac finire ſolenniter nuptias, filios enutrire, vt merito res pulcherrima in mundo hæc celebretur: ſed quid? *Vanitas vanitatum*, &c. Paulatim diabolus ſuis inſtrumentis ac peſſimis linguis, zelum inter hos duos diſſeminabit, inde ex bono in peius tendet ac ſuſpiciones mouebit, hæc conſequitur odium, altercationes, iurgia, quouſque tandem ab inuicem ſeparentur. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Inſpice mercatorẽ per mare, prouincias remotas, tot periculis ac laboribus proficiſcentem, initio quidem mare tranquillum eſſe, ſecundis ventis ac velis nauigare, cantilenis ac tripudijs nauti conquieſcere. Sed ecce ex improuiſo, contrarios exurgere ventos, cælum obſcurari, nubes obduci, fulgura ac tonitrua exaudiri, hinc creſcere vndas, antennam ac velum ventis validiſſimis concuti aut cõſtringi, ſubmergi, interire. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Et hæ quidem vanitates mundi maiores, teſte Salomone, vanitates [illegible] *Vniuerſa vanitas omnis homo viuens.* quam licet multę ac maiores in mundo reperiantur, illas tamen omnis homo ſimul amplectitur. Audi, quæſo, licet nobiliſſima ſis creatura, nihilominus quia te ipſum inflas, in te ſolum hæres ergo habeas omnes ad placitũ felicitates, ſis rex honoratus, acceptus, confirmatus, ac in ipſa felicitate conſti-

Diabolus et mundus, Diuites mendaces.

Res humanæ ſunt ſomnia.

Mors omnẽ aufert [illegible]

Primũ exemplum.

Aliud exemplum.

Tertium exemplũ.

Homo omnes vanitates ſimul amplectitur.

constitutus. nihilominus in ipsa gloria ac medio exultationum hæ voces vituperij resonabunt: *Homo natus de muliere, breui viuens tempore*, &c. *Verumtamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens*: *Vos autem, sicut homines, moriemini*: *Ecce nunc in puluere dormiam*. Igitur si mundus tam vilis, si tu ipse tam vanus, fuge quæso. *Heu fugite miseles terras, & iutum auarum*. Et clamemus cũ Propheta: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est*. Imitemur columbam Noe ac egressi ex sinu nostri Dei post ab erta & vana huius mundi reuertamur, ibique quiescamus. *Cõuertere anima mea in requiem tuam*, &c.

Secunda Pars. Licet experientia rerũ magistra, caduca ac mortalia sub oculos nobis ponat, casus itidem infelicissimos singulis diebus proponat, mutationes statuum, regnorum, rerumpubl. principatuum, mortem denique violentã magnatum indicat, pacem ac quietem in seditiones conuertat, ac singulis viuentibus mortem proponat; nihilominus stultitia hominum experientiã hac contemnit, ac nihil minus de morte cogitans, ex ipsa infelicitate felicitate sibi promittit. Hinc vt melius hæc vana nobis ob oculos ponamus, ex veteri testamẽto historiam de Laban & Iacob, quę vera mundi figura est depromendã esse censui. Hic siquidem Iacob postquã per multos annos ob pulchram Rachelem socero suo Laban seruijsset, vt ipse de se fatetur *Die noctuque æstu vrgebar & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis*: tamẽ promissis Laban minimè attendens, decem vicibus mutauit mercedem illius, quę omnia & singula leuia ob pulchrã Rachelem illi videbantur, nisi tandem inter ipsas nuptias loco Rachelis altera scilicet Lia, lippis oculis et dura facie, quæ causa tandem fuit discessus sui. Laban interpretatur dealbatio: quemadmodum si quicquam pulchrã foris dealbata, intrinsecus vero omni putredine ac fœtore referta sunt per omnia mundus, &c. Vtinam hanc dealbationem ad viuũ vobis, Auditores proponere possem. Nam quid est, de quo tantopere gloriaris? fortè quia magnæ authoritatis, iuuenis, pulcher, diues es, & copia amicorũ stipat'? dealbatio, dealbatio. hæc enim omnia instabilitatẽ, mutationẽ, dealbationem præ se ferunt. Quemadmodũ flos qui matutino tempore viget ac florescit, circa vesperũ postea marcescit. Ad interiora sepulchri procedas, & quid intus contineatur diligentius perquire: quantum mutatus eris ab illo? vbi enim caput auro ac gemmis ornatum, illa frons serena, oculi lucẽtes, genæ rosatæ, labia rubea, illa vox angelica, fœcunda, ac facunda, corpus insuper tanta diligentia, arte, ac magisterio fabricatum? Certè ex ipsis ossibus ac media putredine vocem resonantem inaudies: *Ecce nunc in puluere dormiam*: Dealbatio, dealbatio Nobilitas dealbatio est, quæ regibus simul ac nobilibus fœtorem ob oculos ponit: *Terra es, & in terram reuerteris*. Amici fideles & boni, dealbatio, qui nõ nisi in miserijs & necessitatibus probantur, & quamuis principum ac magnorum adsit amicitia, attamen morte tandem euanescunt: *Et sicut vnus de principibus cadetis*. Diuitiæ dealbatio, nã sub illis sicut sub redolentibus herbis anguis latet, spinæ a Christo Domino nostro, nuncupatæ: *Et spinæ suffocauerunt illa*. Et en spinas, quia prouenientibus laboribus acquiruntur, possidentur, relinquũtur. Aut quemadmodum equi auro & argento onusti circa vesperum iisdem spoliantur, sic per omnia in morte diuitijs accidit. Sed pelus omnium est. falsa mundi promissio pulchræ Rachelis, quæ postea in turpi Lia terminatur. Promittit siquidem bona & pulchra, verbigratia, pro studijs ac laboribus, doctoratus præmia; pro nauigijs & peregrinationibus pecuniarũ copias, sed ũ decem vicibus mutat mercedem suam, decem aico: Primo diuitias. *Anima mea, requiesce, comede, bibe, epulare*, &c. At

Mundus quomodo nos decipiat.

Mundi figura Laban.

Mundus assimilatur sepulchro dealbato.

Mundus promittit bona & dat mala.

Mundus promittit decem bona, & vera immala.

&c. At in morte nudū te relinquit: *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Secūdo promittit honores: *Sic honorabitur, quemcumq; voluerit rex honorare.* At in morte vilem & abiectum ab omnibus desolatum te relinquit: *Iam fœtet, quatriduanus est.* Tertio delicias: *Beatū dixerunt populū cui hæc sunt.* At in morte doloribus te conficit: *Circumdederunt me dolores mortis.* Quartò dignitates: *Primogenitus* [illegible] At in morte ligat te cathenis: *Ligatis manibus & pedibus, mittite eum in carcerem.* Quinto possessiones: *Hic habitabo quoniam elegi eam.* At in morte in tumbam obscuram te recludit, teque sepulchrum decem palmorū excipit: *Tegit te* [illegible] &c. Sexto fortitudinem *Ambulauerunt aduersus Deum*; at in morte moriens debilis. *Infirmatus sum & conturbatus, & cor meum dereliquit me.* Septimò scientias: *Erunt docti sicut stellæ cæli*, at in morte linguam tuam ligat & debilitat: *Sicut equus & mulus* [illegible] Octauo bonū finem. [illegible] at in statu damnationis æterni mori facit: [illegible] Nono æternitatem: [illegible] At in morte in puluerem te reducit. *Ecce nunc in puluere dormiam: Terra es & in terram reuerteris.* Decimo beatam vitam: Pulchram Rachelam pro sponsa: At in morte Liam lacrymosam, miseriarum & mille pœnarum: *Homo natus de muliere repletur multis miserijs.* Decē ergo vicibus mutat mercedem [illegible] stolidum, qui fidem adhuc huic mundo adhibet. possibile ne est [illegible] deceptum iri? Ast ex tota iam dicta historia tria inuenio quæ mundi formam obscuram reddūt. Nam primo non solum mendax Laban erga Iacob fuit, sed & proditor erga illum extitit, qui primo Rachelem ei promisit, sed Liam clanculum destinauit. Secundo pro laboribus indefessis male remuneratus fuit, merito qui magna sibi post labores imaginabatur, in nihilum ea redacta vidit. Sic per omnia qui mundo seruit, eum [illegible]

Mundum infamē reddunt tria.

est. Hoc designat osculum Iudæ traditoris: *Quemcumque osculatus fuero, ipse est* &c. Hunc tormentis afficere. Hoc designant Syrenum cantus, transformatio, & homicidia Circes, insidiæ latronum in syluis. Et quemadmodum peregrino incauto [illegible] causa se coniungunt, postmodum commoditate syluæ [illegible] trucidant. Sic socios illos ac [illegible] de quibus Satanas ad Christum: *Et hæc omnia tibi dabo*, &c. Carnem scilicet, mundum & diabolum, homini mūdano tribuit, qui tam chari, delicati, amabiles, a nobis incautè iudicantur. Ast in [illegible] syluæ post hanc vitam ipsi se latrones ac fures ostendunt, & quidem caro iubet vt terræ affigamur, ibique sepeliamur, cibus vermium ac serpentum; mūdus diuitijs & honoribus nos spoliat, & nudos sepulturæ tradit; diabolus verò corpore relicto, animam inde aufert. Sic mundus cum Christo egit, cui vestimenta sua in terris prosternebant, postmodum non habere illos alium regem, nisi Cæsarem inclamabant, vltimò tandem eum crucifixerunt ac cruci affixerunt. Habebat mille labores Iacob propter Laban *Die noctuque æstu vrgebar & gelu*, &c. Sic etiam dixit Christus: *In mundo pressuram habebitis*, ita quod meritò mundus & homo mundanus venatori assimilari possint, quia laboribus & vigilijs antecedit, sine cibo & potu toto die venationi intentus, vltimo, die recedente ac intempesta nocte superueniente, absque præda & spolijs, totam venationem relinquere ac domum concedere vanè cogitur: sic quoque in vanum laborant ac venantur omnes ij qui delicias, honores, diuitias, & similia, toto vitæ die ac tempore sectantur: *In circuitu impij ambulant*, venantur dico sine satietate, ob maledictionem Dei: *Quid habuerunt & hæc* [illegible] Nam tempore mortis præoccupati, spoliati omnibus mundanis

Mūdus decipit nos osculo.

Mūdus homines mundanis tribuit.

Homo in hoc mundo venatori assimilatur

thesau-

tempore frustrà consumpto, ac peccatis consistus vita finire debet. Sed, inquis, in seruitio Dei laborem, in illo verò mundi delicias inueniri: sed audi quæ in inferno miseri clamitant: *Ambulauimus vias difficiles, laborauimus vias difficiles, quid profuit nobis diuitiarum iactantia? transierunt omnia tanquam vmbra, & nos in iniquitate nostra consumpti sumus. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Non dico, quod absolute facilè sit seruire Deo, captiuare intellectum in fide, inclinare voluntatem ad obedientiã, domare appetitus carnis, fugere peccata, virtutẽ amplecti, quia hæc difficultas post peccatũ Adæ corpori ex maledictione accidit *In sudore vultus tui vesceris pane tuo*. Etenim quemadmodũ primum illud mobile motori suo non resistit; sic homines in illa prima operatione sine difficultate operati fuissent: Hinc per peccatum rebellio vnius ac alterius partis orta est, tam in opere quam in loquela, cognitione, cogitatione alicuius boni: *Existimabam vt cognoscerem, & hoc, labor est ante me.* In tantũ mutata cognitio illa prima à secunda. Sed aggrediaris quodcũque vis: *Homo nascitur ad laborẽ.* Studijs incumbere magnus labor: *Qui addit scientiã, addit & laborem.* Orare labor est: *Da mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiam, vt mecum sit & mecum laboret.* Pœnitentia labor est: *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum.* Opera manualia labore fiunt. *Vsque ad hanc horam esurimus & sitimus, laborantes manibus nostris.* Concionari labor maximus: *Duplici honore digni sunt, maximè qui laborant verbo & doctrina.* Militia labor est: *Labora sicut bonus miles.* Dominium labor est: *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea,* dicit ille Rex. Sine labore impossibile vt viuamus, & quemadmodum peregrinus, quamuis simul multas vias conspiciat, eat quamcunque vult semper cum labore erit: sic omnino quamcunque vitam incipiamus, siue deliciosam, aut diuitẽ, virtuosam aut vitiosam, semper eam cum labore perficiemus. Diuitiæ cum labore: *Laborauit diues in cognitione substantiæ suæ.* Paupertas cum labore: *Laborauit pauper in diminutione victus.* Virtutes cũ labore: *Exhibeamus nos sicut Dei ministros in laboribus multis.* Vitia cum labore: *Laborauerunt, vt iniquè agerent.* Solum mortui labore carent: *& in labore hominum non sunt*: At de omnibus alijs inquit Salomon. *Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce in omnibus labor & afflictio spiritus.* Sed facilius longè seruire Christo quàm mundo. Nam labor in prima seruitute, totus est in principio, in relinquendo mundum, & hoc est, quod inquit Christus: *Arcta est via quæ ducit ad vitam.* At post principium sequitur labor: *Dilatasti gressus meos in semitis meis: Latum mandatum tuum nimis.* Quantam delectationem hausisse Franciscum, Dominicum, cæterosq́ue sanctos putatis? Sed qui mundo seruiunt, viuis in inferno testimonijs comprobatur, quanta difficultate seruiant. *Ambulauimus vias difficiles,* &c. Quære ex ambitioso, quantas difficultates & labores habeat, quàm parum manducet, dormiat, in procurando vnicam mitram Episcopalem, Romam currit, semper stipatus cogitatione ambitiosa, nuncio indiuiduo à mundo misso, & si alios præferri videt quantus dolor, quot lamenta? *Laborauerunt vt iniquè agerent.* Quære ex auaro quantas necessitates ac miserias patiatur, insuper famem, frigus, quot montes, maria ac prouincias peragret: *Per mare pauperiem fugiens, per saxa per ignes.* Quære ex inimico, qui vindictam parat, quantis armis ac ferro circumdatus incedat, tandem in infirmitatem cadit, moritur, ac ea quæ inimico parauit, in caput suum conuertuntur. *Laborauerunt vt iniquè agerent.* Quid dicam de lasciua iuuentute, de illorum cæco furore, diebus & noctibus molestis, quot & quanta patiantur, quomodo proprium corpus, honorem, animam, vitam

Mundi res omnes laboriosæ.

Seruire Christo quàm mundo facilius.

vitam & fortunas in discrimen ducant seu ponant: Hinc, *laborauerunt vt iniquè agerent*. Verùm illud permaxime vrget, quòd in medijs huce difficultatib fraudulentus mundus promissiones suas nō attendat. Et hæc [illegible] ipsius hominis in tāta [illegible], quam quæ vnquam [illegible] possit: *[illegible]* Possibile ne est, vt tam perditè huic mundo in medijs fraudibus adhæreatis? videte: *[illegible]*. Et hæc quidem instabilitas ventorū in tam spacioso mari, ac volubilitas inconstantis [illegible] efficiunt, quæ quidem omnia ab ipso Deo originem ducunt. Nec mirum quod à diuina hac stabilitate tanta inconstantia proueniat. Nam quemadmodum punctum in ipso centro circuli, à quo multæ lineæ ad circumferentiam ductæ sunt, punctum ipsum ac centrum immobile erit, lineæ verò ad circumferentiam tendentes mouebuntur: sic per omnia Deus tanquam centrum immobile, à quo omnes res creatæ suam originem trahunt, quæ tanquam lineæ instabiles, mobilia, transitoria, fluxibilia sunt, quæque ob id facta à summo rerum opifice, vt illis tanquam inquietis relictis, in illo tanquā stabili ac firmo permanerent. Atque hoc principale fundamentum totius mūdi, quæ perspecta instabilitate rei stabilitatem ac firmitatem sibi persuadet. Omnia tanquā instabilia mouentur, intereunt, nec quicquā sub sole firmū ac stabile. Tēpus ipsum quanta velocitate, non aliter ac fontes & flumina, labitur, certè tanquā vnda maris vna aliam propellens; sic minutū temporis [illegible] succedens, conspicitur, & licet dies ac horæ aliæ & aliæ succedant, tamen non ille idem dies qui heri, nec illa eadem hora quæ antea. Imo ille ipse annus, qui omnia mutat, quam varius ac instabilis est, modo in æstatem, modo in hyemem. Et

Simile.

Tempus instabile.

tam instabilis annus, quales erunt res quas ipse secum portat? Sed in ipso homine quanta instabilitas inuenitur? ex vilissima enim materia corpus ac animam [illegible] trahit. Post pueritiam ætatem succedit iuuentus, iuuentuti virilitas, virilitati senectus molesta, vsq; eo senectus in mortem transmutetur: Mane sicut herba transeat, vespere decidat, induret ac arescat. Mane sicut herba transeat, en pueritiam, floreat, en iuuentutem, induret, en virilitatem, & arescat, en senectutem. Verùm si ea quæ à Deo creata tam instabilia sunt, quid dicemus de ijs quæ ex nostra vanitate fabricata sunt, qualia sunt honores, diuitiæ, dominia, imperia, monarchiæ. O quàm benè fasciculo hæc omnia concludens ac spernens, inquit Salomon: *Omnia subiacent vanitati.* Et quidem hæc sunt bona fortunæ, quam ipsi antiqui nostri symbolis & figuris finxerunt instabilem ac fallacem. Primò fœminam nudam, cæcam, sub pedibus sphæram rotundam tenens, in dextera manu volubilem rotam, quam quidem Deam vocabāt & venerabantur. Et quænam est hæc mulier, nisi continua mutatio rerum [illegible]? Dea est, quia omnia sub cælo suo dominio subiecta: *Omnia subiacent vanitati.* Est cæca, non attendit ad merita neque gradus, sed æquè in domibus pauperum quam magnatum conspicitur. Est nuda, quia absque pudore bonos deprimit, & malos exaltat, sub pedibus globū tenens, quia vno loco consistere nequit, in dextera manu volubilem rotam, quia qui nunc ab illa exaltatus, mox depressus fortunam suam deplorat. Miseri ergo mortales, qui in rota agitata fiduciam suam ponunt, confidunt Deæ instabili, committunt se volubilitati fœminæ. Quid enim aliud fortuna, quam Forte Vna, id est, quia nunquam alia ipsa est. Sed nolo antiquas & modernas historias hic recensere, quam hanc vnicam ex sacris literis.

Annus instabilis.

Homo instabilis.

Fortunæ volubilis descriptio.

teris. Cur quæso tunica Christi non chartis, aut aliquo alio genere ludi, sed tantùm taxillis perdita? Certè nullum genus ludi, quod fortunæ magis subiacet, præter hoc vnicum: hinc ab antiquis typum fortunæ merito gerit: nam quãto maior in illis numerus superior, tanto minor inferior: & è conuerso. Sic etiã fortuna nobiscũ ludit, quia quanto plus suis fauoribus nos [illegible], tanto maiora infortunia in sinu suo recondita nobis monstrat. & *extrema gaudij luctus occupat.* Sicque Christus noster qui se omnibus damnis ac miserijs subijciebat, instabilitati quoque fortunæ sese submisit. Sed [illegible] efficit, vt perfidus [illegible] hic suus tam misere tractetur: & omnes [illegible] finaliter in vanitates resoluãtur. Etenim quis Christianorum Dei aut Paradisi, aut vitæ æternæ recordaretur: *Turbat,* inquit Augustinus, *me mundus, & ego eum diligo: quid, si non turbaret? O Munde immunde, teneri vis periens; quid faceres, si maneres? quem non deciperes, si amara alimenta mentireris?* Agit nobiscum DEVS, quemadmodum Rex, cui filius inobediens magnã quantitatem aufert ac aufugit, nam si pecuniæ postmodum deficiunt, ad amicos diuertit, ac per respectum Regis ab omnibus honorificè tractatur: ast pater libentiùs videret, vt malè tractaretur, quo ansa redeundi domum illi præberetur: Sic DEVS nobiscum agit, nos inobedientes illi sumus, qui disciplinam patris reliquimus, ac laxiorem quærimus. Sed quò recurrimus? ad mundum, ad creaturas. Peccatum est auersio à Creatore ad creaturas. Sed tandem quid facit DEVS? ordinat vt à creaturis malè tractetur, & dicit, Ignis illum consumat, terra illi sterilis sit, mare illum deuoret, fortuna illum exagitet, ab amicis derelinquatur, vanum sit suum propositum, matrimonia illi odiosa reddantur, vxor decipiat, filij sint rebelles, honorib. destituatur, infamijs obscuretur, ab hominib. persequatur, à diuitijs consumatur, fame

Fortunam designat ludus taxillorum.

Simile.

pereat. Hinc quo nos DEVS ad se reducat, omnia in malum capitis nostri conuertit: Mala quæ nos hic premunt, ad DEVM ire compellunt. *Conuertere* ergò, *conuertere in requiem tuam,* O homo. Sic Iacob ex domo Laban ad domum patris iterum reuersus. Hinc Bernardus damna huius vitæ, & mala alterius, his concludit: *Mundus deficit, caro inficit, diabolus decipit, Christus reficit.* Imitamini quæso Christum, qui ad Lydiũ lapidem huius mundi instabilitatem probauit: conculcauit primò vestimenta, quando honoratus ab Hebræis fuit: plangit, dum Rex inclamatur, insidet vili asino, dum triumphare vult: & merito. Nam videbat elementum. Saluator noster, spacio quinq; dierũ omnẽ triumphũ & honorẽ mutandum esse. Igitur, O munde nequam, deprime astutias, depone fraudes, nam omnia & singula hac côcione perspeximus ac tetigimus quasi falsariũ, tamq; falsam monetam detexímus. Ergò, *fuge crudeles terras, & littus auarum,* O homo, & ad exemplũ Iacob, qui postquã domum perfidi Laban reliquit, & omnia sua idola argentea & aurea in terram defodit: Euangelico itidem consilio adducti: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis,* auferte quantum potestis idolorum auri & argenti: *Auaritia est idolorum seruitus.* Et quamuis scriptum: *Cum interierit diues, non sumet secum omnia;* attamen modum apprehendite, tribuite pauperibus, qui tanquam terra ab omnibus conculcantur, ibi, ibi vestra abscondite, defodite, hocque pacto omnia vestra huius mũdi vobiscum asportare, ibique illis frui poteritis, iuxta S. Laurentij exemplum, qui facultates Ecclesiæ quas requirebat Tyrannus, in cœlestes thesauros per manus pauperũ deportari fecit. Sicq; huius mundi diuitijs stipatus, (quãuis adhuc in mundo relinquantur) *dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in sæculum sæculi:* & temporalibus ac trãsitorijs æterna quisq; sibi cumulabit. Quod nobis côcedat Deus, & c.

Christus [illegible] per Lydium

Vit-

Virtutum vniuersarum splendorem, vim & gratiam, [illegible] exploratam habet, Fateatur [illegible] necesse est [illegible] humanū, sicut [illegible] cuius ornamentum [illegible] planè admirabile. Quæ sicut claritate inter se [illegible], nec [illegible] omnium [illegible], sic nec virtutes, quę [illegible] præstantiores, priuantur nominis dignitate. Et quamuis virtutes quomodocunque eadem appellari merentur, ad vitam beatam perfectamque præparationes sunt necessariæ, inter omnes tamen primum locum obtinet humilitas, Deo vnice dilecta, Christo congenita, Redemptoris nostri doctrina & exemplo commendata. Hęc est fundamentum aliarū, teste S. Gregorio, sine qua, qui virtutes congregat, quasi in ventum puluerem portat, & vnde aliquid cernitur, inde [illegible] cæcatur. Hęc est quę in alto positos [illegible] in contemplationis specula [illegible] stabilit, ne in superbiam [illegible] corruant, & à Domino, qui angelum superbū sustinere non potuit, cum indignatione exterminentur. Itaque illis, qui ad familiaritatem diuinam [illegible] aspirant, virtus hæc præcipuè debet esse cordi curæque, *excelsus enim Dominus & humilia respicit*, ille oculis misericordiæ videt, & benedictionibus cœlestibus extollit, superbos verò beneficia [illegible] nec [illegible] ampliust, quia alta à longe cognoscit. Vnde diuus [illegible] perfectionis celsitudinem magnificentissimam [illegible] persuadere, exemplo suo, qui [illegible] nihil [illegible] virtutum [illegible] magis necessarium [illegible] *& [illegible]* [illegible] colophonem [illegible] lotione, [illegible] videbatur, de reliquo [illegible] mortē & crucē sua [illegible] ad ipsā perferendam discipulos suos [illegible] longè

infirmiores, neque illis eam competere, etiā sermonem suū conclusisse visus est, [illegible] *exemplum [illegible], vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis*, quasi diceret, exemplū [illegible] habetis & sermonem illud vobis [illegible] statuite, animisq; [illegible], [illegible] illud exemplar [illegible] passiones tam inter vos, quam inter eos, cum quibus erit [illegible] versatio vestra, diligite & nihil è vobis desiderari patiemini. Hoc egregiè explicatur à S. Hieronymo (in sermone ad Paulam & Eustochium) *[illegible] Dei genitrix a filio suo non didicit cælos fabricare, Angelos creare, mira Deitatis [illegible] operari, sed tantum humilitatem, cæteraque virtutum documenta sub humilitatem custodita aggrauare*. Hæc ille. Hic est enim humilitatis effectus singularis, Auditores, vt cū hominē occupat, estq; tanquā fundamentum conseruatiuū virtutum omniū, vitiorū autem fugatrix, atque inimica superbiæ, quæ flagitiorum omnium parens est, cuiq; omnia scelera famulantur, & cum contraria contrarijs curentur, certo certius asseramus, oportere hominē qui humilitatē verā suscepit, ab omni sorde peccatorū liberari, [illegible] causa & Christus emundauit pedes Apostolorum, [illegible] immundos [illegible] hæreditatis æternæ consequendæ omninò inhabiles, [illegible] declarauit, vt non solum lotione [illegible] humilitate ex ipsa [illegible] ædificaret, recte quidē [illegible] definitionē, *quæ [illegible]* Quadere [illegible] apud vos hodie, Auditores? Totus [illegible] obstupesco & confundor, considerans Deum ipsum *[illegible]*, *[illegible]*, eumque [illegible], vt illi [illegible] redderemus, [illegible] cogitans item [illegible] ipsius, quē nos propter [illegible] salutē nostra, qui cum [illegible] fœtor & horror sumus, hoc vltro facere debe-

Humilitas in homine, quod stella in cælo.

Humilitas inter virtutes primū locum obtinet.

Gregorius.

Humilitas quid, & laudes ipsius.

Humilitatē Christus exemplo & consilio docet.

[illegible] pedum Christus conclusit exempla humilitatis

Hieronym.

Humilitatis effectus.

[illegible]

deberemus, ad detestationem animi elatioris exhortatur, ita vt dubius sim quid agam, quid dicã, quò me vertam. Etenim hæc verbis explicare nec possum, nec præsumo, & non Oratores, sed S. Ioannem aut Paulum, imo Christum ipsum requirunt disserentem: si verbis vtor magnificis, non videor humilitatem, sed me ipsum ostentare, si humilibus, non pro rei dignitate virtutem tãtam tractabo. Vtrobique difficultas, vtrobique angustiæ mihi, *si non humiliter sentiebam.* Atque quod S. Iacobus admonet. *Humiliamini in conspectu Domini*, ita precor à Deo Opt. Max. *Humiliet me Deus apud vos, & in spiritu humilitatis suscipiat*, ponat illa verba in os meum, vt possim omnia iuxta beneplacitum altissimi sanctissimum, de re tam diuina, tam necessaria, tamque admirabili dicere, quam cœli cœlorum, & quicquid terræ ambitus continet, enarrare non sufficiunt. Tu Deus author, largitor, remunerator, & ipsa sancta humilitas, infunde menti meæ abiectissimæ gratiam, quam non mereor quidem, tu autem tanquam omnipotens & benignus Deus dare potes, & soles dignè petentibus, vt omnia ista, quæ in medium profero, in summam nominis tui gloriam, animarumque nostrarum salutem vergant, Fiat voluntas tua Domine.

Psal. 130. Iac. 4. 2.Cor 12. Dan. 3.

Simile à pictore.

Quemadmodum pictor ille, qui voluit pulcherrimam Helenæ faciem effingere, puellas nonnullas speciosissimas sibi ante oculos constitui curauit, vt ex singulis, quod pulcherrimũ, quodque admiratione dignum haberent, mutuo sumptu accommodaret, ita anima Christi sponsa pretiosa, quæ nõ rei corruptibilis effigiem, sed perfectionis incorruptibilis imaginem in seipsa delineare contendit, viros perfectissimos seligat, ad quos respiciens, imaginem sanctitatis faciat, & non omnes virtutes ex vno, sed hãc ex isto, ex illo aliam, in qua excellens est, accipiat. Hic scopus, hæc intentio, hoc studium est artificium nobilissimorũ, qui ad vsum Reginæ alicuius insignioris, ex gemmis & lapidibus pretiosis vestem aliquam student contexere: propositis namque in conspectu suo multis varijsque gazarũ repositorijs, ex isto gemmulam clariùs radiãtem, ex illo smaragdum illustriùs coruscantem, ex alio carbunculum solis radijs sese opponentẽ, & ex alijs meliores lapillos, eosque pretiosiores depromunt, quæ vestem illam exornent. Sic animæ faciamus nostræ, quæ Imperatoris cœli & terræ connubium affectat, atque ex animabus sanctitate conspicuis, vel humilitatem profundã, vel castitatem purissimam, vel mansuetudinem benignissimã, & similia quæ *sunt super aurum & Topazion*, decerpamus, quibus illi ornatũ vestemque auro & gemmis illustriorem conficiamus, vt Regi Regũ altissimo decore suo circumdato, varietate posset esse gratissima. Et quis est vestrũ, Auditores, qui non velit coram populo saltem apparere conspicuus? eò magis aduertendum est omnibus, vt anima speciosa coram cœli & terræ Conditore cõpareat, vt ab eo tanquã sponsa gloriosa in Regnum æternum introducatur. Itaque quod si veraciter bonos imitari satagimus, per humilitatem veram, ad obedientiam corda nostra temperemus, quatenus vita nostra tanto citius ad nouitatem reuertatur, quanto promptius in omne, quam viderit, virtutis speciem, per obedientiam voluntariam se inclinat, & tanto altius ei vestigium bonitatis alienæ innascitur, quãto ardentius studet, bona aliorum imitari potius, quàm carpere. Ista cordis humilitas est, quæ mala propria cognoscit, & propria bona non multum [illegible], è contra verò mala aliena prudẽter excusat, & bona ad imitationem libenter acceptat, quæ hominem ad id inclinat, vt se minorem alijs existimet. Nec quis arbitretur aliquod opus, quantumuis mag-

Per humilitatem ad obedientiam.

Humilitas cordis.

magnum, sibi ad perfectionem assequẽdam esse commodum, quod non humilitas sancta condierit, & obedientia promptissima dictauerit. Hæ duæ sunt velut agiles duo equi, vitæ nostræ currũ trahentes, & in mansiones cœlestes sine vllo labore portantes. Nam sicut currus vno equo non satis fœliciter trahitur, sed duobus commodissimè, ita conuersationis spiritualis vehiculum, duabus virtutibus humilitate & obedientia sine vlla difficultate transcurrit. Verùm enimuerò, cum tot myriades sanctorũ sint, ex quorum meritis vitaque thesaurum virtutum diuersarum incomparabilem comparare nobis possumus, prout humilis fuit Achab, humilis Dauid, humilis Iob, & tandem humillima sancta Dei genitrix, quæ omni laudum genere decora est & fulgida: taceo de alijs Sanctis innumeris, suisq; operibus beatissimis, operæpretium imò consultissimum, iudico beatorum omnium & singulorũ res gestas, tam raras, tam spectabiles & obstupendas piè diligenterque explorare, atq; ad earum imitationem sibi viam aperire: sed & meminisse in primis oportet illius Magistri cœlestis, qui se speculum exemplorũ nobis vult propositum, vt in illum defigamus mentis nostræ obtutus, qui post omnia sua facta mirabilia & æternæ memoriæ cõsecrata, iam vitã crucis passione cõclusurus ait: *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.* Nam si ex riuulis aqua haurienda, cur non ex fonte ipso limpidissimo? Si discipulorum doctrina amplectẽda, cur non Magistri ipsius absolutissimi? Quod si communi Ecclesiæ SS. iudicio censetur salutiferũ, Sanctos vita sequi & cõuersatione, quãtò fructuosius erit, ipsum sanctum sanctorum, & perfectissimum illud virtutis omnis exemplar imitari? Hoc ipsum solum, si bene diligenterque obseruetur, ad id quod quærimus, assequendum sufficit. Testantur Sancti ipsi vniuersi, qui eo maiores minoresve extiterunt, quo diligentius aut segnius Doctorem veritatis obseruarunt. Etenim sicut illa lux maior est, quæ soli similior, minor autem, quæ magis a primo illo luminari seiungitur, ita sanctus ille maior est, qui Christi vestigia perfectiue sequitur, atque ille minor, qui minus perfectè virtutes eius imitatur. Datus siquidem nobis non tantum in Redemptorem, qui nos redimeret, aut in Magistrũ, qui nos doceret, verum etiam in exemplar, cuius vita omnem in se perfectionem continet, atque ad illam nos erudiret. Ad hoc se venisse, manifestè fatetur, dum ait: *Exemplum dedi vobis.* Item: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Quod ipsum Vicarius suus affirmat: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* Cui succinit tuba Spiritus sancti: *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei & in consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.* Ille itaque verus Dei filius, qui ad eam sanctitatem infinitam, quam a momento conceptionis suæ habuit conseruandam, nullo prorsus medio indigebat, nasci dignatus est non ex Imperatrice aut Regina, sed de virgine paupercula & hoc humilitatis suæ declarandæ causa: nasci dico non in atrio regio, sed in diuersorio abiecto, non in lecto aureo reclinari, sed in præsepio humili, non inuolui voluit linteaminibus delicatis, sed panniculis vilib. Ecce quanta aulæ suæ maiestas. Bouem & asinum elegit pro ministerio suo, non cathenatos, non purpuratos aulicos parentibus a primis incunabulis subiectus esse gestiuit, & in magna paupertate viuere, famem, sitim, frigus, calorem, & persecutionum varia genera sustinere, gloriam etiam miraculorum suorum fugere, (notate Thrasones gloriosi) quæ publicari serio prohibuit, prout & transfigu-

Humilitas & obedientia comparantur duobus equis.

Maria virgo humillima.

Christus exemplum humilitatis.

Similitudo cum luce ad ...

Ioan.13.

Matt. 11.

1.Pet.2.

Heb.12.

Christi ancilla.

Matth.9.

Mar.7.

Matt. 17. figurationis suæ visionem, donec à mortuis resurgeret. Et ne prolixus videar, omnis Christi actio est humilitatis suæ professio, ideo ignominias, opprobria, flagella, spinas, alapas, clauos, crucem & mortē, in summa sui abiectione protulit. de quo Propheta: *Considerauimus eum nouissimum virorum, & percussum à Deo & humiliatum.* Vt quid hæc, Auditores? Nunquid vt ipse proficeret, num vt virtute cresceret, qui semper immensus fuit & infinitus. Minimè profectò, sed vt se nobis omnis iustitiæ atque virtutum vniuersarum exemplar exhiberet, nosque ad se pertraheret. Est enim Saluator noster instar magnetis, qui sicut non verbis, sed abscondita naturæ vi ferrum ad se trahit, nexuque mirabili coniungit, ita Christus non solum docendo, vt Magister, & faciendo, vt Redemptor, sed & operando, vt virtutis exemplar corda nostra ferrea post se cogit, sibique per imitationē verā coadunat. Quam sponsi proprietatem, sponsa dilectissima inuenit, cùm à sponso ad se adduci instanter efflagitat, inquiens, *Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorū tuorum.* Trahe inquit, ad modum magnetis, & virtute actionum tuarū, me tibi actionibus virtutis assimila. Est denique statera illa, de qua Iob: *Appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam.* Tunc etenim constat quantæ virtutis simus, cùm vitæ Saluatoris comparamur. *Ad hoc enim,* dicente S. Gregorio, *apparuit in carne Dominus, vt vitam humanam admonendo excitaret, exempla præbendo accenderet, moriendo redimeret, resurgendo repararet.* Diuerso itaque modo Saluator noster sanctique alij dati sunt nobis, vt exemplo suo nos illuminent, & ad virtutis amorem accendant. Isti vt stellæ, quæ à Redemptore nostro splendorem mutuantur, & si cum ipso conferri debeant, parum illustrant. Ille verò vt sol splendidissimus, in diei feruore positus, qui lucem virtutis infinitam emittit, quodque ad se pertinet, tenebras quoque minimas imperfectionum dispellit & in vnaquaque re, quod perfectissimum est, luce clarius demonstrat, ideoque inprimis audiendus & inspiciendus. Debiti ratio postulat hoc ipsum, quoniam verbum patris carnem nostram sibi vniuit, quodque semel assumpsit, nunquam deposuit, nec ab homine assumpto discessit. Præterea gratitudo simul & iustitia requirit, vt imitatori nostro per imitationem coniungamur, nec vnquam ab eius sequela recedamus. Quod si Christus à vobis nunquam recedit, sed semper carnem vestram gestat, semper vos amore complectitur, & beneficijs sibi deuincit, vt à vestra sensibilitate (liceat mihi sic dicere) imitationem suam extorqueat, vtique debitum est, vt nunquam ab illo discedatis, sed iugiter charitatem humilitate, & virtutes reliquas imitemini. Necessarium etiam tandem est, quoniam Christi imitatio iustitia est, sanctitas est, apertio est ianuæ regni cœlorum. *Nisi conuersi fueritis,* ait ipsa Veritas, *& efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.* Quis iste paruulus, Auditores, cuius similitudinem gestare debemus, si nolumus à sede regni cœlestis excidere? An ipse Dominus Iesus Christus, cuius magnitudinis non est finis. Certè ita, si D. Bernardo credendum est. *Forte, inquit, ipsum dicebat. Nimirum, ipse magnus Dominus & laudabilis nimis, ipse paruulus qui datus est nobis. Nec tamen magnus interim, sed paruulus exhibetur, vt se ipsum faciat gratum, & efficax paruitatis necessariæ exemplum. Ad paruulum ergo sit conuersio vestra, vt discatis paruuli esse, & vos quoque cùm conuertamini, paruuli fiatis.* Discite itaque à Christo, Auditores, sequimini Magistrum illum, qui breuius instruit, melius docet, & nec in minimo à tramite veritatis deflexit. Alij virtutis Magistri, quantumuis sancti, nō possunt in vita hac ærumnosa peccati contagionem aliquam euadere, aut omnem imperfectionem eui-

Omnis Christi actio est humilitatis professio.

Isai. 53.

Saluator noster sicut magnes.

Cant. 1.

Christus est statera.

Iob. 31.

Greg. 21 mor. c. 5.

Argumentum à debito.

Ps. 68.

A gratitudine.

A necessario.

Serm. 2. in Conuers. D. Pauli.

A sanctorum vita.

euitare. Ideo[q]ue dum eorum virtutem sequimur, facile imperfectione aliqua infordescimus. Non ita Christus, Auditores, quem, (cum ab omni labecula sit immunis) imitamur, in ipsa sequela, ab omni imperfectiōe etiam minima discedimus. Quod si quam contrahimus, illa non ab ipso exemplari, sed a nostra imbecillitate emanauit. Suffragetur nobis S. Bernard. magnus Christi imitator, multa de hac re disserens. *Ecce, inquit, hoc ratio me [illegible] perit, quam non consistat inquinatum nunquam. Hæc [illegible] opertum luto detergat oculum meum, quæ sine puluere est. Iste mihi ipse [illegible] de oculo, quæ nō habet trabem in suo: imo ille trabem educat de meo, qui nec exiguam paleam habet in suo.* Adde quod hæc Saluatoris nostri imitatio est honorificentissima, quæ nos virtute perfectissima causa honoris replet, & apud omnes rectè sapientes facit honorabiles. Equidem si ille honorificentior est in Rep. terrena, qui similior & propinquior est Regi, in Ecclesia profecto honore & reuerentia dignior est, qui vigilantiùs Christo contenderit appropinquare. Et quanto quis magis ipsi studuerit in terris se conformare, tanto euerit gloriosior & sublimior; ac ei sede rit propinquior in cœlis. Quia sicut gloriam beatorum Christi efficit imitatio, ita gloriam maiorem perfectior pariet imitatio. *Felix membrum*, dicit S. Bernard. *quod huic adhæserit capiti per omnia, & sequitur illud, quocunque ierit: quia si [illegible] & vitam accipiet [illegible] capitis, scilicet imitatione [illegible].* Propter hæc omnia consulit S. Paulus, & hortatur, dicens: *Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos.* Vt quemadmodum filij nō tantum patrem suorum opera, sed & modum agendi præferre solent, ita & nos filij Christi Iesu in operibus [illegible], atque in modo ac ratione eas [illegible] diligenter imitemur. Nec solum [illegible] diligamus verùm & in modo diligendi [illegible]

Serm. 4. in vig. Natalis Christi.

Ab honorificentia.

Serm. 5. in cap. ieiunij.

Ephes. 5.

possibile fuerit nobis, ad eum propiùs accedamus. Atq; huic studio sequendi Dominū lux cœlestis promissa est: nam ipse dixit: *Ego sum lux mundi, qui sequitur me, nō ambulat in tenebris, sed habebit lumē vitæ.* Prorsus ita est Domine. Tu lux mundi es, nam & ignorantiæ nostræ tenebras destruis, & mysteriorum cœlestium, veræ item perfectæq; virtutis cognitionē infundis. Si te sequimur, si te pro modulo nostro imitamur, eoq; modo, quo tu operabaris salutē nostram in medio terræ, nos eandem salutē operari contendimus, nequaquā ambulamus in tenebris, neq; gressus nostros in caliginem peccatorū dirigimus, sed vitale lumē, quod nos ad vitam ducit, & a te vera vita progreditur, atq; in vitam æternam nos inuehit, te largiente, te mittente suscipimus. Vnde facilè colligere potestis, Auditores, quam grata Deo, quā salubris animis nostris humilitas, vt in illa omne tēpus vitæ vestræ impēdatis. Sicut n. quanto puteus est profundior, tanto aqua eius est suauior, ita quāto quis humilior, tanto Deo est charior & amabilior. Similitudo namq; causa est dilectionis. Et omne animal diligit suum simile. Ideo singularis semper est inter eiusdē professionis homines dilectio, quod in omni societate & conuersatione ciuili euidenter apparet. Nunquid autem non maior debet esse maioris efficacia inter virtutū spiritualium socios & confratres, cum spiritualia longè antecellant temporalia. Atq; certè, nisi hæc superbiæ detestatio placeret altissimo, eandem lectionē tanto vitæ suæ tempore, tantis exemplis & demonstrationibus, tantaque sua ignominia & passione non inculcasset dilectissimis suis, non in omni loco, opere, sermone, & memoria contestatum nobis reliquisset. Ante hoc Spiritus S. per os Salomonis idipsum docuit: *Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligeris. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram* Deo

Ioan. 8.

Imitatio Christi illuminat.

Simile à puteo.

Dilectio inter similes.

Humilitas vbique commendata à Christo.

Eccl. 3.

Deo autem dies gratiam, quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Et hoc est quod iram indignationis diuinę mitigat aut sustinet. Nam sicut plantulæ aut arbores teneræ, licet à ventis etiam validissimis exagitentur, non franguntur, quia cedũt turbinibus, & ad quamcunque partem flauerint, se inclinant, quercus verò proceræ, quę robore duritiaque sua resistunt, eradicantur: ita qui voluntati se diuinæ submittit, immotus persistit, pereunt autem qui nolunt cedere. Quare S. Hieronymus ait: *O fœlix humilitas, quæ gladium diuini furoris mittit in vaginam. Respexit in orationem humilium,* canit psaltes regius, *& non spreuit preces eorum.* Itemque Iudith victrix gloriosa: *Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.* Et alibi. *Humilia valdè spiritum tuum, quia vindicta carnis impij ignis & vermes.* Sed & Lia dixit, Gen 29. *Vidit Deus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus.* Et de Achab rege Israel dixit Dominus 3. Reg. 21. *Quia humiliatus est, non inducam malum in diebus eius.* De filijs Israel 2. Par. 12. *Quia humiliati sunt, non disperdam eos:* & hoc memorat Dauid Psal. 35. *In humilitate nostra memor fuit nostri.* Insuper natura nulla est fragilior, nulla vilior, nulla ad humilitatem habilior, quam humana. Ita habetur apud Prophetam: *Humiliatio tua in medio tui,* id est, causa humilitatis tuæ. Vide enim, O homo, è qua vilissima materia formatus es, quam miser vndique es in corpore & extra corpus, quàm innumeris morborum & casuum generibus es obnoxius, quot legibus diuinæ Canonicæ, Imperiali, ciuili, municipali & voluntariæ, quot officijs, seruitijs, seruitutibus, conditionibus, constitutionibus, consuetudinibus, obseruationibus, obligationibus, pœnis, mortibus, & id genus alijs es obstrictus, vide quàm miser introitus tuus, incolatus & exitus tuus, & dispeream, si non hæc sigillatim considerata te omninò humilitati deuoueant & mancipent. Inhabilis es,

Hieronym.
Psal. 101.
Judith 9.
Eccl. 7.
Natura humana ad humilitatem est habilissima.
Mich. 6.
Hominis inhabilitas

præterea ex te ad omne opus bonum, nec vnquam Deo pro beneficijs grates agere, aut æquiualens reddere potes, & quanto plus accepisti à Deo, tanto magis humiliare te debes, quotidie peccas ideoque timendum ne sis in statu damnationis, quid ergò miser te in vanũ extollis? Quibus autem animi corporis aut fortunæ bonis te committis, vt non decipiaris? O putrida, sordida & abominabilis superbia tua. Age quid tuus ad Ecclesiam (nisi cum pharisęo illo ingrediaris) ad sacrum Missæ officium, ad vesperas, ad cultum diuinum persequendum, animus & obligatio, quid in genua procubitus, manuum eleuatio, suspiria, preces, pectoris percussio, lachrymę, ieiunia, eleemosynæ, & omnia opera tam charitatis & misericordiæ, quàm obligatoria, nisi humilitatem profitentur? Quando dicis in Oratione Dominica, *Pater noster,* ecce quanta dignitas patris, cuius tu vix mereris esse seruus, quid filius? quis tu es respectu patris tantæ maiestatis, potentiæ & bonitatis? Ille in cęlis, tu in terris, inter peccatores, mortales, miseros, morbidos periculis & peccatis subditos cõputrescis, & incertus an amore, an odio dignus, an aliquando cœlis, an infernis coniungeris, cœlum pro te conditum est, infernum demerita tua selegerunt, vide in quo glorieris infœlix. Fateris insuper: *Sanctificetur nomen tuum,* & mendacium non perhorrescis coram altissimo. Cum auram popularem venêris, nomen, laudesque tuas omnibus terris, malis increbescere, monumentis omnibus exprimi. Et tamen desideras, *Adueniat Regnum tuũ,* quomodo? Regnum cœleste est tantum pro humilibus & paruulis. *Nonne oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam?* Qui Christum non sequitur in humilitate, profectò Regnum Dei non ingredietur. Ibi sunt qui ludibria & verbera experti, insuper & vincula, & carceres, itemque lapidati sunt, secti sunt, tentati

Argumentũ ab Oratione Dominica.
Heb. 11.

tati sunt, in occisione gladij mortui sunt pro Christo, inter quos nullo modo es annumerandus, nec habilem te fecisti, quo ergo tua tam vana gloria? Attende item, quod Regnum debet aduenire, & illud pro gloria & magnificentia sua est inexplicabile, *Regnum tuum*, regnum omnium sæculorum. Quia *melior est dies vna in atrijs tuis, super millia.* Et tu in domo lutea, in miseria & indignitate multa insordescis, nec hoc quidem te deprimit, sed eleuat? *Fiat voluntas tua*, inquis, & tamen arbitraris, quodlibet licet, quodlibet fiat, non quod alius, sed quod tu, non quod Deus, sed quod fert intentio, ita liberè peccas cōtra Deum, contrà temetipsum & proximum, & quomodo voluntas Dei adimplebitur, quomodo humilitatis gradū incipies, quomodo cælos conscendes, iam relictus ad inferni præcipitium? In cælo fit voluntas Dei, & in terris quoque, & in abysso terræ, cur autem tu eam non exequeris, & quia respondere non poteris, in æternum damnaberis. Vnde quæso miser homuncio victus, vestitus, auxilium, fortitudo, cōseruatio vitæ tuæ corporalis & spiritualis, an à te, an à Deo? si à te, cur *panē quotidianum*, (quo nomine omnia petuntur ad vitæ nostræ conseruationem necessaria) à Deo petis & impetras, ita tamen quantum Deus vult & tibi competit? nec momentum viueres, si gratia Dei te nō sustentaret. Imò momentis singulis fieres titio gehennæ, si Deus, quem precaris, tamen vt ipse vides, non *ex toto corde*, non *ex tota anima*, nec *ex omnibus viribus tuis*, non dimitteret tibi delicta tua, qui vt superbus & cōtumax debitoribus tuis dimittere debita dedignaris. Cum etiam totus mundus in maligno positus sit, & diabolus circumeat rugiens, quærensque quem deuoret, tu autem in medio tātorum periculorum hæres, quomodo pertimescis (vti merito) induci in tentationem; quomodo desideras liberari à malo, nisi teipsum

Psal. 83.

Iacob. 1.

imparem, vilem, abiectum, afflictum & desolatum respicias? nisi in Deum cogitatum tuum iacies, eumque solum recognoscas qui possit & velit auxiliari? Miser ergo & infœlix homuncio, qui tā vanè etiam in minimis de te quidquam audes præsumere, sibiq; tribuere. Considera mecum paulisper incarnationis Dominicę mysterium, an ex meritis nostris, quid? cum non essent merita, sed demerita, vltra quam dici potest, an ex sola gratia diuina sit facta; quis misit Archangelum, quis verba illi in os posuit, quis Mariam gratia plenam fecit, quare Dominus cum illa, quomodo benedicta illa inter mulieres, quomodo illa in ventre suo concepit fructum benedictum IESVM Christum. Hic interuenit sola misericordia Dei Opt. Max. & Mariæ Virginis matri que gloriosa humilitas summa, quam respexit Deus, & ex hoc beatam eam dicent omnes generationes. Quid gloriari potest genus humanum indignum, immeritum, impotens, miserabile & abiectum, quod de suo adiecit, nisi solū de miseria sua, reliqua fluxerūt ex Dei bonitate gratiaque ineffabili. Conuerto me nunc ad Apostolorum Symbolum, fidei nostræ Catholicæ fundamentum inexpugnabile. Creditis *in Deum, patrem omnipotentem, creatorem cæli & terræ?* Quid ni, si Christiani estis? Videte quid de illo creditis, quod sit Deus, ergo timendus & amandus, & Pater qui diligit & castigat, & omnipotens, in cuius manu sunt omnes potestates, & omnia iura regnorum, qui deducit ad portas mortis & reducit, qui occidit & viuificat, qui saluat & dānat, & Creator cæli & terræ; quis consiliarius eius fuit, quis dedit illi & retribuetur ei, quoniā ex ipso & per ipsum sunt omnia, cui nemo dicere potest, quare facis hoc? & audetis adhuc, quid dico non erubescitis, imò nō perhorrescitis tanto Domino Dominorū verbo vel facto vel nutu saltē reluctari? si casus ille Luciferi,

Argumentum à salutatione Angelica.

Argumentum à Symbolo Apostolico.

A casu Luciferi. ciferi, miserabilis vos nō terret, nescio quid ampliùs moueri debeat. Si in Iesum Christum creditis, æqualem patri omnipotētia, assumpta humanitate, ab initio vsq; ad finem vitæ suæ mansuetudinem eius, humilitatem, passionem, mortem & crucem fateamini necesse est, qui tandem *die tertia* cum gloria *resurrexit à mortuis* (attendite quam dispar vita nostra, mors & resurrectio) *ascendit ad cælos*, quo nemo perueniet, nisi cum illo mortuus fuerit, *sedet ad dexterā patris*, quod nemini mortalium concessum. *inde venturus est iudicare viuos & mortuos.* Si iustus vix, coram eo, coram quo omnes creaturæ contremiscent, & tu peccator indignissime, ca nō consideras saluabitur, peccator vbi eris? Vos [illegible] non iudicaturi, sed iudicandi, & quod timendum, damnandi comparebitis; examinate conscientias vestras, O peccatores abominabiles quis enim mundus in cōspectu Dei? quomodo sine timore & tremore stabitis, quid dicetis, quid agetis; ibi momentum vnde æternitas vel salutis vel damnationis, & interim non vultis humiliari sub potenti manu Dei. Hoc sane suadet Spiritus sanctus, docet Ecclesia SS. Catholica, *Sanctorum communio, peccatorum remissio, carnis resurrectio, & vita æterna*, ne diutius in mari magno & alto nauigetis, sed breuiter animam. Hoc vobis persuaderis velim Auditores. Quanto quis est melior, tanto efficitur humilior, & quanto quis est deterior, tanto fit

Mat. 24. elatior. *Virtutis enim origo est humilitas*, vti

Humilitas est Virtutis origo. dicit Gregorius. Illa igitur virtus tantummodo pullulat, quæ in illa radice propriè perseuerat. Est itaq; humilitas

Iacob. 4. homini vtilissima, quia Deus humilibus

Humilitas vtilis. infundit gratiam: testatur Apostolus dic. *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos. Deinde gratiam augmentat & implet humilitas, quod per humilia accipite. Sicut pupilla, quātò nigrior est & minor, tātò est lucidior, & homo quanto est seipso despectior, tanto corā Deo maior est, ideo de Beatissima Maria Virgine canit Ecclesia. *Nigra sum, sed formosa.* Cādela etiā quāto depressius inclinatur, tanto ardentiùs inflāmatur. *Cant. 1.*

Ita homo, quanto magis per humiliationem corā se inclinatur, tanto magis in Dei charitate per amorē accenditur. Et aqua quanto plus descendit, tanto plus ascendit: similiter homo, quanto plus descendit se humiliando, tanto magis ascendit gratiā Dei recipiendo. Insuper gratiā augmentata cōseruat, sicut cinis ignē, & virtutes sine humilitate, sunt sicut puluis, sed cū humilitate, sunt sicut terra firma & solida. Postremò meretur gratiæ augmentatę glorificationē Bernardus. *Cogitas magnam fabricam construere in altitudine? de fundamento cogita humilitatis.* Apostolus autem dicit: *Vos Dei ædificatio estis.* Atq; idē Bernardus. *Arborem attende, figit radicem in humili, verticem tendit ad cælum.* & Scriptura sacra dicit: *Quodcunque reliquum fuerit de domo Iuda, mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum.* Nihil vnquam boni operaberis O homo, nisi fueris in humilitate radicatus: Et vt nostis vniuersi, Principia omnia parua sunt. vnde Bernard. *Vis magnus esse, a minimo incipe.* Et Deus Sauli loquitur: *Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput factus es in tribubus Israel?* Cuius causā Christus aduocans paruulum, constituit eum in medio discipulorum suorum, & ait illis: *Quicunq; humiliauerit se, sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum.* Talibus, talibus, inquam largitur secretorum suorum notitiam, dicente patri suo ipso Domino: *Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*, hoc est, humilibus. Et Dauid. *Intellectū dat paruulis.* Salomon autem: *Vbi humilitas sapientia. Oratio enim humiliantis se, nubes penetrat*, & pro exauditionis suffragio Deū adit, & non discedit, donec altissimus aspiciat. Attendite quæso Auditores Humilitas præseruat hominem a peccatis, sicut balsamus à corruptione. Gregor. *Perit præseruat omne*

Bernardus *4. Reg. 19.* *1. Reg. 15.* *Matt. 18.* *Math. 11* *Proue. 11.* *3. Reg. 3.* *Humilitas præseruat.*

omne quod agitur, si non sollicitè in humilitate custodiatur. Humilitas eu[...]dit laqueos diaboli. Cùm enim B. Antonius totum mundū laqueis plenum vidisset, & interrogasset quis eos posset euadere, audiuit, quòd sola humilitas. Humilitate sola ligatur & superatur diabolus, quam solam execratur ille, ad quam exercēdam nec animum, nec vires vnquam habere potest. Armatura Dei est sola humilitas, quam sensit diabolus, dum clamaret ad S. Macharium, *sola humilitas tua me vincit.* Quod si ad vtilitatem vestram proprias sagaces discretiōq; esse elaboratis, humilitate media perficietis. Respicite araneas, apes, formicas, & alia animalia minora, ad quorum operum subtilitatem non attingit humana ratio, quos sola probat ratio, quaque sola à bestijs distinguimur, & quæ ad salutem sunt, inquirimus, & a periculis nos præmunimus, *sapientia* enim *humiliati exaltabit caput illius*, ait sapiens, idemq; alibi. *Cor hominis, ante quam exaltabitur, humiliabitur.* Exemplū terribile scriptura Sacra nobis obijcit de Nabuchodonosore, qui cum esset rex supra modum fastuosus, conuersus fuit in bestiam, nec hominis naturam recipere meruit, nisi humiliatus, nisi recognoscens Dominū cæli, & glorificans, vt verum sit, quod ait Salomon. *Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia, & sapientia longè abest.* Quòd si animi magnitudinē cōstantiamq; amplectimini, amplectimini & humilitatem, quę sicut arbor radices habens in terra profundas, ventorū impetus contemnit. Sic radicata est humilitas, quæ inferior est per subiectionem, humilior per deuotionem, flexibilior pro compassionem, fundamentum per constantiam, nutrimentum animæ per diuinam gratiam. Et sicut aqua semper ex alto loco in infima decurrit facitque fertilia, sic gratia diuina in corda humilia defluit & fœcundat. Audite, quid cantet de gratia diuina virgo & mater humillima Maria: *Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.* *Valles abundabūt frumento*, inquit Dauid, & Isaias: *Omnis mons & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas.* Vitiorum prauitas vertitur in directum virtutum, & tribulationum asperitas in consolationum planiciem, quia omnis timor atque animi fastus humiliatur, humilitas autem cum diligentia frequentatur. *Qui* enim *se humiliat*, vt testatur veritas ipsa, & humilitas, *exaltabitur, & qui se exaltat, humiliabitur.* Sicut spica granis plena se ad terram reflectit, vacua verò in altum se erigit, sic qui virtutibus sunt vacui, incedunt eleuati & in mirabilibus super se, qui vero virtutib. sunt referti, se dimittunt, & minimis pro Deo subiecti. In quo enim gloriarentur Sancti omnes, nisi in donis & gratijs, quas à Deo acceperunt? *Quid habes, quod non accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris, quasi à Deo non acceperis?* ideò largitori bonorum omnium cum humili gratiarum actione accepta referenda sunt omnia, sibi nihil nisi peccatum. Quòd si gloriam fœlicitatemque æternam consectamini, per humilitatē ad excelsam illam gloriam conscendatis, sicut palma, quæ infimitas imas[...] radices habet, eleuatur, & sicut vapores à sole sursum trahuntur, & sagitta tanto superius emittitur, quāto inferius chorda trahitur. Cōfirmat hoc Salomon di. *Timor Domini disciplina sapientiæ, & gloriā præcedit humilitas.* Et alibi: *superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria.* Item Iob. *Deus ponit humiles in sublimi, & merentes erigit sospitate.* Et rursus: *Qui humiliatus fuerit erit in gloria, & qui inclinauerit oculos saluabitur.* Ideò clamo ad vos Auditores cum D. Petro: *Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis.* Christus enim dux & principalis noster, propter humilitatem exaltatus est, testante Doctore gentilium: *Christus exinaniuit semetipsum, factus obediens vsque*

Margin notes: *Humilitas armatura Dei.* Eccl. 11. Prou. 18. Dan. 4. Prou. 11. Eccl. 15. Isa. 40. Luc. 18. Prou. 15. Prou. 29. Iob. 5. Iob. 22. 1. Pet. 5. Philip. 2.

usque ad mortem, propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine ipsius omne genu flectatur, Cælestium terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Quod si caput nostrũ Christus propter humilitatem exaltatus est, & nos qui sumus mẽbra eius exaltabimur, si humiles extiterimus. Corpus enim sequitur naturam sui capitis.

Ier. 9. In hoc glorietur, qui gloriatur. Gloriabuntur autem omnes in Deo qui diligunt illum, & qui recto sunt corde: *Psal. 5.* illos gloria & honore coronat, illis dat gratiam & gloriam, & quando illa apparet, satiantur. Ecce autem quanta humilium gloria, quanta exaltatio. Hono- *Psal. 83.* rat pater illos cælestis dicente filio *Psal. 16.* Saluatore nostro: *Qui me honorificat, honorificat eum pater meus, qui est in cælis.* Honorat filius: *Qui honorificauerit me glorificabo eum.* Et *1. Reg. 2.* alibi: *Vbi sum ego, illic & minister meus.* Ho- *Ioan. 12.* norat Spiritus sanctus, qui corda humilium inhabitat, cõsolatur & replet donis suis. Honorat mater humilium, regina cæli Maria filios suos, qui & filium suum Dominum nostrum, & ipsum parentem in humilitate & obediẽtia sunt secuti, prout Dauid iam olim cecinit: *Populum humilem saluum facies.* Omnis cæle- *Psal. 17.* stis exercitus honorat illos, & simul gloriantur, & congratulantur, de qui- *Dan. 3.* bus apud Danielem: *Benedicite sancti & humiles corde Domino.* Humiles enim spiritu saluantur teste propheta Regio. *Gloria hæc est omnibus sanctis eius.* Nolite ergò, nolite, Christiani Auditores humilitatem abijcere, quæ tanti est meriti & gloriæ, quæ aperit regnum cælorum, & reserat mysteria scripturarum. Audite quæso D. Augustinum de hac pulchre scriben- *Augustinus* tem. Verba ipsius hæc sunt: *Nulla alia ad capessendam veritatem est via, quàm humilitas, & quoties interrogares, hoc dicerem: quia nisi humilitas omnia, quæcunq; bene fecimus, & præcesserit & comitata ac consecuta fuerit, iam nobis de aliquo benefacto gaudentibus, totum extorquet de manu superbia. Vitia quippe cætera in peccatis, superbia verò & in rectè factis timenda est, ne illa, quæ laudabiliter facta sunt, & ipsius laudis cupiditate amittantur.* Et Albertus: *Humilitas est bonorum omnium conseruatiua, eo quod eorum est occultatiua. Species enim tritæ, multum sunt odoriferæ, sed euanescunt citissime, nisi teneantur inclusæ, vt nequeant respirare, quod idem de vino sentiendum. Et ignis extinguitur, nisi diligenter sub cinere reponatur. & thesaurus à latronibus eripitur, si publicè portetur. Radix etiam quamdiu sub terra latitat, toti arbori vitam donat, & conseruat, quam si supra terram extraxeris, ipsa prima omnium perit, & quicquid erat pulchrum in arbore euanescit. Humilitas autem radici simillima, eo quod habeat vilitatem in situ, turpitudinem in aspectu, asperitatem in tactu, sed directionem in motu, & virtutem maximam in effectu. Dum enim arborem in altum directam, & fructibus plenam attendis, plurimum admiraris. Cùm tamen in tanta pulchritudine nihil existat, quod de radicis humilitate non procedat. Nobilis ergò est humilitas,* *Humilitas nobilis.* *licet exteriùs vilis, & quasi nihil appareat.* Ne sit molestum vobis, Auditores obsecro, eiusdem authoris similitudinem inter granum sinapis & humilitatem auscultare, qui ita proloquitur: *Granum sinapis quantitate est modicum, sed virtute maximum, vt dicatur gemma reconciliationis & amoris. Vnde scribit Pythagoras, quod inter omnes herbas tenet principatum, quia humores grossos extenuat, serpentes fugat, dæmoniacorum illius sanat, fungorum venena superat, dentium dolorem mitigat, cerebrum valde purgat, lapidem in renibus dissipat, appetitum prouocat, stomachum confortat, epilepticos iuuat, atque hydropicos curat: sic etiam humilis, licet exteriùs videatur vilis, & tamen interius est, sicut & ipsa humilitas, magnæ virtutis.* Hæc ille. Cuius vis cognosci non potest, nisi à peritissimis, quam nutriẽdam susceperũt in se, assiduitas subiectionis, consideratio propriæ fragilitatis, & comparatio melioris. Si Lucifer primũ habuisset, non cecidisset de cælo in profundum inferni. Si Adam secundum, nõ fuisset eiectus è Paradiso. Si Antichristus tertium, non præferret se Deo. Intelli-

telligitis hæc Auditores, atque vtinam intelligeretis, Deus bone, quantas animæ vestræ haberent consolationes. Humiliatur quis satis, cùm [illegible] se minori, humiliat se valdè qui [illegible] se pari, sed ille subdit se nimis, cùm se subdit inferiori. At nunc gloriabuntur aliqui de perfectione, ac si humilitatis gradum supremum tenerent, aliqui de imperfectione conquerentur, cupientes dari sibi omnia, quò ad eam fœliciter peruenire possint. Vtrique parti satisfaciam, vt cognoscant, quo in loco sint constituti: & gradus ponam iuxta S. Benedicti regulam, siue ascendendi ad Deum, siue descédendi è monte superbiæ, ad vallem humilitatis. Sequimini Auditores. Primus est oculorum demissio, quorum eleuatio arguit superbiam. *Qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur.* scribit Iob. & alius è cõtra; *Est generatio, cuius excelsi sunt oculi & palpebræ eius in altum subrectæ.* Si nondum gradum istum tetigistis, nihil profecistis, propter finem est omnis actio. Alter est, totius hominis in incessu, sermone, gestu, amictu corporis & conuersatione compositio, quæ mentis qualitatem indicat. & dicit sapiens: *Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus.* Vos ipsos nunc cõsiderate, & de vobis ferte iudiciũ. Tertius est, proximorum dilectio, & obseruatio iuxtà Apostoli dictum: *Omnes honorate, fraternitatem diligite.* Et alius: *Honore inuicem præuenientes.* Nolo vos detinere pluribus: iam tum rem apprehenditis. Quartus, aliorum doctrinam & consilia, sine pudore, cunctatione & molestia audire. Ita in capitulo de Episcopis legitur: *Nullus Episcopus propter opprobriũ senectutis, vel nobilitatem generis, à paruulis vel minimis eruditis inquirere & discere negligat.* Quem quidem gradum vltrà alios gradus, habuisse testatur ipse de se S. Augustinus: *Ego senex à iuuene, & Episcopus tot annorum à collega, nec dum anniculo paratus sum doceri.* Contrà faciebant Scribæ & Pharisæi apud Iudæos, de quibus plena historia Euangelica. Vos quibus assensum præbetis, illis & similes eritis. Q[illegible] [illegible] pro[illegible] ad ostentationem [illegible] o[illegible] [illegible] h. isto dicente: *Ego glo[illegible]* [illegible] Nos ergo gloriam ipsius quærimus & curamus amplificandam, quando nostram vanam & nullam recognoscimus. Sed quam durum hoc sit mortalibus, vobis discutiendum relinquo. Sextus: Reputare alios meliores, omnique bono, quo nos caremus affluentes, vt consulit Apostolus: *Superiores inuicem arbitrantes.* Respirate hic paululum. si in isto gradu consistitis, quantum progressi, & quantum vobis itineris sit adhuc emetiendum, vt fortiùs & fœliciùs procedatis, Deo iuuante superabitis. Septimus. Omne genus contumeliarum animo moderato sustinere. ita sentit D. Gregorius. *Qui laudes non quærit, contumelias non sentit.* Hæc ille. Itaq; ascensus vester amodo non erit difficilis, multo minus impossibilis. Octauus, Exercitijs vilioribus se occupare, sicut fecit Abigail, quæ, cum Dauid eam vellet in vxorem ducere, ait: *Ecce famula tua sit tibi in ancillã, vt lauet pedes seruorũ Domini mei.* Ita Sancit ius Canonicũ: *Exercitia humilitatis sunt, si se vilioribus officijs subdat, & ministerijs indignioribus tradat.* Quæ putatis, Auditores. Illa in Xenodochijs, illa inquam in vijs & plateis, in domibus pauperũ, in leprosis, vlceribus plenis, sordidis, vermib. scaturiẽtibus, & semimortuis, exercenda censeatis, illa tamen merita lucrantur, & fœlicitatem quam optatis quærite. Quotus quisque autem vestrũ est, qui ab his non abhorreat? Nonus. Regnum mundi & omnem ornatum sęculi, quantum ad animum contemnere, quod Christus declarauit in se & omnes beati cælites. Nunc vos in illo gradu hæretis, in quo Christo diabolus omnia regna mundi ostendit, ac se horum promissione adorari voluit. Gradus sublimis, ruina magna, cauete ne

Humilitatis gradus. *Iob. 22.* *Eccl. 20.* *Eccl. 9.* *Pet. 2.* *Rom. 12.* *Cap. 38.* *Cap. si habens 24. q. 3.* *Ioan. 8.* *Phil. 2.* *Greg. in mor.* *1. Reg. 25.* *Cap. si quis de pœn. dist. 2.*

vertigo vos præcipitet, ideò deorſum non reſpicite, ſed ſurſum, nullo latere attenſo, vultus veſtros erigite, & quod reliquum eſt, Deo adiuuante facilè pręſtabitis. Decimus. Vilem & abiectum ſe reputare cum Dauide: *Ego autem ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Et Paulus: *Dominus noſter Ieſus Chriſtus venit in hunc mundum, ſaluos facere peccatores, quorum primus ego ſum.* De B. Franciſco ſcribit S. Bonauentura: *Omnium virtutum cuſtos & decor humilitas, copioſa virum Dei vbertate repleuerat. In propria quidem reputatione nihil erat, niſi peccator, cùm in veritate ſpeculum eſſet omnimodæ ſanctitatis.* Hæc ille. Vndecimus. Peccata ſua apertè confiteri, & non excuſare, vt monet ſapiens. *Presbytero humilia animam tuam.* Duodecimus. Aliorum voluntati imperioque ſe ſubdere, ac illis ſtudioſè obſequi, iuxta eũdem ſapientem: *Magnati, id eſt, Prælato tuo, humilia caput tuum.* In hoc gradu poteſtis exultare, animo tamen, quia multũ feciſtis, licet nõ totum præſtitiſtis, quia penes Deum manet iudicium & retributio. Hæc eſt ſcala cæli, per quam ad Deum aſcendimus, & omnia mundi pericula effugimus. Hanc arripite, hanc conſcendite, & in ſupremo vertice eſt beatitudo & gloria. Fortaſſe gradus illos & breuiùs vultis pro memoria repetitos? Faciam: attendite. Primus eſt, Timor Domini. Secundus, abrenunciatio propriæ voluntatis, vel ſaltem non amare voluntatem propriam. Tertius, Obedientia. Quartus, Patientia. Quintus, peccatorum confeſſio. Sextus, Contemptus ſui. Septimus, præferre alios ſibi. Octauus, Nil ſingulariter agere. Nonus, tacere vſque ad interrogationem. Decimus, Non facilem præbere ſe ad ridendum. Vndecimus, Pauca ad rationabilia loqui. Duodecimus, Statu & habitu humilitatem prætendere. Hæc facite, Auditores vt in æternum viuatis & regnetis. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis,* ait Saluator noſter. Subditus fuit ille, & anima veſtra debet ſubijci Deo per omnia. Vultis ſcire quomodo? Dicam: vt Creatura Creatori, monente Propheta: *Væ qui contradicit fictori ſuo.* Vt materia artifici: *Sicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea, domus Iſrael.* Vt diſcipula Magiſtro: *Audiam quaſi Magiſtrum* ſcil. Obediam Euangelio. *Non omnes obediunt Euangelio.* Vt ſponſa ſponſo: *Qui habet ſponſam, ſponſus eſt.* Vt ancilla Dominæ: *Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ, ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.* Vt pupilla patri: *Quicquid Mardochæus præcipiebat, obſeruabat Eſther.* Vt captiua victori: *Captiuam duxit captiuitatem.* Vt merces emptori: *Merces eius cum eo.* Vt pullus gallinæ: *Quotiens volui congregare, ſicut gallina pullos ſuos.* Vt tabulæ ſcriptori: *Sume tibi librum grandem,* ſcilic. animam. Et, *Epiſtola noſtra vos eſtis.* Vt templum Sacerdoti: quia anima eſt ſancta ſanctorũ, vbi ſolus ſacerdos intrat. Solus enim Deus intrare debet animã. In ſecundo autem ſolus Pontifex. Vt nauis nauclero: *Intelligens gubernacula poſſidebit.* Et, *vbi nõ eſt gubernator, populus corruet.* Vt regnum regi: *Regnum Dei intra vos eſt.* Vt monachus Abbati: *Obedite præpoſitis veſtris.* Et, *In quo clamamus, Abba pater.* Et profectò quiſq; vltrò deberet ſe tanto Domino, tanto benefactori & remuneratori ſubijcere, omniaq; ſua illi deuouere & mãcipare. Et quidem principaliter, quia *omnia ſubiecit nobis, & ſub pedibus noſtris,* quia ſeipſum ſubiecit pro nobis, *formam ſerui accipiens, factus pro nobis obediens vſque ad mortem,* & vt ſuperbia noſtra non erubeſceret, ſubiecit ſe inferiori Ioanni ſcil. vt baptizaretur, cui dicebat: *Sine, ſic decet nos implere omnem iuſtitiam.* ſcil. iuſtitiam perfectam, quæ eſt cum quis inferiori ſe ſubdit. Vnde & pedes diſcipulorum lauit, & ſubditus fuit parentibus. Nec tantum patri aut homini, ſed miſerijs etiam noſtris ſe ſubmiſit. Præterea, quia iure belli nos illius præda ſumus. *Ingenti*

Marginalia: Pſal. 21. — 1. Tim. 1. — Eccl. 4. — Eccl. 4. — *Gradus alio modo repetuntur.* — *Deo nos debemus ſubijci.* — Iſa. 45. — Iere. 18. — Iſa. 50. — Rom. 10. — Ioan. 3. — Pſal. — Eſther. 2. — Epheſ. 4. — Iſa. 62. — Matt. 23. — Iſa. 8. — 2. Cor. 3. — Hebr. 9. — Pro. 1. & 11. — Luc. 17. — Heb. vlt. — Rom. 8. — Pſal. 8. — Phil. 2. — Matth. 3.

Isa. 9. *gum oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madiam*, quasi dicat. Sicut liberasti filios Israel per Gedeonem, ita redemisti genus humanum per filium tuum, de manu exactionis scil. diaboli. Propter hoc ergò debemus ei subijci secundum naturam Elephantis. Antequam enim dometur Elephas, cedit eum aliquis, & pessimè
Eccl. 19. tractat: tunc succedit ille, qui vult domesticum eũ habere, liberans eum, semper est ei obediens. *Ingratum serum dereliquit liberatorem suum* Insuper vis victoriæ. Dominus enim nos vicit per iustitiam,
Psal. 61. vnde serui eius esse debemus. A quo quis victus est, eius & seruus est. Adde quia dat patientiam in tribulatione. *Quoniam ab ipso patiẽtia mea*. Quia Creator. Ibidem: *Quia ipse Deus meus*. Per creationem: *quia*
Ioan. 15. *Saluator meus*, per recreationem Accedit & hoc, quia ad bonum agendum adiuuat. Ibidem: *Adiutor meus*. Sine quo nihil possumus facere. Tandem quia confirmat in bono. Ibidem: *Non emigrabo* sc. ad
Prou. 27. exercitum diaboli, sicut Apostatæ, & qui transcurrunt de loco ad locum, de domo ad domum. *Sicut auis transmigrans de loco suo*, scil. rapitur à miluo, *sic vir, qui relinquit locum suum. Quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem, sicut passer?* Sed nec minima est ratio, quia Dominus omnia mala à nobis auferet in futuro. Ibidem:
Thren. 3. *In Deo Salutari meo* Ille enim saluabit
Psal. 3. me, & liberabit ab omni miseria. *Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei*. Et hoc aduertendũ, quia omnia bona dabit nobis. Ibidem: *Et gloria mea*: quia glorificabit me. *Tu es susceptor meus Domine, & gloria*
Psal. 45. *mea, & exaltans caput meum* iterum, quia in-
Osee. 13. ter im præbet auxilium ad sustinendum. Ibidem: *Deus auxilij mei*. scil. Deus auxilians. *Adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Tantum ex me auxilium tuum*. Postremo quia de futuris, scilicet, bonis dat spem. Ibidem: *Et spes mea in Deo est*, scilicet in eo spero, & ab ipso illum spem habeo. *Tu es Domine spes mea à iu-*

uentute mea. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum. Confundantur & pereant, qui Deum non colunt, non Superborũ
obseruant, non venerantur, non sequun- finis.
tur in humilitate, sed erecto collo con-
trà illum procedunt. Fiat illis sicut Lu- Iob. 40.
cifero, & Antichristo cum omnibus complicibus suis in æternum futuris: prout & Iob imprecatur: *Disperge superbos in virtute tua, & omnem arrogantem humi-* Baruch. 5
lia. quod & apud propheta: *Constituit Dominus humiliare omnem montem excelsum*. Quid accidit Israel, Auditores. Respon- Isa. 45.
det Propheta: *Humiliabitur superbia Israel*. Quid principibus terræ? Principes terræ non poterunt subsistere? *Gloriosos terræ humiliabo*. Quid mulieribus & virginibus, quibus communiter parcitur? Nec mulieres, nec virgines. *Mulieres in Sion humiliauerunt, & vir-* Thre. 5.
gines in ciuitatibus Iuda. Humiliauit Deus Iudic. 4. 5
Iabin in die illo. & Iuda. 2. Paralip. 28. & qui de virtute sua gloriantur. Iudith. 6. *& humiliabit omnes gentes*. Iudith. 8. *Et oculos superborum humiliat*. Psalmus 17. *humiliabitur altitudo virorum*. Isaiæ secundo, *& sublimes gloriabuntur*. Isaiæ decimo, *Gradientes in superbia potest humiliare*, Daniel. 4. *Humiliabitur superbia Assur*. Zachar. decimo, *& omnis, qui se exaltat humiliabitur. Humilis tus est Moab in die illa*. Iudic. 3. & humiliatus est Israel. Iudic. 6. humiliatus est Madian. Iudic. 8. humiliati sunt filij Ammon. Iudic. vndecimo, humiliati sunt Philisthæi 1. Regum 7. humiliatus est Acham 3. Regum 21. *humiliati sunt filij Israel in tempore illo* 2. Paralip. 13. humiliati sunt alij in iniquitatibus suis. Psalm. 105. & propter iniustitias suas. Psalm. 106. & breuiter ait Dauid: *Tu humiliasti, sicut vulneratum, superbum, in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos*. Humiliati sunt in iniquitatibus suis omnes, quotquot infernus capit & cruciat, & humiliabimini vos tandem, vsque ad locum illum, & pœnas æter-

æternas, quicunque de Deo minùs, de vobis autem superbè sentitis, qui viam humilitatis ambulare, & per scalam suprà positã ad Deum ascendere detrectatis. Omnis potẽtia vestra, vires, diuitiæ, animi corporis & fortunæ bona, fauor, honor, fastus arrogantia & superbia, in quibus nunc spes vestra est, & fortitudo, & qui contra Deum & proximũ vestrum impiè agitis, omnia dico in vnũ fasciculum vobiscum colligata, in ignẽ æternum perpetuò arsura detrudentur. Tunc demum sentietis, & dolebitis, sed in vanum, O miseri, O miserrimi in sęcula sæculorum, tũc diceris illud, quod ante multa sęcula ratione vestri scripsit Salomon: *Quid nobis profuit superbia aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? In malignitate nostra consumpti sumus. Iusti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud Altissimum.*

Sap. 5.

Optimè enim & humiliter agnoscunt se à diuina bonitate iuuari, vt incipiant, vt progrediantur, vt ad perfectionis culmen ascendant, sine cuius iuuamino, non solùm ad perfectionem, non peruenissent, verum nec primum nec minimũ virtutis fecissent progressum, nec peccatorum præcipitia vitassent. Quare libenter confitentur: *Nisi quia Dominus adiuuisset nos, paulò minus habitasset in inferno anima nostra.* Psal. 93. Ipsum, vt auctorem sanctitatis, & seipsos vt instrumenta vilia ab ipso mota & eleuata conspiciunt, & indignum putant (pręcipua & vera causa sanctitatis oblita) sibi ipsis; qui à Deo vocantur & mouẽtur, & quodammodo impelluntur, hoc opus gloriosum ascribere. Merito timent, ne illis exprobret Domin⁹, quod Sennacheribo aut Nabuchodonosori per Isaiam. Isa. 10. *Nam quid gloriabitur securis contra eum, à quo trahitur? quomodo si eleuetur virga contrà eleuantem se, & exaltetur baculus, qui vtique lignum est?* Quam egregiè confundit Dominus hoc modo præsumptuosos illos omnes, qui ea faciunt? Perfectorum autem humilitatem tantis opibus cumulatam Iustinus Martyr meritò admiratur, cuius hæc est Oratio: At verò perfecti, quorum in præsentia non exiguus est numerus, iam mundo ex corde mortui, quibus & crucifixus est mundus, quamuis operentur magna, aggrediantur ardua, perferant aspera, innocenter viuant, virtutibus polleant, coruscant miraculis, terrena despiciant, inhiantique affectu concupiscant cælestia, veritatis tamen lumine illustrati: sed nihil ex se proclamant, atque ex Dei gratuita bonitate, si quid sunt, syncera humilitate fatentur esse quod sunt. Norunt siquidem se conditoris vniuersorum etiam instrumẽta, electa per gratiam, quę procul dubio nisi exercẽtur à Domino, tanquam cæteri iacerent interiori habitu vacui, memoriter retinentes, quod Dominus ait, sine me nihil potestis facere.

De grad. perfectionis. c. 8.

Hoc igitur mirabilissimum est, quod sancti veris diuitijs abundantes humiles sint, & quo ditiores & modestiores, & humiliores euadant, & non verbo tãtum (nam homini, de se mendaci, mentiri esset facilè) sed sensu mentis & affectu cordis, se omnibus hominibus tanquam abiectissima æramenta postponunt. Quòd si de diuitijs sæculi dixit verè Augustinus. *Tinea diuitiarum, superbia est*, de diuitijs sanctitatis dicamus nos, Ornamentum diuitiarũ est humilitas. Qui idem in Psal. 93 de Pharisæo superbo & Publicano humili scribit: *Videte fratres, magis placuit Deo humilitas in malis factis, quàm superbia in bonis factis. Sic odit Deus superbos, & ideò sic conclusit: Amen dico vobis, descendit iustificatus publicanus magis, quam Pharisæus.* Verè vtique dictum est a Christo: *Exemplum dedi vobis*, &c. Quapropter ad Christum Auditores, ad Christum pauperem, humilem, & abiectum, ad Christum, opprobrijs tormentis & persecutionibus subiectum, ad Christum cum hominibus conuersantem, & tandem in cruce pendentem, animos vestros, cogitationes

Epilogus.

rationes, verba & actiones conuertite, in illo tanquam in vero exemplari & ſpeculo perfectiſſimo conſiderate, quid agere, quid cauere debeatis. Quotieſcunque aliquid operamini, Chriſtum Ieſum coram oculis mentis habeatis, atq; actionem illam, cui inuigilatis, perficere elaboretis, qualiter arbitramini eam à Chriſto mortalitatis ſuæ tempore fuiſſe completam? ſi oratis, Chriſti reuerentiam, attentionem, & feruorem in orando, quantum potueritis ad vos ipſos transferte. Si loquimini Chriſti modeſtiam & veritatem in loquendo, vtilitatem item & verborum parcitatem ſequimini. Si corpus potu & cibo reficitis, Chriſti abſtinentiam & ſobrietatem, tum in quantitate, tum in qualitate cibi & potus obſeruate. Si quid aliud agitis, Chriſti ordinem ac modum imitandi cōplecti animo ſtudete, deſcribite in corde veſtro mores & actus Chriſti, & non aberrabitis. Non ambulant in vijs eius ſuperbi, faſtu tumidi, rerum habendarum cupidi, iræ atque odij furore perciti, ſocij furum atq; latronum, viuentes abſque igne amoris diuini, famæ, profectuſque proximi, inſidiatores, delitijs & vanitatibus dediti, atque omnes quicunque Deum non diligunt, *ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, ex tota virtute, ex omni fortitudine, & proximum ſicut ſeipſum.* Naturam charitatis Laurentius Iuſtinianus, pulchrè explanat, ſic inquiens: *De ipſa charitate hoc ſentiendum eſt, quòd ſit recta voluntas ab omnibus terrenis ac præſentibus prorſus auerſa, iuncta Deo inſeparabiliter, & vnita igne quodam ſancti Spiritus, à quo eſt, & ad quem refertur incenſa, inquinamenti omnis extranea, corruptionis neſcia, nullo vitio mutabilitatis obnoxia, ſuper omnia quæ carnaliter diliguntur excelſa, affectionum omnium potiſſima, diuinæ contemplationis auida, in omnib. ſemper inuicta: ſumma actionum bonarum, ſalus morum: finis cæleſtium præceptorum, mors criminum, virtus pugnantium, palma victorum, ſanctarum mentium arma, cauſa meritorum bonorum, præmium perfectorum, ſine qua nullus Deo placuit, cùm illa (ſi vnquam, illa perſeueret) nullus vnquam grauiter peccare potuit, fructuoſa in pœnitentibus, læta in proficientibus, glorioſa in perſeuerantibus, victorioſa in martyribus, operoſa in omnibus fidelibus, ex qua quicquid eſt boni operis, viuit.* Hæc ille. Atque humilitas eſſe nequit, vbi non eſt charitas. Sed charitatis mandatum proximum eſt, dignitate virtutis, quoniam rem digniſſimam præcipit, quæ eſt vitæ noſtræ perfectio. Maximum eſt, quia virtutem maximam præcipit, ad quam reliquæ omnes referuntur. Maius item, quia lege ſcripta repetitum à Deo data, ac per Angelos ordinata, cuius vox eſt in Deuteronomio, dic. *Audi Iſrael, Dominus Deus noſter vnus eſt. Diliges Dominum Deum tuum.* Maximum item, quia nouiſſimè in lege Euangelica promulgatum, in qua ei nomen maximi ac præſtantiſſimi datum eſt. Deinde primum. primo quidem in intentione Dei iubentis, qui ſui amorem tanquam finem demandet, quia *finis præcepti eſt charitas.* 1, Tim. 1. & primum in neceſſitate obſeruationis, quia ſine dilectione Dei, nec homo ſimilitudinem Dei habet, nec ita, vt proximè ad vitam æternam ſibi proſit, alias leges & mandata cuſtodit. Tandem primum mandatum in ordine dignitatis, quia digniſſimam virtutem continet, digniſſimamque eius actionem præcipit, à qua ſupremus ordo ſupremæ Hierarchiæ Seraphinorum vocatur, ab amoris ardore, quo Deum diligunt, & dilectionis igne, quo ſpiritualiter ſuccenduntur. Quicquid ergò Dei lege prohibemur, & quicquid iubemur, facere, ad hoc prohibemur & iubemur, vt iſta duo compleamus. Humilitas ergò militat ſub dilectione, & niſi quis verè diligat, non eſt humilis, quomodo enim diligeret, ſi ſeipſum extolleret, nec verè humilis eſt, qui non diligit, vt ſicut præcipitur charitas, ita includitur humilitas. Et ſicut Chriſtus habuit, & manda-

nit dilectionem, ita & humilitatem, sub eadem retributione & interminatione *Mentita est iniquitas sibi*, quando diabolus sub serpentis imagine, dixit primis parentibus: *Eritis sicut Dij.* Ego autem vobis dico nomine Christi, qui est veritas, si humiles eritis, atque Christum imitabimini, profectò eritis, sicut Dij a sanctissima Trinitate, & ab omni cœlesti exercitu in perpetuas æternitates, in excelsis gloriæ solijs, vltra quam vlla mens concipere, aut lingua humana exprimere potest, honorati.

Seruiendum Deo, adinstar creaturarum.

Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. Psal. 2.

Seruiendũ Deo, ob tres causas. SEruire debemus Domino trib. de causis, primo, quia iustũ est, vt seruiamus ei, quia nos fecit, quia nobis seruiuit, quia nos emit. de primo Psal. *Seruite Domino in lætitia, introite in conspectu eius in exul.* Quare? *scitote quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos.* Et tanto deuotiùs debemus ei seruire, quanto nos digniores creauit. Nobis seruiuit in tota vita sua, operans salutem nostram in medio terræ. Isa. 43. *seruire me fecistis in peccatis vestris.* Et quanto vilius fuit seruitium istud, scilicet curare immunditias nostras, tanto deuotiùs debemus ei seruire. Nos emit. 1. Cor. 9. *Empti enim estis pretio magno*, &c. Et quanto pretiosiori pretio nos emit, tanto deuotius ei seruire debemus. ... et. 1. *Non corruptibilibus auro & argento redempti estis*, &c. *sed pretioso sanguine agni incõtaminati.*

Honestum. Secundo, Honestum est seruire tanto Domino, cui seruire regnare est, cuius signis agi summa libertas est. Eccl. 23. *Gloria magna est sequi Dominum.* Tertio, quia vtile est, Io. 17. *Volo pater, vt vbi ego sum, illic sit minister meus.* Isa. 65. *Ecce serui mei comedent & vos esurietis*, &c. Domino ergò seruite, & non diabolo: non dominis, Matth. 6. *Nemo potest duobus dominis seruire.* 1. Reg. 7. *Præparate corda vestra, & seruite illi soli.* Quomodo? cum timore, ne seruitium deturpetur. Eccles. 7. *Qui timet Deum, nihil negligit.* Sed quia ex timore, nisi habeatur cum spe & gaudio, nascitur desperatio, ideò dic. *exultate ei*, Psal. *Lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.* Sed iterum ne spes & exultatio præsumptionem generet, addit, *cum tremore.* Gregor. Spes sine timore luxuriatur in præsumptione, timor sine spe degenerat in desperatione. Zach. 9. *Exulta satis filia Sion.* Satis d. non parum vt desperantes, non nimis vt præsumentes, sed satis, vt sperantes & exultantes cum tremore. Disciplina auté vel correctio apprehendenda est. Primò, vt euitetur ira Dei: quia raro in hoc sæculo irascitur, sed sustinet diu. Secundò, ne amittatur consortium sanctorũ in præsenti, scil. de vita iustorum, scil. de bona operatione nostra ad pecatum destinãdo. Tertiò, ne incurratur æterna damnatio. Timendum enim est, ne fiat his sicut candelæ, quæ composita ex lychno & sapone, eiaculatur flammulas accensa, & exultare videtur, aut cùm ad vltimum combusta extinguitur, fœtorem post se relinquit. Hinc attende sermonem Ioannis Episcopi Dignitas humanæ originis facilè agnoscitur: considerata sublimitate auctoris. Nec enim facile poterat esse vel leue, quod manus sacra confinxit: & cœlestis afflatus in vitalem substantiam animauit: maximè cum idem artifex Deus potestatem suam in omnem fabricam eidem homini erat traditurus: quem secundùm præsidem, post se facere disponebat: eundem faceret plenum atque perfectum,

Vtile.

Disciplina apprehendenda propter tria.

Peccator candelæ comparatur.

Seruiant creaturæ Deo, minùs autem homo.

ctum, habentem in se & dignitatem quam præcelleret, & potestatem, qua cunctis animantibus imperaret. Homo quippe à Deo conditus soli illi seruire prædestinatus erat, à quo ei cuncta erant subiugata, vt imperaret mundo, seruiret Deo, creatorem susciperet, creaturam sibi parere compelleret, tantumque ditionis sese à Domino debere prospiceret, quantum ipse à Creatura exigeret, habens in propria potestate & obedientiam & contemptum: obediẽtiam qua viueret, contẽptiuam quo dignè pro meritis introiret. Vnde effectum est, vt contemnendo mortem incideret, qui obediendo viuere potuisset. Vnde & potestatem concessam dum in contemptu protulit, & vitæ priuilegium perdidit, & mortis sibi sententiam acquisiuit, & tamen creatura adhuc eius seruat imperium, licet ipse Creatori suum denegaret obsequium. Vnde apparet quid suæ felicitati detraxerit. cùm peccatorum merita eius, statum adhuc mutare non possint. Grauaris ò homo, in isto grauaris, & inexcusabili pœna astringeris. Contemnis Creatorem, & eius creaturæ imperas? despicis Dominum, & de eius exigis creatura seruitium? beneficijs Dei perfrueris, & eius potentiam non expauescis: & cùm tibi per eum cuncta deseruiant, solus illi ipse non seruis. Bis delinquis, & geminum ac duplex crimen incurris, dum nec pro conditione vt seruus obsequeris, nec pro potestate tibi data Domino famularis. Tibi cœlum in die lucis splendore vestitur, & solis fulgoribus decoratur. In nocte clarissimo lunæ speculo & astrorum fulgore vario polus ipse lustratur, vt diei noctisque vicissitudine, & numerositas tẽporum dinoscatur; & post diurnum laborem quies miseris mortalibus præbeatur. Tempora alternis vicibus immutantur, frondescunt syluæ, amœnantur campi, prata virescunt, animantia cuncta diuersis vsibus procreata edunt, fœtus parent imperio, obsequia seruant. Scatent fontes, amnes fluunt, institutis terminis maria coercentur. Gaudet post hyemem verna temperies, ætatis fragrantia decoquit messes, autumnitas suas exhibet vbertates, hyeme humectantur imbrib. terræ, suis institutis cũcta deseruiunt, solus homo Deo non seruit. O homo, quid si tibi vniuersa natura constanter ediceret, ego tibi à Domino rerum omnium parere præcepta sum, ego circa te iussa implere, instituta seruare, nascentia cuncta tribuere, genitoris imperio iussa sum. Denique pareo, obtempero, seruio, & te mutato nõ mutor. Pareo, inquam, rebelli, obtempero procaci, deseruio contemptori. Cæterorum si mihi instituta mutare, iussa peruertere, necessaria denegare, rerum Dominus præcepisset, creatura cuncta viduata homine remaneret, nec qui cõtemneret vlterius esset, quia contemptor homo dignè ac meritò interiret. Denique quisquis talis es qui in hoc contemptu consistis, qui creaturæ imperas, & creatori non seruis, qui dominatum exerces, & Dominum non agnoscis. Time Dominum patientem, ne seuerum sentias iudicantem. Corrigat te dilatio differentis, ne censura puniat iudicantis. Facilè enim obsequio tuo facies tibi Deum propitium, si conuersus iam mutaueris vitium, vsuratum enim iam redditur, quicquid dilatione temporis fœneratur, nec esse poterit impunitum, cui mora temporis nõ potuit dare remedium. *Quid retribuam Domino?* Si humana conditio genitori quid debeat, agnosceret, atque vt eius beneficiorum innumeram multitudinem momentis omnibus retractando intelligat, inueniet sua obsequia continuis laudibus iugi gratulatione æquari non posse. Neque enim beneficia ab eo præscita atque collata, vel modum habere poterunt, vel numerum,

Naturæ oratio ad hominem.

certè

certè nec terminum, quippe cùm nec sensus ad inuestigandum sufficiat, nec scientia suppetat ad laudandum. Immēsitas enim beneficiorum superat cogitationes sensuum, & innumera multitudo donorum vincit volubilitatem verborum, nec si totum vitæ tempus oris obsequia occupent, laudes teneant, gratiarū actiones insistant, poteris pensare, quod debes. Quare nobis danda est opera, vt totis viribus deuotio mentis in diuina obsequia exerceatur, & laudum gloriam os nostrum per omne tempus frequentare cogatur, non quo in istis debita compensentur, sed vt nostræ deuotionis voluntas his conatibus dignoscatur, vt quicquid fragilitas detraxit ad complendum, hoc deuotio conferat ad promerendum, vt iam quia vis, non quia perficis, expugnaris, nec quia debita compensas, sed quia parare desideras. Velle enim ipsum compungitur, quia per immensitatem rerum idipsum quod cupimus, explicare non datur. *Quid retribuam*, inquit, *Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi*, quærit Propheta sanctissimus, quibus meritis beneficia diuina compenset, quo famulatus genere munera percepta coæquet, quibus obsequijs tantis possit muneribus respondere, quo seruitutis genere innumera debeat dona & infinita beneficiorum genera comparare. Et licet excellens hominum meritum sit iura conseruans, sit legum iussis obtemperans, impleat fidem, iustitiam teneat, virtutes exerceat, damnet vitia, peccata repellat, exemplum semet imitantibus prębeat, si quid gesserit parum est, quicquid fecit minus. Omne enim meritum breue est comparatione donorum. Numera beneficia si poteris, & considera quod mereris. Cum beneficijs cœlestibus tua facta perpēde, cum diuinis muneribus actus proprios imitare, nec dignum te iudicabis, eo quod fueris, si intelligas quod mereris. Agitur de beneficijs innumeris diuinæ in te pietate collatis, elige quod libuerit: Vtrum hoc tuum compensare tu si non poteris meritum. Cęterum obtunditur sensus, confunditur animus, spiritus perturbatur, ab homine dignoscitur, nec humana poterunt pensari obsequia, si diuina compares beneficia, & tamen de illo loquimur, qui semet peccare non patitur, qui iudicium suę mentis examinās contendit vt placeat, vt promereatur instat, vt seruiat, elaborat. Cæterùm quem aut peccare delectat, aut propria mentis segnitia, aut inconsiderati actus, vt vanitas vitæ sic mancipat vitijs, vt sit materia delictorum, minister culparum, seminarium peccatorum, ita vt in se duplex scelus, & geminum crimen admittat, & quòd debita Domino seruitutis non reddat obsequia, & quod innumera beneficia peccando eius pensare nititur contumelia. Quare nitatur iustus propria merita beneficijs cœlestibus coæquare, nitatur, & peccatorum vitia quæ exercebat, horrere. Ille augmentis sanctæ vitæ increscebat, hic peccata damnando iustitiam, quam non amabat, exercebat. Iustus meliorata vita proficiat, peccator corrigatur vt viuat. Ille bonis tribuat salutare exemplum, hic malis ostendat correctionis remedium. Ille præmia meriti sancti expectet, hic supplicia semet corrigendo declinet. Sic fit, vt & iustus gloriam benè viuendo acquirat, & peccator correctus indulgētiam diuinæ pietatis percipiat. Amen.

Meritum omne breue est, comparatione donorum.

De mundo contemnendo.

Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. 1. Ioan. 2.

S. Ioannes dilectissimus Christi famulus cupiens amatores sæculi ad amorem

morem Christi, & vitæ æternæ perducere videns mala quæ in mundo sunt, & quibus vane atque cum iactura salutis implicatur homo, dic. *Nolite.* addit: *Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non ex est ex patre, sed ex mundo est: & mundus transit & concupiscentia eius. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum.* Hoc videmus in defuncto nostro obseruatum diligentissimè, vt & in morte libenter exierit mundum, & in vita, quantum opus fuit, in illo vixit. Bene enim monet D. Augustin. *Seculum est quasi mare, vnicuique autem sua cupiditas est tempestas. Amas Deum, ambulas supra mare, sub pedibus tuis est seculi tumor: amas seculum, absorbet te, amatores suos vorare nouit non portare: sed cùm fluctuat cor tuum cupiditate, inuoca Christi diuinitatem, vt vincas tuam cupiditatem.* Idem alibi: *Si Christus pro te de cælesti sede descendit, tu propter ipsum fuge terrena. Si dulcis est mundus, dulcior est Christus. Si amarus est mundus, omnia pro te sustinuit Christus.* Et Cyprianus: *Mundi amor & Dei, pariter in vno corde habitare non possunt, quemadmodum oculi pariter cælum & terram nequaquam conspiciunt.* Mundum, ait Lact. hominis, & hominem sui causa fecisse Deum. Notate ergò, mundum non diligendum, sed dum inhabitatis, affectu toto non colendú, sed contemnendum magis. Primo, quia est locus periculosus, sicut nemus, vbi animalia domestica semper sunt in periculo, vel vt à venatoribus capiantur, vel à bestiis crudelibus deuorētur, aut sicut mare, vbi minores pisces a maioribus deglutiuntur. Sunt enim in múdo peruersi homines, raptores, occulti venatores & piscatores, scil. dæmones. Secundo, quia nebulosus. Sicut enim in mari vel locis paludinosis solent abundare nebulæ, & sic maior ibi est obscuritas, sic in mari huius mundi, abundant vitia & errores, ideò tanta est obscuritas ignorantiæ, & caligo ingratitudinis, quod

August. de ver. Dom. serm. 13.
Mundus est mare.
De contemptu mundi.
Cyp. de 12. abusion.
Mūdi amor & Dei simul stare non possunt
Lact. Fund. diu. inst. li. 7. c. 5.
Mundus contemnendus propter sex.
I. Periculosus.
II. Nebulosus.

Deus quasi à peccatoribus oblitus non cognoscitur, omnis veritas ignoratur, & Dei beneficia, quasi à nemine cogitantur. Ioan. 1. *Deus in mundo erat, & mundus eum non cognouit.* Et alibi: *Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere.* Tertio, quia perniciosus. Sunt aliqua perniciosa complexioni humanæ, propter contraria, mala accidentia, propter terræmotū, calorem, frigus, & similia. Sic in mundo est terræmotus inconstantiæ & labilitatis, ignis auaritiæ & cupiditatis, ventus superbiæ, calor luxuriæ, frigus accidiæ, copia bestiarum sæuiens, id est, multitudo hominum totius malitiæ & iniquitatis. Luxuriosi, basilisci, oculos habentes plenos adulterio, visu inficiunt, inquantum ad peccatum alliciunt. Dracones auari & ambitiosi, Reguli altè volantes, scil. superbi. Vnde Ambros. *O quàm rarus est in terris, cui nihil cum seculo commune sit, quem non inflammet libido, stimulet auaritia, lascivia effœminet, luxuria deturpet, sternat ambitio, cruciet inuidia, ira sollicitet.* Quarto, quia laboriosus. *In mundo pressuram habebitis.* Gregor. *Ecce mundus in se arescens, in vestris cordibus reuirescit, vbique luctus, vbique mœror, vbique desolatio, vbique percussio, vbique amaritudine replemur, & tamen cæca mente eius amaritudinem amamus, fugientem sequimur, labenti inhæremus, & quia labentem retinere non possumus, nunc erit quod cū labente labamur.* Quinto, quia fallax est, multa promittit in fine, nihil præstat: finis eius est dubius, exitus horribilis, iudex terribilis. Sexto, quia defectuosus est, nihil habens firmitatis, similis mari, quod continue fluitat & mouetur, similis firmamento, quod continuè mouetur, ita quod quantum ab vna parte eleuamur, tantū ab alia deprimimur. *Mundus transit, & concupiscentia eius.* Et licet mundus videatur esse nutritor corporum, est tamen carcer spirituum & animarum, locus incolatus & peregrinationis, reatus & transgressionis, doloris & fletus, laboris & fatigationis, horroris

Ioan. 1.
Ioan. 14.
III. Perniciosus.
2. Petr. 2.
Ambros. super Psal.
IV. Laboriosus.
Ioan. 15.
Greg. in homel.
V. Fallax.
VI. Defectuosus.
1. Ioan. 2.
Mundus quid.

ris & confuſionis, motus & mutationis, fluxus & alterationis, tranſitus & corruptionis, inſolentiæ & turbationis, violentiæ & oppreſſionis, fraudulentiæ & deceptionis. Notos allicit & notos abjicit, multis obeſt, paucis prodeſt, & quos multa promittit, pauca reddit, & quos hic diuitijs & honoribus extollit in fine nudos dimittere conſueuit. Fulgentius ita deſcribit mundi vanitatem deceptoriam.

Mundi imago.

De contemptu mundi.

Puella pulchra, vultu placabilis, induta veste. Super cuius caput ſcriptum erat: Mecum fortitudo & agilitas. In pectore: Mecum pulchritudo & ſpecioſitas. In manu dextra, mecum diuitiæ & proſperitas. Sub pedibus: Hæc omnia vanitas. Primo deſcribitur puella, quia hic mundus muliebri fragilitate tabeſcit, Continue tēdens ad ſui perniciem.

Iſa. 7.

Iſaias: *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, qui dicitis, Feſtinet, & cito veniet opus eius, vt videamus.* Pſalm. *Homo vanitati ſimilis factus eſt, dies eius ſicut vmbra prætereunt.* Induitur hæc vanitas rete: quia ſicut rete factum eſt ad capiendum, & ad finem mortis, ſic mundus eſt vt rete, capiens peccatores. Pſalm. *Cadent in retiaculum eius peccatores.* In eius capite ſcribitur: *Mecum fortitudo.* nam multos genuit fortes, vti Samſonem, Hectorem, Herculem, ſed reſpice finem: *hæc omnia vanitas.* Nam Samſon ſeipſum occidit, Hector gladio hoſtis occubuit, Hercules nimio dolore vitæ flammis ſe iniecit.

Iud. 16.

Pſal. *Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum, ſicut cedros libani: & tranſiui, & ecce non erat, quæſiui eum, & non eſt inuentus locus eius, quoniam vniuerſa vanitas, omnis homo viuens.* In pectore ſcribitur: *Mecum pulchritudo,* &c. Multos genuit pulchros, vt Abſalonem, Helenam, ſed reſpice finem: *hæc omnia vanitas.* Abſalon capillis ſuis ſuſpenditur: Helena fuit cauſa deſtructionis Troiæ.

2. Reg.

In manu ſcribitur, &c. Multos enim genuit diuites. Ditauit Iob, fœcundauit Craſſum. Iob reliquit in ſterquilinio. Craſſum auro collato in ore miſſo occidit.

Iob. 3.

Eccle. c. 2.

Vanitatem vide apud Eccleſiaſtem: *Mundus eſt ſicut hoſpes, & memoria vnius diei prætereuntis.* Nam hoſpes, qui tantum vno die manet in domo, & ſtatim recedit, cito traditur obliuioni ab eis, qui illum receperunt, & alios nouos continue recipiunt. Sic mundus nouos recipit, & receptos emittit è domo.

Mundus hoſpiti comparatur.

Eccl. 1.

Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum ſtat. Talis hoſpes multa agit. Primo, vſum domus & vtenſilium ſuorum concedit hoſpitibus, & non dominium. Sic mundus homini vſum rerum omnium mundi concedit, non dominium, ita nihil permittit auferri.

Hoſpitis officium.

Eccl. 7.

Sicut egreſſus eſt nudus de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo. Et, *Nihil intulimus in hunc mundum.*

1. Tim. 6.

Secundo, Hoſpes ſucceſſiue diuendit diuerſis idem, mundat cameram & denudat, vt hoſpes palleam emat, & cum receſſerit, iteratò cameram denudat, vt eaſdem palleas alius de nouo emat. Sic mundus. Tertio, Hoſpes non permittit hoſpitem ſuum meliora emere extra hoſpitium ſuum: vnde licet panis & vinum ſint meliora apud vicinum, nō tamen permittit illa comparare: ſed poſtquam hoſpitium ſuum acceptauit, quicquid neceſſarium eſt, ab ipſo emet. Sic mundus non permittit gaudium cœli emere, nec delitias extra mundum exiſtentes, licet ſint meliora: quia non vult lex mundi, quod homo largiatur Eleemoſynas ſed quod expendat circa delitias & pompas. Quarto, Hoſpes obedit per omnia, & pulchrum vultum facit & ſeruit, ſed in fine computum ſtrictiſſimum exigit, ſic mundus facit. Et blandus periculoſior eſt, quam cum eſt moleſtus, vt Iudas Chriſto. Quinto Hoſpitem abeuntem, & non reuerſurum obliuioni perpetuæ tradit. *Maritus obliuionem faciet luxuriæ.* Et, *Nomen noſtrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum noſtrorum.*

Eccl. 2.

Sap. 2.

Sed & in hoſpitijs eſt, quorum vtilitas, ſed fallaces illi ſunt vt plurimum. Sic Sic fallax equus ad ſalutem in mundo.

Pri-

Mundana comparatur equo. Primo, sicut equus fert hominem, sic diuitiæ & temporalis abundantia ferunt hominem ad peccatum. Esaias: *Væ qui descendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis sperantes.* Secundo, sicut equus est velox, ita temporalia cito transeunt. Tertio, quia equus bellicosus est: sic temporalia faciunt lites & iurgia. *Erat substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter, vnde facta est rixa inter pastores gregum Abraham & Loth.* Quarto, quia equus luxuriosus est, sic temporalia faciunt luxuriari. Psalm. *Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum.* Et Ieremias: *Saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur.* Quinto, sicut equus recalcitrat, & mordet, & percutit, sic diuites. *Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit.* (& bene est equus ad salutem) vnde addit, *in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur*: quia nec per fortitudinem corporis saluabitur homo. Psalm. *Non in tibiis viri beneplacitum erit ei*, nec per abundantiam temporalium. Argentum & aurum eorum non poterunt liberare eos in die furoris Domini. Dicit (*in abundantia*) quia equus abundat ad bellum ad cursum, ad coitum, ad strepitum, ad hæc omnia abundat mundana fœlicitas. Quæ omnia sciuit & declinauit defunctus noster.

1. Psal. 32. Isa 31. 2. 3. 4. Iere. 5. 5. Soph. 1.

De mundo contemnendo.

Benedictus Dominus, quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita.

Psalm. 30.

Gratias agit Propheta regius, quòd Deus eũ custodierit à malis omnib. in hoc mundo. & ita etiã nomine defuncti nostri possumus dicere, quòd nõ cõclusit eum in manibus inimici, vel in potestate eius. Inimicus autem est triplex, Caro, mundus, & diabolus, & vnusquisque habet duas manus. Carnis sunt luxuria & gula: gula attrahit & luxuria attractos suscipit & ligat. De his manibus d. Sapiens: *Auerte à me ventris concupiscentias & concubitus concupiscentiæ ne apprehendat me.* Et, *Inueni morte amariorem mulierem: vincula sunt manus eius.* Manus mundi sunt cupiditas quæ attrahit, & curiositas quæ disponit. Manus diaboli, de quo in Euangelio. *Inimicus homo hoc fecit.* Sunt superbia, quæ extollit, & inanis gloria, quæ ostentat. Primus inimicus est intra nos. Michæas. *Ab ea quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.* Secũdus est circa nos. Paulus: *Vt sitis sine querela & simplices filij Dei, sine reprehensione, in medio prauæ & peruersæ nationis.* Ezech. *Cum scorpionibus habitas.* Tertius est supra nos. *Philistijm super te Sanson.* Philistijm, id est, ceciderunt, & significat dæmones. *Videbam Satanam, quasi fulgur, de cœlo cadentem.* Sanson, id est, sol eorum, & signat prælatos vel animam rationalem, supra quam est diabolus, quia non quærit nisi animas. *Da mihi animas, cætera tolle tibi.* Vt quo melius & leuius habeat animas, inuadit pastorem animarũ principaliter. *Totum pondus prælij versum est in Saul.* Et, *Ne pugnabitis contra maiorem & minorem quempiam, nisi contra Regem Israel.* Cõtra hos solos armat nos Apostolus dic. *Sobriè contra carnem, iustè contra mundum, piè contra diabolũ, viuamus in hoc sæculo.* De hac conclusione est in Threnis: *conclusit vias meas lapidibus quadris.* Per lapides quadros habentes sex superficies, notantur diuersa peccata, & habent sex superficies, consensum rationis, operationem, consuetudinem, gloriationem de peccato, excusationem & desperationem, vel præsumptionẽ. Claudi autem est ad tempus cõcludi, in finẽ. Præterea tribulationes iustorũ in hoc mũdo sunt. Primo, tribulatio rationis, quia d. Dauid: *Sit homo est*[illegible] *mem*, scil. rationis. Secundo, peruersitas sensualitatis, s. animalitatis. Vnde d. Anima

Inimicus hominis triplex. Eccl. 25. Eccl. 7. Manus mundi. Manus diaboli. Matth. 13. Inimicus intra nos. Mich. 7. Mundus circa nos. Ezech. 2. Diabolus supra nos. Luc. 10. Gen. 14. 1. Reg. 31. 3. Reg. 22. Armis contra hos inimicos. Thren. 3. claudi & concludi differunt. Tribulationes iustorum quæ.

d. *Anima mea* Tertio, lubricitas memoriæ. vnde d. *Venter meus turbatus est*, in quo cibus & potus sacræ scripturæ recipi debet & decoqui, vnde retundatur nutrimentum membris Ecclesiæ. *Vide Domine*, ait Propheta, *quoniam tribulor, venter meus conturbatus est, subuersum est cor meum.* Quarto, cõtinuus dolor sanctorum, vsq; ad defectionem mortis propter persecutiones & tormenta. Vnde David: *Tribulationem & dolorem inueni*, scil. quãdo natus sum. Quinto, gemitus pro peccatis. *Antequã comedam suspiro, & tãquam inundantis aquæ, sic rugitus meus*, ait Iob. Sexto, quia refrigescit charitas multorum, ideò infirmata est virtus per compassionem. *Quis infirmatur, & ego non infirmor.* Et benè vocat refrigerationem charitatis paupertatẽ: quia charitas est qua emitur cœlestis gloria, quia secundum quantitatem charitatis attenditur quantitas meriti. Septimo, opprobriũ super omnes inimicos, qui sunt gentiles, hæretici & falsi fratres. Iam videamus quam munita sit. Habet enim murum diuitiarũ. Naum vlt. *Aquæ muri eius*, scil. diuitiæ, quæ fluunt & refluunt sicut aquæ. Psal. *Super muros eius iniquitas*: quia frequenter diuitiæ aut inique acquiruntur, aut inique possidẽtur. vnde vocantur *mammona iniquitatis*: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Fossatũ, est auaritia non replebilis. *Auarus non implebitur pecunia.* Turres sunt dignitates mundi. Isaias. *In die interfectionis multorum, cum ceciderint turres, erit lux lunæ, sicut lux solis*, id est, in die iudicij, quando cadẽt honores & dignitates. Isaias: *Incuruabitur altitudo virorum, & exaltabitur Dominus solus in die illa.* tunc lux lunæ, id est, Ecclesiæ militantis, erit sicut lux solis, id est, Ecclesiæ triumphantis, quia cũ aduenerit regnũ Dei, id est, regnũ militãtis Ecclesiæ, ad regnũ triumphantis. Propugnacula sunt scientiæ seculares. *Erat turris excelsa in medio ciuitatis*, i. dignitas in medio mundi. Et paulò post. *Et super turris tectum stantes erant per propugnacula*, per scientias seculares, per has enim stant multi in turre dignitatis. Scuta, sunt excusationes. Iob. *Corpus eius quasi scuta fusilia, & compactum quasi squamis se se prementibus, vna vni iungitur, & nec spiraculum quidem incedit per eas.* Galea est vana spes de satisfactione & venia. *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* Et, *Ne adijcias peccatum super peccatum, & dicas, miseratio Dei magna est, peccatorum meorum miserebitur.* Sagittæ sunt detractiones, vt ait Ieremias, *Sagitta vulnerans lingua eorum.* Arcus, est prauum iudicium. *Facti sunt quasi arcus dolosus, cadent in gladio.* Arcus dolosus est, qui primò vulnerat Dominum suum, hoc est iudicium prauum, quia sicut d. Paulus. *In quo alium iudicas, te ipsum condemnas.* Iacula, sunt verba adulationis. Psalm. *Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.* Vexilla, sunt praua exempla. Sapiens dic. *Nemo expers sit luxuriæ nostræ, vbique relinquamus signa lætitiæ nostræ.* Loricæ sunt delectationes sibi connexæ. Sapiens dic. *Induet se quasi lorica aquis*, scilicet delectationibus, quæ terminum habent, mare amaritudinis. Habitatores, determinantur per Ezechielem. *Persæ, & Lydij, & Libyes erant in exercitu tuo, viri bellatores tui.* Persæ sunt superbi, Lydij luxuriosi, Libyes cupidi. *Omne quod est in mundo*, In ciuitate itaque ista munita, hoc est mundo septem muris, id est, peccatis capitalibus circumdato, sunt isti hostes, quæ ciuitas debellanda est, sicut Iericho contra filios Israel. Primò oportet circumire septies cogitando ea, & pœnitendo de vitijs illis, & detestando. Isaias. *Sume citharam, circui ciuitatem, meretrix obliuioni tradita, bene cane, frequenta canticum*: hæc meretrix est anima peccatrix, quæ obliuioni tradita est, quia non est scripta in libro vitæ, & si quid fecit, non est acceptum coram Deo, ait Ezechiel: *Omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur*: hic vt memoria eius sit coram DEO, debet accipere citharam pœnitentiæ, vbi membra

[Marginalia, left column: Thre. 1. — Iob 3. — 2. Cor. 11. — Mundus est sicut ciuitas munita muris. — Luc. 16. — Fossatum. — Turres. — Isa. 20. — Propugnacula. — Iud. 9.]

[Marginalia, right column: Scuta. — Iob. 41. — Galea. — Eccl. 5. — Sagittæ. — Ier. 9. — Arcus. — Osee 7. — Rom. 2. — Iacula. — Vexilla. — Sap. 2. — Loricæ. — Eccl. 43. — Habitatores. — Ezech. 27 — 1. Ioan. 2. — Mundus quomodo debellãdus. — Isa. 23. — Ezech. 18]

bra extendantur in rigore pœnitentiæ, sicut chordæ in cithara, hoc est, quantum ad satisfactionem. Item circuire per contritionem secundum Isaiam. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Item canere per confessionem & dicit bene, quia qui omittunt illa quæ necessaria sunt ad confessionem male canunt: illa autem sunt principaliter, quatuor scilicet vt sit festina, amara, frequens & integra. De hac ciuitate, dicit Psalmus, *Deduxit me in ciuitatem munitã.* & apud Matth. *Ite in castellum, quod contra vos est.* Mundus etiam desertum dicitur: Horret mundus. vnde Deut. *In loco horroris & vastæ solitudinis.* Id est serpens. *Ductor fuit in solitudine magna atque terribili, in qua erat serpens flatu adurens & scorpio, ac Dipsas.* Latro habitat. *Incidit in latrones.* Leo, id est, diabolus qui in mundo venatur. *Venatio leonis, onager in eremo.* Spina. vnde Moyses vidit rubum in deserto. Exod. 3. Isa. 7. *Omnes montes in sarculo sarrientur, non veniet illuc terror spinarum.* Spelunca. *In desertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ.* Non colitur. Numer. 20. *Adduxistis nos in locum istum pessimum, qui seri non potest.* Sterilis. Ier. 17. *Erit quasi myricæ in deserto.* In via, Isa. 34. *Desolabitur in secula sæculorum, non erit transiens per eam.* Sicca. Num. 21. *Deest panis, nõ sunt aquæ.* Iere. 17. *Habitabit in deserto in siccitate.* Silens Is. 14. *Quieuit sonitus lætantium.* Item Mũdus nocti cõparatur. Primo, propter somnolentiam 1. Thess. 5. *qui dormiunt, nocte dormiunt.* Secundo propter ferarum frequẽtiam, Psalm. *Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ.* dæmones, hæretici, latrones. Tertiò propter ignorantiam, quia omnia modo sunt incerta, in futuro verò quasi in luce manifesta erunt. *Nolite ante tempus iudicare quo adusque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Mundus Aegypto comparatur, quẽ percussit Dominus cum primogenitis eorum id est, mundum tenebris peccatorum & ignorantia obuelatũ, & mœrore miseriæ confectum, cum primogenitis eorũ, scil. luxuria, auaritia, superbia, quæ sunt radices peccatorum. *Omne quod est in mundo.* Superbiam percussit Dominus, regnum respuendo. Ioan. 27. Pedes discipulorum lauando. Ioan. 13. Humilitatem docendo, Matth. 11. Tentari sustentando, Matth. 4. Carnem assumẽdo, de paupere fœmina nascendo, Mat. 1. In cruce moriendo, Matth. 27. Auaritiam percussit, nihil in mundo possidendo, Matth. 8. *Vulpes foueas habent, & vol. cæl.* Ioan. 14. *Venit princeps huius mundi, & in me non habet quicquam.* Item omnia relinquere consulendo, Matt. 19. *Si vis perfectus esse, vade* Diuitibus comminando, Luc. 6. *Væ vobis diuitibus.* Pauperes commendando, Matth. 5. *Beati pauperes spiritu.* Diuitias spinas vocando. Matt. 13. Nudus in Cruce moriendo, Matth. 27. Luxuriam percussit, munditiam custodiendo, quia fuit Virgo Matrem virginem eligendo. Luc. 1. *Missus est Angelus Gabriel.* Virginitatẽ laudando, Mat. 19. *Sunt Eunuchi qui se castrarũt.* Ioannẽ a nuptijs reuocãdo, quæ quãdoque sine peccato omni possunt fieri Ieiunando. Matth. 4. Amaritudines alias sustinendo. De huiusmodi percussione dicitur, Exod. 12. *Media nocte ingrediar Aegyptũ, & morientur primogenita eius.* Sic Christus media nocte venit in mundũ nascẽdo, & eduxit bonos è cõtubernio malorum. Mũdus iste etiam dicitur Babylon. Interpretatur enim confusio, & in mũdo sunt omnia confusa, ita vt bonum à malo omnino nequeat discerni, vnde frequenter bona reputantur mala, & è contra, & *Væ illis, qui dicunt malum bonum, et bonum malum, ponentes dulce amarum, & amarum dulce.* Isa. 5. In mundo quæ deberent esse superiora, sunt inferiora, & è conuerso. Pueri enim sunt Reges Episcopi, &c. & prudentes & seniores, sunt subiecti, Ecclesiast. 7. *Vidi stultum positum in dignitate sublimi, & diuitem sedere deorsum.* & infra. *Vidi seruos in equis, & principes ambulantes, quasi seruos super terram.* Item anterio ra sunt

Marginal notes: Is. 38. — Matt. 21. — Mũdus desertum. — Deut. 32. — Deut. 8. — Luc. 10. — Mũdus nocti comparatur. — 1. Cor. 4. — Mundus Aegypto cõparatus — Psal. 135. — Superbiam percussit Dominus. — 1. Ioan. 2. — Auaritiam percussit Dominus. — Luxuriam percussit Dominus. — Mundus est Babylon. — Psal. 136. — Mundus superiora facit inferiora, & è contra. — Anteriora posteriora.

ra sunt posteriora, & è conuerso, quia temporalia spiritualibus præponuntur, & è conuerso, Ierem. 7. *Facti sunt retrorsum, & non ante.* Item dextrum reputatur sinistrum, & è conuerso, quia aduersitas temporalis malum dicitur, & prosperitas bonum, cum tamen è contrario sit. quod significatur, Genes. 48. in cancellatione manuum Iacob. *Nam dextram manum posuit suprà minorem, & sinistram super maiorem.* Itē infirmi dicuntur fortes & è conuerso, 1 Reg 2. Infirmi accincti sunt robore. Isa. 40. *qui dat lasso virtutem.* Propter huiusmodi dicit, Isa. 21. *Babylon dilecta mea, posita est mihi in miraculum.* Huius Babylonis flumina sunt, 4. Primū amor diuitiarum in hoc se balneant auari, secundum amor delitiarum, in hoc balneant se voluptuosi, in hoc præcepit Pharao submergi omnes masculos Hebræorum, Exod. 1. tertium, Ambitio dignitatum, in quo se balneant ambitiosi quartum, Amor vanarum scientiarum, quæ magis inflant & inquinant quam potent vel lauent. His fluminibus irascetur Dominus sicut dicitur Abac. 3. *Nunquid in fluminibus iratus es Domine?* Hæc flumina transire iubemur, Isa 57. *Transi flumina, denuda turpitudinem tuam.* Soph 3. *Vltra flumina Aethiopiæ, inde supplices mei filij dispersorum meorum deferent munus mihi.* Fleuerunt ibi fletu contritionis, pro peccatis proprijs, fletu compassionis, pro peccatis & miserijs aliorum: fletu deuotionis, pro beneficijs exhibitis & præmijs obtinendis. Item nota quod sunt flumina Aegypti, vt peccata mortalia de quibus Eccles 1. *Omnia flumina intrant in mare.* Isa. 13. *Sibilabit dominus … quæ est in extremo fluminis Aegypti,* id est, in desperatione. Item sunt flumina Damasci scilicet, doctrinæ hęreticorum de quibus 4. Regum 5. *Nunquid non meliores sunt Abana & Pharfar fluuij Damasci omnibus aquis Israel?* Ita dicunt hæretici, & credunt stulti, quia aquæ furtiuæ dulciores, Prouerb. 9. Item sunt flumina Assyriorum, iurgia superborum, Ierem. 2. *Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquas fluminis?* Item sunt flumina Israelis, & hæc tertia scilicet, Baptismus de quo Psalm. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Item gratia Spiritus sancti, Ioan. 7. *Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dicebat de spiritu, quem erant accepturi.* Item doctrina Christi, Genes 2. *De loco voluptatis egrediebatur fluuius, qui diuiditur in quatuor capita:* qui sunt quatuor sensus, historicus, anag. anal. & tropicus. Item sunt flumina Babylonis quatuor quæ dicta sunt, affluētia diuitiarum temporalium, influentia delitiarum carnalium, defluentia honorum sæcularium, confluentia scientiarum inutilium. Iuxta hæc flumina habitant homines mundani infructuosi. *In salicibus in medio eius susp. org. nost.* In hac ciuitate sunt septem vici. Primus, est superbia vel iniquitas, quæ non est æquitas, quia superbus neminem coæquat sibi, sed omnibus vult præesse etiam maioribus, cùm vere humilis nolit subesse, etiam minoribus. Vnde superbia dic. Ezechiel. *Nonne hæc est quæ humilem subleuauit, & sublimem humiliauit? iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem, ponam eam.* Ponit ter iniquitatem contra tres gradus humilitatis: primus subdere se maiori, secundus subdere se pari, tertius subdere se minori. Secundus Vicus, est contradictio. Vnde post iniquitatem ponit contradictionem, quæ bene sequitur superbiam, quia Prouerb. 13. *Inter superbos semper sunt iurgia.* In hoc vico habitat tribus Dan, id est, aduocati, quæ tribus non numeratur in Catalogo Sanctorum in Apocal. vbi dicitur, *Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quousque signemus seruos Dei in frontibus eorum.* Et postea numerat signatos, dic. *Ex tribu Iuda 12. millia signati,* &c. Inter quos non computatur tribus Dan, qui interpretatur causa vel iudicium, & significat Aduocatos & conten-

Flumina Babylonis sunt 4.

Fletus varius.

Flumina Damasci.

Flumina Assyriorū.

Flumina Israelis.

Mundi ciuitatis 7. sunt vici.

Ezech. 21

Iniquitas ter ponitur.

Humilitatis gradus tres.

2

Psal. 54.

Trib. Dan excluditur et significat cōtentiosos.

contentiosos, quibus timendum est ne à numero seruorum Dei excludantur, 1.Cor.11. *Si quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei*, Iacob.4. *Vnde bella & lites* [illegible], Psalm. *Dissipa gentes, quæ bella volunt*, Prouerb.30. *Ge-*
3 *neratio, quæ pro dentibus gladios habet*. Tertius est inuidia, de qua in Psalm. *Circumdabit eam die ac nocte super muros eius iniquitas*, id est nequam. Inuidia, Matth.20. *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Iniquitas enim his duobus modis accipitur scilicet, iniquitas vt dicatur non æquitas, & sic est superbia, vel vt dicatur nequitia vel malitia, & sic est inuidia, quæ benè dicitur circumdare super muros eius, quia altitudinem inuidia non patitur: Inuidus enim die ac nocte de bonis aliorum inuidet & dolet, & de malis gaudet, Prouerb.13. *Vita carnium, sanitas cordis, putredo ossium inuidia*, Augustinus *Sciendum, quod cùm per omne vitium antiqui hostis virus cordi infundatur, malo inuidiæ tota viscera serpens commutit: hæc enim est, qua Cain armatur contra Abel,* [illegible] *Iacob contra Ioseph, Iudæi contra Christum, Babylonij cōtra Danielem. Hic est vermis, qui Ionæ hederam consumit, dum prosperitati aliorum inuidendo detrahit.*

Inuidiæ effectus.

4 Quartus, Curiositas. vnde dic. *Labor in medio eius*. id est, in corde, Eccl.3. *In pluribus operibus tuis ne fueris curiosus*. Isa.59. *Telas ara-*
5 *neæ texuerunt*. Quintus, Ira vel odium, de quo dic. *Et in iniustitia* 1.Ioan.3. *Qui odit fratrem suum, homicida est*. Huic melius competit alia littera quæ habet, Insidiæ in vitalibus eius, Augustinus. *Quia cum vult cadere,* [illegible] *est* [illegible]
6 *vt* [illegible] Sextus est, rapina
7 vel cupiditas. Septimus, Hypocrisis. de his dic. [illegible] *de plateis eius vsura & dolus*. De primo dic. Ierem 6. *A minore vsque ad maiorem omnes auaritiæ student*. De secundo, Luc.12. *Attendite à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis*. Fermentum dicitur, quod ferè omnes corrumpit. Et statim dicit de Plateis, vbi venduntur venalia, quia aut mercatores putant statim habere

Fermentum vnde dicitur.

pretia rei suæ, & tunc vendunt cū dolo, aut faciunt credētiam suis emptoribus, & tunc plus vendunt ratione termini, quod est vsura contra illud, Deut.23. *Non fœnerabis*, & Luc.6. *Date mutuum, nihil inde sperantes*. Isti sunt 7. montes, & 7. bestiæ capita, de quibus dicitur Apoc.17. *Septem capita septem montes, super quos mulier sedet*. Contra has sunt 7. virtutes, Matth. 5. *Beati pauperes spiritu*. Contrà superbiam. *Beati mites*. Contra litigationem *Beati qui lugent*. alienas miserias, contra Inuidiā. *Beati qui esuriunt iustitiam*. Cōtra curiositatem, quæ esurit vanitatem. *Beati misericordes*. Contrà odium. *Beati mundo corde* Contrà auaritiam, quæ cor implet stercoribus. *Beati pacifici* Contra hypocrisin, quæ dicit, *Pax, pax, & non est pax*. Conqueritur postea de malis quæ fiant & sint intolerabilia. *Quoniam si inimicus meus*, &c primo, quia inferuntur ab amico. *Inimici hominis domestici eius*. Mich.7. secundo, quia improuisa *si is qui oderat* tertio, quia à conscientia secretorum, *Tu verò homo vnanimis*. quarto, quia ab his qui deberent cū docere: modo ait, *Dux meus*. quinto, quia à familiaribus. *Notus meus*. sexto, à commensalibus *Qui simul mecum*. septimo, quia à contubernalibus *In domo Dei ambulauimus*. Sunt insuper multi defectus mūdi Nam est terra sine fructu. *In terra deserta*. Psal.62. Sine habitatore, scil. *In via*. Sine aqua, scil. *inaquosa*. quasi dicat, mundus est sine vbertate, sine refrigerio, & ideò non est mirum, si ad te, vel in te sitiam. Sine vbertate bonorum operum est: licet multas spinas & tribulos peccatorum germinet. De mundanis Osea 8. *Ventum seminabunt, & turbinem metent*, Psal. *Non est qui faciat bonum*. Sine societate virorum bonorum, Ier.4. *Intuitus sum, & nō erat homo*. Sunt quidem ibi multæ feræ, sed non est ibi homo ratione vtens. Sine refrigerio gratiæ, 2.Reg.1 *montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos*. Psal. *anima mea sicut terra sine aqua tibi*. Sine refrigerio quæ lachrymarum: quia mundani non

Montes 7. scil. vitia.

Virtutes 7.

Mala quæ intolerabilia.

Mundi defectus multi.

non habent irriguum superius & inferius, Psal. *Domine ante te omne desiderium meum*, &c. Mundus, quia mari comparatur eget quatuor remedijs cōtrà naufragiū spirituale. Primò hauritorio projcere aquam de naui: Sic per Confessionē
1 & timorem debemus projcere, quicquid intrauit vsq; ad animam de aquis maris, Eccl. 1. *Timor Domini expellit peccatū.* Secundo alleuiare nauem, projciendo
2 in mare onera, quæ sunt in naui per paupertatem spiritualem & eleemosynarum largitionem, Matt. 19. *Ecce nos reliquimus omnia.* Tertio, obturare foramina,
3 na, per quæ intrat aqua hi sunt quinque sensus, quos debemus restringere, ne mors intret per fenestras nostras, Ier. 9. Quarto, facere vota intrādi Religionē,
4 Ioan. 1. *Immolauerunt hostias Domino, & voverunt vota.* Tria genera hominum transeunt hoc mare. Noe, Dauid, Iob, Isai. 41. Ordo prælatorum, continentium & coniugatorum primus naui, secundus ponte, tertius vado, transit in vadum laboriosum, & periculosum iter. Periculū enim probat, & paucitas transeuntium & multitudo pereuntium. Continentium ordo ponte transit inter se arctum & breue, non tamen omnino: habet enim triplex periculum. Vel si alteri velit se æquare, vel si retro respiciat, vel ibi stare cōtendit, quia sic est impedimentum alijs, qui sequuntur. Vnde impellitur, vel vt proficiat, vel vt cadat. Pons iste triplici ligno compactus est, pœna corporis, paupertate & obedientia. Prælati descendunt mare in nauibus, qui nec vadi nec pontis semita coartantur & occurrunt singulis cadentibus. Ascendunt ad cælos, descendunt ad abyssus, nunc spiritualia cælestia, nunc temporalia & infernalia facta tractantes. Nauis autem charitas est. Pasci vt dilectum suum pauperes prælati boni debent defendere minores à maioribus, & vtrosque secum trahere ad portum, Ioann. 21. Mundani vt plurimum confidunt in virtute sua, & in mult. diuit. sui, Psal. 48. primò quoad bona animæ, de scientia, Iere. 9. *Non glorietur sapiens in sapientia.* De sanctitate, Rom. 2. *Confidis te ipsum ducem esse cæcorum.* De bona opinione, Genes. 11. *Celebremus nomen nostrum.* Secundo. Quo ad bona corporis. De decore. Prouerb. vlt. *Fallax gratia & vana pul.* De robore, Amos 6. *In fortitudine nostra assumpsimus cornua nobis.* De generositate, Luc. 3. *Ne dixeris, patrem habemus Abraham.* Tertio, quo ad bona temporalia. De hæreditate, Ier. 12. *Hæreditatem acceperunt, & non proderit eis.* De possessione acquisita. Aggæi 1. *Qui congregauit mercedes, misit eas in saccum pertusum.* id est, mundum, de possessione commendata, Luc. 16. *Redde rationem.* De amicis, Ierem. 9. *Omnis amicus fraudulenter incedit.* De familia, 3. Reg. 10. *dixit Benadab.* In his defunctus noster, Deo duce & præside, didicit mundi pericula euadere fœliciter.

Mundus quia mari eget 4. remedijs.

Mundū mare tria genera hominū transeūt.

Nauis est charitas.

De contemptu mundi, eoque diligenter fugiendo.

Fratres, nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt, si quis enim diligit mundum, non est charitas patris in eo: & mundus transit, & cōcupiscentia eius. 1. Ioan. 2.

Gloriosus Ecclesiæ Doctor Augustinus, exponens hunc locum ait: *Quid vis, vtrum amare temporalia, & transire cum tempore, an Christum amare, & viuere in æternum? si amaueris sæculum hoc, consumet te: nescit enim portare suos amatores.* Mundus hic est, Auditores, quasi homo excommunicatus. Quemadmodum enim Ecclesia non orat pro excommunicato, ita Christus, non orat pro mundo, etsi orauerit pro ijs, à quo crucifigebatur. Fugiendus itaque

Mūdus fugiendus.

itaque mūdus, quia deserit suos in summa rerum omnium inopia, Iac 4. *Amicitia huius mundi est inimica Dei.* Quicunq; ergò voluerit amic⁹ esse huius sæculi, inimicus Dei constituitur. Et sic voluit Christus extrà vrbem offerri, ne videatur habere partem cum mundo. Mich. 7, *Fugite de medio Babylonis, vt saluet vnusquisque animam suam.* Babylon scil. domus confusionis, quæ est mundus. *Mundus totus in maligno positus est.* Fugite, nec vos retardet conscientia peccatorū, nec pœnitentiæ austeritas ipsa deterreat. Fugite mundū primò, quia sapientes & circumspecti viri solent vitare loca cōtagiosa & fœtida, & maximè si infirmi sint, aut aliquā infirmitatem metuant. Sic est de mundo. Ait Sapiens: *Qui tangit picem, inquinabitur ab ea*, Psal. *Cum sancto sanctus eris*, &c secundò, Vitant loca, in quibus hostium timent insidias, ne fortè in illorum manus incidant. Et hoc est præmium, quod mundus reddit suis amatoribus, quia tradit eos tandem in manus diabolorū hostium suorum, Matth. 24 *Quemcunque osculatus fuero, & cui pacem dedero, ipse est, tenete eum*, Tertiò. Vitant loca periculosa, quale est mare *Qui nauigant mare*, Eccl. 9. narrant pericula eius. Videatur [illegible]. Quartò, Vitant loca, in quibus habitat capitalis eius inimicus. Eccles. 9. Longè abesto ab homine potestatē habente occidendi. Si vis quietè viuere, noli quicquam desiderare in hoc sæculo, abijce à te quicquid potest impedire [illegible] tuum propositum. Fugiendo vincitur concupiscentia carnis, tacendo superbia vitæ, & quietè auaritia habendique desiderium superatur, Bernardus: *Ecce mundus [illegible] & caro clamat, ego [illegible]. [illegible] peccator sequeris? mundum [illegible], an carnem [illegible]? Vtrumque [illegible], sequere ergo Christum, [illegible].* Idem in meditationibus: *Væ [illegible], quibus præparatus est dolor [illegible], timor horribilis. Væ quibus præparatum est [illegible], vbi nil aliud audietur, nisi fletus & planctus, gemitus & vlulatus, mærores atque stridores dentium, vbi peccatores à congregatione iustorum separabuntur, & potestati dæmonum tradentur*, &c. Aduertite, quod dicit S. Augustinus: *Omne tempus quo hic viuitur, tollitur à vita: ita vt præsens vita non sit aliud, quam breuis vita, per quam itur ad mortem, in qua nemo diu potest hærere, nec tardius ambulare, sed oportet quotidiè pensum itineris absoluere.* Hæc ille. Ideo sanctissimè & pulcherrimè scribit de hora mortis Petrus Damianus Cardinalis in hæc verba: Pensandum quippè est, cum iam anima peccatrix vinculis incipit carnis absolui, quam amare terrore concutitur, quantis mordacis concientiæ stimulis laceratur. Recolit vetita, quæ commisit, videt mandata, quæ negligenter implere contempsit, dolet indulta pœnitentiæ tempore sese inaniter percepisse, plorat immobilem districtæ vltionis articulum sibi ineuitabiliter imminere. Manere satagit, ire compellitur. Recuperare vult perdita, & non auditur. Post terga respiciens totius transactæ vitæ cursum, velut vnum breuissimum deputat passum. Ad se oculos dirigit, & infinitæ perennitatis spacia depræhendit. Plorat itaque quia amisit, quam in breui spacio acquirere potuit omnium lætitiam sæculorum. Deflet etiam se propter tam breuem illecebrosæ carnis voluptatem, inenarrabilem perpetuæ suauitatis amisisse dulcedinem. Erubescit quod propter illam substantiam quæ vermibus erat obnoxia, illam neglexit quæ choris angelicis erat inserenda. Iam radios mentis attollit, & cum diuinarum immortalium gloriam contemplatur, eam propter inopiam vitæ huius perdidisse confunditur. Cumque sub se reflectit oculos ad huius mundi conuallem, tanquam caliginem, supra se verò miratur æterni luminis claritatem, liquido comprehendit quod nox erat, & tenebræ quod amauit. O si

Christus extra ciuitatem cur voluit offerri. — *Primo quia contagiosus.* — *Secūdo Insidiosus.* — *Tertio Periculosus.* — *Quarto Capitalē inimicū fugit.* — *Cōcupiscētia carnis fugiendo, superbia vitæ tacendo, & auaritia quietè superatur.* — *Vita præsens quid.* — *Morientis descriptio.*

residuum pœnitentiæ tempus mereri posset, quam duræ conuersationis iter arriperet? qualia & quanta promitteret? quantis se deuotionum vinculis innodaret? Interea dum hebescentes oculi contabescunt, dum pectus palpitat, dum raucum guttur anhelat, dentes paulatim nigrescunt, & quandã velut rubiginem contrahunt, pallescunt ora, & membra cuncta rigescunt. Dum hæc itaque & huiusmodi tanquam vicinæ mortis præcedentia famulantur officia, adsunt omnia gesta simul & verba, nec etiam ipsæ cogitationes desunt, & cuncta hæc animarum aduersus auctorem testimonium reddunt. Coaceruantur omnia ante oculos respicientis, & quæ respicere refugit, coactus & inuitus attendit. Adest præterea hic horrenda dæmonum turba, & illic virtus Angelica. In eo qui medius est, liquido deprehenditur cui possessori vindicetur. Nam si pietatis in eo videntur insignia, inuitationis angelicæ blanditijs delinitur, atque harmonicæ melodiæ dulcedine vt exeat, prouocatur. Quod si eum parti sinistræ, meritorum nigredo & fœditatis squalor adiudicet, mox intolerabili terrore concutitur, repentini impetus violentia conturbatur, præcipitatur, inuaditur, ac de miseræ carnis ergastulo violenter eripitur, vt ad æterna supplicia cum amaritudine pertrahatur. Iam vero post egressionem de corpore quis explicare valeat, quot armatæ iniquorum spirituum acies in insidijs lateant, quot frementes cuneis infernalibus pœnis instructi iter obsideant? Et ne transire possit anima, velut turbati more constipatæ legiones oppugnent. Hoc & huiusmodi in corde versare frequenter, quid aliud est, quam lenocinantia blandimenta respuere, mundo repudium dare, & illicitos carnis motus elidere, solumque adipiscendæ perfectionis propositum indebiliter custodire, quod vt faciamus, concedat nobis misericors Deus.

De miseria hominis, & peccato, & morte.

Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Psal. 17. & reliqua.

Licet homo & anima sint dignitatis magnæ, tamen per peccatum deuenit in maximam vilitatem & defectionem: quia & hoc nomen Homo habuit quintuplicem diminutionem, secundum Priscianum. Antiquitus enim declinabatur homo, homonis, iuxta illud Ennij: *Vulturis in syluis miserum mandebat homonem.* Secunda diminutio fuit homunculus. Tertia, homuncio. Quarta, homulus Quinta, homululus. Prima diminutio fuit solum in obliquo, & non in re- 1
cto: aliæ fuerunt in recto, & non in obliquo. Ratio est, quia natura humana in principio suæ creationis fuit diminuta in obliquo & non in recto, eo quia mulier primo creata fuit obliqua, quamuis non facta, ita perfecta sicut vir, & hæc diminutio facta est in Euæ peccato. Se- 2
cunda, fuit in recto, id est Adam, quia per peccatum suum fuit damnata tota natura humana. Tertia, quando Adam pec-
cato suo incurrit mortem corporis & 3
animæ. Quarta, quando Adam peccato 4
suo incurrit maledictionem. *In sudore
vultus tui, Spinas & tribulos germ. tib.* Quinta, 5
quando Adam expulsus fuit è paradiso, vbi collocauit Deus Cherubin, ibi Tribulationem & dolorem inuenit, vbi circumdederunt eum dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt eum. Ab illo tempore & casu infelici, quam-

Homo & anima sunt magnæ dignitatis.

Homo habet in declinando quintuplicem diminutionem.

uis

uis virum bonum circumdant, vt in hoc mundo non videat, nec habeat, nisi miseriam, dolores mortis, torrentes iniquitatis, dolores inferni, laqueos mortis, &c. Mors triplex est scil. peccatorum, scil. mors corporalis, qua separatur anima a corpore, & hæc est mala. Mors spiritualis, qua separatur Deus ab anima hæc est peior, Apoc. 2. *Qui vicerit, non lædetur* [illegible]. Æterna, qua corpus & animæ in inferno cruciabuntur. & hæc est pessima, 1. Reg. 15. *Siccine separat amara mors.* Sed redemit & *redimet animas seruorum suorum*, Psal. 33. a tribus, a diabolo mortē sustinendo, a tribulatione præsenti gratiam & patientiam dando, ab omni miseria gloriam conferendo. De prima, Ier. 31. *Redemit Dominus Iacob de manu potentioris.* De secunda, Psal. *Redime me à calumniis hominum, vt custodiam mandata.* De tertia Psal. *Redimet in pace animam meam*, sc. in pace æternitatis, de qua in Psalm. *In pace in idipsum dormiam & requiescam.* Pretium autem nostræ redemptionis, fuit sanguis Christi, 1. Pet. 1. *Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis*, &c. Osee 13. [illegible] Psal. *Copiosa apud eum redemptio.* [illegible] qui tam pretioso sanguine redempti sunt, non delinquent, id est, nō derelinquant eum peccando. Optauit sibi olim propheta regius, Psal. 38. *Notum fac mihi finem meum.* [illegible] mortis habeat propter multa. Primò facit contemnere omnia. Hiero. [illegible] *contemnit omnia, qui se cogitat moriturum.* Secundo, facit [illegible] gloriam incomparabilem, & inceptam [illegible], Eccl. [illegible] *Similitudinem viri* [illegible] *facit*, [illegible] *malorum*, [illegible] 3 Tertio reprimit superbiam, Eccl. 10. *Quid superbis terra & cinis?* Vnde in die Cinerum dicitur homini: *Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris.* Quarto, Timorem incutit. Dan. [illegible] *apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis, contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ, & rex aspi-*

ciebat articulos manus scribentis, tunc regis facies immutata est, & compages renum eius soluebantur, et genua eius ad inuicem collidebantur, Eccl. 41. *O mors quam amara est memoria tua homini* [illegible], &c. Quinto, Est cautela contra omne peccatum, Eccl. 7. *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis*, id est, nunquam peccabis. E contrario dicitur, Thren. 1. *Nec recordata est finis sui*, &c. Sexto, 6
Est causa dispositionis interioris domus. Isai. 38. *Dispone domui tuæ, quia morieris, & nō viues.* Vel in finem, id est, diem mortis. Eccl. 9. *Nescit homo finem suum.* Vel finem, id est exitum vitæ, Ioan. 6. [illegible] *vt patienter agam?* Sed homo debet transilire & defectus suos agnoscere, & nō agnoscere, vt vacet voluptatibus suis. de qua Sap. 2. *Dixerunt impii, cogitantes apud se*, &c. Primus defectus est, in tēpore breuitas vitæ, Psal. 38. *Ecce mensurabiles*, &c. Secundus, Corruptio, Hebræor. 8. *Quod antiquatur & senescit, prope interitum est.* Tertius, fragilitas humana. *Substantia mea quasi nihilum ante te.* Isai. 40. *Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihil, & inane, reputatæ sunt ei.* [illegible] benedicit [illegible]. Quia aliquando homo se absolute respicit, credit se aliquid esse cum nihil sit. Sed cum est coram Deo in oratione vel contemplatione, vel meditatione, tunc videt se nihil esse, & non solum accidentia sua, sed etiam substantiam, id est, quod præcipuum est in illo, nihil esse reputat. Vnde Abraham cum coram Domino esset, dixit Genes. 18. *Quid loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis?* Est autem triplex substantia, scil. temporum, naturalium, & gratuitorum. De prima, Gen. 7. [illegible] *quod in* [illegible] *patrem suum.* De secunda, Luc. 15. de filio prodigo. De tertio, Hebr. 11. *Fides substantia rerum* [illegible]. & hæc est triplex substantia, quasi nihil est ante Deum [illegible] æternorū. Quartus, Vanitas cogitationum, locutionū, operationū, sic est vanitas scien-

Mors triplex.

Animæ piorum redimuntur à tribus.

Pretiū redemptiōn, sanguis Christi.

Memoria mortis necessaria propter sex.

1
2
3
4

5

Defectus hominis.

1
2
3

Peccator in oratione, vel meditatione se cognoscit.

Substantia triplex.

4. *defectus*

Vanitas multiplex.

tiæ cui subiacet omnis creatura, Rom.
8. *Vanitati subiecta est.* Vanitas pœnæ, huic
subiacet sensibilis creatura, Eccl. 1. *Vanitas vanitatum.* Et vanitas culpæ: huic sub-
iacet rationalis creatura, Iob. 11. *Vir va-
nus erigitur.* Vanitas specialis pœnæ, scil.
mortis. Et his omnibus subiectus est ho
5 mo. Quintus, Instabilitas viuentis ho-
minis, transeuntis sicut in speculo, Iob.
20. *Transit sicut visio nocturna oculos, qui eum vi-
derat non videbit eum, nec vltrà tenebit eum lo-
6 cus eius.* Sextus, Mentis perturbatio: quia
frustrà conturbatur, Psal. 38. quia citò
pertrãsit, & ideò in paruo tempore vitæ
suæ deberet vel quiescere vel laborare
pro vita æterna, quod non facit. Sed &
frustra conturbatur, id est, pro nihilo:
quia pro transitorijs, quæ nihil sunt.
Bernardus: *Timent, quæ non oportet, amant,
quæ non decet, dolent vanè, gaudentque vanius.*

Peccatum est torrens iniquitatis.

Torrens prætereà iniquitatis, peccatum
1 est. Primò, quia torrens impetuosè cur-
2 rit, sic peccatum. Secundò, quia propter
obicem fortiùs currit, ita quod prohi-
betur, magis appetitur. Vnde, *Nitimur in
vetitum semper*, Rom. 5. *Lex subintrauit, vt a-
bundaret delictum*, 1 Corinth. 15. *Virtus pec-
3 cati lex.* Tertiò, Quia turbidus, ita pecca-
tum ab effectu, quia animam turbidam
facit, Psalm. *Anima mea turbata est valdè.*
4 Quartò, quia tumultuosus: sic peccator,
Isa. 57. *Impij quasi mare feruens, quod quiescere
5 non potest.* Quintò, Quia cauat terram &
consumit, sic peccatum naturalia. Vir-
tutes enim sunt in proprio subiecto,
6 vitia in alieno. Sexto, quia non firma se-
cum trahit. Sic peccatum non radica-
tos in charitate secum trahit. Ephes.
7 3. Septimo, quia præcipitat se in mare,
sic peccator in infernum. Rom. 6. *Stipen-
8 dia peccati mors.* Octauò, Quia prouenit
ex niuibus calore solutis, sic peccatum
est ex diabolo, qui prius erat sicut nix
in cælo, sed calore superbiæ solutus est.
Et iste torrens conturbat omnes homi-
nes. Nota quod & peccatores dicuntur
aquæ. Psalm. 66. *Viderunt te aquæ. Et in me-*

Peccatores dicuntur aquæ.

ro via tua, &c. Primò, quia aqua de facili 1
recipit impressionem, sed statim dele-
tur: sic multi licet facilè audiant verba
doctrinæ, sed citò obliuiscuntur, Iacob
1. *Considerauit se, & abijt, & statim oblitus est,
qualis fuerit.* Secundò, Quia omni impel- 2
lenti se cedit, sic peccator omni tenta-
tioni, Iacob 1. *Similis fluctui maris, qui à ven-
to mouetur, & circumfertur.* Tertiò, Quia ni- 3
si moueatur, corrumpitur, sic peccator
in quiete & otio, Iere. 48. *Fertilis fuit Moab
ab adolescentia sua, requieuit in fecibus suis, nec
est transfusus de vase in vas.* Ioel. 1. *Compu-
truerunt iumenta in stercore suo.* Quartò, Sicut a- 4
qua saporem trahit à terra per quam
fluit, sic peccatores à conuictu trahunt
prauos mores, Eccles. 13. *Qui communicauerit
superbo, induet superbiam.* Quintò, Quia om- 5
nes aquæ currunt ad mare. Eccl. 1. Ita omnes
peccatores ad amaritudinem inferni.
Luc. 16. *Diues sepultus est in inferno.* Sextò, 6
Quia aqua adiuncta terræ facit lutum,
sic peccator admixtus diuitijs, lutum
luxuriæ, Ier. 5. *Saturaui eos, & mœchati sunt,
& in domo meretricis luxuriabantur*, Psalm. *Vt
lutum platearum, delebo eos.* Septimò, Quia 7
vbi inuenit procliuum semper fluit, sic
peccator inuenta occasione statim ca-
dit, 2. Regum 14. *Omnes morimur, & quasi a-
quæ dilabimur super terram.* Octauò, Quia 8
statum non habet nisi congelata, sic nec
peccator stare potest, nisi in malo, Iob.
13. *Nunquam in eodem statu permanet*, Eccl. 43.
*Frigidus ventus Aquilo flauit, & congelauit cry-
stallus ab aqua super omnē congregationem aqua-
rum requiescit.* Ex his eripuit defunctum
nostrum altissimus, vt gaudeat & vos
ad imitandum doceat. Erit enim ali-
quando tempus, quando fluxum huius
aquæ non poteritis effugere, quia
submergamini, si non de-
clinaueritis tem-
pestiuius.
(.·.)

De dignitate hominis.

Domine quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quia reputas eum? Psal. 8.

Hominem Deus magnum facit.

VTinam homo cognosceret, qualem quantumque, & quanti eum fecerit, faciatque Deus, vtique studeret creatori Redemptori & conseruatori suo modis omnibus seruire, voluntatique diuinæ & dignitati propriæ conformem se facere. Quia hoc non attento, dicit propheta Regius: *Homo cùm in honore esset, non intellexit. Comparatus est iumentis insipientibus,* scil. in stultitia, *& similis factus est illis*, factus non natus; attende, & non tantùm similis, sed & peior, quia bruta naturam suam excedunt.

Homo honorem triplicem habuit.

Homo enim triplicem honorem habuit. Primo, creationis qui magnus fuit. Secundo, recreationis, qui maior fuit. Tertio, promissionis: qui cùm adimplebitur, maximus erit.

Homo fuit in honore quadruplici.

Et iuxta primum honorem, homo fuit in honore quadruplici. Primo, quia *factus est ad imaginem & similitudinem Dei*, secundùm rationem & intelle-
1. ctum, contra quod ingratus, cùm dicit, *Non intellexit*, Noluit intelligere, vt benè
2. ageret, dicit alibi Psalmista. Secundo, quia præfuit omnibus animantibus, & hic dicit: *comparatus est.* Peius autem est comparari scil. iumentis, quàm nasci, ait Chrysost. Nam naturaliter non habere rationem tolerabile est: verùm ratione decoratum, irrationabili naturæ
3. comparari, voluntarium est crimen. Tertio, quia factus est ad fruendum Deo.
4. Quarto, præterea secundum Plinium & Solinum, Caput solius hominis crinibus velatur, & aliud corpus habet nudum. Solus homo inter animalia incedit erectus. Si quis occidit hominem, sanguis solet erumpere in præsentia homicidæ. Gladius, quo homo occisus fuerit, nunquam amplius rectus erit.

Comparari peius quàm nasci.

Humana figura in pluribus inuenitur.

Natura etiam pro speciali priuilegio figuram humanam in pluribus reb. depingit iuxta Plinium. Quia visa est in cœlestibus stella cometa, figuram habens humanam. In brutis sunt monstra figuram humanam repræsentantia, vt fauni, satyri, pilosi, sic & in aquis. In serpétibus sunt similes virginibus, sicut Dracopedes, qui habent faciem virgineam. In volatilibus, sphinges & Harpyiæ. In natantibus, Syrenes, & Nereides. In mineralibus, sicut sunt Camahu. In herbis, vt Mandragoræ.

Humanam nobilitaté bestiæ agnoscunt.

Bestiæ etiam potentiam & nobilitatem humanam cognoscunt, timentque, vti Plinius de Panthera exemplificat, quæ inueniens passum hominis in arena deserti, statim mutat catulos. Elephantes, si hominis passum inueniunt, sistunt gradum. Fulgor alia animalia percussa semper occidit, hominem verò non semper. Aqua videtur distinguere in sexu humano: quia si vir & mulier submergantur, masculus supinus, mulier prona fluctuabit. Istam etiam tanquam nobiliorem naturam assumpsit Verbum, & isti omnia animalia subiecta sunt, pro illo sacramenta in SS. Ecclesia Catholica relicta, pro illo Christus labores omnes & mortem tulit, & sedem parauit in cœlis.

Homo in paradiso habuit 4 benedictiones

In paradiso habuit quatuor benedictiones quàtum ad intellectum. Primo, quia multo eminentius cognoscebat Deum, quàm nos modo. Nam primus
homo non impediebatur per res exte- 1.
riores. Secundo, propter tantã eminen- 2.
tiam intererat angelorum spiritibus, vt ait Greg. 2. Habebat enim cognitionem certiorem & excellentiorem de spiri-
tibus quàm nos. Tertio, excellétem sci- 3.
entiam rerum omnium habuit. Quar- 4.
to, non poterat vllo modo decipi secũdum intellectum. Totidem benedictiones habuit quoad voluntatem. Quia fuit in gratia creatus, nõ habuit passio-

Benedictiones 4 habuit quoad voluntatem.

nes animæ, nisi ex iudicio rationis consequentis, habuit omnes virtutes, & maxime perseuerantiam. Quantum ad corpus, erat immortalis, si in statu innocentiæ permansisset, fuisset impassibilis, in cibo sumendo non fuisset passus, quo ad stomachum, caput, & in digestione, & dormiuisset absque bestiali turpitudine. Postremo, quod ad gubernationem status sui, quia in statu innocentiæ fuisset generatio, non propter conseruationem speciei, sed propter multiplicationem indiuiduorum. Secundo, illa coniunctio maris & fœminæ ad generationē fuisset sine deformitate immoderatæ concupiscentiæ. Tertio, in illo statu mansisset integritas virginitatis cum illa generatione. Quarto, propter multiplicationem humani generis per generationē, nulla fuisset secuta dominij aut possessionū diuisio. Insuper homo in se complectitur totum mundum, vnde *minor mūdus* appellatur. Habet enim homo rotunditatē quandam in toto capite ad similitudinē cæli sphærici. Ceruix enim hominis rotūda velut cœlum, continet omnem motum & sensum hominis. Decem sunt cæli. Lunæ lucidæ, Mercurij gratiosi, Veneris amorosæ, Solis luminosi, Martis vigorosi, Iouis pluuiosi, Saturni tempestuosi, stellarum fixarum, Crystallinum & Empyreum. In capite hominis sunt duo oculi velut sol & luna: sunt duæ aures, velut Mars & Mercurius: sunt duæ nares, velut Saturnus & Iuppiter: vnum os velut Venus. Illa sydera mundum illuminant & gubernant: hæc membra totum corpus hominis ordinant & decorant. Cœlū stellatum est in vertice capitis hominis, cuius stellæ sunt capilli, qui ad decus hominis pertinent, quia calui turpes reputantur. Cœlum crystallinum est in anteriori parte capitis, vbi viget sensus cōmunis. Cœlum empyreum est in posteriore parte capitis, vbi viget memoria. In figura capitis, totus cœlestis ornatus continetur. Sicut enim de cælo ad terrā descendunt rores, impressiones & calor naturalis, quibus mundus continue gubernatur: sic in homine est caput, à quo omnes vires corporis defluūt. Propterea interrogatus Anaxagoras. *Quid est homo*. Respondit, *mensura rerum omnium*. Adde quod Deus in nulla creatura planè quiescit, nisi in homine. Quia licet prima die creauerit lucem & naturam angelicam, non tamen in ea quieuit, imo secūda die creauit firmamentum, nec in eo quieuit, & sic de alijs, quousq; sexta die *formauit hominem ad imaginem suam & similitudinem suam*, & tunc in eo quieuit, quia cessauit a nouis creaturis condendis, valdè complacens sibi in tam nobili creatura, ideò dicit: *Deliciæ meæ esse cum filijs hominum*. & Iob admirans: *Quid est homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum?* &c. Deus creauit prius omnia, vt tanquam in palatium introduceret hominem vltimo, & eum super omnia constitueret.

Et sic homo verus est, qui Deo obedit, & se illius voluntati conformat: alias nō est homo, sed bestia, & diabolus magis censendus. Et nomine hominis, quęcunque moralis & virtualis nobilitas potest designari. Et quicunq; iustus potest homo propriè enunciari, *vere hic homo iustus erat*. Et, *Homo quid [illegible]*. Vt sic de morali eius virtute exponatur illud, *Homo sanctus in sapientia manet, sicut sol*. Hoc diligenter considerauit defunctus noster, & fecit, & ambulauit semper rectus coram Domino, vt nō de illo diceretur, *Pœnitet me fecisse*, sc. hūc *hominem*, neq; quod apud Prophetam queritur: *Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est*. Vt illi sunt qui cælestia non aspiciunt, sed terrena cogitant, quod vetat Apostolus. *Quæ sursum sunt quærite*. Nec dicatur de illo, *Homo cùm in honore esset, non intellexit*. Sic facite ergò, vt ad eū cuius similitudinē repræsentatis, veræ imagine perueniatis. Attendendū quòd per caput omnis cæli gloria demonstratur, per corpus, mundus.

Quoad corpus itidem.

Homo totū mundū complectitur, vnde minor mundus dicitur

Cæli decem

Hominis caput.

Caput a continet ornatū cæli.

Arist. 1. Met.

Deus quiescit in solo homine.

Pro. 8.

Hominis nomine [illegible] [illegible] designatur.

Luc. 23.

Luc. [illegible]

Eccl. 27.

Mich. 7

Col. 3

dur, per inferiora infernus. Vide ergo dignitatē hominis, quam defunctus noster diligenter obseruauit, ne corā Deo confunderetur.

De mundi miseria.

Sum quidem mortalis homo, similis hominibus & ex genere terreno illius, qui prior factus est. Sap.7.

Salomon regum sapientissimus. SAlomon omnium, quotquot fuerunt, regum sapientissimus. Cùm omnem statum hominis, imò totius mundi, magno iudicio suo explorasset, & vanitatē vanitatum dixisset omnia, de seipso tandem quàm [illegible] esset, libere confessus est: *Sum quidem*, &c. *Iob.10.* *& in ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, & delectamento somni conueniente. Et ego natus accepi communem aerem, & in similiter factam decidi terram, primam vocem similem omnibus emisi plorans. In inuolumentis nutritus sum, & curis magnis. Nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium.* *Introitus vnus ad vitam.* *Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus.* Audite verba, signate mysteria. Quid maius a tanto viro, quid clarius & certius dici potest? Homo enim inter mortalia, quid fragilius? *Homo fragilis, ideo vermi comparatur.* Ideò vermi comparatur. *Ego sum vermis, & non homo.* *Psal.21.* Quid illo debilius? Nam statim, vt nascitur, plorare incipit, & suam miseriam, quam ingressus est, declarat, vt Salomonis verba allegata demonstrant. Quid magis obnoxium miserijs, cùm in mundum egreditur? ait Propheta: *Zach.13.* *Homo agricola ego sum, quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea.* *Homo laboriosus qui comparatur agricolae.* Quid laboriosius? *Homo ad laborem, vt auis ad volatum*, &c. *Iob.5.* *Omnis enim labor hominis in ore eius, sed anima eius non implebitur.* *Eccl.6.* Quid dolentius? Dum hoc dolore nō tangitur, & sine cordis vel carnis molestia horam modicā vix pertransit. Cuncti enim dies eius laboribus & aerumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. Quid plenius timoribus? *Homo timidus.* Certè nihil. Timet enim mala praeterita, ne redeant, mala praesentia, ne fortè non transeant, mala futura, ne fortè remaneant. *Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebrae*, ait Psal. Quid miserabilius homine? *Homo miserabilis.* Alia animalia, quando nascuntur, ferūt secum indigentiae suae supplemēta, pellem duram qua operiantur, fortitudinem, qua ambulent & moueantur, naturalem industriam, qua matris mammillas requirere doceantur. Homo verò nascitur nudus, debilis, ignarus, fame & frigore moritur, nisi aliunde conseruetur. Ideò Iob, *Homo natus de muliere, breui viuens tempore*, &c. *Iob.1ʒ.* Vilis creatio, quia de muliere, breuis duratio itē, quia breui tempore. Exigua cōsolatio, quia multis miserijs. Labilis cōplexio, quia quasi flos egreditur. Finalis conclusio, quia conteritur & fugit velut vmbra. Mutabilis conditio, quia nunquam in eodem statu permanet. Hinc Psalmista admiratur: *Domine quid est homo?* & respōdet idē: *Homo quid.* *Homo vanitati similis factus est: dies eius, sicut vmbra praetereunt.* Item Iob: *Militia est vita hominis super terram.* *Iob.7.* Et iterum: *Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est, constituisti terminos eius, qui praeteriri non poterunt.* Et alius: *Vnus est interitus hominum & iumentorum, & aequa vtriusque conditio.* *Eccl.3.* D. Bernard. *Homo nihil aliud est, quàm sperma foetidum, saccus stercorum, cibus vermium.* Vilem conditionem ipsius notat terra & cinis. *Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris.* & alibi: *Omnes homines, terra & cinis.* *Eccl.18.* Corrumpitur concupiscentijs carnis sibi innatis. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* ait Apostolus, & addit: *Igitur mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati.* *Rom.7.* Concutitur tumultibus negotiorum, quibus subditus est. *Occupationem pessimam dedit Deus filijs hominum.* *Eccl.1.* Et, *Occupatio magna creata est omnibus, & iugum graue super filios Adam.* *Eccl.40.*

Igno

Ignorantiæ vitio torquetur, quia propriè veritas nulla cognoscitur. *Diminutæ sunt veritates à filijs hominum.* Psalm. Tribulatur ab hominibus peruersis, vt docet Sapiens: *Regnantibus impijs, ruinæ hominum.* Homo enim homini aliquando Deus, aliquando diabolus Sic Sapiens: *Comestores viscerum hominum, & deuoratores sanguinis.* Et Psalm. *Posuisti tribulationes in dorso, imposuisti homines super capita nostra.* Et vltimò miseria miseriarum est, quia homo est in periculo descendendi ad infernum. *Homo quidam erat diues · Mortuus autem est & sepultus in infernum.* Ita à primo ad vltimũ, Quærenti, quid sit homo, possumus respondere breuiter: Est mare magnæ mobilitatis, flumen magnæ velocitatis, flos magnæ debilitatis, vmbra magnæ fugacitatis, ventus magnæ labilitatis, vitrum magnæ fragilitatis.

Pro. 28. Psal. 12. Hominis descriptio.

Vidit itaq; & expertus est defunctus hic noster, omnia & plura, quàm diximus; vidit, quia homines sunt mendaces. Psalm. *Diminutæ sunt veritates à filijs hominum.* Quia mordent, & charitatem nõ habent. Psalm. *Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus.* Quia raptores sunt, & pietate carent. Psalm. *Erue me à calumnijs hominum, vt custodiam mandata tua.* Quia nugantur, & vanitatem sequuntur superbi. Psalm. *Filij hominum, vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium.* Quia instabiles in omni statu suo. Psalm. *Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis.* Quia carnales & fœtidi. *Cumque cœpissent homines multiplicari, acceperunt filij vxores,* &c. Quia stolidi & Dei mandata non custodiunt. Psalm. *Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, vt videat, si est intelligens, aut requirens Deum,* &c. Et illud: *Homo cum in honore esset, non intellexit.* & apud Prophetam concluditur: *Quòd, [illegible] omnes filij hominum.* Ideo veritatem amplexatus est, quam verbis & operibus declarauit, nemini nocuit charitatis amans, pius nemini quid rapuit, aut insidiatus est, vanitatem exosus, instabilitatem persentiscens in hac vita, concupiscentias carnales & illicitas angue prius detestatus, honorem Dei, proximi & suum, benè obseruauit; & quod ineuitabiliter vnum horum vel damnationem, vel beatitudinem sempiternam futuram optimè præsciuit, sic vixit, vt securè mori posset, sicut & in Domino placidè obdormiuit, cuius memoria sit in benedictione.

Hominum malorum qualitates. Psal. 118. Gen. [illegible] 3. Esd. 4.

De contemptu mundi & vitæ.

Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt. Iob. 14.

Quia in homine est & vita spiritualis & gratia, & vita etiam corporalis ex natura, hinc est quod homini quãdoque promittuntur dies longi ex gratia. Et quandoque dicuntur dies eius breues ex natura. Vt in figura habetur. Isa. 38. vbi Ezechiæ regi dicit infirmanti Isaias, filius Amos: *Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.* Et illud verum erat, quantum ad sui naturam, quia tunc moriturus erat. Sed post orationem eius & lachrymas subditur, quod Isaias iterum dixit ei *Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui: Audiui orationem tuam, & vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciam super dies tuos quindecim annos.* Et istud fuit de gratia. Sic ergò ex natura, vel ex culpa habere debebat dies breuiores, sed ex gratia habuit longiores. Iob autem hic dicit de homine secundum vitam naturalem & corporalem. Ostenditur ergo primò, breuitas vita humana. Quia, vt dic. Augustin. lib. de quæst. veteris & noui testamenti. *Deus hominem fecit, qui quandiu non peccaret, immortalis esset, vt ipse sibi [illegible]*

Homo, [illegible] habet. Ezechiæ [illegible] vita longior oratione. August.

siue ad mortem, siue ad vitam. Non autē corpus hominis erat indissolubile, per aliquem immortalitatis vigorem in eo existentem, sed inerat animæ vis quædam supernaturaliter data, per quam poterat corpus ab omni corruptiōe præseruare, quamdiu ipsa Deo subiecta permansisset. Et hoc fuit rationabiliter factum, quia ipsa anima rationalis excedit proportionem materiæ corporalis. Cōueniens igitur fuit, vt a principio virtus ei daretur, per quam corpus conseruare posset supra naturam materię corporalis: sed postea propter peccatum talis virtus naturalis homini subtracta est, & relictū est corpus eius suæ naturæ mortali. Rom. 5. *Per peccatum intrauit mors*, per quam scil. vita hominis, quæ semper manere potuisset, breuiata fuit & decurtata. In quo homini peccanti fuit misericorditer, primo, prouisum, sc. vt aduersa, quib. vita humana frequenter in pręsenti percutitur, considerata vitę breuitate facilius tolerentur, vti erit etiā tempore Antichristi, *Breuiabuntur dies propter electos*, Matth. 24. Non licet autem propter hoc seipsum occidere. Secūdo, vtiliter, sc. vt prospera & delectabilia mūdi, quæ animam ligant, ne tendat ad cælestia, ex ipsa vitæ breuitate despiciat, considerando illud Iob 20. *Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram, quod laus impiorū breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti, si ascenderit in cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. Et qui viderant eum dicent: Vbi est?* Dicuntur etiam breues ratione certorum, &c. qui longissimè viuunt, & herbam. Iob 29. *Sicut palma multiplicabo dies.* Et licet senes dicantur plurimorum dierum in vetustate sicut 3. Reg. dicitur quod Rex Dauid senuerat, sed contingit propter duo, quod etiam pauci videantur: Vel ex passione aliqua, & vt plurimum amoris, vti Iacob seruiuit Rachel annis. Gen. 29. sic est faciendū pro Dei visione. Vel ex aliorum comparatione.

Peccatū homini virtutem naturalem subtraxit.

Homini peccanti fuit misericorditer prouisum.

2. Vtiliter.

Dies breues quare.

sicut illi qui fuerunt post primam ætatē mundi, scil. post diluuium: Et propterea Iacob interrogatus à Pharaone. Gen. 47. *Quot sunt dies annorū vitæ tuæ*, respondit, *Dies peregrinationis vitæ meæ, centum viginti annorū sunt, parui & mali, & nondum peruenerunt vsque ad dies patrum meorum.* Solus homo ex omnibus peregrinatur, & toti humanæ naturæ dici potest. *Tu solus peregrinus es in Ierusalem, vt tendas ad visionē pacis?* Ostenditur etiam, quòd vita humana habet terminum, quia finietur, ideo multū prætimendus & formidandus, vt benè & tutò trāseat ex hoc mūdo, maximè propter animam. Et peccator timet sicut latro, quoties audet aperiri ianuā, ne ducatur ad furcam. Finietur itaque & breui, tū propter nimiū vsum Veneris secundū Arist. tum propter nimium exercitiū laboris, vbi excitatur calidū, & exhalatur simul cum humido, tum propter defectum nutritionis: quando calor non inueniens nutrimentū, arripit humidū & hoc consumpto, & ipse deficit, & fit quod d. Iob 17. *Spiritus meus attenuabitur* &c. Et sic etiam est de vita spirituali: quia Veneris vsus indebitus, vt luxuria, labor inordinatus plerunque ex auaritia & defectus spiritualis nutrimenti ex accidia, quæ retrahit a spiritualib. operib. quibus vita spiritualis nutritur. Secūdo, mensurata est vita hominis, sed illa soli Deo nota, sicut electorum numerus, & dies vltimus. Matth. 24. Ideo Dauid petit sibi reuelari finem. Ps. 38. *Notū fac mihi Domine finem meū, & numerum dierū meorū quis est, vt sciam quid desit mihi.* De morte 4. sunt ignota, status, tempus, locus, modus. Eccl. 9. *Nescit homo finem suum*, nisi Deus illi specialiter reuelet, vti Eccl. 46 de Samuele, alias nullo modo sciri potest. Illud deberet animo minime ad timorem & pœnitentiam commonere, quæ fit vt plurimum per satisfactionem in eleemosynis. Vnde Dominus dixit cuidam adolescenti diuiti. Luc. 18. *Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Vt non deficat tibi, debes habere

Vita humana habet terminum: & breuem.

Vita est mensurata.

Mors in 4. incognita.

omnia, tunc autem habet omnia, quando Christum habet. Ideò 1. Cor. 1. *In omnibus diuites facti estis in illo*, scil. in Christo. Et subditur: *Ita vt nihil desit vobis in gratia vlla.* Hinc est quòd morientibus etiam datur S. Eucharistia. Tertio, Vita humana immutabiliter limitata est, & habet terminos naturales, casuales & prouidētiales. Naturales sunt ex naturali cōplexione, & sunt varij, quidā citius, quidā tardius moriuntur. Casuales sunt ex fortuito accidēte, & sunt infiniti, quib. moriūtur. Prouidētiales sunt ex diuinæ prouidētię dispositiōe, & isti sunt finiti, quia vita humana nec vlterius protendi potest, nec etiam citius deficere, quàm sit diuinitus dispositum. Psal. 103. *Terminum posuisti, quem non transgredientur.* Nota, quòd in morte vita hominis peccatoris terminatur in magna amaritudine, vel quod relinquat mundum, vel quòd tendat ad infernum, vel quod metuit diuinum iudiciū. Sed iustus habet duos terminos gloriosos & æternos, vnum in glorificatione animæ post mortem, aliū in glorificatione corporis in resurrectione. Pro. 15. *Domum superborum demolietur Dominus, & firmos faciet terminos viduæ*, sc. in æterna gloria. Amen.

Vita humana limitata est.

De calamitate vitæ humanæ præsentis sæculi.

Antequam comedam suspiro; & quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus, Iob. 3.

Christianus mensæ assidens, vel vidēs singulari bestias ad conuiuia parandas, debet cogitare spiritualiter quomodo mactæ, & propter nos occidantur, & nobis esca parentur: & sic fiat de homine, quādo impinguatur, incrassatur, dilatatur, præparatur morti, vermibus, diabolo. Ostenditur itaq; vita hæc calamitosa. Primo propter defectum rei desideratæ, dic. *Antequam comedam*, nam tum prius fame cruciatur. Comestio autem in vita præsenti totaliter non satiat, nec oculus visu satiatur, nec auris auditu, nec auarus pecunia. In vita autē æterna, *satiabimur, cum apparuerit gloria Domini*, Ps. 16. Prodigus filius esuriebat in regione altera. Luc. 15. mercenarij saturati sunt, qui pro adipiscenda mercede æterna multū laborauerit, quia vnusquisq; propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Et isti sunt existentes in domo patris, vbi mansiones multæ sunt, & diuersi beatitudinis gradus, abundant panibus, & refectione vel fruitione bonorum æternorū. Luc. 14. *Beatus vir, qui manducabit panem in regno Dei.* Sed illi qui hic viuunt, antequā ad illā refectionem perueniant, quasi fame perire dicūtur, quia desiderijs æstuat, quæ minime adimplētur, secundum illud Oseæ 4. *Comedent, & non saturabuntur*, sc. in præsenti. Et licet nō possit haberi hic refectio ad satietatem, sc. glorię, haberi tamē potest quæ est ad necessitatem, sc. gratiæ. Præfectio necessitatis est cum dicitur *Antequam*. Refectio satietatis, cum dicitur, *Comedam*. Et refectio gratię est, de qua dicitur Ecc. 24. *Qui edunt me, adhuc esurient*. tamen reficit animā bene, quātum sufficit ad salutē. Refectio autem spiritualis requirit quatuor. Primo, vt cum magna auiditate appetatur, ideo dic. *Suspiro*, sc. [illegible] gratia bene viuendi & bene moriendi. *Tunc enim bonus homo viuit, quando viuit humiliter Deo, ordinabiliter sibi, & sociabiliter proximo. Per hæc enim tria prohibentur triplex peccatum, sc. in Deum, in proximum, & seipsum.* Secundo, vt cum puritate & sinceritate. Tertio, vt sit vobiscum, sc. puritatis cōmunicatio. Quarto, celeritas in tēporis, sc. antequā moriar: quia quilibet Christianus debet cōfiteri & communicare, antequā moriatur, vt purificetur per confessionem, & per S. Eucharistiam corroboretur contra pugnam mortis. Quod figuratū fuit in Isaac senescente, qui dixit, Gen. 27. *Filij mei affer mihi de venatione tua, vt comedam, antequam moriar.* Præterea refectio [illegible] est in

Mortem nostram bestiarum mactatio debent monere.

Vita humana calamitosa.

Refectio spiritualis requirit 4.

Homo quando bene viuit.

Peccatum triplex prohibetur.

Fames triplex.

co, quod dic. *Comedā*. Et est triplex fames. Vna secundùm mentem, & hæc est secundum intellectum vehemens desiderium sciendi ex eo, quod *omnes homines naturaliter scire desiderāt*. Sed tamẽ in vita præsenti nõ possunt satiari cognitione. 1. Cor. 13. *Nũc ex parte cognoscimus*. Et quātò plus sciũt tantò plus requirũtur, & amplius oportet eos laborare & studere, die ac nocte propter lucrũ temporalium. Eccl. 1. *Qui addit scientiā, addit & laborem*: vel *dolorem*, secundum aliam literā. Quia dum de scientia sua illicitè lucrantur, dolorẽ sibi acquirunt æternæ dānationis. Secunda fames est carnis vel gulæ, & est insatiabilis Pro. 13. *Venter eorũ insatiabilis*. Tertia est pacis & quietis: quia si homo non habet pugnā cum alio, habet cum seipso. *Caro enim concupiscit aduersus spiritum*, & è contra, Gal. 5. Matt. 26. *Spiritus quidē promptus est, caro autē infirma*. & Gal. 5. *Si inuicem mordetis & comeditis, videte ne inuicem consumamini*. At in vita beata erit id. Psal. 101. *Qui replet in bonis desiderium tuum*. & Ps. 64. *Replebimur in bonis domus tuæ*. Tunc ergo *edent pauperes, & saturabuntur*. Secundò, desiderium rei affectatæ notatur, cũ dicit, *Suspiro*. *Ipse enim quæ [illegible] fertur, [illegible] anima*. Itaque cũ præsentia videt, & futura cogitat, & se longè abesse cognoscit, affectat ea, & suspirat. Iud. 1. *Axa cùm suspiraßet sedens in asino, dixit ei Caleb, pater suus, Quid habes? sed illa respondit: Da mihi benedictionem*, &c. Recessus rei peramatæ, s. valdè amatæ, quia tunc post mortẽ lugẽt amici, & fletus per inundantes aquas intelligitur, & auditur gemitus rugientium vel lamentantium. Ideò subditur, *Rugitus meus*, scilicet qui pro me moriente aut mortuo fiet, ad ostẽdendū interiorẽ gemitũ & dolorẽ. *[illegible]* Ier. 9. *Quis dabit capiti meo aquā, & oculis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei*. Conceditur ergò luctus moderatus ad [illegible] dolores & compassionem ostendendam, qui & hoc modo nobis [illegible] ad [illegible] nostrum conceditur.

De labilitate eorũ, quæ pertinent ad vitam humanam.

Transierunt omnia illa tanquā umbra, & tanquam nuncius præcurrens, & tanquam nauis quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius cùm præterierit, nõ est vestigium inuenire. Sap. 5.

Seneca in quadā Epistola docet, quod nihil sit quod in transitu prosit, et hoc exemplis demonstrans. 1. nec cibus, qui nõ accedit corpori, sed statim sumptus emittitur. 2. plantæ non conualescunt sæpe, & citò transplantātur vel transferuntur. 3. libri si nunc hi, nũc alij legũtur, scholarem non facient doctum, nec nisi cum difficultate aliquid remanebit in memoria. Sic bona præsentia & temporalia, quia transitoria sunt, vt & delitiæ, diuitiæ, honores, &c. ad æternā beatitudinẽ consequendā homini non prosunt, imo impedimẽto sunt sæpè, vt facilius sit, *camelum per foramē acus transire, quàm diuitem regnum intrare*, &c. ecce diuitiæ. De delitijs. *[illegible] vobis diuitibus, qui habetis consolationẽ vestrā*. De honoribus, Luc 18. *Qui se exaltat, humiliabitur*. Ideò Sapiens ad deterrendũ nos, & ostendendũ, omnia illa esse transitoria, & pene nulla, allegata verba scribit. Appetunt vt communiter homines habere vitā quietam, lætam & abundantẽ bonis, sed contrariũ contingit, quia nulla quies, dũ transeunt, nulla lætitia vel modica, quia tanquā nuncius præcurrẽs, abundantia nocius, quia tanquā nauis [illegible] conantur homines adimplere appetitus suos, qui nisi adimpleantur, inquietant animum. Sed [illegible] appetitu, credunt homines habere in animo quietem. Ideò habent propter tempus cui subijcitur, defectus suos. Primò, [illegible] vmbræ, quia [illegible] vmbra habet apparentiam, non [illegible] stentiam: sic vita, & plus est illud, [illegible] quod [illegible]

Nihil est, quod in transitu prosit, probatur tribus exēplis.

Homines quæ appetant & nõ consequantur.

Defectus propter [illegible]

quod deest de vita, scilicet præteritum vel futurum, quàm quod adest, scil. præsens momentum. Vnde Ecclesia: *Media vita in morte sumus.* & illud præsens est mediũ inter duas priuationes vitæ præteritæ, scil. & nondum habitæ, scil. futuræ. Psalm. 143. *Homo vanitati similis factus est,* &c. Vel etiam vmbræ comparatur, quia facit timere homines, qui in obscuritate sunt, sic timet homo etiam desperatus in hoc mũdo diuinam sententiam & mortem. Pro. 10. *Pauor his, qui operantur malum.* Item, si homo iustus & sanctus, semper timet ne perdat gratiã Dei ob nimiam culpam. Deinde vmbra facit hominem frigidum, vt de noct. & in æstate sub arbore. Sic fit homini in hac vita, quia habet parum de calore amoris diuini, quia amorem suum nimium habet in hoc mundo. &, *qui diligit mundum, non est charitas patris in ipso,* 1 Ioan. 2. ideò est totus frigidus. Ionas quamdiu fuit sub vmbra hederæ, nõ sentiebat æstum. Ion. 4. sic homo nec feruorem charitatis diuinæ. Item facit hominem somnolentũ. Sic Elias 3. Reg. 19. obdormiuit in vmbra iuniperi: & homines fiũt accidiosi, nisi ab angelo, scil. bono proposito excitẽtur. Insuper facit hominem ignarum, vt nec discernat colores, nec personas agnoscat, saltem perfecte. Ita, *Nescit homo, an amore, an odio dignus sit,* Eccles. 9. & nescit finem suum, an item iturus ad paradisum, vel infernum. Secundus defectus instabilitatis, ratione transitus, scil. vmbræ, & quia velox, & nobis ad operandum bene cõcessum tempus, operemur continue. Consueuerunt autem tria genera hominũ continuè & solicitè trãsire. Cursores, quousq; veniant ad terminum, tales nos sumus, ne ergò moram in via faciamus oblectantes nos temporalibus. Cursor etiam cum magno desiderio expectatur ab his, qui sperant bona noua recipere. Sic illi qui sunt in patria, desiderant noua bona audire de nobis, qui sumus in hoc mũdo. Item cũ magno gaudio recipitur, qui cum magno desiderio expectatur: sic homo recipitur, vt quiescat & lætetur cum eis. Secũdo, Fugientes, quousq; inueniant locum securum: sic homo à carne, mundo, diabolo impugnatur, quærit ergò locum beatitudinis. Tertio, in naui portantes poma vt incurrat putrefactionis detrimentũ. Naues sunt animæ nostræ. Poma, bona opera, proposita, voluntates, quæ citò deficiũt, nisi velociter transeant ad complemẽtum operis. Sed delatores pomorum rarò ex ipsis comedunt, sic de multis habentibus bona proposita & voluntates. Fugiunt autem dies præcipuè hominib. otiosis, ideoq; de diebus suis non vident aliquod bonũ. Naues autẽ poma portantes reddunt quidem, & circumfundunt odorẽ exteriùs, sed intus leue pondus portant, & ideo à vẽto vel fluctibus iactantur facilius; sic est de hypocritis. Quia autem tẽpus breue, fit ex commiseratione etiã diuina, ijs qui in miserijs sunt. Secundo, lætitiam modicã habent homines in bonis vitæ præsentis, quia bona ista sunt, *tanquã nũcius præcurrens.* Quãdo enim homo expectat bona noua de aliqua causa, expectat ea cũ magno gaudio, & quãdo iam cursor redijt, & dicit sibi illi noua, tũc inde aliquod gaudium recipit, sed hoc alijs superuenientibus negotijs citò trãsit; ita est de lætitiã mũdi & figura habetur 2. Reg. 18. quãdo occiso Absolone, & debellato exercitu suo, *Achimaas præcurrens ante Chusi, fuit nuncius primus,* &c. Lætitia enim mũdi habet admixtionem semper pœnæ & tristitiæ. Pro. 14. *Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat.* Tertio, vita humana habet abũdantiam noxiã & periculosam, propter vsuras, homicidia, furta, &c. quibus student vt locupletentur, & nisi alleuientur per restitutionẽ, sicut naues in tempestate magna, submerguntur in infernũ. Vnde dicitur in versibus allegatis, *tanquã nauis quæ pertransit fluctuantem aquã, cuius cum pertransierit, non est inuenire, vestigium.*

Vita versatur inter præteritum & futurũ.

Vmbra effectus.

Defectus instabilitatis ratione transitus.

Transeunt solicitè 3. genera hominum.

Cursores.

Fugientes.

Nauigantes cum pomis.

Vitæ præsentis lætitia modica.

Lætitia mundi habet admixtionem.

Vita humana habet abundantiam periculosam.

Regionum differentia.

In naue paupertatem, in itinere [illegible] flu-
ctuantis aquæ, constantiam [illegible], in fine quia
non relinquit vestigium, obliuionem
consideremus. Sunt regiones quædam
quæ penuriam habent rerum aliquarum,
vel omnium necessariarum: sunt quæ ab-
undant, vt transmarinæ, ideo vt merces

Naues quare.

diuitum regionum communicentur in-
digentibus, inuentæ sunt naues eâ quam
media, quæ perferant. Regio abundans

Regiones [illegible] exponuntur.

rebus necessarijs & pretiosis est vita Sa-
ctorum, regio deficiens est peccatorum,
& imperfectorum. Res pretiosæ sunt vir-
tutes & merita sanctorum, quas virtutes
per studium sanctæ contemplationis &
imitationis, transferre debemus ad nos
in nauibus operum nostrorum, vt abun-
det eis nostra regio scil. defectuosa vita
nostra, 2. Par. 9. *Naues regis Salomonis ibant in*

Naues mystice exponuntur.

Tharsis, & [illegible] deferebant aurum, argentum, ebur,
simias, & pauos. Naues regis Christi sunt
[illegible] Tharsis dicitur explora-
tio gaudij, & significat contemplatio-
nem [illegible], quam habent Sancti in cæ-
lo pro merito virtutum suarum, quas
virtutes contemplando & consideran-
do [illegible]. Aurum charitatis exem-
plum, argentum patientiæ, quia percus-
sum cultius sonat, ebur exemplum ca-
stitatis, nam elephas dicitur non habe-
re concupiscentiam, & pannus supposi-
tus denti elephantis dicitur no combu-
ri si abique tangatur. Simias, quæ imi-
tantur non solum figuram, sed & gesti-
culando hominum opera: hoc est quod
1. Corinth. [illegible] *Imitatores mei estote.* Exem-
plum itaque imitationis Christi, & san-
ctorum [illegible]. pauos exemplu pru-
dentiæ, nam pauo fœmina abscondit o-
ua, vt non dissipentur [illegible] prudentia,
ne [illegible] vana gloria dissipen-

Maris contrarietas homini [illegible] comparatur.

tur. Contrarietas [illegible]. Primo, quia in tali
aqua fluctus mutuo se collidunt: sic ho-
mines se mutuo lædunt & ejciunt, Ec-
cles. [illegible] *Omnia [illegible] fluctus maris, viros*
1 *potentes gyrans [illegible], & vagati sunt in*
2 *gentibus alienis.* Secundò, Fluctus nunc sur-
sum nunc deorsum se mutuo impellunt.
Sic homines exaltantur & dejciuntur,
Psal. 106. *Ascendunt vsque ad cælos, & descen-*
dunt vsque ad abyssos. Tertiò, Spuma & ven- 3
tum gignit: sic mundus gignit spumam
iniquitatis, & ventum vanitatis. In epi-
stola Iudæ. Hi sunt *fluctus feri maris, despu-*
mantes suas confusiones. & Iacobi 1. *Similis est*
fluctui maris, qui à vento, scil. vanitatis, mo-
uetur & circumfertur. Quartò, contrarietas flu- 4
ctus naues ponit in periculo. Nauis e-
nim vitæ nostræ vel animæ non sine ma-
gno periculo transit fluctus tentationum
& tribulationum, Iob. 30. *Pedes meos sub-*

Nauis adiuuatur [illegible].

uerterunt. Succurrunt naui per alleuatio-
nem, sic homini per peccatorum depo-
sitionem, Heb. 11. *Deponentes omne pondus, &*
circumstans nos peccatum, &c. Secundò, per
aquæ eiectionem, sic homini per lachry-
marum effusionem, Thren. 2. *Effunde, sicut*
aquam, cor tuum. Tertiò, per anchoræ fixio-
nem: Sic homini per spem firmam de
cælesti auxilio vel præmio, Hebr. 6. *Fir-*
missimum solatium habemus, qui confugimus ad
tenendum propositam spem, &c. Et, *Tunc surgens*

Obliuio in fine nauigationis.

imperat ventis & mari. Tertiò, Obliuio in
fine nauigationis, quia non relinquitur
vestigium. Nam postquam homo mor-
tuus est, cito obliuioni traditur, Psal. 30
Obliuioni datus sum, tanquam mortuus

Obliuioni cur dat homo.

à corde. Et hoc ob hominum infideli-
tatem & dilectionis fictionem, & pro-
pter vehementem cupiditatem ad ea, quæ
præsentia sunt, quia ob vehementiam
cupiditatis præsentiam obliuiscuntur
absentium, Sap. 1. *Tanquam memoria hospitis,*
&c. vel propter operum illorum, qui
mortui sunt, vanitatem, & vitæ breuitatem,
Sap. 2. *Nomen nostrum obliuionem accipiet per*
tempus, & nemo memoriam habebit operum no-
strorum. Psal. 9. *Perijt memoria eorum cum soni-*
tu. Vel dum viuerent, poterat illis, no-
men suum prodesse, si bonum, vel obes-
se, si malum, in mundo: sed nunc condi-
tio eorum non mutatur circa fœlici-
tatem, quia non redundat ad eos, prout
sunt in seipsis, sed prout sunt in memo-

Vestigium mystice. rijs hominum. Vel possumus intelligere, quod vestigiũ sit occupatio vitæ hominis, apparet vestigium, dum homo viuit & laborat, quicquid tandem sit, & in quocunque tandem occupat vitam suam, sed quando moritur, cessat eius operatio circa talia. Doctor nõ erit ampliùs in cathedra, apothecarius in apotheca, neque vendens, neque emens, neque studens, nec cócionans, ita vt ei morienti vere possit dici illud prophetæ: *Vestigia tua non cognoscentur amplius*, scil. post mortem. Et sic defuncti nostri, vestigia etiam non cognoscerentur. Sed fecit tanta bona in vita sua, vt & ille in terris memoretur semper, & nomen eius inscriptum est in libro vitæ quod nunquã delebitur: Tale nomen est gloriosum, non quod solùm luto terreno pingitur, vel fingitur.

De fragilitate vitæ humanæ.

Quæ est vita nostra? vapor ad modicum parens. Iacobi 4.

Vita carnalis dulcis sed turpis. Virtutes circa difficilia. Vitæ dulcedinis figura. Naturalis dulcedo vitæ carnalis & corporalis, multa homines turpiter facere & pati cogit, & sic propter dulcedinem talis vitæ refugiunt nomine difficilia, per hoc retrahuntur ab operibus virtuosis. Et licet ob hoc delectabilis videatur dulcedo, dũ habetur, tamen citò transit & in fine perducit ad amaritudiné. Figura habetur Apoc. 10. *Accepi librum de manu angeli, & deuoraui illum, & erat in ore meo tanquam mel dulce, & cum deuorassem, amaricatus est venter meus.* Liber iste voluptas carnalis est, inscripta lex concupiscentiæ, quæ suadet delectabilia carnis. Primò habet dulcedinem, post amaritudinem. Ideò est illa meretrix de qua Prouerb. 5. *Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouissima autem eius amara, quasi absinthium.* Vt ab his omnibus nos abstrahat Iacobus, dicit verba allegata, in quibus fragilitatem vitæ humanæ declarat primo innuens illius proprietatem dic. *Quæ* &c. *Vitæ humanæ* qualis est. Secundo fragilitatem, quia *vitæ fragilitas.* vapori similis. Tertio subiungens breuitatem ipsius. Quo ad primum, de qualitate vitæ spiritualis gratiæ vel gloriæ. Quia sicut illa est a nobili & glorioso *Vita spiritualis qualis* principio, scil. c. Christo, ita etiam ipsa facit nos apparere nobiles & gloriosos. secundum illud, Col. 3 *Cum autē Christus apparuerit, vita vestra*, scil. causa vitæ. *Nunc & vos apparebitis cum ipso in gloria*, sicut apparente sole, qui est causa illuminationis, apparebunt simul cum eo, quæcunque ab ipso illuminata sunt. Iam quod quærit B. Iacobus, ostendit Iob 7. per similitudinem dic. *Memento, quia ventus est vita mea* quasi dicat. Ex quo vita *Vita ventus quare* mea est ventus, scil. velociter transit, vt ventus, ergò benigne respice me transeuntem, quia post transitum vitæ non amplius erit locus veniæ. [illegible] autem vt sit memor, tum ad remittendum malum, scil. dimittendo culpam, quod spectat ad Dei misericordiam, & relaxando pœnam, quod ad Dei bonitatem pertinet & clementiam. De damnato dicitur, Iob. 24. *Obliuiscatur eius misericordia.* Et de omnibus damnatis ex parte Dei. Oseæ 1. *Nequaquam ultra obliuiscar* [illegible], scil. non faciendo misericordiam, vt remittatur culpa, neque mortalis, neque venialis: quia venialis culpa quando est cum mortali, nunquam dimittitur [illegible]. Secundo, vt memor sit ad cóferendum ei bonum sine gratiæ, siue gloriæ. Neem. 5 *Memento mei Domine in* [illegible] *bonum.* Item ad sustentationem vitæ vel animæ, item ad perducendum ad regnum cælorum, vti rogabat latro, Luc. 23. Nota. Vita vento compa- *Vita humana vento comparatur.* ratur. Primò, quia quoad motum, qui a vento est [illegible] sed tortuosus, [illegible] per modum ascensus vel descensus, in ascensu est fortior in descensu debilior, ita est in

homi-

homine, nunc ascendit per augmentum scil. in iuuentute, nunc descendit, scil. in senectute, nunc per prosperitatem ascendit, per aduersa descendit. Seu in ascensu temperamendus [illegible] us vel
2 citius. Secundò, quoad defectum, cuius tres causæ sunt: prima intensum frigus, quia terra vehementer cōstringens vaporem, eleuari ventum non sinit, sic quando malitia peccatoris accrescit, calorem charitatis excludit, Ier. 6. *Sicut frigidam facit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam.* illius malitia anima induratur, sicut crystallus frigore. Secunda intensus calor, qui vaporem eleuatum consumit. Intemperantia est naturalis causa humanæ infirmitatis & mortis. Tertia, magna pluuia, quæ aërem infrigidans vaporem generat, & tantum descendere facit, quod non subito potest a calido eleuari, item terram & poros constringit superficiei, vt non possit alius vapor eleuari, ad augendā ventis materiam, quæ est vapor siccus terrestris, [illegible] vapor cito deficit, nisi cōtinuo aggeneratur. Per pluuiam intelligitur iustitia diuinę ordinationis, qua *statutum est hominibus semel mori*, Heb. 9. *cui omnia obediunt, venti & mare*, Mat. 8. Per ventos vitam intelligimus, per mare peccatorum intelligamus. Insuper Iob mortalitatem ostendit. *Vita mea*, scil. mortalis, quæ nihil est, nisi corpus continuus ad mortem. Sicut dextera quanto magis procedit, tanto successioni propinquior existit, sic & vita. Iob 3. Secundo, B. Iacobus assimilat vitam vapori, quæ res est fragilis. Et hoc ex parte corporis,

Vita vapori comparatur.

1 tripliciter. primo ratione ducationis,
2 quia breuis est. secundo ratione eleuationis, quia non ascendunt vitia terra mi-
3 liaria. tertia ratione distinctionis. Quia est siccus & terrestris, humidus aqueus, & tertius ex vtroque mixtus. Et hi signant tria genera hominum male viuentium. Quorum quidam sunt terrei per auaritiam, quidam aquei per luxuriam &

Vita miserorum mala per vapores figuratur.

quidam ex vtroque mixti per superbiā. Nam multi superbi sunt, qui ideirco status & dignitates quærunt, vt terrā possideant & voluptatibus affluant. Et hinc est quod in sacra Scriptura tria genera vaporum commemorantur, scil. vapor ignis qui significat carnis luxuriam, Eccl. 5. *Vapor ignis vret carnes eius*, scil. per accensionem libidinis. Vapor fumi significat superbiam, quia vapor fumi cito ab igne ascendit & cito deficit. Sic superbus ab igne ambitionis ascendit in altum dignitatis, sed citò deficit per mortem vel deiectionem, Ioel. 2. *Dabo*, scil. dari permittam, *ignem*, scil. ambitionis, *& vaporem fumi*, scil. ascensum superbiæ, cito deficientem. Psal. 36. *Inimici vero Domini, mox vt honorificati fuerint & exaltati, deficientes, quemadmodum fumus, deficient.* Vapor nebulæ qui parum à terra eleuatur & terræ continuatur, auaritiam significat & cupiditatem terrenorum, quæ multum mentem occupat & retrahit à diuinis, Leuit. 16. *Nebula & vapor eorum operiat oraculum.* Oraculum mens humana est. Quarto, vapori ratione resolutionis: quia diuersimodè resoluūtur, 4
sic & diuersimode homines moriuntur, vel etiam spiritualiter a vitijs absorbētur. Sed sicut omnibus resolutis omnia cadunt, ita quando homines per mortem resoluuntur, omnia cum illis pereunt. Nota etiam quod vita viri vapori odorifero comparetur, qualis est vapor incensi, quia Deo reddit odorem deuotionis, & hominibus dat odorem bonæ opinionis, Eccl. 24. *Quasi libanus non incisus, vaporaui habitationem meam.* Nota etiā quod humana vita ex virtute Dei est. vnde dicitur, *Vapor virtutis Dei.* Nam ipsa vita corporis est ab anima, quæ solo virtute Dei creatur, Ezech. 18. dic. Dixit: *Omnes animæ meæ sunt*, scil. iure creationis. Et subdit: *Vt anima patris, ita & anima filij.* Anima ergo non à patre generante, sed a Deo create est. Et sicut anima rationalis a solo Deo creatur in vita naturali,

Vapor ignis.

Vapor fumi.

Vapor nebulæ.

Vita sancti viri vapori odorifero comparatur.

Vapor virtutis Dei quid.

sic

ita à solo Deo saluatur in vita spirituali. Dicitur etiã vapor omnipotẽtis Dei, 2. Mach. 7. dic. mater illorum 7. fratrũ *Filij, nescio qualiter in vtero meo apparuistis, neque enim ego spiritum donaui vobis, & vitam, & singulorum membra non ego ipsa compegi, sed est mundi creator, qui formauit hominis natiuitatem.* Tertiò B. Iacobus asserit breuitatem, quia *Modicum parens* quę non est apparens est vita animæ præcipuè post mortem, Col. 3. *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est*, quæ à sensu nostro non potest percipi, 1. Ioan. 3. *Nondum apparuit, quid erimus*, sed post separationem animę à corpore Hypocritæ etiam sunt ad modicũ parentes & posteà nihil, Iob. 24 *Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent*. In isto ergò modico gratia Dei iuuante potestis laborare quod habebitis æternam requiem, & dicere, Eccl 51. *Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem*, scil. vitam æternam, Amen.

Vapor omnipotentis Dei.

Vitæ breuitas.

De multiplicici defectu humanæ vitæ.

Homo natus de muliere breui viuens tempore, multis repletur miserys, &c. Iob 14.

SIcut homo bonum non diligit, nisi aliqualiter cognoscat, quia inuisa diligere possemus, incognita nequaquã, vt dic. Augustinus. Sic nec malum vitat aut spernit, nisi cognoscat. Et hinc est, quòd vitam æternam, quæ summum bonũ est, sicut homo hic debiliter agnoscit, ita & debiliter diligit. Ita qui miserias mundi non experitur, ille eas amat, sicut qui rosas colligit, nõ aduertẽs spinas magis pungitur. Vt autem non doleamus de amissione huius vitæ, eamq; despiciamus, dicit Iob verba allegata, prout ipse in corpore suo & alibi expertus est. Vita enim in principio est debilis & fastidiosa. *Homo natus*, &c. In medio flebilis & calamitosa. *Breui viuens tempore.* In exitu terribilis & formidolosa. *Et dignum ducis.* Primò ergò res fragilis est mulier, & materia menstruum, quæ est putrida & abominabilis. Et fuisset generatio, etiam si non peccassent primi parentes, sed non fuisset in statu innocentiæ deformitas inordinatæ concupiscentiæ, quæ nunc est in actu generationis, quia inferiores vires omninò rationi subdebantur teste Augustino 14 l. de C. dic. De hac immunditia humani principij loquitur, Iob 25. *Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus, natus de muliere? Ecce etiam luna splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius; quanto magis homo putredo, & filius hominis, vermis?* Hic ponuntur quinque defectus humanæ vitæ. Primo, Quia est procliuis ad malum & iniusta, dic *Nunquid potest homo*, &c. Iustitia diuina ita recta est, vt nullo modo flecti possit, sed homo est ad malum flexibilis, Genes. 8. *Sensus, & cogitatio humani cordis, in malum prona sunt ab adolescentia sua.* Item diuina iustitia nullo modo potest deficere à bono. Sed homo difficilis ad bonum est & propterea *non est qui faciat bonũ, non est vsque ad vnum*, scil. Christum Deum. Hinc S. Augustinus loquens Deo, dic. *Væ etiam laudabili vitæ hominum, si remota misericordia discutias eam*, sc. ex sola iustitia. ideo Psal. 142 *Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu eius omnis viuens. Si ergò iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt.* 1. Pet. 4. Secundò, Dicit eam immundam propter peccatum: respectu Dei etiam sancti immundi videntur, Isai. 64 *Quasi pannus menstruatæ, vniuersæ iustitiæ nostræ*. Iob 15. *Ecce inter Sanctos eius nemo est immutabilis, & cæli non sunt mundi in conspectu eius, quanto magis abominabilis & inutilis homo* propter corruptionem mali & defectum boni, sed deus mundus est ab impuritate materiæ & culpæ. Tertiò, Vitat eam fragilem, quia vnumquodque principiatum sapit

Homo bonũ aliqualiter cognitũ diligit.

Vitã æternam cur homo non taliter diligit.

Mundi miserias cur amat homo

Vita in principio debilis, in medio flebilis, in exitu terribilis.

Mulier res fragilis.

Vitæ humanæ defectus quinque.

1

Augustinus

2

3

[illegible]

& terram, & quæ in ea sunt [illegible] *quia temp*[illegible] [illegible] *Tem*[illegible] *breue est,* sic respe- [illegible] *Psalm. 89* [illegible] *anni* [illegible] [illegible] *quæ præte*[illegible] Cui [illegible] vult [illegible] nem bre[illegible] [illegible]

Homo breui tempore [illegible] *viuat.*

[illegible]

Beatitudo sanctorum quae.

ctorum dicitur ab omni miseria esse immunis, quia habet carentiam omnis mali & abundantiam omnis boni. In inferno autem est contrarium. Nos autem qui in mundo viuimus, quia defecimus in multis bonis & abundamus in multis malis, ideo replemur multis miserijs, Psalm 68. *Improperium expectauit cor meum, & miseriam.* Improperium, propter defectum bonorum. Miseriam, propter multitudinem malorum. Sed aduerte, quod qui habebat in hac vita minus de miseria, in alia plus habebat, vt de diuite & Lazaro, Iacob 5. *Agite nunc diuites, vlulate et plorate in miserijs vestris quae aduenient vobis.*

Vita parū misera hic fiet ibi miseriorem.

3 Tertia est fragilitas: exemplo floris, qui pro gloria in corona ponitur, & paulo post conculcatur pedibus, & marcescens conteritur. Sic est de homine, ex bona fama in malam, & ex superbo loco in humilem egreditur vt flos nascendo, & conteritur moriendo. *Omnis caro foenum,* 1. Petr. 1. *& omnis gloria eius, quasi flos foeni,* Psalm 89. *Mane sicut herba transeat.*

4 Quarta, Vanitas exemplo vmbrae, quae sequitur fugientes & fugit sequentes. Fugiunt vitam, qui mori desiderant, & qui multum volunt viuere, moriuntur citius. Sapient. 2. *Vmbrae transitus est tempus nostrum.*

5 Quinta, Instabilitas exemplo fluuij in mare currentis continuè. & hoc vel ex accidentib animae intrinsecis, vt ex ira, timore, tristitia, vel ex accidentibus corporis, vt humore, cholera, sanguine, phlegmate, vnde aegritudines oriuntur, vel varietate temporum, aetatum, aeris, locorum, somni, vigiliarum, otij, exercitiorum, repletionum, exinanitionum. Haec si moderata sunt quantitate, qualitate, opere tempore & ordine faciunt ad custodiam sanitatis. Secus, si non. Tertio, Quantum ad exitum. *Et denudabit,* scilicet, exigente iustitia tua hominis facta denudando & manifestando, sicut in aspectu solis latebrae illustrantur, Hebr. 4. *Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Et adducere eum tecum in iudicium.* disceptando, vt cum dicet illud, Matth. 25. *Esuriui, & non dedistis mihi manducare. In iudicium,* scilicet, retributionis, Eccles. vltim. *Cuncta quae fiunt, adducet Deus in iudicium, pro omni errato, siue bonum, siue malum sit.* Et tunc sicut dicitur Ioan. 5. *Ibunt, qui bona egerunt in resurrectionem vitae,* scilicet, aeternae. Defunctus autem noster vitam hanc calamitosam ex miserijs varijs, quas passus est, didicit & ex comparatione huius miseriae a longè cognoscere studet gaudium & gloriam vitae futurae, vnde illas pati maluit, etiam multas & varias, vt per eas mereretur ingredi vitam aliam in coelis gloriosam.

De taedio humanae vitae.

Taedet animam meam vitae meae, &c. Iob 10.

Vita nostra prolōgatur ratione concordiae, seu naturalis, seu ciuilis.

Vita nostra iuxta Christianorum sententiam, prolongatur ratione concordiae & pacis siue sit concordia naturalis ex temperantia elementorum & humorum, quantum ad vitam naturalem: siue sit concordia ciuilis ex vnitate ciuium in ciuitate, quantum ad vitam ciuilem, siue sit concordia & pax charitatis, quantum ad vitam spiritualem. Quantum ad vitam corporalem, videmus quod in bellis frequenter plurimi occiduntur ante tempus & terminum vitae naturalis. Vnde Christus mandauit discipulis suis. *In quamcunque ciuitatem intraueritis, quaerite pacem.* Qui enim *vult diligere vitam & videre dies bonos, inquirat pacem, sequatur eam.* E contra fit abbreuiatio. Sed plerumque fit, quod etiam his conditionibus positis, nonnullis

nullis

nullis non sit vita amabilis, vti Iob hic allegat, odiosam esse propter tædium, pœnalem propter dolorem intrinsecum, *Loquar in amaritudine animæ*. & formidolosam propter iudicium diuinum: *Noli me condemnare*. Quo ad primum videmus frequenter accidere,

Amabile quomodo fit tædiosū.

quod illud quod per se est appetibile & amabile, efficitur per accidens aliquibus tædiosum & exosum. Vt *Omnes homines scire desiderant*, tamen sunt pigri aliqui, qui nihil curant, Prouerb. 1 *Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt*, Iob 6. *Numquid potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem?* Sic est de cibis, sic de vita nostra. vnde Sapient. 2. *Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ*, cùm illam non hominem tantum, sed & bestiæ ament.

Vitæ tēpus exiguū & cum tædio.

Et ratione breuitatis exiguum, ratione grauitatis cum tædio, ratione varietatis, quia tempus, ratione paupertatis, quia vitæ nostræ. Exiguum est respectu itineris peragendi, de terra ad cælum supremum, cuius itineris tanta est longitudo quanta est distantia meritorum temporalium ad præmia æterna. Et hoc maximum elucet, quia *Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis*, Roman. 8. Propterea dictum est, 3. Regum 19 *Grandis tibi restat via*. Sed breuis vitæ terminus, quia *Dies breues hominis*, Iob 14. Est enim tempus quo viuimus punctum respectu æternitatis, ad quam pergimus, Eccles. 18. *Numerus dierum hominum vt multum centum anni, quasi gutta aquæ maris deputati sunt, & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui*. Itaque 1. Corinth. 9. *Sic currite, vt comprehendatis*, [illegible]

2 *Ratione diluendi criminis.*

Secundò est etiam exiguū respectu diluendi criminis Absolon post occisionem fratris sui Amon, post longum tempus vix potuit placare regem Dauid per Ioab, & per mulierem Thecuitem, 2. Regum 14 quanto minus intra breue tempus poterimus placare Deum, propter tam multa & diuersa peccata nostra? Et tamen hæc est stultitia nostra quod nec diem, nec horam ad eum reconciliandum impendamus, cùm misericordia illius tanta sit, quod tanto facilius condonet, quo magis quis pœnitet, Sapient. 6. *Exiguo enim conceditur misericordia*. Tertio respectu ex- 3

Respectu expectādæ remunerationis cælestis.

pectandi muneris, scilicet, remunerationis cælestis. Videte quomodo serui vel alij quærant seruitia, & seruiant pro vno seruitio vel præbenda acquirenda, & comparata illa aliquando statim moriuntur, & sic labor & expensæ vanæ fuere, aut domini pro magno seruitio dant exigua præmia, Eccles. 20. *Exigua dabit, & multa improperabit*. Sed *Deus*, Iacob. 1, *dat affluenter, & nemini improperat*. *Ergo sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ, ita sint oculi nostri ad Deū*. Quarto, Ratione 4

Ratione vitandæ pigritiæ.

vitandæ pigritiæ. Quia pigro etiam multum tempus ad operandum videtur exiguum, vel ex stoliditate, cupiditate, malignitate, &c. *Homo infirmus*, scilicet per fragilitatem, *& exigui temporis, & minor ad intellectum*, Sapien. 9. Item vita contemptibilis est ratione grauita-

Vita cōtemptibilis cur

tis, quia cum tædio est. Vel vt quidam 1 murmur, vel clamorem audientes tædiosi sunt, vti dicitur Matth. 15. de muliere Chan. *Dimitte eam quia clamat post nos*. Sic si homo bonus audit rebellantem mundum, carnem, vel dæmonem, vel conscientiam suā, si malus est, vel si se audit murmurātes homines, Eccl. 9 *Loquitur verba tædij* [illegible], scilicet mundus, dæmon, &c. Vel aduersa patiuntur, 2 Corinth. 1. *Supra modum grauati sumus, supra virtutem nostram, ita vt tæderet nos etiam viuere*. Vel longum laborem tolerant vt inimici, exercitij expectationis, peregrinationis & sic est tædium accidens in labore pœnitentiæ, Numerorum vigesimo primo, *Tædere cœpit populum itineris ac laboris, locutusque contra Dominum & Moysen, ait*, &c. Sed si mundani pro labore tanta faciunt, quid pro labore pro Deo? Vel vt multa displicentia videntes, vt quando vir bonus

videt iniustitiam fieri, & non potest ob-
stare, vel alia mala & peccata, Eccles. 2.
Tædet me vitæ meæ, videntem vniuersa mala
esse sub sole, & cuncta vanitatem & afflictionem
spiritus. Sic viri sancti, quando vident vi-
tia clericorum & vanitatē laicorum &
afflictionem spiritus hypocritarum.
2 Præterea contemptibilis est, ratione va-
rietatis, & hoc propter tempus cui sub-
iecta est, & variatur per ætates homi-
num, & per multas miserias. Aduerte *Temporis commoditas.*
autem, quod tempus inducit nos ad ex-
1 ercitium virtutum cūm è contra vsura-
rij illud vsurpare volunt, licet cōmu-
ne, dum alijs vendunt. Contra tales dic.
Psal. 74 *Cùm accepero tempus, ego iustitias iu-*
dicabo. De alijs autem, Psalm. 105. *Beati qui*
custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni
tempore. Deinde inducit nos ad actum
2 fortitudinis, ne torpescamus otio, dum
tempus est, nam & tempus nunquam
quiescit, Gal. 6. *Dum tempus habemus, opere-*
mur bonum, 1. Corinth. 7. *Tempus breue est,*
3 Ephes. 5. *Redimentes tempus.* Item ad a-
ctus prudentiæ, quæ est recta ratio agi-
bilium, & tempus est mensura rerum
mutabilium. Itaque in omnibus de-
bet se prudens accommodare tempo-
ri, Iob 12. *In antiquis est sapientia, & in mul-*
4 *to tempore prudentia.* Vltimò ad vsum tem-
perantiæ, quæ maximè necessaria est ad
conseruationem salutis, & gratiæ spi-
ritualis, Eccles. 3. *Tempus [illegible] [illegible] mun-*
di. Quarto, Contemptibilis est vita ra-
tiōe paupertatis. Pauperes enim in hoc
mundo sunt cōtemptibiles. Sed vita no-
stra hic est pauperrima, quia nihil ha-
bet ex se, sed pendet totum ab alio. 1. Ti-
moth. 6. *Nihil intulimus in hunc mundum, haud*
dubium, quia nec auferre quid possumus, scil. de
temporalibus. Tam temporale, quā spi-
rituale est solius Dei. Stultus autem est,
qui gloriatur de eo, quod suum non est,
1. Corinth. 4. *Quid habes, quod non accepisti, si*
autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acce-
ris? Sed omnis pauper potest fieri di-
ues, Tob. 4. *Et habebis multa bona, si timue-*
ris Deum, & recesseris ab omni peccato, & fe-
ceris bene. Secundò, in autoritate prin-
cipali ostenditur, quod vita propter
culpam est querulosa: Vnde: *Dimittam* *Vita propter culpā querulosa.*
aduersum me eloquium meum. Ille enim
qui ex culpa sua patitur, de seipso con-
queritur. Et sic homo, qui ex peccato
suo incidit in passiones & tribulatio-
nes, debet dimittere aduersum se elo-
quium suum, scilicet, conqueri de sei-
pso & suam accusare culpam. In iudi-
cio mundi confitens damnatur, in iudi-
cio Dei absoluitur, Psalm. 31. *Dixi, confi-*
tebor aduersum me iniustitiam meam Domino, &
tu remisisti, &c. Debet ergò confessio esse *Cōfeßio [illegible] constantie.*
præmeditata, vt consequatur remissio-
nem a Deo, *Dixi*, scilicet, in corde meo,
confitebor, scilicet ore. Patula, scilicet, sa-
cerdoti, quando confitetur, scilicet,
verbo, Iacob. 5. *Confitemini alterutrum peccata*
vestra. Accusatoria, quia aduersum me,
Psal. 50. *Peccatum meum contra me est semper.*
Propria, scil. meam non alienam, Psal.
31. *Iniustitiam meam non abscondi.* Secreta, sc.
soli vicario Domini. Vnde sacerdos,
quæ per confessionem scit, non scit vt
homo sed Deus, ideò non debet reuela-
re, nec potest. Tertiò, propter pœnam
est dolorosa: *Loquar in amaritudine animæ* *Vita propter pœnā dolorosa.*
meæ, scilicet, per deuotam orationem,
& sic vertet amaritudinem in dul-
cedinem. Figuram habemus, 1. Re-
gum 1. *Anna cùm esset amaro animo, orauit ad*
Dominum, flens largiter: & postea exau-
dita fuit & dulcorata. Multum etiam
valet ad amaritudinem animæ dul-
corandam memoria passionis & mor-
tis Christi. ex figura, Exod. 15. quan-
do *Dominus Moysi ostendit lignum, quod* *Anima tāto plus sentit in hac vita de amaritudine mundi, quanto plus habet de affectione terrena.*
cùm misisset in aquas amaras, in dulcedinem
conuersæ sunt. Nota, quod anima in vi-
ta ista tanto plus sentit de amaritu-
dine mundi, quanto plus habet de
terrena affectione. Et è contra,
tanto plus percipit de cælesti dulce-
dine, quanto plus est purgata à ter-
reno amore. Nam aqua marina
quæ

quæ mixta est grosso terreo, & combustio amara est: ... Sed aqua cœlestis ... purgata magis a ... ui reuerso ... propter ... Duo autem sunt ... & ... ut ex... suo proprio, ... & ... suas malas, ... confessus est sacerdoti, eas ... bonas attribuit Deo, ... qui de hic velle continuare ... ut si ipsum iudicaret, ... iudicatus a Deo condemnaretur.

Vita fermidolosa propter iustitiam diuinam.

De breuitate vitæ & miseria.

Præcisa est velut à texente vita mea: dum adhuc ordirer, succidit me, & de mane vsque ad vesperam finiet me. Isa. 38.

Vita humana telæ comparatur.

Similitudine pulcherrima declarat Propheta vitam nostram Telæ quandiu adhuc est ... textore, habet se tribus modis. Vna pars elaborata est, altera elaboratur, tertia est elaboranda. Quæ ... facta est, non videtur, quia in... circa arborem, sicut & illa quæ ... Quæ autem sub textore ..., illa conspicitur. Sed attendite quàm male tractetur ab artifice, nunc calcatur pedibus, trahiturque ..., sursum in altum, in profundum, ... in medio ... voluitur, hinc inde percutitur, ..., ut si ... loqui posset, lamentaretur. Sic vita nostra in tres partes diuisa est, in præsentem, præteritam & futuram. ... non conspicitur, neque futura, sed solum præsens: sed quàm male tractatur nunc sursum per superbiam, nunc per miseriam deorsum, nunc sursum per diuitias, nunc deorsum per paupertatem, nunc sursum per abundantiam, nunc deorsum per defectus, nunc per fortunam, nunc per infortunium. Homo nunquam in eodem statu permanet. Iob. 14. *Nunquam in eodem statu*, hoc ostentatione interiore vitæ nostræ inconstantia accidunt hominem, mordent, roduntque continuò propter iacturam temporalium, vel carentiam rei necessariæ aut dilectæ, propter iniuriā, ignominiam, iniquitatem aliorū, propter quod quæ cupimus nō obtinemus, & obtinemus quod non cupimus, prout sunt affectus & casus multiplices, percurrunt medium vitæ nostræ intrinsecum, dilacerat, pungit, consumit, &c. Sed nec hoc sufficit, quin & verberatur vita nostra, fortiter cōprimitur a morbis quibusuis grauissimis, ... corporis, membrorū, &c. Præterea in principio vita nostra dissecatur, quia quam primū nascimur, mori incipimus, mortique subijcimur, hodie vnum diem abscindit, cras alterum: & sic de die in diem, de hora in horam, nunc vnum filum, nunc alterum. *Dum adhuc ordirer*, dum fœtus est in vtero matris, incipit mori, multi enim ante egressum ex vtero pereunt. Et de mane vsque ad vesperā, hoc est, statim vt nascuntur, multorum desinit, nascuntur, moriuntur. Cumque septem ætates sint hominis, Infantia, pueritia, adolescentia, iuuentus, virilitas, senectus, & ætas decrepita, & vnaquæque est alterius vespera. Quot sunt, qui ... ad ... vesperam adolescentiæ, & sic de alijs. Est etiam mane labilissimum, ... quod non ... meridiem ... Psalm. ...

Vita nostra in tres partes diuisa, ... male tractatur.

Hominis ætates 7.

transeat, vespere decidat, induret, & arescat. Est mane debilissimum, natura prosperitatis, quod mox transit & perditur, 3. Regum 17. *Corui deferebant Heliæ carnes, & panem mane.* Eccles. 10. *Væ terra, cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt.* Est fragilissimum vitæ præsentis, sc. respectu futuræ, & diei futuri Oseæ 15. *Sicut mane transijt, pertransijt rex Israel.* Itaque faciamus, quod Oseæ 6. dicitur, *In tribulatione sua mane consurgent ad me.* Eccl. 10. 8. *Qui mane vigilauerint ad me, inuenient me.* Mane agamus bona opera, vt reportemus fructum fœcundiorem, Psalm. *Mane astabo tibi, & videbo.* Psalm. *Mane oratio mea præueniet te. Euntes ibant & flebant.* Item vt inueniamus actum faciliorem; nam qui mane incipit, facilius exequitur: assuefactio generat facilitatem actionis. Eccl. 14. *Quodcunque potest manus tua, instanter operare.* Item vt perficiamus finem vtiliorem. Defunctus noster a iuuentute incepit Deo seruire, bonis operibus incumbere, illis sese exercere, quod & continuauit vsque ad mortem, ad hanc vitæ suæ vesperam, qua obdormiuit, & quando orietur sol iustitiæ, euigilabit, & laborum suorum præmia degustabit.

Debilissimum.

Fragilissimum.

De gaudio humano, mundi & peccatoris.

Amen, Amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos: mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Ioan 16.

Gaudium humanum ab omnibus bonis hominibus contemni debet, quia vilitatem habet in subiecto, & impuritatem in subiecto. Anima enim peccatis deformata est subiectum humani gaudij *qui lætantur, cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis.* Et cum hoc breuitatem in seipso habet, gaudium illud, quod cum magno desiderio optatur vt veniat, & tamen cum venerit, retineri non potest,

Gaudium humanum contemnendum. Subiectum illius est anima peccatrix.

De illo genere gaudij est gaudium mundi & peccatoris. Quidam enim gaudent in vanitate mundi, alij in voluptate peccati. Primum est periculosum & vanum. Secundum perniciosum & insanum. De primo Ioan. 6. *Mundus gaudebit.* De secundo Eccl. 19. vti sequetur. Primum sc. mundi gaudium, quatuor ostendunt nõ esse bonum. 1. est falsitas, casus, vel status. Merito enim timet & nõ gaudet, qui videt domum proximi comburi. Ideò dicitur Ier. 45. *Quos plantaui, ego euello,* vt Luciferum, Adamum, Iudam, & vniuersam terram diluuio, *& tu quæris tibi grandia.* Hoc præcipue probat vanitatem gaudij, quia gaudemus in statu, in quo possumus damnari. 2. est ignorantia status. Merito dolet & non gaudet viator, qui dubitat de rectitudine viæ. *Nemo autem scit, an amore vel odio dignus sit.* Eccles. 9. & ideò Tobiæ 5. *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo?* 3. est gaudij transitus. Plus dolet, quam gaudet pater, videns filium hodie nasci, cras mori. sic & mundus transit de quo gaudemus. Iob 20. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto descendunt ad infernum.* 4. multiplicitas reatus. Vanè expendit superflua, qui obligatur ad multa. In multis enim offendimus omnes, quod emendare debemus in luctu. Ideo vane gaudemus & periculose, Isai. 22. *Vocauit Dominus ad fletum & planctum, caluitium, & ecce gaudium & exultatio.* Secundum malum gaudium est peccati vel peccatoris. De quo Eccl. 9. *Qui gaudet in peccato, in iniquitate denotabitur,* sc. de nota libri vitæ delebitur. Quod gaudium quatuor ostendunt esse insanum, sc. efficiens, materia, forma, & finis. Aliquando enim iudicatur res vituperabilis ratione efficientis, vt dona iniquorum: aliquando ratione materiæ, vt nummus plumbeus: Aliquando ratione formæ, vt homo monstruosus. Aliquando ratione finis, vt Syrenarum cantus. Sic gaudium peccatorum, secundum quamlibet sui causam vituperabile est & insanum. Et

Gaudia mundi & peccatoris.

Gaudium mundi 4. ostendunt non esse bonũ.

1.

2.

3.

4.

Gaudium peccatorum.

psal.

Gaudium peccatorum vituperabile cur 1. ratione efficientis. primo ratione efficientis. Si laborans ad mortem vellet & gauderet, reputaretur phreneticus. Peccans mortaliter laborat ad mortem animae, Eccl. 2. *Risum reputaui errorem, & gaudio dixi, quid frustra deciperis?* Verè peccator decipitur per ignorantiam status: quia si aduerteret peccati maculam, obstinata & [illegible] contra illud Lucae 15. *[illegible]*. *2. Ratione materiae.* Secundò, ratione materiae stultus reputaretur, qui ignem ad se comburendum, vel laqueum ad suspendendum, vel gladium ad se interficiendum faceret scienter & gauderet. Sic facit, qui gaudet in peccato. Prouerb. 15. *Gaudium stulto stultitiam.* *3. Ratione formae.* Tertiò, ratione formae. Fatua esset mulier, quae coram marito suo ostenderet signa impudicitiae suae: sic fatui sunt, qui in choreis, comessationibus, & huiusmodi gaudent, quia in hoc culpam suam Deo & hominibus manifestant. De quibus dicitur Sap. 11. *[illegible]*, Isai. 24. *[illegible]*. Ideò 1. Corinth. 7. *Tempus breue est, reliquum est, vt qui gaudent, sint tanquam non gaudentes.* *4. Ratione finis.* Quartò, ratione finis. Piscis sumens escam cum hamo, auis granum et in laqueo, fatue gaudet, quia statim ex hoc sequitur dolor mortis. Si ergò motus respicit speciem a fine, cuius finis malus est, & ipsum quoque malum. Finis gaudentium in peccato malus. Iob 21. *Tenent tympanum & citharam, & gaudent.* Scabiosus cum fricatur, gaudet, sed vertitur in angustiam. Sic huiusmodi gaudium. Prou. 14. *Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat.* Ideò peccatoribus gaudentibus dicitur Iac. 4. *Miseri estote, & lugete, risus vester in luctum vertatur.* Sequitur, quod alacritatem bonorum nequaquam reprehendimus, sed gaudium malorum penitus condemnamus. *Alacritas quando bona.* Alacritas igitur in virtute placet, displicet in crimine, quia gaudium virtutis continuū est & securum, nec amaritudini admixtū. Prou. 15. *Secura mens, sic virtuosi, quasi iuge conuiuium.* Ioan. 16. *Gaudium vestrū nemo tollet à vobis.* E contrà gaudium malorū cito peribit. Et quia verū gaudium nō possidet, nisi pax & iustitia teneatur. De iustitia n. pax, de pace gaudiū oritur, de pace aliquid est tractandū. *Pacis descriptio.* *Pax, secūdùm* Aug. *est serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculū charitatis* &c. Hāc qui accepit, teneat, qui perdidit, repetat, qui amisit, exquirat, quoniam in ea qui non erit inuētus, a patre abdicatur, a filio exhęredatur, & nihilominus a Spiritu S. alienus efficitur. De nulla n. alia re, quàm de sola pace Dominus testamentū fecit, dicendo ante eius mortē discipulis: *Pacem do vobis pacem relinquo vobis.* Ille igitur ad hęreditatē peruenire non poterit, qui noluerit pacis testamentū obseruare, nec potest habere concordiam cū Christo, qui discors voluerit esse cum Christiano. Benè sequitur, Dei filij vocantur, qui pacem faciūt, procul dubio sunt filij zabuli(?), qui pacē confundūt, aut persequūtur. Ideò nobis necessaria. Propheta Amos d. *Pacē & veritatē diligite inter vos, tamen* [illegible] *peccatū, quae gētes dissipat, quae bella volūt, eo quòd regnum in iustitiam deuoluitur.* De quo Greg. ait: *In quibus pondus Dei non potest* *Gregor.* *in bono tantā habere concordiā, quantā maligni habēt in malo.* Ad hęc Hieron. super illud Ps. *Hieron.* *Laudate Deū in tympano & choro*, dic. *Quicunque corpus affligit, sed contrariū desiderat, Deū quidem laudat in tympano, sed nō in choro. Nā vbi dissensio & discordia est, ibi chorus nō est.* Ideo Propheta, *Inquire pacē, & persequere eam. Rogate quae ad pacē sunt Ierusalem.* Pax.n. praesens est arrha futurę. Isai. *Erit sabbatum ex sabbato.* Quā *Pacis commendatio.* Dominus etiā commēdauerat, nascendo, praedicādo, moriendo, & resurgēdo. Nascendo cantabant angeli: *Gloria in excelsis Deo, &c.* Praedicādo cùm dixisset discipulis, *In quamcunque domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui.* Moriendo: Nam vt nos ad diuinam pacem adduceret, voluit capi, ligari, velari, flagellari, alapis caedi, conspui, crucifigi, & occidi. Resurgendo.

ſurgendo. Nam ante omnia reſurgens a mortuis, & apparens illis, de pace mentionem fecit, cum diceret: *Pax vobis, ego ſum, nolite timere.* ſciens, quia ſine illa non poteſt eſſe vita beata, quæ etiam nihil aliud eſt, quam pax æterna. Sunt autem duodecim, quæ valent ad [illegible] habendam. Primum, Amor pacis, ſcil. [illegible] ſeruitute peccati, per bonam conſcientiam quieſcens, in gaudio Spiritus ſancti iocundetur. Pſalm. *Inquire pacem. Rogate quæ ad pacem ſunt.* Secundum, vt a peccato nos remoueamus. Nam quomodo pacem habet, qui iacet in ſpinis vitiorum, quem vermis conſcientiæ continuo mordet. Vnde, *Cor impij [illegible] quod quieſcere non poteſt.* Tertium, voluntatem noſtram diuinæ conformare. Is eſt, cui placent quæ placent Deo, huic nihil repugnat, ſicut neque voluntati diuinæ. Ideo pacem habet, vt qui iugo Chriſti ſubiectus eſt, ſubiecta habet cætera, & non laborat, quia non reſiſtit quod ſibi ſubiectum eſt per contrarium. Quomodo pacem habet qui reſiſtit ei, cui nequit præualere, qui ait: *In mundo preſſuram habebitis, in me veram pacem.* Quartum, Frequentatio humilis confeſſionis. Iſai. *Creaui fructum labiorum pacem.* Quintum, Diſcretio iuſtitiæ. Iſai. *Opus iuſtitiæ pax eſt.* Et Pſalm. *Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.* Sextum, Terrenorum contemptus. Non enim poteſt habere pacem, qui continuo ſequitur, quod non poteſt conſequi. Præterea quid quietius, quam nihil in hoc mundo petere? quid laborioſius, quam terrenis deſiderijs æſtuare? Hinc eſt, quod Iſrael Sabbatum accepit pro munere, Ægyptus vero muſcarum multitudine percutitur. Vnde Hugo: *[illegible] & tranquillitas cordis eſt, [illegible] concupiſcere, [illegible] quarum vnum per [illegible], alterum per patientiam obtinetur.* Septimum, Manſuetudo. Pſalm. *Manſueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.* Octauum, Moderata occupatio. Otioſus enim pacem nõ habet, quia inertia eſt impatiens ſui. Vnde, *Deſideria occupant pigrum* Prou. [illegible]. Similiter multa occupatio aufert pacem. Martha enim quia nõ ſedebat ad pedes Domini, turbabatur erga plurima. Et, *Stulto labore conſumeris,* ait Iethro ad Moyſen, *& vltra vires tuas eſt negotium tuum.* Nonum, Homo non intromittat ſe de impertinentibus ad ſe. Dilatatio enim ſolet habere ſuſſuram. Vnde Bernard. *Quies [illegible] & [illegible],* & de dilatatione reprehẽditur Petrus à Chriſto. *Quid ad te? tu me ſequere. Nõ eſt veſtrũ noſſe tempora vel momenta, quæ pater poſuit in poteſtate ſua.* Decimum, Amor ſcripturæ ſacræ. Pſalm. *Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum.* Hugo, *Nihil in hac vita dulcius [illegible], nihil auidius ſumitur, nihil ita mentem ab amore mundi ſeparat, nihil ita hominem excitat, & adiuuat ad omne opus bonum, ſicut ſacræ ſcripturæ ſtudium.* Vndecimum, Frequentatio orationis, in qua Spiritus ſancti gratia hauritur, a qua ſola pax eſt vera. Ideò pax inter fructus Spiritus ſancti numeratur. Duodecimum, ſi ſenſus tuos diligenter cuſtodias. Iſai. *[illegible] ſuper te.* Etiam diſcipuli habebant oſtia clauſa, quando Dominus dixit eis: *Pax vobis.* Nota, quod duo ſunt, quæ nos ſpecialiter ad magnam emẽdationem & pacem iuuant, ſcil. ſubtrahere ſe violenter, ad quod natura vitioſe inclinat, & feruenter inſtare, quo amplius quis indiget. Tantum enim quiſque ſibi profecerit, quãtum ſibi ipſi vim intulit. Cum ſimus in natura corrupta, ad vitia quam ad virtutes omnino promptiores, vt ſit vita noſtra bona, potius in mala pati, quam in bona agere. Ideò enim magis placet patientia & humilitas in aduerſis, quam multa conſolatio & deuotio in proſperis. Tota igitur pax noſtra in hac miſeria, vita potius humili ſufferentia habenda eſt, quam in non ſentiendo contraria. Euenit, vt quanto quis minus noluit pati, tanto ſæuius & frequentius affliga-

Vita beata non poteſt eſſe ſine pace.

Pacem vt conſequamur, 12. ſunt neceſſaria.

Hugo.

Pax quid.

Scripturæ ſacræ commendatio.

Hugo.

Emendationem duo iuuant.

Patientia in aduerſis nimium prodeſt.

stigatur. E contrà, qui melius scit pati, pacem retinebit maiorem. Victor enim sui est, dominus mundi, amicus Christi, & hæres cœli, cum dicat Veritas: *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Pax mala triplex est. Inordinata, vt cum superior obedit inferiori, vt ratio sensualitati, vel prælatus subdito: sic hic fecit Adã, potius obediens vxori, quàm Deo, Genes. 3. Pax simulata fuit Iudæ, qui osculo pacis tradidit Christum. Inquinata est eorum, qui sunt in malo concordes, vt Pilatus & Herodes in morte Christi pacificati sunt. Pax mala, Psalm. *Pene moti sunt pedes mei. Pacem peccatorum videns. Ipsi [illegible] Quare via impiorum prosperatur?* Bene est omnibus, qui præuaricantur & inique agunt. Nota vnam astutiam diaboli periculosissimã, pax sc. & cessatio omnimoda à tentatione. Proinde dic. Ecclesia. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.* Cuius pacis periculositas patet ex vulneribus, quæ pax illa infligit, quorum primum: Quia sic perditur timor Dei, in quantum nos facit inconsideratos, sine custodia expositos hostibus. Eccl. 27. *Nisi instanter tenueris te in timore Domini, citò subuertetur domus tua.* Secundò, pigritia non solùm de fuga peccati, sed etiam de pugna contra peccatum. Nam electi iaculis tentationum excitantur, vel in fugam, vel ad pugnam. Vnde flagellum interius & exterius glorificat creatorem, compellit [illegible], erudit ignorantem, custodit virtutem, [illegible] infirmitatem, excitat torpentem, humiliat superbientem, [illegible] & incitat ad [illegible] semper viuentem. D. August. dic. *Conatum [illegible] Deus, & voluntatem [illegible] inimicus, & [illegible] carne temperat, & hortatur vt pugnes, & adiuuat vt vincas, & [illegible] spectat, & resistentem sublevat, & victorem coronat.* Vnde, *[illegible] quod [illegible], sed [illegible] perfectum.* Tertium, superbia. Nam ex hoc, quod aliqui non tentantur, credunt se esse fortissimos & sanctos, & fortissima custodia angelorũ vallatos, vt eos diabolus non audeat impugnare, quod stultum est. Quia videmus quòd villæ non impugnantur, vbi non est resistentia, sed castra. Sic tales debent timere, quod [illegible], quod in omni tentatione succumbent, & misericors Deus dat eis quietem ad tempus ab hoste, vel magis timere debent, quod sint in operibus bonis omninò steriles, aut si qua bona habeant, hæc inani gloria confuscata. Gregor. *Hos [illegible] negligit, quos [illegible] sentit.* Boni enim ad [illegible] Leuiathan bonis operibus [illegible] do. Iob 3. *Qui parati sunt suscitare Leuiathan.* E contra enim mali quietant, vt ait Chrysost. Non tentatur à libidine qui semper est in fornicatione. Non in gula, qui semper est in delitijs. Non ab auaritia, qui nulla dat sua, imò si potest, recipit aliena. Sed si proposuisti continere, tentaris à spiritu luxuriæ. Si proposuisti ieiunare, tentaris à spiritu gulæ. Si proponis eleemosynam facere, tentaris à spiritu auaritiæ. Proponis humilitatem seruare, tentaris à spiritu superbiæ. Quartũ vulnus, est contemptus fraternus. Habentes enim talem pacem, facile despiciunt alios qui tentantur, dicentes tales tentationes non debere cadere in Christianum, & vilem esse, qui talia cogitet. Et sic hac velut re indurantur adeo, vt putent talibus non esse miserandum, dicentes, excommunicandi & comburendi sunt, qui sic tentantur. Itaque in pace locus Deo [illegible], angelis [illegible] comitatur, virtus [illegible] conuersatio [illegible], [illegible] publica augetur & defenditur, homo beatificatur. De primo licet Deus sit in omni loco, tamen per pacem disponitur locus, vt inhabitet hominem per gratiam. Psal. *Factus est in pace locus eius.* Quomodo ergo maior fructus homini conuenire poterit, quàm cùm Deus eum inhabitet per gratiam. Nam ex illa fluunt vir-

Pax mala triplex est.
Inordinata.
Simulata.
Inquinata.
Pax diaboli est astutia periculosissima.
1. Timor Dei perditur.
2. Pigritia in pugna contra peccatũ alitur.
August.
3. Superbia.
Castra impugnantur non villæ.
Gregor.
Tentationes vnde.
4. Contemptus fraternus.
Pacis locus.
1. Locus Deo paratur.

tutes infusæ, quibus homo ad beatitudinem ordinatur, Spiritus sancti dona, quibus potentiæ mollificantur. Sed per discordiam Deus expellitur, & diabolo locus paratur, qui est pater discordiæ.

2. Angelus comitatur. Secúdo, angelus comitatur. Angeli sunt ab infra pacifici, pacem habentes cum Deo, vnde maximè quærunt pacem, & habitare cum pacificis, ideo & cantabant, *in terra pax hom.* Quid autem nobis proueniat ex eorum comitatu, docet Alb. Mag. Primo instigamur ad bonum, confortamur, dæmones arcentur, docemur, consolamur, & contra hostes nostros pugnant. Sed propter discordiam recedunt à nobis, & per oppositum mala contingunt. Isa. 33. *angeli pacis amarè* [illegible], sic propter discordiam.

3. Virtutes [illegible] *augentur.* Tertio, virtutes augentur. August. [illegible] *Virtus* [illegible] *ex alterna* [illegible]. Vbi autem est vera pax in aliqua communitate, ibi est obseruatio legum diuinarum & humanarum, vbi obseruatio legum, ibi nullus offendit proximum verbo vel facto. Et sic homines veniunt ad castitatem, iustitiam & temperantiam. E contra, vbi est discordia, omnia virtutis dissipatur, vt habetur 1. Meteor. quod grando ex vapore frigido & humido ad interiora nubis ex dominio caloris circumstantis fugato causatur, & magis in æstate, quam in hyeme.

Discordia vt grando. Sic discordia, vt grando, ex calore dominantis & vapore frigido superbiæ [illegible] generatur, & magis feruore æstatis iracundiæ, quàm in frigore accidiæ. Grando autem deuastat solum: sic discordia facit vnum contra alium insurgere, superbiam multiplicat, luxuriam [illegible], &c. Et hoc videtur ad sensum, quando non est obedientia legum, sed discordia, tunc quilibet agit, vt libet. Et sic vitia multiplicantur, & virtutes supprimuntur.

4. Conuersatio humana dulcoratur. Quarto, conuersatio humana dulcoratur. Homo est animal sociale. Et cùm pax est in communitate, tunc vnus alium iuuat, & locutionibus recreat, & sic vita dulcoratur, viuentibus in communitate. Vbi autem nō est pax, etiam dulcia amara redduntur, & tandem per tristitiam homines in ratione & corpore læduntur. Vnde Orosius dic. quod Carthaginenses inter se semper in testimonium mali, [illegible] discordiam, qua infœlicitate exagitante nulla tempora, vel foris prospera, vel domi quieta duxere.

5. Resp. augetur. Quinto, respublica augetur. Cum habetur pax, tunc mercatores liberè vadunt, noua adducunt: similiter & artifices & agricolæ, tunc ciuitates possunt muniri. Pax enim & concordia in ciuili

Pax in ciuili communitate vt sanitas in corpore. cōmunitate se habent, quasi sanitas & [illegible] humorum in corpore. Si enim humores habent ad inuicem proportionem & æqualitatem, tūc surgit sanitas, si verò est inæqualitas, tunc surgunt diuersæ infirmitates, quæ sunt dispositiones destructionis corporis; sic etiam si est pax, tunc surgit sanitas in communitate. Si autē discordia, tunc vnusquisq; quærit quæ sua sunt, surgunt dissensiones, & destruuntur communitates. Pone te igitur primùm in pace, & tunc alios poteris pacificare.

Pacificus plus prodest, quàm doctus. Vnde homo pacificus plus prodest, imò valet, quàm benè doctus. Libenter enim subit pœnam homo pijs præcipientibus, vt pius & pacificus homo etiam impios sua clementia ad bonum trahere possit. Nam bonus homo & pacificus omnia ad bonum conuertit, cùm passionatus etiam bonum in malum commutare consueuit. Enimuero qui sedulò & benè se continet in pace, de nullo suspicatur: qui autem male contentus est, & commotus varijs suspicionibus agitatur, nec in seipso quiescit, nec alios quiescere permittit: sæpe dicens quod dicere non deberet, & omittens quod sibi magis facere expediret: quid alij facere tenentur, considerat, & quod sibi facere expediret negligendo, imò aspernando minùs curat. Habe ergò primùm zelum super teipsum, tunc zelare etiam poteris iustè

proxi-

proximum tuum. Tu benefacta tua beneficia excusare & colorare, & aliorum non vis recipere excusationes. Iustius esset, te accusare te, & fratrem tuũ excusare. Si portari vis, porta, & vide quam longe sis adhuc à vera charitate, humilitate & patientia, quæ nulli nouit indignari, nulli irasci, imo verus patiens hunc amat quem portat. Nec magnum est, cum bonis & mansuetis pacifice conuersari, cum hoc naturale sit, & omnibus placens, cum his & talibus libenter pacem habere, & secum sentientes magis diligere. Sed cum duris, peruersis, indisciplinatis, aut nobis contrariantibus pacifice posse viuere, magna gratia est, & laudabile nimis, virileque factum. De quo in persona Christi, Psal. *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.* Ad hæc Gerson in persona Domini, ait: *Fili mi, quantum a te [illegible]* [illegible] fiat, [illegible] quod defunctis nostri nunquam negle- [illegible] animo & opere.

Gerson.

De miseria, in qua creatus homo.

Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem, & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei?

Ierem. 20.

SI Propheta in vtero matris sanctificatus tam lamentabiliter de seipso loquatur, quid dicemus miseri nos & infelices, in peccatis concepti, nati, educati, & adhuc continuo perseuerantes? Nostram miseriam illam cognoscere plus est, quam cœlorum ornatum omnem, syderum cursum, & omnium rerum, quæ in mundo sunt, vires causasque perspectas habere. Perpendite inquam obsecro, quid eratis antequam nasceremini, & quid iam nati donec moriamini: & denique, quid post mortem futuri? Ante nimirum [illegible] & turpis materia, nunc creatura misera, post materia [illegible] ratione corporis. Memineritote quod Deus de limo terra vos plasmauit, quæ omnium elementorum est vilissima. Stellas & planetas creauit ex igne, volucres ex aere, pisces ex aqua, homines & cætera animantia ex limo. Considerate itaque vos piscibus & bestijs aquaticis, & inuenietis vos viliores, abiectiorisque conditionis atque naturæ quam illæ sunt. Si volucres intuere, & quæ in aere viuunt, creaturas, neque his comparandus es. Si planetarum, stellarum, aliarum rerum ex igne factarum naturam consideramus, multo vilior es & ignobilior. Non potestis cœlestibus comparari, nec terrestribus anteponi. Sed si vos brutis animantibus conferatis, in his solis aliqua vestri similitudinem & cognationem inuenietis, teste Sapiente, Eccles. 3. qui dicit, [illegible]

Hominis miseriam scire potius est, quam cœlum & terram.

Hominis miseria in primo ad vltimum, per comparationes.

Homo cum stellis.

Homo cum piscibus.

Homo cum cælestibus.

Homo cum bruto.

atque equam vtriusq; conditionem. Non enim habet homo quoad corpus aliquid amplius, quam brutum: cum vterq; de terra plasmatus sit, & per mortem vterque vicissim in terram reuertatur. Recordemini, quod cum nasceremini in hunc mundum miserabilem, plorantes effusi estis & eiulato tenero, quasi præsciti labores, timores & dolores, & quod peius est, mortem ipsam defleuistis. Quare si forsan altiori & nobiliori loco nati sitis, nec memineritis quam vile vestrum fuerit principium & origo quam abiecta, si pulchritudo vultus & formæ, si dispositio corporis, si fauor populi, si feruor iuuentutis, diuitiarumque affluentia, cognitionem vestri à vobis abstulerint, scire nihilominus cupiatis, quid homo sit, audite gloriosissimum Patrem nostrum S. Augustinum, stellam atque lumen Doctorum Ecclesiæ, audite, quid dicat. *Miser, inquit, quid sum, nisi vas plenum stercore, & corruptione? vermis fœtens & detestandus, pauper, nudus, subiectus, multis necessitatibus, qui nescio vnde venerim, & quo vadam? miser & mortalis, cuius dies vt vmbra fugiunt, cuius vita crescit atque decrescit, vt Luna, & tanquam folium in arbore, nunc virens, & cito arescens. Sum terra miseriæ filius iræ, & vas indignationis atque reprobationis. In immunditie peccatorum natus, viuo in miseria & labore, moriar denique in dolore & angustia.* Et D. Bernard. *Nihil aliud est caro, quam quæ tibi tantopere placet, nisi spuma carne vestita, fragili vestita decore, sed erit, quando erit cadauer miserum, & putridum, & cibus vermium. Nam quantumcumque exornatur, semper caro vilis.* Si diligenter consideretis, quid per os, nares, cæterosque corporis meatus egrediatur, vilius sterquilinium nunquam vidistis. Attendite mortales, quid fuistis ante ortum, quid ab ortu vsque ad occasum, atque quid eritis post hanc vitam? Profecto fuistis, quod non eratis, postea de vili materia in pauno vilissimo inuoluti, menstruali sanguine in vtero materno nutriti. Tunica tua pellis fecunda, sic induti & ornati venistis ad nos. Interrogemus Deum, quid sit homo, & dicet, Gen. 3. *Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reuerteris.* Quod cognouit Iob, dum diceret, Iob. 10. *Memento, quæso, quod sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me.* Quid ergo superbis homo lutee? quid insolescis ò puluis? vnde laudari vis ò cinis? cuius conceptio culpa, natiuitas pœna, vita labor, mors necessitas? Quid tam delicatè nutris corpus, cur tam pretiosis ornas vestibus, quod paulo post à vermibus comedetur in sepulchro? cur non potius animam bonis exornas operibus, quæ in manibus Angelorum Deo in cœlis offeretur? Cur animam tuam contemnis, & carni tantoperè blandiris? Ecce confusionem & ordinem inuersum. Anima quæ debebat dominari, seruit carni, & caro quæ debebat seruire, dominatur. Cur pateris vt Domina sit facta famula, & famula imperium Dominæ sibi vsurpet? Nescis, quia caro tua inimica sit domestica animæ tuæ, quę sub specie amicitię crudelior est quouis crudelissimo. Cum foues & delicatè nutris illam, hostem tibi ipsi creas? Cùm ornas & blandiris illi, inimicum in te armas, cùm pretiosis vestibus & exoticis ferarum pellibus illam induis, animã tuã omni vestimento cœlesti spoliasti. Considerate etiam, quid qualesque futuri estis, cum viuere desieritis: Nihil eritis, quàm miserum & fœtidum cadauer, habitatio & cibus vermium. Intuemini corpora defunctorum, & inuenietis, quid? Cineres, vermes, fœtorem & horrorem. Quod vos modo estis, fuerunt illi, & quod illi sunt, vos modo futuri estis. Fuerunt homines, vt vos nunc estis, ederunt & biberunt, quomodo vos nunc editis & bibitis. *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Iob. 21. Quare cùm mors vbique vos expectet, si sapitis, & vos illam in omni tempore & loco expectate. *Memento-*

Homo in natiuitate.

August. Homo quid sit.

Feminis fetor.

Anima serua.

Homo quid futurus.

Isidor. *miseri [illegible] amatores huius sæculi*, inquit Isidorus, *[illegible] sæculi [illegible] mundo, [illegible] & [illegible]*

Chrysost. *[illegible] vbi [illegible] diuitiarum [illegible] vbi [illegible] superbi [illegible] vbi [illegible] gloria [illegible] nunc [illegible] est [illegible] quod [illegible] sepulchrum.* Contemplemini nunc ergo puluerem, cineres vermes, eius formæ speciem & amarè suspirabitis. Intueamini cum diligentia & admiremini illorum singula momenta, scrutemini sepulchra, cineres atque ossa euoluite, nihil præter cineres hic inuenietis, nihil præter reliquias vermium qui corpora eorum comederunt, reperietis, & videte, qualis nunc sit finis eorum, licet in delitijs & gloria vixerunt in hoc sæculo. Relinquite ergò superbiã, amplectimini humilitatem, quæ sicut illa signum reproborum, ita hæc est electorum.

De miserijs omnium statuum.

Cum me conuertissem ad vniuersa quæ sub sole sunt, & quæ fecerunt manus meæ, & ad labores, quibus frustra sudauerant, vidi in omnibus laborem & afflictionem, & quod non sit nisi labor & afflictio spiritus. Ecclel 1.

Vita homines habet Si rectè iudicamus omnia humana temporaliaque exercitia, omnia mortalium studia, honores & officia, profectò plura in eis labores, quam quietis, plus molestiarum, quam gaudij, plus luctus quam solatij, plus difficultatis, quã facilitatis, plus periculi quam securitatis reperiemus. *plus laboris quam quietis & gaudij.* Quod si minimam laborũ, difficultatum & afflictionum partem pro immortali Deo perferimus eorum, quæ mortales subeunt, vt sæculo diuersis modis seruiant, reste quidem beati efficimur. Videamus à summo vsque ad infimum, vbique labor & dolor. Regis aut Cæsaris nomen clarissimum est, sed durissimum officium, & seruare magis difficile. *Vita Regis & officiũ.* In excelsum enim & ventosum montem ascendit rex, quem facilius fulmina feriunt. Nam etsi clarus Regis titulus sit, res tamen obscura, nec aliud est, quam vitreum & [illegible] iocale, curis & periculis plenum. Demum reges delirant adulationibus, & quod periculosius est, retento regis nomine plerique tyranni fiunt, quorum nonnulli multo iustius sub rege iusto agerent & tranquillius, quam ipsi reges essent. Locus certè regius nedum ignauus & [illegible] est, sed & periculosus, laboriosus, virtutumque difficilis. Quippè bonus rex seruus Reip. & malus hostis est illius. Adde quia rex ea die qua regnare cœperit, mori cœpit. Alijs enim viuit moriens, quod difficilè creditur a regis hostibus. Si quæ erat olim quies, regi perijt. Sic de alijs principibus & Dominis. *Vita militum.* Milites populum reliquum & ipsos subditos non defendunt, sed deprædantur, principum officiales plebẽ excoriant, thesaurizant sibi, non autem Reipublicæ. *Vita officialium aulæ principum.* Regum quoque domus & principum aula plena est superbia, & quandoque magnatum curia referta est mendacijs, [illegible] versatur in principum ac quorumlibet belligerantium castris seu [illegible]. *Vita equitum & aliorum.* Equites ipsi fastuosi, armiger pauper deprędatur, pedites luctuosi [illegible], venator lassus cursitat inaniter, fraudatur auceps, pis-

 cator

Homines omnis generis degenerant.

cator madidus aquas non terram colit, custodes latrones in syluis institiarij, in foris siccarij, excoriat herbi tonsor, lædit chirurgus, occidit medicus, apothecarius Sophisticat aromata, iudices vendunt tribunalia, Notarij Registra falsificant, litigijs immiscet se Canonista, fraudibus ditantur legistæ, fraudat Orator, Artistæ rimantur superflua, Theologi bona prædicant praua agunt, mercator decipit atque deierat, venditor laudat, vituperat institor, scriptores incorrecte depingunt, pictores falsa sculpunt, laniones putrida vendunt, tabernarij ebrios pariunt gulam gignunt. Sed tam cæca mens hominum vt ad hæc omnia, etsi miserijs, periculis, ærumnis plena, tamen vt ad quædam solatia ingentia properant. Currunt & discurrunt. Quidam ascendunt montes, transcendunt colles, trāsuolant rupes, transgrediuntur foueas, ingrediuntur cauernas, alij rimantur viscera terræ, alij profunda maris penetrant, alij opaca nemorum transfodiunt, alij exponunt se ventis & imbribus, tonitruis, maris & fluminum periculis. Alij metalla cudunt & conflant, alij lapides sculpunt & poliunt, alij ligna succidunt & dolant, alij telas ordiuntur & texunt, alij vestes incidunt & cōsuunt, alij ædificant domos, alij plātant hortos & vineas, alij succendunt fornaces, alij extrudunt & cudunt molendina alij piscantur venantur, occupantur, mercantur, fœnerantur. In quibus omnibus non deficit fraus, dolus, & nequitia ac etiā plurima pericula. Rursus alij meditantur cogitant, consulunt & tandē decipiuntur. Alij contendunt, alij preliantur, alij plurima animo voluunt vt diuersis artibus opes cōgregēt, quæstus multiplicent, lucra sectentur, & his labor corporis afflictio mentis & periclitatio animæ. Ideo Ieremias dic. *De mala ad malum egressi sunt*, quare recte eos mala sequuntur, qui mala cogitant & operantur. Sed dices iustè quidem malos mala sequuntur, bonis vero præmia non supplicia debentur. Sed audi quid Iob dicat *Si impius fuero, væ mihi: & si iustus non leuabo caput, saturatus afflictione & miseria.* Primis enim afflictio pœna est, secundis medicina, illis supplicium, istis exercitium, omnium tamen vt sapiens ait, multa est afflictio Et hoc hominibus summa ratione congruit. Nam cum mens humana ad eam, quam creatus quietem suspiret, agit prouidentia diuina nos ad illam dirigens, vt in hac valle miseriæ nullis gaudijs, nullis prosperitatibus merito quietetur, vt tanto vehementius nos æterna illa nondum habita delectent, quantum iam illa adepta cruciant. Vide ab Adam vsq, ad hāc horam, mirabiles casus mutationes & pericula. Verum audi causas & rationes, vt agnoscas tanto maiores pectoribus humanis inesse passiōes & miserias, quanto magis obcæcati sint, vt cur eas patiuntur aut ignorent, aut nō satis velint intelligere.

Hominum passiones

Quidam enim non parum animo torquentur super amplioris fœlicitatis & prosperitatis carētia, sed ignorant quot periculis & curis plenæ sint.

Torquentur

Alij etiam tristantur post adeptas prosperas fortunas quas optarūt, sed forte auersas quod difficile est ferre nō nouerunt, aut recte conspiciunt eas bonis moribus aduersas.

Tristātur.

Alij murmurant de aduersitate & infortunio, sed non cogitant, quod incognitis hominis nota esse calamitas non potest.

Murmurāt

Alij de eiusdem fortunæ inconstantia aut fallacia queruntur quæ adeo cum eis ludit, vt illos in patria sua, vno prope tempore Dominos effecerit simul & exules. Sed hi integra fortunæ amicitiam non amplectuntur, cum lege eius aspernantur, quæ in aliam nihil diu stare aut manere statuit. Adde indignum fore, si minores ludos sibi illius respuat cui se totū deuouit.

Queruntur

Alij denique pœnas sentiunt in huius mortalis vitæ incolatu, sed hi præ

Pœnas sentiunt,

maturam

maturam mortem inexpectati [illegible] quod venisse dolebant. Alij quod non se perfecte [illegible] indignationes atque inuidias [illegible] de [illegible] & cetera perpera, sed quod si [illegible] alijs [illegible].

Lamentantur. Alij lamentantur, quia [illegible] flagella patiuntur, sed [illegible].

Turbantur. Alij [illegible] quia [illegible] gloria non [illegible] sunt [illegible] veram gloriam [illegible].

Despiciuntur. Alij despecti & humiles [illegible] quod [illegible] putantur, [illegible] longe [illegible] eleuarentur,

Infamantur alij detractionibus infamiae & opprobrijs molestissime ferunt, sed hi [illegible].

Anguntur. Alij anguntur super temporali potestate, dignitatis siue mundani dominij carentia, sed hae vires fortasse non superant, vt ea aliquando [illegible], vel hi corruptum habent gustum, talia falso putantes [illegible].

Conqueruntur de natura. Alij de natura conqueruntur, [illegible] & magni generis seu [illegible], sed hi veram nobilitatem non [illegible].

Paupertate Alij paupertatem & diuitiarum inopiam implacabiliter ferunt, sed hi falluntur putantes diuitias ipsas possessores suos faelicitare, non cruciare.

Perditione rerum. Alij de perditione rerum de naufragio, ruina aut temporalium bonorum damno & defectu anguntur, sed forte his expediens fuit illis carere, quae causam maioris ruinae praestabant. Alij amicorum vel charorum amissionem [illegible] deplorat, sed [illegible] se non amasse [illegible] nec perierunt.

Societate iniqua. Alij de iniqua societate torquentur, sed [illegible] eos non obliniuit.

Fauoris carentia. Alij de [illegible] humani fauoris queruntur, sed quid si [illegible] longe plus profuisset.

Amicorum desertione. Alij quod ab amicis derelicti [illegible], sed quid si primo ipsi reliquerunt, vel forte dignum fuit, vt quos virtus non fecit, fortuna dimitteret.

Amicitiae defectu. Alij, quod tam chari paulo ante hominibus [illegible] sunt, vt certatim in eorum amicitiam venire niterentur, ijdem [illegible] de [illegible] alia re concordes [illegible] exciderunt quasi communicato consilio conspiratione. Sed hi de amicitia [illegible] aut forte cessauit vtilitas, cuius etiam gratia amici assumpti sunt.

Amicorum taedio. Alij quod amicis taediosi aut onerosi extiterunt, sed quid si grati atque beneuoli fieri voluerunt aut [illegible].

Inimicitijs Alij quod inimicitias sine causa patiantur, sed quid si virtutem non habent reconciliantem.

Voluptatibus immunis. Alij tristitia afficiuntur, quia non satis voluptatibus [illegible], sed hi falluntur, qui contumeliosos hostes amicos reputant vel forte [illegible] illas afferentem praescindere nolunt.

Refectione temporali. Alij quod refectione temperata careant, sed hi ignorant eam mala digerentibus prodesse.

Ieiunij seruandi incommoditate. Alij quod ieiunia & abstinentia vel non possunt, sed certo quia nec possunt, volunt.

Fame, siti. Alij super fame & siti media queruli sunt, sed quid si illis saturitas inimica est. Alij super ample & delicatae habitationis carentia [illegible], sed his angustus locus forte [illegible] donat.

Lectisterniis. Alij super asperis lectisterniis lamentantur, sed certe quia mollia ad luxum & inertiam prouocarent.

Vestibus vilibus. Alij de vilibus vestibus conquerantur, sed hi in domibus regum esse cuperent, qui mollibus vestiuntur.

Solatijs humanis. Alij quod caeteris humanis solatijs careant, sed hi [illegible] ignorant plus tristia quam laeta quibusdam conferre.

Conuersatione humana. Alij, quod cum hominibus non conuersentur. Sed tales ignorant solitudinis dona virtutesque silentij.

Exitu luctuoso. Alij de omni luctuoso exitu queruntur, sed quia cuncta illis ad votum successere, quibus sese [illegible] non [illegible].

[illegible] Alij, quod mali in hoc saeculo meliùs habeant quam boni, sed [illegible] facile credunt, malos nihil habere in caelis

sicut

Seruitute. sicut bonos parum in terris. Alij quod in seruitutem redigantur, sed ignorant hi, quod potior pars hominis, scil. cet, voluntas libera est, cui principes non dominantur. *Iugo subie-ctionis diu-turno.* Alij quod oporteat eos diu iugum subiectionis portare, hi prodesse non iubelle optant, nec obedientiæ fructum [illegible] singularent. *Præceptorum diuersorum obseruantia.* Alij queruntur de obseruantia diuersorum præceptorum, sed hi aperte demonstrant, quod eos delectet transgressio. Alij de reuerentia superioribus exhibenda, sed hi illam recipere, non exhibere cuperent. *Voluntatis propriæ carentia.* Alij de carentia propriæ voluntatis, sed hi ignorant, quam graue malum exsulat propria voluntas. Alij deuoti emissione, sed hi nō satis nouerunt quod *Sæculum quod non possint relinquere.* fœlix necessitas, quæ ad meliora compellit. Alij quod sæculum relinquere non valeant, sed his ideo valetudo deest, quia valetudo nō abest, sed forte voluntas. *Religionis obseruandæ impossibilitate.* Alij, quod religionem ingressi perseuerare nequeant, sed hi incepisse dolent. Alij quod excommunicati existant, sed hi ecclesiæ censuram non medicinam, sed pœnam falso putant. *Irregularitate.* Alij quod irregulares vel inhabiles: sed non satis humiliari nouerant. *Sacramentorum carentia.* Alij quod diuinis officijs & sacramentis careant, *S. Scripturæ lectione.* sed his vtilius foret fide & deuotione suscipere. Alij, quod lectio sacræ Scripturæ eis auferatur, sed quia eis aut ad [illegible] aut suum Ecclesiæque discrimen abutebantur. *Exauditionum tarditate.* Alij de exauditionis tarditate, sed non satis sciunt, qui differt cibum, auget esuriem. *Petitionum temporalium frustratione.* Alij de rerum temporalium petitionis frustratione, sed quia aliena sunt a vera interioris sui hominis salute. *Contemplationis impedimento.* Alij de impedimento contemplationis, sed quia ad pietatem actiua opera sunt efficacia. *Negotiationum augmento.* Alij de augmento negotiationis. Sed forte contemplationi inepti sunt, aut illa eis permolesta est. *Virtutum carentia.* Alij, quod virtutib. careant, vitijs se dedūt, sed nemo, nisi quis a seipso læditur. *Vitiorum familiaritate.* Alij, quod faciliter vitia sequantur, sed hi vitijs nolunt resistere. Alij virtutes difficulter amplectūtur, sed quia confragosa & difficilis ad virtutes via est, dulcis ad vitia. *Stimulis carnis.* Alij de stimulis carnis. Sed hi forte eos prouocant. *Conscientia arcta.* Alij de erronea seu nimis arcta conscientia, sed hi superiorum exemplis aut præceptis saluari sperant, aut quia suo sensu reguntur. *Lætitia continua.* Alij, quod semper læti & nunquam tristes nec in conscientia habeant remorsum; sed hi timorem Dei abijciunt & latam simul & latam viam sequuntur vitiorum, quæ ducit ad mortem. *Audacia & pusillanimitate.* Alij quod plurimum sint audaces, alij quod pusillanimes & timidi, sed hi & illi extrema pro medijs capiunt, nec cogitant quia multa sunt ex timiditate dimissa, quam per audaciam sint commissa. *Morte & tempestatibus.* Alij, quod mortem, alij quod fulmina & tempestates timeant, sed hi timere desinerent, si vere sperare incepissent, aut eos criminis conscientia non accusaret, quia, vt sapiens ait, magna securitas est nihil inique gessisse. *Prædestinatione.* Alij de sua prædestinatione & salute hæsitant, sed parum hi laborant, vt sua sit certa electio. Alij de Dei bonitate nimium sperant, sed hi futuram Dei iustitiam non satis credunt. *Desperationis formidine.* Alij quod ob grauia ab eis commissa desperare formident, sed neminem grauissima peccata condemnant, si non placeant. Si non vis desperare, desine peccare. Adde quia vtrisque videlicet nimium sperantibus & desperantibus timor deficit & spes. *Deum timere & in eo sperare necessarium est.* Quare vtrisque vtrumque est necessarium, scil. vt Deum timeant & in eum sperent. Timor enim sine spe inducit desperationem, spes vero sine timore in dissolutionem, secundum Hugonem. *Hostium.* Alij de timore inuasionis hostium visibilis & inuisibilis. Sed hi congrua remedia scienter aspernantur. *Defectu & deformitate corporis.* Alij ob bonorum corporis defectus aut deformitates. sed hi non satis considerant fatuum esse, qui seruum liberum fore peroptat aut ornare cupit. Alij ob senectutem & eius calamitates. Sed hi parum

rum fore putant cupiditate [illegible], atque id non posse, quod nolle deberent. Alij ob corporis imbecillitatem vel sensuum seu hi cuncta ad corpus pertinent, ignorantes defectus ipsos plus profecisse animae, quam obfuisse corpori. Alij timent vitae breuitate & tempestiua morte, sed [illegible], quam multis vitijs congregare consultius esse, cum non multum, sed bene viuere sit laudabile. Alij de eadem imminenti e morte & agone, sed hoc idem quia non satis considerant crudelem tyrannum esse, qui a poena liberat, quem punire se putat. Et in summa & conclusiue dico, quod nemo absque culpa aut causa affligatur, cum scriptum sit Psal. *Oculi Domini super iustos. Et [illegible] facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorū.* Iustos enim & iniustos respicit, illos vt pie exaudiat, hos vt puniat, & perdat. Gregorius: *[illegible], vt [illegible], qui [illegible].* Rursus iuxta DD. sententiam: *Mali vtique [illegible] [illegible] quia [illegible] [illegible], Deus [illegible] [illegible] bona. Sed [illegible] bona [illegible], vt [illegible] iudex, [illegible] [illegible], tanquam [illegible] [illegible] & [illegible], tantum [illegible] [illegible] vir[illegible]* Augustinus, & 5 de Ciu. Dei pulchre [illegible], *[illegible] & [illegible] huius mundi praemi[illegible] [illegible] virtutibus praemia[illegible] Dei.* Et subdit Augustinus, respondens quaerentibus, quibus praemijs Romani falsorum Deorum cultores orbis imperium meruerunt. Ait enim *quia bona [illegible] temporalia [illegible], quia velut [illegible] malum [illegible], sic [illegible] bonum irremuneratum.* Aspera igitur plerunque & amara Deus iustis immittit, ne in illis timeatur aduersitas. Sed & malis fortu-

Imbecillitate corporis.

Breuitate vitae.

Agone.

Nemo absque causa affligitur

Gregor.

August.

Iusti amara Deus, malis fortunae bona tribuit cur?

nae bona concedit, ne in istis quaeratur felicitas, quas ipsi reprobi obtinēt. Caeterū in hac vicissitudine rerū agit Deus vt prudentissimus medicus qui cuncta ordinat ad infirmi obedientis bonā voluntatem. Is enim saepe secat & vrit infirmum, nec illum exaudit deprecantē, vt auertat ab eo dolorem necantē. Adde quia secundum Gregorium, *Occulta sunt Dei iudicia, sed occultiora sunt, cum boni mala recipiunt, & mali bona. Sed [illegible] causam inuestigare [illegible], [illegible] bona [illegible] [illegible] est, [illegible], [illegible] mala [illegible] aeterna damnatione [illegible]. Sed & [illegible], vt inde [illegible] [illegible].* Et subdit Gregor. exempla de vitulis & iuuencis. *[illegible] ad mortem. [illegible] voluptatibus terrenis re[illegible] & [illegible] ad [illegible], [illegible] iugo [illegible]. [illegible] in hac vita temporalia, quia aegris quibus [illegible] vi[illegible], [illegible] cuncta, quae [illegible]. [illegible] autem [illegible] bona, [illegible], quia [illegible] aegri o[illegible].* Et concludit, *[illegible] [illegible], [illegible], quae [illegible].* Flagella enim huius mundi. Primò dilatant cor hominis ad magna dona Dei recipienda, sicut aurifaber malleo aurum reducat ad [illegible]. Secundo, Velut aqua vinum temperat, sic aduersitas [illegible]. Tertiò, Velut medicina necessaria est mortalibus, sic aduersitas & afflictio. Quartò, Quia ad [illegible] compellunt, secundum Gregorium. Psalm. *Multiplicatae sunt infirmitates eorum, [illegible] accelerauerunt.* Augustinus: *Nullus [illegible] sine aduersitate [illegible] vixit.* Et subdit: *Si putas [illegible] Christianum.* [illegible] vir fuit in suo statu & perfectione, & tamē calamitates passus est, quas etiā [illegible] Christianus [illegible], [illegible] exemplū daret patientiae, & viā [illegible] iucundiorēq; faceret ad futura gloria,

Deus medico prudentissimo cōparatur.

Gregor.

Simile de vitulis.

Simile de aegris.

Flagella huius mundi faciunt 4.

1

2

3

4

Contra mundi voluptates.

Qui amicus voluerit esse huius mundi, inimicus Dei efficietur. Iacob. 4.

PRonunciatum iam est sententia diuina. *Nemo potest duobus Dominis seruire, quia alterum illorum amore, alterum odio prosequetur.* Cui & regula iuris consentitur, dic. *Seruus sequitur naturam sui Domini, & corpus sui capitis, & accessorium sui principalis.* Et ideo omnes Christiani qui sunt serui & membra Christi debent sui Domini & capitis vestigia sequi & sicut ille, ita & ipsi mundum contemnere, Roman. 8. *Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.*

Christiani Christum sequi debent.

Mundus multa mala facit.

1 *Hominem infirmari, & mori.*

Primo, Mundus enim cum voluptatibus suis facit hominem sæpe, infirmari & mori, Eccles. 37. *Noli auidus esse in omni epulatione, & non effundas te super escam,* &c. *Propter crapulam multi perierunt.*

2 *Carnem rebellare.*

Secundo, Facit carnem rebellare spiritui, Prouerb. 29 *Qui delicate à pueritia nutrit seruum, postea inueniet eum contumacem.*

3 *Obliuisci vigendorum.*

Tertio, Facit hominem obliuisci eorum, quæ agere debet, Eccles. 5. *Non satis recordabitur dierum vitæ suæ, quoniam Deus deliciis occupet cor eius.*

4 *Priuat hominem sapientia.*

Quarto, Priuat hominem sapientia, Prouerb. 38. *Sapientia non inuenitur in terra suauiter viuentium.* Hinc Io. 1 mundus christum non cognouit: Pastores pauperes venerunt ad eum de propinquo, Luc. 2. Magi vero diuites & potentes de longe & tarde, Matth. 2.

5 *Commentantur in pœnam æternam.*

Quinto, Mundus cum voluptatibus suis commutatur in pœnam æternam, Iob 21. *Tenent tympanum [illegible] & gaudent ad sonitum organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt,* Apoc. 18. *Quantum glorificauit se & in deliciis fuit, tantum date ei tormentum & luctum.* Sapient. 6 *Potentes potenter tormenta patientur.* Bernardus. *Qui in deliciis huius mundi [illegible] attingit vitæ suæ curriculum, similis est latroni, qui per florida prata ducitur ad suspendium.* Gregorius. *Momentaneum est, quod delectat, æternum quod cruciat.*

6 *Plenum est peccatis.*

Sexto, Mundi voluptates sunt plenæ peccatis, 1. Ioan. 2 *Omne quod est in mundo* [illegible].

7 *Viuit sub diabolo.*

Septimo, Qui in deliciis viuit, sub diabolo viuit, qui princeps est huius mundi, Ioan. 12 Ose. 4 *Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra.* &c.

Vita cælestis acquiritur, per mundi despectum.

Rationes item sunt multæ. Prima acquisitionis vitæ cælestis quia natura nostra desiderat summum bonum, quod est Deus, 1. Ioan. 2. *Si quis diligit mundum, non est charitas Dei in illo, sine qua nemo potest placere Deo.* Ioan. 15. *Si mundus vos odit, scitote quia priorem me vobis odio habuit.* Impossibile est vt hic & ibi quis deliciis fruatur, aut primus sit & gloriosus.

2 *Ratione considerationis præsentis temporis.*

Secundo, Ratione considerationis præsentis temporis Bernardus. *Tempus vniuersum vitæ præsentis, vigilia est quædam solennitatis magnæ & æterni sabbati, quod præstolamur in gloria.* Sed & locum debemus considerare, quia vallis lachrymarum & carcer vnde ad mortem ducimur, vbi nemo ridet vel iocatur.

3 *Ratione prauæ conditionis.*

Tertio ratione prauæ conditionis quia nihil hic lucramur, per totam noctem laborantes, Luc. 5. Et ciues huius mundi, vt plurimum mali sunt, Psalm. 11. *Omnes declinauerunt:* Sed de cælo, Ps. 121 *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi,*

4 *Ratione deceptionis.*

Quartò ratione deceptionis. Omnia enim mundana sunt vana, Ier. 16. *Vere mendacium possederunt patres nostri.* Quia quicquid est in mūdo aut est præteritum, & iam non est, aut est futurum, & incertum est, aut præsens, & hoc instabile & momentaneum, Eccles. 3. *Cuncta subiacent vanitati.* Et deceptoria. Promittit enim tria longæuitatem, satietatem, & iucunditatem, Luc. 12. *Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos.* Ecce quanta longæuitas. *Nunc ergo bibe & comede.* Ecce quanta satietas. *Requiesce & epulare.* Ecce quanta iucunditas. Sed quam falsæ. *Stulte hac nocte,* &c. Ecce quanta breuitas. *Animam tuam à te repetunt.* Ecce quanta acerbitas. *Quæ autem congre-*

5 *gregasti cui er.* Ecce quanta vacuitas. Quintò Vilificationis, Ierem. 4. *Aspexi terram & terra erat vacua, & nihil.* Quid enim aurum & reliqua, nisi fex terræ? domus & palatia, &c. ex terra. Philip 3. *Omnia arbitratus sum, vt stercora. Et quid est homo,* secundum Bernardum, *nisi sperma fœtidum, saccus* 6 *stercorum, cibus & esca vermium?* Sextò, Immutationis. Nam hominem ad imaginē Dei creatum qui est creatura nobilissima immutat in similitudinem irrationalium animalium, vt alibi diximus, & propter infirmitates causasque varias homo efficitur sæpè, vt monstrum, & 7 valde deformis ad videndum. Septimò, Electionis, 3. Topic. dic. Quod *de duobus malis semper minus est eligendum. Et de duobus bonis, semper maius eligendum.* Quis verò non vellet per horam aliquid pati, vt gaudium æternum possideret, quæ mundi ad cælum comparatio? Octauo, Afflictionis, Genes 3. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Vide omnes ætates, status, &c. & inuenies anxietates. Pauper de penuria, diues de amissione dolet, &c. alius orbus liberis, alius abundans, & super 9 omnia iudicis futuri sententia. Nono, Insatiationis. Potentia visiua non potest satiari sono, quod non est obiectum suum, sic de alijs. Animam nemo implebit nisi Deus, alias neque totus mundus. Psalm. *Satiabor cum apparuerit gloria tua:* Augustinus 4. l. de Ciuit. Dei, c. 8. *Anima nostra eo ipso Dei est imago, quo eius capax est, eiusque particeps esse potest.* item l. de Ciuit. Dei, ca. 7. *Ista temporalia bona & mala, bonis & malis voluit Deus esse communia, vt nec bona cupidius appeterentur, quæ mali quoque habere cernuntur, nec mala turpiter euitentur, quibus & boni plerumque afficiuntur.* Hæc ille. Licet enim omnia creata in se sint valde bona in suo genere, tamen in ordine ad nos sunt alia alijs meliora, & ita non omnia summè diligenda. Nec secundum naturæ instinctum homo semper desideret manere in hoc sæculo, nisi secundum corruptionem naturæ & carnalis desiderij. Nec sunt amanda ista, nisi in ordine ad finem, secundum quem nobis sunt vtilia. Decimò, Instabilitatis, & vanitatis seu finitionis. Cum enim finis noster sit status fœlix ac perpetuus iuxtà Augustinum 22. l. de Ciuitat. Dei, constat omnia mundana esse nouissima, cum non possint nobis dare finem nostrum, 1. Paralip. 38. *Dies nostri, quasi vmbra super terram, & nulla est mora.* Iob 30. *Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri.* Iob 20. *Si ascenderit in cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, velut sterquilinium in fine perdetur.* Vapor aliquando nubem facit & videtur quid magnum, postea dissoluente sole nihil. Vmbra citò transit veniente sole. Sic dies nostri. Vmbra obscura est & mundus plenus ignorantia. Vmbra frigida, sic & homines mundani frigidi. Vmbra tunc maior, cum sol ad occasum appropinquat & similiter homo, quanto magis ad mortem per senectutem accedit propius, tanto magis crescit animo permanendi in hac vita & se terrenis intricandi. Exempla vide multa in Rotarij parte secunda de Busto sermone vigesimoseptimo, Philosophus quidam interrogatus, cum quibus socijs sit homo, Respondet cum octo qui eum assiduè molestant, qui sunt, Fames, sitis, somnus, calor, frigus, lassitudo, infirmitas & mors. Vbi est homo? In multiplici & diuerso. Nam intra se habet bellum mordentis conscientiæ. In proprio corpore bellum rebellionis carnis ad spiritum, Galat 5. item pugnam quatuor elementorum & humorum, donec humidum radicale occumbat, & quatuor passionum, gaudij, doloris spei & timoris. Extra se bellum rerum concupiscibilium & diabolicæ tentationis. Quomodo se habet? Vt lucerna ad ventū, quæ citò extinguitur, vt scintilla in mari, quæ citò ab vndis absorbetur, vt spuma gracilis, quæ a pro-

Vilificationis. *Immutationis.* *Electionis.* *Afflictionis.* *Insatiationis.* *Tēporalia bona & malis cōmunia.* 10 *Instabilitatis.* *Vmbræ qualitates.* *Homo cum octo socijs est.* *Homo vbi.* *Homo quomodo se habet.*

à procellis dispergitur. vt fumus, qui cito diffunditur, Sap. 5. *Et tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis.* Cui similis homo? Aceruo niuis qui in aquam cito resoluitur. Sic homo putredine genitus, modica infirmitate in terram reuertitur. Flori pulcherrimo, & rosæ matutinæ, virenti herbæ; pomo nouo & rubenti quod verme minimo corrũpitur. Quid est homo? Mancipium mortis, hospes loci, viator trãsiens, Sap. 5. plura inuenies. Bernard. in l. de Contemptu mundi, ad detestandã gloriam detestatur dic. *Fallax mundi gloria dignè restimatur, flos fœni est, vapor ad modicum parens. Eius enim qualiscunque status, nonne plus anxietatis quàm iucunditatis habet? Dum vendicas, dum defendis, dum inuides, dum suspicaris, dum semper ambis, quæ non habes, & nec nolis adeptis, acquirendi ardor non minuitur. Quæ ergo est requies in gloria tua? Si quæ tamen est. Præterita iucunditas nõ redditur & remanet anxietas non remittitura. Certa est vniuersum temporalium breuitas voluptatum & ipsius quoq; breuitatis finis incertus. sæpè viuentem deserunt, nam morientem nunquam sequuntur. Nemo in hoc sæculo, quod vult, habere potest. Quia nec voluptuosus voluptate satiatur, nec curiositate curiosus, nec ambitiosus inani gloria. Videat ergo sæcularis animus & intelligat, quoniã extrema gaudij luctus occupat. Hic est enim transitoriæ lætitiæ finis, hic finis gloriæ temporalis.* Hæc ille. Baru. 3. *Vbi sunt principes gẽtiũ, et qui dominantur super bestias terræ, qui sunt super terram? qui in auibus cæli? Qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines. et non est finis acquisitionis eorum? Exterminati sunt, & ad inferos descenderũt.* August. ad Erem. *O munde immunde, fallax & proditor, nunquid non periculosior es blandus, quàm molestus? Nunquid nõ magis timendus dum allicis, quàm dum saeuis? Nunquid non magis odiendus, dum diligere simulas, quàm dum odire te ostendis? O munde immunde, in te habitare & non dolere difficile est, in te sperare & non timere, vanum est, in te cuncta amare & non periclitari impossibile est.* Notandum, quod mundani homines quatuor maxime appetunt. Desiderant enim primò, multas diuitias acquirere. secundò super alios ascendere. tertiò corpus delitiose pascere. quartò animam in voluptatibus mittere. Quæ omnia eis, quatuor rapiunt hæredes, primò parentes diuitias & ideò stultum est, cum tanto labore diuitias acquirere, quas oportet alijs relinquere. *Anima eorum eius*, Eccles. 5. Secundo, *bestiæ super foueam ascendunt, & stercora ibi faciunt, & ossa pedibus frangunt*, Eccles. 10. *Hæreditabunt eum bestiæ & serpentes.* Stultum autem est super alios ascẽdere velle per excellentiam, cum postmodum super eorum faciem ascẽdant bestiæ. Tertiò, Vermes qui corpus comedunt, Iob 21. *Simul in puluere dormient, & vermes operient eos.* Stultum ergò est vermibus impinguare carnem suam. Quarto, Dæmones, Luc. 12. *O stulte, hac nocte.* Ideò Eccles. 6. *Est malum quod vidi sub sole & quidem frequens, apud homines. Vir cui Deus dedit amicitias & substantiam & honorem, & nihil deest animæ eius ex omnibus quæ desiderat, nec tribuit ei Deus potestatem, vt comedat ex eis, sed homo extraneus vorabit ea.* Defunctus non licet abundabat in sæculo, mentem tamen ab eis auertit, & honores, quos habere potuit, fugit, sequens humilitatem à Christo traditam, sciuitque quam fallax esset mundus, cuius fallaciam sæpè expertus est cum periculo, ideò nec quidquam credidit illi, nec voluit illius, vt aulici & mundani, esse familiaris aulicus, sed in seruitijs & officijs diuinis die noctuque feruens & assiduus, promeruit amorem & gratiam diuinam hic in mundo vt custodiretur a mũdi satellitibus, & nunc capiat præmium gloriæ sempiternum. Audite & intelligite.

(.·.)

Marginalia: *Homo cui similis.* — *Homines mũdani 4. appetunt.* — *Rapiunt 4. hæredes mundani.* 1 2 3 4

Do

De vanitate & mutabilitate vitæ humanæ.

Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut umbra prætereunt. Psal. 143.

Aegritudo hominem deformat, & peccatũ animam.

SICVT ægritudo hominem reddit deformem in corpore, ita peccatum in anima, quæ cum esset pinguis gratijs, & colorata virtutibus, deficit suis deficientibus: ita factum est Nabuchodonosor Dan. 4. qui cor feræ accepit, & mutatus quasi in bestiam a Deo propter peccatum & illi ostenduntur malæ mutationes, quas facit peccatum mortale in homine. Nam eijcitur ab hominibus scil. viris iustis, qui sunt vera membra Ecclesiæ, per charitatem quæ vnit illa, carnalibus delectationibus pascitur vt bos feno, *Nã omnis caro fenũ.* Esa. 40. rore cœli, sc. suggestione diaboli decipitur, vt mala sibi videantur bona, in capillis, sc. cogitationibus augetur & ambitionibus, & per rapacitatem auaritiæ, vngues quasi auium videtur habere, & hęc mutatio ex peccato primis parentibus contigit, qui primo similes erant veritati. Vilitas autem materiæ, quia homo, culpæ mutabilitas, quia similis vanitati, vitæ instabilitas, quia dies eius sicut vmbra prętereũt. Ab humo homo, itaq; ex vili materia licet illum Deus formarit, &, vt ait Apostolus, temperarit. Quia ex vna parte dedit ei formam nobilissimam, sc. animam rationalem, per quam etiam præfertur cœlesti corpori, in quantum cœleste corpus est inanimatum, ideo supra cœlũ locabitur ex gloria animæ eius post resurrectionem. Sed ex alia parte fecit Deus hominẽ de materia vilissima, vt ex nobilitate animæ spretis infimis ad superna tendat, & ex vilitate corporis ab humilitate non recedat. Gen. 2. *Formauit Deus hominem de limo terræ.* Ecce artificis bonitas, cum sit summe bonus, non potest ab eo procedere nisi quod est bonum. Gen. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Et quia terra est elementum fructiferum, datur intelligi, quod corpus in fructum & vtilitatem animæ datum est: sed sicut terra, nisi colatur, non fructificat, ita nec terra corporis sine cultura pœnitentiæ vel boni operis, & sine custodia rationis vel temperantia fructificabit animæ. Item operis proprietas, quia firmauit partem hominis, scil. corpus, sub forma sua sc. anima, quam creando infudit, & infundendo creauit. Necessitas autem moriendi est ex parte naturæ, quia corpus ex contrarijs cõpositum, & ex parte culpæ. Rom. 5. *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit,* & ex parte diuinæ iustitiæ. Heb. 9. *Statutum est omnibus hominibus semel mori.* Et competit nobilitati hominis, vt à temporalibus abeat ad illa æterna. Item corpus formauit Deus e limo terræ. Primo, Ratione sensibilitatis, quia scriptura tantum facit mẽtionem de illis elemẽtis, quæ magis percipiuntur sensu, sc. aqua & terra: ita est hic de limo terræ, in quo est mixtio aquæ & terræ. Alias virtus ignis manifestatur in cholera, quæ calida & sicca, aquæ in phlegmate, quod frigidum & humidũ, aeris in sanguine, qui calidus & humidus, terræ in melancholia, quæ frigida & sicca est. Vt discat anima se habere elementa sua, sc. prudentiæ claritatẽ pro aëre, temperantiæ mediocritatem pro aqua, iustitiæ puritatem pro igne, fortitudinis stabilitatem pro terra. Secundo, propter æqualitatem complexionis, propter quam in corpore hominis alia elementa minus abundant in compositione corporis humani secundum substantiam. Et quia limo, vti dictum est, terræ aqua permixta est, ex his anima discat, quod si ex terra corporis aliqua immunditia cõtrahitur, per aquam pœnitentiæ continuè abluatur. Psal. 68.

Peccatum quæ mala facit.

Verba allegata examinantur.

Hominis materia quo ad corpus & animam, & quare.

Bonitas artificis Dei.

Terra quare.

Operis proprietas.

Moriendi necessitas.

Corpus humanum e limo terræ cur.

1. propter sensibilitatem.

Elementorũ virtutes quomodo manifestantur.

2. propter æqualitatẽ cõplexionis

Infixus ſum in limo profundi, ſcil. per peccatum. & ſtatim addit *Veni in alt. maris*, ſcil. per ablutionem. Tertio, propter cõformitatem limoſæ terræ immundæ ad hominem. Nam cum libidine conceptum ſicut e limo immundum, inducit animæ peccati originalis coinquinationem. Item limoſa terra eſt lubrica, & ſic homo pronus ad malum. Item eſt infeſtiua propter exhalationes corruptas, vt in paludibus: ſic corpus inficit animam multiplici paſſione, & ex his omnibus habet homo humilitatis materiam.

3. propter conformitatem limoſæ.

Vanitas hominis ex culpa mutabilitate cõſideratur. Vanũ quid propriè.

Secundo, Vanitas ex culpæ mutabilitate conſideratur. Vanum autem propriè dicitur, quod non pertingit ad finem ſuũ: Medicina datur propter ſanitatem, quæ vana eſt ſi hoc non efficit, ſic homo conditus eſt ad vitam æternã, quã ſi non conſequitur vanus eſt. Impeditur autẽ propter peccatum, & ita fit ſimilis vanitati, ſc. rei omninò inutili, quantum ad vltimum finem, ideo peccator in peccato
1. viuens inutilis eſt. Et vanitas in ſcriptura accipitur pro multitudine. Cumque omnis homo hic viuẽs ſit ſubiectus mutationi, generationi, corruptioni, augmentationi, alterationi, diminutioni, dicitur eſſe vniuerſa vanitas. Pſ. 38 quia participat illam vanitatem & mutabilitatem, quæ in vniuerſis rebus reperitur. Rom. *Vanitati creatura ſubiecta eſt non volens*, ſc. mutabilitati. in vno creſcit homo, in altero decreſcit ſpiritualiter & corporaliter.

Vanitas triplex.

Eſt ergo vanitas mutabilitatis, mortalitatis, curioſitatis, ſcil. quando non rectus finis intenditur, ſed pulchritudo fœminarum, conſideratio vitiorũ proximi, ſtudiorum ſubtiliũ, & non ad te pertinentium, & circa ornatum omnem, &c. & vanitas iniquitatis, quæ inuenitur in peccatoribus, in cogitationibus. Pſ. 93. *Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.* Vel in affectionibus, vt quando quis inordinate diligit temporalia, quæ vana ſunt, quale eſt quod non præbet præmiũ laboranti, nec fulcimentum innitenti, nec plenitudinem continenti, qualia ſunt temporalia, pro quibus acquirendis multũ laborat auarus & vanè Eccl. 2. *Quid proderit homini de vniuerſo labore ſuo, &c.* Item c. 4. *Vnus eſt, & ſecundum non habet, &c. & tamen laborare non ceſſat.* De ſecundo, Pro. 11. *Qui confidit in diuitijs ſuis, corruet* Pſ. 4. *Vt quid diligitis vanitatem*: Iob 27. *Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet.* De tertio, Eccl. 5. *Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis.* Item peccatores ſunt vani in locutionibus ſuis. Pſ. 11. *Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum.* Item in operibus. Ier. 1. *Opera eorum vana ſunt, & riſu digna.*

De ſecũ...

De tertio.

Hominis inſtabilitas.

Tertio, Inſtabilitas notatur. *Dies enim ſicut vmbra prætereunt.* Quãto enim dies maior, tanto vmbra corporis minor. Quia tunc ſol eſt in cœlo altior, & capitibus noſtris proximior, vnde corpus minus lumini opponitur, & ita fit vmbra minor: & ſi ſol ſupra nos directè eſſet, nulla vmbra penitus appareret. Et ecõtra. Sic eſt de homine, quãto dies proſperitatis eſt altior, tanto vmbra vitæ fit breuior. Eccl. 10. *Omnis potentatus, vita breuis*, quod fit vel ex inuidia ambitioſorum, vel ex immoderatione cibi, exercitij, &c. vel ex diuina prouidentia, vt oſtendat dignitates mundi non eſſe appetendas, ſed contemnendas. Quibus autem deficit dies proſperitatis temporalis, prolixior vmbra videtur, vt dicant Ier. 6. *Væ nobis, quia declinauit dies*, quia longiores factæ ſunt vmbræ veſperi. Et ita breuis decurſus vitæ humanæ, vt omnes poſſint dicere illud Iob. 8. *Sicut vmbra, dies noſtri ſunt ſuper terram.* Quod & defunctus noſter ſciuit, ideo proſperauit benè facere, & vanitatem vanis relinquere.

Vita breuis vnde.

Vita

Vita nostra lubrica, & multis comparata.

Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Iob. 10.

QVid gloriaris in malitia, O mortalis homo, [illegible] *in iniquitate?* quid lingua [illegible] labia, quid [illegible] Ps. [illegible]. Audi quid Iob dicat de vita sua caduca & mi- [illegible] Vita alia est natu- ralis [illegible] vita [illegible], sed audi, Iac. 4. *Quae enim est vita vestra? vapor ad modicum parens.* Vita [illegible] quae est bonorum, & illa difficilis & rarior, de qua Gal. 2. *Viuo ego, iam non ego, viuit autem in me Christus.* Est triumphalis, quae ex hac sequitur, vita sanctorum. Sap. 5. *Iustitiam [illegible] viuent.* Est noxialis, scil. malorum. 1. Tim. 5. *Vidua quae in deliciis est viuens, mortua est.* Vita gehennalis est damnatorum, qui habent vitam cum morte, & mortem cum vita Psalm. *Veniet mors super illos.* [illegible] ad breuem vitam accedamus, non habemus vnde gloriemur, sed illa postulat humilitatem, opera bona & spem in Deum, [illegible] gloriam, non nostram. Haec autem vita humana est sicut tela araneae difficilis ad cōstituendum. Vide quibus homo indiget. Substantia eius est debilis, quia facile vento rumpitur. Iob 7. *Memento mei Deus, quia ventus est vita mea.* Destructio facillima, & reparatio impossibilis. Psal. *Defecit in dolore vita mea.* Per multos annos orditur, & subito scinditur. Isa. 38. *Praecisa est velut à texente vita mea.* Et, *Morieris tu, & non viues.* Ideo Deut. 28. *Erit vita tua quasi pendens ante te.* [illegible] tota vita nostra est quasi in pendulo & incerto, & dicitur etiam, *Militia* Iob 7. *vita hominis super terram.* vnde [illegible] secundum principium, medium & finem. Ingressum. Vita hominis, Progressum [illegible] Egressum, super terram mortalis [illegible]. Quo ad initium nullum animal habet ita vilem originem & fragile principium, sicut homo. In ventre enim menstruis nutritur, tandem nudus progreditur, & cum nascitur, ita impotens est, quod nisi aliunde iuuetur, nullo modo sustentatur. Deinde in progressu est militia laboriosissima, in qua quamdiu viuimus, in motu & labore sumus. *Cunctis diebus quibus milito.* Iob 14. Augustin. super illud Iacob 4. *[illegible] dolores exterminant, honores desiccant, & aer morbidat, escae inflant, ieiunia macerant, ioci soluunt, tristitiae consumunt, solicitudo coarctat, securitas hebetat, diuitiae iactant, paupertas deiicit, iuuentus extollit, senectus incuruat, infirmitas frangit, maeror deprimit, & post haec omnia mors interimit, quae ita vniuersis finem imponit, vt cum esse desierit, nec esse nec fuisse putetur.* Haec ille. Egressus est per mortem in terram. Comparatur itaque Vita haec primo Nubi. Sap. 2. *Transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quae fugata est à radiis.* Videmus aliquando in nubibus quasi ciuitatem vel homines, animalia, turres, & similia, & in momento abeunt vestigia illa. Radij solares sunt morbi & febres à sole iustitiae. Nebula enim signat vita praesentis turbationem. Sicut enim nebula turbulentae & debilis est naturae, ita quod ad calorem solis modicum euanescit; sic vita praesens ignorantiae & aduersitatis turbine obscuratur, destruitur, & dissipatur, vt Sap. 2. dictum est. Signat etiam mundi labentis affluentiam. Sicut enim nebula est claritatis aeris obnubilatiua, radiorum solarium interceptiua, viarum occultatiua, viatorum & nauigantium impeditiua, latronum amica, insidiantium conceptiua. Tempore enim nebuloso solent latrones facilius furari, & lupi oues depraedari: sic nebula affluentiae mundanae, aerem conscientiae solet obnubilare per ignorantiam, lumen gratiae intercipere, mortales à recta via paradisi facere deuiare, la-

Vita natu[ralis] cadu[ca].

Vita vir[tu]alis.

Vita dif[ficilis].

Vita triumphalis, vita [san]ctorum.

Vita gehennalis est damnatorum.

Vita humana sicut tela araneae.

Vitae substantia.

Vitae destructio.

Vita militia.

Vita hominis initium

Vitae progressus.

Vita hostes

Vita mundi cōparatur.

Vitae praesentis turbationē significat nebula

tronibus ſc. mundi peccatoribus, & lupis ſc. dæmonibus eſſe amica, & eorum inſidijs ſuffragari. Nam ſi mũdana proſperitas obnubilat cor humanum, minus poteſt machina diaboli præcaueri.

Nebula corrũpens. Lupinis fraudib. eſt amica. Nebula enim iſta corrupta, quæ ſegetes, & vineas, & animalia corrumpit. Nam deſtructio proſperitatis mundanæ facit ipſa venientibus multa mala. Soph. 1. Dies mũdanæ proſperitatis dicitur dies nebulæ & turbinis, dies tenebrarum & caliginis, dies tubæ & clangoris. De talibus peccatoribus diuitibus non durantibus. 2. Pet. 2. dicitur: *Hi ſunt fontes ſine aqua, nebulæ turbinibus agitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur.* Item nebula ſignificat mentis errantis ignorantiam, qua mundus totus circumdatus. Eccl. 24. *Sicut nebula texi omnem carnem.* Item cor dolentis pœnitentiam. Quia quandoq; eſt generatiua pluuiæ, ſui ipſius exhalatiua, & ſerenitatis poſt poſt ſuum tranſitum inductiua. Sic contritio & compunctio quando obnubilat aerem cordis noſtri, ſolet ibi generare pluuiam lachrymarum, ſolet facere ſurſum ad Deum exhalare fumum deuotæ orationis, ſolet poſt ſuum tranſitum cauſare ſerenitatem conſcientiæ.

Nebula à fidelib. quæ amanda, & quæ facit. Et talis nebula eſt à fidelibus amanda: quia eſt diuinæ maieſtatis hoſpitatrix. Exod. 24. Lex data fuit in nebula à Deo. 3. Regum 8. *Nebula impleuit domum Domini.*

1\. Et ſequitur: *Dominus dixit quod habitaret in*

2\. *nebula.* In tali nebula ſuperna claritas reuelatur, quia Spiritus ſanctus illuminat cor contritum & nebuloſum. Eccl. 50.

3\. *Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ.* Per talem nebulam infirmitas peccati medicatur. Eccl. 43. *Medicina omnium dolorum in*

4\. *feſtinatione nebulæ.* Mentis iniquitas expiatur. Iſa. 44. *Quaſi nebula peccata tua deleuntur.*

5\. Culpæ peruerſitas explicatur, ſcil. per confeſſionem. Iob. 38. *Eleuabis in nebula vo-*

6\. *cem tuam.* Aeterna Deitas exoratur. Leuit. 16. *Poſitis ſuper ignem aromatibus, nebula eorum & vapor operuerat oraculum.* In altari enim cordis aromata bonarum affectionum igni feruidæ charitatis ſuperponuntur, & ſic ut nebula contritionis in oraculum Orationis eleuatur. Eccl. 43. *Aperti ſunt theſauri, & euolauerunt nebulæ ſicut aues.* De nube humanæ vanitatis poteſt dici illud Iob 30. *Velut nubes pertranſiit ſalus mea.* Sicut enim nubes ex valde debili &

Vita humana nubibus comparatur. rara materia eſt, inde eſt quod valde debilem habet ſubſtantiam, cum modo eſt & modo non eſt. Sic humana vita & natura conſtituta eſt, nunquam in eodem ſtatu permanens, & qui prius toti orbi magnus apparuerat, per mundanam potentiam fulgerauerat, nũquam amplius reperitur. Item nubes ſemper ſolet eſſe 7.

in alto, & ſignat eminentiam dignitatum, vbi quandoque boni, quandoque mali aſcendunt diuerſimode. De bonis dicitur Apoc. 14. *Vidi, & ecce nubem candidam, & ſuper nubem ſedentem ſimilem filio hominis.* De malis, in perſona Luciferi. Iſai. 14. *Aſcendam ſuper altitudinem nubium.* Et cum 8

Viri perfecti optime nubes. nubes altas denotent viros altos, ſufficientes & perfectos, quia ſicut nubes eleuantur, mouentur, pluunt, coruſcant, fulminant atq; tonant in concionibus, & ſunt alti per contemplationem, mouentur per bonam operationem, coruſcant per honeſtã conuerſationẽ, pluunt per pietatem & operationem, tonãt per doctrinam & prædicationem, fulminãt per iuſtitiam & correctionem, volunt ambitioſi illis præferri per ſuperbiam & elationem, alti per ſuperbiam, humidi per luxuriam, mobiles per inconſtãtiam, coruſcantes per iactantiam, tonantes per diſcordiã, fulminantes per ſæuitiã. De ijs poteſt dici illud Iudæ 1. *Hi ſunt nubes ſine aqua, quæ ventis circumferuntur.* Habent ergo obſcuritatem, quia nubes. Impietatem, quia ſine aqua. Vanitatem, quia à ventis. Mobilitatem, quia

Vita vento cõparatur. circumfertur. Secundo, Vento. Iob. 7. *Memento Domine, quia ventus eſt vita mea.* Ventus dum flat, ſpirat & ſuſurrat in aures, putamus rem eſſe magnam, quia & domos

mos & arbores destruit, & paulo post abit, & in nihilum redigitur: sic homines se magnificant, & paulo post desinunt esse. Multi sunt sicut ventus, qui per mala consilia & colloquia non cessant alijs aliquid mali suggerere, & per adulationem aliquid sibilare. Venti est arbores agitare, aërem purgare, ignem inflammare, æstum temperare, naues transportare, fæces desiccare, paleas eleuare, omnia fœcundare. Diabolus quem non potest vento elationis, aut tentationis, aut successionis mouere, solet vento tribulationis concutere. Tertio, Pallon. Globus ille tanquam res magna apparet per aërem transit, sonitum emittit, resilit cadens in terram, quam vix videtur attigisse, quisquis illum respicit, illi cedit, & nihil est nisi quædam pellicula animalis vento repleta. Paruum fac foramen, abit ventus, contrahitur, & nihil est. Sic est de homine, cutis inflata, cui si quis cedit, genua flectit, honorem defert, supplicationes offert, ille vix respondet, timetur tamen, & superbit. Postea accedit aliqua infirmitas, debilitatur, deijcitur in terra, in angulum, in sepulchrum, & ostenditur, quod tantum ventus fuerit inclusus. Quarto Vanitati, Psalm 143. *Homo vanitati similis factus est.* & Psalm. 38. *Vniuersa vanitas omnis homo viuens.* Herba illa in agro crescens superius habet florem album, rotundum apparentem, ac si res esset pretiosa, sufflatur & hinc inde dispergitur: sic homo afflatu morbi extinguitur. Psalm. 102. *Dies eius tanquam flos agri, sic efflorebit, quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum.* Omne enim illud quod est creatum, eo ipso quod creatum est, vel creatura, quandam habet naturalem vanitatem, quia a principio nata est deficere, & in nihilum tendere. Vnde Augustinus dic. Quod omnia tenderent in nihilum, nisi Dei manutenentia tenerentur. Rom. 8. *Vanitati subiecta est omnis creatura non volens.*

Ventus quid.

Vita palloni cōparatur.

Vita vanitati comparatur.

Est & vanitas bonorum temporalium, quia mentem non satiant velut inania, quia innitentem fallunt, vt instabilia, quia spem frustrant velut mendacia & inutilia, veluti de pallon vel Vesica dictum est. Vanitas itaque est in diuitijs. Eccles. 5. *Qui amat diuitias, fructus non capiet ex eis*, quia vbi opes sunt plurimæ, multi comedēt eas. In delitiis, Eccl. 11. *Adolescētia & voluptas vana sunt.* In scientijs, Eccl. 2. *Sapientia perseuerauit mecum.* Sequitur: *Et vidi in omnibus esse vanitatem.* Ier. 4. *Doctrina vanitatis illorum lignum est.* In blanditijs vel amicitijs Psalm. *Veruntamen filij hominum mendaces.* In pulchritudine. Prouerb. 31. *Fallax gratia, & vana pulchritudo.* In laborum sollicitudine. Eccl. 2. *Alius laborat in sapientia & doctrina, & sollicitudine, & homini otioso quæsita dimittet, in hoc ergo vanitas & magnum malum.* In verborum amplitudine. Psalm. *Quorum os locutum est vanitatem, dextera eorum, &c.* & Dauid ab his auocans, dic. *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.* Peccatores autem nec habent stabilitatem, nec vtilitatem, sed in omnibus vanitatem. Sap. 3. *Vani sunt omnes homines qui non habent scientiam.* Psalm *Homo vanitati similis factus est &c.* Peccator vanus est in sensu & cognitione. Ephes. 4. *Gens ambulans in vanitate sensus sui*, Ezech. 13. *Vident vana, & diuinant mendacia.* In corde & affectione, appetentes res inutiles & vanas. Ps. *Filij hominum vsque quo graui corde, vt quid diligatis vanitatem.* In verbo & locutione. Psalm. *Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum.* Et iterum, *Inquirebant mala, locuti sunt vanitates.* In mente & cogitatione. Psalm. *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.* In manuum operatione, Ierem. 5. *Vana sunt opera, & risu digna.* In habitu & conuersatione. 1. Pet. 1. *Redempti estis de vana Dei conuersatione.* In superbia & præsumptione, Iob. 5. *Vir vanus in superbiam erigetur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat.* Et illi, qui non in vanum acceperunt animam suam, nec iurauerunt in dolo proximo suo. Comparatur bullis quæ oriuntur

Vanitas in diuitijs.

Peccatores habent vanitatem in omnibus.

Vita comparatur bullæ.

riuntur in aquis tempore pluuiæ, & extinguuntur lapillo iniecto, vel ex fcuo & aqua, videntur res pulchræ & alicuius momenti, & nihil sunt: sic homines propter nobilitatem, prudentiam, honores, diuitias, officia, &cæt. apparent magni, sed infirmitate aut morte accelerante, videntur quid sint. Iac. 4. *Vita nostra vapor est, ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.* Quare autem Propheta dicit non solum vanum hominem, sed vanitatem ipsam vanitatum.

Homo est epilogus mundi.

Nota. Homo est Epilogus totius mundi, & rerum omnium quæ in ipso sunt. Nam esse habet commune cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire cum animantibus, intelligere cum angelis. Terram habet in carne, aquam in humoribus, aerem in flatu, ignem in suo calore, cœlos in motu suo & operatione. *Omnis creatura est homo*, dic. S. Grego. in homil. super *Ite in orbem vniuersum.* Cum ergo homo sit epilogus omnium creaturarum, ergo & vanitas est omnium vanitatum illarum. Vide ergo o homo cur superbias?

Vita imagini cōparatur.

Comparatur imagini. Psalm. *In imagine pertransit homo.* Imago nō habet durabilem substantiam. Perit ergo homo sicut imago. Homo nauigans in flumine vel mari, ipsius imago est cum illo, sed quamprimū se mouet aut abit, etiam illa non apparet: Sic est de homine nauigante in hoc flumine vitæ.

Imago non habet esse verum.

Sicut enim imago non habet esse verū, sed fictum & simulatum, non habet etiam membra interiora, non potest etiam se mouere, cum non habeat vitam.

Hypocritæ sunt picta Idola.

Sic hypocritæ, qui sunt picta idola, & nihil habent sanctitatis. De factoribus idolorum, Isa. 44. *Fecit imaginem viri, quasi speciosum hominem habitantem in domo.* Nec se potest iuuare, dicitur Sap. 13. *Imago enim est: & opus illi est adiutorium.*

Bona mūdi possunt dici Imago.

Bona etiam mundi possunt dici imago, vel similitudo quædam bonorum æternorum. Prosperitas enim & vita præsens est, sicut imago, quę apparet in aqua, quę ad motum aquæ statim turbatur. Debile enim valde habet existentiam, ita quod facillime dissipatur: quia motus tribulationum, mortis, infirmitatis, paupertatis, aduersitatis istam imaginem facile conturbat, destruit, annihilat & subuertit. Ps. *Imaginem ipsorum ad nihilum rediges.*

Imago bona vir perfectus, quid facere debeas.

De bona imagine, id est, de viro perfecto possumus dicere illud, Sap. 7. *Candor enim est lucis æternæ, speculum sine macula, & imago bonitatis.* Iob. 4. *Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis.* Si nos volumus esse Dei, & sanctorum imagines & figuræ, debemus firmiter collocari per animorum stabilitatem, quia vt plurimum statuæ illæ sunt ex metallo lapide vel ligno durissimo, imitati per meliorum conformitatem, & publice demonstrati per exemplorum claritatem.

Imagines quædam debiles.

Sed sunt multæ imagines debiles non stabiles, fluidæ nō solidæ, deficientes & non permanentes.

Imago terrea auarus.

Imago terrea signat auaros in terrenis & temporalibus occupatos. Isa. 57. *Posuisti vt terram corpus tuum.* Cuilibet auaro potest dicere diabolus illud, Ierem. 2. *Traduxi vos per desertum, per terram inhabitabilem & imaginem mortis, per terram sitis & inuiam, in qua non ambulauit vir, nec homo habitauit.*

Imago vitrea superbus.

Imago vitrea superbos qui volunt relucere per superbiam & inanem gloriam. Abac. 3. *Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius.* Superbo tali potest dici illud, Isai. 44. Quod diabolus fecit imaginem, quasi speciosi hominis habitantis in domo. & Ezech. 7. dicitur, quod ornamenta monilium suorum in superbiam posuerūt, & imagines abominationum suarum fecerunt ex eo.

Imago cerea luxuriosus.

Cerea luxuriosos, qui modico igne carnalis concupiscentiæ excitantur & in libidinem resoluuntur. Psalm. *Sicut cera quæ fluit, supercecidit ignis, & non viderunt solem.* Vnde mulieri luxuriosæ dicitur Ezech. 16. *Fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es.* Vnde est ista imago bestiæ, de qua Apoc. 3. quod diabolus dicit habitantibus super terram, quod faciant

faciant ipsi imaginem, quæ habet pla-
gam gladij. *Imago aquea iracundus.* Aquea, iracundos notat. Quia
imago in aqua apparens ad modicum a-
quæ motum perturbatur. Sic iracundi
modica occasione irritantur. Isa. *Sicut
aqua diffusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.*
Et alibi: *Turbati sunt, & moti sunt, sicut ebrius,
& omnis sapientia eorum devorata est.* Psalm.
Veruntamen in imagine pertransit homo, sed &
frustra conturbatur. *Imago in speculo adulator.* Imago in speculo
homini ridenti solet arridere, & a tri-
stante tristitiam simulare. Sic adulatores
sciunt se conformare, gaudere cum gau
dentibus, & flere cum flentibus, iuxta
illud Sap. 16. *Ad quod quis volebat converte-
batur.* *Imago in muro hypocrisia.* Imago vero in muro significat hypo-
critas deceptores. Isti enim more talis
imaginis pulchri & honesti apparent
exterius, qui sunt lutei & lapidei, id est,
peccatores & infecti interius. Act. 23.
Percutiet te Deus paries dealbate. *Imago mortis hypocrita.* Hypocrita
dicitur imago mortis, quæ non potest se
movere, Sap. 15. *Affectum eius dat in errore
concupiscentiam, & diligit mortuæ imaginis effi-
giem, sine anima.* *Imagines bestiarum.* Habent alij imaginem
porci per luxuriam, Leonis per super-
biam, canis per avaritiam, talpæ cæcæ
per ignorantiam, Simiæ per pigritiam.
Vita humana comparatur umbræ. Comparatur umbræ, Iob 14. *Fugit ve-
lut umbra, & nunquam in eodem statu permanet.*
Umbra quid. Umbra non est res illa, cuius est umbra:
quia omnis homo, qui ipse vanitas est.
Umbra vergens se ad solis cursum, mane
longa, continue est quasi ad meridiem, quo
quasi nihil est, vesperi omnino dispa-
ret. Sic homo in pueritia putat se habi-
turum longos annos vitæ suæ, sed hæc
usque ad vesperam valde deficit. Umbra
enim non est corpus, sed corporum si-
militudo, & ideo nihil habet de stabi-
litate, multum autem de mobilitate.
Semper enim solet umbra, quæ a sole cau-
satur, vel a luna currere & fugere, aut
crescendo & decrescendo fluere, & num-
quam per unum momentum constare, aut
posset manere, quamdiu corpus, cuius um-
bra est, contingit superesse, quo tamen
amoto statim solet deficere & cessare.
Et quia motum lunæ & solis sequitur, ideo
transit continue & movetur. Sic humana
vita non est stabilis, fugax & non tenax,
transiens & non manens, ex quo incipit
non cessat currere amplius. Et secundum
motum solis & lunæ, id est, secundum or-
dinationem Dei de ætate in ætatem, de statu
in statum continue transire, quousque amo-
to corpore per mortem contingat ipsum
penitus deperire. Et ideo conditionem suam
mortalem cogitans David, dic. *Sicut umbra
cum declinat, ablatus sum*, &c. & hæc umbra pa-
tet per Isa. 38. ubi Ezechias rex Iuda post-
quam audijsset, quod esset in proximo mo
riturus, & quindecim annorum dilationem
impetrasset, signum dictæ prolongationis
umbram horologij accepisse dicitur. Et
sicut umbra est similitudo, sic vita no-
stra similitudo futuræ beatæ. Ps. *Dies mei
sicut umbra* &c. Et David dicebat 1. Par. 29.
de vitæ vanitate. *Peregrini & advenæ sumus* *Vitæ vanitas.*
*coram te: dies nostri sicut umbra super terram, & nul-
la est mora.* Significat etiam umbra mundanam
possessionem, quia cito transeunt. Sap. 5. *Quid
nobis profuit superbia, aut divitiarum iactantia? transi-
erunt omnia sicut umbra.* Umbra præterea *Umbræ proprietates.*
habet proprietates plurimas. Caloris
solis repressiva, sic umbra mundanæ pro-
speritatis, reprimit calorem charitatis, *Umbra prosperitatis mundanæ.*
obscurat splendorem veritatis, retardat
maturitatem honestatis, generat mœrorem
tristitiæ & sanctitatis, nutrit & sustentat
serpentes, id est, communitatem omnium ma-
lignæ societatis. Quia illi qui sunt in um
bra prosperitatis, carent fervore dilecti-
onis. Et sic Ionas fecit sibi umbraculum
propter æstum Ion. 4. Caret splendore co-
gnitionis, quia quæ ad salutem sunt, illis
sunt obscura. Iob 3. *Obscurent eum tenebræ &
umbra mortis*, & loquitur de die prosperi-
tatis. Caret maturitate honestæ conversa-
tionis, quia qui gaudent in umbra pro-
speritatis, sunt insolentes & leves. Ezech.
17. *Universum volatile sub umbra frondium eius
nidificabat.* Habet melancholiam mœroris. Ps.
Humiliasti nos in loco Habet serpentes, id est,
hom-

homines omnes peruersæ conditionis. Quia sæpè fit hodie, quod illi qui sunt amplius peruersi & serpentes, sunt in vmbra prosperitatis maiores officiales & diuites. Vnde de Behemoth, Iob 40. quòd *in vmbra dormit, in secreto calami, in locis humentibus.* Comparatur flori, quia mundi prosperitas & consolatio est transitoria, quia habet naturam valde debilem, & facilè decidit. 1. Pet. 1 *Gloria eius quasi flos fœni, exsiccatum est fœnum, & cecidit flos.* Flos est pulcher aspectu, odoratu suauis, tactu leuis, gratus, propter fructum aliquando etiam nullum & inane, tamen omnes mane luxuriant, vesperi marcescūt, aut à messoribus demetuntur, vel ab hominibus decerpuntur, & in vanos vsus vel commoda trāsferuntur: sic est de homine, *qui quasi flos egreditur & conteritur,* Iob. 14 *& fugit velut vmbra.* Comparatur fœno. Psal. 36. *Tanquam fœnum velociter arescent.* Cum fœnum sit herba, quæ pro pabulo ignium, vel pastura animalium colligitur & siccatur, quæ scil. eodem anno, quo nascitur, è terra euellitur, & cùm ardorem solis sustinere non possit, virore & humore facilè spoliatur, per fœnum denotantur omnia, quæ facilè possunt deficere vel solent, vt mundi prosperitas quæ facilè pallescit. Ista est cibus iumentorum, id est, hominum rudium mundanorum. Psalm. *Producens fœnum iumentis & herbam seruituti hominum.* Ista etiam est quæ cito solet crescere & decrescere. Isai. 40. *Omnis gloria eius, quasi flos fœni.* Iacob. 1. *Exortus est sol cum ardore suo, & arescit fœnum, & flos eius decidit.* Ardor enim aduersitatis facilè desiccat fœnū, & florem prosperitatis. Item marcescens carnis formositas, Isa. 40. *Omnis caro fœnum.* Et ibidem: *Verè fœnum est populus.* Cito enim per antiquitatem vel mortem deficit, Eccl. 14. *Omnis caro sicut fœnum veterascet.* Isai. 40. *Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos, & decor vultus eius deperijt.* Labilitas vitæ, quæ hodie est & cras perijt, Matthæ. 6. *Fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur.* Malorum prauitas. Ipsi enim peccatores fœnum dicuntur, quia parum in virore suæ prosperitatis durabunt, imò per mortem siccabuntur, & à dæmonibus deuorabuntur, & inferni incendijs cremabuntur & exiccabuntur, 4 Reg. 19 *Facti sunt sicut fœnum agri, & virens herba tectorum, quæ arefacta est antequam veniat ad maturitatem.* Psalm. *Fiant sicut fœnum tectorum* & hoc quoad exiccationem. Deuorabuntur. Iob 40. *Quod fœnum quasi bos comedet.* Apoc 8. *Omne fœnum viride combustum est.* Comparatur rori Oseæ 6. *Et quasi ros mane pertransiens.* Ros est quædam aëris impressio frigida & humida, quæ in medio aëris generatur, & hic ad nos deriuatur: qui facilè applicatur vitæ humanæ, prout ventus vel aer. Comparatur spumæ Sap 5. *Et quasi spuma, quæ à procella dispergitur.* Vide de Bulla. Comparatur fauillæ, Iob 30. *Et sicut fauilla, quæ cito dispergitur.* Differentia est inter scintillam & fauillam, quia scintilla dicitur dum est, fauilla dum est extincta. Dum igitur fauilla idē est quod cinis vel particula valdè parua cineris, intelligitur humanæ cōditionis vilitas, vel resolutionis mortalis Iob 30. *Cōparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri.* Sic etiā diuitiarum vilitas vel terrenæ possessionis, quia more fauillarum citò dispergitur & citò congregatur. Bona enim mundi vel etiam ipsa vita humana sunt sicut paleæ ante faciem venti, aut sicut fauilla, quam turbo dispergit. Iob. 21. Isai 1. *Erit fortitudo vestra, vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla* Isai. 5. *Radix eorum velut fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet.* Comparatur vmbræ. Psalm. 108. *Et sicut vmbra, quæ declinat, ablatus sum:* vt suprà. Comparatur herbæ virenti vel gramini. Psalm. 89. *Mane sicut herba transeat, vespere decidat, induret & arescat.* Mundi enim prosperitas herba est, quia facilè perit & desiccatur. Isai. 15. *Aruit herba, defecit semen.* In hac herba mali lætan-

Marginalia: *Vita flori cōparatur.* *Flos quid.* *Vita fœno cōparatur.* *Fœnū quid.* *Fœnum est populus.* *Peccatorum fœnum.* *Vita cōparatur rori.* *Vita comparatur spumæ.* *Vita comparatur fauillæ.* *Bona mundi palea.* *Vita comparatur herbæ.* *Vita herbæ virenti cōparatur.*

lætantur, Ierem. 50. *Exultatis & magna loquimini, diripientes hereditatem meam, quoniam effusi estis sicut vituli super herbam, & mugistis sicut tauri.* In hac etiam corda mutantur, vt insequamus comessa mentem alienat & furorem inducit, semenque ipsius mortificatum est, & somnum generat. Figura Daniel. 4. de rege superbissimo Nabuchodonosore, qui in bestiam mutatus est, dicitur sic. *Alligetur vinculo ferreo in herbis quæ foris sunt.* Sequitur: *Et cum feris sit pars eius in herba terræ & cor eius ab humano immutetur, & cor feræ detur ei.* Prosperitatis flos & pulchritudo comparatur carecto, de quo dicitur Iob 8. quod dum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit. Cōparatur araneæ, Psal. 89. *Anni nostri sicut aranea meditabuntur:* de tela illius superius diximus. Comparatur ceræ, Psal. 57. *Sicut cera, quæ fluit, auferentur, supercecidit ignis, & non viderunt solem.* Quanto labore apum fit, & quam citò resoluitur? Comparatur stipulæ, Iob 13. *Et stipulam siccam persequeris.* Illa nil valet, est sine fructu, non diu durat, & aratro sub terram vertitur. Comparatur folio, Iob 13. *Contra folium, quod à vento rapitur ostendis potentiam tuam.* Manet hæret vel in æstate, in hyeme vel vespere aridum est, & congregatur in ignē, etiam si sit ex bona arbore & fructuosa, etiam si sit odoriferum & pulchrum. Comparatur pulueri, Psal. 74. *Sicut puluis ante faciem venti.* Puluis est illud quod remanet post consumptionem & resolutionem corporum. Sic verè solus puluis terra & cinis remanet post mortē corporum humanorum. Puluis ex propria cōditione facilè vento rapitur, mixtus aquæ lutum efficitur, vestem mundam quam tangit maculat, & per eum inficitur. Sic vita carnis læditur vento tribulationis, mixta cum aqua diuitiarū facile transit in lutum peccati & corruptionis, & vestem mundam, id est, animam tibi coniunctam inficit vitio concupiscentiæ & dilectionis. Homo puluis Psal. *Comminuam eos, sicut puluerem ante faciem venti, vt lutum platearū delebo eos.* Iob 7. *Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris.* Reuertemini in puluere, hic est terminus in quem. De pulueribus fiunt antidota & electuaria medicinalia, confectiones, calces, sementa, sed ad postremum in puluere sunt & vanescunt. Comparatur cineri, quia est illud quod remanet à re combusta post combustionem, Iob 13. *Memoria vestra comparabitur cineri,* Psal. *Recordatus est quia puluis sumus.* Itē. *Memento homo, quod cinis es, & in cinerem reuerteris,* Sap. 2. *Cinis extinctus erit corpus nostrū.* Diuitiæ etiam cineres vocantur. Cinis enim ignem conseruat, terram vbi seminatur, facit sterilem, & à vento facilè dispellitur & difficulter congregatur: Sic diuitiæ ignem auaritiæ seruant & nutriunt, terram cordis in qua per amorem sunt seminatæ, sterilem à bonis operibus efficiunt, à vento alicuius casus & infortunij vel tribulationum facilè possunt perdi, quæ tamen & cum labore difficulter possunt acquiri. Et sicut antiquitus aspersio cineris erat signum fletus & doloris: sic hodie aspersio & acquisitio diuitiarum, fletum, & dolorem ac tristitiam notat. Semper enim sunt diuitiæ cum doloribus & timoribus admixtæ, Psalm. *Cinerem, tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebā.* De vili conuersatione peccatoris dicitur, Sap. 15. *Cinis est cor eius, & luto vilior vita eius.* Ecce quomodo vita nostra non rebus magnis, sed vilissimis & debilissimis assimilatur: & tamen gloriaris, ô miser, in miseria tanta & in misericordia Dei præsumis, Iob 14. *Breues dies hominis sunt. Dies mei breuiabuntur. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui?* Iob 17. & 10. Isai. 38. *De mane vsque ad vesperam finies me.* Imò comparatur Nihilo. Iob 7. *Parce mihi Domine, nihil enim sunt dies mei.* Nam si tempus vitæ nostræ conferamus cum æterno, vel primo diei sæculorum vsque ad vltimum mundi, quæ erit

Vita cōparatur araneæ.

Vita ceræ cōparatur.

Vita comparatur stipulæ.

Vita comparatur folio.

Vita cōparatur pulueri.

Puluis quid?

Antidota ex pulueribus.

Vita cineri cōparatur.

Diuitiæ sunt cineres.

Cineris aspersio signū fletus.

Vita vilissimis assimilatur.

Vita nihilo cōparatur.

à procellis dispergitur. vt fumus, qui cito diffunditur, Sap. 5. *Et tanquam memoria hospitis vnius diei prætereuntis.* Cui similis homo? Aceruo niuis qui in aquam cito resoluitur. Sic homo putredine genitus, modica infirmitate in terrã reuertitur. Flori pulcherrimo, & rosæ matutinæ, virenti herbæ; pomo nouo & rubenti quod verme minimo corrũpitur. Quid est homo? Mancipium mortis, hospes loci, viator trãsiens, Sap. 5. plura inuenies. Bernard. in l. de Contemptu mundi, ad detestandã gloriam detestatur dic. *Fallax mundi gloria dignè respuatur, flos fœni est, vapor ad modicum parens. Eius enim qualiscunque status nonne plus anxietatis quàm iucunditatis habet? Dum vendicas, dum defendis, dum seruas, dum suspiras, dum semper ambis, quæ non habes, & non nullis adeptis acquirendi ardor non minuitur. Quæ ergo est requies in gloria tua? Si quæ tamen est. Præteriti iocũditas nõ redditur & remanet anxietas non reddenda. Certa est nimirum temporalium breuitas voluptatum & ipsum quoq; breuitatis suæ incertum. Sæpè viuentem deserunt, nam morientem nunquam sequuntur. Nemo in hoc sæculo, quod vult, habere potest. Quia nec voluptuosus voluptate satiatur, nec curiositate curiosus, nec ambitiosus inani gloria. Videat ergo sæcularis animus & intelligat, quoniã extrema gaudij luctus occupat. Hic est enim transitoriæ lætitiæ finis, hic finis gloriæ temporalis.* Hęc ille. Baru. 3. *Vbi sunt principes gentium, et qui dominantur super bestias terræ, qui sunt super terram, qui in auibus cæli ludunt? Qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt homines. et non est finis acquisitionis eorum? Exterminati sunt. & ad inferos descenderunt.* August. ad Frem. *O munde immunde, fallax & proditor, nunquid non periculosior es blandus, quàm molestus? Nunquid nõ magis timendus dum allicis, quàm dum premis? Nunquid non magis odiendus, dum diligere simulas, quam dum odire te ostendis? O munde immunde, in te habitare & non dolere difficile est, in te sperare & non timere, vanum est, in te tua amare & non periclitari impossibile est.* Notandum, quod mundani homines quatuor maximè appetunt. Desiderant enim primò, multas diuitias

Homo cui similis.

Homines mũdani 4. appetunt.

accumulare. secundò super alios ascendere. tertiò corpus delitiosè pascere. quartò animam in voluptatibus inuitare. Quæ omnia eis quatuor rapiunt heredes, primò parentes diuitias & ideò 1
stultum est, cum tanto labore diuitias acquirere, quas oportet alijs relinquere. *Nudus exiuit*, Eccles. 5. Secundò *bestiæ* 2
super foueam ascendunt, & pectora ibi faciunt, & ossa pedibus frangunt, Eccles. 10. *Hæreditabunt eum bestiæ & serpentes.* Stultum autem 3
est super alios ascẽdere velle per excellentiam, cum postmodum super eorum faciem ascẽdant bestiæ. Tertio, Vermes qui corpus comedunt, Iob 21. *Simul in puluere dormient, & vermes operient eos.* Stultum ergò est vermibus impinguare carnem
suam. Quarto. Dæmones, Luc. 12. *O stulte,* 4
hac nocte. Ideò Eccles. 6. *Est malum quod vidi sub sole & quidem frequens, apud homines. Vir cui Deus dedit amicitias & substantiam & honorem, & nihil deest animæ eius ex omnibus quæ desiderat, nec tribuit ei Deus potestatem, vt comedas ex eis, sed homo extraneus vorabit ea.* Defunctus non licet abundabat in sæculo, mentem tamen ab eis auertit, & honores, quos habere potuit, fugit, sequens humilitatem à Christo traditam, sciuitque quam fallax esset mundus, cuius fallaciam sæpè expertus est cum periculo, ideò nec quidquam credidit illi, nec voluit illius, vt aulici & mundani, esse familiaris aulicus, sed in seruitijs & offitijs diuinis die noctuque feruens & assiduus, promeruit amorem & gratiam diuinam hic in mundo vt custodiretur a mũdi satellitibus, & nunc capiat præmium gloriæ sempiternum. Audite & intelligite.

(.·.)

Rapiunt 4. heredes mundani.

Do

De vanitate & mutabilitate vitæ humanæ.

Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereunt. Psal. 143.

Ægritudo hominem deformat, & peccatum animam.

SICUT ægritudo hominem reddit deformem in corpore, ita peccatum in animis, quæ cùm esset pinguis gratijs, & colorata virtutibus, deficit his deficientibus: ita factum est Nabuchodonosor. Dan. 4. qui cor feræ accepit, & mutatus quasi in bestiam a Deo propter peccatum. Et ibi ostenduntur malæ mutationes, quas facit peccatum mortale in homine. Nam eijcitur ab hominibus scil. viris iustis, qui sunt vera membra Ecclesiæ, per charitatem quæ vnit illa, carnalibus delectationibus pascitur vt bos fœno, *Omnis caro fenũ.* Esa. 40. Rore cœli, suggestione diaboli decipitur, vt mala videantur bona: in capillis, sc. cogitationibus augetur & ambitionibus, & per rapacitatem auaritiæ, vngues quasi auium videtur habere, & hęc mutatio ex peccato primis parentibus contigit, qui primò similes erant veritati. Vilitas autem materiæ, quia homo, culpæ mutabilitas, quia similis vanitati, vitæ instabilitas, quia dies eius sicut vmbra prętereũt. Ab humo homo, itaq; ex vili materia licet illum Deus formarit, &, vt ait Apostolus, temperarit. Quia ex vna parte dedit ei formam nobilissimam, sc. animam rationalem, per quam etiam præfertur cœlesti corpori, in quantum cœleste corpus est inanimatum, ideo supra cœlũ locabitur ex gloria animæ eius post resurrectiónem. Sed ex alia parte fecit Deus hominé de materia vilissima, vt ex nobilitate animæ spiritus sui animis ad superna tendat, & ex vilitate corporis ab humilitate non recedat. Gen. 2. *Formauit Deus hominem de limo terræ.* Ecce artificis bonitas, cùm sit summè bonus, non potest ab eo procedere nisi quod bonum. Gen. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona.* Et quia terra est elementum fructiferum, datur intelligi, quod corpus est fructum & vtilitatem animæ daturum est, sed sicut terra, nisi colatur, non fructificat, ita nec terra corporis sine cultura pœnitentiæ vel boni operis, & sine custodia rationis vel temperantia fructificabit animæ. Item operis proprietas, quia firmauit partem hominis, scil. corpus, sua forma sua sc. anima, quam creando infudit, & infundendo creauit. Necessitas autem moriendi est ex parte naturæ, quia corpus ex contrarijs cõpositum, & ex parte culpæ. Rom. 5. *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit,* & ex parte diuinæ iustitiæ. Heb. 9. *Statutum est omnibus hominibus semel mori.* Et competit nobilitati hominis, vt à temporalibus abeat ad illa æterna. Item corpus formauit Deus e limo terræ. Primo, Ratione sensibilitatis, quia scriptura tantum facit mentionem de illis elemẽtis, quæ magis percipiuntur sensu, sc. aqua & terra: ita est hic de limo terræ, in quo est mixtio aquæ & terræ. Aliàs virtus ignis manifestatur in cholera, quæ calida & sicca, aquæ in phlegmate, quod frigidum & humidũ, aeris in sanguine, qui calidus & humidus, terræ in melancholia, quæ frigida & sicca est. Vt discat anima se habere elementa sua, sc. prudentiæ claritatẽ pro aere, temperantiæ mediocritatem pro aqua, iustitiæ puritatem pro igne, fortitudinis stabilitatem pro terra. Secundo, propter æqualitatem complexionis, propter quam in corpore hominis alia elementa minus abundant in compositione corporis humani secundum substantiam. Et quia limo, vti dictum est terræ aqua permixta est, ex his anima discat, quod si ex terra corporis aliqua immunditia cõtrahitur, per aquam pœnitentiæ continue abluatur. Psal. 68.

Peccatum quæ mala facit.

Verba allegata examinantur.

Hominis materia quo ad corpus & animam, & quare.

Bonitas artificis Dei.

Terra quare.

Operis proprietas.

Moriendi necessitas.

Corpus humanum è limo terræ cur.

1. propter sensibilitatem.

Elementorũ virtutes quomodo manifestantur.

2. propter æqualitatẽ cõplexionis

Infixus sum in limo profundi, scil. per peccatum. & statim addit *Veni in altitudinem maris*, scil. per ablutionem. Tertio, propter cõformitatem limosæ terræ immundæ ad hominem. Nam cum libidine conceptum sicut e limo immundum, inducit animæ peccati originalis coinquinationem. Item limosa terra est lubrica, & sic homo pronus ad malum. Item est infestiua propter exhalationes corruptas, vt in paludibus: sic corpus inficit animam multiplici passione, & ex his omnibus habet homo humilitatis materiam.

3. propter conformitatem limosæ.

Vanitas hominis ex culpæ mutabilitate cõsideratur

Vanũ quid propriè.

Secundo, Vanitas ex culpæ mutabilitate consideratur. Vanum autem proprie dicitur, quod non pertingit ad finem suũ: Medicina datur propter sanitatem, quæ vana est si hoc non efficit, sic homo conditus est ad vitam æternã, quã si non consequitur vanus est. Impeditur autẽ propter peccatum, & ita fit similis vanitati, sc. rei omnino inutili, quantum ad vltimum finem, ideo peccator in peccato

1. viuens inutilis est. Et vanitas in scriptura accipitur pro multitudine. Cumque omnis homo hic viuẽs sit subiectus mutationi, generationi, corruptioni, augmentationi, alterationi, diminutioni, dicitur esse vniuersa vanitas. Ps. 38 quia participat illam vanitatem & mutabilitatem, quæ in vniuersis rebus reperitur. Rom. *Vanitati creatura subiecta est non volens*, sc. mutabilitati. in vno crescit homo, in altero decrescit spiritualiter & corporaliter.

Vanitas triplex.

Est ergò vanitas mutabilitatis, mortalitatis, curiositatis, scil quando non rectus finis intenditur, sed pulchritudo fœminarum, consideratio vitiorũ proximi, studiorum subtiliũ, & non ad te pertinentium, & circa ornatum omnem, &c. & vanitas iniquitatis, quæ inuenitur in peccatoribus, in cogitationibus. Ps. 93. *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.* Vel in affectionibus, vt quando quis inordinate diligit temporalia, quæ vana sunt, quale est quod non præbet præmiũ laboranti, nec fulcimentum innitenti, nec plenitudinem continenti, qualia sunt temporalia, pro quibus acquirendis multũ laborat auarus & vane Eccl 2. *Quid proderit homini de vniuerso labore suo*, &c. Item c. 4. *Vnus est, & secundum non habet*, &c. *& tamen laborare non cessat.*

De secũdo.

De secundo, Pro. 11. *Qui confidit in diuitijs suis, corruet* Ps 4. *Vt quid diligitis vanitatem:* Iob 27. *Diues cum dormierit, nihil secum auferet.*

De tertio.

De tertio, Eccl. 5. *Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias fructum non capiet ex eis.* Item peccatores sunt vani in locutionibus suis. Ps. 11. *Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum.* Item in operibus. Ier. 1. *Opera eorum vana sunt & risu digna.*

Hominis instabilitas

Tertio, Instabilitas notatur. *Dies eius sicut vmbra prætereunt.* Quãto enim dies maior, tanto vmbra corporis minor. Quia tunc sol est in cœlo altior, & capitibus nostris proximior, vnde corpus minus lumini opponitur, & ita fit vmbra minor: & si sol supra nos directe esset, nulla vmbra penitus appareret. Et ecõtrà. Sic est de homine, quãto dies prosperitatis est altior, tanto vmbra vitæ fit breuior. Eccl. 10. *Omnis potentatus, vita breuis*, quod fit vel ex inuidia ambitiosorum, vel ex immoderatione cibi, exercitij, &c. vel ex diuina prouidentia, vt ostendat dignitates mundi non esse appetendas, sed contemnendas.

Vita breuis vnde.

Quibus autem deficit dies prosperitatis temporalis, prolixior vmbra videtur, vt dicant Ier. 6. *Væ nobis, quia declinauit dies*, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi. Et ita breuis decursus vitæ humanæ, vt omnes possint dicere illud Iob. 8. *Sicut vmbra, dies nostri sunt super terram.* Quod & defunctus noster sciuit, ideo prosperauit bene facere, & vanitatem vanis relinquere.

Vita nostra lubrica, & multis comparata.

Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Iob. 10.

QUid gloriaris in malitia, O mortalis homo, qui potens es in iniquitate? quid lingua tua [illegible] lubrica, quae malitia. Psal. 51. Audi quid Iob dicat de vita sua caduca & misera [illegible]? Vita alia est naturalis [illegible], sed audi, Iac. 4. *Quae enim est vita vestra? vapor ad modicum parens.* Vita spiritualis quae est bonorum, & illa difficilis & rarior, de qua Gal. 2. *Vivo ego, iam non ego, vivit autem in me Christus.* Vita triumphalis, quae ex hac sequitur, vita sanctorum. Apoc. 5. *Iusti autem in perpetuum vivent.* Est infernalis, scil. malorum. 1. Tim. 5. *Vidua quae in deliciis est vivens, mortua est.* Vita gehennalis est damnatorum, qui habent vitam cum morte, & mortem cum vita. Psal. *Veniat mors super illos.* Et etsi ad [illegible] vitam accedimus, non habemus unde gloriemur, sed illa postulat humilitatem, opera bona, & spem in Deum, illiusque gloriam, non nostram. Haec autem vita humana est sicut tela araneae difficilis ad constituendum. Vide quibus homo indiget. Substantia eius est debilis, quia facile vento rumpitur. Iob 7. *Memento mei Deus, quia ventus est vita mea.* Destructio facillima, & reparatio impossibilis. Psal. *Defecit in dolore vita mea.* Per multos annos orditur, & subito scinditur. Isa. 38. *Praecisa est velut a texente vita mea. Et, Morieris tu, & non vives.* Ideo Deut. 28. *Erit vita tua quasi pendens ante te.* quod tota vita nostra est quasi in pendulo & incerto, & dicitur etiam, *Militia* Iob 7. *vita hominis super terram.* unde consideranda [illegible] secundum principium, medium & [illegible] Ingressum. Vita hominis, [illegible] malitia, egressum, super terram [illegible] factura. Quoad initium nullum animal habet ita vilem originem & fragile principium, sicut homo. In ventre enim menstruis nutritur, tandem nudus progreditur, & cum nascitur, ita impotens est, quod nisi aliunde iuvetur, nullo modo sustentatur. Deinde in progressu est militia laboriosissima, in qua quamdiu vivimus, in moeroribus & labore sumus. *Cunctis diebus quibus nunc milito.* Iob 14. Augustin. super illud Iacob 4. *Hanc dolores exterminant, honores deficiunt, & aeres morbidant, escae inflant, ieiunia macerant, ioci solvunt, tristitiae consumunt, solicitudo coarctat, securitas hebetat, divitiae iactant, paupertas deiicit, iuventus extollit, senectus incurvat, infirmitas frangit, moeror deprimit, & post haec omnia mors interimit, quae ita universis finem imponit, ut cum esse desierit, nec esse nec fuisse putetur.* Haec ille. Egressus est per mortem in terram. Comparatur itaque Vita haec primo Nubi. Sap. 2. *Transibit vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissolvetur, quae fugata est a radiis.* Videmus aliquando in nubibus quasi civitatem vel homines, animalia, turres, & similia, & in momento abeunt vestigia illa. Radij solares sunt morbi & febres a sole iustitiae. Nebula enim signat vitae praesentis turbationem. Sicut enim nebula turbulentae & debilis est naturae, ita quod ad calorem solis modicum evanescit; sic vita praesens ignorantiae & adversitatis turbine obscuratur, destruitur, & dissipatur, ut Sap. 2. dictum est. Signat etiam mundi labentis affluentiam. Sicut enim nebula est claritatis aeris obnubilativa, radiorum solarium interceptiva, viarum occultativa, viatorum & navigantium impeditiva, latronum amica, insidiantium conceptiva. Tempore enim nebuloso solent latrones facilius furari, & lupiones depraedari: sic nebula affluentiae mundanae, aerem conscientiae solet obnubilare per ignorantiam, lumen gratiae intercipere, mortales a recta via paradisi facere deviare, la-

Marginal notes: *Vita naturalis caduca.* — *Vita spiritualis.* — *Vita difficilis.* — *Vita triumphalis, vita sanctorum,* — *Vita gehennalis est damnatorum.* — *Vita humana sicut tela araneae.* — *Vita substantia.* — *Vita destructio.* — *Vita militia.* — *Vita hominis initium* — *Vita progressus.* — *Vitae hostes* — *Vita mundi comparatur.* — *Vitae praesentis turbatio e significat nebula*

tronibus sc. mundi peccatoribus, & lupis sc. dæmonibus esse amica, & eorum insidijs suffragari. Nam si mūdana prosperitas obnubilat cor humanum, minus potest manus diaboli præcaueri.
Nebula corrūpens. Lupinis fraudib. est amica. Nebula enim ista corrupta, quæ segetes, & vineas, & animalia corrumpit. Nam destructio prosperitatis mundanæ facit ipsa viuentibus multa mala. Soph. 1. Dies mūdanæ prosperitatis dicitur dies nebulæ & turbinis, dies tenebrarum & caliginis, dies tubæ & clangoris. De talibus peccatoribus diuitibus non durantibus. 2. Pet. 2. dicitur: *Hi sunt fontes sine aqua, nebulæ turbinibus agitata, quibus caligo tenebrarum reseruatur.* Item nebula significat mentis errantis ignorantiam, qua mundus totus circumdatus. Eccl. 24. *Sicut nebula texi omnem terram.* Item cor dolentis pœnitentiam. Quia quandoq; est generatiua pluuiæ, sui ipsius exhalatiua, & serenitatis post post suum transitum inductiua. Sic contritio & compunctio quando obnubilat aerem cordis nostri, solet ibi generare pluuiam lachrymarum, solet facere sursum ad Deum exhalare fumum deuotæ orationis, solet post suum transitum causare serenitatem conscientiæ.

Nebula à fidelib. quæ amanda, & quæ facit. Et talis nebula est à fidelibus amanda: quia est diuinæ maiestatis hospitatrix. Exod. 24. Lex data fuit in nebula à Deo. 3. Regum 8. *Nebula impleuit domum Domini.*
1. Et sequitur, *Dominus dixit quòd habitaret in*
2. *nebula.* In tali nebula superna claritas reuelatur, quia Spiritus sanctus illuminat cor contritum & nebulosum. Eccl. 50.
3. *Quasi stella matutina in medio nebulæ.* Per talem nebulam infirmitas peccati medicatur. Eccl. 43. *Medicina omnium dolorum in*
4. *festinatione nebulæ.* Mentis iniquitas expiatur. Isa. 44. *Quasi nebula peccata tua deluentur.*
5. Culpæ peruersitas explicatur, scil. per confessionem. Iob. 8. *Eleuabis in nebula vo-*
6. *cem tuam.* Æterna Deitas exoratur. Leuit. 16. *Positis super ignem aromatibus, nebula eorum & vapor operuerat oraculum.* In altari enim cordis aromata bonarum affectionum igni feruidæ charitatis superponuntur, & sicut nebula contritionis in oraculum Orationis eleuatur. Eccl. 43. *Aperti sunt thesauri, & euolauerunt nebulæ sicut aues.* De nube humanæ vanitatis potest dici illud Iob 30. *Velut nubes pertransijt salus mea.* Sicut enim nubes ex valde debili & rara materia est, inde est quod valde debilem habet substantiam, cum modo est, & modo non est. Sic humana vita & natura constituta est, nunquam in eodem statu permanens, & qui prius toti orbi magnus apparuerat, per mundanam potentiam fulgerauerat, nūquam amplius reperitur. Item nubes semper solet esse in alto, & signat eminentiam dignitatum, vbi quandoq; boni, quandoque mali ascendunt diuersimode. De bonis dicitur. Apoc. 14. *Vidi, & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similem filio hominis.* De malis, in persona Luciferi. Isai. 14. *Ascendam super altitudinem nubium.* Et cum nubes alias denotent viros altos, sufficientes & perfectos, quia sicut nubes eleuantur, mouentur, pluunt, coruscant, fulgurant atque tonant in concionibus, & sunt alti per contemplationem, mouentur per bonam operationem, coruscant per honestā conuersationē, pluunt per pietatem & operationem, tonāt per doctrinam & prædicationem, fulminant per iustitiam & correctionem, volunt ambitiosi illis præferri per superbiam & elationem, alti per superbiam, humidi per luxuriam, mobiles per inconstātiam, coruscantes per iactantiam, tonantes per discordiā, fulminantes per sæuitiā. De ijs potest dici illud Iudæ 1. *Hi sunt nubes sine aqua, quæ ventis circumferuntur.* Habent ergo obscuritatem, quia nubes. Impietatem, quia sine aqua. Impositatem, quia à ventis. Mobilitatem, quia circumfertur. Secundo, Vento. Iob. 7. *Memento Domine, quia ventus est vita mea.* Ventus dum flat, spirat & susurrat in aures, putamus rem esse magnam, quia & domos

Vita humana nubibus comparatur.

7.

8.

Viri perfecti operationes.

Vita vento cōparatur.

mos & arbores destruit, & paulò post abit, & in nihilum redigitur: sic homines se magnificant, & paulo post desinunt esse. Multi sunt sicut ventus, qui per mala consilia & colloquia non cessant alijs aliquid mali suggerere, & per adulationem aliquid sibilare. Venti est arbores agitare, aerem purgare, ignem inflammare, æstum temperare, naues transportare, fęces desiccare, paleas eleuare, omnia fœcundare. Diabolus quos non potest vento elationis, aut tentationis, aut successionis mouere, solet vento tribulationis concutere. Tertio, Pallon. Globus ille tanquam res magna apparet per aerem transit, sonitum emittit, resilit cadens in terram, quam vix videtur attigisse, quisquis illum respicit, illi cedit, & nihil est nisi quædam pellicula animalis vento repleta. Parvum fac foramen, abit ventus, contrahitur, & nihil est. Sic est de homine, cui si quis cedit, genua flectit, honorem defert, supplicationes offert, ille nihil respondet, timetur tamen, & honoratur. Postea accedit aliqua infirmitas, debilitatur, deijcitur in terrã, in angustum sepulcrum, & ostenditur, quod tantum ventus fuerit inclusus. Quarto Vanitati, Psalm 143. *Homo vanitati similis factus est.* & Psalm. 38. *Vniuersa vanitas omnis homo viuens.* Herba illa in arbore crescens superius habet florem album rotundum apparentem, ac si res esset pretiosa: sufflas & hinc inde dispergitur: sic homo afflatu morbi extinguitur. Psalm. 102. *Dies eius tanquam flos agri sic efflorebit, quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, & non cognoscet amplius locum suum.* Omne enim illud quod est creatum, eo ipso quod creatum est, vel creatura, quandam habet naturalem vanitatem, quia a principio nata est deficere, & in nihilum tendere. Vnde Augustinus dic. Quod omnia tenderent in nihilum nisi Dei manutenentia tenerentur. Rom. 8. *Vanitati subiecta est omnis creatura non volens.*

Ventus quid.

Vita passim comparatur.

Vita vanitati comparatur.

Est & vanitas bonorum temporalium, quia mentem non satiant velut inania, quia innitentem fallunt, vt instabilia, quia spem frustrant velut mendacia & inutilia, veluti de pallon vel Vesica dictum est. Vanitas itaque est in diuitijs. Eccles. 5. *Qui amat diuitias, fructus non capiet ex eis,* quia vbi opes sunt plurimæ, multi comedēt eas. In delitiis, Eccl. 12. *Adolescentia & voluptas vana sunt.* In scientijs, Eccl. 2. *Sapientia perseuerauit mecum.* Sequitur: *Et vidi in omnibus esse vanitatem.* Ier. 4. *Doctrina vanitatis illorum lignum est.* In blanditijs vel amicitijs Psalm. *Veruntamen filij hominum mendaces* In pulchritudine. Prouerb. 31. *Fallax gratia, & vana pulchritudo.* In laborum sollicitudine. Eccl. 2. *Alius laborat in sapientia & doctrina, & sollicitudine, & homini otioso quæsita dimittet, in hoc ergo vanitas & magnum malum.* In verborum amplitudine. Psalm. *Quorum os locutum est vanitatem, dextera eorum,* &c. & Dauid ab his auocari, dic. *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.* Peccatores autem nec habent stabilitatem, nec vtilitatem, sed in omnibus vanitatem. Sap. 3. *Vani sunt omnes homines qui non habent scientiam.* Psalm. *Homo vanitati similis factus est,* &c. Peccator vanus est in sensu & cognitione. Ephes. 4. *Gens ambulans in vanitate sensus sui,* Ezech. 13. *Vident vana, & diuinant mendacia.* In corde & affectione, appetentes res inutiles & vanas. Ps. *Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem.* In verbo & locutione. Psalm. *Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum.* Et iterum, *Inquirebant mala, locuti sunt vanitates.* In mente & cogitatione. Psalm. *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.* In manuum operatione, Ierem. 51. *Vana sunt opera, & risu digna.* In habitu & conuersatione. 1. Pet. 1. *Redempti estis de vana vestra conuersatione.* In superbia & præsumptione, Iob. 5. *Vir vanus in superbiam erigetur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat.* Et illi, *qui in vanum accipiunt animam suam, nec iurant in dolo proximo suo.* Comparatur bullis, quæ oriun-

Vanitas in diuitijs.

Peccatores habent vanitatem in omnibus.

Vita comparatur bullæ.

L

riuntur in aquis tempore pluuiæ, & extinguuntur lapillo iniecto, vel ex seuo & aqua, videntur res pulchræ & alicuius momenti, & nihil sunt: sic homines propter nobilitatem, prudentiam, honores, diuitias, officia, &cæt. apparent magni, sed infirmitate aut morte accelerante, videntur quid sint. Iac. 4 *Vita nostra vapor est, ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.* Quare autem Propheta dicit non solum vanum hominem, sed vanitatem ipsam vanitatum.

Homo est epilogus mundi.

Nota. Homo est Epilogus totius mundi, & rerum omnium quæ in ipso sunt. Nam esse habet commune cum lapidibus, viuere cum arboribus, sentire cum animantibus, intelligere cum angelis. Terram habet in carne, aquam in humoribus, aerem in flatu, ignem in suo calore, cœlum in motu suo & operatione. *Omnis creatura est homo*, dic. S. Grego. in homil. super *Ite in orbem vniuersum.* Cum ergo homo sit epilogus omnium creaturarum, ergo & vanitas est omnium vanitatum illarum. Vide ergo ô homo cur superbias *

Vita imagini cõparatur.

Comparatur imagini. Psalm. *In imagine pertransit homo.* Imago nõ habet durabilem substantiam. Perit ergo homo sicut imago. Homo nauigans in flumine vel mari, ipsius imago est cum illo, sed quamprimũ se mouet aut abit, etiam illa non apparet: Sic est de homine nauigante in hoc flumine vitæ.

Imago non habet esse verum.

Sicut enim imago non habet esse verũ, sed fictum & simulatum, non habet etiam membra interiora, non potest etiam se mouere, cùm non habeat vitam.

Hypocritæ sunt picta Idola.

Sic hypocritæ, qui sunt picta idola, & nihil habent sanctitatis. De factoribus idolorum, Isa. 44. *Fecit imaginem viri, quasi speciosum hominem habitantem in domo.* Nec se potest iuuare, dicitur Sap. 13. *Imago enim est, & opus illi est adiutorium.*

Bona mũdi possunt dici Imago.

Bona etiam mundi possunt dici imago, vel similitudo quædam bonorum æternorum. Prosperitas enim & vita præsens est, sicut imago, quę apparet in aqua, quę ad motum aquæ statim turbatur. Debilẽ enim valde habet existentiam, ita quod facillime dissipatur: quia metus tribulationum, mortis, infirmitatis, paupertatis, aduersitatis istam imaginem facile conturbat, destruit, annihilat & subuertit. Ps. *Imaginem ipsorum ad nihilum rediges.*

Imago bona vir perfectus, & quid facere debeas.

De bona imagine, id est, de viro perfecto possumus dicere illud, Sap. 7. *Candor enim est lucis æternæ, speculum sine macula, & imago bonitatis.* Iob. 4. *Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum, imago coram oculis meis.* Si nos volumus esse Dei, & sanctorum imagines & figuræ, debemus firmiter collocari per animorum stabilitatem, quia vt plurimum statuæ illæ sunt ex metallo lapide vel ligno durissimo, imitari per meliorum conformitatem, & publicè demonstrari per exemplorum claritatem.

Imagines quędam debiles.

Sed sunt multæ imagines debiles non stabiles, fluidæ no solidæ, deficientes & non permanentes.

Imago terrea auarum.

Imago terrea signat auaros in terreis & temporalibus occupatos Isa. 51. *Posuisti vt terram corpus tuum.* Cuilibet auaro potest dicere diabolus illud, Ierem. 2. *Transire vos feci per desertum, per terram inhabitabilem & imaginẽ mortis, per terram sitis & inuiam, in qua non ambulauit vir, nec homo habitauit.*

Imago vitrea superbis.

Imago vitrea superbos qui volunt relucere per superbiam & inanem gloriam. Abac. 3. *Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius.* Superbo tali potest dici illud, Isai. 44. Quod diabolus fecit imaginem, quasi speciosi hominis habitantis in domo. & Ezech. 7. dicitur, quod ornamenta monilium suorum in superbiam posuerũt, & imagines abominationum suarum fecerunt ex eo.

Imago cerea luxuriosus.

Cerea luxuriosos, qui modico igne carnalis concupiscentiæ excitantur, & in libidinem resoluuntur. Psalm. *Sicut cera quæ fluit, auferentur, supercecidit ignis, & non viderunt solem.* Vnde mulieri luxuriosæ dicitur Ezech. 16 *Fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es.* Vnde est illa imago bestiæ, de qua Apoc. 3. quod diabolus dicit habitantibus super terrã, quod

faciant

faciant ipsi imaginem, quæ habet plagam gladij. Aqua iracūdos notat. Quia imago in aqua apparens ad modicum aquæ motum perturbatur. Sic iracundi modica occasione irritantur. Psal. *[illegible] mea.* Et alibi: *Turbati sunt & moti sunt, sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est.* Psalm. *[illegible] pertransit homo*, sed & [illegible] conturbatur. Imago in speculo [illegible] solet arridere, & a tristem tristitiam simulare. Sic adulatores [illegible] se conformare gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus, iuxta illud [illegible]. *[illegible] quid quis volebat conuertebatur.* Imago vero in muro signat hypocritas deceptores. Isti enim more talis imaginis pulchri & honesti apparent [illegible], qui sunt lutei & lapidei, id est, peccatores & infecti interius. Act. 23. *[illegible] paries dealbate.* Hypocrita [illegible] imago mortis, quæ non potest se [illegible]. Sap. 15. *[illegible] dat in[illegible] [illegible], & diligit mortuæ imaginis effigiem [illegible].* Habent alij imaginem porci per [illegible], Leonis per superbiam, [illegible] per [illegible], talpæ cæcæ per [illegible]. Bruti per pigritiam. Comparatur [illegible], Iob 14. *[illegible] velut [illegible] in eodem statu permanet.* Vnde [illegible] est vmbra: quia [illegible] ipse vanitas est. V[illegible] [illegible], mane [illegible] quo [illegible], vespere omnino dispa[illegible] habi[illegible] vitæ suæ, sed hæc [illegible] valde deficit. Vmbra [illegible] corpus, sed corporum si[illegible] nihil habet de stabilitate, [illegible] autem de mobilitate. Semper [illegible] solet vmbra, quæ a sole causatur, vel a luna [illegible] & fugere, aut crescendo & decrescendo fluere, & nunquam per [illegible] momentū constare, aut [illegible] manere, quādiu c[illegible]pus, cuius vmbra est, [illegible] superesse, quo tamen amoto statim solet deficere & cessare. Et quia motū lunę & solis sequitur, ideò [illegible] continue & mouetur. Sic humana vita non est stabilis, fugax & non tenax, transiens & non manens, ex quo incipit non cessat currere amplius. [illegible] motū solis & lunæ, id est, [illegible] in ordinatione Dei de ætate in ætatē, de statu in statū continue trāsire, quousq; amoto corpore per mortē contingat ipsum penitus deperire. Et ideo cōditionē suā mortalē cogitans Dauid, dic. *[illegible] vmbra declinauit, abiatus sum*, &c. & hęc vmbra patet per Is. 38. vbi Ezechias rex Iuda postquā audijsset, quod esset in proximo moriturus, & quindecim annorū dilationē impetrasset, signū dictæ prolongationis vmbram horologij accepisse dicitur. Et sicut vmbra est similitudo, sic vita nostra similitudo futuræ beatæ. Ps. *Dies mei sicut vmbra* &c. Et Dauid dicebat 1. Par. 19. de vitæ vanitate. *Peregrini & aduenæ sumus coram te: dies nostri sicut vmbra super terrā, & nulla est mora.* Significat etiā vmbra mūdanā possessionē, quia cito trāseūt. Sap. 5. *Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarū iactātia? Transierunt omnia [illegible] sicut vmbra.* Vmbra prædicta habet proprietates plurimas. Caloris solis repressiua, sic vmbra mūdanæ prosperitatis, reprimit calorem charitatis, obscurat splendorē veritatis, retardat maturitatē honestatis, generat mœrorē tristitię & sanctitatis, nutrit & [illegible] serpētes, id est, cōmunitatem [illegible] malignę societatis. Quia illi qui [illegible] vmbra prosperitatis, carēt feruore dilectionis. Et sic Ionas fecit sibi vmbraculum propter æstū. Ion. 4. Caret splendore cognitionis, quia quæ ad salutē sunt, illis sunt obscura. Iob. *[illegible] eius [illegible] & vmbra mortis*, & loquitur de die prosperitatis. Caret maturitate honestę conuersationis, quia qui gaudent in vmbra prosperitatis, sunt insolētes & [illegible]. Ezech. 17 *[illegible] volatile sub vmbra [illegible] nidificabat.* Habet melācholiā [illegible]. Ps. *Humiliasti nos in loco* [illegible]. Habet serpētes, id est, homi-

Imago aquæ iracundus.

Imago in speculo adulator.

Imago in muro hypocrita.

Imago mortis hypocrita.

Imagines bestiarum.

Vita humana cōparatur vmbræ.

Vmbra quid.

Vitæ vanitas.

Vmbræ proprietates.

Vmbra prosperitatis mundanæ.

homines omnes peruersæ conditionis. Quia sæpe fit hodie, quod illi qui sunt amplius peruersi & serpentes, sunt in vmbra prosperitatis maiores officiales & diuites. Vnde de Behemoth, Iob 40. quod *in vmbra dormit, in secreto calami, in locis humentibus.* Comparatur flori, quia mundi prosperitas & consolatio est transitoria, quia habet naturam valde debilem, & facilè decidit. 1. Pet. 1 *Gloria eius quasi flos fœni, exsiccatum est fœnum, & cecidit flos.* Flos est pulcher aspectu, odoratu suauis, tactu leuis, gratus, propter fructum aliquando etiam nullum & inane, tamen omnes mane luxuriant, vesperi marcescũt, aut à messoribus demetuntur, vel ab hominibus decerpuntur, & in vanos vsus vel commoda trãsferuntur sic est de homine, *qui quasi flos egreditur & conteritur,* Iob. 14 *& fugit velut vmbra.* Comparatur fœno. Psal. 36. *Tanquam fœnum velociter arescent.* Cum fœnum sit herba, quæ pro pabulo ignium, vel pastura animalium colligitur & siccatur, quæ scil. eodem anno, quo nascitur, è terra euellitur, & cùm ardorem solis sustinere non possit, virore & humore facilè spoliatur, per fœnum denotantur omnia, quæ facilè possunt deficere vel solent, vt mundi prosperitas quæ facilè pallescit. Ista est cibus iumentorum, id est, hominum rudium mundanorum. Psalm. *Producens fœnum iumentis & herbam seruituti hominum.* Ista etiam est quæ cito solet crescere & decrescere. Isai. 40. *Omnis gloria eius, quasi flos fœni.* Iacob. 1. *Exortus est sol cum ardore suo, & arescit fœnum, & flos eius decidit.* Ardor enim aduersitatis facilè desiccat fœnũ, & florem prosperitatis. Item marcescens carnis formositas, Isa. 40. *Omnis caro fœnum.* Et ibidem *Verè fœnum est populus.* Cito enim per antiquitatem vel mortem deficit, Eccl. 14. *Omnis caro sicut fœnum veterascet.* Isai. 40. *Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos, & decor vultus eius deperijt.* Labilitas vitæ, quæ hodie est & cras perijt, Matthæ. 6. *Fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur.* Malorum prauitas. Ipsi enim peccatores fœnum dicuntur, quia parum in viriore suæ prosperitatis durabunt, imo per mortem siccabuntur, & à dæmonibus deuorabuntur, & inferni incendijs cremabuntur & exsiccabuntur, 4 Reg. 19 *Facti sunt sicut fœnum agri, & virens herba tectorum, quæ arefacta est antequam veniat ad maturitatem.* Psalm. *Fiant sicut fœnum tectorum* & hoc quoad exsiccationem. Deuorabuntur. Iob 40. *Quod fœnum quasi bos comedet.* Apoc. 8. *Omne fœnum viride combustum est.* Comparatur rori Oseæ 6. *Et quasi ros mane pertransiens.* Ros est quædam aëris impressio frigida & humida, quæ in medio aëris generatur, & hic ad nos deriuatur: qui facilè applicatur vitæ humanæ, prout ventus vel aër. Comparatur spumæ Sap. 5. *Et quasi spuma, quæ a procella dispergitur.* Vide de Bulla. Comparatur fauillæ, Iob 50. *Et sicut fauilla, quæ cito dispergitur.* Differentia est inter scintillam & fauillam, quia scintilla dicitur dum est, fauilla dum est extincta. Dum igitur fauilla idē est quod cinis vel particula valdè parua cineris, intelligitur humanæ cõditionis vilitas, vel resolutionis mortalis Iob 30. *Cõparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri.* Sic etiã diuitiarum vilitas vel terrenæ possessionis, quia more fauillarum cito dispergitur & cito congregatur. Bona enim mundi vel etiam ipsa vita humana sunt sicut paleæ ante faciem venti, aut sicut fauilla, quam turbo dispergit. Iob. 21. Isai. 1 *Erit fortitudo vestra, vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla.* Isai. 5. *Radix eorum velut fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascendet.* Comparatur vmbræ. Psalm. 108. *Et sicut vmbra, quæ declinat, ablatus sum.* vt suprà. Comparatur herbæ virenti vel gramini. Psalm. 89. *Mane sicut herba transeat, vespere decidat, induret & arescat.* Mundi enim prosperitas herba est, quia facilè perit & desiccatur. Isai. 15. *Aruit herba, defecit semen.* In hac herba mali lætan-

Vita flori cõparatur.

Flos quid.

Vita fœno cõparatur.

Fœnũ quid.

Fœnum est populus.

Peccatores fœnum.

Vita cõparatur rori.

Vita comparatur spumæ.

Vita comparatur fauillæ.

Bona mundi paleæ.

Vita comparatur herbæ.

Vita herbæ virenti cõparatur.

ducentur, Ierem. 50. *Exultatis & magna loquimini, diripientes hæreditatem meam, quoniam effusi estis sicut vituli super herbam, & mugistis sicut tauri.* In hac etiam corda mutantur, ut [illegible] mentem a- lienam & furorem inducit, semenque e- ius nutritiuum est & somnium gene- rat. Dicitur Daniel. 4. de rege superbissi- mo Nabuchodonosore, qui in bestiam mutatus est, dicitur sic. *Alligetur vinculo ferreo in herbis quæ foris sunt.* Sequitur: *Et cum bestiis pars eius in herba terræ & cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei.* Prospe- ritatis flos & pulchritudo comparatur carecto, de quo dicitur Iob 8. quod dum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit. Cōparatur araneæ, Psal. 89. *Anni nostri sicut aranea meditabuntur.* De tela illius superius diximus. Comparatur ceræ, Psal. 75. *Sicut cera quæ fluit, auferentur; supercecidit ignis, & non viderunt solem.* Quanto labore apum fit, & quam citò resoluitur? Comparatur stipulæ, Iob 13. *Stipulam siccam persequeris.* Illa enim vacua est sine fructu, non diu durat, & ocius sub terram vertitur. Comparatur folio, Iob 13. *Contra folium, quod à vento rapitur, ostendis potentiam tuam.* Mane hæret vel in æstate, in hyeme vel vespere aridum est, & congregatur in ignē, etiam si sit ex bona arbore & fructuosa, etiam si sit odoriferum & pulchrum. Comparatur pulueri, Psal. 74. *Sicut puluis ante faciem venti.* Puluis est illud quod remanet post consumptionem & resolutionem corporum. Sic vere solus puluis terræ & cinis remanet post mortē corporum humanorum. Puluis ex propria cōditione facile vento rapitur, mixtus aquæ lutum efficitur, vestem mundam quam tangit maculat, & per eum inficitur. Sic vita carnis læditur vento tribulationis, mixta cum aqua diuitiarū facile transit in lutum peccati & corruptionis, & vestem mundam, id est, animam sibi coniunctam inficit vitio concupiscentiæ & dilectionis. Homo puluis Psal. *Comminuam eos, sicut puluerem ante faciem venti, vt lutum platearū delebo eos.* Iob 7. *Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris.* Reuerteris in puluerem, hic est terminus in quem. De pulueribus fiunt antidota & electuaria medicinalia, confectiones, calces, cementa, sed ad postremum pulueres sunt & vanescunt. Comparatur cineri, quia est illud quod remanet à re combusta post combustionem, Iob 13. *Memoria vestra comparabitur cineri.* Psal. *Recordatus est quia puluis sumus.* Itē. *Memento homo, quod cinis es, & in cinerem reuerteris,* Sap. 2. *Cinis extinctus erit corpus nostrū.* Diuitiæ etiam cineres vocantur. Cinis enim ignem conseruat, terram vbi seminatur, facit sterilem, & à vento facilè dispellitur & difficulter congregatur: Sic diuitiæ ignem auaritiæ seruant & nutriunt, terram cordis in qua per amorem sunt seminatæ, sterilem à bonis operibus efficiunt a vento alicuius casus & infortunij vel tribulationum facile possunt perdi, quæ tamen & cum labore difficulter possunt acquiri. Et sicut antiquitus aspersio cineris erat signum fletus & doloris: sic hodie aspersio & acquisitio diuitiarum, fletum, & dolorem ac tristitiam notat. Semper enim sunt diuitiæ cum doloribus & timoribus admixtæ, Psalm. *Cinerem, tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebā.* De vili conuersatione peccatoris dicitur, Sap. 15. *Cinis est cor eius, & luto vilior vita eius.* Ecce quomodo vita nostra non rebus magnis, sed vilissimis & debilissimis assimilatur: & tamen gloriaris, ô miser, in miseria tanta & in misericordia Dei præsumis, Iob 14. *Breues dies hominis sunt. Dies mei breuiabuntur. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui?* Iob 17 & 10. Isai. 38. *De mane vsque ad vesperam finies me.* Imo comparatur Nihilo. Iob 7. *Parce mihi Domine, nihil enim sunt dies mei.* Nam si tempus vitæ nostræ conferamus cum æterno, vel primo die sæculorum vsque ad vltimum mundi, quæ

Vita cōparatur araneæ.
Vita ceræ cōparatur.
Vita comparatur stipulæ.
Vita comparatur folio.
Vita cōparatur pulueri.
Puluis quid?
Antidota ex pulueribus.
Vita cineri cōparatur.
Diuitiæ sūt cineres.
Cineris aspersio signū fletus.
Vita vilissimis assimilatur.
Vita nihilo cōparatur.

erit comparatio, Psal. In. *Quia melior est vna dies in atrijs tuis super millia*, Psal. *Mill. anni sicut dies hesterna quae praeteriit.* Et nihil sumus post mortem: obliuiscuntur nostri, calcant nos, proijciunt ossa, monumenta, saxa, &c. Et nota. Quando mortui hominis cadauer in pheretro ad sepulchrum portatur, omnia membra rigent, excepto solo capite, quod hinc inde mouetur, sicut folium. Et causa est quia mouere caput in sacra Scriptura est subsannare, 4 Reg. 19. *Spreuit & subsannauit te, & post tergum tuum caput mouit filia Hierusalem*, Ps. 30. *Factus sum opprobrium illis, viderunt me & mouerunt capita sua.* Item Psalm. 108. & Matth. 27. *Blasphemauerunt eum, mouentes capita sua, dicentes Vah qui destruis.* Et hic mos est nostrorum temporum adhuc. Sic defunctus ille mouet caput & deridet nos, in eo, quod omnem cogitatum nostrum in mundum iactemus. Mors ipsa sibilat & ridet nos mortales. Quid ergo nos illam deridemus, cum nemini parcat, omnes e vestigio sequatur, S. Bernardus. *Non moribus, non sapientiae, non aetati denique parcit. Nihil terribilius morte neq; crudelius, [illegible] ad aspiciendos homines caeca, ad audiendas preces surda, ad omnes mortales citra vllam existimationem pertinens, immisericors, atrox, neque bonorum, neque malorum habens rationem aliquam.* Haec ille. Neq. matri vitae, neque vitae, ipsi Christo, scil. pepercit, Ioan. 14. *Ego sum via, veritas & vita.* Ornate vos purpura, congregate diuitias, torquete pauperes, opprimite viduas & pupillos, facite pro libitu, coronate vos rosis & superueniet cum minus cogitabitis, qui vos e medio tollet, vos milites, latrones, bellici, aulici, caulici, causidici, & quaecunque nomina habetis, aduertite. In omnibus rebus solemus dicere. Veniet statim aestas? fortassis. Erimus Victores? Fortassis. Ducet ille vxorem? fortassis: Ibimus ad nuptias? Fortassis. Moriemur? Omnino. Et non fortassis. Et tamen nemo se praeparat aut credit, nisi quando iam videt se agonizare.

Caput mouetur in defuncto quando portatur ad sepulchrum & quare.

Mors nemini parcit.

Fortassis in omnib. dici potest sed non de morte.

Medici inuenerunt medicinam de conseruanda valetudine praeseruatiua, confortatiua &c. Sed non liberatiua a morte. Huc pertinet illud, quod Mors statuta sit propter homines, & propter nullam aliam creaturam. Ita enim ait Apostolus: (notate verba singula) *Statutum est omnibus hominibus semel mori.* Primo, Mors est statutum. Secundo, Vniuersale, quia omnibus. Tertio, quod solis hominibus. Quarto, quod statutū semel. Quinto, Mori. Aduertite. Omnia regna, dominia, ciuitates, societates, &c. habent sua generalia, aut particularia statuta, iuxta quae se dirigunt. Cum autem sint tria regna principalia Caeli, mundi & inferni debent habere diuersa statuta. Regnum caelorum hoc habet, quod ibi nemo moriatur. Regnum infernale, quod ibi semper & in aeternum moriantur, quia ibi mors perpetua. Regnum mundi, quod est intermedium, quod moriantur omnes, respectu caeli vbi nemo moritur, quodq; semel tantum, respectu inferni, vbi semper & in perpetuum. Statutum vel lex est pro omnibus incolis illius Regni, sic mors pro omnibus incolis huius mundi. Praeterea non erat creatus a Deo, vt moreretur, sed vt hic viueret per diuinam gratiam & Originalem iustitiam, & in caelis per aeternā gloriam. Sed [illegible] praeceptum de pomo non comedendo [illegible] secundum diuinam sententiam adiudicatus fuit morti. Secundum, Omnibus, quod hic latius non explicabo. Tertium Hominibus. Quia licet animantia omnia moriantur, nō tamen ex hoc decreto, & ratione nō vtuntur, nec peccare possunt. Quartum, semel mori, in quo falluntur opiniones Platonis dic. secundum Pythagorū: *Mors non est aliud quam animae & corporis a se inuicem dissolutio.* Et Aristot. *Mors est recessus animae a corpore.* Quod sic fieri saepe posset sed melius intellexit Apostolus dic. *semel mori.* Et error Platonis qui dicebat post annū magnū qui est 36000. homines.

Mortē medicorū confortatiua non iuuant.

Mors propter homines solum statuta.

Mors est statutū quale.

Regnum caelorum.

Regnum infernale.

Regnum mundi.

Homo non erat creatus, vt moreretur.

Statutum illud Omnibus.

Hominibus.

Semel mori.

homines iterum iidem nascentur & mo- riuntur, quod esset in infinitum. Deus nõ [illegible] sæpè mori, quod faciunt pec- [illegible], quoties peccant, Ezec. 18. *Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur.* Mori aūt [illegible] omnem pompam & vani- tatem [illegible], officia, dignitates, honores, titulos, delitias, diuitias. Mori [illegible] tentationes diaboli in [illegible] periculo mortis, quando etiã [illegible] peccata, ostendet illi [illegible] omnes iniquitates, [illegible] addiscere, vel in [illegible] Dei misericordia præ- sumptionem, [illegible] toto corde côteratur de peccatis [illegible]. Mori est dimittere ani- mam [illegible] nisi die [illegible]. Mori est luctari cũ morte, quod [illegible] est, & nõ habet [illegible] hoc mundo, [illegible] longinquũ, ignotum [illegible] via, hospitio futuro, iu- [illegible] & aliis tunc occurrenti- bus [illegible], incipit, & maximè quia [illegible] te. S. Bernard. *[illegible]* Hæc il- [illegible] habitationes & palatia [illegible] delica- [illegible] vnam fe- [illegible] loco lectuli ossa [illegible], loco [illegible], caput nu- dum [illegible] cute & carne, loco [illegible] loco tegumé- ti, [illegible], loco socij, duros lapides, loco [illegible] conuersationis vermes [illegible] parcẽ- tes, [illegible] pes- simum, [illegible] non possunt exprimi [illegible] illius verbi, Mori. [illegible] liberos, [illegible] inuentiones fa- ciendi adhuc multa, & his similia. De- functus noster erat in hoc sapientissi- mus, qui [illegible] his secum perpendebat, & sciebat illud Psal. In illa die peribunt omnes cogitationes eorum, quæ cogita- uit & potuit bene facere, fecit, & omné diem supremum sibi illuxisse putauit. Vnde & frequenter communicauit & confessus est, eleemosynas dedit & ope- ra charitatis exercuit, verum oportebat statutũ huius Regni implere & exequi, etiã iuxta statutum Regni cælestis pos- sit in æternum viuere. *Qualis enim exierit de hac vita*, August. super Psal. *talis reddetur illi vitæ.*

Mori quid vide [illegible] notum.

Quod viui magis mortui sint, quàm viuant:

Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum, sed nos, qui viuimus, benedicimus Domino. Psal. 113.

Conuerto oculos meos huc & illuc, & video magis cũ mortuis quã cũ vi- uis loqui, videor videre nos magis mor- tuos, quã viuos. Et si non creditis, intel- ligite miseriam vestram iuxta sapientum traditiones sunt 7 ætates. Infantia, pue- ritia, adolescentia, iuuentus, virilitas, senectus & ætas decrepita. Prima, durat ad octo annos. Secũda ab his ad 15. annũ. Tertia ab his ad 22. Quartum vsq; ad 30. Quintũ ad 40. Sextũ ad 60. Septimũ vsq; ad vltimũ terminũ. Si homo se regulari- ter seruat, certũ est quod prologet vita, & secus. & defectus vitæ quid est, nisi vitæ priuatio, & Mors ipsa. Ex hoc col- ligitur, quod vnaquæq; ætas iã aliquid amiserit ex annis huius vitæ; prout ætas fuerit, & secum sub morte militat, quid fa- cietis ergo decrepiti? Nauigatio vestra cessabit, vinũ exhaustũ est, &c. & quia plures partes ætatum vestrarum sint e- mortuæ, verum est, quod non sitis ita viui, quàm mortui. Audite Senecam.

Homines magis sunt mortui, quã viui.

Aetates 7. quæ & quando.

Mors

Mors ætates.

Mors infantiæ est pueritia, mors pueritiæ est adolescentia, mors adolescentiæ est virilitas, mors virilitatis est senectus, mors senectutis est decrepita ætas, mors decrepitæ ætatis est mors ipsa. Et iuxta Christianos Mors mortis, est vita æterna.

Homo comparatur fructui.

Nota quod homo fructui comparatur, Deut. 7. *Benedictus fructus ventris tui*, Et Act. 2. *De fructu lumbi eius sedere super sedem eius.* Quæ est ista proportio? Fructus venit ab arbore vel planta, qui nos pascit, non à muliere, cuius fructus nos non pascit, sed attenet. Ideo fructus appellatur homo, quando incipit prodire, primo emittit gemmam, postea dilatat se in florem, tandem in fructum exit, qui solidus est & maturescit, ita tamen vt à levi vento facilè in terram deiiciatur: Fit etiam sæpe, quod gemma marcescat, & arescat, vt neque flos neque fructus sequatur.

Homo in principio gemma pueritiæ.

Sic homo est principio gemma pueritiæ & adolescentiæ, flos in iuventute, fructus solidus in viriditate sua, maturitas in senectute sua & facili tempestate in tumulum deiicitur. Vide iam o homo, si vixisti 20. annos iam emortua est in te gemma, in 30. anno flos, in 50. fructus, quid reliquum est nisi putrescens senectus? sed o quot in gemma, quot in flore, fructu, & maturitate moriuntur? Propterea sapiens quidam dicebat. Nos nunc mortui sumus, corpus enim nostrum nobis sepulchrum est. Et sicut aquæ, dilabimur super terram, quę non revertentur. Aquæ habent procellas suas, quæ inuicem se sequuntur & minuuntur, sic nos post parentes, amicos, alij post nos. Augustinus. Nascuntur homines, moriūtur: & alijs morientibus, alij nascuntur, succedunt, accedūt & discedūt, nec manebūt. Itē aqua est infructuosæ sterilitatis.

Aquæ procellæ inuicem se sequuntur.

Vita cōparatur aquæ

Nam sicut aqua quando nimis abundat facit arbores & herbas ibi contentas arescere, eo quod consopit in eis calorem naturalem: Sic prosperitas mundi, illos, in quibus nimis abundat, facit ab humore & virore gratiæ arescere & per cōsequens à fructu bonorum operum desiccari, vt dicat homo illud, Psalm. *Aruit tanquam testa virtus mea.* Nam sicut arbores & herbæ, quæ circa aquam inueniuntur, communiter infructuosæ sunt, vt salices & iuncus, sic qui circa aquas mundanæ prosperitatis sunt plantati per desiderium & affectum, communiter fructu bonorum operum carent. Aqua aduersitatis est de qua Psal. *Saluum me fac Deus*, &c. Secundo est labilis quia habet debilē existentiam.

Aqua labilis.

Aqua secundùm Philosophos, non sistitur termino proprio, sicut corpora solida, imo quantum de se est semper labitur atque fluit. Sic mundi prosperitates, siue sint diuitiæ, siue delitiæ, siue scientiæ, siue eminentiæ, siue pulchritudo, siue fortitudo, continuè sunt in fluxu. Tantæ enim sunt debilitatis, quod semper cito, facilè, continuè & quotidiè variantur, alterantur, deficiūt pereunt & labuntur, 2. Reg. 14. dic. Tecuitis. *Omnes morimur, & quasi aquæ. Et nunquam in eadem statu permanent.* Aliquando ibi apparet cinis & puluis terrenæ facultatis ex qua surgit peccatum auaritiæ. Aliquando sanguineitas crudelitatis ex qua nascitur peccatum iracundiæ. Psal. Conuertit aquas eorum in sanguinē. Aliquando ceruleitatis curiositas, ex qua oritur peccatum lasciuiæ & luxuriæ. Aliquando areitas pomposit atis, Psal. *Ad nihilum deuenient*, sicut mūdi prospera, *tanquam aqua decurrens.* Tertio, Aqua periculosæ aduersitatis vt in mari, vbi aqua est multum amara, & maris sunt infinita pericula, fluctus, motus, nebulæ, ventus & submersiones nauium.

Aqua periculosæ aduersitatis.

Sic aqua prosperitatis multas habet amaritudines & sapores, mœrores & dolores, miserias, angustias & labores, Ibi est ventus superbiæ, nebula ignorantiæ, fluctus inuidiæ, motus iracundiæ: & ideo nauis ibi existens, id est, anima, seu homo multis laboribus, periculis & peccatis subiacet, ita quod etiam quandoq; per damnationē æternam submergitur in pro-

in profundum. Qui mare vidit, vidit & [illegible] ad [illegible] voluentur & [illegible] pre- [illegible] pulchritu- [illegible] Sic aliarum ætatum. [illegible] post illum filius sic alij in [illegible] Velut ex alio vnda, iacta a- [illegible] superuenientibus in [illegible] [illegible] æternitatis [illegible] illudentur ætates. Itē [illegible] descendentes ex montibus & [illegible] fluuium, currentem in ma- re [illegible] finem suum. Aliæ ex [illegible] eidem [illegible] : Nam mare, fi- [illegible] est [illegible] fluuiorum. Sic homines, [illegible] ad [illegible] mortem defluūt, [illegible] omnium hominum, & [illegible] Quomodo enim [illegible] collectus de pluuia, de [illegible] imbrium, [illegible] mare, nec appareret, quia neque apparebat, antequam pluuia [illegible] Sic hoc genus humanum [illegible] colligitur, & profluit in [illegible] occultum vertit D. [illegible] Ps. [illegible] dic. Olim [illegible] *[illegible] quæ [illegible] euanescit sed [illegible] quis vo- [illegible] ita corpus [illegible] videlicet ipsam [illegible] voluerit, qui ab [illegible] tur.* Præte- [illegible] aqua [illegible] vel paulomē- [illegible] absorbetur. sic homo in ter- [illegible] Aqua [illegible] mala vel bonæ sunt pro [illegible] quæ penetrant & [illegible] est vita nostra, si per bo- [illegible] concupiscentias, cogitati- [illegible] de vita Christia- *[illegible] qui bene viuerit: & [illegible] qui male vixerit.* Et Philoso phus: *[illegible] talis debet [illegible]* [illegible] similis est saltationi, quæ [illegible] tēpore Bac chanaliorum, [illegible] palatio prin- [illegible] vnus saltat vno pede cum facula, quā cadat alteri & ita

per ordinem. Sic videmus aliquamdiu [illegible] nostrum currere quia sollicitus est [illegible] in mundo [illegible] terrā [illegible] calcat [illegible] tandem [illegible] dat [illegible] de reliquis. Tandem omnes surgent [illegible] palatijs [illegible] sepulchris, & quisque redit ad domum suam, quam ædificauit sibi, bonis vel malis operibus. *[illegible] ibunt in vitam æternam, qui vero mala, in [illegible] æternum.* Hoc autem mirabilium mira- bilissimum est, quod cum omnes [illegible] re, ex omni ætate, cōditione [illegible] & di- gnitate videant homines, sine [illegible] per mortem abire, tamen faciunt, quasi ad illos nō spectaret Hieronymus *[illegible] nos esse credimus.* O quę demētia [illegible] ria vestra, Auditores. Similes estis Na- buchodonosori qui dicebat, Dan. 2 *Vidi somnium, & mēte confusus ignoro, quid viderim [illegible]* Et Daniel debebat interpretari quod alias cum rege non vidit nisi postea per reuelationem diuinam. Sic nos lamen- tamur cum funus videmus, amicorum & viduarum ploratus audimus, dicimus Moritur [illegible] Quando omnia [illegible] sunt, in obliuionem abeunt omnia, vt bene possit dici a nobis [illegible] memoria eorum cum sonitu [illegible] fune- bris Pulli gallinarum terrentur in gea- mine, quādo accipiter vnum cripit [illegible] statim recurrunt ad pascua: sic homi- nes. Et [illegible] audiens alterius occidendæ grunnitum. Sic nos deambulamus sine circūspectione & consideratione mor- tis, donec illa nos rapiat & [illegible] Et quando hoc videmus in alijs, dicimus, O Iesu, iste fortis, pulcher, doctus, sapi- ens, diues, &c. mortuus est, quo deuenit ipsius virtus & qualitas? Ille me monet, vt resipiscam & me præparem, quia di- uina voluntas &c. *[illegible] vel, [illegible]* ex- pectat nos Christus [illegible] tum demum incipimus [illegible]

Appendi- ces.

Simile de homi.

Simile de hydria.

Simile de aqua.

Vita sim. [illegible]

[illegible] mi- rabilium mi- rabilissimum apud homi- nes.

Hieronym.

Simile de somnio Na- buchodono.

Simile de pullis galli- narum & [illegible]

Simile de [illegible]

rum temporis industriasq́; petere. His paululum sedatis, redimus ad priorem vitam nostram. Et tamen. *Omnes nos morti seruamur & nutrimur* dic. Palladas. Cum ergo sciamus morti & propter vitam malam tradendos esse diabolo, quę malitia, inertia, dilatio, spes & consolatio nostra? Audite D. Gregorium *Qui considerat, qualis erit in morte, semper pauidus erit in operatione . nihil quod transit, appetit, cunctis vitæ præteritæ desiderijs contradicit, atque inde in oculis sui conditoris viuit.* Hæc ille. Defunctus noster, licet aliquando spiritualiter mortuus fuit, tamen per gratiam diuinam reuixit & resurrexit ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, & quæ fecit & facere potuit, in honorem Dei & salutem animarum facta voluit, & sperauimus, sicut Deum in terris laudare, glorificare & benedicere non intermisit, ita benedictum Deum, benedictus ipse benedicere nō desinet, a Deo adiutus in æternum, cū omnibus sanctis & electis Dei.

Gregor.

De mundi contemptu.

Exiui a Patre & veni in mundum iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Ioan.16.

HAEC verba saluator noster locutus est ad discipulos, consolans eos de recessu ex hoc mundo, de mansionibus quas paraturus erat, & de Spiritu sancto quem missurus erat. Venit e regno cælorum, vt regnum mundi visitaret, & sibi parum placuit, vt & regna mundi sibi à diabolo sponte oblata respueret. Descendit, vt regnum dæmonum videret, sed vix quartam partem horæ ibi moratus est, saltem vt patres captiuos educeret, & secum cælos ascendens assumeret. Ex quo nec Christus, nec omnes Sancti in mundum reuertuntur, signum est mundum esse, cum omnibus suis pompis, honoribus delitijs, promissionibus, promotionibus & id genus alijs planè cōtemnendum. Vtinam hęc saperent mundani & intelligerent & cur viuimus, cur viuimus, quid sumus, quid erimus. Certe *oculos habent & non vident, aures habent, & non audiunt*, nec in eos cogitatione in hanc sinit descendere, vt miseriam huius mundi & vanitatem vanitatum aspernarentur, diuinisq́; se mancipa rent officijs. Natura certe omnes ad summum bonum constringit, vt illo potiamur perpetuo, cum hic non sit locus permanens Apostolo teste. Sed non possumus venire ad terminum, ad quē, nisi a termino, a quo, egrediamur: quocirca necessarium est, omnes mūdi pompas & vana omnia relinquamus, alias cælū obtinere non possumus. Quę autem comparatio inter æternum & caducum, inter fœlicissimum & miserrimū. Nec potest esse amicus Dei simul quis & amicus mundi. Nam mundus odit Deum. Si mundus vos odit, scitote quia priorem vobis me odio habuit. Et signum certissimum est vnionis cū Deo, si mundum infensum habuerimus. Attendite quæso, quam misere & infœliciter exulamus in hac lachrymarū valle, & continuo mortē expectamus. Quæ vero potest esse dilatio vel iucunditas? Et si volumus differre, non possumus; tandem cogimur, et capiui vitam fundere, & sic nos mundus deseret, vt non desunt exempla infinita. Notate etiam insignem dictum Platonis sententiā, huc valde conducibilem. Dicit enim *quando maiores sunt expensæ lucris, & mali sunt plures bonis, ac Domini terræ sunt mendaces, tunc illa ciuitas est relinquenda.* Videte iam, an mundus non sit talis ciuitas, in quam si confertis omnia bona corporis animi & fortunæ, nihil habebitis nisi miseriā multiplicem & vltimo ignem æternum. Vix aliqui habent pauculum incidium post omnia, præter id, quod de Regno Dei inueniunt. Colligite pariter iudæos, gentiles, hæreticos, schismaticos, malos Christianos & peccatores omnes & dicetis plures malos, quam bonos

Christus ex a cælis descendit.

Mūdus contemnendus, quia nec Christus, nec sancti in eu volūt manere aut redire.

Natura omnes ad summum bonum inuitat.

Mūdus contemnendus alias cæli non obtinetur.

Mundus odit Deum. Ioan.15

Ab exilio nostro, ut reuertamur.

A Platonis sententia.

A miseria mundi.

bonos. Nolo iam dicere de mendacijs mundi, Dominorum & qui terram inco lunt. Computare etiam mecum totum tempus vitæ nostræ, quid delectationis vel vtilitatis recipiemus ex vniuerso? [illegible] futurum incertam & præsens instabile. [illegible] mũdus [illegible], dat breuitatem in gaudium [illegible], dat mœrorem & sic de alijs. [illegible] dolore proferre debeo, innumeros [illegible] mundi mendacijs, & miserè perijsse. Rectius longe cogitauerunt Philosophi, qui omnem substantiam ex [illegible], vel in aquam proiecerunt, [illegible] philosopharentur, nullã gloriam [illegible] honores expetiuerunt, imò [illegible] fugerunt. Rectissime Apostoli & [illegible] Dei reliquerunt omnia & [illegible] Christi vestigia. Considera [illegible] ab infimo vsque ad summum [illegible] & à primo ad vltimũ quid [illegible] in mundo est, quod tantam [illegible] vel gratiam mereatur? [illegible] Bernard. *terra ruora, [illegible] aqua congelata, quæ [illegible] hoc carius emit [illegible] tecta & domos [illegible] nos a [illegible].* & vt Seneca [illegible]. Et homo quid [illegible] D. Bernard. *sperma [illegible] [illegible] verminum.* Vah quæ [illegible], quæ fœlicitas? Ad[illegible] inhabitã[illegible] ad imaginem Dei sunt creati [illegible], bestijs fiant similes. [illegible] immunditijs se im[illegible] nunquam quiescit, vt [illegible] lasciui[illegible] ratione superbiæ: Senectus [illegible] piget. Ita vt dum homines [illegible] conformes non [illegible] mundus, quia [illegible] laboribus & sudoribus ex [illegible] maledictione: *in sudore vultus tui [illegible]* aquæ sine labore [illegible] sine labore non pręstant [illegible], nec panem nec vinum, nec fructus, nec quidquid opus est. In cælo autem abundantia sine labore, vigilijs, curis & sudoribus, requies, concordia, gaudium, gloria, &c. Pauper hîc de penuria, indoctus de scientia, debilis de sanitate, &c. conqueritur, & quo plura habemus, eo plura cupimus, nec tamen assequimur; sed ibi erimus omnes abundantissimi & fœlicissimi, in omnibus. Cũmq; nõ possit exaturare cupiditatem nostram, omnino relinquendus est, sicut & Apostolus dicebat, *cui [illegible] so ut.* Hæc namque *vanitas vanitatem*, dare nobis nequit, quod æternum, quod optimũ, quod fœlix est, sed tribulos & spinas miseriarum. Hinc Iob. *Homo natus de muliere.* Respicite pericula in mũdo, nobis obuia & ineuitabilia. Discrutiãt nos fames, sitis, lassitudo, infirmitas, somnus, calor, frigus, mors, & mille similia: & non est homo, quem vnum illorum non affligat, non opprimat. Omnes tandem mors certissimè tollet, perierunt victores, Doctores, Pontifices, Imperatores, Philosophi, pauper, diues, &c. mundus verò non sequitur, similis arbori, quæ labore conseruatur, poma fert tandem putrida. Si adhuc non intelligitis, audite D. Augustinũ coloribus natiuis hominem depingentem. Quid ille? Sic loquitur de seipso: *Heu [illegible] vas [illegible] contra putredinis, plenum [illegible] & horrore, cæcus, pauper, nudus [illegible] necessitatibus [illegible] ingressus in mundum & exitum [illegible] & mortalis, cuius dies sicut vmbra [illegible] nescit, sicut [illegible] ex arbore [illegible] statim [illegible] fit, nũc floret & statim [illegible]. Vita [illegible] vita [illegible], vita caduca, quæ quanto magis procedit, tanto magis ad mortẽ accedit vita fallax et vmbratilis, plena laqueis mortis. Nũc gaudeo, statim tristor, nũc [illegible], statim infirmor, nũc viuo, statim morior, nunc foelix appareo, statim autem miser [illegible] rideo, iam fleo, sicque omnia mutabilitati subiacent, vt nihil vna hora in eodem statu permaneat. [illegible] timor, hinc tremor, hinc fames, hinc sitis, hinc calor, hinc frigus, hinc languor, inde dolor [illegible] sequitur hinc [illegible] mors, quæ [illegible]*

Cælũ abundans.
Vanitas vanitatem.
A periculis mundi.
A fine.
August. in serm. ad Erem.
Vita qualis

Inuectio cõtra mundanos. *se as omines quotidiè rapit.* Confundantur amodo & pereunt, qui domos luteas suas & palatia sua magnificant, cum Deus in stabulo & præsepio iacuerit, item, qui vestes, cum Deus pannis fuerit vinctus, qui diuitias, cum non haberet Christus pro se quod solueret vectigal, donec Petrus piscaretur piscem habentem in se numisma. Vos itaque agnoscite, quid, vbi, cur sitis, quidue futuri, quod longè a bestijs quæ ad mortalitatē creatę sunt, vos ad immortalitatem differatis, vt voluntarie & secure possitis ex hoc mūdo discedere, & venientes in Patria cælestē fidei conseruatæ laudari.

De periculo tardationis pœnitentiæ vsque ad mortem, & de periculis vel anxietatibus morientium.

Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis: Ait enim, Tempore accepto exaudiui te & in die tribulationis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, 2.Cor.6.

Beati qui hoc tempus acceptabile considerant. VEre beatos dixerim, qui cōsiderent hoc tempus acceptabile & odi ita faciant ne post iacturam rerum irrecuperab[ilium] [illegible] doleant, cùm carere incipiant & amplius recipere non possint. Quot putatis in inferno cruciari tātum ob iacturam temporis & negligentiam eorū quæ [illegible] sunt. Certe defuncti s noller [illegible] quidē potius labo[rare], ne gratiam temporis & salutem perdat [illegible] quid est homo nisi [illegible] infernalis? Peccauimus? reuertamur,

Peccator [illegible] infernalis. resipiscamus & naufragio tempestuoso nos amplius non committamus. Mare mundus est plenus turbinibus & fluctibus. *Hoc mare magnum & spatiosum,* Psal. 103 animalia, sunt diuersa inimicorum genera. *Mundus est mare.* Nauis est Sancta mater Ecclesia, quæ conglutinata est vinculo charitatis, Prouerb. [illegible] *Facta est quasi nauis institoris.* Super hanc nauem oportet nos nauigare ad patriam cælestem. Sed *Nauis S. Ecclesia.* hæc nauis per peccatum primorum parentum passa est naufragium, ex quo omnes filij eius, scilicet, S. ecclesiæ [illegible] ctati sunt super vadis maris, agitati turbinibus mundi, carnis & diaboli. *Nauis passa naufragium.* Vnde clamabat Dauid in persona omnium nostrum, Psalm 68. *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi.* Atq; qui filij Adę volunt liberari ab hoc naufragio necesse est primam apprehēdant tabulam, scil. S. Baptismum, per quem reparatur in nobis innocentia & gratia perdita. *Naufragij tabula [illegible].* Facto autem secundo naufragio per peccatum actuale mortale, si volumus saluari, necesse est secundam tabulam apprehendere, id est, pœnitentiam Hieronymus ad Demetriadē virginem. *Alteram [illegible] pœnitentiam.* *[illegible] pœnitentiam, ne facile peccemus, hæc [illegible] naufragium [illegible] fit tabula.* Ideo hortatur Apostolus, *ne in vacuum gratiam Dei recipiamus.* Sicut [illegible] aquam in vase perforato. Sunt autem [illegible] pericula ijs qui tēpus mortis, bona pœnitentiæ, non expectant. Primū, Consuetudinis. *Pericula [illegible] non pœnitentium ante mortem, Primum consuetudinis.* & hinc tam facile nō possunt a peccatis resurgere. Primo propter aggrauationem. Licet enim quādoq; consuetudo peccandi excuset in delictis, quo ad pœnā temporalem, tamē quo ad æternam non excusat, imo aggrauat. & consuetudo aliquando veniale peccatū facit mortale, scil. quando facit ipsum peccatum veniale placere, vt [illegible]. Gregor. *[illegible] grauiora sunt peccata, quæ [illegible] intelligitur [illegible]* 2 [illegible] Secūdō, quia consuetudo dat [illegible] possessionē [illegible] cōmunis est [illegible] & præscriptio [illegible] consuetudine peccati, illi dedit iurisdictionē super

3. habet vim pacti & æquipollet. Tertio propter assuefactionem. *Consuetudo enim est [illegible]. Eth. 7. Difficile est resistere [illegible] [illegible] malum naturæ.* Omne peccatum quod [illegible] facilè opprimitur inueteratum [illegible] robustius. Et qui in [illegible] corporis semper fuerunt, [illegible] dissoluti sunt, tardius ingre[illegible], [illegible] *[illegible]* *[illegible]* *[illegible]*. [illegible] peccatores per [illegible] quatriduanum intelliguntur. [illegible] Salomonis sententia Prou. 22. *[illegible] iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* sicut [illegible] Seneca, *[illegible]* *[illegible]* *[illegible]* *[illegible]*. Sed Eccl. 3. *[illegible] in nouissimo.* Ideo [illegible] *[illegible] duritiam tuam & impœnitens [illegible] thesaurizas tibi iram in die iræ.* [illegible] enim qui præscri[illegible] potest eam bona con[illegible], tanquam suam, quia [illegible] temporis possessionem [illegible] [illegible] diabo[illegible] animas vestras vsque ad [illegible] de iure Canonico possessor [illegible] fidei [illegible] tempore non [illegible], & diabolus sit malæ fidei possessor, tamen Deus vult punire [illegible] permittit [illegible] diabolo [illegible] possideri, faciet [illegible] iuris ciuilis in [illegible] longissimi temporis, sc. [illegible] attendatur in præscriptione [illegible] possidentis, sed negligentia [illegible] permittentis. Et hac non [illegible] possessionem [illegible], sed ad puniendam maximam negligentiam. [illegible] voluntatem [illegible] toto tempore vitæ suæ sub [illegible] permanentis. Tamẽ [illegible] ad mortem in peccatis ste[illegible], [illegible] contritio-nem, & tanta anxietate Deum deprecari, quod ipse interrumpi faceret hanc præscriptionem. Non enim Deus vult, quod præscriptio animæ facta à diabolo cum mala fide, compleatur ad 40. annos, vt [illegible], sed solùm per mortem peccatoris in diaboli possessione. Itaque per deplorationem, orationem & confessionem, dum sani estis, interrumpite præscriptionem. Secundum est priuationis, scil. circumstantiarum. Ad hoc enim, quod pœnitentia sit grata Deo, & peccatorum remissionis impetratiua, necesse est eam habere circumstantiam principij & finis. Principij, vt fiat voluntarie & nõ coactè. Psal. 53. *Voluntarie sacrificabo.* Finis, vt non fiat ex timore principaliter, sed amore Dei. Quod difficile est cum diligere præ omnibus, quem odisset prius semper, & à quo suspendio iam esset iudicatus. Sic qui in fine vitæ demum volunt pœnitere, esse faciũt ex timore pœnæ & mortis, non amore paradisi, & illam pœnitentiam sine veris circumstãtijs falsam non accipit Deus: quia non est recta intentio. Debet enim habere oculum dextrum ad Deum, & sinistrum claudere, qui vult recte [illegible]. Et tales in morte restituentes vsuras, & peccata volentes dimittere, sunt similes nauigantibus in mari, qui videntes submergi nauem, projiciunt merces in mare, non voluntarie simpliciter, sed secundum quid, scil. causa euadendi periculum, quo superato, intendunt habere ipsas merces, si sit possibile. Augustinus. *Si quis positus in extremitate vitæ & ægritudinis, voluerit accipere pœnitentiam, & accipit, & mox reconciliatur: fateor vobis, [illegible] negamus quod petit, sed non præsumimus, quia bene hinc exeat. [illegible] [illegible], [illegible] [illegible]. Nunquid dico, damnabitur? [illegible] sed nec dico saluabitur. [illegible] [illegible] [illegible] dum sanus est, [illegible] sic egerit, dico tibi, quod [illegible]*

Margin notes (left): *Assuefactio.* — *Peccata [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].* — *Præscriptio.* — *Diabolus [illegible] possessor.*

Margin notes (right): *2. Priuationis.* — *Intentio debet esse recta.* — *August.*

Iob 5. *Contrà omnipotentem roboratus est: cucurrit aduersus Deum erecto collo, & pingui ceruice armatus est.* Ingratitudo, Isa.45 *Accinxi te, & non cognouisti me.* Transgressio præceptorum Dei, Iere.5 *Impinguati sunt, & ditati, & præterierunt sermones meos pessimè.* Luxuria, Ier. 5. *Saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur.* Petulantia vel inordinatio in vestitu, & habitu, & gestu, Deut 32. *Incrassatus est dilectus & recalcitrauit.* Iurgia, lites, Gen 13 *Erat quippe substantia eorum multa, & non quibant habitare communiter: & facta sunt iurgia inter pastores gregum Abraham & Loth.* Oppressio pauperum, Eccles 13. *Venatio leonis onager in eremo: sic pascua diuitum pauperes.* Timor inceptus, Iob 15. *Sonitus terroris semper in auribus eius, & cum pax sit, semper insidias suspicatur.* Iniquitas ista multiplicatur ex abundantia seu diuitijs, quę nõ dant quietem homini, nec gaudium. Et temporalia omnia sunt somnia; Sicut enim in somno amplexatur phantasmata pro veritate: sic homines mundani præsentia pro æternis, Psal. *Filij hominum, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium.* Sicut pro varietate infirmitatum est diuersitas somniorum, sic diuersitas morborum spiritualium. Cupiditas enim facit somniare diuitias, superbia honorem, inanis gloria famam, luxuria delitias & sic de alijs. Vnde Cato: *Somnia ne cures, nam mens humana quod optat, dum vigilans sperat, per somnum cernit id ipsum,* Eccles.5. *multas curas sequuntur somnia.* Sicut stultus extollitur de somno: ita stulti huius mundi de istis temporalibus extolluntur, Eccles 34. *Somnia extollunt imprudentem.* Sicut diabolus illudit in somnijs, ita diuitijs, Eccles. 34 *Cor tuum phantasias patitur, nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio,* Luc.23. *Induerunt eum veste alba:* alba vestis, sunt diuitiæ & honores. Sicut somnia exponuntur per oppositum, sic in istis, Luc 6. *Væ vobis, qui saturati estis, quia esurietis,* & Luc 16. *Fili recordare.* Sicut somnia faciunt timeri, quod non est timendum, sic ista, Psal.

Ingratitudo. *Transgressio præceptorũ Dei.* *Luxuria.* *Petulantia* *Iurgia.* *Oppressio pauperum.* *Timor inceptus.* *Temporalia sunt somnia.* *Simile de somnio.* *Simile de stulto.* *Simile de diabolo.* *Simile de somnijs.* *Item.*

Ibi trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Sic
somnium facit credi de mortuo, quod
viuat, sic diuitiæ & deliciæ. 1. Timoth. 5.
Vidua quæ in delitijs est, viuens mortua est, A-
pocal. 3. *Nomen habes, quod viuas, & mortuus*
Item. *es.* Sicut cum euigilatur e somno, eua-
nescunt somnia, sic de istis, Psalm. *Nihil*
Item. *inuenerunt omnes viri diuitiarum.* Sicut som-
nia sunt quædam præludia futurorum,
sic ista Hieronymus & Gregorius. Con-
tinuus successus temporalium, æternæ
retributionis certissimum est indici-
um, sic cum medicus infirmo concedit
omnia, quæ desiderat, signum est despe-
Item. rationis. Psalm. *Desiderium eorum attulit eis.*
Sicut somnium assecurat, sic ista, Pro-
Item. uerb. 23. *Eris quasi dormiens in medio maris.*
Sicut de somno remanet tantum memo-
ria, quæ animum potius affligit, quam
Plagæ decẽ delectet, sic de diuitijs, Luc. 6. *Recordare,*
mũdi sicut *quia recepisti.* Et diligenter notandum
Aegyptiorũ. quod sint decem plagæ huius mundi,
sicut & fuerunt Ægyptiorum. Prima
1 plaga Ægyptiorum, id est, diuitum hu-
ius mundi, est sanguis, hoc est consan-
guinitas, Mich. 3. *Qui ædificatis Sion in*
sanguinibus. Oseæ 3. *Sanguis sanguinem*, id
est nepos nepotem, *tetigit*, Ezech. 23. *San-*
guis in manibus earum, & [illegible]. Se-
2 cunda, Rana, id est, loquacitas, Exod. 8.
Ascendent ranæ in furnos tuos, & in reliquias
ciborum. Luc. 16. Diues plus cruciabatur
lingua, propter loquacitatem, secun-
3 dum Gregorium. Tertia, Cinipes, id
est inuidia, Exod. 8. *Omnis puluis terræ ver-*
sus est in Cinipes. Inuidia [illegible]
4 *[illegible].* Quarta, Musca
canina, id est detractio. Musca canina
est forte vbi hominum eloquentia, qui se ca-
5 nes quasi alternatim deuorarent. Quinta,
Mors pecorum, id est, occisio rustico-
rum, Mich. 3. *Comederunt carnem populi mei, &*
6 *pellem eorum desuper excoriauerunt.* Sexta, Vlcera
scilicet, scandala seu mala exempla.
Matthæi decimo octauo, *Væ mundo a scan-*
7 *dalis, &c.* Septima, Grando, id est, iniusta
oppressio vicinorum, Sapient. 2. *Oppri-*
mamus pauperem iustum: sit fortitudo nostra
lex iustitiæ. Octaua, locusta, id est adu- 8
latio, Exod. 10. *[illegible] ventum*
ab Oriente [illegible], & arrep[illegible] a-
stum. Nona, Tenebræ, id est ignorantia, 9
Psalm. *Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* Isai. 5.
Propterea captiuus ductus est populus meus, quia
non habuit scientiam. Decima, Mors primo- 10
genitorum, id est superbia, Iob 18. *Consu-*
mat brachia eius primogenita mors. Et quare *Plagarum*
hæc omnia? Prima, Quia oditur Deus. *caussæ mul-*
& quare? Secunda, Quia Potens. Inui- *tæ.*
dent enim potentiæ eius, Isai. 14. *Ascen-* 1
dam in cælum. Iustus, Amos 5. *Hostes iusti ac-* 2
cipientes munus. Iudex, Iob 34. *Numquid qui* 3
non amat iudicium, sanari potest? Legifer,
Isai. 33. *Dominus legifer noster.* Actor pœna- 4
rum, Isai. 45. *Creans malum.* Miseretur 5
alijs non ipsis, vnde inuident, Matth. 20. 6
An oculus tuus nequam, &c. Oditur et-
iam quando dicitur, quod non sit mise-
ricors simpliciter, vel Pius, vel quod
non sit Creator, & redemptor, quod
non sit præstabilis super malitia, Ioel.
2. Ergo quid faciendum? Neque confi- *Principib.*
dendum in principibus, & in filijs ho- *non confi-*
minum. Quia tam principes, quam ho- *dendũ, cur?*
mines mendaces [illegible], Psal. 1
Mendaces filij hominum in stateris. Quia cito
moriuntur, Eccles. 10. *Omnis potentatus breuis* 2
vita. Quia in necessitate [illegible] deficiunt,
Deuteron. 32. *Surgant & opitulentur vobis,* 3
& in necessitate vos protegant, Ierem. 11. *Vbi*
sunt dij tui [illegible]. Quia ni- 4
hil possunt contra Dominum, Oseæ
9. *[illegible] Dominum & quid re[illegible]*
[illegible], Roman. 8. *Si Deus pro nobis.*
Quia cito mutantur ab amicitia ad ini- 5
micitiam, Numeror. 23. *Non est Deus qua-*
si homo, vt mentiatur, neque vt filius hominis vt
mutetur. Quia fallaces sunt, Isaiæ tri- 6
gesimo sexto, *Ecce confidis super baculum* 7
arundineum confractum, cui si innixus fuerit ho-
mo, perforabit manum eius. Quia con-
fidentia hominis confidentiam de
Deo tollit, Isaiæ trigesimo, *Os meum*
non interrogastis, sperantes in fortitu-

dine Pharaonis: & erit vobis fortitudo Pharaonis in confusione, Iere. 17. *Maledictus homo, qui confidit in homine. Cùm exurgerent homines in nos, fortè viuos deglutissent nos*, Psalm 123. Ex malitia interiori in exteriorē. Quidam viui degluciuntur, quidam mortui, secundùm Augustinum. Viui absorbentur seu deglutiuntur, qui scienter peccant, de quibus Psal. *Descendérunt in infernum viuentes*. Seneca enim dic. *Dimitte excusationem, quia nemo inuitè peccat*. Prouerb. 1 *Deglutiamus eum, sicut infernus viuentē*. Mortui deglutiuntur, qui peccant nescienter, sicut Paulus 1. Timoth. 1. *Fui blasphemus & persecutor & contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate mea*. Et nota, quod dæmones; primò inuadunt homines per suggestionem, tāgunt per malam dilectionem, masticant per deliberationem, deglutiunt per consensum, traijciunt in stomachum per operationem, decoquunt per cōsuetudinem, viuunt membris per desperationem, egerunt in morte per damnationem: his gradibus descendunt in infernum. *Benedictus autem Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima nostra, sicut passer, erepta est, laqueus contritus*, &c. Psal. 123. Thren. 3. *Aperuerunt super nos os suum omnes inimici nostri: formido & laqueus facta est nobis vaticinatio & contritio: & venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis*. Passer auis est modica, sic anima per humilitatem, quæ non timet laqueos. Calida per charitatem. Leuis per abiectionem terrenorum, Matth. 19. *Ecce nos reliquimus omnia*. Agilis per obediētiam. Isai 61. *Qui sunt isti, qui vt nubes volant*. Pennata varietate virtutum & bonorum operum, Prouerb. 1. *Frustrà iacitur rete ante oculos pennatorum*. Debet nidificare in petra, id est, in Domini passione morari, Cant. 2 *Veni columba mea in foramen petræ*. Multiplex autem est laqueus. Primus corporalis Psal. *In laqueo humiliabit eum, inclinabit se*. Secundus, malū exemplum, Oseæ.
5. *Attendite domus Israel, & domus regis auscultate, quia vobis iudicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum super Tabor*. Tertius, Species mulieris, 3
Eccl. 7. *Inueni mulierem morte amariorem, quæ laqueus venatorum est*, &c. Quartus, Decor 4
creaturarum, Sap 14. *Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem*, Psal. *Parauerunt laqueos pedibus meis*. Quintus, Carnis volu 5
ptas, Iob 18. *Tenebitur planta eius laqueo*, id est finis vitæ. Sextus, Dignitatum ambi- 6
tio, Psal. *In via qua ambulab. absc. laq. mihi*.
Septimus, Occulta dæmonū suggestio, 7
Prouerb. 1. *Abscondimus tendiculas contra insontem*. Octauus, verborum deceptio, 8
Psalm. *Narrauerunt, vt absconderent laqueos*, &c. Nonus, Hypocrisis. Isto laqueo cō- 9
prehenduntur prælati & qui præbēdas & dignitates ambiunt, Eccl. 9. *In medio laqueorum gradieris, & super dolentium arma ambulabis*. Sed laqueus contritus est, & ita euasit defunctus noster, ita euadetis, Auditores, si volueritis, quia *adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlū & terrā.*

Deglutiuntur quidam viui, quidā mortui.

Dæmones, quomodo procedant contra hominem.

Laqueus diaboli multiplex.

1
2

De patientia.

In patientia vestra possidebitis animas vestras. Luc. 21.

CVM Saluator noster dixisset suis, de persecutionibus futuris, bellorum, traditionum, regnorum, &c. itē de terræmotibus, pestilētijs, fame, terroribus, de cælo & signis magnis, & quo tradentur a parentibus, fratribus, cognatis & amicis, de occisionibus & odijs cōsolatus est iterum, si propter nomen suū hæc sustinuerint, quod nec capillus de capitibus eorū peribit, sed in patientia sua possidebunt animas suas, quas hostes eripere non poterunt. Sic ego consolor vos hodie, qui præter alias tribulatiōes vestras etiā affligimini de morte defūcti nostri, qui vester amicus, benefactor erat, &c. *Patiētia enim est malorum, quæ aut inferuntur aut accidunt, cum æquanimitate perlatio*. Tullius

Lact. l. 5. de instit.

Patientia quid.

Patientia distinguitur. Tullius alijs verbis refert: *Patientia est honestatis aut vtilitatis causa, rerum difficilium & arduarum voluntaria ac diuturna perpessio.* Non hic loquor de patientia negligentium, suorum vel aliena delicta corrigere, nec de mundanorum, qui propter mundum omnes labores libenter tolerant, nec de stultorum, qui sciunt quod peccando mortaliter seruiant diabolo, & permittant se trahi ab illo de peccato in peccatum. *Patientiæ effectus.* *Libenter suffertis insipientes,* ait Paulus, *cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim* *2. Cor. 11.* *si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollit, si quis in faciem vos cædit.* Nec de hypocritarum, de quibus *Matth. 9.* apud Matthæum: *Exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes.* Sed de patientia eorum, qui virtutem amant *August.* & colunt. Augustin. in lib. de patientia dic. *Virtus animi, quæ patientia dicitur, tam magnum donum Dei est, vt etiam ipsius, qui nobis eam largitur, patientia prædicetur.* De hac in allegata sententia. *In patientia vestra.* & *Iac. c. 1.* Iacobus: *Patientia opus perfectum habet.* & *2. Cor. 6.* Paulus: *In omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia.* *Eph. 6.* Et, *Cum patientia supportantes inuicem.* *1. Cor. 6.* Et, *Sectare iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam.* *Patientiæ officium.* Huius autem officium est, conseruare bonum rationis contra tristitiam, ne ratio tristitiæ succumbat. *l. 2.* Ideò Tullius de Oratore: *Magna laus & admirabilis videri solet, tulisse sapienter casus aduersos, non fractum esse fortuna, retinuisse in rebus asperis dignitatem.* *Patiens quis est quinque modis.* Patiens autem debet esse quis quinque modis. *1.* primo, in contumeliarum & iniuriarum illatione. Solent namque infestare bonos, detrahendo, conuitiando, contumelias inferendo. Ibi virtus est, vbi boni patienter sciunt sufferre. Sic vos auditis in morte, & propter mortem, & post mortem nostri defuncti multa conuitia, &c. sufferte ergò. *Greg.* Vnde D. Greg. dic. *Si boni estis, quamdiu in hac vita subsistitis, æquanimiter tolerate malos. Nam quisquis non tolerat malos, ipse sibi per impatientiam testis est, quia bonus non est. Abel esse nim esse renuit, quem Cain malitia non exercet.* Spectat enim ad magnanimitatē, quod nonnulli adscribunt ad vtilitatem, scil. ferre patienter & æquo animo verba contumeliosa. Seneca de Clementia: *Seneca.* *Marcet sine aduersario virtus, tunc apparet quanta sit, quantumcunque polleat, cùm quid possit patientia, ostenditur.* & Sapiens: *Melior est patiens* *Pro. 16.* *viro forti; & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.* Aristippus dicebat cuidam *Aristippus.* maledicenti: *Tu linguæ tuæ, ego aurium mearum Dominus sum.* Et Xenophon. *Tu didicisti* *Xenophon.* *maledicere, ego maledicta contemnere.* Secundo, in temporalium bonorum perditione, vt non subruat animus, neque desperet. *2.* Si quandoque hæc fortunæ bona, vt honor, dignitas, potentia, diuitiæ, & similia diminuantur. Bias dicebat lætanter: *Bias.* *Omnia mea mecū porto,* hostibus patriam deuastantibus. Tertiò, pro themate. In *3.* amicorum & consanguineorum amissione. Fleuerūt antiqui patres pro morte suorum, Ioseph, Abraham, Magdalena, beatissima Virgo, &c. sed cum pietate, non desperatione. Paulus ait, *Non contristemini sicut & cæteri, qui spem non habent.* *2. Thess. 4.* Hieronymus ad Tyrasium, de dormitione filiæ suæ. *Hieron.* *Non aliud admiratus sum in te, quàm Christiani pectoris abs te virtutem ablatam fuisse: stupeo murum fidei penè stratum vulneribus orbitatis, quem sopire debuerat spes resurrectionis & regni. Resurgere credimus mortuos nostros, & plangimus.* *Resurrectionis spes quid facit.* *Quid faceremus, si mori tantùm præciperet Deus? voluntas eius vtique sufficeret ad solatium, cui nullum iubemur affectum præponere.* Hæc ille. Quartò, in corporis *4.* flagellatione, cùm corpus infirmitatibus aggrauatur, gratias Deo agere pro istis nuncijs, commissarijs, sororibus, monitoribus, & rogare, vt augeat dolores & det patientiam. Quintò, in voluntaria operatione, sc. ieiunijs, orationibus, vigilijs & disciplinis, alijsque *5.* virtuosis operibus, cùm præmium illorum sit vita æterna. In omnibus autem *Iob speculū patientiæ.* vnusquisque memor esse debet patientissimi illius Iob, qui in omnibus aduersitati-

sitatibus & plagis suis solitus erat dicere: *Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum.* Sed dabo vobis ex Apotheca Christiana remedia quinque. Primum dicitur

Patientiæ remedia Christiana quinque.

1. Recogitatio. Quandocumque enim quis sentit aduersa multa imminere sibi, recogitare debet peccata, quæ commisit, & dicere illud: *Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei.* (*Mich. 8.*) Hoc faciebant fratres Ioseph, quando venerunt in Aegyptum, & vnus detentus fuit, dicebant ad inuicem, *merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ eius, cum deprecaretur nos, & non audiuimus. Ideo venit super nos ista tribulatio.*

2. Secundum, Melioratio. Quandocumque quis tribulationibus quatitur, vt patiens fiat, consideret, quod Deus in hac vita sæpius vexat quos amat, & omnia in melius interpretetur. (*Iob 5.*) *Beatus homo, qui a Domino corripitur: increpationem ergo eius ne reprobes.* (*Eccl. 3.*) Et Sapiens: *Disciplinam Domini ne abiicias, nec deficias, cum ab eo corriperis. Quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi.* Solet enim tribulatio satis prodesse animæ ad illuminandum eam, atque ad superandas mundi & carnis blanditias. (*Lact. lib. 2. diu. instit.*) Vnde Lactantius: *Tum maxime Deus ex memoria hominum elabitur, cum beneficiis eius fruentes, honorem diuinæ indulgentiæ dare debent. At vero si qua necessitas grauis presserit, tunc Domini recordantur: si belli terror infremuit, si morborum pestifera vis incubuit, si ... fames,* &c.

3. Tertium, Animatio. Quando quis deficere viderit animum in tribulatione, aut in laboribus propter Deum susceptis, statim sublenari debet ad illam mercedem vberrimam & copiosam, quæ repromittitur nobis in cœlis, de qua Christus: (*Matth. 5.*) *Beati eritis cum maledixerint.* Sic Stephanus inter persecutores, intendens in cœlum, vidit gloriam Dei.

4. Quartum, Auxiliatio. Quandocumque premitur aliquis multis angustiis, sciat Deum astare sibi, vt ei succurrat, vel vt ei aduat patientiam, dummodo ipse auxilium eius postulet. Ideo Dauid: *Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde.* (*Psal. 36.*)

5. Quintum Exemplatio. Ad patientiam acquirendam vltimum est remedium intueri sanctorum exempla, & potissimum Saluatoris nostri, de quo Petrus: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum.* (*1. Pet. 2.*) Et, *Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes.* (*Heb. 12.*) Quæ non exempla inueniuntur in Christo? (*Christus patientiæ summæ exemplum.*) Vide illum, o anima, in cruce nudatum. Contemplare diligenter, si sentis te grauatum infirmitate corporis. Audi illum dicentem tibi: Et ego pro salute tua, a planta pedis vsque ad verticem sum totus vulneratus. Si dixeris: Heu iniuste accusor, criminor. Ergo respondit tibi: Et ego, qui Deus sum, factus homo, iustus, sanctus, pius, sapiens, impollutus vocor, Samaritanus, seductor, blasphemus, malefactor, & velut perditissimus reus, in medio latronum crucifigor. Si conquestus fueris de paupertate. Et ille clamabit: O anima mea sustine patienter, quia & ego amore tui in tanta paupertate sum constitutus, vt non habeam vbi caput reclinem, in cruce sitiui, atque aquæ guttula mihi denegatur. Et tandem nihil inueniri potest, in quo nos patiamur pro amore Christi crucifixi, quin magis patiatur in illo ipse pro amore nostro. Ille tanta pertulit, & nos miseri ad nostram confusionem vno sermone fatigamur, vno verbo deijcimur. Quare precemur frequenter, vt acquiramus patientiam, qua & nobis largiatur in præsenti gratiam, & in futuro gloriam. Nam patientia, si hic strenue vincit, ibi gloriose triumphat, regnat.

De

De patientia.

Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum Christum.
Heb. 12.

Quia tristitia inter alias passiones valde est efficax ad impediendum bonum rationis, iuxta illud Eccl. 3. *Multos occidit tristitia*, & 2. Cor. 7. *Seculi tristitia mortem operatur*: ideo patientiæ virtus constituta est, qua æquo animo aduersa toleramus, sine perturbatione tristitiæ.

Patientiæ virtus.

Baptista Mantuanus sic eam definit: *Patientia est habitus inuincibilis, quæ non ad impugnandum ea, quæ contumaciter nos offendunt, & sequi nititur, sed ad æquo animo tolerandum incitat*, ipsius namque irascibilis flamma extinguit, rabiem sedat, furorem emollit. Fiet autem in nobis hic habitus, si aduersa mitissimè sine resistentia frequenter feramus: sic enim paulatim violenta hæc & immanissima fera potest subigi, frangi ac domari.

Patientia quid.

Signanter cum sit patientia vera, quæ virtus est conseruans bonum rationis contra tristitiam, hinc pati tristitiam ad malum finem, non est propriè patientia, sed duritia.

Patientia vera.

Non est verè patiens, qui tot sustinet aduersa, sed qui pro virtute, pro legibus, pro pietate, pro Deo nititur, quicquid accidit ferre, nec frangitur.

Patiens quis verus.

Hæc patientia virtus est, quæ sine gratia & charitate non est. Rom. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Psalm. *Ab ipso patientia mea.*

Patientia virtus quæ.

Proinde ait Gregor. *Quisquis mala non tolerat, ipse sibi per intolerantiam testis est, quia bonus non est. Vera enim patientia est, quæ etiam ipsum amat, quem portat. Tolerare vero, & odisse, non est mansuetudinis virtus, sed velamen furoris.*

Gregor.

Ideò Gulielmus Parisiensis dicit [Vera patientia est, quæ non solùm vincit dolores & molestias passionum, sed & cum gaudio eos excipit, & gratiarum actione & compassione inferentis atque oratione pro eo.]

Guilelmus Parisiensis.

Patientia quid.

Quare bona nostra nobis minime prosunt, nisi mala proximorum æquanimiter portemus. Sic euenit, vt quanto quisque plus aliena portet, seipsum plus a proprijs exoneret.

Bona nostra quando prosunt.

Item patientia sola dirigit, vt tenere valeamus viam Dei, dummodo per eius tolerantiam gradiamur. Imitatores Christi efficit, vt filij Dei perseueremus.

Patientia quid facit.

Nam vt patientia bonum Christi est: sic è contra impatientia, diaboli malum. Hinc omnia omnino, quæ patientia ædificat ad gloriam, impatientia destruit ad ruinam.

Patientia bonũ Christi est.

Vnde patientia est, quæ nos Deo commendat & seruat. Ipsa est, quæ iram temperat, quæ linguam frenat, mentem gubernat, pacem custodit, disciplinam regit, libidinis impetum frangit, timoris violentiam comprimit, incendium simultatis extinguit, coercet potentiam diuitum, inopiam pauperum refouet. Tuetur in virginibus beatam integritatem, in viduis laboriosam castitatem, in coniugatis & maritatis indiuiduam charitatem. Facit humiles in prosperis & in aduersis fortes, contra iniurias & contumelias mites, docet delinquentibus ignoscere: Si ipse delinquas, diu multumque rogare: tentationes expugnat, persecutiones tolerat, passiones & martyria consummat. Hic fidei nostræ firmiter fundamenta ponit, spei incrementa sublimiter prouehit, & ipsius charitatis opera omnino perficit.

Patientia actus.

Primo, Dei seueritatem placat. Prouerb. 25. *Patientia lenietur princeps.*

Patientia laudes.

1. Secundo, mentis tranquillitatem seruat, Luc. 21. *In patientia vestra possidebitis animas vestras.*
2. Tertio, Iræ ferocitatem sedat, Prouerb. 15. *Vir iracundus suscitat rixas: qui autem patiens est, mitigat suscitatas.*
3. Quarto, Cordis humilitatem tenet. Ecclesi. 2. *Omne quod tibi applica-*
4.

plicatum fuerit accipe, & in dolore sustine, & in
5. *humilitate tua patientiam habe.* Quinto, Vtilitatem lucri habet. Luc. 8. *Et fructum afferunt in patientia.*
6. Sexto, Carnis agilitatem arcet. Tit. 2. *Ac ratione seres, vt sobrij sint in fide, dilectione, & patientia.* Septimo, diuinam voluntatem adimplet, Iac. 5. *Estote patientes fratres.* Hæc virtus tribus modis exerceri solet, vt ait Greg. Alia namque sunt, quæ a Deo, alia quæ ab antiquo aduersario, alia quæ a proximo sustinemus. A proximo namque persecutiones & contumelias. Ab antiquo aduersario tentamenta. A Deo flagella. Sed in his omnibus modis vigilanti oculo semetipsa debet mens circumspicere, ne contra mala proximi protrahatur ad retributionem mali, ne contra tentationes aduersarij seducatur ad delectationem vel consensum delicti, ne contra flagella opificis proruat ad excessum murmurationis. Ex his manifeste patet, quod ad exercitium virtutis patientiæ, requiritur etiã virtus fortitudinis, mansuetudinis & humilitatis, quæ secundum Vvilhelmum Parisiensem etiam nomine patientiæ nominentur. Hæc patientia quatuor debet habere conditiones, quæ notari possunt, 2. Cor. 6. vbi dicitur: *In omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros in multa patientia.* Primo,
1. debet esse generalis: quia dicitur, *In omnibus*, scil. aduersis circa substantiam, famam, & personam vt non cõtristemur; nec circa paupertatem, & cum cui sua auferuntur, nec per contumelias, derisiones, detractiones, nec per læsionem personæ suæ vel coniunctorum. Iac. 5. *Patientiam Iob audistis*, scil. quem debetis imitari, qui amittendo omnes diuitias, familiam & sanitatem, ac illatis sibi cõtumelijs verborum ab vxore & amicis,
2. *in omnibus his non peccauit Iob.* Secundo, debet esse realis non verbalis. Vbi subditur in authoritate, *Exhibeamus nos*, non alios solum verbis admonendo ad patientiam, Luc. 21. *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Non in patientia alterius. Exemplo in Christo, qui dicit, Tacui, silui, patiens fui, sicut & docui. Tertia, debet esse spiritualis non corporalis. 3. Vnde in authoritate sequitur. *Sicut Dei ministros.* Aliqui habent magnam patientiam in laboribus mundi, sicut stipendiarij, agricolæ, nautæ, &c. Aliqui etiam in hoc quod non tristentur, sed non reuertuntur ad Deum inter flagella. Alij habent tædium, nec gratias agunt. Non sic Apostolus, sed gloriatur dicens: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis.* Vnde dolor non est meritorius sine dilectione. Nam passionibus quæ nobis ab extrinseco inferuntur, vel necessario contrahuntur, non meretur quis. Sed in quantum voluntas rationalis, informata gratia ad illam sufferentiam libertate propria inclinatur. Sicut nec vsus ciborum & eorum abstinentia pertinent ad regnum Dei, nisi sint cum ratione fide & dilectione. Quarto, debet esse finalis, 4. vbi concludit in authoritate, Cum multa patientia. Qui enim habet patientiam pro vna vice, vel vno anno no sufficit, sed oportet, quod sit per totum vitam. Vnde *qui autem perseuerauerit vsque ad finem*, scil. patienter ferendo aduersa, *hic saluus erit.* Matth. 10. Et hoc fit per virtutem perseuerantiæ, quæ suo opposita habet impetrare, quia orationem facit esse continuam & diuturnam, & iuxta naturam mutare, & per consequens delectabiliter operari. Frequentia enim operandi habitum virtutis inducit, quæ est qualitas difficile mobilis naturæ & rationi consentaneus: vnde gaudium & delectatio causantur per modum proportionis & conuenientiæ. Tertio, perseuerantia habet acquisita conseruare, quia negligentiam & torporem tollit, per quæ sæpe homo virtutes acquisitas perdit. Quarto, omnes virtutes in bono cõsummat, iuxta dictum Apostoli. *Multi quidem in stadio currunt, sed vnus accipit brauium*, quod de perseuerante intelligitur.

Gregor. Patientia tribus modis exerceri solet.

Patientia debet habere 4. conditiones.

Perseuerantiæ virtus.

Patientiæ effectus. tur. Patientia primo pugnantem inexpugnabiliter armat. Nulla enim armatura fortior, quam illa, per quam cor mansuescit sub Deo. & hæc est patientia, quæ hominem regit scuto bonæ voluntatis, ipsum cohibendo ab illicito appetitu vindictæ. Ipsa enim linguam refrænat à contumelia & murmuratione, manus à violentia & percussione, oculos à turbis aspectibus, pedes ab iniquis gressibus. Et sic totum hominem intra se claudens, sub protectione Dei, cuius refrigerium quærit & constituit, & quantum ad hoc dicitur patiens animam suam possidere. Patientia secundo hostem fortiter expugnat, quia magnitudinem virium præstat & peritiam pugnandi, quæ duo præcipue ad bene pugnandum requiruntur. Nam qui seipsum vincit, contra omnia fortis est. Prou. 16. *Melior est patiens viro forti.* Vide quæ Christus instituit. Et Paulus dic. [illegible] *ego enim stigmata Domini* [illegible] *in corde meo porto.* Præterea nobile genus victoriæ est, hostem debellare tacendo & quiescendo, sine ictu & repercussione, quod facit patiens. Vidimus enim quod ipsi, qui iniuriam inferunt, miro modo affliguntur, quando eis non respondetur, putantes se despici, & de talibus dici potest, quod eo [illegible] ad eos [illegible], quia dum tacet patiens, [illegible] de iniurijs proximo despectis interius lacerantur. Et tunc vere gladius eorum intrat in corda ipsorum, sicut dic. Psalm. Sed adhuc nobilius genus victoriæ est, quando non solum patiens triumphat sine ictu proprio, sed etiam quando vincit [illegible] iniuriantium offerendo. Patientia vincentem feliciter coronat. Corona non datur victoribus nisi bello consummato. De patientia autem nascitur perfectio. Nam in aduersis tolerandis animus perficitur per patientiam, in quantum remouet tristitiam, quæ causatur in animo ex aduersis illatis.

Victoria genus nobile hostem debellare.

Patientia vincentem coronat.

Patientia perfectionem parit.

Ex tristitia enim nascitur ira, quæ impugnat mansuetudinem. Ex ira odium, quod tollit charitatem. Ex odio nascitur iniustum nocumentũ, quod est contra iustitiam. Fundamentum ergo quod hæc vitia omnia remouet, & prædictas virtutes conseruat, est patientia. Et quantum ad hoc B. Iacobus 1. c. dic. quòd patientia opus perfectum habeat. Heb. 10. *Patientia vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes reportetis promissionem.* Hæc autem promissio declaratur ex verbis Iacobi 1 cap. *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* Hinc dicit B. Hieronymus. *Non nisi per patientiam impletur, quod dicitur, Regnum Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud. Ergo Beati, qui persecutionem patiuntur,* &c. Patientis magna est prudentia in acquirendo, in conseruando & multiplicando. In acquirendo quidem: Quia patiens scit soluere omnia debita sua, de his, quæ nihil videntur valere. Vt de malis pœnæ quæ sustinet, vt Deus remittat sibi debitum culpæ, & soluendo nihil expendit de suo, imò de his quæ accepit de inimico, sicut de opprobrijs & contumelijs soluit, quicquid debet Deo. Et sic vilibus expediendo se, & cum alienis redimendo scit acquirere gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Iob 37. *Ab aquilone aurum venit*, id est, dum patiens in tribulatione sua lucrum acquirit. In conseruando: Quia dum perdit temporalia, retinet & claudit bona spiritualia, cum B. Iob. Sed è contrà facit, qui patientiam non habet, qui cùm amisit temporalia, ipse effundit residuũ, sc. bona interiora. Auget quoque capitale diaboli, respondendo ad verba & contumelias inimici & suum hostem associat, ne fortè solus vadat ad infernum. Malè igitur, qui impatiens est, diuitias suas custodit, qui cum aliquid perdit, etiam residuum effundit. Prou. 19. *Qui impatiens est, sustinebit damnum.* In multiplicando: Quia contumelias & oppro-

Tristitia iræ, ira odij mater.

Hieron.

Patientis prudentia magna.

In acquirendo.

In conseruando.

In multiplicando.

opprobria scit commutare in aurum & argentum, & lapides pretiosos. Ipse enim ad modum vrsi verberibus impinguatur, ad instar Salamandræ igne tribulationis fouetur, sicut asinus pungitiuis pascitur. Sic tantam habet in negotiando industriam patientia, quòd per hostes suos sibi fabricare facit coronam. Psalm. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores*, scil. coronam meam. Patientis est magna strenuitas in pugnando, & hoc quo ad pugnantis animum, ad pugnandi modum & pugnæ scutum. Primo, patiens strenuum valde habet animum in pugnando, quia plus vult pugnare quàm pausare, vel otiari. Gloriosius est enim militi strenuo esse in bello quàm balneo, esse cum Rege in campo, quàm cum vxore in lecto, certare in pugna, quàm delectari in mensa, portare arma & vexillum regis, quàm fimbrias & indumentum mulieris. Et hoc totum propter strenuitatem animi sui, quo se videt Capitaneo Christo IESV quomodo libet conformari, vt sic per modum rei conuenientis sibi delectetur & gaudeat, cùm sit omnis gaudij & delectationis verè causa proportio. Gal. 6. *Nemo mihi molestus sit.* Secundo, Habet in pugnando modum strenuum, cùm ipse sine fuga euadat, sine ictu tela retorqueat, sine repercussione vincat, imò adeo in pugnando strenuus, quod contra hostes non leuaret festucam de terra. Psalm. *Confregit potentias, arcum, scutum, gladium, & bellum.* Tertio, In pugna habet scutum nobilissimum & fortissimum, & triangulare. In inferiori angulo debet esse timor supplicij. In dextro amor proximi. In sinistro passio Christi. Thren. 3. *Dabis eis scutum cordis, laborem tuum.* 1. Pet. 3. *In Christo passo & vos eadem cogitatione armamini.* Hoc scutum sustinet omnia tela & specialiter tria, scil. damna rerum, molestias corporum, & contumelias verborum. Imò non solùm sustinet, sed

Patientis magna strenuitas in pugnando.

1. *Quoad pugnantis animum.*

2. *Quoad pugnandi modum.*

3. *Quoad scutum.*

cum gaudio excipit, eò quod proportionantur eius animo, quo semper appetit se domino belli conformari. Nimirum hoc scuto vincit Deum eius correctiones sustinendo, diabolum, eius tentationes superando vel euitando, & seipsum, carnis affectiones & corporis passiones tolerando. Patiens est Dominus & Rex. Primo, Quia regali dominatur dominio. In omnibus enim patientiæ seruiunt omnia, etiam illa quæ alijs sunt nociua Rom. 8. *Scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.* Et qui sunt qui diligunt, qui se cum dilecto intuentur per omnia esse vnum, non solùm in gaudio, sed & tribulatione, dicentes, *Compatimur, vt conregnemus.* Secundo, Quia ad regale prandium inuitatur, imò trahitur, imò vestis eius laceratur, vt veniat. Est enim triplex signum, quando inuitas ex corde inuitat amicum. Quando efficaciter vocatur, quando trahitur, quando vestis rumpitur. Patiens autem vocatur, sicut alij non solùm per verbum prædicationis, & per tractum inspirationis, sed patientes summè quos diligūt, trahuntur per rapturam tribulationis. Luc. 13 *Compelle intrare* patientes, vocando, trahendo, rumpendo. Tertio, Quia regale ferculum sibi ministratur. Talia namq; fercula gustauit Christus, qui est Rex Regum, sc. tribulationes, percussiones, penurias, paupertates, dolores, passiones & mortem crucis. Vnde dicit filijs Zebedæi. *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Matth. 20. Et sicut magna inciuilitas reputatur, quando quis respuit cibum vel potum, quem sibi mittit Rex, ad post se bibendum: sic magna ingratitudo est, nolle calicem tribulationis respuere, quem Christus amore nostri potius voluit gustare & prius. Vnde sicut vinum, quod ex se forte est & acutum, transeundo per caryophyllos & species aromaticas, efficitur dulcissimum, sic tribulationes huius mundi dulcescunt si

Patiens est Dominus & Rex.

1.

2.

Inuitatus ex corde 4. notantur tria signa.

3.

Simile de Inuitatione.

Simile de vino.

tran-

transeũt per memoriam Dominicę passionis. Et hinc diligentibus ex ea radice, de qua supra dictum est. qui se dilecto cupiant conformari, vt passiones, tribulationes & dolores non sentiant inebriati amore, sed in eisdem delectentur, eo quod ipsas per modum sui connexionis & sibi non disconuenientis suscipiant & amplexentur. Proinde ad [illegible] ait Sponsus in Cant. *Dabo illi poculum ex vino condito.* Vinum conditum ad [illegible] dicitur nectar, & figurat vinum [illegible] tribulationis, conditum dulci memoria Dominicæ passionis: quibus autem dulcius? cum Christo Iesu simul [illegible]. Hebr. 12. *Recogitate, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini animis vestris deficientes.* Christus est prius passus, & [illegible] Bernard super Cantica: *[illegible] Domine Iesu & [illegible] patientiæ: vtrumque prouocat [illegible] attendit sicut sanguis vuæ, & [illegible], ad accendum eos in prælio.* [illegible] dulcorat præterea Christi passio [illegible] amore interioris lætitiæ. Quando enim humana mens aduersa [illegible], & Christum passum sæpe ad memoriam reuocat, non amplius [illegible], sed potius ad maiora sustinenda [illegible] amoris percipit. 1. Cor. 10. *[illegible] Deus, qui non patietur vos [illegible] quod potestis, sed faciet cum [illegible] prouentum.* Ideo & lignum immissum est aquæ Marath, Exod. 15. [illegible] nomen patientiæ est [illegible] passionis Christi, qui & si in [illegible] nullum fuit exemplum virtutis patientiæ [illegible] tamen patientia [illegible] tunc maiorem exemplum patiendi dedit. Secundum est scriptura sacra, recitans magnorum [illegible] Patrum, eorum maxime, qui aduersa passi sunt. Rom. 15. *[illegible] scripta sunt, ad nostram doctrinam [illegible], vt per patientiam & consolationem [illegible] spem habeamus.* Iob 1. Hanc tentationem, sc. cæcitatis, permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. 1. Mach. 12. Scribentes Iudæorum bellis afflicti, [illegible] *[illegible] libros sanctos, qui sunt in manibus nostris.* Tertium, Consideratio malorum impunitorum, quæ alias commisisti & quotidie committis. Nullus enim est ideo iustus, qui nõ multa commiserit contra Deum, de quibus ipso miserante vel dissimulante, aut etiam differente, nondum est punitus: & dato quod aliquam pœnam habuerit, non tamen illam, quam meruit. Vita etiam, quæ in præsenti ducitur, quantumcunque sancta videatur, plena est peccatis, si apud districtum iudicem plenius indagetur. Vt de August. *Væ etiam vitæ laudabili [illegible], si remota pietate eam discutias.* Psalm. 129. *Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit?* Quartum Consideratio abutentium humana prosperitate. Communiter enim homines in prosperitate constituti, in superbiam & cordis vanitatem eleuantur. Ad sequendas etiam carnis delicias indesinenter efferuntur. Natura enim humana propter corruptionem peccati originalis infirma est, vnde ad bonum est difficilis, & ad malum prona. Hoc est, quod dicitur Rom. 7. *Non enim quod volo bonum, hoc facio, sed quod odi malum, hoc ago.* Cum [illegible] subditur etc. *Video autem legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.* Lex quidem membrorum est lex fomitis peccati originalis, quod naturam corrupit. Per hanc quidem legem homo inclinatur ad malum contra rationem, quæ est lex mentis. Quintum, Consideratio instabilis & mutabilis status vitæ præsentis. Factus est enim mundus [illegible] quidam circuli, non [illegible] quantum ad motum cæli, ad quem sequitur successio temporum, [illegible] quantum ad [illegible] &

Bern. (margin, beside "[illegible] Bernard super Cantica")

Patientia exemplum. 1. (margin, beside "[illegible] nomen patientiæ est")

2. (margin, beside "Secundum est scriptura sacra")

3. (margin, beside "Tertium, Consideratio")

4. (margin, beside "Quartum Consideratio")

5. (margin, beside "Quintum, Consideratio")

& diuersos euentus, qui eueniunt circa
hominem, vt verum sit Philosophi,
quod ad continuum motum superio-
rum sequatur continua trãsmutatio in-
feriorum, propter quod humana vita
continuò labitur, & in quadam agita-
tione consistit. Itaque non mundum
constituamus requiem & habitationem
patriæ nostræ, sed cœlum, quia semper
aduersa propinat, & suis amaritudini-
bus aduersitatum clamat, vt non ame
tur. Stultum est enim persequentem di-
ligere, & in transitorio velle manere.
Transit mundus & concupiscentia eius. Roga-
bãt AEgyptij populum de terra sua exi-
6. re. Exod 12. Sextum, Consideratio diui-
næ miserationis, qua vt dicit Gregor.
Deus quosdam parcendo ferit, & qui-
busdam parcit, vt in perpetuum feriat.
Sic loquitur in Apoc. *Ego, quos amo, arguo
& castigo.* & Heb. 12. *Flagellat omnem filium,
quem recipit.* Et quia nemo est in hac vita
tam iustus, quin committat aliqua pec-
cata leuia, itaque & pœna necessaria a-
liqua, licet non æterna, cùm nullum pec
Gregor. catum transeat impunitum. Ideò Gre-
gor. dic. signum esse Dei miserentis,
quando quis culpa perpetrata, mox di-
uina vltione punitur. Est enim magnum
argumentum, quod ad maiora bona il-
los conseruat, quos præsentibus bonis
priuat, quia nisi correptis Deus hæredi-
tatem disponeret dare, erudire eos per
Seneca. molestias non curaret. Seneca in lib de
prouidentia: *Deus ad bonos viros non habet a-
nimum matrum, sed patrum, quia matres fouent
filios in sinu. Patres autem volunt illos exercita-
tos laboribus.* Sicut dicitur in Prouerbijs:
*Qui parcit virgæ, odit filium: iste autem, qui dili-
Aduersitatum a Deo immissarũ causæ quinque. git, instanter erudit.* Aduersitatum a Deo
immissarum quinque causæ sunt secun-
dum Bedam, super illud, *Confide fili.* Pri-
mo, vt merita iustis per patientiam au-
geantur, & in aliorum exemplum po-
1. nantur, vt patet in Iob. Secundo, Ad cu-
2. stodiam virtutis, vt in Paulo. Tertiò, Ad
3. gloriam Dei manifestandam, vt in cæ-
co nato, & in Lazaro. Quartò, Ad incho- 4.
andam pœnam inferni, vt in Herode.
Quinto, Ad corrigenda peccata, vt in 5.
exemplo de Maria sorore Moysis. Septi- 7.
mum, Consideratio diuinæ reprobati- Reprobatio diuina.
onis, qua Deus in hac vita aliquos fœ-
lices facit, quia nulla eos aduersitate
premit, vt eos miseros in alia vita con-
stituat. Nullus est enim tam à Deo a-
uersus, qui non aliqua de genere bono-
rum faciat. Et cum nullum bonum sit,
quod sua retributione careat, respon-
det Deus pro præmio, non magna bo-
na alterius vitæ, quia præmium nimis
excederet meritum, sed concedit alia
prospera præsentis vitæ, quæ sunt par-
ua bona. Et hoc est signum æternæ da-
mnationis. De hoc Dei iudicio occul-
to, tamen iusto, Ierem. 12. cum Deo dis-
putans quærit, *Quare via impiorum prospe-
ratur?* Reliqua vide ibidem. Octauum, 8.
Consideratio ignorantiæ, quam indu-
cit status prosperitatis. Ignorant enim
quanta mala ex omni mundana prospe-
ritate oriantur, vel saltem nolunt con-
siderare. Ecclesiast. 11. *Risum, ait, reputaui
errorem, & gaudio dixi, quid frustrà deciperis?*
Vbi risum mundanæ fœlicitatis erro-
rem dicit, & hoc risu gaudentes fru-
stra esse deceptos. Quid dicitur in Eu-
angelio, *stulte, hac nocte animam tuam repe-
tent a te,* &c. Nonum, Consideratio bre- 9.
uitatis vitæ præsentis: nam quasi mo-
mentum est comparatione vitæ æter-
næ. Iacobi 3. *Quid est vita nostra, nisi vapor
ad modicum parens?* In breui igitur tempo-
re, non possunt prætendi diu aduersa.
Et ex breuitate temporis, breuis erit
patientis aduersitas. 2. Corinth. 4. *Id
quod in præsenti est momentaneum & leue tri-
bulationis nostræ, supra modum in sublimitа-
tem æternam gloriæ pondus operatur in no-
bis.* Pondus respondet leuitati. Et
Deus semper est cum afflicto, & illud
momentum tribulationis alleuat. Pro-
pter hoc bene dixit Apostolus, quòd
Deus facit cum tentatione prouentũ, &
ista,

Isai. 43. *Cùm pertransieris per aquas, tecum ero;*
& flumina non operient te: & cum ambulaueris
in igne, non comburēris, Psal. *Secundum multi-*
tudinem dolorum meorum, consolationes tuæ læti-
ficauerunt animam meam. Ibant Apostoli gauden
10 *tes a conspectu concilij.* Decimum, Conside-
ratio nobilitatis propriæ naturæ, ad
quam exteriora aduersa non pertingũt.
Aduersa quid faciat Aduersa enim quæ diuitias tollunt, non
animi sed fortunæ bona diripiunt. Se-
neca: *Munera fortunæ sunt insidiæ, & quasi vis-*
cata beneficia. Quod enim sub fluctuantibus bonis
fallacis fortunæ latebat, succedens mutatio dete-
git. Item aduersa, quæ ab honoribus de-
primunt, nihil ab honorato demunt.
Non enim honor est in honorato, sed
in honorantis opinione. Christus fuit
tamen glorificatus & sequenti feria sex-
ta crucifixus. Item accidentia ægritudi-
num & incommoda senectutis tãtum-
modo corpus frangunt, nec ad ipsum a-
nimum attingunt. Corpus enim instru-
mentum est animæ maximè in acquirẽ-
dis virtutibus: non refert autem quale sit
instrumentum vel cuius materiæ, dum-
modo ad intentum agentis ad effectum o-
Simile de fabro. peris deseruiat. Si enim faber cũ lignea
serra, sicut cum ferrea posset ligna seca-
re, non curaret ad serram instituendam
magis ferream assumere quam ligneam.
Animus autem ordinatus æque corpo-
re confracto ac valido ad virtutẽ vtitur,
vt patet in Laurentio & Paulo, 2 Cor. 5.
Per arma iustitiæ à dextris & sinistris, per glori-
am & ignobilitatem, &c. Vnde Ambrosius:
Quod minuit corpori, auget spiritum. Aegritudo car-
nis [illegible], luxuria & prosperitas pec-
catum fouet, id est, nutrit. Calcare itaque
oportet affectus, sicut Christus mare sic-
cis pedibus, vt per contemplationem
11 ad diuina consurgat. Vndecimum, Con
sideratio pœnalitatum, quas homines susti-
nent in peccatis adimplendis vel tem-
poralibus acquirendis. Videmus enim
quod homines mundani, vt adimplere
possint sua desideria, aut aliqua lucra
damnosa facere, infinita pericula sub-
eunt, quotidianis cruciatibus affliguntur. &c. Eccles. 21. *Via peccantium complanta-*
ta lapidibus, scil. laboriosa, *& in fine illius in-*
feri & tenebræ, & pœnæ, scil. dolorosa. Si er-
go mali tanta perferunt, quid boni non
deberent facere. Duodecimum, Consi- 12
deratio irritationis & tristitiæ, quam
incurrit homo per impatientiam. Pri-
uat enim se homo ratione, dum extrà i-
psius limites factus, velut brutum ani-
mal, ad iracũdiã impetuosè effrenatur,
vbi maiores aculeos afflictionis sentit
in animo, per impatientiam irritatus,
quàm fuerint ictus illatæ priùs aduersi-
tatis. Et priuat se refugio diuinæ prote-
ctionis. Dum enim in impatientia con-
sistit, ira excæcante percutitur ex qua
mentis oculos ad Deum leuare non per-
mittitur, vel prohibetur. Achitophel e-
nim ex hoc seipsum suspendit, 1. Reg. 17.
Decimumtertium, Consideratio neces- 13
sitatis patiendi, quia aliter ad regnum
cælorum non peruenitur. Vnde in Acti-
bus Apostolorum. *Per multas tribulationes*
oportet nos intrare in regnum cælorum. Magna
enim bona, non nisi magno labore, aut
magni pretij valore acquiruntur. Au- *August.*
gustinus: *Quid mirum: si flagellat custodiens par-*
uulos Dominus, quos grandes quærit hæredes? Be-
nè ergò dictum in Ecclesiast. *Vsque in tem-*
pus sustinebit patiens, & postea redditio iocundi-
tatis. Oportuit Christum pati, & ita intrare in glo-
riam suam. Si Christus, quare & homo nõ
deberet pati. Decimumquartum, Con- 14
sideratio diuinæ prouidentiæ se exten-
dentis ad omnia, quę circa homines dis-
ponuntur. Debet ergò homo in aduer- *Homo in aduersitate quid cogitare debeat*
sitate constitutus cogitare aduersa quæ
sibi eueniunt, esse à Deo cognita, nec si-
bi fortuito accidisse, Luc. 12. *Capilli capitis*
nostri omnes numerati sunt. Insuper conside-
ret Deum esse Patrem suum, & ex hoc
pium prouisorem, qui nil suæ creaturæ
inferret vel euenire permitteret, nisi
quod sibi ad salutem expedire cognos-
ceret. Pater enim filium diligit, & vim
flagelli quo filium verberat, nouit. Sic

ergo aduersa patiens inter filios Dei se constituet, & tunc pro certo teneat ea ad salutem a summo Deo exponente ordinari, Rom 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Dauid infantulus, & de post fætantes assumptus est à Deo in re-
15 gem. Decimumquintum, Consideratio fructuum, qui ex aduersitate sequûtur. Sunt autem sex, quorum tres pertinent ad peccatores, qui ex aduersitatibus corriguntur. Primus intellectus excæcati illuminatio, qui est oculus animi. Diabolus enim volens hominē ex toto perdere in tenebris peccatorū, incipit ab intellectu, quē obscurat, ne videat quid agendum sit, vt eum ducat sicut cæcum, quocunque se vertat, facile eum trahat. *Sola ergo vexatio*, dicitur in Esaia, *dat intellectum auditui.* Vide quid factum sit Nabuchodonosori, qui de se ipso dicit: *Post finem dierum, ego Nabuchodonosor oculos ad cælum leuaui, & sensus redditus est mihi, & benedixi altissimo* Eccl.1 & iterum Dan 4. *Ego Nabuchodonosor laudo & magnifico regē cæ-*
2 *li.* Secundus voluntatis deprauatæ permutatio, 2. Mach 6. Nam sinere peccatoribus agere ex sententia sua ad nutum placitum, sed statim vltionem adhibere, magni beneficij iudicium est. Psalm. *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.* Is. 1. *Domine in angustia quæsie-*
3 *runt te.* Sic Manasses 2. Par. 33 Tertius, Cōcupiscentiæ refrenatio. Cum enim corpus per flagella atteritur, circa libidinis delectorum non vagatur. *Et melius est* secundum D. Gregorium, *ardere febrium, quam igne vitiorum. Et tamen cum febre corripimur, quia vitiorum æstum, qui occupare nos poterat, cauere negligimus, de percussione murmuramus.* quod tamen facere non debemus: quia sicut ipse dicit, *Durū nos exspiniens esse, quod poterit, dū extremis cruciatibus ab interna passione liberari.* Reuersus est filius prodigus necessitate famis impellente. Tres alij fructus videntur pertinere ad iustos: quibus expedit tolerātiam habere circa pœnarum exercitia.

Fructus distinguūtur. *Fructus 1.* *Diaboli pro cessus contra homin:* *Gregor.*

Est ergò quartum argumentum experientiæ, qua quis proprias experitur virtutes. *Nemo enim vt docet Gregorius, quantum profecit, nisi inter aduersa probatur: quia nemo vires suas in pace cognoscit:* Propter quod decipiuntur aliqui, qui gloriātur se multas virtutes habere, vitijs se non subiacere, nulla aduersitate terreri. Ideò Eccl. 27. *Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.* Marcet enim sine aduersario virtus. Quintus, Scutum custodiæ, 2. Cor 12. datus est Apostolo carnis stimulus: causam assignat. *Ne magnitudo reuelationum extollat me.* & ideo dictum illi: *Sufficit tibi gratia mea.* Sextus, Plæmium gloriæ, quod solum mouere deberet omnes & sufficere ad mitigādum dolores aduersitatum. Gregorius. *Consideratio enim præmij minuit vim flagelli.* Iac. 5. *Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & serotinum,* &c. Tolerantia aduersitatum facit breuiorem ad cælum transitū: Melius esset enim tibi vt vita & purgatio simul inciperent & desinerent, quam post vitam vel semper cruciari, vel longo tempore à cæli desiderio fraudari. Est ergo beneficium Dei singulare dare aduersitates. Ferunt Fortunam habere duos comites, Occasionem & pœnitentiam. Dum ergo potes, arripe occasionem, ne cogaris habere postea comitem alteram pœnitentiam, quam illa tibi tunc offeret. Obsequia, orationes & alia sunt patientiæ adminicula. Aduersis roboratur patientia. Prosperitas est nouerca virtutum. Aduersitas autē fertur auxilium virtuti, vt appetitus redigatur in ordinem, & nascatur spiritualis iucunditas. Præterea, quidam flagellantur à Deo, vt flagitiosæ vitæ maculas pœnitentia deleant. Quidam ne in minentes sint de se inquirunt. Quidam terrenis voluptatibus priuantur, vt diuinis prouehantur. Quidam vt per aduersitatem tanquam iudicem magis pateat eorum integritas. Quidam ad solam Dei glo-

4 5 6

Aduersitates dare beneficium singulare Dei. *Fortunæ duo comites, Occasio & Pœnitentia.* *Prosperitas nouerca virtutum.* *Flagellantur à Deo, causæ multæ.*

gloriam. Impatientes verò pascunt diabolum, vt quodam loco, bonum ignē [illegible] & craticulas [illegible] quasi verò non sufficeret tribulationis ignis ad se coquendos & praeparandos, imò omnes tyranni [illegible] persecutiones, & qua tribulari [illegible] patientię, sicut mare piscium. Tribulatio est ablactatorium parvulorum Dei. Adversarij sunt patientię [illegible] in opere [illegible], & illis debemus agere gratias, Psal. [illegible] in adversis etiam gaudi[illegible] Psal. Ad Dominum cum tribularer clamavi, &c. [illegible] Laetati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, id est afflixisti, & annis quibus vidimus mala.

Impatientia [illegible]

Tribulatio [illegible] Tribulatio [illegible].

De patientia habenda in hoc mundo.

Patientia vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes reportetis repromissionem. Heb. 10.

MEdicus licet promittat infirmo sanitatem, [illegible] conferet, nisi ille medicinam & alia acerba degustet. Sic licet Deus promiserit salutem, non dabit, nisi patienter feramus mala praesentia [illegible], 1. Ioan. 2, *Haec est repromissio, quam ipse pollicitus est nobis, vitam aeternam.* [illegible] oportet nos in adversis huius mundi habere patientiam, quod & verbis [illegible] inducitur. Inducit primò ad [illegible] habitum, dic. *Patientia vobis necessaria.* [illegible] enim navis indiget gubernaculo, [illegible], miles armatura, ita homo in periculis vitae cursu positus indiget patientiae habitu & virtute. Item primò patientia hominis est sicut gubernaculum navis, quo sine ventis & turbinibus agitatur & tandem ad scopulos allisa frangitur; sic cor impatientis ventis tribulationum & persecutionum turbinibus a stabilitate sua euellitur, & ad iracundiam odium vel desperationē deductum perditur, sed ē contrario, Prouerb. 14. *Qui patiens est, multa gubernatur patientia.* Item in huius vitae decursu ad modum asini carduis pungentibus pascitur & in aquis maris tribulationum viuit, vt piscis, & ad modum ciconiae serpentes deuorat venenosos, qui ei non nocent; quia patientes viri verbis venenosis & blasphemijs & detractionibus non moriuntur, sed pascuntur, & sunt sicut vrsi qui verberibus impinguantur: & lapideae increpationes in panem conuertuntur eis, & vt Salamandra viuunt in igne tribulationis. Item homo patiens triumphat de hostibus suis sine ictu & repercussione, quia non leuaret vnam festucam ad eos feriendos. Ideò dicitur, *Si vis vincere, disce pati.* Sed ista patientia roboratur in nobis ex spe aeterni, & inuisibilis praemij quod expectamus, & ex gratia Spiritus sancti à quo iuuamur, dicente Apostolo, Roman. 10. *Quod non videmus speramus, & per patientiam expectamus, sed & spiritus adiuuat infirmitatem nostram.* Primum est meritum fidei, per quam homo assentitur credere ea quę sunt suprà rationem, ideò est meritoria, quia humana ratio non praebet illi experimentum, Ioan. 20. *Beati qui non viderunt, & crediderunt,* 2. Corinth. 4. *Id quod in praesenti momentaneum est leue ponderis tribulationis nostrae, supra modum in sublimitate aeternum gloriae pondus operatur in nobis,* &c. Secundo, roborat nos propter praemium, quod speramus & expectamus per patientiam, & in Deo, non in mundo isto, qui stultos fallit. Psalm. 41. *Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem,* &c. Eccles. 2. *Nullus sperauit in Domino, & confusus est,* Psalm. 36. *Spera in Domino, & fac bonitatem,* &c. Tertiò, Auxilium Spiritus sancti. Ita est de anima, sicut de gallo super campanile, quia mouetur ad omnem ventum quia

Mala ferenda [illegible].

Patientia hominis [illegible] gubernaculum.

Simile de asino.

Patiens triumphat de hostibus suis.

Patientia vnde roboratur.

Infirmitatē nostrā adiuuat spiritus.

1

2

3

quia non est firmiter positus. Sic anima sine Spiritus sancti gratia, non potest resistere morbo peccati, per quod debilitatur & voluitur, de cogitatione in delectationē, consensum, operationem & consuetudinem. Ephes.3. *Det vobis secundùm diuitias gloriæ suæ virtutem, corroborari in interiori homine per spiritū eius.* Et valdè egemus, quia caro est natione terrestris, & delectādo generatur, spiritus autem cælestis, qui a Deo corpori infunditur, & quilibet trahit ad suam naturam, Ro. 8. *Qui enim secundùm carnem sunt, ea quæ carnis sunt sapiūt,* &c. Secundo, Inducimus ad patientiæ meritū, dic. *In voluntatē Dei facientes.* In hoc enim voluntatem Dei facimus, quod patienter toleramus aduersa; non quia Deus delectetur afflictionibus nostris, sed in merito & fructu patientiæ nostræ: sicut pater ponit filium in manu chirurgi ad incidēdum, vel vrendum, vt sanet eum. Ideò 1.Pet.4. *Hi sunt, qui patiuntur secundum voluntatem Dei, fideli creatori commendant animas suas in benefactis.* Hic traditur forma patientiæ meritoriæ. Primò vt patiatur innocenter. Ibidem. Nemo patiatur sicut homicida. Et 1.Pet 3. *Melius est enim benefacientes, si velit voluntas Dei pati, quàm malè facientes,* scil. maioris est perfectionis & commodi.

Aduersa tolerando facimus voluntatem Dei.

Patientiæ meritoriæ forma quæ.

1

2 Secundo salubriter, hoc est, quando hi qui patiūtur, *fideli creatori, cōmend. animas suas,* non homini infideli, quia anima pretiosius nihil habet. Christus Filius Dei his, qui commendant ei animas suas, & volunt cum eo tenere ad damnum, scil. patienter in mundo isto, sicut ipse passus est innocenter, in alia vita fideliter respondebit de lucro suo, faciendo eos participes gloriæ suæ, Ps.144. *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis.* Et Ioan.17. *Volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam.* Ipse etiam Deus amicus est, quia creator est, qui nihil odit eorum quæ fecit, ideò securè debet homo in manibus suis ponere animam suam, qui non solum custodiet eam, illam scil. illæsam, sed & meliorē reddet & perficiet. Proptereà dicebat, Psal 30 *In manus tuas commendo Spiritum meum.* Animam, scil illam, quam redemit de manu diaboli tam charo pretio scilic. sanguinis sui. Sap.3. *Iustorum animæ in manu Dei sunt.* &c. Tertiò, Modus perfectæ patientiæ, vt homo amicabiliter patiatur, scil. vt ei a quo patitur, non reddat malum pro malo, vt inimico, sed potius benefaciat ei, vt amico: ideo dicitur, *In benefactis,* Matth.5. *Benefacite his, qui oderunt vos.* Rom. 12. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: Si sitit, potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.* Tertiò, Inducimur ad patientiæ præmium: dic. *reportetis promissionem,* Quia patientia nascitur ex charitate, 1.Cor.13. *Charitas patiens est.* Charitas autem radix est merendi vitam æternā: & promissio illa facta est specialiter diligentibus & patientibus, Iacob.1. *Beatus vir, qui suffert tētationem, quia cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* Commendat patientiæ actum, dic. *Beatus vir qui suffert tenta.* Quia qui plus potest sustinere pugnam, ille vincit. Sic in bello patientiæ, quia patiens non læditur ab aduersarijs, ideò vincit & ex victoria beatificatur & glorificatur, Iacob 5. *Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt; sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis.* Secundo patientiæ vsum, dic. *Cùm probatus fuer.* Qui vult habere aliquā præbendam aut lecturam, aut confessarius esse, debet primo examinari: sic Deus etiam suos vult examinatos in multis, priusquam det locum in Paradiso Iudith.8. *Per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est.* Prou.17. *Sicut in igne probatur argentum & aurum in camino, ita corda hominum probat Dominus,* vt, *tanquam aurum in fornace probauit illos,* Sapiēt.3. Item probatur aurum in tactu lapidis. Sic homo per vituperia Sed multi habēt morbū illū: *Noli me tangere.* Itē probatur aurum pondere, sic homo in vero amore, quando amorem suum habet benè fixū, scil. in cælestibus, tunc habet verū pondus.

Patientiæ perfectæ modus.

Patientia ex charitate nascitur. Charitas radix merendi vitam æternam.

Patientiæ actus commendatur.

Patientiæ vsus.

dos, quia amor est ponẽdus in spiritualibus, Psal. [illegible] *Deus ne probasti me, & cognouisti me*, &c. quasi dicat, Vos scitis bene, vbi posui cor meum. Figura habetur, Iud. 7. quando populus Israel, scil. Dei habebat prælium contra Madian & Amalech, scil. dæmones.

Patrimonia figura.

A Christo exemplum sumamus actionum nostrarum.

Exemplum dedi vobis, vt sicut ego feci, ita & vos faciatis. Ioan. 13.

Christus est exemplar [illegible] nostrarum. [illegible] tanquam [illegible] Scriptura sacra.

CHristus est Magister noster, Matth. 23 *[illegible] Magister vester, qui in cælis* [illegible] est liber exemplorum vitæ nostræ, Exod. 25. *Hoc tibi solum exemplar, [illegible]*, scil. Christo, *tibi monstratum* [illegible] exemplum itaque debemus nos disci[illegible] documentum accipere ex Scriptura [illegible]. Liber in quem debemus [illegible] conscientia nostra, quod etiam [illegible] æternæ suæ memoriæ [illegible]. Tempus studendi est, vita nostra præsens, quo tempore clamat Magister Christus per Prophetas, Apostolos, Euangelistas, & omnes reliquos prædicatores, vt bene studeamus viuere, [illegible] impleamus librum nostrum barbarismis, hoc est sceleribus. Vltra minas [illegible] percutit aduersitatibus, tribulationibus, angustijs & necessitatibus quas immittit nobis in corpora nostra, quæ ligno comparatur, [illegible] *Dominus humilians lignum* [illegible] quando scil. mittit inundationem, [illegible] sterilitatem, bellũ, pestem, &c. sed non sufficit. Quando iã [illegible] post [illegible] e schola domum [illegible] in hac vita præparauit, in fine mundi ex ea vocabitur [illegible] ad iudicium, & [illegible] compositionem, lectionem [illegible] in libro conscientiæ

Liber est conscientia nostra.

Tempus studendi vita præsens. [illegible]

debet ostendere, cum tremore aperientur coram Magistro ad ostendendum, quantum quisque profecerit in schola legendo, scribendo, componendo, &c. ad præscriptionem Magistri, Apoc. 20. *Et libri aperti sunt, & iudicabuntur mortui ex ijs, quæ scripta sunt in libris.* Attendite peccatores, quomodo vos corripiet, qui neque primam, nec alias litteras præscriptas rectè formaueritis. Nam Amor, A non rectè scripsistis, quia Matth. 22. *Diliges Dominum Deum tuum, & proximum tuum sicut te ipsum*: vos autem creaturas præposuistis creatoris, & proximũ odio prosecuti estis. B. Bonum scil. opus de bonis, quæ vobis ego Deus dedi, 1. Cor 4. *Quid enim habes, quod non accepisti?* vos autem nec dedistis Eleemosynam, nec ad gloriã Deo, sed potius ad despectum, nec iuuistis proximum. C conuersio. *Conuertimini ad me in toto corde vestro.* Ioel. 2. vos autem ad mundum, carnem & similia conuersi estis D. Donum, Tanta dona dedi vobis, quibus templa, hospitalia, &c. potuissetis erigere, elocare virgines pauperes, pupillis & viduis succurrere, & plura [illegible]. *[illegible] dederit Cyathum aquæ frigidæ in nomine meo, non perdet mercedem suam*: Vos autem vel neglexistis, aut mala intẽtione perfecistis, aut iudices, aduocatos, &c. corrupistis, & ipsos testes. E. Exemplum, Matth. 18. *[illegible] scandalizauerit vnum ex his pusillis, qui in me credunt.* Sed tu Christiane, quot, quot proh dolor, dedisti scandala. F. Fides, quam debuisses viuificare bonis operibus. *Fides enim sine operibus, mortua est.* Iac. 2. *fides autem tua fuit sine charitate, & sine omni bono.* G Gratia, qua præueniente mea gratia, debuisses multa bona præstare, 2. Cor 6. *Hortamur vos ne in vacuũ gratiam Dei recipiatis.* Sed fuit apud te infructuosa & inutilis animæ tuæ. H. Humilitas. Dictum fuit vobis, 1. Pet. 5. *Humiliamini sub potenti manu Dei* Vos autem humiliastis vos mundo propter fauores, honores, beneplacita, & erexistis colla vestra contra Deum. I. Ira, Ephes.

Formatio litterarum in schola Christi, quæ corrigitur.

A. Amor.

B. Bonum.

C. Conuersio.

D. Donum

E. Exemplum

F. Fides.

G. Gratia.

H. Humilitas.

I. Ira.

Ephes. 4. *Sol non occidet super iracundiam vestram.* Ecce noluisti dimittere, an... & pauisti odium multo tempore, quæsiuisti proximi casum. L. Lex, Euangelium meum, legem & mandata mea debuisti obseruare. Leuit. 20. *Custodite leges meas atque iudicia, & facite ea:* tu autem legem carnis, mundi & diaboli coluisti. M. Matrimonium, 1 Thessal. 4. *Vt sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificationem.* Sed tu cogitatione, verbo, & opere inhonorasti. N. Negotium. Talenta naturæ & gratiæ accepisti a me, debebas benè vsurpasse, Luc. 19. *Negotiamini dum venio.* Sed tu in mala impendisti, concupiscentijs, adinuentionibus & desiderijs tuis, & quibus potuisses lucrari cælum, emisti infernum. Pulchritudinem in amores, fortitudinem in detrimentum proximi conuertisti. O. Oratio, Luc. 18. *Oportet semper orare, & non deficere.* ... aro, frigide, sine deuotione & intentione debita hoc absoluisti. P. Perseuerantia Matth. 24. *Non enim qui inceperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.* Nunquam incepisti, nec in incepto perdurasti, sed cum furibus cucurristi, & cum adulteris portionem tuam posuisti. Q. Quies, Isai. 5... *Requies ... Domini Dei tui.* In quo scilicet solo est requies: tu autem quæsiuisti alibi. R. Religio Catholica Apostolica requirit homines mundos a peccatis, & immaculatos a concupiscentijs huius mundi, Iacob. 1. *Religio enim munda & immaculata hæc est, ... immaculatum ab hoc seculo.* Ecce quanta tua impuritas, impietas, indeuotio. S. Salus, in te nequitur ... inscripta, quam non quæsiuisti, vt debuisti, docente S. Paulo, Philip. 2. *Cum metu & tremore vestram salutem operamini.* T. Nequius longe considerasti Tempus, quod male collocasti, non ad vitam, sed ad iacturam, Galat. 6. *Dum tempus habemus, operemur bonum.* V. Votum, vide quam negligenter & turpiter hoc scripsisti in mente tua:

quia dixisti, *abrenuncio diabolo, & pompis eius.* Item in multis promissionibus factis subscripsisti, sed non fecisti, Psalm. 75. *Vouete & reddite.* Z. Zelus, 3. Regum 19. dicit Elias *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum.* quem Zelum habuisti tu. Et sic examine facto, Magister idem & iudex exprobrabit tibi negligentiam tuam, tam in non considerando quid & quomodo facis, quam, quid & quomodo puniat te exactor aut præfectus ille scholæ aic, *Quid potui facere vobis, & non feci?* ante natiuitatem, post natiuitatem, in morte, post mortem, & ante diem iudicij, neglexistis illa: & quod dictum est per Isaiam 1. *Quiescite peruersè agere, discite benefacere.* ... ergo *contra faciem tuam.* Matth. 24. *Tunc duo erunt in agro, vnus assumetur, alter relinquetur,* &c. Chrysostom. super Matth. *Casum ... gloria ... maiorem pœnam esse inferno. Intolerabilis est gehenna, verum mille ponat quis gehennas, nihil tale dicit, quale est excidere ab illa gloria, & odio ... haberi a Christo: & audire vocem illam, Discedite maledicti.* Hæc ille. Vos superbi, iracundi, mundi, &c. qui vultis vbique primi videri & reputari, quibus oculis & auribus hæc haurietis? & 1. Corinth. 16. *Si quis non amat Dominum Iesum, sit anathema.* Et sic separatur ab omnibus communicationibus bonorum & executionibus, ab omnibus gaudijs cælorum: & infamia confusioque magna, *Discedite maledicti:* quod iudices huius sæculi in more non habent. Maledicet pater filio, filius patri, mater filiæ, filiæ matri, &c. Eccles. 41. *De patre impio conqueruntur filij, quoniam propter illum sunt in opprobrio.* Et fiet quod communi prouerbio dicitur, *Beati ... in inferno est,* scilicet, propter diuitias, Isai. 3. *Quis ex vobis poterit habitare cum ardoribus sempiternis?* Psalmus quadragesimus ... *Iudicij memoratio ... quid faciam, cum venerit ad iudicandum mea salus Deus, & cum quæsierit, quid respondebo illi tarde.* Sanctus Hieronymus ... sue Hieronymi bibens,

L. Lex. M. Matrimonium. N. Negotium. O. Oratio. P. Perseuerantia. Q. Quies. R. Religio Catholica. S. Salus. T. Tempus. V. Votum. Z. Christus examinator & iudex. Fine pulchra. Excidere a gloria Dei est maior pœna quam gehenna. Cōfusio magna. Diffidentia. Iudicij memoratio.

bibam, siue dormiam, siue aliud aliquid faciam, videtur mihi [illegible] in auribus meis vox illa: Surgite mortui, venite ad iudicium. Et super Euangelium Matthæi. *Quoties [illegible] cogitationes, [illegible] corde & corpore [illegible].* Sanctus Cyprianus. *Væ peccatoribus [illegible], vt cadat superior.* Psalm. nonagesimosexto. *Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini, a facie Domini omnis terra.* Sanctus Chrysostomus, *[illegible], tanquam [illegible], in præcipitium defertur. Inquinata [illegible] tempore,* Psalm. nonagesimoquinto. Caussam affert Propheta: *[illegible] delicias tuas fecit eum.* Sanctus Basilius, *Habere in oculis terribilem diem [illegible] tanquam pedagogum.* Sanctus Macarius in homil. decima quinta. *Mundum [illegible] qui sub cælo est a Regibus vsque ad pauperes [illegible] eos plerumque [illegible], de rebus [illegible] solliciti sunt, nec [illegible] quæ in [illegible] iudicij. Qui verò [illegible] ascendunt ad tribunal Christi, vbi est [illegible], perpetuo stantes in conspectu illius, [illegible] & tremore, ne quo modo [illegible].* Hæc ille. Exemplum [illegible] ab eis, qui semper sunt cum Cæsare, & qui rarissimè. [illegible] Magistrum nostrum libenter audiuit, & imitatus est, quippe Iesum in corde, in ore, in cogitationibus [illegible], qui [illegible] transgressio [illegible] transgressionis facere [illegible] [illegible] sciuit quod qui [illegible] [illegible] puniretur: [illegible] qui incorrigibilis: mandata [illegible] adimpleuit, hic asse[illegible], & [illegible] gloriam. Non [illegible] peccatum [illegible] diabolum, damnationem [illegible] infernalem detestatur [illegible] nomine abhorruit quicquid contra Deum & ipsius amorem directè pugnant. [illegible] timuit, ideo in [illegible] abstinuit. Sæpe recordatus est [illegible] quod Christus obiecit Iudæis, Ioann. [illegible] scilicet, quia faciebant, & loquebantur quæ diabolica: ideò & Christus dicat, Matthæi vigesimoquinto, *Qui paratus est diabolo, & angelis eius:* quare vt esset [illegible] copia & exemplar, fecit sicut Christus docuit & fecit. *Quoniam angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis.* Symbolum ipsius fuit specula, lectio, scriptura, cogitatio, repetitio: & delectatio ipsius erat nomen Iesus, quod ipse sit immortalis qui & animam dare potest & auferre, non tantum vitam. Exemplum quod debemus inspicere & imitari, sacrificium pro nobis in cruce oblatum, & quod in Missa offertur pro peccatis nostris. Veritas, quæ mentiri non potest, in omni sua doctrina & promissione Saluator, sine quo nec salus, nec vita æterna.

Idem. *S. Cyprian.* *Chrysost.* *Basilius.* *Macarius.*

Nomen Iesu præsens efficaciæ.

Exemplar quod debemus inspicere.

De operibus, quæ debemus facere.

Hoc fac, & viues. Luc. 10.

LEgisperitus quærebat a Domino, quid faciendo vitam æternam possideret, conclusum fuit, vt diligeret Deum & proximum ex toto corde, &c. & responsum. *Hoc fac, & viues.* Similiter laudatus fuit, qui oleum & vinum infudit vulnerato in itinere Hierichuntino, & dictum est, *Vade & fac similiter.* In omni regimine, disciplina, professione, arte, scientia, officio & communi viuendi consuetudine, peculiaria quædam & necessaria sunt, quæ tendunt ad rei perfectionem & mali declinationem, sic in hac vita disciplinaque Christiana, præcepta sunt salutaria & necessaria, quibus ad vitam perficimur, quam beatitudo & merces in cælis

Præcepta sunt in omni statu loco & conditione.

copiosa sequitur, peruenimus. Dicit Medicus, nisi diætam seruaueris peribis. Dicit Iurista, nisi viam iuris teneas causa cades. Sic alij: Sic si quæritis auditores, an satis sit credere ad salutem. Minime sane. Principium quidem optimum, sed per se non est sufficiens, requiruntur ergo opera: Dicit Christus, *Hoc fac & vives.* Item *Vade, & fac similiter.* Quid ergo faciendum mones? Nolo nouos cælos crees, nisi in te, alias impossibile mandarem: nolo subiuges totum mundum, nisi teipsum. Volo opera pœnitentiæ, opera misericordiæ, opera sapientiæ, opera perfectæ iustitiæ, illa, quia exercere potes cum fructu, cum gaudio, cum quadam singulari facilitate & pro salute tua, illa illa, non alia volo. Opera pœnitentiæ dico, vt scelera tua impijssima qualiacunq; tandem sunt. *Non enim est homo, qui non peccet* 3. Reg. 8. & 1. Io. 1. *Si dixerimus, quia peccatũ non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est.* Iob. quoque, *Quis potest dicere, mundũ est cor meum purus sum a peccato?* Ideò necessaria est nobis pœnitentia. Quod & Saluator docet, Luc. 3. *Genimina viperarum quis ostendit vobis fugere a ventura ira?* Et respondet: *Facite ergo dignos fructus pœnitentiæ.* Notate, *dignos fructus*, ait. Quia non est par pœnitentia eius qui multum peccauit & eius qui pauciora peccata commisit: vel eius qui grauiora, & qui minus grauia perpetrauit. Item Luc. 13. *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis.* Et Eccles. 2. *Nisi pœnitentiam egerimus, incidemus in manus Dei, & non in manus hominum.* Apoc. 2. *Memento, vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac.* Aduerte, quod sicut prius pater filium contumacem corripiens aliquãdo ostendit ei mala quæ fecit, vt erubescat bona quæ perdidit, vt doleat mala, quæ meruit, vt timeat, & sic per diuersas vias ipsũ reuocare laborat. Sic pius Dominus diuersis modis vtitur, vt peccatorem ad pœnitentiam salutarem reuocet. Nam aliquando obijcit ei grauitatem, & [illegible] flagitij quod commisit. Ier. 2. *Vide vias tuas in conualle, & scito quid feceris*: aliquando verò reducit ei ad memoriam vilitatem status in quem incidit, sicut dixit Adæ Genes. 3. *Adam vbi es?* Ier. 3. *Leua in directum oculos tuos, & vide vbi nunc prostrata sis*: aliquando proponit ei pœnam, quam meruit, Genes. 3. *Dixit Dominus ad Cain: Quid fecisti? Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra*, scil. petens vltionem. Nonnunquam etiam ad mentem eius reuocat honorem & bona, quæ per peccatum amisit, vel dignitatẽ status, a quo decidit, sicut hic. *Memento vnde excideris*, quasi dicat memento, quia statum innocentiæ perdidisti, & à dignitate gratiæ corruisti, & ideò age pœnitentiam, vt & perdita recuperare & ad pristinam dignitatem resurgere, & debitas pœnas euadere & ad promissa præmia valeas peruenire. Sequitur. *Et prima opera fac*, sc. præcipua vel prima quæ antequã peccatum committeres, facere debuisti. Exempla habemus in Niniuitis, Petro, Paulo, Magdalena. Nota ergo quod per pœnitentiam macula peccati diluitur, reatus absoluitur, offensa diuina remittitur, reconciliatur Deo, restituitur Ecclesiæ de filio diaboli, filius Dei efficitur, paradisus aperitur. Secundo debemus agere opera charitatis vt ex allegato loco in principio patet, de quæstione legisperiti & de proximo quis esset. Primo ergò dilectio necessaria & deinde opera misericordiæ. Nam de fonte charitatis debent procedere riuuli pietatis, alias nullius essent meriti vel virtutis, Apostolo dicẽte, 1. Cor. 13. *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.* Propter quod bene iungit Apostolus illa duo, dic Hebræorum decimotertio, *Charitas fraternitatis maneat in vobis, & hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis.* Moueat ergò dilectio Dei, & cum-

Simile de medico. Iurista.

Credere nõ satis est ad salutem.

Deus quæ velit.

Homo omnis peccat.

Pœnitẽtiæ fructum digni qui.

Simile de patre et filio.

Dominus ad Cain.

Simile de alijs.

Pœnitẽtiæ actus.

Charitatis opera agenda.

Dilectio primum deinde opera misericordiæ.

Charitas & hospitalitas bene iungendæ.

& compassio miseriæ proximi, ad exhibendum opera pietatis, secūdùm exigentiam necessitatis. Ad quæ opera pietatis tenetur quilibet saltem compassionis affectu. 1. Tim. 6. dic. *Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo*, &c. Benè agere, diuites fieri in operibus bonis, facilè tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Tertio, Opera sapientiæ loquendo de vera & salutari sapientia, quæ dicitur à sapore, quæ non tantum in speculatione veritatis, sed potius in quadam degustatione sapidæ bonitatis, & in operatione feruidæ sanctitatis consistit. Fit autem speculatio in cogitando, studendo, audiendo, legendo, ea quæ ad honorem, laudem & gloriam Dei pertinent, animæque salutem. Degustatio autem non in plena fruitione consistit, sicut in patria, sed in quadam prægustatione, ac tenui saporatione diuinæ dulcedinis, quantum potest vel modicum capere humana fragilitas pro modulo suo, & pro statu miseriæ præsentis, qua peregrinamur à Domino, & detinemur exules in hoc mundo. Hæc degustatio quantumcunque sit modica, excedit omnes delitias huius mundi & omnem delectationem, quæ in creatura quacunque valeat inueniri, facit omnia carnalia despici, omnia terrena seu temporalia vilipendi, ac sicut ait expertus Apostolus, velut stercora reputari. Facit enim homines spiritualia diligi, tota mente, totisque præcordijs cœlestia concupisci. nec sufficit subtilis speculatio intellectus, & degustatio affectus, nisi perfectio operationis sequatur effectus. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit. Iacob. 1. Sap. 8. *Intrans in domum meam, conquiescam cum illa*, &c. sapientia. *Non enim habet amaritudinem*, &c. Sunt autem opera sapientiæ, doctrinam veritatis diligenter audire, exhortationes vtiles ardenter arripere, correptiones libenter & vtiliter sustinere, audita memoriter retinere, memoriæ commendare, operibus exercere, vigilanter studere, libros sacros studiosè perlegere, non studendo transcurrere, sed frequenter ruminare in memoria, in studio non verba, sed sensum & fructum requirere, falsitates abijcere, vanitates cōtemnere, curiositates vitare, veritatem inquirere, in dubijs peritos consulere, cōsulta discutere, Dei volūtatem & mandata perquirere, meditationes sacras amare, audita, lecta, seu etiam memorando recogitata diligere, nihil per surreptionem agere, nihil temere iudicare, verba cum debita maturitate proferre, vitam suam & mores seriosius ordinare, subiectos piè & iustè regere, errata corrigere, errantes reducere, peccantes arguere, pœnitentibus indulgere, defectus aliorum non culpabiles supportare, hæsitantibus consulere, desolatis solatium exhibere, &c. Quarto, Opera perfectæ iustitiæ. Non enim sufficit se bene habere in prosperis, nisi strenuè se habeat in aduersis, nec in tranquillitate benè agere, & in tentatione succumbere, vel in tribulatione deficere. Nam per increpationem dixit Dominus de quibusdam, *qui cum gaudio suscipiunt semen bonum*, sc. verbum Dei, sed orta persecutione propter verbum, deficiunt. *Hi radices non habent, quia tempore tentationis recedunt.* Luc. 8. *Omnes qui volunt piè viuere, in Christo Iesu persecutionem patiuntur.* 2. Tim. 3. Ideò necessarium est nobis agere, sicut faciebant illi qui de captiuitate reuersi, in angustia temporis in hostium suorum medio reædificabant Ierusalem, *quod vna manu faciebant opus, & altera tenebant gladium*, Neem. 4. sanè patientes esse debemus, quia patientia reddit hominem perfectum in statu gratiæ, Iacob. 1. *Omne gaudium existimate*

Opera pietatis quilibet compassionis affectu tenetur facere.

Opera sapientiæ.

Degustatio sapientiæ quæ non plena.

Sapientia degustatio diuitiarum mundi excedit omnes delitias mundi.

Sapientiæ opera quæ.

Iustitiæ opera.

Simile de ædificantibus templum in Ierusalem.

mate fratres, cùm in tentationes varias incideritis, scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet, vt sitis perfecti & integri in nullo deficientes. Item cumulat præmium in statu gloriæ, 2. Cor. 4. *Id quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum æternæ gloriæ pondus operatur in nobis.* Ecce, quod leuissimum est in passione, maximum est in remuneratione. Et quod breuissimum est, imò momentaneum in tempore, fit æternum in duratione. Operari autem debemus propter pericula cauenda vel deuitanda, propter merita cumulanda, propter delectationem internam, propter retributionem æternam. Et primo propter pericula deuitanda. Cùm enim cor hominis otiosum esse nequeat, sed necessario circa aliquid occupetur, sicut molæ rota, ita non circa vnum quod est necessarium, nec sacris operibus occupatum, euagatur circa plura minus vtilia, & cito defluit ad nociua. Et hoc interdum contingit ex hostis instigatione vt plurimum, vel ex carnis corruptione, vel ex ipsius cordis euagatione. Ex hostis quidem instinctu. Quia cum ille magnus pater familias omni hora, scilicet mane, tertia, sexta, nona, vndecima, mittit operarios in vineam suam, Matt. 21. quos diabolus non inuenit operantes in vinea, ad opera sua mittit. Hieronym. *Semper aliquid boni facito, vt te diabolus inueniat occupatum.* Ex carnis verò corruptione, mens hominis à spiritualib. & diuinis retrahitur, & in carnalibus emollitur, nisi sacris operibus occupetur. Propter quod sapiens a carnis voluptate volens abstrahi, & ad libertatem spiritus eleuari, ait Eccl. 33. *Ciberia*, necessariæ sustentationis, *& virga* castigationis, *& onus* operationis, *asino*, id est, corpori, *panis*, ne deficiat, *disciplina*, ne lasciuiat, *opus*, vt perficiat, *seruo*, id est, corpori, tam asini quam serui nominibus carnem significant, quæ durè sustentanda, rigidè refrenanda & in sacris operibus occupanda. Sequitur, *Iugum & lora curuant collum durum.* Seruum inclinant operationes assiduæ, seruo maleuolo tortura & compedes, mitte illum in operationem ne vacet. Multam enim malitiam docuit otiositas. In opere constitue illum, sic enim condecet illum. Attende quam districtè macerauerunt carnē suam sancti patres. Paulus dic. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* 1. Cor 9. Aducite diligenter, si Paulus vas electionis, qui tot terras prædicando circuiuit, tot animas ad fidē Christi conuertit, & tot tantumque pro Christo sustinuit. 1. Cor. 15. *Ter virgis cæsus sum*, &c. Et in cælis arcana audiuit, &c. Si ille tāta fecit, quid nos miseri dicturi sumus, qui defectibus plenissimi, qui peccata peccatis sine numero cumulamus, & tamen carnem miseram in delitijs fouemus. Ideò Gal. 6. *Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.* Rom. 8. *Si secundum carnem vixeritis, moriemini.* Ex mentis euagatione procedunt pericula. Pro 21. *Desideria occidunt pigrum, noluerunt enim quicquam manus eius operari, tota die concupiscit & desiderat.* Vides hominem otiosum, nunc verbis affluere, nunc rumores quærere, nunc ludos, nunc campos, nunc flumina aut nemora vagando inaniter circuire, somnū diligere, ciborum delitias & vinorum varietates concupiscere, appetere terrena, spiritualia fastidire, diuersis cogitationibus vexari, varijs affectionibus trāsformari, omnimodis passionū trāsmutationibus agitari Iob 20. Cogitationes variç succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur. Secundo propter lucrū vt agricolæ, mercatores, & omnes artifices. Ideo hortatur Apostolus magis ad spiritualia, Col 3. *Ambuletis digne Deo, per omnia placentes, in omni tempore bono fructificantes.* *Ambuletis*, inquit, de bono in melius proficiatis, *digne Deo*, id est, vt sitis digni Deo, *per omnia placentes*, id est, vos placeatis Deo, & omnia opera vestra placeant Deo, *in omni opere bono fructificantes.*

Operari debemus.

1. Propter pericula euitanda.

Pericula multis modis fiunt.

Carnis voluptas nocius spiritui.

Castigatio carnis requirenda.

Homo diffusus.

2. Propter lucra.

tantes. Nota, vnaquæque arbor vnam speciem fructus profert. Luc. 6. *[illegible] neque ex rubo vindemiant [illegible].* Sed arbor spiritualis omnem fructum bonorum operum ferre debet. Mirabilis esset hominibus arbor vna, quæ omnia genera fructuũ ex se produceret, [illegible] arbor spiritualis non est recte fru[illegible] nisi ex se proferat fructus, scilicet omnia opera virtutũ. Sunt nanq; nonnulli qui continent, sed ab opere bono torpẽt. Alii multa bona faciunt, sed non continent, [illegible] *[illegible] magna est [illegible] sine caritate.* [illegible] continent, sed [illegible] abstinent: aliquè [illegible] abstinent & continẽt, sed [illegible] intumescunt. In omnibus [illegible] mercator sit spiritualis se [illegible] operibus, vt in omnib. me[illegible], qui in omni opere bono fru[illegible] in omni bono abundat. Pro. 14. *[illegible] abundantia.* Sed quia in [illegible] abundantes vt plurimum [illegible] spiritualibus, vel minus [illegible] abundare ideo 1. Tim 6. *Di[illegible] præcipe,* &c. Bern. *Veræ di[illegible] virtutes, quas secum con[illegible] dives fiat.* Tertio, propter delectationẽ internam. Omne enim virtuosum opus delectationem quandam habet annexam, & qui operatur illud, delectatur in eo. Et e contrà. Omne malum sequitur remorsus conscientiæ. Hæc delectatio est quædam [illegible] sed nõ plena, vel potius [illegible] quædam prælibatio remunerationis [illegible] *[illegible] exemplum [illegible],* ait Apostolus 1. Cor. 9 [illegible] dicitur, Pro 12. *[illegible].* & 3. *[illegible].* Et Matth. [illegible] *[illegible].* Quis autem sit ille cibus, testatur Ioan. 4. *[illegible] est, vt faciã [illegible], vt perficiam opus [illegible].* Ad hunc [illegible] ipse Ioan. 6. *[illegible]* *in vitam æternam.* Hic inchoatur, ibi permanet in æternum, hic tenuiter prægustatur, ibi in sua plenitudine monstratur. Quarto propter retributionem æternã. Magnus enim paterfamilias quacunque hora mittens operarios suos in vineam suam, &c. reddit illi mercedẽ, ad quam Sapiens hortatur Eccl. vlt. *Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem in tempore suo,* scil. opportuno. Apoc. vlt. *Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere vnicuiq; secundum opera sua.* Tempus nostrum breue, quia d. cito, s. in sero mortis ad retribuendum. Merces autem operis æterna. Eccl. 18 *Non verearis vsq; ad mortẽ iustificari, quoniam merces Domini manet in æternũ.* Item opus nostrũ est leuissimum, merces autem immensa. quia d. Merces mea, quam me decet reddere, s. immensam & infinitam Sicut ait Abrahæ, Gen. 15. *Noli timere, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.* 1. Cor. 3. *Vnusquisque suam propriam mercedem accipiet secundũ suũ laborem.* Postremò debemus inchoare celeriter sine dilatione, laborare fideliter ex dilectione, continuare viriliter, sine defectione, consummare humiliter sine elatiõe. Primo, inchoare celeriter propter temporis breuitatẽ quod viuimus. Sap. 2. *Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostræ.* Ideo excitamur. Ioan. 9. *Operamini, dum dies est: venit nox, quando nemo operari potest.* Eccl. 9. *Quodcunque potest facere manus tua, instanter operare, quia nec opus,* ad merendum, *nec ratio,* ad excusandum, *nec sapientia,* ad sapidè contemplandum *nec scientia,* ad euadendum *erunt apud inferos quo tu properas.* Quid ergo faciunt, qui stertunt ad meridiem, qui ronchos trahũt ad vesperam, qui horas numerãt Certè nõ sic faciebat ille qui Neem. 6. dicebat *Opus grande ego facio, nec possum descendere, ne fortè negligatur opus,* Secundò, propter securitatem. Quia si velles omne granum frumenti bonum, sic omnem partem temporis debes curare, [illegible] plus diligis [illegible] quam certe solum vis habere malum. Eccl. 11. *Mane*

Arbor vna [illegible] *[illegible]* *Arbor mirabilis [illegible]* *August. Continentia [illegible]* *Spiritualis [illegible]* *Tempora [illegible] abundãt.* *3. Propter delectationem [illegible] habet delectationem.* *Cibus Dei [illegible].*

Opus nostrũ est leuissimum, merces autem immensa. *Inchoare celeriter sine dilatione propter temporis breuitatem* *2. Propter securitatem*

Mane semina semen tuum, & vespere, ne cesset manus tua, quia nescis quid horum magis oriatur. Auis videns sagittarium, arcum tenentem extensum cum sagitta, non expectat ictum sagittæ, sed euolat. Sed homo fatuus expectat ictum mortis. Contra quod ait Psalm. *Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit*, &c. Ita cito moritur vitulus sicut vacca, ita cito frangitur vas nouum sicut vetus. Securius est malum passum euitare, quàm cum difficultate eum transire. Quia teste Sapiente, *Qui amat periculum, peribit in illo.* Et securius est laqueos euadere, quàm sese magis ac magis irretire. Prouerb. 5. *Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.* Et securius est, in principio ægritudinis medicinam quærere, quàm vsque ad extremum vitæ terminum expectare. Eccl. 18. *Ante languorem adhibe medicinam.* Lepra inueterata, & gutta inossata curari non possunt. De impio autem dicitur Iob. 20. *Ossa illius implebuntur vitijs adolescentiæ suæ.* Item propter assuefactionem, vt in ætate tenera caro dometur, vt discat sustinere labores. Bestiæ docentur in iuuentute, equi, canes, aues, &c. Quia scriptum est, *Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Aethiops non potest mutare pellem suam, sic nec vos poteritis bene facere, cum didiceritis malè.* Ierem. 13. Desiderant omnes & sperant bonum finem habere, cum totam malam vitam habuerint, dicentes cum Balaam: *Moriatur anima mea morte iustorum.* Sed ista duo non consonant. Ideo seni pessimo iudici dicit. Dan. 13. *Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius.* Ita fit quod rubigo semper magis corrodit ferrũ, & inde difficiliùs eraditur, & sordes diu derelictę in vase difficiliùs amouentur. August. de seipso in lib. Confessionum. *Tenebar non alieno ferro, sed mea ferrea voluntate.* Quarto, propter meritorum augmentum, & diuinam acceptationem. Quia qui citiùs incipit, & diutius operatur, plura merita congregat. Et opera in iuuentute facta, gratiora sunt Deo, sicut fructus iuuenis plantulæ dulciores, & fructus primitiui temporis cariores Micheæ 7. *Præcoquas ficus desiderauit anima mea.* Et in lege præcepit sibi offerri primogenitum omne, & primitias frugum terræ, & omnium fructuum, in signum, quod homo de flore iuuẽtutis suæ debet offerre Deo, non de fece senectutis. Stultus esset, qui cibaret Dominũ suum pane corrupto, aut faceret Encænia de carnibus corruptis. Ideo conqueritur Dominus Mal. 1. *Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? Et si offeratis claudum vel languidũ, nonne malum est?* Si quis per totam vitam suam Dominum suum nequiter impugnaret, & postmodum confectus senio ei seruitium offerret, Dominus non ita gratanter acciperet. Itaque præclara offeramus Deo. Eccl. 14. *Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur, ibit cum periclis. Omne opus electum iustificabitur: & qui illud operabitur, honorabitur in illo.* Secundo, Laborare fideliter, vtpote ex affectione amoris. Amor enim facit meritorium opus apud Deum. Propter quod dicit Apostolus Rom. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Omnia igitur opera nostra in charitate fiant. 1. Cor. 14. *Vt sit omnia vestra in charitate fiant*. Et Gal. 5. *In Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur.* Attende quàm pulchra societas fidei, charitatis, & operis. Fides enim est bonorum omnium primarium fundamentum. Nam, *sine fide impossibile est placere Deo.* Heb. 11. Fides autem sine charitate nihil valet, 1. Cor. 14. *Si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam*, &c. Fides autem sine opere nihil valet Iacobi 2. *Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est.* Item non valet opus, nisi fiat ex charitate. 1. Cor. 14. *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum*, &c. Similiter nec charitas sufficit sine opere.

3. Propter assuefactionem.

4. Propter meritorum augmentũ & diuinã acceptationem.

Opera in iuuentute facta, grata sunt Deo.

Stultus est qui facit encænia de corruptis carnibus.

Præclara offeramus Deo.

Laborare fideliter.

Opus non valet nisi ex charitate.

Gre-

[illegible] Gregor. [illegible] *Dei nunquam est otiosus, operatur [illegible] magna, si est. Si autem renuit operari,* [illegible] Ideo 1 Ioan. 3. *Non diligamus verbo,* [illegible] *& veritate.* Operatio ergo [illegible], meritum habet ex interiori affectione, affectio vero probatur ex operatione, sicut arbor cognoscitur ex fructu, vita ex motu, semen ex germine, lapis pretiosus non ex colore, sed virtute, & virtus medicinae ex sanatione. Quia vero charitas primo & principaliter facit hominem charum Deo, & per consequens facit opus esse meritorium, nec opus prius placere potest Deo, nisi prius placeat operatori. Ideo Ioannes beatiss. salubriter exhortatur, dic. *Videte vosmetipsos, ne perdatis, quae* [illegible] fideliter laborat, qui ex intentione honoris diuini operatur, sc. qui omnia facit propter honorem Dei, iuxta Apostolo, Col. 3. *Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite.* Et, *Omnia quaecunque facitis ex animo, operemini, sicut Domino &* [illegible]. Matth. 5. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona.* Ideo dic. Hebr. 10. *Consideremus inuicem pro-* [illegible] *& bonorum operum.* Tertio, debemus continuare opera nostra viriliter. Nemo operans in vinea, non meretur vespere accipere mercedem, si lente & negligenter, & pigre operetur. Dicit enim Ierem. 14. *Maledictus, qui facit opus Domini negligenter.* Viriliter & constanter laborant operarij, quando cogitant, quod cito erit hora dimittendi opus, & magnam recipiendi mercedem. Nam consideratio mercedis vim minuit laboris. Ideo 1 Cor. 11. *Fratres mei, stabiles estote & immobiles, & in omni bono opere semper proficientes, quia labor vester non est inanis in Domino.* Aduerte quod plus diligit paterfamilias operarium, qui tarde veniens ad opus fideliter operatur, quam illum qui cito veniens remissius operatur. Sicut & dux exercitus plus diligit militem, qui fugit in principio, & post-

[illegible]

Opera nostra continuare [illegible]

mundi in rediens instanter pugnat & strenue, quam illum qui nunquam fugit, nec vnquam strenui militis opus egit. Nam sicut ait Dominus, Luc. 15. *Maius gaudium est in caelo super vno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent poenitentia.* Timeant ergo sibi negligenter agentes & tepide, ne de ore Dei vel abominabiles euomantur, quia scriptum est, Apoc 3. *Quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo.* Quarto, Opera nostra consummare humiliter. Sane humiliter operari, & de omnibus nostris humiliter sentire debemus, quia plura mala facimus quam bona, & si quae bona facimus, tantae indeuotioni permixta sunt, quod non multum possumus gloriari. Ideo Psalm. *Imperfectum meum viderunt oculi mei.* Isa. 64. *Quasi pannus menstruatae omnes iustitiae vestrae.* Et quia bona, quae agimus non à nobis, quasi ex nobis sunt, sed a Deo. Isa. 16. *Omnia opera nostra operatus es Deus in nobis.* Et Phil. *Deus est qui operatur in nobis, & velle, & perficere.* Et Ioan. 15. *Sine me nihil potestis facere.* Ergo quia à Deo sunt opera nostra, necnon & ipsa voluntas operandi, & secundum gratiam nobis datam, & frequenter a nobis oblatam a Deo, negligenter & non satis fideliter operamur, ideo non nobis, sed Deo gloriam debemus attribuere. Caeterum plerunque putamus bonum opus esse, quod malum est; vel maius esse, quam sit, & meritorium esse, quod non est, vel maioris meriti esse apud Deum, ideo in singulis operibus nostris, si diligenter consideremus, non gloriari, sed potius formidare debemus, propter quod Iob dic. *Verebar omnia opera mea, sciens, quod non parceres delinquenti.* Eccl. 10. *Noli extollere te in faciendo opera tua.* Beatus quoque Petrus admonet, dic. *Cum metu & tremore salutem vestram operamini.* Debemus autem opera nostra consummare, & vsque ad finem perducere. Videmus enim, quod omnis artifex, cum aliquod opus artis suae incepit,

Opera nostra consummare humiliter.

Gloriandum non est in operibus nostris.

Opera ad finem perducenda.

perit, non cessat, donec illud ad complementum perduxerit, sicut ostendit Sapiens in multis exemplis, dic. Eccles. 38 *Omnis faber & architectus, qui noctem tanquam diem transigit, &c. Cor suum dabit in similitudinem picturæ, & vigilia sua perficiet opus.* Sic faber ferrarius sedens iuxta incudem, & considerans opus ferri, cor suum dabit in consummationem operum, & vigilia ornabit in perfectionem. Sic figulus sedens ad opus suum, qui in sollicitudine positus est super opus suum & innumera, & omnis operatio eius. Eodem modo potest induci in alijs, & de hoc opere Incinerationis, quod scribo. Et sicut dic. Dominus, Matth. 4. *Non qui benè cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.* Nam sine perseuerantia nec opus meritum habet, nec labor præmium, nec cursus brauium, nec seruitium gratiam, nec pœna quantumlibet afflictiua coronam. Perseueremus ergò in bono opere, quod incepimus exemplo Domini, de quo Deuteronom. 32. *Dei perfecta sunt opera.* Et de seipso dic. Ioan. 17. *Opus consummaui, quod dedisti mihi, vt facerem.* Et sequitur, *Ego ad te venio.* Ecce ergò Dei filius non peruenit ad patrem, nisi salutis nostræ opere consummato. In quo luce clarius nobis ostenditur, quod nos minus ad patrem gloriæ peruenire poterimus, nisi in bonis operibus perseuerantiam teneamus. Vnde Iudæis perfidis Christo descensum de cruce suadentibus, dum operabatur salutem in medio terræ, nullatenus acquieuit, ne nostræ salutis opus relinqueret imperfectum. Dolebat sanè venenosi serpentis astutia exaltatum in deserto serpentem æneum, cuius intuitu animarum nostrarum vulnera sanabantur. Eò quippe tendebat malitiosa persuasio, non vt perfidi Iudæi crederent, dic. *Si Rex Israel est, descendat de cruce, & credimus ei.* Sed nostra quoque si qua in eum esset fides, modis omnibus periret. Legentes enim *Perfecta sunt opera Dei*, quomodo illum fateremur esse Deū, qui nostræ salutis opus reliquisset imperfectū? Nos quoque si sequi nolumus caput nostrum, non cessemus agere pœnitentiam, non cessemus tollere crucem nostram, perseuerantes in ea, sicut ipse perseuerauit, fiduciam habentes in Domino, & qui cum cœperit in nobis bonum opus perficiet. Sicut ait Pet. 1. *Deus autē omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam gloriam suam in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit.* Sed vide, quæso, quam misera & calamitosa est vita hominum iniquorum, & exitus illorum. In vita sancti Bernardi legitur, quod illa eadem hora, qua ipse mortuus, tria millia animarum exierint, ipsius quidem sola ad cælum, duæ ad purgatorium, reliquæ omnes ad infernum. Si iam quis videre posset, singulis horis quam ingens exercitus, vt ita dicam, & continuo successu tantum ad Tartara sequeretur & præcipitaretur: quis non obstupesceret, imo non horresceret, ex gentilibus & malis Christianis, ex peccatoribus non resipiscentibus, & Catholicis peruersis atque impœnitentibus, tantam multitudinem quotidie & sine fine damnari? Heu quotusquisque est qui considerat, qui conuertatur, qui a via iniusta, dum potest, resiligiat? Vidit Christus Ierusalem, & fleuit super eam, propter futurum excidium. Certè dolet adhuc interitum vestrum, qui dicit, *Nolo mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat.* Condolent & angeli, qui gaudent alias in conuersione peccatorum. Solus homo non miseretur sui, atque animæ suæ, qui se negligit in hac vita, omniaque remedia animæ difficultate contemnit, neque habet de proximo curam, dum potest, & ita infœlicissimè ad æternas illas pœnas, fletus, & stridores dentium, cum alijs iniquis rapitur. *Perditio ex te Israel.* O *Deus,*

Simile de fabro & Architecto

Opus incinerationis.

Exemplum de Christo qui opus salutis nostræ consummauit.

Fidē nostrā volebat extinguere diabolus & Iudæi.

Vita hominum iniquorum misera, & exitus illorum.

De S. Bernardo.

Animæ damnantur.

Deus, Deus, respice in nos, & miserere nostri.

De Eleemosyna.

Vidit Deus opera eorum, & misertus est populo suo. Ion. 3.

Eleemosynæ [illegible] dignitas.

Magna res est Eleemosyna, quam Deus primo ipso facto, postea lege declarauit, & per omnes creaturas communionem bonorum ostendit, eique multa bona promisit hic in terris: & sola sequitur hominem vsque ad iudicium, & pro eo respondet, obtinetque sententiam misericordissimam, & [illegible] clementia dignam. Psalm. 40. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.* Tob. [illegible] *Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna.* Eccles. 7. *Facere eleemosynam ne despicias.* Isa. 58. *Frange esurienti panem tuum, & [illegible] in domum tuam,* &c. Seneca, [illegible] vita. *Vbicunque homo est, beneficio locus est.* Fructificatio illius, prima est satisfactionis, Lucæ 11. *Date Eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Tob. 4. *Eleemosyna ab omni peccato liberat.* Dan. 4. dixit Daniel Nabuchodonosori: *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum.* August. in sermon 2. de [illegible] *nostra eleemosynam [illegible] commendet, quia iste est ieiunium sine Eleemosyna [illegible] lucerna.* Ambrosius [illegible] sermone [Medicina [illegible] magna peccata, habemus [illegible], quibus peccata nostra [illegible]. Pecuniam habes, redime peccata tua. Non venalis est Dominus, sed tu ipse venalis es, & peccatis tuis venundatus, redime ergo te operibus tuis, & pecunia tua.] Crimina enim Eleemosynis [illegible]. Eccles. 3. *Ignem ardentem extinguit aqua, & Eleemosyna*

Eleemosynæ fructificatio prima est satisfactionis.

August.

Ambros.

peccatum. Secunda vtilitas est, quod faciat Deo & hominibus hominem gratum, Eccl. 19. *Eleemosyna viri, quasi signaculum cum eo, & gratiam eius quasi pupillam conseruabit.* Matth. 25. *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Augustinus super Psalm. 123. *Cum damus Eleemosynam pauperi, non dare nos quasi de nostro, sed tanquam de bono Christi, nec dare debemus quasi mendico, sed tanquam patri.* Vide exemplum S. Martini, qui Christo dedit chlamydem. Tertia, Multiplicatio bonorum, Lucæ 6. *Date, & dabitur vobis.* Matth. 19. *Centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.* Prou. 11. ait Salomon: *Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.* Et c. 19. *Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei.* Prou. 28. *Qui dat pauperi, non indigebit: qui autem despicit deprecantem, sustinebit penuriam.* Psalm. *Nunquam vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.* Quarta, Liberationis: liberat enim ab omni malo, tam temporali, quam æterno. Psalm. 40. *In die mala liberabit eum Dominus.* Prou. 21. *Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam.* Tob. 4. *Eleemosyna à morte liberat,* scilicet æterna. Defendit illa in die iudicij. Psalm. 111. *Iucundus homo, qui miseretur, & commodat, disponet sermones suos in iudicio, quia in æternum non commouebitur.* Eccl. 29. *Conclude Eleemosynam in sinu pauperis, & orabit pro te, & liberabit te ab omni malo.* Tob. 4. *Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere, ita enim fiet, vt non auertatur à te facies Domini.* Eleemosyna aduocat pauperes, vt patronos, coram Domino. Bernard. *Pauperes non sunt contemnendi vt egeni, sed exorandi vt patroni.* Est armatura. Eccl. 29. *Eleemosyna super scutum potentis, & lanceam impugnabit pro te [illegible].* Hieronym. in Epistola. *[illegible] mortuum, qui [illegible] vitam.* Ambros. *Non [illegible] spes, [illegible] est [illegible].* Psalm. *[illegible] misericordiæ, pro eo quod non est recordatus facere*

2. *Gratū reddit Deo & hominibus.*

August.

3. *Multiplicatio bonorum.*

4. *Liberatio.*

Eleemosyna defendit.

Eleemosyna aduocatrix pauperum.

Hieron.

cere misericordiam. Iacob. 2. *Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam.*
5. *Impetratio* Quinta, Impetrationis, quia facit preces nostras exaudiri. Isa. 58. *Frange esurienti panem.* Et sequitur, *Tunc inuocabis, & ipse exaudiet te, clamabis, & dicet, adsum.* Prou. 12.
6. *Illuminatio* *Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur.* Sexta, Illuminationis. Illuminantur enim homines à Deo propter Eleemosynas. Act. 10. Misit Deus angelum ad Cornel. Centurionem, licet gentilem, tamen misericordiæ operibus insistẽtem: *Deus misit me ad te, vt annunciem tibi, quod Eleemosynæ tuæ ascenderunt in conspectu eius. Vade ergo ad Simonem Petrum, & dicet tibi, quid te oporteat facere.* Septima, est Præmiationis in
7. *Remuneratio.* regno cælorum Eccl. 16. *Misericordia facit locum vnicuique secũdum meritum operum suorum.* Isa. 58. *Frange esur.* &c. Sequitur: *Et sanitas tua citius orietur,* quod refertur ad bona corporalia. *Et ante faciem tuam ibit iustitia tua:* quod refertur ad bona cælestia. *Et gloria Domini colliget te,* quod refertur ad bona spiritualia. *Et eris quasi hortus irriguus: cuius nõ deficient aquæ,* quod refertur ad bona tẽporalia, quæ nunquã deficient Deo largitore. Eccl. 12. *Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam. & si non ab ipso, certè à Deo.* Pro. 14. *Honorat Dominum, qui miseretur pauperis.* Oseæ 6. *Misericordiam volo, non sacrificium.* Mich. 6. *Indicabo tibi homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat a te: vtique facere iudicium, & diligere misericordiam.* Luc. 6. *Estote misericordes.* Matth. 5. *Facite ergo vobis amicos de mammona,* &c. 1. Tim 4. *Pietas ad omnia valet, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ.* Matth. 25. *Esuriui, & non dedistis mihi comedere,* &c. Ambros. *Nemo proprium dicat, quod commune est: quod plus, quam sufficit ad sumptus, violenter obtentum est.* Debet autem dari cum hilaritate. Eccl 35. *In omni dato hilarem fac vultum tuum.* Marci 12. & Lucæ 21. de vidua, quæ posuit duo æra in Gazophylacium. Et cum compassione & affectu ad pauperes. Iob 30. c. *Flebam super eum, qui afflictus erat, & anima mea compatiebatur pauperi.* Eccl. 20. *Datum insipientis non erit vtile tibi: exigua dabit, & multa improperabit. & apertio oris illius inflammatio est, & odibilis homo huiusmodi.* Secundo, Celeriter, Pro. 3. *Ne dicas amico tuo, vade & cras dabo tibi, cum statim possis dare.* Iob. 31. *Non negaui, quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare non feci.* Tertio, vt fiat in charitate. August. *Eleemosyna tunc animã liberat, si criminosus à peccatis mortiferis iam desierat.* Eccl 30. *Miserere animæ tuæ, placens Deo.* Vinum est, si das charitatiuè, acetum, si cum amaritudine. Quarto, largè. Tob. 4. *Si multum tibi fuerit, abundanter tribue.* Matth. 10. *Quæcunque habes, vende, & da pauperibus.* Matth. 19. Mar. 10. Luc. 18. *Ecce nos reliquimus omnia.* 2. Cor. 9. *Qui parce seminat, parce & metet.* Nota secundum Alexand. de Ales. Eleemosyna comparatur decem rationibus. Prima, quia semen occultatur in terra, vt fructificet, Matth 6. *Te autem faciente Eleemosynam, nesciat sinistra tua, quid faciat dextra.* Eccl. 29. *Conclude eleemosynam in sinu pauperis,* &c. Secunda, quia bonæ ter-
ræ committitur, & sic Eleemosynæ bo- 1.
nis pauperibus. Tob. 2. *Vade, adduc aliquos* 2.
de tribu nostra, timentes Deum. Et c. 4. *Panem tuum, & vinum tuum, super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus.* Eccl 12. *Da misericordi, & ne suscipias peccatorem. Da bono, & ne receperis peccatorem. Benefac humili, & ne dederis impio.* Sic autem quando quis non inuenit terram bonã, tamen in mala seminat: sic bonis non inuentis, etiam malis tribuit in eleemosy-
na. Luc 6. *Omni petenti te, tribue.* Tertia, quia 3.
sicut semen aqua irrigatur vt crescat: sic eleemosyna compũctione & lachrymis compassionis Iob 30. *Flebam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi,* &c. Et sicut pluuia, qua semen irrigatur, cælitus venit, sic dono Dei & inspiratione fit Eleemosyna. Quarta, 4.
quia cum iacitur semen, perdi videtur, & tempore congruo multiplicatur & recipitur: sic Eleemosyna. Eccles. 11.

Pende

Explicãtur verba Isai. — *Ambros.* — *Dandũ cum hilaritate.* — *Cum compassione.* — *Dandum celeriter.* — *Dandum in charitate.* — *Dandum largè.* — *Alex. de Ales. eleemosynam comparans decem rationibus.*

Perde pecuniam propter fratrem & amicum, & ne abscondas eam sub lapide in perditionem, & proderit tibi: Nam Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit, & postea resurget, & retribuet illis retributionem in caput eius.

5 Quinta, Sicut semen in vno anno seminatur, & in alio colligitur: sic Eleemosyna in hoc anno gratiæ seminatur, & in anno gloriæ inuenietur. Eccl. 11. *Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post multa tempora inuenies illum.*

6 Sexta, Quia magis pretiosa semina in anno quo seminantur, non colliguntur, sed in alio, sed viliora in eodem. Et similiter Eleemosynæ factæ in charitate [illegible] charitate, in præsenti vita non remunerantur integrè, sed in futura: factæ verò in mortali peccato, remunerantur in præsenti totaliter, Matth. 6. *Amen dico vobis, recep. merc. su.* Ecclesi. 35. *Da [illegible] Dominus [illegible] sustinentibus te.*

7 Septima, Quia semen gelu compressum & retardatum magnam fructuũ copiam facit: sic Eleemosynæ gelu aduersitatis & tribulationum compressæ. Vnde vt patet, [illegible] Israel, *quanto magis opprimebantur, tanto magis multiplicabantur & crescebant.*

8 Octaua, Quia agricola de parte seminis viuit, & aliam reseruat ad seminandum; sic secundum Ambros. super 2. Epistolã ad Cor. 9. *Eleemosyna in parte remuneratur hic, & partim in futura.* 1. Tim. 4. *Pietas ad omnia vtilis, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ.*

9 Nona, Quia sicut semen, non in vno tantum loco iactatur, sed per multa loca dispergitur, ita Eleemosyna, Psal. *Dispersit, dedit pauperibus.* Et hæc est contra auaros, qui sua non distribuunt, sed colligunt aliena, Abacuc 2. *Væ, qui multiplicat non sua.* Et dicit etiam, *dedit*, id est donauit, non vendidit, Luc. 6. *Mutuum date, nihil inde sperantes.* pauperibus non diuitibus,

10 Decima, Quia licet tria impediunt semen, ne fructificet, scil. cum seminatur secus viam, vel super petrosa, vel inter spinas, Matth. 13. Sic tria impediunt Eleemosynam scil. duritia cordis, compassio cordis, quando cum amaritudine datur, quod notatur per petras. Item inanis gloria, & hoc notatur, *In via*, vbi fit conculcatio à transeuntibus. Item propria peccata rodentia conscientiam eorum, à quibus fiunt quasi spinę, vel cum in diuitijs male acquisitis fiunt de alieno, quia diuitiæ spinę sunt. Chrysost. super Matthæum. *Eleemosyna amica Dei, semper ante eum regale solium sibi sistit, & semper ei propinqua est. Et pro quibuscunque voluerit, facile munus gratiæ impetrabit, vincula peccatorum ipsa dissoluit, fugat tenebras, & extinguit ignem inferni. Huic cum multa fiducia portæ cœli aperiuntur, & velut regina intrante nullus ianitorum, nullus custodum, qui assistunt, audet dicere, quid quæris? aut vnde venis? sed omnes eam è regione suscipiunt.* Prouerb 3. *Honora Dominum de tua substantia, & de primitijs frugum tuarum de pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt.* Refert Cæsarius, quod cum fratres cuiusdam monasterij multum abũdarent, & multum in pauperes essent liberales, tandẽ dimiserunt Eleemosynas, & ipsi egere cœperũt: quod cũ viro cuidam sancto referrent, ille ait: *Duo socij in isto monasterio conueuerunt habitare, sc. Frater Date, & Frater Dabitur vobis. Sed quia repulistis primũ, secũdus quoq; recessit à vobis: noluit enim sine socio suo remanere.* Itẽ in Eleemosyna debent dari, quæ bona, non corrupta, Eccles. 35. *Nulli offerte munera parua, non suscipiet illa Deus.* Item cum recta intentione. Item cum liberalitate. Leo papa in serm. de Aduentu: *Vno pretio empti sumus, & pari conditione in hunc mundum intrauimus, simili etiam exitu migraturi sumus. Et si benè egimus, in eandem beatitudinem pariter veniemus. Et quare pauper non accipiat tecum cibũ, qui tecum accepturus est regnum? Quare pauper non accipiat vel veterem tunicam, qui tecum recepturus est immortalitatis stolam? Quare pauper non mereatur panem tuum, qui tecum meruit accipere Baptismi sacramentum? Cur indignus sit accipere reliquias ciborum tuorum, qui tecum ad cõuiuium inuitatus est angelorum?* Item non debet dari ex rapinis, &c. Sed ex suo proprio, Prouerb. 3. *Honora Dominum de tua substantia,*

Chrysost. | Eleemosynæ vis. | Cæsarius. | Eleemosyna quid requirat. | Leo Papa.

stantia, Isai.16. *Ego Dominus odiens rapinam & holocaustum.* Eccl.34. *Qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.* Item debet dari indigentibus, non ditioribus, Rom.12. *Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: & si sitierit, potum da illi.* Considerandа est etiam in largiendo ætas atque debilitas, nonnunquam etiam verecundia, quæ ingenuos prodit natales, vt senibus plus largiaris, qui sibi iam nequeunt victum quærere, similiter etiam debilitas corporis, est promptius adiuuanda. Tum præsertim, si quis de diuitijs cecidit in egestatem, & maxime si nō suo vitio, sed aut latrocinijs, aut persecutione, aut calumnijs, quæ habebat, amisit. Misericordia enim qua subuenitur aliorum necessitatibus, est sacrificium Deo acceptius, quanto proximorum vtilitatibus est obsequiū conuenientius, vtpote propinquius vtilitatem proximorum inducens, secundum illud Heb. vlt. *Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus.* Multa bona promittuntur homini intendenti super egenum & pauperem, Psal 40. Primum est bonum vitę æternæ, quod diuiditur in duo sc. habere omne bonum. Beatus ille cui omnia optata succedunt. Et carere omni malo. *In die mala* scil. iudicij, *liberabit eum Dominus.* Secūdo, promittit ei bona vitæ præsentis, primo gratiam cōseruantem *Dominus conseruet eum,* sc. compatientē Christo & in se & in pauperibus. Psal. *Custodit Dominus omnes diligentes.* Secūdo, promittit eis gratiam viuificantem. *Viuificet eū,* sc. credentem, per fidem, Abac. 2. *Iustus ex fide viuit.* vel cū compatientem. Tertiū, Gratiā cōsummantem. *Et beatum faciat eum in terra,* sc. in præsenti vita, sc. per spem, Ro.8. *Spe enim salui facti sumus.* Quarto. Liberationem a peccatis quæ sunt ex suggestione diaboli. *Et non tradat eum in animam inimicorum eius,* sc. in voluntate & desiderium eorum. Licet quandoque tradat in manib. eorū ad probationem, non tamē tradit in voluntatem eorū, quæ est vt ad peccatū perducatur, Io.1. *Ecce omnia quæ habet, in manu tua sunt: verumtamen animam illius serua.* Quinto, Liberationē a peccatis quæ sunt ex tētationib. carnis. *Dominus opem ferat illi super lectū doloris.* Caro enim est lectus in quo delitijs inuoluerunt filia vaga. Sed Dominus immittendo dolorem & infirmitatē, facit esse lectū doloris, & sic fert opē, quia Eccles.11. *Maluit viuus hora ob intionem facit luxuriæ maximæ.* Vniuersam carnis voluptatē conuertisti in angustias & dolores. Vel carnē quæ prius spiritui præerat, versasti, vt spiritui esset subdita, Gen. 4. *Sub te erit appetitus tuus.* 2. Cor.12. *Virtus in infirmitate perficitur.* Positis illis bonis quę promittit eis qui fidē Christi & cōpassionē proximi habuerūt, propheta nō de se præsumēs, ad Dei misericordiā recurrit, petens eā sibi non suis meritis, sed misericordia Dei dari, quæ est magna & multa. Quia omnes generaliter recipit, Mat.11. *Venite ad me omnes.* Quia etiam inimicos suos custodit, Rom 5. *Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo,* &c. Quia dat de dulcedine sua ad prægustandum Psal. *Gustate & videte, quam suauis est Dominus.* Quia cito dimittit peccata, Ezech.18. *In quacunque hora ingemuerit peccator,* Psal. *Dixi cōfitebor.* Quia non semel, sed multoties dimittit. Matt. 18. *Sed vsq; septuagesies sexies.* Quia perfectē dimittit. Ezech 18. *Omnium iniquitatum eius non recordabor amplius.* *O quam magna multitudo dulced. tuæ,* Psal.30. Quia expectat ad pœnitentiam, Thren 3. *Misericordiæ Domini multæ, quia non consumpti sumus.* Rom.2. *An diuitias bonitatis eius, & longanimitatis.* Quia reuocat ad pœnitentiā, Isa 30. *Non faciet auolare vltra a te Doctorem tuū, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuū, & aures tuæ audient verbum tuum, post tergum monentis.* Quia confert bona inimicis suis, imo *[illegible] pro nobis.* Ro 5. *Qui solem suum facit oriri super bonos & malos,* Matth 5. Quia *Confert gratiam [illegible],* Tit 3. *Secundum suam misericordiam saluos nos fecit.* Ro 4. Cui Deus accepto fert iustitiā sine operibus. Quia protegit iustificatos. VI.

Custodi me vt pupillam oculi mei, sub vmbra alarum tuarum protege me. Quia multiplicat bona eorum, Psalm. *Ibunt de virtute in virt.* Quia remunerat super condignum, Psalm. *Melior est misericordia tua super vitas.* Quia hominē tam nobiliter plasmauit. Quia omnes creaturas subiecit. Quia longanimiter expectat, Sap. 11. *Misereris omnium, quia omnia* [illegible]. Quia redeuntem benignè & libenter recipit, Luc. 15. de filio prodigo. Quia clementer & paternè corrigit, Psal. *Visitabo in virga iniquit. eor. misericordiā autē meā non dispergam ab eo,* &c. Quia redimit perditos copiose, 1. Corint. 6. *Empti estis pretio magno.* 1. Pet. 1. *Non corruptibilibus auro,* &c. *Copiosa apud eum redemptio.* Quia remunerat suos abundanter. Mat. 25. *Euge serue bone & fidelis.* Multitudo misericordiæ Dei attenditur secundùm multitudinē offensionum, vel frequentiam demissionum, secundum multitudinem offendētium, [illegible] quia multa dimittit & multoties [illegible]. Magnitudo verò attenditur [illegible] miserentis & peccatoris, [illegible] quia magnus est qui dimittit & [illegible] dimittit, Isa. 63. *Miserationum Domini* [illegible], *& laudem Domini super omnibus, quæ reddidit nobis Dominus, secūdum multitudinem bonorū domus Israel, quæ largitus est eis secundum indulgentiā suam, & secundùm multitudinem miserationū suarum.* Miseria aūt

Miseria multiplex. multiplex est. Primò, Naturæ, Iob. 14.

1. Naturæ. *Homo natus de mul.* Et hæc consistit in quatuor. Quia de nihilo est, Isa. 41. *Ecce vos estis ex nihilo.* Quia fluit, Eccl. 14. *Alia generantur, alia deiiciuntur: sic est generatio carnis & sanguinis.* Quia alteratur, Iob 14. *Nunquam*

2. Culpæ. *in eodem statu permanet.* Quia corrumpitur, [illegible] *subsistent.* Secundo, Culpæ, quæ consistit in sex. Quia annihilat, [illegible] *nihil factus est.* Quia spoliat, Luc. 10. [illegible]. Quia cremat post mortem, Eccl. [illegible] *cum delinquente* [illegible]. Quia angit verme cōscientiæ, Ier. 2. [illegible] *auersio tua increpabit te.* Quia vulnerat, Eccl. 22. *Quasi romphea* [illegible] *plagæ illius non est sanitas.* Quia obstat misericordiæ Dei, Ier. 5. *Peccata nostra prohibuerunt bonum a nobis.* Tertiò, Misericordiæ pœnæ, Iac. 4. *Miseri estote, & lugete, & plorate.* Et hæc est sollicitudinis, Eccl. 40. *Occupatio magna est omnibus hominibus.* Laboris, Iob 5. *Homo natus ad laborem.* Morborum, Eccl. 40. *Mors, sanguinis, contentio, oppressiones.* Damnorum, rerū vel amicorū, Eccl. 40. *Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertentur.* Vel mortis, 2. Reg. 14. *Omnes morimur.* Seruitutis carnis, Rom. 7. *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.* Seruitutis mundi, 1. Cor. 7. *Quæ nupta est cogitat, quæ sunt mūdi.* Seruitutis peccati venialis, Rom 7. Seruitutis gehennæ, Matth. 25. *Ibunt in supplicium æternum.* 3. Pœnæ.

Quarto, Misericordia ignorantiæ, consistit in his, sc. quæ homo ignorat. Initiū suum. Vnde 3. Reg. 3. *Ego sum ignorans egressum, & introitum meum.* Finem suū, Eccl. 9. *Nescit homo finem suū.* Meritum suū, Eccl. 9. *Nescit homo vtrum amore, an odio sit dignus.* Ab his liberat Dei Misericordia, quæ dicitur quasi miseriam cordis demens, per gratiam iustificatiōis vel cōsolationis. Vel quasi mittēs seorsum rigorē cordis per pœnæ debitæ mitigationē. Vel quasi mira suauitate rigans per consolationē, & miseriæ amotionē. Dicit D. Bern. *Septem in me inuenio Dei misericordias. Prima est quòd à multis peccatis adhuc in sæculo positū custodiuit. Prima, inquam, inter omnes quas mihi impendit, sed inter septem prima, & hoc triplici modo: occasionis subtractione, resistendi data virtute, affectionis sanitate. Secunda, Fuit expectatio sustinentis, qua tardabat vltionem, quia indulgentiā cogitabat, longanimiter expectans electionem prædestinationis suæ impleri volens, & qua nos dilexit, nimiam charitatē. Tertia miseratio fuit, quod ad pœnitentiam me conuertit, concutiens cor meū & excitans, vt auerteret meorum vulnera peccatorum, & vulneratum sentirem dolorem, terrens & deducens ad portas inferi, & meliorem mihi consolationem inspirans, item indulgentiæ largitio. Quarta fuit, quod suscepit misericorditer pœnitentem. Sic enim ex toto indulsit, & tam liberaliter omnem donauit iniuriā, vt iam nec damnet vindicando, nec*

4. Ignorantiæ.

Bernardus inuenit 7. misericordias Dei.

1 2 3 4

do, nec confundat improperando, nec minùs diligat
5 *imputando. Quinta, Per eã mihi deinceps continen-*
di, et emendatiùs viuẽdi præstitit virtutẽ, carnẽ cũ
cõcupiscentijs suis, præsens seculũ cũ curiositatibus
suis, & etiam ipsum Satanam cum tentationibus
6 *suis conterendo sub pedibus meis. Sexta, est gratia*
promerendi bona æterna, quæ in tribus consistit, in
odio præteritorum malorum, in contemptu præsen-
7 *tium bonorum, & desiderio futurorum. Septima,*
est spes obtinendi. Tria siquidem considero, in qui-
bus spes mea tota consistit, quæ sunt charitas ado-
ptionis, veritas promissionis, potestas redditionis.
Scio cui credidi & certus sum: Quia in charitate
nimia adoptauit me, quia verax est in promissio-
ne, & potens in exhibitione. Hic est funiculus tri-
plex, qui difficilè rumpitur. Quem nobis à patria
nostra in hunc carcerem dimissum firmiter tenea-
mus obsecro, vt ipse nos sublevet & trahat, vsq;
ad conspectum magni Dei. Hæc ille. Misereretur
1 autem nostri facilius, quam pater & ma
ter propter fragilitatem nostrã. Quo-
niam cognouit figmentũ nostrũ, quod
est sicut opus figuli, vel quod nos nobis
fingimus. Secũdò, propter sterilitatem
2 nostrã: sic anima sicut terra sine aqua ti-
bi. Quoniã puluis sumus, & in puluerẽ
reuertemur. Per lutum ingredimur, per
puluerem egredimur. Tertiò, Propter
3 mundi deceptionem, qui arridet homi-
ni propter prosperitatem, sed cito ver-
tit ei faciẽ dimittẽs eũ, in aduersitate &
angustia. *Homo sicut fœnũ.* Quartò, Propter
4 necessitatẽ moriendi. *Quoniã spiritus pertrã-*
sibit in illo, Ps. 102. Itaq; Eleemosynã facia-
mus, & misericordiæ opera, vt a Deo
misericordiã consequamur. Laus Deo.

Tria, in quibus spes consistit.

Misereretur Deus citius quam pater & mater.

Ad beatitudinem quæ spectant.

Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit, Psal. 1.

PSalmus iste titulus est omnium psal-
morum, & ideo dicitur de Christo:
In capite libri scriptum est de me. Intentio au-
tem prophetę est, vt informet nos Deo:
hoc autem fit per virtutes, quarum finis
est beatitudo: Ideò a beatitudine inci-
piens, Beatum virum dicit, quod consi-
stit. Primo, in immunitate a peccato
triplici. Operis (*qui non abijt*) cor-
dis, (*in consilio impiorum*) oris, *& in cathedra*, 1
&c. Secundo Bona voluntas, *sed in lege* 2
Domini. Tertio, Meditatio legis diuinæ. 3
Et in l. eius me. Quartò. Bona operatio. 4
Et erit tanquam lignum. Quintò, Bona locu- 5
tio: *Et folium eius non defluet.* Verbum deor-
sum non fluet. Sextò, perseuerantia, per 6
perseuerantiam *omnia prosperabuntur.* Est
autem beatitudo viæ & patriæ, viæ sini-
stræ & dextræ, sinistræ affluentia tem-
poralium, Psalm. *Beatum dixerunt populum*
cui hæc sunt. Dextræ scil. gratuita, Matth. 5.
Beati pauperes spiritu. Beatitudo patriæ, Lu-
cæ 14. *Beatus qui comederit panem in regno Dei.*
Ad hanc beatitudinem exiguntur de-
cem. Vitare peccatum futurum. *Qui non*
abijt in consil. Plangere peccatum præteri-
tum. *In via peccator. non stet.* Non publica-
re peccatum præsens. *In cathedra pest. non*
sed. Velle bonum. *In lege Domini.* vel scire
bonum. *Medit. die ac noct.* Posse. *Erit taquam*
lignum quod plantatum est secus decursus aqua-
rum, scil. gratiæ. Opere exequi, *Fructũ suũ*
dab. Discretio. *In tempore suo.* Modestia ver
borum. *Folium eius non deflu.* Patientia *om-*
nia prosperabuntur. Et quemadmodum Da-
uid fuit vir desideriorum cordis Dei, &
intellexit & voluit Dei misericordiam
collaudare, & homines in illam viam
beatitudinis ducere, ideo sic cœpit di-
cere: *Nouit enim Dominus viam iustorum*, per
approbationem quia munda, Psalm. *Im-*
polluta via eius. Isa. 14. *Scopabo eam, in scopa te-*
rens. Secundo, quia lucida, Prouerb. 4. *Se-*
mita iustorum, quasi lux splẽdens. Tertio, quia
delectabilis, Prouerb. 3. *Viæ eius, viæ pul-*
chræ. Quarto, quia secura Prou. 3. *Semitæ il-*
lius pacificæ. Quintò, quia plana, Prouer.
4. *Viam sapientiæ monstrabo tibi, ducam te per*
semitas æquitatis. Sextò, quia recta. *Rectam fa-*
cite semitas Dei nostri. Isa. 40. Septimò, quia
expe-

Vir beatus in quo consistat.

Beatitudo multiplex.

Beatitudini requiruntur decem.

Via iustorum munda.

Lucida.

Delectabilis.

Secura.

Plana.

Recta.

Expedita. expedita. Vnde super ill m le ũ Matth. 19. [illegible] omnia: dicit B. Bern. *Rectè Petre, & non [illegible], quia curr[illegible] sequi [illegible] poteras [illegible].* 4. Reg. 2. Elias [illegible] in cælum dimisit palliũ suũ, id est temporalia. Et cùm omnia no[illegible], non tamen per benepla[illegible] approbationē. Reprobat enim Dominus iter impiorũ. Primò, Quia inqui[illegible] Psal. *Inquinatæ sunt viæ illius in omni [illegible].* Secũdo, Quia tenebrosum, Pro. 4. *[illegible].* Tertio, quia cõtristabile & asperum, Eccl. 21. *Via peccãtiũ cõplanata lapidibus, & in fine illorũ inferi.* Sap. 5. *Ambulauimus vias difficiles.* Quartò, Quia timidũ & periculosum Pro. 22. *Arma & gladij [illegible].* Quintò, Quia tortuosũ, Psal. *[illegible] ambulant.* Eccl. 10. *Labor stultorum [illegible] eos, qui nesciunt in vrbē pergere.* Sextò, Quia diabolus ambulat cũ eis, Psal. *[illegible].* Septimò. Quia impe[illegible], Iob 18. *Immisit in rete pedes,* &c. Id[illegible] alio in loco psalmista, *[illegible] in latitudinē, [illegible] me fecit, [illegible].* Pro. 4. *Ducã te per semitas æ[illegible] ingressus fueris, nõ arctabuntur [illegible].* Sunt autē gradus beatitudinis [illegible]. Primus est diuina electio quæ notatur per [illegible], Io. 15. *Non vos me elegistis, [illegible].* Secundus est Fides & ma[illegible], quæ notatur per, *Saluum [illegible].* Tertius charitas. *Eduxit me in latitud.* Quartus, Nostra bona voluntas. *Retribuet [illegible].* Quintus, Bona ope[illegible]. Sextus, Per[illegible]. Septimus, Aeter[illegible]. In via autem [illegible] necessaria sunt quatuor, Viati[illegible] Christi. 3. Reg. 30. *Iuit Elias, [illegible]* ... memoria passionis [illegible] Pr[illegible], id est, Eleemosyna [illegible] 29. *Eleemosyna viri, quasi sac[illegible].* Cantica, oratio, psalmodia, confessio, [illegible] *Cantabiles mihi e[illegible]*, & rursus *Cantent in vijs [illegible] gloria Domini.* Ductor [illegible] Spiritus sanctus, Psal. *Spiritus*

Iter impiorũ reprobatur.

Beatitudinis gradus.

Viatoris 4. sunt necessaria.

tuus bonus deducet me in terrã rectam. Sap. 10. *Iustũ deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi reg. Dei.* Ecce parata est via, non restat nisi ambulare, Isa. 30. *Hæc via Domini, ambulate in ea.* In hac iuit defũctus noster, in hac & vos ambulate, & salui eritis. Auditores. Quia autem viæ iustorũ difficiles, ideo dux & pastor Christus est, Psal. 22. *Dominus regit me.* & viatori tali gratiæ sunt valde necessariæ. Prima, cognitio sacræ Scripturæ: *In loco pascuæ* vel sacræ Scripturæ, quia ibi cibus spiritualis, sc. verbũ Dei inuenitur, Deut. 8. *Nõ in solo pane viuit homo.* Ezec. 3. *Cibauit me volumine illo.* 1
Secunda, Baptismi regeneratio, ianua fidei. *Super aquam ref.* Zach. 13. *Erit fons patens domui Dauid in ablutione peccatoris & menstruatæ.* Matt. 3. *Ipse vos baptizabit in Spiritu S.* Esa. 12. *Haurietis in gaudio aquas, quæ saliunt in vitã æternam.* Io. 4. Tertia, Omnimoda ad Deũ cõuersio, vt homo præter eũ nihil quærat (*Conuertit animã meam*) vt mundanis rebus non inhæret, quo minus ad Deũ liberè currere possit, Ioel. 2. *Conuertimini ad me in toto corde vestro.* Sic conuerterat Dominus Apostolum, Heb. 13. *Non habemus hic manentem ciuitatē, sed futuram inquirimus.* Phil. 3. *Omnia arbitror vt stercora, vt Christũ lucrifacere.* Propter hoc dic. 1. Pet. 2. *Obsecro vos tanquã aduenas & peregrinos, abstinere vos a carnalib. desiderijs.* Aduenæ enim & peregrini in via vident villas, arces & prædia, &c. Sed non detinentur ibi, quia cor eorum versum est ad patriam suam, quam reuertēdo expetunt & festinant. Quarta, Ducit eum in per compendium consiliorum. *Deduxit me per se. iust.* Isa. 2. *Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius.* Dicũtur autem cõsilia semitæ, quia sunt arcta, munda & compendiosa. Sed semitæ iustitiæ dicuntur, quia per ea fit vera iustitia. Si enim homo peccauit & postea complet sola præcepta, non facit veram iustitiã Deo de seipso, quasi nunquam peccasset, tenebatur tamē ad præcepta. Sed qui vult veram iustitiã facere de pec-

Via iustorũ dux Christus est.

Viatori gratiæ sunt valde necessariæ.

de peccato suo, oportet vt sicut cōmisit
illicita, etiam ab illicitis abstineat. Et
5 hęc faciunt, qui implent consilia. Quin
ta, Securitas. *Nam & si amb. vmbram* mor-
tis vocat peccata. Isa. 9. *Habitātibus in reg.*
vmbr. mortis. Quia ex ductu eius tātam fi-
duciam sumpsi, vt si inter peccatores
quoscunq; ambulauero, no timebo ma-
la culpę ad quam me trahere volūt, nec
mala pœnę, quā mihi infligunt: *Quoniā tu*
mecum es Isa. 43. *Cum ambulaueris in igne, non*
comburēris: & flamma non ardebit in te, quia Do-
6 *minus Deus tuus sum.* Sexta, Patientia & gau
dium in tribulatione. *Virga tua et bac. tuus.*
Act. 5. *Ibant apostoli gaudentes à consp.* Con-
solantur autem virum iustum flagella.
Quia signa sunt dilectionis paternæ. A-
poc. 3. *Ego quos amo, castigo.* Quia pœnas æ-
ternas in temporalem cōmutant. Quia
gaudia æterna donant. Sap. 3. *In paucis ve-*
7 *xati, in multis benè disponentur.* Septima, Re-
Mensa multiplex. fectio Eucharistię. *Parasti in conspectu meo*
mensam. Venite comedite panem, &c. 1. Cor. 11.
Eucharistiæ. *Probet autem seipsum homo,* &c. Est autē men
sa bona Eucharistiæ. 1. Cor. 10. *Non potestis*
Scripturæ. *communicare mensæ Domini.* Scripturæ. Pro.
9. *Sapientia ædificauit sibi domū, et proposuit mē-*
Gratiæ. *sam.* Gratiæ. Matth. 15. *Nam & catelli edunt.*
Gloriæ. Gloriæ. Lu. 22. *Et ego dispono vobis sicut disp.*
Pœnitētiæ. *pater.* Pœnitentiæ. 2. Reg. 9. *Tu comedes pa-*
Contemplationis. *nem in mensa mea.* Cōtemplationis. Iob 36.
Requies mensæ tuæ erit plena. Prædicationis.
Prædicationis. Luc. 19. *Quare non dedisti pecuniam meam ad*
mensam? Orationis. Ezech. 39. *Saturabimini*
Orationis. *super mensam meam.* Hospitalitatis. Nee. 5.
Hospitalitatis. *Qui veniebant ad me de gentibus, in mensa mea e-*
rant. Pietatis. 4. Reg. 4. *Ponamus in eo mensam*
Pietatis. *& sellam.* Mensa mala superbiæ. Isa. 21. *Po-*
Mensa mala superbiæ. *ne mensam, contemplare in specula.* De Baltha
sare dicitur absorbente diuitias. Auari
Auaritiæ. tiæ. Eccl. 14. *In tristitia erit super mensam suā.*
Simoniæ. Simoniæ. Ioan. *Nummulariorum effudit.* Lu-
Luxuriæ. xuriæ. 3. Reg. 18. *Qui comedunt de mensa Ieza-*
Gulæ. *bel.* Gulæ. Isa. 28. *Omnes mensæ repletæ sunt vo*
Idolatriæ. *mitu.* Idolatriæ. 1. Cor. 10. *Mensæ dæmoniorū.*
Fortunæ. Fortunæ. Isa. 65. *Qui ponitis mensam Fortunæ.*
Fallaciæ. Dan. 11. *Ad mensam vestram menda-*
cium loquetur. Hæreseos. Eccl. 31. *Surge è me-* *Hæresis.*
sa, & vome. Adulationis. Eccl. 29. *Trāsi hos-* *Adulationis.*
pes, orna mensam. Detractionis. Eccl. 40. *Vir*
respiciens in mensam alienam, non est vita eius in *Detractionis.*
cogitatiōe victus. Octaua Spiritualis lętitia.
Impinguasti in oleo cap. meū. Isa. 21. *Vt darē eis* 8
oleum gaudij pro luctu. Psal. *Vnxit te Deus Deus*
tuus oleo læt. Oleum autem, spiritualis læ-
titia dicitur. Quia illuminat, reficit, su-
perenatat, facitque homo luctans contra
diabolum, possit ab eo capi, propter in-
unctionem. Nona, Contemplatio. *Ca-* 9
lix meus inebri. facit enim obliuisci omniū
miseriarum & curarum. *& valde præcla-*
rus, quia feces terrenarum & carnalium
cogitationum & affectionum non co-
miscentur in illo calice. De inebriatio-
ne ista. Cant. 2. *Introduxit me rex in cellā vi-*
nariam, id est, in secretum contemplati-
onis ordinauit me. Qui enim habet cha
ritatem ordinatam, *non quærit, quæ sua sunt.*
1. Cor. 13. Decima, Perseuerātia. *Et miser.* 10
tua subsequetur me. Misericordia quæ præ-
cedit me, cōferendo gratiam subsequa-
tur me, ne cadam à gratia, sed in bono
perseuerem, in hac vita præsenti. Vnde
Ecclesia orat. *Tua nos Domine gratia semper*
præueniat ac sequatur, ac bonis operib. iugiter præ-
stet esse intentos: Gloria magna est sequi Dominū,
Eccl. 23. *longitudo enim dierū assumetur ab eo.*
Ideo dic. Dauid. *Et vt inhabitem.* Has gra-
tias rogauit defunctus noster, quas etiā
habuit & sperandum piè, quod habitet
in domo Domini, ad quam si festinatis,
has gratias à Deo impetrate.

De viro iusto, quod misereatur Deus, & non dese- rat eum.

Oculi mei semper ad Dominum, quo-
niam ipse euellet de laqueo pedes
meos. Psal. 25.

VIR iustus, qualitercunq; canes & vi-
tuli multi, tauri pingues, circūdent, *Vir iustus*
insidientur, & sæuiant, debet habere cū *securus.*
propheta Regio desolato sæpè & affli-

cto

Iustus à Deo nõ derelinquatur.

ctò hanc consolationem, quamuis miser sit & derelictus, & aperiant aduersarij os suum sicut leo rapiens & rugiens, quod non præualebunt, quia Dominus illũ tutabitur. sic defunctus noster confidit & adiutus est, sic omnes vos, Auditores debetis facere & credere, quod Dominus virum iustũ non derelinquat. Primò, quia ei iam tantum contulit
1 beneficium, quod extraxit eum de ventre matris, hoc est, à peccati consuetudine. Rom. 5. Cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus, in vita ipsius. Extraxit per violentiam, qui est agnus Dei tollens peccatum mundi Io. 1. Gal. 1. Qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit me per gratiam suam. Secundò, Confidentia sua. quia spes
2 mea, dixi Psal. ab vberibus matris meæ. Vbera prædictæ matris sunt delectatio in opere, hoc est, propter spem quam habeo in te: ablactaui me & separaui me ab omni delectatiõe carnali, & ideò quia tu mihi dulcior es quã ista, ideò ne discesseris à me. Significatũ fuit hoc Gen. 21. vbi dicitur, quod creuit puer Isaac & ablactatus est, fecitque Abraham conuiuium grãde in die ablactationis eius. Gaudet enim Deus & gaudere debet Ecclesia, quando quis ab huiusmodi delectationibus separatur. Tertiò, Quia Do-
3 mino derelictus est. In te proiectus sum ex vtero. Sicut solent matres immisericordes proijcere paruulos Ps. Tibi derelictus est pauper. Sensus est, Postquam à consuetudine peccandi recessi, nullũ habui, qui curam mei gereret aut mihi faueret. Sap. 2. Grauis est nobis etiã ad videndũ, quoniam dissimilis est alijs vita illius & immutatæ sunt viæ eius. Psal. Pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autẽ assumpsit. Quarto, Iusti-
4 tia Dei, quia suos debet defendere & conseruare. Deus cui tu per cultum. Meus per amorem. ideò ne discesseris à me, quia dixisti Ioan. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. & Pater meus diliget eum. &c.
5 Quinto, Instans necessitas: Quia tribulatio proxima est Psal. Multæ tribulationes iustorũ, &c. Quia iustus tribulatur à mundo persecutionibus, à carne blanditijs, à diabolo seductionibus. Prima tribulatio est iuxta nos, secunda inter nos,
tertia circa nos. Sexto, Paupertas quia 6
non est qui adiuuet. Iob 19. Noti mei, quasi alieni recesserunt à me. Item videamus cur Deus debeat misereri viro iusto, opera manuũ suarũ ne despiciat, Nihil odisti eorũ, Sap 11. quæ fecisti. Protector noster aspice Deus, & respice, sc. oculis misericordiæ tuæ,
in faciẽ Christi tui. Prima causa, Quia solũ 1
Deũ quærit. Vnicus & pauper sum ego. Ps. 25. Non diuisus ad multa quærenda: Quia, vnã petij, hãc requirã, &c. 2. Reg. 1. Sicut mater vnicũ diligit filiũ, ita diligebã te. Lu. 7. Ecce defunctus efferebatur, & illũ vnũ su-
scitauit, qui nõ erat diuisus. Secũda. Pau- 2
pertas spiritualis. Pauper sum ego, sc. virtutib. in mei reputatiõe Luc. 17 Cũ omnia bona feceritis, dicite, serui inutiles sumus, quod de-
buimus facere, fecimus. Tertia, Angustia cor- 3
dis iusti, Ps. Tribulationes cor. mei multi. Tribulatur enim iustus in corde propter mala aliorũ, 2. Cor. 11 Quis scandalizatur. Quantũ ergò multiplicantur mala hominũ, tantũ multiplicãtur tribulationes iustorũ. Tribulatur ex prolõgatione exilij Psal. Heu mihi quia incolatus meus prolõgatus est. Ex dilatiõe patriæ. Ps. Quãdo veniã & apparebo
ante faciẽ Dei. Quarta, Tribulatio cordis. 4
De necessitatib. meis. ab his petit liberari, quæ sunt exteriores, & tales sunt vtiles ad humilitatẽ & patientiã habendã exercẽdãq;. Ro. 5. Tribulatio patientiã operatur. Sunt etiã ineuitabiles. Matt 18. Necesse est vt veniãt scãdala. 2. Tim. 3. Omnes qui volũt piè viuere. Act. 14. Per multas tribulationes Ro. 8. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorũ Dei. Necessario ergò
modo subest homo tribulationib. sicut 5
seruus seruituti. Quinta, Humilitas cordis. Vide humil. me. Tribulationem humiliantem me Thren. 1. Vide Domine, quoniam tribulor Thren. 3. Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absinthij & fellis,

Viro iusto cur Deus debet misereri.

6 *Deus superbis resistit*, Iacob. 4. Sexta, Labor corporis. Laborem meum, Psal. *Labores manuum tuarum*, Iob 5. *Homo natus ad laborem.*

7 Septima, multitudo peccatorum, *Dimitte vniuer. delict. mea.* Est simul oratio & allegatio. Quia enim peccauit, ideo indiget misericordia, 2. Par. vl. *Quoniam peccaui super numerum arenæ maris, & multiplicatæ sunt*

8 *iniquitates meæ*, Ps. *Tibi soli peccaui.* Octauo, Multitudo inimicorum. *Respice inim. meos.* Conuertendo vel puniendo, Psal. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis.* Est & mūdus, caro, diabolus, &c.

9 Nono, Inimicorum crudelitas Et, *odio iniquo od. me.* Propter hoc enim Dominus sæpe flectitur ad misericordiam, Deut. 32. *Et dixi: Vbi nunc sunt, cessare faciam ex hominibus memoriam eorum*: Sed propter inimicos eorum distuli, ne forte superbirent hostes eorum. Aggrauat odiū quia ini-

10 quum. Decimo, Perplexitas animæ. *Custodi animam meā* quia obsessa est à dæmonibus vndique, 1. Pet. vlt. *Aduersarius vester diabolus tāquam leo.* Iob 2. *Ecce in manu tua est, veruntamen serua animā illius.* Et quid mirum, si petat iustus animam custodiri,

11 quia ipsam solam petit diabolus. Vndecima, Spes. *Non erubescam.* Rom. 5. *Spes non*

12 *confundit.* Duodecima, Vnitas Ecclesiæ quam ipse custodit. *Innocentes & recti ad.*

13 Decimatertia, Patientia. Quia sustinui te. Ps. *Vniuersi qui sustinent te, non cōfundentur.*

14 Decimaquarta, Cōtemplatio. *Libera Deus ex om. trib.* interioribus & exterioribus, Deut. 32. *Foris vastabit gladius, & intus pauor.* Aduerte etiā, quod qui sperat in Domino non cōmouebitur: & hominem præuenit Deus multis modis. Dando voluntatē boni. August. præuenit vt velimus, sequitur ne frustra velimus. Nec illā voluntatem redeundi habuisset filius prodigus, Luc. 15. nisi prius pater eam in occulto inspirasset, ait Gregor. 1. Io. 4. *Non quasi nos dilexerimus eum, sed quoniam ipse prior dilexit nos.* Monendo. Isa. 30. *Aures tuæ audient verbum post tergum monētis.* Item vt lux quæ præuenit oculum. Io. 1. *Lux in tenebris lucet.* Exaudiendo, Psal. *Preparationē cordis eorum audiet auris tua.* Isa. 65. *Antequā clament ego exaudiam.* In beneficiorū collatione. Tit. 3. *Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos.* Præuenit quærentes se. Sap. 6. Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis priorē se ostendat. *In benedictionibus.* quæ consistunt in multis. In amotione culpæ. Eccl. 39. *Benedictio illius, quasi fluuius inundabit* quia sc. lauat pedes. In collatiōe gratiæ. vt Genes. 27. *Det tibi Deus de rore cæli & de pinguedine terræ.* In conseruatione gratiæ. Deu. 33. *Benedictio illius qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph.* In gratiæ multiplicatione. Heb. 6. *Terra sæpe venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam his a quibus colitur.* Psal. *Benedictionē dabit legislator.* In gloriæ largitione. Eccles. 11. *Benedictio Dei in mercedem iusti festinat.* Itaque quādiu sumus in hoc exilio, Deus paratus est iuuare nos habētes ad eum oculos nostros fideliter & constanter: sed superest, vt vias nostras bene custodiamus. Ps. 38. *Dixi, custodiam vias meas.* 1 Primò, perseuerando, ne sc. eas relinquamus per pigritiā. Gen. 2. *Posuit Dominus hominē in paradiso voluptatis vt operaretur, & custodiret illud.* sc. opus suum. 2 Secundo, Circumspiciendo, ne aberremus per ignorantiam. Prou. 14. *Est via, quæ videtur homini recta, nouissima autem eius ducunt ad mortem.* 3 Tertio, Eas sub pede tenendo, ne eas amittamus per superbiam. Psalm. *Neque ambulaui in magnis, neque in mirab.* Prouerb. 10. *Qui ambulat simpliciter, confidenter ambulat.* Ad huiusmodi custodiam monet Aggæus 1. *Ponite corda vestra super vias vestras: seminastis multum, intulistis parum.* Superbi enim quandoque multum seminant, quoniam opera bona faciunt, sed parum inferunt, id est, intus ferunt, quia totum exterius vento exponunt. 4 Quarto, Directè ambulando, ne declinemus ad dextram, vel ad sinistram, Numero. 21. *Non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis, via regia gradiemur.* 5 Quinto, Excludendo hostis versutiam. Psalm.

Præuenit Deus hominem multis modis.
Dando voluntatem boni.
Monendo.
Exaudiendo.
Beneficia cōferendo.
Amouendo culpam.
Conseruādo gratiam.
Multiplicādo gratiā.
Largiendo gratiam.
Via nostra benè custodiēdæ perseuerando.
Sub pede tenendo.
Directè ambulādo.
Excludēdo hostem.

In via

In via hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Itaque, Auditores, habete hanc fiduciā, quam habuit Dauid, quam omnis vir bonus debet habere, quam habuit etiam defunctus noster, & custodiuit vias suas, sciens quia in imagine pertransit homo, & frustra conturbatur, & sciens quia Dominus suos non deserit: sic vos non deseret, si mandata eius, & consilia Dauidis secuti fueritis.

De misericordia Dei, iustorum persecutionibus: quæ ligant hominem & soluunt.

Misericordiæ tuæ multæ Domine, secundum iudicium tuum viuifica me. Multi qui persequuntur me & tribulant me, à testimoniis tuis non declinaui. Psal. 118.

Deus quàm sit misericors. Nouerat ille, qui grauissimè in multis deliquerat, quàm misericors sit Deus, & quibus misereatur, vtique, quia multis & in multis multoties, & multis modis, & multis de causis miseretur, & misericordiæ ipsius magnæ, quia magnas miserias miserendo releuat, & magna peccata miserendo relaxat. Psal. 50. *Miserere mei Deus, secundùm magnam misericordiam tuam.* Vnde quia defunctus noster licet habuit persecutiones & humanam fragilitatem, sicut vos oēs, ad Dominū semper clamauit spe magna & fide: Misericordiæ tuæ, &c. Sunt etiam magnæ & multæ misericordiæ Dei, quia multi *Misericordiæ Dei ad homines multi effectus.* & magni sunt effectus misericordiæ ipsius ad homines. Primus, est creatio hominis. 1. Cor. 15. *Gratia Dei id sum, quod sum.*
1. Secundus, hominis redemptio. Sola quip-
2. pe gratia sua sicut fecit hominem, sic redemit 1. Ioan 3. *In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit.* Tertius, hominis peccatoris expe- 3.
ctatio. Isa 3. *Expectat nos Deus, vt misereatur nostri.* Ephes. 2. *Deus, qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem suam,* &c. Quar- 4.
tus, vindictæ dissimulatio, Sap. 11. *Omnium misereris, quia omnia potes, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam.* Quintus, Fu- 5.
gientis peccatoris reuocatio, Isa 3. *Aures tuæ audient post tergum verbum monentis.* Se- 6.
xtus, Reuertentium clemens susceptio. Luc. 15. de filio prodigo. Septimus, Con- 7.
uersatio. Thren. 3. *Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius.* Octauus, velox auxiliatio. 8.
Psalm. *Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua adiuuabat me.* Nonus, viuificatio. 9.
Psalm. *Vide, quoniam mandata tua dilexi, Domine, in misericordia tua viuifica me.* Decimus, 10.
Saluatio. Psalm. *Saluum me fac Deus secundùm misericordiam tuam.* Tantæ misericordiæ Domini sunt, vt nemo possit, aut desperare debeat, dummodo ad Deum conuertatur. Et licet multi persecutores sint, & fuerint, eruntque iustorum, tamen illi à mandatis Dei non recedēt, Psalm. Persecutor iusti spiritus est caro, *Persecutores iustorū qui.* qui persequitur blandiendo & alliciendo. Gal. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum.* quæ persecutio figurata est. Iud. 16. in *1. Caro.* Dalida & Samsone: hæc illum crinibus spoliauit, in gremio recumbentem, & caro spoliat spiritum virtutibus, & sanctis meditationibus sibi cōsentientem: deinde tradit Philistæis, id est, dæmonibus, qui eum excæcant, scil. visum rationis, & cælestium contemplationem. deinde ponit eum ad molam, id est, ad curam & sollicitudinem temporalium. Eccl. 9. *Ne des mulieri, sc. carni potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris.* Secundus est mundus, quæ per- *2. Mundus.* secutio figurata est Genes 31. in Laban, qui persecutus est Iacob fugientem tribus diebus, sc. per peccatum cordis, oris & operis. Nam si quarta die persecutus esset

esset eum, id est, peccato consuetudinis vix euasisset, sed liberatur vir iustus per aceruum testimonij, id est, sacræ scripturæ.
3. *Diabolus* Tertius est diabolus. 1 Pet. 5. *Aduersarius vester diabolus.* Figuratur ista persecutio in persecutione Saulis & Dauidis. Siquidem Saul sola inuidia persequebatur Dauid. Sic diabolus virum iustum.
4. *Parētes & amici.* Quartus, sunt parentes. Mich. 7. *Inimici hominis domestici eius.* Ierem. 9. *Vnusquisque a proximo suo se custodiat* &c. Quintus, Tyranni, qui bona Ecclesiæ diripiunt, & martyres occiderunt.
5. *Tyranni.*
6. *Hæretici.* Sextus, Hæretici, qui fidem corrumpunt Ecclesiæ, & confessores afflixerunt.
7. *Falsi fratres.* Septimus, Falsi fratres, qui mores & vitam Ecclesiæ malis exemplis corrumpunt.
8. *Aduocati* Octauus, Aduocati, qui pacem Ecclesiæ perturbant. Psal. *Dissipa gentes quæ bella volunt.*
9. *Prælati.* Nonus, Prælati, qui Ecclesiam intrant & incarnant illos de terra sua, & de parentela sua in suis Ecclesijs promouendo: contra quos Abac. 2. *Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate,*
10. *Spiritus maligni.* His omnibus adiuncti sunt maligni spiritus, qui per se & suos Ecclesiam & filios Ecclesiæ persequuntur. Vnde Eph. 6. *Induite vos armaturam Dei,* &c. Et aduerte quod sicut Iud. 17. Samson rupit vincula, sicut si quis rumpat filum stupæ. erat autē ligatus 7. funibus neruiceis, sicut homo septem vinculis ligatur a mundo vel peccato, quæ soluuntur etiam, sed Dei misericordia cooperāte & præueniente.
Vincula mundi septem. Primus est amor sui. Secūdus, amor mundi 3. amor parentum. 4 ambitio honorum 5. praua consuetudo. 6. stulta promissio. 7. præsumptio.
1. Primus ligat hominem, allegando infirmitatem seu fragilitatem naturæ aut complexionis. Dicit enim: Tu es fragilis, & non poteris sustinere, vel consummare, quod proponis, & eris confusus, & dicetur tibi, *Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare.* Luc. 12. Sic allegat & ligat prudentiam carnis aduocatus amoris proprij, sed mentitur iniquitas sibi, quia plus potest homo quàm dicat prudentia carnis.
2. Secundus, allegando vtilitatem seu necessitatem dicit enim, Tu es vtilis & multum necessarius mundo, tu facis multas Eleemosynas & multa bona, quæ non faceres in Religione, sed in hoc mentitur iniquitas sibi, quia non charitas, sed cupiditas allegat hæc.
3. Tertius, allegando pietatem & crudelitatem. Dicit enim, pium est iuuare suos, & crudelitas est relinquere inconsultos, 1. Tim. 6. *Si quis suorum, & maxime domesticorum, curam non habet, fidem negauit, & infideli deterior.* Sed hoc carnalitas loquitur, ideo mentitur sibi iniquitas.
4. Quartus, allegando communem vtilitatem. Dicit enim, si tu esses Episcopus, Præpositus, Decanus, &c. tu faceres multa bona. Tu enim dares illud & constitueres istud. Sed hæc ambitio loquitur.
5. Quintus, allegando impossibilitatem. Dicit enim, nullo modo posses facere. Consueuisti enim edere delicata & varia, & frequenter, dormire multum, iacere in culcitris, vti lineis, non posses mutare consuetudinem, *Consuetudo enim altera natura est: nec Æthiops mutat pellem suam.* Ierem. 11. Sed mendax iniquitas.
6. Sextus, allegando emēdationem. Dicit enim, tu emendabis te, & adhuc poteris facere multa bona siue in claustro, siue in sæculo. Sed mentitur. Quia qui non est hodie, cras minus aptus erit. Eccl. 29 *Repromissio nequissima multos perdidit negligentes.*
7. Septimus allegando bonitatem seu securitatem status. Dicit enim, tu es in bono statu, & in satis securo. Bene potes saluari sic, & forte non faceres tot bona: sed mentitur. Quia nemo in via securus. Sunt enim laquei diaboli absconditi. Iob 18 *Abscondita est in via pedica eius, & decipula iuxta semitam eius.* Nam in via continentiæ abscondit laqueum hypocrisis, Matth. 25. *Quinque virgines.* Contra quod, Ephes. vlt. *Succincti lumbos vestros in veritate* In via macerationis carnis, laqueum inanis gloriæ, Isa. 7. *Caput Syriæ Damascus.* Syria in- *Laquei diaboli & quomodo.*

ter-

terpretatur, excelsa, Damascus, saccus cilicij, Matth. 6. *Tu autem cum ieiunas.* In via iustitiæ laqueum seueritatis, Eccl. 7. *Noli esse multum iustus.* Prouerb 3. *Misericordia & veritas te non deserant.* In via misericordiæ laqueum pietatis falsæ. Eccl. 12. *Altissimus odio habet peccatores, & impijs reddit vindictam.* In via largitatis, laqueum prodigalitatis, quæ dat cui non debet, & nimis dat, Eccl. 12. *Scito cui benefeceris.* 2. Cor, 8. *Non vt alijs sit remissio, vobis sit tribulatio, sed ex æqualitate.* In via charitatis laqueum carnalis affectus, 2. Mach. 1. *Ignis conuersus est in aquam crassam.* Psal. *Si mei non fuerint dominati.* In via spei laqueum præsumptionis, & in via timoris laqueum desperationis, Deut. 22. *Non accipies pignori molam superiorem, nec inferiorem.* In via zeli laqueum furoris, Prouerb. 1. *Zelus & furor viri non parcet.* In via audaciæ laqueum præcipitationis, Isa. 16. *Arrogantia eius plus quam fortitudo eius.* Exemplum de Asaele, 2. Reg. 2. In via prudentiæ laqueum astutiæ, Iere 1 *Stultus factus est homo a scientia sua.* Isai. 48 *Defecisti in multitudine consiliorum.* In via consilij, laqueum pigritiæ, Soph. 2. *Vox cantantis in fenestra, coruus in superliminari.* Coruus dicit, Cras, cras. Sic piger: superliminare est ratio superior. In via constantiæ laqueum obstinationis, Ezech. 37. *Auferam à vobis cor lapideum.* In via sapientiæ, laqueum curiosæ perscrutationis, Prouerb 23. *Ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere non potes. Et qui scrutator est maiestatis, opprimitur à gloria. Et non plus sapere quam oportet.* Primum itaque funem quo ligatus est peccator, facile rumpit, qui intendit illud, Matth. 16. *Qui vult animam suam saluam facere.* & Ioan. 12. *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Secundum & tertium, Qui audit, Matth. 19. *Omnis qui reliquerit domum aut fratres, aut sorores, aut parentes, &c. propter nomen meum.* Quartum, Cito solueretur, qui bene attenderet, Matthæ. 16. *Quid prodest homini, si,* &c. Quintum, qui attendit Paulum, Phil. 4. *Omnia possum in eo qui me confortat.* Sextum, qui audit, Eccl. 5. *Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subito enim venit ira illius.* Septimum, soluit ille illud, Eccl. 37. *O præsumptio nequissima, vnde creata es?* quasi dic. Vnde est quod præsumit homo de se, vel de statu suo. Hos septem funes rumpunt septem circuitus, quos fecit Iosue circa Iericho. Ios. 7. Primus est consideratio sui & rumpitur. Ex ignorantia enim est, quod homo nimis diligit se. Secundus, Consideratio mundi: & rumpitur: quia si cognosceret mundum, non amaret ipsum. Tertius, Consideratio infidelitatis parentum: quam qui aduerteret, nó amaret eos, Ierem. 9. *Vnusquisque à proximo suo se custodiat.* Quartus, Cósideratio periculorum, quæ sunt in dignitatibus, Num. 25. *Tolle cunctos principes populi, & suspende contra solem in patibulis.* Quintus, Consideratio diuinæ misericordiæ, quæ semper in se confidentes iuuat. Psalm. *Iacta cogitatum tuum in Dominum, & ipse enutriet te, non dabit,* &c. Sextus, Consideratio breuitatis vitæ humanæ & incertitudo, Eccl. 9. *Nescit homo finem suum.* Iob 32. *Nescio quamdiu subsistam, & si post modicum me tollat factor meus.* Septimus, Consideratio propria infirmitatis, Mich. 7 *Humiliatio tua in medio tui.* Defunctus noster agnouit tribulationes, laqueos, & persecutiones, & defectus proprios, ideò regulauit se quantum potuit, misericordia Dei adiuuante, cui soli accepta retulit omnia, vt euaderet: & haberet quod post angustias, misericordias Dei in æternum cantaret. Sic & vos agite.

Funes peccatorum quomodo rumpantur

Circuitus ad similitudinem Iericho.

Con-

Contemptus veteris vitæ. Et ad Deum refugium.

Domine, refugium factus es nobis à generatione in generationem. Psal. 89.

CVM Propheta regius in præcedenti
Psalmo egisset de promissis, quę per
Christum implebũtur, & quia non sunt
impleta, ponitur in hoc psalmo oratio,
in qua petit, vt omnia compleãtur pro-
missa. Intentio autem est monere ad
cõtemptum veteris vitæ, & ad amorem
nouę & primo æternum refugium pro-
ponit homini temporali. Secundo petit
subueniri, & eius infirmitatem expo-
nit *Ne auertas*. Tertio, orat & affirmat li-
Deus est berationem per dexteram suam. Hoc
refugium idem fecit defunctus noster. Et est mul-
multiplex. tiplex refugium Deus. Vt ciuitas. Iosu. 20.
Ciuitas. *Separate vrbes fugitiuorum*: & sanctos, & pręci-
Turris. pue Christum. Vt turris, Prou. 18. *Tur-
ris fortissima nomen Domini*. ad ipsum currit
Dux exer- iustus. Vt dux exercitus, 2. Reg. 10. *Si præ-
citus. ualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiuto-
Mater. rium.* Vt mater, Matth. 23. *Quoties volui con-
Domus. gregare.* Vt domus, Psalm. *Esto mihi in Deum
Medicus. protectorem, &c.* Vt medicus, Isa. 38. *Conuer-
tit Ezechias faciem suam ad parietem*, quasi
Nauis. quærens verum medicum. Vt nauis. Sap.
Magister. 14. *Spes orbis terræ ad ratem confugiens*. Vt ma-
gister, Psalm. *Ad te confugi, doce me facere.*
Columba- Vt Columbarium, Isa. 60. *Quasi columbæ ad
rium. fenestras suas.* Vt altare, vel Ecclesia. *Fugit
Ecclesia. Ioab in tabernaculum, & apprehendit cornu alta-
Dæmones ris.* Quia ecce dæmones circundant ani-
circumdant mam. Primo, propter pugnam. 1. Reg. 17.
animam. *Congregantes Philisthijm agmina in prælium conue-
1. nerunt in Socoth.* Secundo, propter obsi-
2. dionem, 3. Reg. 20. dictum est Iosaphat,
3. *Venit cõtra te multitudo magna.* Quarto, pro-
4. pter vociferationem, Isa. 17. *Væ multitu-
dini populorũ, vt multitudo maris sonãtis.* Quin- 5.
to, propter vastationem Iud. 6. *Sicut erãt
in herbis cuncta vastabant, & instar locustarum
vniuersa complebant.* Sed ecce misericordia *Misericor-*
iterum Dei. Prima, quia *à multis peccatis* *dia Dei*
(vt dic. de se ipso Bernard.) *adhuc in sæculo* *contra dæ-*
positum me custodiuit. Secunda fuit expecta- *mones.*
tio sustinentis, qua tardabat vltionem, 1.
quia indulgentiam cogitabat, longani- 2.
miter expectans, electionem prædesti-
nationis suæ impleri volens, & quia nos
dilexit propter nimiam charitatem.
Tertia, quia ad pœnitentiam conuertit 3.
cor meum, concutiens & excitans, vt a-
uerteret suorum vulnera peccatorum,
& vulnerum sentiret dolorem, terrens
& deducens ad portas inferi, & melio-
rem mihi consolationem inspirãs spem
indulgentiæ largiendo. Quarta, quod 4.
suscepit misericorditer pœnitentem.
Sic enim ex toto indulsit, tam liberali-
ter omnem donauit iniuriam, vt iam
nec damnet vlciscendo, nec confundat
improperando, nec minus diligat im-
putando. Quinta, per quam mihi conti- 5.
nendi deinceps & emendatius viuendi
præstitit virtutem, carnem cum concu-
piscentijs suis, præsens sæculum cum
curiositatibus suis, & etiam ipsum cum
tentationibus suis, conterens satanam
sub pedibus meis. Sexta, promerendi æ- 6.
terna bona, quæ gratia in tribus maxi-
me consistit, in odio præteritorum ma-
lorum, in contemptu præsentium bo-
norum, in desiderio futurorum. Septi- 7.
ma, spes obtinendi tria quæ sunt chari-
tas adoptionis, veritas promissionis,
potestas redditionis. 2. Tim. 1. *Scio cui cre-
didi, & certus sum, &c.* Ex miseria autem
nostra, videmus Dei misericordiam. Mi- *Miseria*
seria naturæ, de qua Iob 14. *Homo natus de* *hominis in 4.*
muliere. Consistit in quatuor. Primo, *consistit.*
quod de nihilo est. Isa. 41. *Ecce vos estis ex* 1.
nihilo. Quod fluit, Eccl. 14 *Alia generantur,
& alia deijciuntur, sic est generatio carnis & san-
guinis.* Quod alteratur, Iob 14. *Nunquam in
eodem statu permanet.* Quod corrumpitur.
Psal.

Psal. *In miserijs* [illegible] Miseria culpę in sex consistit. Quia annihilat. Ezech. 28. [illegible] Quia spoliat. Luc. 10. *Incidit in latrones, qui* [illegible] *eum.* Quia cremat post mortem, Eccl. 27 [illegible]. Quia angit [illegible] *& lac* [illegible] *te.* Quia vulnerat. [illegible] *omne caput* [illegible] *omne cor* [illegible]. Quia obstaculum [illegible] Dei, Ierem. 5. *Peccata* [illegible] *a nobis.* Miseria pœnæ [illegible], Eccl. 4. *Occupatio* [illegible]. Labori, Iob 5. [illegible]. Morbo [illegible], Eccl. [illegible] *& c.* [illegible] vel amicorum, [illegible] *in terram re*[illegible] vel mortis, [illegible] Rom. 7. [illegible] *mentis* [illegible] mundi, 1 Cor. 7. *Quæ* [illegible]. Seruitutis peccati [illegible]. *Seruitute* [illegible] *æternum.* Miseria [illegible], quæ homo ignorat, scil. [illegible] vnde 3. Reg. 3. *Ego* [illegible] *meum.* Finem [illegible] *suum.* Meritum [illegible] *homo, vtrum amore* [illegible]. Quia autem Dominus [illegible] tribulationes sex modis. Internam consolationem dando [illegible] *faciet vnguenta* [illegible] *sanitas.* Psalm. [illegible] *dolorum meorum in corde* [illegible]. Passionem Christi ad memoriam reuocando, Eccl. [illegible]. *Nonne a ligno* [illegible] *aqua amara?* Vnde Ecclesia, *Dulce* [illegible] ab effectu. Ipsam tribulationem aut ex toto auferendo aut diminuendo. Psalm. *Dixit, &* [illegible] *pro*[illegible] Psalm. [illegible] *mihi, vt refrigerer.* Patientiam augmentando, 1 Cor. 10. *Fidelis est* [illegible] *qui non patietur tentari vos*, &c. Exempla sanctorum ostendendo. Greg. [illegible] *recolamus, & grauia non e*[illegible]

runt, quæ sustinemus. Haustum aliquem superne dulcedinis in contemplatione conferendo, Rom. 8. *Non sunt condignæ passiones.*

Intelligite itaque insipientes in populo, & stulti aliquando [illegible]. *Dominus [illegible] cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.* Immittit etiam Dominus tribulationes & punit. Per se, Ezech 33. [illegible]. Per bonos angelos, 1. Par. 21. [illegible] *Dominus angelum in Ierusalem, vt percuteret.* Per malos angelos, Gen. 1[illegible]. Non sinet percussorem ingredi. Iob 2. [illegible]. Per elementa, Sap. 5. *Pugnabit cum illo* [illegible] *orbis terrarum.* Per iudices sæculares, 2 Par. 19. [illegible] *exercetis iudicium, sed Domini.* Per viros Ecclesiasticos, Deut. 17. *Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse* [illegible], &c. Per totum populum, Ios. 7. *Lapidabit eum omnis Israel*, id est, totus conuentus. Per accusatores, Num. 35. *Propinquus occisi homicidam* [illegible]. Per testes, Deut. 1[illegible]. [illegible] *testium* [illegible] *eum.* Per conscientiam torquentem, Sap. 17. *Frequenter præoccupant pessima redarguente conscientia, cum sit timida nequitia.* Per prælatos subrogato, vt per legatos, sic per Moysen Aaron Pharaonem & Ægyptum puniuit. Itaque facit Dominus omnia homini timenti Deum & roganti, vsque peccatori fodiatur fouea, quando non vult resipiscere. Accedit enim homo sic ad foueam passibus successiuis quibusdam. Primo enim alteratur homo. Secundo, febricitat. Tertio, fit phreneticus, & sic moritur. Quarto, clauduntur ei oculi & os. Quinto lauatur. Sexto, inuoluitur sudario. Septimo, ponitur in pheretro. Octauo, operitur panno serico. Nono, ponitur crux ad caput, & affertur aqua benedicta, & accenduntur cerei. Decimo, cantatur *Placebo*, & *Dirige*, & *Exultabunt*, in laudibus, & *Requiem æternam* in Missa, tandem cum luctu affertur in foueam, vbi sepelitur. Alteratur, quando homo incipit velle contraria. Eccl 37. *Homo sen*-

Dominus immittit tribulationes, & punit diuersis modis.

Homo accedit ad foueam successiuis passibus.

stus in sapientia manet vt sol. Nam stultus vt luna mutatur. Febricitat quando de faciendo peccato deliberat, modo enim æstuat, modo timore frigescit, scil. timore, ne possit agere quod cupit. In febricitante est eadem causa caloris interioris, & frigiditatis exterioris. Ex hoc enim quod calor tendit ad interiora, accidit, quod frigescant partes exteriores. Et similiter ex eo, quod aliquis æstuat & inflammatur ad peccatum, ex hoc accidit, quod frigescat propter timorem impedimentorum. Phreneticus fit per consensum & actum, & se gladio ancipiti transfigit & moritur. Clauduntur que eius oculi, quia excæcatur per peccatum. Psalm. *Obscurentur oculi eorum ne videant.* Clauditur & os ne confiteatur. Lauatur, sordes pœnitentiæ abijciendo, Isa 47. *Sede in puluere,* scil. in squalore pœnitentiæ. Absconditur in sudario prauæ consuetudinis, Ioan 11. *Facies eius erat sudario ligata.* Postea ponitur in pheretro, quando ponitur in exemplum. Ezech. vlt. *Corpus eius suspenderant in muro Bethsan.* Tegitur panno sericeo, id est, quadam curialitate & vrbanitate, Act. 12. *Herodes statuto die vestitus veste regali, sedebat pro tribunali, & concionabatur ad eos.* Ponitur crux ad caput, sed nô portat eam, per quam designatur quædam delicata & apparens pœnitentia. Isa 58. *In die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra.* Ipsi enim volunt, quod pro eis alij faciant pœnitentiam, quam ipsi facere debent, & si aliquam faciunt secundum voluntatem suam, & non secundum voluntatem Confessoris eam faciunt. Apponitur aqua benedicta, sed inde non aspergitur mortuus, sed tantum pannus, quo tegitur, per aquam intelligitur Eleemosyna, de qua Eccl 3. *Ignem ardentem extinguit aqua, & Eleemosyna resistit peccatis,* de qua non aspergitur nec refrigeratur mortuus, sed pannus, quia non propter vtilitatem suam, sed propter vrbanitatem sæculi multa bona & Eleemosynas dant. Adduntur cerei lucidi ardentes, sed tamen non lucent mortuo: hoc est sapientia sæculi, quæ sapientes non illuminat, nec prodest eis, Luc. 16. *Filij huius sæculi prudentiores sunt.* Cantatur, *Placebo, &c.* quando laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & per hoc erigitur in superbiam, & exultat inaniter, *Requiem,* quando suggeritur ei, vt requiescat in fecibus suis, & vt non laboret manu. Tandem cum tristitia defertur ad infernum. Sed, *non repellet Dominus plebem suam,* nisi à noxijs, vt mater filium ab igne vel aqua, sed non a regno vel dignitate. Itaque Deus est refugium mittit tribulationes, & tollit, vel mitigat, quod optime probauit defunctus noster, qui quidem non sic mortuus est spiritualiter, vt dictum est: sed corporaliter, & nunc huc ad sepulturam ductus est, qui potuit dicere: *Nisi quia Dominus adiuuit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea: sed misericordia tua Domine adiuuabat me.*

Mystica explicatio defuncti.

Parentes peccant, dolentes mortem filiorum suorum.

Iustus perijt in iustitia sua, & impius multo viuit tempore in malitia sua. Eccl. 7.

Nota est historia adolescentis defuncti in Naim & plorantis viduæ, cui filium reddidit Christus, Luc. 7. dicens, *Noli flere.* Et quod dicit Isaias 13 quoque impletum est [illegible] in [illegible] ore, Matth. 2. *Vox in Rama audita est [illegible] et vlulatus multus, Rachel plorans filios suos, [illegible] & noluit consolari, quia non sunt.* Grauiter [illegible] parentes, qui inconsolabiliter [illegible] colunt filiorum suorum funera, grauiter [illegible].

qui

Filiorum pluralitate querentes aliqui.

qui Deum accusant, blasphemăt, & verbis [illegible] afficiunt. Sunt qui pluralitatem filiorum querantur, cum sint ornamenta non impedimenta, & delitiæ parentum: quique eos dedit, ille & pascet, & vestiet tanquam creaturam suam. Sunt qui orbitatem lamentantur, & illi deberent Deo gratias agere, cui licet facere quod & cui vult. Sunt qui liberos sibi per mortem adimi plangūt, & non intelligunt, quam salutare sit [illegible] parentibus & filijs. S. Cyprianus

Cyprianus.

[illegible] de mortalitate [illegible]: *Quis non peregre constitutus, properaret in patriam regredi? [illegible] festinat, ventum prosperum [illegible], vt velociter charos liceat [illegible] Paradisus est. Quid non [illegible] & currimus, vt patriam nostram [illegible] possimus?* S. Am-

Ambros.

brosius, quando audiuit Episcopum vel [illegible] abijsse, vehementius fleuit: [illegible] dedit, quod [illegible] non propter obitum illorū, & [illegible] gloriam sint consecu- [illegible] præcesserint. S. Lau-

S. Laurentius.

[illegible] Papam [illegible] ideo consolatus est [illegible] *Noli [illegible] esse, [illegible].* Et Seneca pulchre

Seneca.

loquitur Epist. [illegible] *[illegible] morte inter primos [illegible] doleri debet, quàm [illegible].* Hæc ille. Nos ergo qui [illegible] in peregrinatione & [illegible] habemus magis [illegible] animo. Attendite

Simile.

[illegible], si Rex Hispaniæ potentissimus [illegible] filium tuū dilectissimum, vel [illegible] in aula sua educare, atque vt [illegible] proprium animo paterno complecti [illegible], nonne [illegible] quid eo esset felicior? exultares [illegible]; [illegible] non amplius [illegible]. Quid ergo cogitas, quid facis, quando [illegible] parens ille Rex regum, & Dominus [illegible] filium tuū cœpit in [illegible] iucundi-

tatis eum inducere. Noli tunc flere, ô Christiane Rex Hispaniæ, cum filius legitimus successor futurus, in Domino obdormiuisset, scripsit Neapolitano regno, & aliis, ne quoquomodo luctum propter hoc ostenderent, eo quod filius suus omnia regna huius mūdi contempsisset, & contulisset se ad regnum cœleste, quod mundanis regnis sit maius, iucundius & gloriosius. Addens, si filij reges suos intimos in legatione mittunt ad alios reges, & Deus pater filium suum in hunc mundum ablegauit, non tantum vt Legatum, sed & Mediatorem & Aduocatum, quid causę obstaret, quo minus filium suum ad potentissimum illum regem expediret. Verba & exemplum singulare multum confortare debent mortales. Quid enim respectu horum, filijs tuis relinquere potes, propter quos te ita discrucias & dilanias? Illi præcedunt tanquam tui præcursores & legati, vt tui sint Aduocati, intercessores & commendatores. Ita loquitur Isidorus libr. 3. de summo bono:

Simile.

Isidorus.

Illi plorandi sunt in morte, quos [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible]. Hæc ille. Per mortem filiorum vestrorum quos ad se vocat, ostendit Deus, quod [illegible] vester, quid ergo queritis? Dicite, si similes duo Iudæi [illegible] ad vnam lucernam, & alter illorum [illegible] perderet, alter [illegible] crescerer, nonne [illegible] opus faceret qui extingueret lucernam, vt cessarent ambo, & iactura cessaret? Maximè in sacra scriptura filij vocantur lucernæ, prout prudens quædam fœmina dicebat Dauidi, 2. Regum 17. *[illegible]*, intelligens filiolum. Agite [illegible] cet [illegible], dum filius suus [illegible] diabolo, vt filium [illegible] habeat [illegible] & per [illegible] [illegible] [illegible], tum [illegible] [illegible]

[illegible]

tyrannicè agis, iudex fert malam sententiam, Aduocatus contendit tueri causas etiam iniustas, Notarius falsificat instrumenta, contractus falsos scribit, testamenta occultat: medicus prolongat ægris morbum, mercator vsuram & dolos amat, merces corrumpit & vlnas, sic vos ô miseri parentes luditis cum diabolo, vt vestræ filiæ bene desponsentur, filij matrimonia ditissima contrahant, amittitis thesaurum vestrum optimam conscientiam, timorem Dei, pietatem, virtutesque omnes, & quod pretiosissimum in mundo habetis, scil. animam, quam vbi diabolus vincit, & in morte tua de vita tua facit extractum, trahit secum in infernum. Sed misericors Dominus hæc omnia considerans, periculum & perditionem tuam, quam incurret anima tua, afflatu vno morbi febris, casuve aliquo, extinguit lucernam, filio tuo eripit vitam. cur hoc? vt non amplius ludas & perdas? nonne hoc signum est amoris sui magni? tunc relinques omnes istas malas fraudes & practicas, omnem inquietudinem, cessabis à malo, facies bonum, & ipse cogitabis, quid mihi iam proderunt diuitiæ, possessiones, vsuræ, lucra, & id genus alia, incipies dare templis, benefacere templis, scholis, hospitalibus, vijs publicis, &c. Hæc est *mutatio dexteræ excelsi*, Psalm. cui propter hoc humiles ages gratias. Peiores autem stulti sunt, qui morte sub-

Murmurantes contra Deum filio suo peccant.

lato filio, contra Deum murmurant, illumque iniuriarum arguunt, quasi depositum suum, cum velit, non possit iure repetere: Dominus dedit, Dominus abstulit. Animam nobis credidit, tanquam thesaurum pretiosissimum in arca pretiosa, scil. corpore, eam reposcit, cum sibi est placitum, nec sine causa aliqua secreta subinde, Sap. 4. *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius*, &c. Præterea ipse creauit animam sine nostro scitu, & sine hoc illam potest tollere. Et ne corpus à bestijs deuoretur, ordinauit sibi cœmeterium, in quo illud asseruetur. Nec gentiles quidem signum doloris in obitu filiorum suorum exhibuerunt. Lacon, quidam ex præcipuis Græcis audiens filium suum in bello perijsse, dixit, *Propterea genui illum, vt aliquis inueniretur, qui non timeret mori pro patria.* Sophocles dicebat: *Oportet nos ratiocinantes plorare natum, vt maxima ingressum mala: & mortuum, vitæque subductum malis, efferre lætos gratulanteque ædibus.* Gentiles sint exemplo Christianis nobis. Adde, quod beneficium præstet nobis Deus in eo, dum animam nostram, quæ sua est, ad se trahit, & corpora ad dormitionem remittit in tumulos, quæ cum excitauerit, erunt gloriosa, & glorificata, & immutata. & cùm hinc exierint, ad portum appulerint patriæ cælestis & paradisi, vbi regnabunt & exultabunt in perpetuum: nec vellent reuerti ad vestras lachrymas & preces, Ioan. 5. *Qui verbum meum audit, & credit in eum, qui misit me, transit a morte in vitam.* S. Agnes in hoc laudatur, quæ in tormentis exclamauit; *Mortem perdidi, & vitam inueni.* Et Euripides, *Viuere mori est, mori autem viuere.* Mirum autem est, quod propter mortem filiorum ita anxij, & non propter peccatum, similes iuxta Platonem caninus, qui lapides iactos mordent, ipsos autem qui iaciunt, non attingunt. Potius itaque debemus plorare & odisse peccatum, quam mortem. Dices, filius iste fuisset auctor stemmatis, & ad magnos potuisset honores euehi. Nec ob id angi debes, quia ne ille postea in malitiam & reprobum sensum traheretur, in iuuentute sublatus est. Sicut fit cum plerisque fructibus, qui cito decerpuntur, ne putrescant, Sap. 4. *Placens Deo, factus dilectus, raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.* Nam & Menander ait: *Deus sæpe quos plurimi facit, eos citius aufert e vita.* Et rursus idem: *Dilectus Diis in iuuentute mori-*

Gentiles non luxerunt filios suos.

Sophoclis dictum.

Beneficium Dei in trahendo ad se animam nostram.

S. Agnes.

Euripides.

Anxij non propter [illegible]

Menander.

tur,

Apollonius. [illegible] Apollonius: *Homini fortuna breuis est vita, infortunatio verò lõga.* Deus itaque probat sæpè igne tribulationis suos, & quãdo hoc igne nolunt probari aut meliores fieri, mittentur in caminum ignis ardentis, vbi erit fletus & stridor dẽtium. Non flendus est igitur filius vel infans, quem Dominus ex hoc sæculo educit. Sap. 4. *Placita enim Deo erat anima illius, propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatis.* Et si defunctus noster habuit ingenium, bonos mores, & bonam spem dedit melioris frugis, tamen potuisset fieri quod degenerasset ad mundi statũ deteriorem, factus fuisset abiectus & ignominiosus. Forta ssis etiam iacturam animæ suæ passus. Ideo sic placuit Domino Deo, illũ, dum bonus esset & charus [illegible], ad se recipere: & sic voluntas Dei adimpleta est.

Iustus appetit mortem.

Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Psal. 119.

QVanto magis iustus proficit, tanto amplius malos & eorum astutias cognoscit. Euangelica similitudo docet hoc. *Cum crevisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerunt zizania.* Matth. 13. Iustus ergo [illegible] proficit, videns mala multa, quę [illegible] non nollet, clamat dic. Heu mihi [illegible] malos posito, in loco malo, car[illegible] peregrinatione. *Dum enim hac [illegible] peregrinamur à Domino.* Col. 5. [illegible] vir iustus optat mori po[illegible] in hoc infœlici sæculo [illegible] quod & defunctus noster aliquo [illegible] constanter petiit. Et hoc, Primò propter desiderium patriæ ad quam anhelat [illegible], quod breue tempus ex nimio desiderio sibi videtur longum.

Vir iustus optat mori, quia videt tot mala in mundo.

1. Propter desiderium patriæ.

Sicut ceruus desiderat. Secũdò propter defectum bonorũ. Tertiò, propter abundantiam malorum. De his duobus dicitur Oseæ 4. *Non est veritas, & non est misericordia, non est scientia Dei in terra: maledictum & mendacium & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt: & sanguis sanguinem tetigit.* Quartò propter defectum iustitię, quia maior opprimit minorem, nec est qui faciat super hoc iustitiam. Abac. 1. *Quare non respicis super iniquè agentes, & taces deuorante impio iustiorem se? & facies homines quasi pisces maris.* Eccl. 8. *Quia non profertur citò contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala.* Quintò, propter inordinationem, quia frequenter mali promouentur & mali deprimuntur. Eccles. 10. *Est malum, quod vidi sub sole: & quasi per errorem egrediens à facie principis, positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum.* Sextò, propter periculorum multiplicitatẽ, quæ vix enumerari possunt, quia euitato vno caditur in aliud. Isai. 24. *Formido, & fouea, & laqueus super te, qui habitator es terræ. & erit, qui fugerit à voce formidinis, cadet in foueam: & qui se explicuerit de fouea, tenebitur laqueo.* Septimò, propter corporis grauitatem. Sap. 9. *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: & terrena habitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Octauo, propter mutabilitatem: quia hodie homo est sanus, cras infirmus, modò lætus statim tristis, &c. Nono, propter miseriæ multiplicitatem. Iob 10. *Homo natus*, &c. Decimò, propter tentationum assiduitatem. Iob 30. *Qui me comedunt, non dormiunt.* 10. 7. *Tentatio est vita hominis super terrã.* Vndecimò, propter bonæ societatis defectũ, quia pauci boni sunt in mundo. Eccles. 9. *Est ciuitas, & in ea pauci viri.* Thren. 1. *Quomodo sedet sola ciuitas.* Duodecimo, propter malorum & infideliũ multitudinem. Eccl. 1. *Stultorum est infinitus numerus.* Iob 30. *Fui frater Draconum, & socius* [illegible] *struthionum.* Ezech. 2. *Increduli & subuersores sunt tecum, & cũ scorpionibus habitas.* Est præterea aqua miseriarum, imò diluuium planè,

2. Propter defectum bonorum.

3. Propter abundantiã malorum.

4. Propter defectum iustitiæ.

5. Propter inordinationem.

6. Propter periculorũ multitudinem.

7. Propter corporis grauitatem.

8. Propter mutabilitatem.

9. Propter miserias.

10. Propter tentationes.

11. Propter bonæ societatis defectum.

12. Propter malorum multitudinem.

Aquæ miseriarū trāseundæ. planè Psal. *Intrauerunt aquæ vsque ad animā
meam* & istæ sunt transeundæ: Isa. 44. *Cū
transieris per aquas tecum ero.* Primò, Calcā-
do per fidem, vt de Petro, Matt. 14. Secū-
1 do, transuadando per fortitudinem 3.
2 Reg. 21 vbi dicitur, quod Semei cū mille
viris de Beniamin irrumpentes Iorda-
nem, quod fit per fortitudinē, ante Re-
gem sc. Christum, trāsierunt vada mise-
3 riarum præsentium. Tertio, Natando,
quod fit per prudentiam. Qui enim na-
tare vult, necesse est quod habeat natan-
di peritiam: & hoc signatum est Act. 23.
vbi dicitur, quod, *Centurio iussit eos, qui pos-
4 sunt natare, mittere se in mare.* Quarto, Naui-
gando quod fit per pœnitentiam. Nauis
pœnitentia est Eccl. 14. *Transeuntes per ma-
5 re, per ratem liberati sunt.* Quinto, Aquas di-
uidendo per virgam diuinæ iustitiæ. Ex.
6 14. Sexto, Saltando in baculo diuini ad-
iutorij, per contemplationem quæ signa-
Erroris in viis causa tur, Gen. 32. vbi dixit Iacob: *In baculo meo
transiui Iordanem.* Insuper sunt viæ in qui-
1 bus facile & sæpe erratur. Primò, Igno-
rantia est causa. Secundo, Quia via non
2 est certa. Thren. 1. *Viæ Sion lugent eo quod nō
3 sit qui veniat ad solemnitatem.* Tertio, Quia du-
ces cæci sunt, Luc. 6. *Si cæcus cæcum ducit,
4 ambo in foueam cadent.* Quarto, Quia multi
nolunt duci, sed volunt esse ducto-
res, quidem tamen nesciant. Eccles. 10. *Labor
stultorum affliget eos, qui nesciunt in vrbem per-
5 gere.* Quinto, Quia sunt multæ semitæ se-
cus viam [illegible] religionis, id est,
iuxta Euangelium & regulam principa-
lem. Multæ sunt traditiones quæ tenen-
tur & via declinatur, scil. Euangeliū vel
regula. [illegible] ergo in solitudine
in inaquoso, & viam ciuitatis, viam man-
datorum, quæ ducit ad cœlestem Hieru-
salem inuenire nō potuerunt, quia suis
traditionibus eā occultauerant & oblit-
Anni vitæ [illegible] cogitandi. terauerunt. Et homo debet meditari,
quod anni sui fuerunt vt araneæ, quæ fa-
cit telam subtilem & inutilem: sic astu-
tia mundi. Isa. 19. *Confundentur, qui pecte-
bant linum subtilia, & texentes subtilia.* Esse

euisceratur: sic isti. Eccles. 10. *Nihil est ini-
quius, quam amare pecuniam: hic enim in vita sua
proiecit intima sua.* Multum laborat, & ci-
to dissipatur opus suum: sic in tali homi
ne. Iob 8. *Sicut tela aranearum, fiducia eius.* Te-
xit telam suam in angulis, nō in plano:
& isti per fraudes machinentur. Soph. 1.
*Dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas, et
angulos excelsos:* id est, homines angulo-
sos. Texit in horis vespertinis, sic isti.
Ioann. 3. *Qui male agit, odit lucem.* Ephes. 5.
*Nolite communicare operibus tenebrarum: quæ enim
in abscondito fiunt ab eis, turpe est dicere.* In domi-
bus desertis aperitur: Sic illi, qui deserti sūt
a Deo, pleni sunt his occupationibus in-
utilibus. Tabescit cum tela sua rumpi-
tur: de talibus Psal. *Tabescere fecisti sicut a-
raneam animam eius.* Tela cito rumpi-
tur: sic vita illorum. Isai. 38. *Dum adhuc or-
direr, succidit me.* Rupta tela non potest:
sic post mortem, non possunt facere pœ-
nitentiam. Iob 7. *Dies mei velocius transie-
runt, quam à texente tela succiditur, & con-
sumpti sunt absque vlla spe.* Et licet incolatus pro-
longatur, non tamen deserit Dominus *Deus confortat suos multipliciter.*
confessos suos, sed confortat illos multi-
pliciter. Primò, in cōflictu vitiorum &
hoc quatuor modis. Contra luxuriam 1
dando cingulum castitatis. Isai. 22. *[illegible]
am cingulo tuo, & [illegible] confortabo il-
lum.* Et hoc est cingulum illud castitatis,
de quo Iudith. 5. [illegible] Et
post [illegible]
tum. Contra iram, [illegible]
conferendo [illegible] qui dicebat,
Ephes. 6. [illegible]
Psalm. *Confortetur cor tuum, & sustine Domi-
num,* scilicet, per patientiam. Contra
accidiam, virilitatem [illegible] E-
zech. 30. *Confortabo brachia [illegible]*
Isai. 35. *Confortate manus [illegible]* Psal.
15. *[illegible] confortet [illegible]
tur manus [illegible]* Contra superbiam, hu-
militatis gratiam dando. [illegible]
[illegible] *Ipse, quæ [illegible]
[illegible]
te, [illegible]*
Secun-

2 Secundò, Confortat Dominus in instimenta tribulationum. Naum 1. *Bonus Dominus, confortans in tribulatione.* Gratiam patiendi conferendo. 1. Timoth 2. *Fili [illegible]* 2. Timoth. 1. *[illegible]* & loquitur de confortatione gratiæ. Consolationem immittendo. Deuter. 12. *Ponam [illegible] [illegible], vt [illegible] cor vestrum.* [illegible] Christus, qui nobiscum est in tribulatione, vt confortemus cor nostrum. Aggæi 2. *Confortare popu[illegible], dicit Dominus.* Liberando. 2. Timoth. 4. *Deus astitit mihi, & [illegible], & liberatum sum de ore leonis.* Salutem [illegible] & [illegible] de ini[illegible] *[illegible], & nolite timere:*

3 *[illegible] & saluabit vos.* Tertiò [illegible] virtutum. Dando gratiam [illegible] in operibus. Nu[illegible] *[illegible], & afferte de fructibus [illegible].* Gratiam cognoscendi spi[illegible] *sapientia confortauit sapientem [illegible] principes ciuitatis.* Gratiam [illegible] inspiciendo. Daniel. 10. *[illegible] desideriorum. pax tibi, confortare [illegible].* Gratiam flendi, os [illegible] Osee 12. *In fortitudine sua [illegible], & [illegible] contra angelum, & con-*

4 *[illegible].* Quartò, In [illegible] dæmonum & tentatio[illegible] permittendo. Zachar. 14. *[illegible] Ioseph salua[illegible]* [illegible] præbendo Isa 30. *Con[illegible], in [illegible], &c.* Forti[illegible] Naum. 2. *Contempla[illegible], [illegible] virtutem val[illegible]* [illegible] arma ministrando. ad Ephesios [illegible]. *Confortamini in Domino, & [illegible] eius, & induite arma[illegible].* [illegible] dolitis nostris [illegible] propter angustias, [illegible] est, & propter [illegible], quæ iustis in futuro [illegible] annunciantur: & [illegible] consolationes multas interiora & [illegible] à Deo datas exauditus est, et ad exoptatam transijt fœlicitatem.

De peccato, & eius incommodis

Qui facit peccatum, ex diabolo est; quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparauit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. 1. Ioan. 3.

Peccatum, pondus est adeo graue, vt nec cælum nec terra possint illud sustinere, sed cum auctore suo descendit ad inferna. *Omne autem dictum, factum, & concupitum contra legem Dei,* iuxta beatum Augustinum, *peccatum est.* quod non aliter atque infernus ipse vitari debet ab omnibus ijs, qui ad cæleste regnum aspirant. Quia sicut infernus non potest fieri cælum, nec est, ita nec peccator potest fieri cælestis, nisi resipiscat. Vitandum est primo quia displicet Deo, per quod manuum suarum opera destruxit angelum de cælo, hominem è paradiso eiecit, & vniuersum genus humanum diluuio deleuit. Alij reges & Imperatores, vt iniuriam ab hostibus sibi illatam vendicent, eorum vastant regna atque dominia. Deus autem proprium regnum suum euertit, eo, quod peccatum intrauerat. Homines etsi vinum vappum fit, non tamen vasa argentea, in quibus est, abijciunt, sed ijs reseruatis, vinum effundunt: vt & peccatum & vasa, quæ sunt creaturæ atque rationalis anima in infernum præcipitat. Vnde sapiens, *[illegible] autem odio sunt Deo impius & impietas eius.* & Iob cap. 7. *Diluculo me visitat, & subito probat me.* Qua itaque in re spes mea est, aut in quo confidamus, nisi in sola misericordia Dei,

Peccatum quid.

August.

Peccatum quare vitandum.

1

Simile.

& in

& in spe cælestis gratiæ. Faciamus omnia, quæ in Ecclesia domi forisq; facienda sunt bona, parum nobis proderunt si nos fauor Dei destituat, & nos paupertati nostræ relinquat. Offeramus ergò nos diuinæ voluntati. Non est sanctus, qui non tentetur, sed præ foribus est diuina consolatio. Apoc. 2. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.* Quod si autem & Petrus, qui feruentissime diligebat Christum, inter trinam negationē mortuus fuisset in illo pec-
2 cato, fuisset condēnatus. Secundò, Quia pro peccato hominum Deus dedit filiū suum. Isai. 53. *Propter scelus populi mei percussi eum.* Et ipse filius Dei, vt interficeret peccatum, propriam animam suam in mortem tradidit. Quis autem inuentus est ita in hostes suos afficiens ita, qui vt lędat hostem, vnigenitum occideret? Tertiò,
3 Quia persecutus est illud ab initio mundi vsque ad finem, & in omni loco, sc. in cęlo, terra quo in propria persona venit, vt illud eijceret, & in vltimo iudicio concludet illud loco suo naturali. Mich. vlt. *[illegible]*
4 *[illegible]* Quarto, Sicut crimen [illegible] esse abominabile, propter quod si moret filium suum dilectissimum in ignem conijceret, nec inde leuaret. Ita aliquid debet esse Deo exosum, propter quod filios suos, quos ardenter dilexit, pro quibus illis mori voluit, in flamas perpetuas proijcit, si in illis peccatum inueniat. Non admittas ergò ô anima peccatrix alium spōsum aut virum mulier quàm Deum. Secunda ratio vitandi peccati est, quia placet diabolo. Signū,
1 primum, Nihil in toto mūdo, nec aurū, nec argētum, &c. quo sic afficitur. Rex Sodomorum in persona diaboli dicebat, Genes. 14. *Da mihi animas, & cætera tolle tibi.* Diabolus enim sicut accipiter cor alterius auis, sic ille alterius animam
2 concupiscit. Secundum signum est continua tentatio, qua homines ad peccatum sollicitat, quod iam facit per sex millia annorum & vltrà, alijs & alijs modis. Iob 1. *Circuiui terram, & perambulaui illam.* Ita occupatus est in hoc, vt nō dormiat. Iob 30. *Qui comedunt me, non dormiunt.* Tertium, Quia peccatis nūquam potest satiari. Sed semper *circuit tanquam leo famelicus, & rugiens, quærens quem deuoret.* 1. Petr. 5. *Conseruate ergo vos ne diabolus vos [illegible].* Tertia ratio, quia peccatum infert ingens incommodum. Primum quia elongamur a Deo & eius inimici efficimur.
1 Isa, 59. *Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos et Deum vestrum: & peccata vestra [illegible] faciem eius, ne exaudiret.* Si peccare possent beati in cælo, & peccarent, omnes amitterent amicitiam Dei, & præcipitarentur in infernum. Hinc D. August. *Si [illegible] linquat in te fidelis amicus, [illegible] qui reprehendatur [illegible] es tu si in Deum omnipotentem & benignissimum [illegible] caueris.* Secundo, quia peccatum autho- 2
rem suum constituit reum tormentorum inferni. [illegible] lex humana facit in corporibus [illegible] diuina in animabus [illegible] quod cum [illegible] decretum de reædificando templo Hierosolymitano deuulgasset, [illegible] *decretū, [illegible] tollatur lignum de domo [illegible], & erigatur, & [illegible] in eo [illegible] publicetur.* Lignū hoc est, continent la propositio. Sic Hest. 7. Afuerus iubet Amannum in furcam tolli. Sic peccatores in furcam inferni tollentur. Tertium, Spoliat hominem in hac vita omnibus gratiæ [illegible] bonis, 3
& in futuro sæculo gloria. Vnde Salomon Prouerb. 19. *[illegible]* Neque ideo tantum [illegible] est peccator, quia non habet, sed quia etiam perdit semetipsum & libertatem suam, seruum se facit & captiuū diaboli, nec quicquā potest mereri, nec spiritalem quęstum vllum facere, & quod [illegible] est, non tantum bona, quę ipse facit, non prosunt, sed nec ab alijs potest salus animæ illius promoueri. Per peccatum

Similia.

Peccatum placet diabolo. Probatur.

Peccatum infert ingens malum.

August.

Peccati mala.

viuus est mortuus, & excæcatus, quia a luce se separauit. Soph. 1. *Ambulabunt vt* [illegible] Isa. 59. *Palpauimus* [illegible] *absque oculis at*[illegible] *quasi in tenebris*, [illegible]. Peccatū idem est in anima, quod putrefactio in pomo. [illegible] colorem, [illegible] vigore; [illegible] ab anima digni[illegible] gratia, odorem bonæ famæ [illegible] Hac ob causam, [illegible] peccatores comparat [illegible] pla[illegible]. August. sermone [illegible] de tempore: [illegible] *vbi peccatum* [illegible] *Quid prodest* [illegible] Facit hominem be[illegible] Boetius lib. 4. de consol. Philoso[illegible] hominem [illegible] Ioan. 8. *Qui facit peccatum* [illegible]. Hæc quæ tua gloria, peccator? offensa [illegible] dæmonū inferna [illegible] nobilitatem animæ [illegible] sunt vulne[illegible] vulneri[illegible] potuerit. Nisi ani[illegible] vulnera fuissent [illegible] non fuisset pro illis [illegible] Aduertite, non quid [illegible] quæritur, & re[illegible], in quibus ille [illegible] Quanto magis in hoc vita cor[illegible] tanto amplius [illegible]. Vide beatus Augusti[illegible] *propter* [illegible] erit dele[illegible] quod propter bo[illegible] æterna.

Peccatum in anima, quod putrefactio in pomo.

Peccatores [illegible]

Aug.

Peccatum [illegible]

Peccatum [illegible]

Aug.

Quàm periculosum sit differre pœnitentiam.

Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat Crucem suam & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere perdet eam. Matth. 16. Luc. 9.

Necesse est, vt omnes peccatores hāc crucem tollant, & cum perseuerantia portent, si cum Christo cupiunt regnare. Hieronymus epistola ad Susannam. *Necessaria est pœnitentia, quæ* [illegible] *Aduersitas* [illegible] *B. Ioannis*, dicit Bernardus, [illegible] *pec*[illegible] [illegible] B. Gregorius [illegible] Augustinus in [illegible] Hæc ille. Et quia tribus modis peccamus in Deum. Cogitatio[illegible] num delectatione, imprudentia linguæ & operum superbia, ideo tribus remedijs contrarijs curanda sunt illa: Delectatio cogitationum, dolore & contritione cordis. Imprudentia loquendi oris confessione, & superbia operationis integra satisfactione. Cogita quoties & quantum offenderis, & quam crucifigas iterum peccando, scilicet, Redemptorem tuum. Item de triplici contemptu oportet, scilicet, de bono omisso, peccato commisso, & tempore amisso. Augustinus. [illegible] Cassianus super Psalm.

Pœnitentia est necessaria.

Gregor.

Aug.

Peccauimus tribus modis in Deum.

Conteri oportet de [illegible]

Aug.

Cassian.

Ad Dominum cum tribularer, dic. *Dominus nescit differre, quem compunctio corde senserit sibi supplicare*. De confessione dic. Augustinus sermon. 30. ad fratres in eremo, quod sit *salus animarum, dissipatrix vitiorum, restauratrix virtutum, oppugnatrix dæmonum, pauor inferni, obstaculum diaboli. O sancta atque admirabilis confessio, tu obstruis os inferni, & aperis portas paradisi*. Et sermon. 56. de tempore. *Qui seipsum accusat in peccatis suis, hunc diabolus non habet accusare iterum in die iudicij, si tamen confitens pœnitendo doleat quæ fecit, nec iterum renouet, quæ egit*. Queritur hinc Deus, Ier. 8. *Nemo quod bonum est loquitur, nullus est, qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens, quid feci?* Agite igitur, Auditores, & sequimini consilium Isaiæ: *Et dic tu iniquitates tuas prior, vt iustificeris*. Confessio autem debet esse integra, non diuisa, dicendo scilic. vnam partem vni sacerdoti, alteram alteri. *Satisfactio*, iuxta S. Augustinũ, *est peccatorum causas excidere, & suggestionibus eorum aditum non indulgere*. Oportet itaque secundùm Chrysostomum, *vt tàm promptus sis ad plangendum, quam ad peccandum; & qualis fuit intentio peccandi, talis esse debet deuotio pœnitendi: Magna enim peccata, magnum quoque requirunt planctum & dolorem*. Hæc ille. Non sufficit ergò dicere summis labijs, Peccaui, parce, remitte; & retrò respicere, sicut vxor Loth. sed illud Psalm. 50. *Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Tibi soli peccaui*, &c. Satisfactio consistit in tribus scil. Oratione, Eleemosyna & ieiunio. Quia tres sunt animarum nostrarum inimici, superbia est ex diabolo, auaritia ex mundo, luxuria de propria carne. 1. Ioan. 2. *Omne, quod in mundo est, concupiscentia carnis est*, &c. Oratio comprimit superbiam, Eleemosyna pellit auaritiam, ieiunium luxuriam. Porrò peccamus semper aut contra Deum, & oratio vicissim omni illi peccato opponitur, qua cum Deo reconciliamur, teste Eccles. 35. *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur: & non discedet, donec altissimus aspiciat*. Aut peccamus contra nos ipsos, & contra tale peccatum efficax remedium est ieiunium. Aut contra proximum & hic valet Eleemosyna. Luc. 10. *Facite Eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Sicut enim aqua extinguit ignem, sic Eleemosyna peccatum*. Eleemosyna namque dicitur aqua Dei, & præceptum misericordiæ nobis à filio Dei mandatum. Eleemosynas autem facere obligamur, Primò, quia misericordia redimit culpam. Salomõ Prouerb. 16. *Misericordia & veritate redimitur iniquitas*. Vasa illius pauperculæ viduæ, 4. Reg. 4. sunt pauperes, habentes modicum olei. Isai. 58. *Frange esurienti panem, & egenos vagosque deduc in domum tuam*, &c. Tob. 4. *Ex substantia tua fac Eleemosynam*, &c. Secundò, Multiplicat bona temporalia. Gregor. lib. 18. moral. cap. 10. *Terrena seruando amittimus, largiendo seruamus*. Hæc ille. Itaque non est donum Eleemosyna, sed mutuum. Tertiò, Eleemosyna est opus misericordiæ, animam cum claritate ad cœlum deducit, teste Ambrosio, qui ait: *Non sunt bona hominis, quæ secum ferre non potest. sola misericordia, est comes defunctorum*. Hæc ille. Non oportet ponere candelam retro, nec Eleemosynas post mortem. Prouerb. 3. *Ne dicas amico tuo: Vade & reuertere, cras dabo tibi, cùm statim possis dare*. Diues autem tria debet spectare in Eleemosynis faciendis. Primò Deum esse ipsum, qui Eleemosynam petit, eamque misericordiam illa loco eo habere, quo habiturus esset, ac si sibi ipsi facta esset, Matth. 25. *Quod vni ex minimis*, &c. Et è contra. Prouerb. 21. *Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, & ipse clamabit & non exaudietur*. Secundùm, Deum id pro paupere efflagitare, quod suum est, cùm sit Dominus omnium quæ possidemus. Ingratissimus ergò, qui pauperi negat Eleemosynam necessariam. Ab hac ingratitudine longè erat Dauid, dic. *Tua est Domine magnificentia, & potentia, & gloria, & victoria, & tibi laus*, &c. beatus Augu-

stinus

Augustinus de confessione.

Idem.

Satisfactio quid secundũ August.

Chrysost.

Satisfactio constat Oratione Eleemosyna & ieiunio.

Animarum nostrarum inimici tres.

Peccamus tripliciter.

Eleemosynæ vtilitas.

1

2

3

Ambros.

In Eleemosynis spectanda diuiti.

August. [illegible] in Epistolis dic. *Si vis esse mercator [illegible], [illegible] egregius, da quod non potes [illegible], [illegible] quod non potes amittere, da [illegible] [illegible], da temporalem [illegible], & consequeris hæreditatē æternam.* [illegible] etiam non ingratus solùm, qui non vult dare Domino suos redditus, [illegible] cum fœnore recipiat Beatus Hieronymus ad Nepotianum. *Non [illegible] me legisse [illegible] à morte [illegible], qui [illegible] [illegible] exercuit. Habet enim [illegible]: & impossibile est multorum [illegible] [illegible].* De tali pœnitentia dicit Saluator: *qui non accipit crucem suam [illegible], non est me dignus.* Igitur [illegible] pœnitentia, quam citò fieri potest, [illegible] iuuentute, vbi [illegible] [illegible], & magis grata Deo [illegible]. *Memento creatoris tui in diebus [illegible], antequam veniat tempus af[illegible] [illegible] anni, de quibus dicas: [illegible] differas de die in diem [illegible] ad Dominum, ne subito veniat ira e[illegible], atque in tempore vindictæ [illegible].* Repromissio [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] post [illegible]. Et hoc, Pri-

1 mò, [illegible] multa [illegible], [illegible] [illegible] potest [illegible] [illegible] debiliori & [illegible]

2 [illegible]. Secundo, [illegible] & [illegible] videtur is, qui cum sanus est & [illegible] non vult portare onus [illegible], [illegible] ipse vero [illegible]. Tertiò, [illegible] qui totum vitæ [illegible] tempus, omnem [illegible] diligentiam in [illegible] ædibus extru[illegible], in quibus tamen habitare [illegible] [illegible] autem, in [illegible] [illegible] sic est de pecca[illegible]. Repromissio denique vitæ [illegible] [illegible], quam [illegible] pauper, qui [illegible] potest liberare ab vsura & permittit eam crescere. Pessima repromissio, quia directè militat contra bonitatē Domini nostri. Pessimè facit qui obstrictus multis beneficijs male agit contra Dominum suum, & tādem sub finem vitæ suæ reuertitur ad herum, vt tunc ei famuletur: talis seruitus Domino grata esse nō potest. Aut qui talenta Domini sui in contemptum Domini prodigaliter abijciat. Aut qui dispensator, daret bonū panem & vinum externis & hostibus Domini sui. Domino autem panem mucidum, cibos insulsos, vinum vappum aut acidum. Ideò concludit S. Gregorius in moralibus: *Satis alienum est à fide, qui ad agendam pœnitentiam tempora senectutis expectat. Metuendum est enim ne dum sperat misericordiam, incidat in iudicium. Nulla enim dies est in eius potestate.* Proinde vnusquisque debet sequi consilium Isidori, & conuertere se cum omni, qua potest diligentia & festinatione ad Dominum: nam si tardauerit, volet aliquando & non poterit. Gregor.

Omnes debent mori, & mundi gloria fallax.

Vbi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram? Baruch. 3.

QVærite ex omni [illegible], [illegible], [illegible], loco, tempore, officio, [illegible], te, &c. Vbi illi sunt, qui fuerunt & videbantur [illegible] [illegible] [illegible] & plurimi [illegible] [illegible] [illegible] *Vbi [illegible] [illegible] [illegible]*

Felicitas mundana vitanda. feros. Itaque fœlicitatem mundanam, vitate, declinate, fugite. Primò, quia gloria humana, natura & conditione

1 sua vilis est. 1. Mach. 2. Matathias iam mo-

Similia. riens dicebat filijs suis: *A verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius stercus, & vermis est.* Quid fœdius in hoc mundo, stercore? vermibus quid vilius? Nocte teredo splendet & crepitat, interdiu verò cognoscitur esse vermis & putredo: sic est vana gloria in tenebris huius mundi, sed in claritate iudicij extremi gloriosi cognoscentur putridi, viles & sine vlla spe salutis. Et potentes similes sunt noctuis, quæ volantes in tenebris lumen aliquod à se diffundere videntur, orta vero luce nigra sunt.

Hieronym. Hieronymus in epistola ad Iulianum. cap. 4. *Impossibile est, vt in vtroque seculo quis primus sit, & in cœlo & in terra appareat gloriosus.* Secundo, quia fragilis & incon-

2 stans, & similis fumo, aut vapori, qui quanto altius eleuatur, tanto minus videtur, Isai. 40. *Omnis caro fœnum*, &c. Vbi sunt principes, imò rustici & mendici?

3 &c. Tertiò, quia fallax est, & nihil seruat eorum quæ promittit, sed omnes in hac vita decipit, scilicet, promittendo longam vitam, regimen pacatum, [illegible] diuitias plurimas, & cæt.

4 Quarto, Quia maligna est in retributione sua [illegible] confer[illegible]do. Promittens enim gloriam, ad æterna ducit supplicia. Oseæ 4. *Gloriam eorum* [illegible] *in ignominiam.* Ita potentiam in infirmitatem, sapientiam in stultitiam, & c. Matth. 19. *Facilius est camelum per foramen acus transire*, &c. audite, ô diuites huius mundi: hoc asserit, qui dicit: *Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Dubiū, cæca, & inconstans mors est: Et si per vnum solum peccatum mortale homo reus gehennæ constituitur, quomodo saluabuntur diuites, popularis auræ cupidos, captans mortalem huius vitæ famam, quæ aliud nihil est, quàm vas sordidum omnium peccatorum, plenum luxuria & superbia, plenum auaritia in diuitibus, potentibus & nobilibus huius sæculi? Vide, quomodo diuites abutantur potentia & diuitijs contra pauperes, rapiunt non distribuunt, conculcant non exaltant, &c. Ausim affirmare, quòd si Deum agnoscerent Iudicem, & cogitarent se morituros, no peccarent saltem cum tanta securitate, omni timore exclusio. In templo, sub Missa, concione, vesperis, funeribus, &c. loquuntur de diuitijs cumulandis, de vario ritu vestiendi, homines defraudandi, &c. Alij cibis & venereis cupiditatibus occidunt animas suas, & delitijs mirificis, otijs, compotationibus: & exiguum est talium gaudium, vbi cū epulatione in æternum patientur. Respicite quia [illegible] mors venit currens velociter ad [illegible] rendum vos. Diabolus stat paratus, et rapiet animam vestram, & vermes auide carnem vestram expectant, quam vos tam delicatis cibis saginastis, vt annonam illis aduceheretis copiosiorem & suauiorem, atque in die illa animæ vnita pinguis infernalibus aris inferatis holocaustum. Cauete, ne incidatis in horrendam illam sententiam, quam filius Dei [illegible], sed [illegible] in maledictos pronunciabit. Matth. ca. vigesimoquinto. *Ite maledicti in ignem æternum*, &c. Modicum temporis adhuc superest, nolite implere mensuram vestrarum iniquitatum & malitiarum, ne copiosior veniat in vos Dei indignatio. Sed dicet fortassis aliquis, *Obiectio.*

Deus benignus & misericors est, recipit omnem peccatorem ex corde ad se reuertentem. Verum est, & quidem *Responsio.* benignior, quàm quis credit, cum tam patienter [illegible] peccatores, & [illegible] ipsis ad pœnitentiam [illegible] [illegible] [illegible] pollitus [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] illos benignitas. Sed scire vos [illegible] in perseuerantia, expectando & agnoscendo, ita quoque iustum esse in castigando

& pu-

[illegible] & puniendo. Si dixeritis: Etsi homo tota vita peccet, nec aliquid boni faciat, si in articulo mortis agat pœnitentiam, Deus illi omnia peccata condonabit. O quam vanum est hoc solatium, & cogitatio [illegible] vix vnus saluatur. [illegible] in peccato natus, nunquam viuens secundum legem Domini, sine agnitione, nolens audire verbum Dei, nesciens quid sit peccatum aut pœnitentia, [illegible] desiderio flagrans, quem relinquit, sine dolore suarum diuitiarum quas deserit, sine ipse vnquam [illegible] cruciatus, quam [illegible] agat pœnitentiam, qui si spes vitæ [illegible] affulgeret, nequaquam de pœnitentia sollicitus esset. Ex [illegible] eum qui in iuuentute [illegible] est, nec timet, nec erubescit Deum offendere, indignum esse, [illegible] mortis peccata remittantur. [illegible] semper puniuntur in inferno, [illegible] habuerunt voluntatem peccandi. [illegible] tempore ergo circumspice, [illegible]. Quid namque prodest [illegible] mundum vniuersum lucreteris, animæ vero tuæ detrimentum patiaris? Cum [illegible] celsior angelus ille, qui dicebat, Esai. 14. *In cœlum ascendam, [illegible]* [illegible] diabolus, in infernum [illegible] delapsus est. August. *[illegible] o cœlestis gloriæ [illegible] veritate non stetisti, nec [illegible] habet [illegible] quod timet.* Quid [illegible] mundi, [illegible] quæ [illegible] ergo nunc, o mortalis, qui anhelaris ad [illegible] incundam [illegible] sempiternam.

Frequenter semper in inferno, quia semper habuerunt voluntatem peccandi.

Lucifer erat omnium [illegible].

August.

De peccati abominatione, & excusationibus peccantium.

Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes. Psal. 140.

NE miremini Auditores, quod in hoc funere hæc verba scripturæ allegem. Non enim defunctus noster talis fuit, cui hæc verba competerent, sed quia in tali oratione mortuorum laus & viuorum correctio vel exhortatio respicitur, & multi sunt qui suas vel aliorum transgressiones sciunt tam polite excusare, & casibus, morbis, mortique causas iniustas affingere, & Deo, cuius est proprium misereri, & delinquentes corripere, & cuiuscunque morte vel loco, vel tempore eiicere ex hoc sæculo, gloriam vel prouidentiam detrahere, ideo ad eos & ad vos hunc sermonem meum dirigo. Peccatū res pessima est, & peior in peccatis excusatio. Erubescere magis deberet aut contristari de eo, quam se gloriari in malitia, qui potens est in iniquitate. Erubescere primò, quia omnis creatura bonum & ordinem suum seruat, & seruitium suū sine intermissione reddit Deo, ipse autem non sic. Vnde inferior est peccator omni creatura, qui factus fuit super omnem creaturam, quia homo est dignissima creatura. Ideò in ignominiam ipsius dicitur, Prou. 6. *Vade ad formicam, o piger, & considera vias eius & disce sapientiam, quæ cùm non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate sibi cibum, & congregat in messe, quod comedat.* Magna confusio est formica, magistra hominis, qui habet ducem rationem, qui dirigit, & præceptorem legem quæ præcipit, & principem Christum, qui retributionem [illegible]

In oratione funebri mortuorum laus & viuorum correctio respicitur.

Peccatū res pessima peior excusatio.

Peccator debet erubescere primò.

Interroga iumenta, & docebunt te; & volatilia
cœli, & indicabunt tibi. loquere terræ & respon-
debit tibi, & narrabunt pisces maris. Iob 9. *Qui*
præcipit soli & non oritur, &c. 38. *Quis conclu-*
sit ostijs mare, &c. & c. 10. Posuisti termi-
nos eius, qui præteriri non poterunt,
sed misero homini posuit Deus termi-
nos præceptorum & consiliorum, quos
pessime præterijt, & præterire non
cessat. Item debet erubescere pecca-
tor, quia frequenter offendit, a quo tot
bona quotidie accipit, quot nulla alia
creatura facit præter diabolum. Vnde
conqueritur per Mich. 6. *Popule meus,*
quid feci tibi, aut in quo molestus fui tibi? respon-
2. *de mihi, quia eduxi te de terra Ægypti.* Se-
cundo, quia illud fit in ipso, quod nul-
lus paterfamilias pateretur fieri in do-
mo sua, sc. quod ancilla imperat domi-
næ suæ, & seruus domino, & magis ho-
noratur seruus vel ancilla, quam domi-
nus aut domina. Pro. 30. *Per tria mouetur*
terra, & quartum est, quod sustinere non potest,
per seruum, cum regnauerit: per stultum, cum
saturatus fuerit pane: & per odiosam mulierem,
cum fuerit assumpta in matrimonium. & per an-
cillam, cum fuerit hæres dominæ suæ. Per hæc
quatuor intelligitur sensualitas siue ca-
ro, per dominam vero ratio, quæ debe-
ret in homine dominari. Eccl. 29. *Mulier*
3. *si primatum habuerit, contraria est viro suo.* Ter-
tio, quia abiecta dignitate sua transfor-
mat se in bestiam, in leonem per su-
perbiam, in molosum per inuidiam, qui
inuidet equo, in tygridem per iracun-
diam, in bobalum per accidiam, in ta-
xum per auaritiam, in vitulum per gulam
in asinum vel equum per luxuriam. Ps.
Homo cum in honore esset. Dan. 4. *Regnum tuum*
transiit a te, & ab hominibus eijcient te, & cum
bestijs & feris erit habitatio tua, fœnum quasi bos
4. *comedes.* Quarto, quia pro vili & modico
pretio seipsum dat, qui tam caro pretio
emptus fuit, sc. sanguine Christi. Pro. 6.
Pretium scorti vix est vnius panis, mulier autem
5. *viri pretiosam animam capit.* Quinto, quia
turpitudinē quam facit, turpe est etiam
nominare. Eph. 5. *Quæ in occulto fiunt ab ipsis,*
turpe est & dicere. Rom. 1. *Tradidit illos Deus*
in passiones ignominiæ. Sexto, quia in tantum 6.
contempsit Deum, quod fecit coram eo,
quod non faceret coram rustico. Isa. 29.
Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscon-
datis consilium, quorum sunt in tenebris opera, &
dicunt: Quis videt nos, & quis nouit nos? Peruer-
sa est hæc cogitatio vestra, quasi lutum contra fi-
gulum cogitet, & dicat opus factori suo, Non in-
telligis. Causæ item dolendi de peccato *Dolendi de peccato causæ.*
sunt sex. Primo, peccator amittit Deum
& thesaurum virtutum. Neem. 1. *Manum*
suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius, quia 1.
vidit gentes ingressas in sanctuarium eius. Se- 2.
cundo, pœnæ æternæ se obligat. 4. Reg.
4. *En venit creditor,* s. diabolus, *vt tollat duos*
filios meos, sc. corpus & spiritum. Tertio, 3.
amissa nō potest recuperare per se, cum
tamen perdiderit per se. Ps. 77. *Vadens*
& non rediens. Thren. 1. *Dedit me Domi-*
nus in manu, de qua non potero surgere. Quarto,
seruus efficitur peccati & diaboli tri- 4.
butarius. 2. Pet. 2. *A quo quis superatus est, eius &*
seruus est. Rom. 6. *An nescitis quoniam cui ex-*
hibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedi-
stis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad
iustitiam. Ioan. 8. *Qui facit peccatum, seruus est*
peccati. Quinto, damnum temporis. Dum 5.
enim est in peccato, omnia opera sua
perdit, quia omnia sunt mortua, & præ-
terita quæ fecit, mortificata. Thren. 1.
Vocauit aduersum me tempus, vt contereret electos
meos. Pro. 5. *Ne des alienis honorem tuum, &*
annos tuos crudeli. Sexto, quia se obligat 6.
pœnæ æternæ quam promeretur. Iosu.
6. *Stipendia peccati mors,* nec scit, nec scire
potest, si ante mortē pœnitebit, vt Eccl.
dicitur 9. *Nescit homo vtrum amore an odio dignus sit, vel*
quando veniet [illegible]. Ioel.
2. *Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & re-*
linquat post se benedictionem? Itaque adhuc *Peccatores excusant.*
sunt tam obstinati & pertinaces, vt non
tantum agnoscant culpam, sed eam pul- 1.
chre conantur palliare. Primo excusant
se per Dei operationem, sicut fecit Adam.
Gen. 3. *Mulierem quam dedisti mihi.* Dicunt e-
tiam,

nim, quare fecit nos Deus, vt possimus peccare. Sed considerare debent, quòd Dominus eos fecit tales, vt possent non peccare, si vellent saltem mortaliter In arbitrio enim illorum est peccare vel non. Eccl. 15. *Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam.* Secundo,
2. per Dei permissionem. Dicunt enim, quod Deus permittat eos cadere in peccatū, sed considerare debent, quod ipsi renuunt auxilium Domini, dic. Pro 14. *[illegible]*, sc. ad adiuuandum, *[illegible]*
3. Tertio, per Dei dispensationem. Dicunt enim, quod Dominus permisit eos cadere, vt fortiores resurgerent, & sic appareret misericordia Dei & gratia in redimendo Contra quos *[illegible] in peccato, vt gratia [illegible]* Rom. 3. *Si iniquitas vestra iu[illegible], quid diximus, nunquid [illegible] Deus, qui infert iram, secundùm hominem [illegible].*
4. Quartò, per gratiam defectum. Dicunt enim se peccare, eo quod Dominus eis non dederit gratiam [illegible] Rom. 9. *Non est volentis, neque currentis, [illegible] Dei.* Isti considerare deberent, quod ipsi desunt gratiæ Dei, & non gratia eis, quia semper præsto est, Phil. 2. *[illegible] parati in eam, quæ vobis of-*
5. *fertur, [illegible]* Quintò, per Dei prouidentiam. Dicunt enim, quod Dominus ita præuidit vt peccent: sed considerare deberent, quod prouidentia Dei non infert necessitatem rebus: sicut nec memoria [illegible] infert necessitatem, vt propterea illam contigisse dicamus: Et licet Dominus præuiderit, quod facturi sunt, tamen in voluntate eorum est non [illegible] & peccare Ezech 2. *Si fortè vel ipsi [illegible] quiescant.* Quia, *Deus vltionum Dominus* Psal. 93. Isa. 47. *Vltionem capiam, & [illegible] homo.* Malos itaq; punit, vt timeamus vindictam, Abac. 3. *Audiui, & conturbatus est venter meus* De vindicta seruorum non dubitemus. Deut. 32. *Sanguinem seruorum suorum vlciscetur.* De pœnis malorum certi sumus, Deut. 32. *Reddam vltionem hostibus meis, & his qui oderunt me, retribuam* Vindictam nobis non vsurpemus, Ezech 7. *Mihi vindicta, & ego retribuam.* Et quia bis dicitur, *vltionum Deus*, ita dicitur, quia malos punit multipliciter. In corpore & anima, Apoc. 1. *Gladius bis acutus exibat de ore illius.* Iudith vlt. *Dabit ignem, & vermes, vt vrantur, & sentiant vsque in sempiternum.* Vri ad corpus pertinet, sentire ad animam. In præsenti & in futuro. Ierem. 6. *Inducj super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos*, scil. in præsenti & futuro. In se & in alijs. Isa. *Irascetur & maledicet regi suo & Deo, & respiciet terram deorsum, & cœlum sursum*, quia sc. odio habebunt, quicquid homines solent amare & timere. Isa. 9. *Erit populus, quasi esca igni. frater non parcet fratri*, &c. Quia nullus agerет, Sap. 12. *Quis enim dicet tibi, quid fecisti?* Quia non seruiliter propter munera. Pro. 6. *Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ.* *Eiecit ementes & vendentes de templo*, Ioan. 2. Defunctus noster, Auditores, habuit hoc singulare, vt sua delicta non tantùm non excusaret, sed & aliquando publicè dixit quędā, vt se confunderet & humiliaret, a verbis impudicis & detractorijs aures & animum abstraxit, multo magis a facinorosis actibus, timuit Deum qui vlturus esset in iudicij die, ideo præoccupauit faciem eius in lachrymis, contritione, confessione, aliosq́ue monuit & rogauit, vt Deum non offenderent amplius, sed placarent pijs operibus, quoniam longanimis, misericors, & multæ miserationis, vtq́ue pro anima sua peccatrice Deum exorarent.

Malos punit Deus multipliciter.

De

De iudice, & iudicio diuino.

Deus iudex iustus, fortis & patiens, numquid irascetur per singulos dies? Psal. 7.

QVæ causa est, Auditores, quòd tam liberè & [illegible] viuatis, quod omnia impunè vos facere posse arbitremini, cum nunc puerum, nunc senem, &c. nunc [illegible], &c. & cum [illegible] cogites per mortem, Deus è medio tollat & [illegible] vos, ignorans illos in statu gratiæ mortui sint, vel minus. Certè si hæc verba ponderaretis animo diligenter, quomodo possibile esset, quòd vos [illegible] esse sine anxietate & sollicitudine, & non timeretis iudicium [illegible]. Ecce enim Deus est, [illegible] ipsius [illegible] perpetrata. [illegible] quia [illegible] non [illegible] potest [illegible] cordis [illegible] potest [illegible], Prou. [illegible] Deut. [illegible] &c. [illegible] fortitudo [illegible] potenter [illegible] quia non potest impediri ab executione, Iob 9. [illegible] *fortitudo quaeritur,* [illegible]. Addo, Quia & patiens, non [illegible], sed nos ad pœnitentiam expectans, vsque ad diem vltionis sustinet. Sap. 11. *Dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam.* Eccl. 5. *Altissimus est patiens redditor.* Et ideò ipsius patientia timenda est malis: quia eo ipso, quod expectauit eos Dominus ad pœnitentiam, & conuerti noluerunt, districtiùs iudicabuntur, & duriùs punientur. Thren. 1. *Vocauit aduersum me tempus.* Rom. 2. *An ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te expectat? tu autem secundum duritiam tuam & impœnitens cor tuum, thesaurizas tibi iram in die iræ, &c.* Numquid per singulos dies irascetur? q. d. non [illegible] numquid adducit iram per singulos dies, quod magis propriè dicitur: Quia non in ipso est ira, qua punit, sed in angelis malis, quibus punit, sed non quotidie. Et notandum, quod ira Dei dicitur punitio eius per gehennam, quæ timenda est, de qua hic loquitur. Item dicitur inflictio pœnæ temporalis, quæ appetenda est, Ezech. 16. *Auferetur zelus meus a te, & quiescam, nec irascar amplius:* quod est signum reprobationis. Cum vero sic irascitur, signum est dilectionis. 2. Mach. [illegible] peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. Et in hoc versiculo notantur in Christo esse 4. virtutes Cardinales. Prudentia per hoc quod dicitur [illegible]. Ad prudentiam enim pertinet [illegible] iudicare. Iustus, ecce iustitia. Fortis, ecce fortitudo. [illegible] patientia: Quæ etiam singulariter iudice requiruntur. Prudentia, ne decipiatur. Iustitia, ne [illegible]. Fortitudo, ne [illegible] [illegible] temperantia [illegible] [illegible], vel ad [illegible]. [illegible] itaque, ne [illegible] de [illegible] qui [illegible]. Vos [illegible] audite iudicem esse patientem [illegible] & [illegible], audite [illegible] & [illegible], attendite iudicem iustum vos [illegible] neminem excusare, attendite, [illegible], & si [illegible] mori vel [illegible] hoc vel illo modo, attendite hunc vnitum his 4. proprietatibus, [illegible] quod [illegible] vobiscum [illegible] viuere *quod si non quæque,* 1. Cor. 11. *Si nos iudicaremus, vtique non iudicaremur.* Anguli. [illegible] Isa. 3. *Dominus ad iudicium veniet, cum senioribus*

Marginalia:
Deus talis qualis [illegible]
Explicatur verba allegata.
Deus.
Index.
Iustus.
Fortis.
Patiens.
Patientia Dei timenda est malis.
Ira [illegible]
Ira Dei dicitur punitio eius.
Virtutes 4. Cardinales in Christo.
Angeli.

Iudicium multiplex.

ribus populi sui. Non resurgent impij in iudicio. Erit autem iudicium multiplex. Primo, authoritatis, quod erit totius Trinitatis. Principalis administrationis, quod erit solius filij. Ioan 5. *Pater non iudicat quenquam, omne iudicium dedit filio.* Assessionis quo sancti iudicabunt cum Domino, Matthæi 19. *Sedebitis & vos iudicantes.* Comparationis, quod regina Austri & minus mali iudicabunt magis malos, Matth. 12. *Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam.* Præscientiæ, Ioan. 3. *Qui non credit, iam iudicatus est.* Condemnationis, Ioan 3. *Non enim misit Deus filium suum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.* Discretionis, Ioan. 12. *Nunc iudicium est mundi.* Discussionis, 1. Cor. 11. *Si nosmetipsos iud.* Tribulationis, 1. Petri 4. *Tempus est, vt incipiat iudicium à domo Domini.* Disceptationis, Ioel. 3. *Congregabo gentes in valle Iosaphat.* Quidam demum iudicabunt, & non iudicabuntur, vt Apostoli, & viri Apostolici. Quidam iudicabuntur, & non iudicabunt, vt mediocriter boni. Quidam vero nec iudicabunt, nec iudicabuntur, vt infideles. Quidam verò non iudicabunt, sed iudicabuntur, vt cæteri mali. Et vere peccatores non resurgent ad iudicium. Defunctus autem noster [illegible] semper recoluit Deum, & quod iudex, fortis sit & patiens, & non irascitur per singulos dies, sed etiam post offensam placatur, ideo spes est, quod in iudicio resurget, non iudicandus, sed adiudicandus æternæ gloriæ, vt dicat cum Psalm. 9. *Qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.* Plures enim sunt portæ, per quas ingreditur mors, scil. quinque sensus. Ierem. 9. *Ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras.* Vnde Isai. 25. *Vade popule meus, intra cubicula tua, claude ostia tua super te.* De his portis exaltatur homo spiritualia sectando. Item per quas itur ad mortem, peccata mortalia appropinquauerunt vsque ad portas mortis. Vnde Ecclesia: *A porta inferi.* De istis exaltatur homo per peccati abominationem. Illi enim qui non abominantur peccatum, non exaltantur, sed deijciuntur in peccatum. Item quæ ducunt ad mortem, scil. diaboli & ministri eorum, de quibus Matthæ. 16. *Et portæ inferi non præualebunt,* &c. Psalm. *Portas æreas, & vectes ferreos confregit.* De his portis exaltatur homo, tentationibus viriliter resistendo, Iac. 4. *Resistite diabolo, & fugiet à vobis.* Item quæ tegunt mortem, scil. hypocritæ, Iob 40. *Portas vultus eius quis aperiet?* Sicut enim ostium quandoque clauditur, ne ea quæ sunt in domo, videantur, sic vultus hypocritæ clauditur, ne spurcitia conscientiæ eius videatur: quia si aperitur ostium illud, multa enormia viderentur, Isa. 8. *Fili hominis, fode parietem, & cum perfodissem, apparuit mihi ostium vnum, & dixit ad me: ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt.* Ephesior. 5. *Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est dicere.* De his portis exaltatur homo, bona synceriter operando. Filia tandem Sion est Ecclesia triumphans, portæ eius multæ sunt. Vt autem annunciet, oportet ab eis prius exaltari & obseruari, quā prędicet homo. Greg. Sordes tergere non valent manus, quæ lutum tenent. Porta est beata Virgo. Isai. 44. *Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transiet per eam, quia Dominus Deus Israel ingressus est per eam:* hoc est, de quo cantamus in hymno: *Fælix cæli porta.* In hac stare oportet per iugem meditationem, & iuge seruitium. Item porta est Ecclesia militans, Genesis 28. *Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cæli.* In ista debemus stare per concordiam & vnitatem. Item angeli. Psalm. *Eleuamini portæ æternales.* & in his stare debemus per sanctitatis eorum imitationem. Item dies iudicij, Prouerb. vlt. *Laudent eam in*

Portæ mortis.

Portæ Ecclesiæ triumphantis.

portis opera sua. In istis stare debemus per diei iudicij frequentem recordationem, & propriæ conscientiæ discussionem, 1.Timoth.2. Item virtutes, Prouerb. vlt. *Nobilis in portis vir eius.* Psalm. *Ibunt de virtute in virtutem.* In istis stare debemus per bonorum operum executionem. Item Prælati, Isa.9. *Occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio.* In istis stare debemus, & eis assistere, debitam reuerentiam & obedientiam exhibendo. Item sacramenta Ecclesiæ, Baptismus, Pœnitentia, Extrema vnctio, Matrimonium, Psalm. *Introite portas eius in confessione.* In his stare debemus, ea firmiter credendo, & humiliter suscipiendo, & debite reuerendo. Quàm multi dicunt illud Psalm. 72. *Existimabam, vt cognoscerem: hoc labor est ante me.* Putabam, poterat dicere Adam, vel genus humanum, vt cognoscerem bonum & malum, comedendo de pomo, Genesis tertio, *Eritis sicut dij, scientes bonum & malum*: sed *hoc labor est ante me*, quia inde secutus est omnis labor & dolor generis humani. Ita putant mali, quòd rectè faciant orando, credendo, &cæt. & non cognoscunt veritatem, quam demum suo malo & damnationis statu intelligunt, quod quidem in nostro defuncto non fuit, sed de illo potest dici illud, Ecclesiast. 1. *Timenti Deum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur.*

Amen.

(?)

Mortui nil possunt mereri: & nihil prodest illis, si vixerint male.

Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi? Psal.87.

CHRISTVS Dominus, licet pro omnibus passus sit per sufficientiam, tamen eius passio non omnibus profuit per effectum, quia mali non fiunt illius participes. Mortuis corpore fecit mirabilia, quia quosdam resuscitauit, sed mortuis corde non fecit, quia facta non profuerunt eis. Apostoli multos suscitarunt, sicut & sancti plurimi, vt eo, quo dixi modo. & de illo mortuo præcipuè intelligitur, ad quem Dominus inuitatus noluit venire, Ioan 4. Ideo dic. Christus ad patrem, *Nunquid obstinatis in peccato, qui se peccantes excusant, proderunt opera tua?* quasi dic. Non sunt autem quidam tales, qui se mortuos esse recognoscunt. sed dicunt, quod se adhuc emendabunt, quando satis in peccato vixerunt. Contra quos dicitur, *Nunquid medici suscitabunt, & confitebuntur?* quasi dic. Non: Et possunt dicere adhuc, Et si non possum suscitari à medicis, vt confitear tamen, dum in morte peccati iaceo, Deum laudabo, & sic placebo ei, & placabo eum. Sed respondetur ei per eundem. Psalm. *Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam?* Existens in sepulchro peccati, misericordiam tuam & veritatem in perditione minimè narrabit. Misericordia & veritas sunt vniuersæ viæ Domini, quibus commendabilis est Deus, sed misericordia præcedit ad temperantiam veritatis, & hæc non congruenter narrantur à peccatoribus iacentibus in sepul-

Passio Christi non omnibus profuit per effectum.

Mortui, qui viui.

Contra volentes emendare se in tempore.

pulchro, & in perditione peccati. Psal.
Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iu-
stitias meas, & assumis testamentum meum per
Obiectio. *os tuum?* Et si dicet aliquis, Et si non nar-
Responsio. ro, tamen cognoscam veritatē. Respon-
detur ei, Numquid cognoscentur in te-
nebris mirabilia tua? Peccatorum ope-
ra non cognoscentur, neque iustitia eo-
rum in terra obliuionis, id est, in pecca-
to, in quo obliuiscuntur peccatores De-
um. Psal. *Non mortui laudabunt te.* Nota. In
inferno positi, & præ dolore tormenti
clamantes, quamuis sciant se pro meri-
to puniri, dolebunt tamen, quod Deus
tantam potentiam habeat, plagas eis in-
ferendo, & hæc est blasphemia. Item in
sepulchro positi, misericordiam Dei
non narrant, sed casu suo iustitiam Dei
narrant, quam tunc sentiunt, & dicunt
illud Eccl. 38. *Memor esto iudicij mei: sic erit*
& tuum. In perditione autem æternæ pœ-
næ non narrant veritatem Dei, quia de
ipsa dolent, & 1. Reg. 2. dicitur, *Impij in*
tenebris conticescent, sc. a laude Dei, sed non
blasphemia est. Hæc autem meritò eue-
niunt quia hic ignorauerunt Dei mise-
ricordiam & veritatem, sc. se ignorare
ostenderunt, non quærendo misericor-
diam dum tempus est miserendi, nec ti-
mendo iustitiam, antequam fieret. Et e-
numerat Christus quæ in membris suis
sustinet, & debent membra respondere
per compassionem & tribulationē, to-
lerantiā capitis tribulato. Et item in per-
sona membrorum respondet Christus:
Ne cum illis peream, ad te clamaui ma-
ne, in tempore gratiæ, qui potens mor-
tuos suscitare, & curare infirmos. Et
clamorem sequitur gratia, quæ in ora-
tione impetratur. Et licet priusquam
ad iudicium veniet, multas tribulatio-
nes patiuntur membra, vnum tamen est
dilectio eius, quod petit in oratione,
Ne [illegible] Ex quo gratiam
habens, cito impetrare deberem quod
1. [illegible] Differtur autem vt ardentius ap-

Membra Christi multas patiuntur tribulationes, priusquam ad iudicium veniat.

petatur: quod idem replicat, *Vt quid auer-*
tis faciem. Secundum, Paupertas mem- 2.
brorum tam corporalis quam spiritua-
lis, quia quidam parum habent de gra-
tia: vnde Christus dic. pro corpore &
membris, *Pauper sum ego in lab.* sc. rebus &
gratia. Tertium, Labor, & à iuuentute. 3.
Nam à tempore Abel fuit iuuentus Ec-
clesiæ, ex tunc semper fuit Ecclesia in
multis tribulationibus quasi inter mal-
leum & incudem. Psal. *Sæpe exp. me à iuu.*
mea. Quartum, Mutatio fortunæ, *Exalta-* 4.
tus autem humil. nunc eleuatur ecclesia,
nunc deprimitur. Quintum, Flagella 5.
Domini, *In me transierunt.* Sextum, Multi- 6.
plex persecutio facta ab inimicis Eccle-
siæ *Circumdederunt me.* Septimum, quia et- 7.
iam ab amicis tribulationem sustinet:
Elongasti à me. Nolo iam dicere, Audito-
res, vt Deus faciat mirabilia, & susci-
tent defunctum nostrum Medici, illud
non est necessarium, & fleuit Christus
Lazarum resuscitans ad huius vitæ mi-
serias. Medici hoc non possunt, præter-
uallent si potuissent, sed defunctus no-
ster voluit, quod Deus voluit, &
sic factum est. & placent defuncto no-
stro mirabilia, quæ faciet ei Deus post
hanc vitam in vita æterna, vbi nec Me-
dico opus est, nec pro illo aliud nos pe-
timus. Sed dicetis, Ego rogaui etiam
pro hac vel illa necessitate mea, & non
sum exauditus. Intelligitis quod ma-
ne, id est, dum tempus est: Multa bo-
na facta sunt in mane. Lex data fuit,
Exod. 19. *Mane incaluerat, & cœperunt audi-*
ri tonitrua. Datum fuit manna, Exod.
decimosexto, *Mane ros iacuit per circuitum*
castrorum. Victi sunt hostes Israel, 1. Re-
gum vndecimo, *Saul ingressus est castra in*
vigilia matutina, & percussit Amon vsque dum
incalesceret dies. Submersi sunt Ægyptij,
Exod. decimoquarto, *Factum est in vigilia*
matutina. Laudant auiculæ, Iob 38. *Vbi*
eras, cum me laudarent astra matutina. Ab-
sconduntur feræ Psalm. *Ortus est sol & con-*

Mane multa facta sunt.

congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Nox fugit, Roman. 13. *Nox præcessit, dies autem appropinquabit.* Dicetis, & manè clamauimus, sed fortè non vt debuistis. Nam non omnis orat, qui orare videtur. Oratio enim multis modis à Deo repellitur. Quando est sera, vt fatuarum virginum, Matth. 25. Quando falsa, Matth. 7. *Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine.* Quando excommunicata, Prou. 28. *Oratio eius erit execrabilis.* Quando sordida, Isa. 1. *Incensum abominatio est mihi,* &c. *Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Quando cruenta, Luc. 19. *Vis dicamus, vt descendat ignis de cælo, & consumat illos?* Et Dominus increpauit eos, dic. *Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.* Quando inutilis, 2. Corin. 12. *Propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet à me.* Quando nimis breuis, Luc. 11. *Qui perseuerauerit pulsans, propter improbitatem eius surget, & dic. ei.* Quando caret alis, scil. ieiunio & Eleemosyna, Deut. 32. *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos,* Tob. 12. *Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna.* Quando fit pro indigno, Ierem. 7. *Noli orare pro populo isto, neque assumas pro eis laudem & orationem, nec obsistas mihi, quia non exaudiam te.* Quando friuola, Iob 35. *Non enim frustra audiet Deus.* Quando indeuota. Augustin. *Qui indeuotè orat, iudicium sibi postulat.* Vos ergo in causa estis, & oratio vestra inanis abit, non Deus qui ad exaudiendum semper est paratissimus. Nam si dubitatis, ecce filij Dei potestis esse, quando volueritis ad hoc vos accommodare, & ita non iudicabimini, sed saluabimini. Vel per creationem, Iob 1. *Cum venissent filij Dei, & assisterent coram Domino.* Per adoptionem, Rom. 8. *Accepistis spiritum adoptionis filiorum Dei.* Per fidem, Gal. 3. *Omnes enim filij Dei estis per fidem.* Ioan. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Per obedientiam, Eccl. 3. *Natio eorum obedientia & dilectio.* Per charitatem, 1. Ioan. 3. *Videte qualem charitatem dedit nobis Deus pater, vt filij Dei nominemur & simus.* Imitationem. Ephes. 5. *Estote imitatores Dei, sicut filij charissimi.* Vitationem peccati, 1. Ioan. 3. *Omnis qui natus est ex Deo, non peccat.* Victoriam mundi, 1. Ioan. 5. *Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum.* Pœnitentiam, Oseæ 1. *In loco vbi dicitur eis: non populus meus vos, dicetur eis, filij Dei viuentis.* Contemplationem, Apocalyp. 2. *Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis.* Verbum Dei, Iac. 1. *Voluntariè nos genuit verbo veritatis.* Baptismum, Ioan. 3. *Oportet vos nasci denuo.* Et, *Nisi quis renatus fuerit ex aqua,* &c. Resurrectionem, Luc. 20. *Filij sunt Dei, cùm filij sint resurrectionis.* Quæstionem, Psalm. *Hæc est generatio quærentium Deum.* Lucem, Ioan. 12. *Vt filij lucis sitis.* Spem 1. Pet. 1. *Regenerauit vos in spem viuam.* Glorificationem, 1. Ioan. 3. *Charissimi, nunc filij Dei sumus: sed nondum apparuit, quid erimus. scimus autem, quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus.* Per inimicorum dilectionem. Matth. 5. *Diligite inimicos vestros, vt sitis filij patris vestri.* Cùm ergo defunctus noster noluerit sibi fieri mirabilia, mirabilis ille factus est, exemplum alijs, vt in vita & in morte ageret, quæ essent filij Dei, & sic securus ad patrem properaret. Vos interim quærite herbas, potiones, syrupos, clysteria, & id genus alia, aduocate omnes medicos, quotquot habere potestis, hi vel nō intelligunt morbum, vt sæpè fit apud stupidos & elatos, vel contendunt de causa morbi, vt neuter cum altero consentiat, vel quærunt substantiam tuam, vel porrigunt quid pro quo, aut etiam ipsum venenum volũtarie & scienter, aut eneruant & defatigant infirmum medicamentis, vt non videantur eum occidere, sed ipse videatur spontè mori, nũc hoc probant, nũc illud modo destruũt, modo corroborant: & patiens semper debet esse patiens, si se etiam benè gerat, & obseruet omnia: *Turba multa erat medicum obtinuisse probatum.* Et tamen illi miseri medici nesciunt satis gloriari, & superbire etiam in vanitatibus, ignorantijs, & insanijs suis.

Obiectio.

Oratio multis modis repellitur.

Saluatio fit multis modis.

Contra medicos ineptos & superbos.

Non

Non reprobo Medicos peritos, fideles, promptos & affabiles, sed paucissimos illorum inuenies, quos si habes illos honora. Medicus ergo optimus Deus est, ab hoc pete. Recipe pro te, & vtere. Tu quoque sis medicus tuus, & fac quæ nosti tibi in vita & morte salutaria, imò necessaria, vt viuas in sæcula sæculorum.

Iudicium diuinum exemplis illustratur.

Dimitte me ergò, vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, & non reuertar, ad terram tenebrosam & opertam mortis caligine: terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Iob 10.

VErba clara sunt Iob patientissimi, sed plena horrore, & anxietate, quid dicam de cruciatibus illis, quos innuit. & videmus quam admirabilis sit Deus in omni terra. *Terra multiplex.* Est terra viuorum sc. cælum. Psalm. *Portio mea in terra viuentium.* Est terra mortuorum sc. infernus prout allegata verba declarant. Est & terra viuentium & morientium sc. mundus. Ex hac terra omnes ibimus, aut ad terram viuentium, aut morientium: & hoc culpa nostra, si terram morientium adire oportebit, iustoque Dei iudicio. Priusquam autem de pœnis dānatorum per exempla dicam, iudicis iustum iudicium modo omnibus declarabo, vt tam *Ad iudicandum multa concurrunt.* iudicium, quam iudicem timeatis. Ad iudicandum multa debent concurrere. Primo, vt quod præcipiunt, ipsi faciant
1 1. Pet. 4. *Tempus est, vt iudicium incipiat a domo Domini.* Non sicut multi faciunt de quibus, Matth. 23. *Alligant onera grauia & importabilia, & imponunt super humeros hominum, digito autem suo nolunt ea mouere.* Et necesse est vt iudicet ex charitate. Sap. 1. *Diligite iustitiam.* At Christi mandata leuia sunt, ipse prius fecit, quàm docuit, & ipse est
charitas. Secundò, vt ordinem iuris nō 2
prætermittant. Deut. 17. *Postquam sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis. Vt non declinet in partem dextram vel sinistram.* At Christus ordinatè omnia vult fieri in Ecclesia & alibi: propterea &
transgressiones & excessus punit. Ter- 3
tiò, Vt veritatem causæ plenè inuestigēt: Iob 29. *Causam quam nesciebam, diligenter inuestigabam.* At Christus scrutatur corda
& renes, videt & nouit omnia. Quartò, 4
Vt personam non accipiant. Prouerb. 28. *Qui cognoscit in iudicio faciem, non bene facit.* Christus non est acceptor personarum.
Quintò, Vt non cedant fauori vel cla- 5
mori multorum. Exod. 23. *Ne sequaris turbam ad faciendum malum, nec in iudicio, plurimorum acquiesças sententiæ, vt à vero devies.* Christus solus iudicabit, & cuiuslibet conscientia testis erit. Ecce homo & opera
eius. Sextò, Vt propter timorem nō de- 6
clinent à rectitudine iudicij. Eccles. 7. *Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, vt forte extimescas faciem*
potentis. Deus iustus iudex & fortis. Sep- 7
timo, Vt non plus iusto compatiantur. Exod. 23. *Pauperis non misereberis in iudicio.* Christus hic habet thronum miseri-
cordiæ, ibi iustitiæ. Octauò, Munera nō 8
accipiant. Exod. 23. *Ne accipias munera, quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt verba iustorū.* Christus nullius eget, ipsius sunt
cæli & terra. Nonò, Vt nullas preces in 9
præiudicium aduersæ partis admittant: Christus a nemine rogabitur tunc, sed omnes clamabunt vindictā, & ipse exercebit iudicium S. Trinitatis. 2. Par. 19. *Videte quid faciatis*, &c.

Ex Dialogo Gregorij. Distinct. 1.

QVidam Curialis in Valeriana prouincia sanctissimo Paschali sabba- *Exemplum de quodam*

 cho,

Qui molestauit virginē, quam in Baptismate suscepit.

tho, iuuenculam cuiusdam filiam in baptismate suscepit. Qui post ieiuniū domum reuersus multoq; vino inebriatus eandem filiolam suam secum manere petijt, eamq; nocte illa, quod dictu nefas est perdidit. Cumq; mane facto surrexisset reus cogitare cœpit, vt ad balneum pergeret, ac si aqua balnei lauaret maculam peccati. Perrexit igitur lauit cœpitq; trepide Ecclesiam ingredi. Vicit itaq; humana verecundia, perrexit ad Ecclesiam, sed tremebūdus ac pauens stare cœpit. atq; per singula momenta suspectus, qua hora immundo spiritui traderetur, & corā omni populo vexaretur. Cumq; vehementer timeret, ei in illa Missarum celebritate quasi aduersi nihil contigit, qui lætus exiuit, & in die altero Ecclesiam iam securius intrauit. factumque est vt per sex continuos dies lætus ac securiùs procederet, æstimans quod eius scelus Dominus aut nō vidisset, aut visum misericorditer dimisisset. Die autem septimo subita morte defunctus est. Cūq; sepulturæ traditus fuisset, per longum tempus, videntib. cunctis, de sepulchro eius flāma exiuit, & tādiu ossa eius cōcremauit, quousq; omne sepulchrū cōsumeret, & terra quæ in tumulo collecta fuerat, defossa videretur.

Ex Libro Apum. Dist. 5.

De quodā Archiepiscopo.

QVidam Archiepiscopus Theutoniæ fuit, qui infœlicissima morte defūctus, vidit quod anima illa cum triuo cruciatu a corpore trahebatur, & in infernū dæmoniorū principi in cathedra residenti præsentabatur. Quē officiose salutans poculū ante se positū obtulit venienti dicens. *Bene venias Archipræsul, ecce [illegible] quia [illegible] tempore fideliter [illegible] deseruisti.* Quod quidē Archiepiscopus acceptare recusans, cōsciu[illegible] erat nihil boni esse in poculo, tandē a ministris violenter esse cōpulsus accipere poculū de manu Principis, & bibere quod horrebat. nec mora per aures, oculos os, & nares, sulphurea flāma surrexit. & sic æternis incendijs est addictus.

De milite torneamentis dedito.

Ex Libro Apum. Dist. 5.

FVit in Theutoniæ partibus miles potēs mire dedit' torneamētis. Mortuus est miserabiliter, sicut vixit. Reliquit autē vxoré valde deuotā & sanctā, quæ mortuo marito rapta est ad excessū mentis, & vidit circa animā viri sui dæmones in magna multitudine cōgregatos. Dixitq; vnus eminentior cæteris ad consortes: *Ponite caligas eius in pedibus, quarum [illegible] cula penetrent à plantis pedum vsq; ad cere[illegible]. Hinc cū lorica induite, cuius spicula antè & retro penetrent totū corpus. Hinc galeā capiti eius imponite, cuius similiter spicula descēdendo trāseant vsq; ad plantas. Hinc scutū collo eius imprimite, cuius pondere membris omnibus conquassetur. Hæc omnia cum ad iussum Principis dæmonum in animā miserā cōplerentur, dixit [illegible] dæmonibus: [illegible] ut [illegible] era[illegible], vt post torneamenta balneis foueretur, et post balnea deponeretur in lectū, & iuxta eū puella tenerior, cuius amplexibus in coitu fruebatur. [illegible] omnib. aptate similia.* Nec mora, flāmis balnearibus anima cruciata in lectum candentem ferreum deponitur, & iuxta eū bufo terribilibus oculis ad magnitudinem & longitudinem lecti, cuius complexu contactu & osculis [illegible]stus est, vt magis eum bufonis illius horribilis, quā armorū prædictorū terribilium balnei vel lecti vexatio cruciaret.

Ex Cæsareo. Distinct 6.

De Langrauio tyranno.

LAntgrauius Thuringiæ Lodouicus pessimus tyrannus, sibi commissum populum indebitis exactionibus deprimebat, possessiones etiam Ecclesiarum multas vsurpabat, & plura alia mala faciebat. Is cum in suis peccatis morere-tur.

tur, duos filios reliquit hæredes Lodouicum [illegible], qui in prima expeditione Hierosolymitana, quæ facta est tempore [illegible] Friderici Imperatoris defunctus est, & [illegible] qui eidem in [illegible] successit, qui nuper obijt. Lodouicus vero qui satis erat tractabilis & humanus, & vt verius dicam, [illegible] nimus malus, tale edictũ [illegible] *[illegible] esset*, inquit, *qui veru[illegible] de anima patris mei dicere pos[illegible] a me reciperet.* Audiebat [illegible] quidam pauper, qui fratrem habebat clericum in necromantia quãdoque [illegible] expertum. Cui cum verba [illegible], Respondet ille: *Bene [illegible] m a[illegible]ando per [illegible]mina vocare [illegible] quæ volui, iam diu est [illegible] renuntiaui.* Instan[illegible] importunè, ad memoriam eius reducens propriam paupertatem, promissumq́; honorem. Pre[illegible]odem Clericus victus dæmonem [illegible]. Vocatus quid vellet [illegible] pondit Clerus: *Pænitet me [illegible] a te. Indica mihi obsecro, [illegible] mei Lantgrauij.* At dæmo: *Si [illegible]gere, ego tibi illum ostendam.* Et ille: *[illegible] illum viderem, si sine periculo vitæ [illegible] videre possem.* Cui diabolus: *Iuro tibi [illegible]mum, & per tremendum eius iudi[illegible] te commiseris, incolumem te [illegible] reducam.* Ponit Clericus [illegible] fratrem animam suam in ma[illegible] collum dæmonis ascendit, [illegible] breue tempus antè portam [illegible] deposuit. Introspiciens Clericus [illegible]platus est loca nimis horrenda [illegible] diuersa genera, & dæmonẽ [illegible] terribilẽ super opertũ puteum [illegible]. Clericus vt hæc vidit [illegible] contremuit, & clamauit dæmon [illegible] ad dæmonẽ baiulum: *Quis est ille qui [illegible] eum huc.* Qui respondit: *[illegible], & iurauit ei per virtutes suas [illegible] lederem, sed animam Lantgrauij [illegible] reducerem, vt omnibus tuam immensam prædicet virtutem.* Ille verò statim operculum igneum, cui insedit, amouit, & tuba ęnea puteo immissa tam valde buccinauit, vt videretur Clerico totus tremere mundus. Post horam, vt ei videbatur, nimis longam, puteo eructante flammas sulphureas, Lantgrauius inter scintillas ascendentes simul ascendens, videndum se Clerico collo tenus præbuit. Ad quem ait: *Ecce præsto sum miser ille Lantgrauius, quondam dominus tuus, & vtinam nunquam natus.* Cui Clericus: *Missus sum à filio vestro, vt ei renunciare possim de statu vestro, & si in aliquo potestis iuuari, mihi dicere debetis.* Respõdit ille: *Statũ meũ benè vides. hoc tantùm scias, quia si filij mei restituere vellent tales possessiones talium Ecclesiarum*, proprijs nominibus eas exprimens, *quas mihi iniustè vsurpaui, & sub titulo hæreditario ipsis reliqui, magnum animæ meæ conferrent remediũ.* Cui cùm Clericus diceret, *Domine non credent mihi.* Respondit: *Ego dicam tibi signum, quod nemo nouit præter me & filios meos.* Accepto signo: & Lantgrauio, eo vidente, puteo immerso, per dæmonem reductus est. Qui licet vitam nõ perdiderit, ita tamen pallidus & languidus redijt, vt vix agnosceretur, & verba patris filijs retulit, signaq; ostendit, sed modicũ illi profuit. Non enim in hoc consentire voluerunt, vt possessiones restituerent. Respondit tamen Lodouicus Lantgrauius Clerico, *Signa cognosco, patrẽ meum vidisse non dubito, propositum tibi præmium dare non renuo.* Ad quem ille: *Domine merces vestra vobis maneat, ego cogitabo quid animæ meæ expediat.* Relictis omnibus, factus est monachus in Ordine Cisterciensi, contemnens omnem laborem sustinere temporalem, dummodo pœnam euaderet æternam.

Ex diuersis. Dist 9.

REfert Petrus Cluniacẽsis. Quidã monachus cũ in extremis vitę suæ esset, anima

anima sua ducta est ad infernalem portam Quę cùm ibi tot diuersitates pœnarum conspiceret, vltra quam dici potest tremere & horrescere cœpit, quod, ne faceret angelus prohibuit. Ibi vero aliquamdiu morante eo, vidit quosdā dæmones præcurrētes, & nimium cachinnantes de perditione animæ cuiusdam diuitis. quā socij sui secum in barathrū damnationis attraxerunt. Venientes autem ad Principem dæmoniorum, dixerunt se animam amici sui cum gaudio magno attrahere, quibus congaudens, si gaudium infœlicitas dici potest, ait: *Accipite & pomposè, sicut solitus erat, in cathedra sedere facite, induentes eum, sicut solitus erat, veste honorifica.* Et sedere eum fecerunt super sedem ita inextinguibiliter ardentem, vt si totum mare superfunderetur, nullatenus extingueretur. Pallium vero, quo eum circundederunt, nō minoris fragrantiæ erat. Illo in sede miserabiliter collocato & infœliciùs vestito, princeps ad suos seruientes ait: *Ite, & sicut decens est, tale omni nostro poculum nostræ delectationis propinate.* Tunc tanquam æreum liquorem candentem, omni genere fœtoris mixtum, ori eius apposuerunt, & appositus per omnia membra eius in flammas diffusus effundebatur, quo potato ioculatores dæmones qui ei iocularentur admisit. Qui accipientes duo cornua ignibus plena, auribus eius apposuerunt, & corniculari incipientes scintillas per oculos eius & per nares, & per omnia foramina eius emittebant. Deinde in cameram misit, vt contra delectationes carnales, quas solebat cum puellis dum adhuc viueret exercere, infernales pateretur amaritudines, quę omnium serpentum generibus erat repleta, & ita nimio calore incensa, quod candentis ferri satis euinceret ardorem, a quibus exceptus quam horribiliter amplexatus, quamque dedecorosè osculatus, quamque miserabiliter sit contrectatus, & per omnia membra discerptus, à nobis pius pater remoueat quod nunquam experiamur, & contra quæque oblectamenta carnalia, quæ prius habuerat viuens, singula tormēta infernalia inferebat Hoc viso anima monachi ad corpus redijt, & quicquid viderat ob vtilitatem audientium plurimis enarrauit.

Ex diuersis. Distinct. 9.

Miles quidam quandam virginem defloraruit eo mortuo, cum illa pro eo oraret & fleret, mortuus miles visibiliter apparuit, voce rauca eam alloquens, quæ cum quæreret causam raucitatis eius, ait: *Quia in mundo dulcedine delectabar, cantilenis luxuriosis & [illegible]* cuius cum crura nigerrima & scabiola, & vlceribus plena appareret, quærenti causam respondit: *quia [illegible] gloriabar in cruribus meis de pulchritudine, [illegible] illa extendens & ornans superbe [illegible] inter [illegible] [illegible], vermes rodunt in illis.* Ista iterum [illegible] *reliquum statum corporis.* At ille: *[illegible] nos, & vide,* & proiecit pallium à pectore quo amictus videbatur, & vidit maximum bufonem & teterrimum pectori eius inhærentem, ita vt brachijs eius collum suum stringeret, & os suum ori eius iungeret, cuius etiam venter per ventrem eius dependebat, pedibus eius genitalia quasi quibusdam loris stringere & ligare videbatur. Requisitus quare hoc pateretur. Respondit, *pro osculis lubricis, quibus te & alias mulieres osculatus sum, hæc patior, & pro opere libidinis in genitalibus crucior.* Cumque mulier quæreret, vtrum ne ab illis pœnis esset liberandus, respondit: *Non ores pro me, quia nihil mihi prodest, quia æternaliter sum damnatus, & hoc ideo, quia medicinam pœnitentiæ neglexi:* hoc dicto disparuit. Fœmina autem reclusorium intrans pœnituit.

Ex Libro, qui dicitur fasciculus morum. Dist. 9.

PRinceps quidam magnus qui nõ tantùm in proximis pauperibus, dũ adhuc viueret, vltra modum sæuiebat, verùm etiam super omnia in Ecclesia Dei & secutoribus eius. Vnde ipso mortuo, quidã Clericus in curia sua nutritus, & post eum promotus vehementer sollicitabatur de eo, qui sic crudeliter vixerat, vtrum damnatus an saluatus esset. Accidit autem quadam vice dum ipse cum alijs per nemus quoddam transiret, in quo dictus Princeps consueuerat venari, dum sic solicite cogitabat de illo, ecce nubes densa super eos venit, in qua densitate ipse a socijs diuisus est. Cum ergo vagabundus deuiaret, habuit obuiam quendam sessorem in equo magno nigro, qui dixit ei: *Si vis scire quæ desideras, ex equo tuo descende & mecum ascende, quia ad illum locum securè satis portabit te, vbi cùm veneris descende, & ad talem cameram intra, & ibi videbis quod optas. Sed, si vis cum vita euadere, statim cùm audieris istius equi hinnitum, equum ascende, & fuge periculum.* Et ille fecit omnia quæ præceperat. Cum ergò dictam cameram intrasset, vidit ibi Cathedram ignitam positam, in quam duo dæmones imposuerunt hominem omnibus doloribus aggrauatum, in cuius capite imposuerunt coronam ignitam, moxque intrauit magnus ceruus cum cornibus acutissimis, & à Cathedra ipsum impetuosè proijciens cum cornibus, totum corpus eius dilacerabat & recessit. Sed ille per ipsos in Cathedra restitutus est. Et ecce leporarij duo terribiles & nigri venerunt, & iterum à Cathedra illum retraxerunt, & miserabiliter lacerauerunt. Quibus egressis iterum in Cathedra restituitur. Intrauit igitur quidam iuuenis cum gladio euaginato, & illum per coronam capitis de Cathedra prostrauit ad terrã, & gladium in coronam vsque ad cerebrum infixit, & postmodum radendo ipsam totaliter amputauit. Et cum ad pedes suos illam proiecisset, statim festinus exiuit. Cùm igitur iterũ in Cathedrã esset miser restitutus, illum Clericum respiciens: *Ego sum*, inquit, *ille quem quæris.* Sciscitante ergò Clero, qui essent, quos vidit sic ipsum cruciantes, *Corona*, inquit, *ignita, quam sic in capite gero, plus ponderat de pœna, quam tota terra mundana. Et quia semper Ecclesiam Dei & clerum in odio habui, & ipsum toto conamine seruum feci & destruxi, & coronam cuiusdam Cleri quasi radẽdo contemptibiliter amputaui, igitur coronatus sic in capite tantam sustineo pœnam. Similiter quia aliquando in illo nemore in venatione fui, & duos homines suspendi feci, quia vltra voluntatem meam duos detinuerunt leporarios, ideò ab illis bis in die torqueor. Quia etiam per delectationem venationis, Missam, & officium diuinum contempsi & omisi, ideò ceruus ille in toto corpore me lacerat, & affligit ineffabili pœna. In quibus ergo delectationem habui maiorem, merito in his afflictus sic crucior.* Et his dictis audiuit ipse equum hinnire, & statim equum ascendit, & vix euasit.

Ex diuersis. Distinct. 9.

ANno Domini nongentesimo quadragesimo, Ottone tertio Imperante apud Parthenopolim. i. Magdeburg in Saxonia, contigit prodigium terribile nimis & à sæculis inauditum. In prædicta igitur vrbe scholaris quidam, nomine Vdo, liberalibus literis insudabat. Qui cùm esset inertis ingenij, nihil omninò proficere poterat, quantumcumque à Magistris verberibus torqueretur. Quadam autem vice post enormes plagas de scholis exiens, Ecclesiam maiorem ad honorem Sancti Mauricij sociorumq; eius magnifice fabricatam intrauit, ibique cum ingenti deuotione se proternens, Reginę cœli clementiam & S. Mauricij patrocinium

dam ex astantibus abierunt, & miserum Vdonem de latere Abbatissæ trahentes, miserabiliter adduxerunt. Quem S. Mauritius seuerius intuens dixit: *Domine mi, [illegible] iste Vdo, non episcopus, sed lupus, non pastor, sed raptor, maculator & deuorator gregis tui.* His auditis, dominus præsidens in iudicio, sanctosq; respiciens dixit: *Quid vobis videtur de illo?* Pugil autem ille supradictus voce magna clamauit dicens: *Reus est mortis.* Tunc iudex, *Caput amittere meretur, qui [illegible] capite tempus consumendo in sordibus [illegible].* Quo dicto, pugil cōfestim præcepit Vdoni, vt ceruicē præberet. Quod cum Vdo fecisset, & pugil gladiū acutū leuasset, quidam clamauit dicens: *Contine manum tuam, donec reliquiæ ab eo auferantur.* Tunc quidam cum calice coram Vdone stabat, donec pugil miserrimi hominis collum cum pugno multis vicibus validè [illegible] Et ecce quælibet pulsum, [illegible] per os episcopi exiens in calicem [illegible], quas omnes Regina cæli [illegible] accipiens, diligentissimè lauit, [illegible] altare in calicem ponens, [illegible] decenter inclinauit, abijt [illegible] miserabilem Vdonē pugil sæpe dictus aggrediens decollauit, [illegible] congregatio sanctorum [illegible]. Quod cum ita peractū esset, quidam ex Capellanis eius nomine Bruno, [illegible] legationem commissam peregisset [illegible], continuò famulis longeque se præcedentib. studuit remeare. Interim graui oppressus somno, [illegible] vidit, de equo descendens, & frenum fortiter ad brachium alligans, ibidem paululum requieuit. Et ecce [illegible] globus spirituum immūdorū cū [illegible] ad eundem locum [illegible] properabat. Cūq; omnes conuenissent, [illegible] qui Princeps videbatur solium consistentes desuper sedere fecerunt. Nec mora, alter cuneus [illegible], cachinnans, & tripudians [illegible] apparuit, [illegible] fortiter clamauerunt: *Date locum, date locum: ecce Princeps Vdo noster charissimus appropinquat.* His dictis, satellites Satanæ miseram Vdonis animam in effigie corporali, cathena ignea ad collum eius constricta ad suum Principem perduxerunt. Cui Satan protinus assurrexit, salutans eum verbis pacificis in dolo, *Bene, inquit, venisti, ô Princeps, fautor & dilatator regni nostri. Ecce paratissimus sum tibi, & omnibus amicis nostris fidelibus reddere talionem.* Cumq; Vdo obmutesceret, Satan assistentibus ait: *Fatigatus est iste dilectus noster huc veniendo, & ideo placet nobis vt consoletur. Date ei manducare.* Illo aũt tremente, renuente, & caput reuertēte, ministri ori eius bufones & serpentes violenter impresserunt, & liquorē sulphureum postmodū infuderunt. Adhuc illo nō loquēte, Satan præcepit dicens: *Ad balneū Principum deducatur.* Et ecce non procul erat puteus coopercülū habens, quo ablato flāma vorax vsq; ad cælū erumpebat, in quē illā infœlicē Vdonis animā præcipitarunt. Et postmodum extrahentes in modum ferri candentis, totam igneam suo principi detulerunt. Qui subridens dixit: *[illegible] ô Princeps?* Tunc Vdo damnatū omnino se vidēs, cœpit blasphemare & dicere: *Maledictus Satan tu, & omnis familia tua. Maledictus [illegible] qui me creauit. Maledicta terra quæ me portauit. Maledicti parentes, qui me genuerunt. Maledictum omnis creatura in cælo & in terra.* Tunc dæmones vna cū principe suo cœperūt manib. plaudere & dicere: *[illegible] est iste manere nobiscum, [illegible] officium nostrum.* Mittatur ergo nūc ad Principalē scholā damnatorum, & videat, audiat, & sentiat, & addiscat amplius in sæcula. Vix verba finierant, & ecce [illegible] odiosā illā creaturā [illegible] impetuose in tartarum illud [illegible] immiserunt, ac si cęlū & terra, & oēs montes [illegible] quaterentur. Capellanus aūt ille supradictus hæc omnia in somnis videns & audiens, tremuit vehementer. Tūc Princeps tenebrarū [illegible] osten-

oſtēdens dixit: *Videte ne effugiat Clericus ille qui nos aſpicit, quia ſemper extitit malitiarum ſuarum cooperator conſcius & defenſor.* Ergò ſicut fuit fautor culpæ, ſic ſit particeps & vindictæ, ideoq; & in illum puteum ad ſuum Dominū demergatur. Quo dicto cum dæmones eum capere vellent & ipſe fugere conaretur, repēte à ſomno exiliens euigilauit, ſicq; equus territus, tam diu hinc inde ſaltabat, miſerū trahens hominem, donec à ſua iunctura eius brachiū penitùs ſoluebatur. Difficulter tandem equum aſcendens, Parthenopolim venit. Hæc vobis dicta ſint Auditores, vt conuertamini, quia damnatis illis hæc neutiquam proſunt.

Sequuntur themata breuia.

Cuius es: aut quo vadis? aut cuius ſunt ea, quæ ſequeris? Gen. 32.

CVM mitteret munera Iacob, ad placandum Eſau, ſuos inſtruxit, vt cum interrogarentur hoc modo, reſponderent quòd eſſent Iacob, & quod ille ſequeretur. Si quis vos interrogaret, cuius es, non poteritis aliqui dicere, ſicut & S. Hieronymus redargutus fuit & flagellatus, quod eſſet magis Ciceronianus: Dei, ſed mundi, carnis, diaboli, &c. Si quis quæreret. Quis es? Pſal. *Vermis, & nō homo; abiectio plebis:* Sum roſa matutina: vt reſpondit quidā Philoſophus Adriano principi, hoſpes vnius diei, lucerna in vento poſita, aceruus niuis, qui à febris calore facilè diſſoluitur. Si quæro, quo vadis? ſi es in peccato luxuriæ, auaritiæ, &c. Sanè ad infernū, quia hæc eſt via. Vel ad cælum, vel ad purgatorium, vel ad limbum, prout tua fert conditio. Imò quo vadis? ad mortem, ſi es potator, fur, homicida, &c. & ſi in via ad actum maximè interrogareris, ſicut latro ad patibulum. *Vadam, & non reuertar, ad terram,* &c. Iob 10. Vadunt enim quidam vti debitores ad carcerem. Quidam vadunt ex carcere mundi ad nuptias agni. Apoc. 19. Si quæro, cuius ſunt quæ ſequeris? ſi meretrices, & ſimilia ſequeris, vtique diaboli ſunt: Si honores, diuitias, delitias, vtique mundi vel carnis. Et tu ab iſtis mitteris ad placandum diabolum, qui magis contra peccatores accenditur, licet faciat peccator, quod vult diabolus. Sed neque diuitiæ ſequuntur, neque delitiæ, neque honores vſque ad infernum: quid ergò tàm ſollicitus es de illis? Viuus multum videris valere & præponderare, ſi in terra iaces nihil. Videte ergò cuius ſitis ſcil. Dei filij, & cuius eritis, ſcil. diaboli per peccata: & quo vadatis, in via peccatorum, ſcil. ad infernum directè, niſi declinaueritis.

Hieronym. arguebatur corā tribunali Dei Ciceronianus non Christianus.

Quis es? Quo vadis?

Cuius ſint, quæ ſequeris.

Vmbra tranſitus, eſt tempus vitæ noſtræ. Sap. 5.

INter omnia quæ ſunt vana & cito trāſeunt, eſt vmbra, & ſignificat vitā præſentem, quæ debilis eſt res & cito tranſitoria. Primò, propter durationis breuitatem *Breues dies hominis ſunt,* ait Iob 14. Pſal. *Dies eius ſicut vmbra prætereunt.* Vnde in loco allegato dicunt damnati. *Quid nobis profuit ſuperbia,* &c. Vmbra quo maior, eo citius tranſit, vt videmus veſperi, Pſal. *Homo vanitati ſimilis factus eſt: dies eius, ſicut vmbra prætereūt.* Tranſit etiā vita noſtra, vt nuncius præcurrens Dominum ſuū, iterum ad gloriam vel ad pœnam. Pro. 15. *Indignatio regis, nuncius mortis,* ſcil. æternæ. Quia opera mala ſunt nuncius mortis æternæ, & nūcius bonus de terra longinqua, ſcil. de mundo. Sicut n. mala opera nūciant, vnde rex indignatur; ſic bona, vnde rex placatur. Sicut nauis etiam aquam tranſit fluctuantem cum multis periculis. 2. Cor. 11. Periculis fluminum, peri-

Vita præſens vmbræ comparatur.

1

Vmbra, quo maior, eo citius tranſit.

Opera mala ſunt nuncius mortis æternæ.

periculis latronum. Sicut auis volans per aerem propter insidiantium dæmonum sagacitatem: quia multæ sunt insidiæ dæmonis. Eccl. 11. Sed nos debemus facere, sicut auis sedens in ramo, & circumquaque respiciens, vt possit venantiũ pericula declinare, iuxta illud Pro. 1. *Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.* Sicut sagitta, quæ in altum proiecta, statim in ima reuertitur: sic est de vita nostra: quia quantumcunque homo per honores & diuitias sublimetur, necesse est in terram reuerti: *Nudus egressus sum,*
2. Iob 1. Secundo, propter deceptionem. Aliud enim vmbra videtur, & aliud est. Videtur enim esse corpus, & non est: sic est de vita nostra: ostendit gloriam, &c. & nihil est, sed aliud impendit, Eccl. 14. *Qui apprehendit vmbram, sequitur ventum,*
3. sic qui attendit ad ista mundana. Tertio, propter densitatis obscurationem. Quã [illegible] densior, tanto frigidior: sic vitæ [illegible] fœlicitas, quanto maior, tanto frigidior in amore Dei. Psalm. *Humiliasti [illegible] afflictionis, & cooperuit nos vmbra [illegible]* in mundo. Et comparatur vmbra iuniperi, sub qua requieuit Elias, 3. Regum 19. Vmbra enim iuniperi spinosa, mundi vitam significat plenã pun-
4. ctionibus multarum pœnarum. Quarto, propter mutationem continuam, Iob 14. *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, &c.* Vbi propagationis iniquitas ponitur, quia, *Homo natus*, &c. Psalm. *Ecce in iniquitatibus conceptus sum*, &c. Item breuitas vitæ, Iob 10. *Paucitas dierum meorum.* Pœnarum varietas, dic. *Repletur mul. mis.*
Gregor. S. Gregor. dic. quòd his verbis angustamur ad vitam, & dilatamur ad pœnam. Psal. *Multiplicatæ sunt infirmitates*, &c. Complexio fragilis, dic. *Qui quasi flos egreditur.* Iac. 1. Exortus est sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius cecidit vel decidit, & decor vultus eius deperijt.
5. Quinto, Instabilitas vitæ, dic. *Et fugit*, &c. Eccl. 27. *Stultus vt luna mutatur.* Stultus qui magna pro paruis relinquit, vt luna, quia nunc est liuidus, nunc obscurus, nunc iracundus, nunc cornutus per dominium, nunc sine cornibus per seruitium, nunc magnus per potentiam, nunc paruus per impotentiam, &c. Vos autem relinquite vmbram, & per solem iustitiæ Christum sequamini.

Statutum est omnibus hominibus semel mori. Heb. 9.

RES insolita, est causa admirationis. Propter admirari cœperũt homines philosophari, vt est in proleg. Metaph. Mors autem nõ est res insolita, ideò nec admiranda, imò magis, si contrarium eueniret: statutum enim est, & decretum regis non licet præterire. Hester 1. quod idem docet Apostolus. Et ponitur primo authoritas potentis punitoris: quia statutum est. & hoc decreuit creator cœli & terræ. Primo, vt liquidè monstraretur peccatum trãsgressoris. Quia benè sequitur, quod si quis iustè punitur, ergò peccauit. Secundo, vt integrè seruetur præceptum mandatoris, aliàs non timeretur præceptor. Vnde Eccl. 8. Quia *non statim contra malos profert sententiam, absque dubio filij hominum perpetrant mala.* Præceptum autem illud graue non fuit, ideò grauior transgressio, Ioan. 5. *Mandata eius grauia non sunt.* Tertiò, quia magis credidit diabolo, quàm Deo, ideò vt acriter delictum contemptoris purgetur. Mors enim intensiuè est afflictiua, quia 3. Eth. *Omnium terribilium terribilissima.* Vbi enim est maior vnio, ibi est difficilior separatio, ideoque dolor maior. Sicut enim dilectio & coniunctio cõuenientis cum conuenienti, ita dolor est separatio eorum: quia propter vnionem maximam corporis & animæ est dolor maximus. Ideò Dauid: *Ecce in pace*, id est, in vnione corporis & animæ, *Amaritudo mea amarissima.* & Eccl. 41. *O mors quàm amara est*

[Right margin notes: *Mirari fecit philosophari.* / *Authoritas potentis punitoris.* / *Statutum cur?* / 1. / 2. / 3. / *Mors est intensiuè afflictiua.* / 1.]

est nemo is tua homini habenti parem in [illegible] antijs [illegible]. Secundo est extensiuè priuatiua, quo [illegible] omnia. Priuat enim parentibus & amicis. Psalm. *Periit memoria eorum cum sonitu*, sc. campanarum, &c. Priuat diuitijs, honoribus, & delitijs Sap. 6. *Quid nobis profuit superbia, quid diuitiarum iactantia contulit nobis?* &c. Baruch 4. *Vbi sunt principes gentium, & qui dominantur super bestijs, quæ sunt super terram?* ecce superbia hominis: *Qui argentum thesaurizant* ecce diuitiæ: *Qui in auibus cæli ludunt* ecce delitiæ: *& tamen exterminati sunt*: extra mundi terminos positi sunt, omnia relinquentes in mundo. Tertiò est deceptiuè præuentiua. *Nescit enim homo finem suum*. Eccl. 9. Pisces enim & aues in cibo quærunt delitias, & mortem accipiunt, ita est de homine, ita dicebat diues, Luc 12. *Anima mea, habes bona multa*. Quarto, est permansiuè retentiua. Sicut enim descendunt flumina sine reuersione, sic est de hominibus. 2. Reg. 14. Cum Dauid lugeret filium, dicebat mulier illa Tecuitis: *Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur super terram, quæ non reuertuntur*. Præterea aduerte fragilitatem labentis peccatoris, quia dicitur, *Hominum*. Item subtilitatem furentis exactoris, quia dicitur, Semel [illegible]. Ergo reuerti non potest vt pœniteat, sed statim ad iudicium. Vide ergo quomodo comparebis. Ibi enim est, aut *Ite*, aut *Venite*. Et non est tertium.

Margin notes: 2. *Mors est extensiuè priuatiua.* 3. *Mors est deceptiuè præuentiua.* 4. *Mors est permansiuè retentiua.*

Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? Psal. 88. 49.

Ne homines confidant in iuuentute, fortitudine, potentia, vel alijs quibuslibet, propheta arguit eos & instruit, quod nemo possit morti resistere. Et notatur humana fragilitas ex verbo homine, ab humo deducto, deinde necessitas finalis conclusionis, quia dicitur, Qui viuet & nō videbit mortem. Itaque mors est ineuitabilis, memoranda cum attentione sollicita, expectanda cum præparatione debita, & toleranda cum magna constantia. Memoranda, quia excludunt dulcedinem mundi: sicut amaritudo vberibus illita facit, infantem refugere lactis dulcedinem. Quia inducit formidinem æternæ damnationis. Eccl. 7. *Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij*: quia propter peccata post mortem damnandus est homo. August. *Mortem timetis: si timetis, quare a peccato non auertitis? Mori male timetis, viuere male non timetis. Noli timere, non potest male mori, qui bene vixit. Disces benè mori si didiceris bene viuere.* Quia inducit multitudinem fraternæ compassionis, 2. Mach. 12. *Sancta ergo & salubris est cogitatio*, &c. Hoc enim petunt indesinenter, Iob 9. Miseremini mei. Secundo, Est expectanda debite, Matth. 24. *Itaque & vos estote parati, quia nescitis qua hora*, &c. Parati sicut serui tori ad obediendum. Psalm. *Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua.* [illegible] *nisi vis ingredi ad vitam, serua mandata*, Matth. 19. sicut bellator ad pugnam. 1. Pet. 5. *Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens*, &c. & maxime resistite in fine vbi insidiatur calcaneo nostro, Gen. 3. sicut viator ad ambulandum, viaticum corporis sumendo deuote, sc. Eucharistiam, Tob. 5. Paratis omnibus quæ necessaria erant in via, fecit vale Tobias patri suo. Tertio, sustinenda. Quod enim vitare non possumus, debemus secundum Senecam patienter ferre. Ambros. *Propter tria timet miles amittere corpus, ne emendum habeat, ne caperetur, et quo [illegible] & quia magis valeret.* Propter hæc etiam non debemus timere corpus amittere, quia d. Ambros. *Mori non timeo, quia bonum Dominum habeo.* Nec propter timorem captionis, quia per mortem sumus extra periculum. Psalm. *Anima nostra sicut passer erepta est.* Nec propter honoritatem: quia *reformabit corpus humilitatis nostræ, configura-*

Margin notes: *Homo in nulla re debet confidere. Humana fragilitas vnde.* *Mors memoranda.* *August.* 2. *Mors expectanda debitè.* 3. *Mors sustinenda.* *Ambros.* *Ambros.*

[illegible] *tuæ*. Homo es? Ita est. Ergò morieris. Ita est. Cur ergò tam impiè viuis, & Deum non times?

Reuertatur puluis in terram suam, & spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. Eccl. 19.

Omnia ad finem suum reuertuntur. [illegible] NAturale est, quòd omnia ad finem suum reuertantur, sicut de fluminibus dicitur, Eccl. 1. ad locum, vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. Et Gen. 3. dicitur homini. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Corporis principium est terra, animæ verò Deus, itaque [illegible] ad principium suum properat. Primò ad subiectiuum, tandem ad productiuum. Pulueris conditio vel reuersio, per quam resolutio nostra mediante morte [illegible], tres habet malas proprietates. Prima, quia de terra nasci [illegible] de puluere, Iob 10. de se ad Deum loquitur: *Memento, quòd sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me.* Vnde Eccl. 10. *Quid superbis terra & cinis?* Quia se homines humiliant propter sui infirmam conditionem & propter aliorum comparationem, Michææ 5. *Humiliatio [illegible]*, & moraliter semper sedent [illegible] homines vilioris conditionis. [illegible] omnia sunt hominibus [illegible]. Philomela dulcius cantat, [illegible] fortior, animosior leo, formica sapientior, lynx visu superat, vultur odoratu, sus auditu, simia gustu. Et si homo viuus [illegible] est, quia de terra, quanto magis mortuus? Secundo, sicut puluis faciliter spargitur, ita homo modico vento, ferro, veneno conteritur. Iob. *[illegible] in puluere dormio, & si manè*, &c. Et nota, quòd contritio pulueris aliquando reddit odorem gratum, vt aromata, aliquando grauem & foetidum, vt stercorum puluis, sic aliqui bonarum virtutum famam, aliqui vitiorum foetorem post se relinquunt. Huc spectat Dan. 7 statua Nabuchodonosoris, quæ licet haberet caput aureū per sapientiam, vel dominium, & opulentiam, &c. tamen pars vltima fuit fictilis, vnde & lapis diuinæ iustitiæ comminuit & redegit eā in puluerem, quia fundata fuit in fragilitate lutea. Tertio, puluis pedibus subijcitur, Matth. vigesimoquarto. *Excutite puluerem de pedibus vestris*, hoc est, de vltima parte hominis, scil. in morte, quæ est finis vitæ.

Statua Nabuchodonosoris. 3.

Nota secundo, spiritus reuertitur. Primo, Spiritus contritus non obstinatus. Psalm. 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus*. In veteri testamento sacrificium fiebat de animalibus. Primo, excoriabantur, sic spiritualiter sacrificium spiritus contritus in pœnitentia. Primo debet voluntas spiritus nostri mundo interfici, Coloss. 3. *Mortificate membra vestra.* Secundo, Excoriari, conuersationem veterem amouendo, Ecclesiast. 3. *Expoliantes vos veterem hominem, induite nouum, qui secundum Deum creatus est.* Isaiæ 55. *Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas.* Tertio, Incidi: sic peccata diuidi in frusta per subtilem examinationem, & distinctè, Isai 5. *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritud. animæ meæ.* Quarto, Lauari, scil lachrymis, Isai. 1. *Lauamini, mundi estote, auferte malas cogitationes vest. ab oculis meis.* Quinto, offerri scil. sacerdoti per veram confessionem Psalm. *Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam.* Propone confiteri: si non potes exequi, te accusa, non alios, vt Adam Euæ fecit. *Mulier quam mihi dedisti.* Sexto, Cremari, scil. a sacerdote per integram absolutionem, Matthæ. decimosexto, *Quodcunque solueris super terram.* Vnde

Spiritus reuertitur. Sacrificium spirituale quomodo debeat fieri. 1. 2. 3. 4. 5. 6.

Vnde Rom. 2. *Secundùm duritiam tuam & impœnitens cor tuum thesaurizas tibi iram*, sc. effectum iræ per pœnas, *in die iræ*, sc. iudicij. Ecclesia: *Dies illa, dies iræ*, &c. Secundò, Debet esse spiritus qui dirigitur, non obliquus. Psalm. *Spiritum rectum innoua in visceribus meis.* Rectum est, cuius medium non deuiat ab extremis. Extrema dilectionis sunt Deus & proximus, medium est ipsa dilectio. *Tunc autem est recta dilectio*, secundum Gregorium, *cùm amicos diligimus in Deum, & inimicos propter Deum.* De talibus dicitur Cant. 1. *Recti diligunt te.* Spiritus talium recta via reuertitur ad Deum. Psalm. *Spiritus tuus bonus deduc. me in ter.* Tertiò, Spiritus qui compatitur, non autem obduratur. *Beati misericordes, quoniam misericordiam conseq* Matthæ. 7. Secundùm Gregorium, *Misericordia est comes defunctorum.* Et pòst dicit, quòd non vidit misericordem mala morte perijsse, vel perire. De tali spiritu dicitur in persona viri pij, Eccl. 24. *Spiritus meus super mel dulcis*, 1 Tim. 4 *Pietas ad omnia valet. Cor autem durum malè habebit in nouissimo.* Eccl. 13. Sed noster defunctus, cùm in terram resolui sciret, habebat talem spiritum, qui ad Deum reuerteretur, vt posset dicere: *Eduxit me de lacu miseriæ & fæcis*, Psal. 30. dando contritionem. Status enim peccatoris est plenus miseria & abominatione, quia peccator est hostis Dei. Qui facit peccatum, seruus est peccati. Vel vocando ad Religionem, vel infundēdo suum timorem, qui extinguit peccatum. *Reuertatur* ergò *puluis in terram suam.*

Spiritus qui dirigitur, non debet esse obliquus.

Rectū quid

Gregor.

Dilectio recta quæ.

Greg.

Cor durum male habebit in nouissimo.

Inuectio contra aulicam superbiam & indignitatem

Audi, aulice, audi superbe, audi præses, & qualecunq; habes officium, & à quacunque nobilitate vel potestate gloriaris, hæc est tua sordida superbia & gloriatio, quia puluis es & terra. Quid facis ergò ex teipso? Nonne isti omnes, qui te expectant, qui à te exquirunt iustitiam & expeditionem, homines sunt, ex eodem puluere & terra? quare ergò illos non admittis, non audis, non expedis, non dignaris alloquio, in quo tu es maior illis, nisi in eo, quòd tibi plus dedit Deus? Et hoc tibi datum est, vt bene ad Dei gloriam, tuamque & proximi salutem colloces, & nisi feceris, exactissimam Deo reddes rationem, & durè punieris. Nonne à te Deus potest iam accipere intellectum, rationem, memoriam, sensusque omnes, qui eos tibi dedit? & quid eris nisi truncus, bestia, & creatura intolerabilis? Cur ergò illis in officio tuo, & erga tibi commissos non benè vteris? Quid? nōne potest tibi Deus vitam statim eripere, & quid eris tandem, quem homines obseruent, colant, aut pro expeditione postulēt? Dum poteris benè facere, benè fac, & noli circumuenire fratrem tuum in aliquo, noli illum supplantare, noli illum eludere aut emungere, noli illi pro responso necessario, illud Cras iniquum obtrudere, cùm possis hodiè: quia nec tu velles cras, sed hodie & statim liberari à pœnis purgatorij, noli munera aut mediam partem illius, de qua agitur in iudicio, extorquere, noli tibi similem despicere. Deus omnia hæc videt, & grauissimè vlciscetur. Dices, Hic mos aulæ est. At mos Dei aulæ est contrarius, & mos aulæ inferni erit tibi grauissimus, qui morem suum non omittit. Dices: Oportet me & familiam meam honorificè alere, vnde acciperem nisi his modis. Scis esse te iniustum, à Deo puniendum: tam breui viues sicut & tu, si Deus volet: & nescis, quibus alienis relinques substantiam tuam. & tamen de his dabis rationem Deo. Dices: Et alij similiter faciunt. Dico, & alij similiter punientur & damnabuntur, quod tibi in malo sodalitio solatium. Dices procul est ad iudicium. Dico, noli confidere. Veniet dies repentinus mortis & iudicij. Et si post centum annos veniret, satis citò veniret ad tuam perditionem. Quæ autem centum annorum ad æternitatem comparatio? O aulici, aulici, & quicunque potestatem habetis, attendite. quod

puluis

puluis fitis, & non habetis de quo gloriemini, nisi de gratia Dei, quam habetis, non ex meritis vestris, sed gratuitò & ex immensa misericordia Dei, & hanc si non benè vsurpabitis, quia spiritus redibit ad Deum, qui dedit illum, ille vero cum corpore in æternum patietur. Saluet tunc vos aula, vel caula, *Ego autem in Domino gloriabor : & in Deo spes mea*, qui redebit in interitu vestro. Conuertimini, conuertimini, & salui eritis.

De remissione peccatorum ante mortem impetranda.

Remitte mihi, vt refrigerer, priusquam abeam, & amplius non ero. Psal. 38.

Homo naturaliter bonum appetit. Sicut homo naturaliter appetit habere bonum, ita & carere malo. Malum autem duplex est, sc. culpæ & pœnæ; malum autem culpę est detestabilius quam pęna. *Malum duplex, culpæ & pœnæ.* Et primo, quia culpa facit hominē malum, non pœna. *Puniri non est malum, sed fieri pœna dignum*, ait D. Dion. c. 4. de diu. nom. Secundo, quia à Deo, qui est summum bonum, magis est aliena culpa, quam pœna. *Culpa est detestabilius.* Tertio, quia Deus inducit
1. malum pœnæ ad euitādum malum cul-
2. pæ, sue in eo qui punitur, siue ab alijs.
3. Malum autem culpæ, quod separat hominem à Deo, sicut est peccatum mortale, quod est in offensam Dei, non potest tolli, nisi remittatur a Deo, qui offensus est. Et remissio talis culpæ non conceditur hominibus à Deo nisi in vita ista. Nam vt Damascenus ait, [Quod fuit angelis casus, hoc hominib. mors.] Vnde sicut angeli post casum non recipiunt remissionē peccati, ita nec homines post mortem, licet leuiora peccata in purgatorio expientur. Vnde Dauid postulat beneficium diuinę pietatis in remittendo, remedium ignitę concupiscibilitatis in mitigatione delectabili, vt refrigerer, à vitiorum æstu, formidat iudicium diuinum in amplius ero, sc. in vera entitate, quæ est esse cum Deo.

Aduertendum itaque: non potest fieri secundum ordinem iustitiæ, vt remittatur offensa, nisi primo facta sit emenda. *Offensa non remittitur, nisi facta emenda.* Emenda autem, quam Deus requirit pro offensis peccatorum nostrorum, est pœnitentia, quæ præcipuè manifestatur in veritate & integritate confessionis, & illa necessaria est vel in facto, quando fieri potest, vel saltem in proposito. Dauid Psalm. 31. *Dixi*, sc. in corde, *confitebor*, sc. habui propositum confitendi. Quia licet ex contritione interiori & proposito confitendi, peccatum sit remissum, *Confessio sacerdoti facienda.* tamen confessio sacerdoti facienda, vt si contritio fuisset minus sufficiens ex confessione suppleatur. Item quia post culpam remissam adhuc peccator est debitor pœnæ temporalis. Sed per confessionem, erubescentiam & vim clauium, quibus se confitēs subijcit, & per satisfactionem iniunctam, quam sacerdos moderatur secundum qualitatem criminum sibi per confessionem innotescentium, pœna temporalis expiatur, vt sic homo habeat per confessionem pleniorem remissionem. ideò 1. Ioan. 1. *Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est Deus, vt remittat peccata nostra nobis, & emundet nos ab iniquitate nostra.* Remedium ergo necessarium confessio morbi, Rom. 3. *Cōfessionis cōmendatio* corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Quando apostema conuertitur ad exteriora, signum sanitatis est : si vero ad interiora & in eis crepat, signum mortis est corporis: *Simile.* sic est de peccato. Pro. 28. *Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Est ibi præterea commendatio Dei, qui fidelis est & iustus. si fidelis, hoc est, ad securi-

curitatem pœnitentis, quia seruat promissa. Ezech 18. *Cùm auerterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam, & ipse animam suam viuificabit.* Si etiam iustus, ergò inferet supplicia contemnentibus. Deut. 32. *Deus fidelis & absque vlla iniquitate, iustus & rectus.* Fidelis, sc. in promissa reddendo, & absque vlla iniquitate, scil. iudicando, iustus in retribuendo, & rectus in exigendo rationē. Promittit pœnitentibus veniam. Ierem. 18. *Repente loquor aduersus gentem, & aduersus regnum, vt eradicem & destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo, propter quod locutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei.* Et loquitur hic more hominum, quia pronior est ad miserandum, quàm ad vindicandum. Promittit etiam innocentibus supernam gloriam. Psal. 23 *Quis ascendet,* &c. *Innocens manibus, & mundo corde.* Perseuerantibus salutem æternam, Matth. 10. *Qui perseuerauerit vsque in finem.* Item eleemosynam facientibus, diuitiarum abundantiam, Matth. 19. *Da pauperibus & habebis thesaurum in cælo.* Itaq; Psalm. 144. *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis.* Infideles autem vt plurimum homines nostri sæculi, & præcipue qui seruet pactum baptismi. Iudicat etiam absque vlla iniquitate non vt homines propter munera vel fauores, & sunt iudices iniquitatis, nō medij inter litigantes quasi regula recta, non declinans ad partem: Iustus præterea in retribuendo, bonis bona, & malis mala. Nunc enim frequēter accidunt & bonis mala, & malis bona, Eccl. 8. sed iustis si hic permittit mala, facit ad eorum purgationem, vel eruditionem, vel tentationum exclusionem. Quod mali prosperetur, est ex misericordia & benignitate Dei, qui permittit illis in patientiæ suæ ostensionem, ad eorum ad pœnitentiam attractionem, & si hoc non fiet, erit ad maiorem eorum damnationem. Sequitur & pietatis beneficium, dum dic. *Remouiat nobis peccata nostra,* &c. Sicut autē peccata fiunt tribus modis, corde, ore, opere, sic tribus partibus pœnitētiæ iniquitates nostræ expiantur. Contritione, per quam peccata remittūtur, Cōfessione, per quā peccata deteguntur, Satisfactiōe, per quā peccata ad pœnam non imputantur. Psal. 31. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates,* sc. per contritionem, *& quorum tecta sunt peccata,* per confessionem. *Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum,* per satisfactionem.

Promittit Deus bonis multa pœnitentibus.

Innocentibus.

Perseuerantibus.

Eleemosynarijs.

Secundo ponitur remedium ab æstu vitiorum, quod est ros gratiæ diuinæ Eccl. 18. *Omne ardorem refrigerabit ros.* Ex febrili ardore subinde venit sitis insatiabilis, sic est in peccatis. *Venter impiorum insatiabilis.* Prou. 13. sic auari, superbi, luxuriosi, &c. Sicut ignis crescit semper ex appositione lignorum, sic appetitus malignus ex actibus vitiorum. De refrigerio fit suauitas animæ. Sicut remoto igne aer circumstans refrigeratur: sic anima remoto peccatò per pœnitentiam. Et sicut stomachus sanatur vomitu cibi, sic anima peccati vomitu. Nam quandiu manet in conscientia, cruciat cor ex remorsu, & facit æstuare inflāmando concupiscentiam, & ex vtroq; sequitur angustia: sed si euomatur peccatū per pœnitentiam, cessat ardor malæ concupiscentiæ, & conscientia & anima tota refrigeratur, Eccl. 31. *Surge de medio, & euome illud, & refrigerabit te.* Ros autem gratiæ restringit multum ardorem fomitis, Eccles. 43. *Ros obuians ab ardore venienti, sc. a fomite, humilem efficit eum.* Valet etiam ros iste gratiæ cōtra ardorem tentationum, & feruorem tribulationum, quod figuratur Dan 3. in pueris missis in fornacem Babylonicam. Iste etiam est ros, qui in terra carnis nostræ facit germinare lilium munditiæ & castitatis, Osee 14. Tertio, Vbi dicit, *parum adhuc abeo,* ostendit separationem à mundo per mortem. *& amplius non ero.* Separationem a Deo per damnationē in vero esse cum Deo. Prima separatio est valdè amara, vt possit dice-

Remedium ab æstu vitiorum est ros gratiæ.

Simile.

Ros gratiæ

Separatio à mundo per mortem.

dicere illud Ezech 3. *Abij amarus in indignatione spiritus mei.* Eccl. 41. *O mors quàm amara est memoria tua homini dixit!* &c. Habet longum iter, siue ad cœlum, siue ad infernum, vel purgatorium: habet parum pecuniæ, sc. merita bonorum operum, sed si nihil boni fecit, aut bene facta peccando consumpsit, tunc est sicut miser, qui vbique & ab omnibus male recipitur, & à Deo iudicante & ab angelo [illegible] cante, & à dæmonibus rapientibus ad inferni hospitium. Prou. 7. *Abijt via longissima, sacculum pecuniæ secum tulit, in die [illegible] lunæ reuersurus.* Ille qui moritur, debet abire viam longissimã ad eos qui sunt in alia via, & distant hi multum secundum statum & locum. Eliæ dictũ est [illegible] *Grandis tibi restat via.* Abundantia meritorum per sacculum pecuniæ intelligitur, Eccl. 29. *Eleemosyna viri quasi [illegible]* De alijs dicetur illud Act. 8. *[illegible] sit in perditionem.* Resurrectionem [illegible]orum, per lunam plenam. Luna [illegible] ecclesia, quæ tunc erit plena, quando completus erit numerus electorum [illegible] erit, vt dicitur Eccl. 50. [illegible] *in diebus suis*: & in diebus lunæ plenæ erit dies resurrectionis ad iudicium, tunc enim dies pleni inuenientur [illegible], & tunc reuersurus est quilibet cum anima sua, & quilibet corpus suum resumet licet immortale, & [illegible] quilibet in mundo illo, vbi iudicium fiet. Ostenditur tandem damnatio [illegible] separatione à Deo, quia amplius non [illegible] damnati licet subsistant in esse naturæ, illud tamen est cum tanta miseria, vt melius esset eis non esse, vt ait Gregorius. Vnde quia carent vero & beato esse, sc. Deo, in gloria dicuntur non subsistere. Psalm. 39. *In ignem [illegible] leui.* Prou. 31. *[illegible]*, sc. cum sanctis in cælo, Apoc. [illegible] *oculus eorum [illegible]* in cælo, [illegible] cum viuentibus in hoc mundo. Psalm. 36. *Vidi impium*

Mystica expositio.

superexaltatum, &c. Huc quæso attendite omnes, qui ingenio vestro fiditis, qui aures habetis in pedibus, qui respondetis pauperibus, prius quàm eos auditis & intelligitis, qui vos solos in terris viuere iudicatis, qui penes vos omnem potestatem creditis, qui pauperem confingitis & opprimitis, qui clerum extirpatis. O vtinam possetis audire illos, qui tales fuerunt & nunc sunt in pœnis sempiternis, qualiter illi de commissis & omissis conquerantur, & maximè quia charitatem non habuerunt erga proximum, afflictum & miserum, pupillos, viduas & orphanos, sed eos impediuerunt, oppresserunt, conculcarunt ad lachrymas vsque, quæ cælos penetrarunt, & Deum vindicem obtinuerunt. Quid quæso, quid illi facerent, si è pœnis possent exire, & neglecta sarcire? Sed habuerunt hic Moysen & Prophetas, habuerunt hic, qui eos docuerunt lege Christiana, terruerunt eos timore diuino, & comminationibus pœnarum futurarum, noluerunt obedire, ire coacti fuerunt, quo noluerunt, manent, vbi nolunt, redire non possunt, patiuntur, & patientur in æternum. Sic voluerunt in vita sua procedere, sed non crediderunt, quod hæc via sit perditionis. Iam ibi sunt, & nemo eos potest saluare. Sic fiet vobis miseri & aulici & caulici, quicunque tam grauiter peccatis. Deus enim non respicit personam, nisi exemplo aliorum damnatorum resipueritis.

(?)

DE POENITENTIA.

Solis dignitas.

SI quem ex vobis, Auditores, sol hic totius luminis parens altitudine sua perpetuoq; motu in admirationem rapiat, quod postpositis cæteris purioribus longè ac lucidioribus elemētis, influxu suo, terram, omnium elemētorum infimum fœcundet ac ornet: certè hodiernus dies omnem illi admirationem eripiet, cùm videat summum omnium patrem vniuersi luminis, qui splendore suo illustrat vniuersum, ac lumine suo solem exornat, stabilique regimine, immobiliter cœlum ac elementa mouet, sanctissimo suo influxu diuinæ gratiæ animam peccatricem, terram hanc infimam, omnis generis sordibus refertam illustrare, adornare, & altitudine Maiestatis suæ pacem perpetuam stabilire: vnde postmodum fœcundata cœlesti influxu flores, folia ac fructus bonorum operum, Christianæ perfectionis finem producat. Non audis charas illas & amore plenas voces per campos ac tecta resonantes, impiamque fugam tuam tibi exprobrātes: *Hæc dicit Dominus, conuertimini ad me in toto corde vestro.* Hanc pacem & amicitiam, post longum illud ac graue cum Deo tuo bellum tractaturus hodie, quis legatum tam nobilem in tam alma ciuitate non recipiat. Legatus Dei est, abiecta tractare non potest, filius est, atque ideo matri damnosa haud persuadebit. Præparate ergò animos, ac aures vestras tam arduis ac vtilibus rebus, &c. Atque vt hinc ordiar, videtur mihi Regem illum Babyloniæ Nabuchodonosorem nomine, somnio suo Daniel. 4. significato, iustissimam diuinæ vltionis vindictam præ se ferre.

Arbor in somnijs à Nabuchodonosore visa, peccatorem repræsentat.

Dormiebat Rex, & en in somnijs arbor in medio terræ ei apparuit altitudinis nimiæ, magnitudinis immensæ, cuius proceritas cœlum contingebat: aspectus illius vsque ad terminos vniuersæ terræ se extenderat: folia eius pulcherrima. Fructus eius nimius, & esca vniuersorum in ea; subter eam habitabant animalia & bestiæ, & in ramis eius conuersabantur volucres cœli, ex eaque vescebatur omnis caro. Videbat Rex in visione capitis sui, super stratum suum, & ecce vigil sanctus de cœlo descendit, clamauitque fortiter: Succidite arborem, & præscindite ramos eius, excutite folia, & dispergite fructus eius, fugiantque bestiæ, quæ super eam sunt, & volucres cœli de ramis eius; verumtamen germen radicum eius in terra sinite, & alligetur vinculo ferreo, & rore cœli tingatur. Cum feris sit pars eius in herba terræ, cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei, & septem tempora mutentur super eum. Quid aliud nobis hæc arbor, quàm statum peccatoris repræsentat? & quamuis Christus dixerit bonam arborem bonos fructus ferre, malam autem malos, tamen diuersa longè ratione iustus, arbor dicitur, extendit ramos suos per charitatem, alta est per cōtemplationem, profunda per humilitatem, magna in benè operando, fortis in aduersitatibus tolerandis, erecta per iustitiam, attingens cælum consideratione, onusta fructibus bonorum operum, folijs ornata, eloquiorum castorum, subtus se animalia, id est, appetitus sensuales habet, supra se volatilia bonarum cogitationum, præbet escam vniuersis, quia omnes suo exemplo ædificat. Ast peccator alia ratione arbori assimilatur, extendit se, quia proprijs bonis non contentatur, altus est per superbiam, terræ defossus terrenorum concupiscentia, fortis, obstinatus in pœnis peccatorum, erectusque nunquam seipsum considerat, pulchra illius folia, parasitarum laudibus, fructus eximij, peccatorum delitiæ, pascit continuo animales sensus, nutrit volatilia vanarum cogitationum. Et quod maius est, nascitur homo ad seruiendum, ipse verò tanquam Rex domi-

Iustus, arbor.

Iustus & peccator arbori assimilantur à diuersa ratione.

domino ſuo rebellis exiſtit, ac otio marceſſit: *Anima mea gaude & lætare, habes multa bona congregata in annos plurimos.* Inter otium ac ſomnum en luxuriantem arborem, carnalibus concupiſcentijs vniuerſam terram replentes. Sed ecce vidit S. vigil de cælo: ſpeculator aſtat deſuper qui vos diebus omnibus actusque noſtros proſpicit, à luce prima vſque in veſperum, cantat ſancta Mater Eccleſiæ. Exiſtimas, ô ſtulte, Deum te nō videre? quid facies de illo deſuper inſpectore, quem latere nihil poteſt? inquit Auguſtinus: quod etiam Ariſtoteles cognouit, qui Deum videre præſentia & futura dixit. Pſal. *Qui finxit oculum, non conſiderat?* Inſuper quid aliud voluit Deus dum præcepit: non habebis deos alienos coram me, niſi vt inſinuet ſe penitus omnibus rebus & vbiq; præſentē eſſe, ſed latentem: vbique totum, ſed immenſum: *Quo ibo à ſpiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?* &c. inquit Regius Propheta. Vnū ex his duobus, aut negas Deum vbique eſſe, atque præſentem, ſic peior es hæretico; aut minime curas Deum te vidētem, ſicque eum contemnis, ac minùs æqualem alijs hominibus te videntibus, illum reputas, ſicque peior es diabolo, qui credit & contremiſcit. Iac. 2. Audi Ieremiā cap. 29. in perſona Dei loquentem: *Ego ſum Iudex & teſtis.* Succidite arborem: mors hæc omnia præſtat. *Stipendium peccati mors.* quæ inſtar ſecuris animā & corpus tanquam truncum à radicib. & truncos ramos ſeparat, & in inferno ligatis manibus & pedibus conſtringit. Verum tamen germen radicum eius in terra ſinite, & rore cæli tingatur. Radix peccatorum, eſt liberum hominis arbitrium: Peccatum non eſt peccatum niſi ſit voluntarium, eſt enim radix bonorū & malorum voluntas, quod ex ſe germinare non poteſt niſi rore cæli tingatur. Hinc in Epiſtola dicitur: *Hæc dicit Dominus*, en gratiam cæleſtem. *Cōuertimini ad me*, en liberum arbitrium. Et hoc ſummum Dei beneficium eſt erga peccatores. *Cum feris pars eius erit*, ſubiūgitur quibus innuitur mutandam eſſe vitam & mores, affligēdum corpus pœnitentia: *Conuertimini ad me in ieiunio. Cor eius ab humano commutetur*, id eſt, ſtabilitas ac firmitas cordis aſſumenda in lege Dei, ac proprij corporis amor abijcendus. Conſidera pœnitentem ac duriter affligētem corpus ſuum. Paulus: *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.* *Septem tempora mutentur ſuper eum*, quæ ſunt ſeptem vitia capitalia, mutentur, id eſt: antea in illis delectabamur, nunc eadem amare deflemus. *In fletu & planctu.* Neceſſaria prorſus eſt pœnitētia, ſiue fiat ex timore, dicente Chriſto: *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis*, Siue ex amore: *Si impius egerit pœnitentiam, vita viuet & non morietur.* Sed nota primum dum dicit *niſi pœnitentiam egeritis*, idem quod alibi dicit. *Niſi pœnitentiam habueritis.* Non credas Scripturam ſacram ſuperfluis verbi vti: nam ipſa in ſe tota myſterioſa eſt: Agendā ergò ac habendā eſſe pœnitentiam; actio conſiſtit in exteriori exercitio, habitus vero in interiori. Modo vtrunque in pœnitente neceſſarium, pœnitentia actiua & habitualis, vt ſcilicet exterius fiat, & interiùs voluntas conſentiat. Hinc pœnitentia propter excellentiam Sacramentum dicitur. Nam quælibet alia pro materia Elemēta externa habent; vt Baptiſmus aquā, Euchariſtia panem & vinum, &c. *Accedit verbum ad Elementum, & fit Sacramentum*; Secus eſt in Sacramento pœnitentiæ, quæ ſolum pro materia actus pœnitentis habet ſcilicet dolores, lachrymas, &c. Hinc pœnitentia ſola conſiſtit in habitu voluntario interiori, ex quo tanquam ex radice, exteriores actus naſcuntur. Vnde Magiſter ſententiarum: *Pœnitentia eſt virtus, qua commiſſa mala cum emendationis propoſito plangimus & odimus.* Vnde apparet in pœnitentia neceſſarium eſſe cor & corpus: *Scindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.* Hypocrita

Deum videre vniuerſa.

Auguſt.

Mors animā detruncat.

Peccatum nō eſt peccatum, niſi ſit voluntariū.

Paulus.

Pœnitentia neceſſaria.

Pœnitētia, Sacramētū.

Pœnitentia quæ ſit vera.

Pœnitentia quid.

ac hæreticus solo actu exteriori contentantur. Nascitur inde alia distinctio in veram ac falsam pœnitentiam, vnde de hac Christus: *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes*: de quibus etiam duabus pœnitentijs exemplum in Saule & Dauide habemus. Peccat Dauid, & tamen transtulit Dominus peccatum suum; Peccat Saul, & tamen eo lugente, peccatum ei non dimittitur, cum tamen minus Dauide peccauerit: exterius quidem vterque pœnitet, at interius solum Dauid: nam cor alterius non erat rectum cum eo. Igitur veritas pœnitentiæ in compunctione cordis consistit, & sic forte multi ex vobis. Audit. pœnitentiam malam facitis, sic surgitis, vt lapsu grauiori ruatis. Qui medicinam alicui morbo adhibet, & non curatur morbus, medicina vera dici non potest nec debet: sic qui pœnitentiæ medicinam suscipit, ac præteritis vanitatibus & peccatis adhuc studet, curatum hunc esse, minime dici debet: *Irrisor est non pœnitens, qui adhuc agit quod pœnitet*, inquit Isidorus. Et beatus Augustinus: *Si pœnitens es, te pœniteat; si pœnitet te, noli facere; si adhuc facis, pœnitens non es.* Arripienda igitur ex amore pœnitentia, vt quæ pœnitentem vere viuificat, vnde dicitur: *Vita viuet, & non morietur.* Nam duplex vita est, corporis & animæ: vita corporis anima est, vita animæ DEVS; ergo si sine Deo viuis, mortuus es: *Mortui eratis in peccatis vestris.* Exemplum huius fert Samaritanus ille Hebræus, mortuus ac sepulturæ dandus, ast superuenientibus insidijs, ac portatoribus fugam petentibus, corpus demortui super ossa Helisæi Prophetæ coniecerunt, quod continuò ex solo tactu reuixit. Sic mortuus peccator, Deo inquam, gratiæ ac vitæ æternæ, & sepulturæ dandus, portatus ab appetitu irrationali, sensuum satisfactione, concupiscentia effrenata, amore inordinato: interea multoties pius dominus terrores inijcit, horrores mortis proponit, insuper terribilitatem iudicij, horribilitatem inferni. vnde canit Ecclesia: *Cinis es, & in cinerem reuerteris. Terrores inferni circumdederunt me*, &cæt. quæ omnia ita efficaciter terrent, & mouent voluntatem & intellectum peccantis, vnde postea frenata concupiscentia, mutato amore, appetitibus domitis, desiderijs sensualibus ligatis, quæ omnia te sepulturæ inferni tradiderunt, tandem te supra rerum Elysium mortuum, Christum Dominum cadere permittunt. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates*, &cæt. hinc applicatis passionum Christi meritis, reuiuiscit peccator, vita viuet & non morietur. Reuixit homo, & stetit supra pedes eius. & Augustinus, *Pœnitentia labores sanat, mortuos suscitat, sanitatem auget.* Peccatori diabolus arcum præbet, ad ineundum bellum contra Deum: *peccatores intenderunt arcum*, &cæt. Prima armatura est auersio a Creatore ad creaturam, Scilicet iste arcum hunc mysticum: *Ponam arcum meum in nubibus cæli.* Sed modum acquirendi veram contritionem quis à me petit? Prima diaboli cura in inducendo hominem ad peccatum, hæc est, mouet obiectum, & mediante hoc excitat concupiscentiam, cooperit turpitudinem peccati pulchritudine carnalis concupiscentiæ, quemadmodum Apothecarius amaras pilulas auro, hinc promittit Dei misericordiam, tempus pœnitentiæ, paradisum apertum, insuper sanitatem proponit, præterea Magdalenam, Mariam Ægyptiacam aut Dauid. In hoc præcipitio, peccato commisso, aut tenet fortiter ne ei aufugias, aut si fugam petis, paradisum claudit, misericordiam abscondit, ac solum monstrat seueritatem diuinæ iustitiæ, ac turpitudinem peccati. Accusatum-

Pœnitentiæ veritas consistit in cordis compunctione.

Isidor.

August.

Vita duplex, corporis & animæ.

Peccator mortuus, reuiuiscit

Portatores 4. ad sepulchrum.

August.

Pœnitentia quid.

Peccator surgit contra Deum.

Armatura diaboli quæ

cusatum te etiam coram Dei tribunali te deludit, saltem ob id, vt te in desperationis barathrum conducat. Ex his ars acquirendi veram contritionem addiscenda. Arripienda peccata, prout à diabolo proposita sunt, & cum Propheta Isaia dicas: *Recogitabo omnes annos meos in amaritudine animæ meæ*, recogitabo, id est iterum cogitabo, non delicias peccati, sed turpitudinem illius, *in amaritudine animæ meæ.* Postmodum diuinam iustitiam tibi propones ad excitandum timorem: *Initium sapientiæ timor Domini.* Proponendus Pharaon, Iudas, Ananias, ac omnes ij, quotquot in inferno stultissimas pœnas luunt. Et ne in desperationem incidas, proponenda Dei misericordia, piissima vulnera Saluatoris, sanguis sparsus, pœna crucis perpessa, sicque lachrymosis oculis misericordia Dei imploranda. Et hic verus modus acquirendæ contritionis. Hinc colligitur pœnitentiam virtutem esse magis efficacem cæteris omnibus virtutibus: nam singulæ singula habent opposita at pœnitentia omnibus prorsus vitijs opponitur, & sola contra omnia bellum gerit. Nec solùm formaliter opponitur, vt cæteræ virtutes, quarum nulla secum vitium patitur, sed etiam actiuè, vt Sacramentum, quæ opposita penitus destruit diuina gratia, quam largitur: quia Sacramentum causat & confert gratiam. In hoc igitur Dei benignitas elucet, quæ non ad peccata præterita, sed ad suam respicit misericordiam, vt conuertamur in toto corde nostro. Agit nobiscum Deus vt prudens mercator, qui merces suas primo caro vendit precio, circa finem verò nundinarum leuius æstimat. Sic Deus in principio legis Mosaicæ, suas nobis proposuit misericordias: *Misericordias Domini in æternum cantabo*, ast populo peccante quam seuerè suas continuit misericordias: *Vade & excæcator populi huius, & oculos eius claude, ne forte conuertatur.* Hodie verò cùm nullus sit qui easdem Dei misericordias acceptare vult, nobis eas vltro offert: *Properate emite absque argento.* Sed o homo peccator, quàm obstinatus es in tua voluntate, tot prædicatores nihil efficiunt, tot resonantium voces non mouent, conculcatur ac despicitur hæc Dei misericordia, ridetur quasi ac ludibrio habetur: o iniquos ò sceleratos, necessarium inclamare mortuos, in testimonium tantæ obstinationis: nam si reuiuiscere possent, quam austeram non susciperent pœnitentiam: imò si damnatis spacium pœnitentiæ daretur, aut forte etiam ipsi diabolo, proh Deum atque homines quid non agerent? Ast solum homini spacium pœnitentiæ proponitur. Necessitas item pœnitentiæ nos inuitat, præsertim cum tot mala, bella, fames, terræmotus, pestes nobis ob oculos versentur. Fortitudo item pœnitentiæ nos allicit, cùm Deus nulla alia potentia moueatur, quam solo cinere ac sacco, sola pœnitentia. Exemplum habemus in Achab, qui taliter Deum ad misericordiam flexit. Fortius in hoc conspicitur, cum in medio fulmine, arcu intento, gladio euaginato, ac inter ipsa tonitrua pœnasque ob peccata inflixas, Deus pœnitentia flectitur: vt in Angelo Hierosolymam percutiente, & gladium iam euaginante apparet, cui ille ipse etiam peccator, propter quem omnis populus puniendus erat, pœnitentia armatus obuiam processit, sicque iram Dei mitigauit, dum ad Angelum dixit: *Vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei.*

Ars acquirendi verã cõtritionẽ.

Isaias.

Pœnitentia sola virtus præ cæteris

Simile.

Peccator obstinatus est.

Pœnitentiæ necessitas nos inuitat

Exemplum Achab.

Secun-

Secunda Pars.

MOyses diuinus legislator missus à Deo, de populi liberatione ex manu superbi Pharaonis tractaturus, talibus verbis ablegatus fuit: *Dices filijs Israel, Dominus Deus Hebræorum vocauit nos: viam trium dierum ibimus in solitudinem, & sacrificabimus Domino Deo nostro.* Mysterijs plena sunt hæc omnia. AEgyptus mundum designat, nam quid tibi videtur de carnisprivio, quæ confusio Aegyptiaca virorum in fœminas, fœminarum in viros, quæ libertas carnis ac vitæ, quę licentia Sacerdotum. In Aegypto regnabat Pharao, ibi aquæ in sanguinem vertebatur, ac moriebantur omnes primogeniti: en nouã Aegyptum: nam aquæ in sanguinem versæ sunt, quando deliciæ in Dei contemptum exercebantur, vbi tot tenebræ errorum cõspiciebantur, vbi tot mortui spirituales primogeniti. Hinc nostrũ adinstar Moysis officium, reuocare vos à tanta impietate, annunciare vobis. *Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, vocate cœtum, cõgregate populum, sanctificate Ecclesiam, coadunate senes, congregate paruulos & sugentes vbera; egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo, inter vestibulũ & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini & dicent: Parce Domine, Parce populo tuo, & ne des hæreditatem in opprobriũ.* Nemo de Dei omnipotentis misericordia diffidat: quia maior est sua misericordia, quàm nostra miseria, dicit Augustinus. Pœnitentia ciuitas illa est, quam viderat Ioannes, instructam tribus portis ab omni parte: ad Orientem portę tres, ad Occidentem portæ 3. ad Aquilonem porte 3. ad Meridiem portę 3. Interea homo peccator à latronibus captus in præcipitium ac vltimum exterminiũ mittẽdus, hanc adit ciuitatem, formaturus querelam contra latrones, vbi si oculus prædam ab anima abstulit, ibi ploret, & si manus proximũ defraudarunt, restituant: munitiones huius ciuitatis diuina sunt Sacramenta, muri protectio diuina, bõbardæ suspiria, fossæ humilitas profunda, aquæ lachrymę amaræ, milites cogitationes sanctæ, arma, cilicia, cineres, sacci, chordæ, tres portæ ab omni parte tria capita designant pœnitentiæ: Contritionem, confessionem, satisfactionem, per quas portas necessarium vt intrent illi ab Oriente, scilicet Iuuenes, adulti, illi à Meridie scilicet homines robusti, illi ab Aquilone, scilicet senes, illi ab Occidẽte, scilicet decrepiti, qui licet tempus vitæ malè transegerunt, saluari tamen adhuc possunt, pœnitendo, dolendo, plangendo, cõfitendo peccata, satisfaciendo. Audite Lactantium pro consolatione vestra: *Non deficiat aliquis, aut de seipso desperet, si à Iustitiæ via lapsus est: potest enim reduci, & liberari, si pœniteat, & ad meliora conuersus fuerit.* Via ad hanc ciuitatem perueniendi est triũ dierum, contritio, confessio & satisfactio: *Viam trium dierum ibimus*, in corde contrito, in ore confesso, in opere humiliato. hęc est fructifera pœnitẽtia, dicit Chrysostomus. Verum iter primi diei solùm faciemus scilicet contritionis. *Cõtritio est dolor summus pro peccatis volũtariè assumptus, propter Deum, cum proposito satisfaciendi & confitendi*, dicit Bonauẽtura. Est dolor, rei charissimę amissæ. *Sunt ne in te viscera Christianæ religionis? plãgis corpus à quo recessit anima, et non plãgis animam à qua recessit Deus*, dicit S. Augustinus. Natura nos inducit ad hunc dolorem, qui secundum Paulum immortalis dicitur, relictus quoque in pœnam a Deo ob peccatum commissum: *Iussisti Domine, & verè sic est, vt omnis inordinatus animus, sit culpa sui ipsius*, dicit S. Augustinus. Est dolor voluntariè assumptus, non inuoluntariè, aut propter respectum mũdanum. *Conuertimini ad me in toto corde vestro.* Redeo nũc ad figuram Regis Nabuchodonosoris. Primo illi dictum: *Cor ab humano conuertetur*, nam cibus Dei cor nostrum est, quod instar accipitris illo cibatur. *Plumescit accipiter, expandens alas suas ad Au-*

Mystica explicatio.

Reprehenditur carnispriuiũ.

August.

Pœnitentia ciuitas est, habens omnes munitiones.

Senes peccatores adhuc saluari possunt.

Lactãtius.

Contritio quid sit.

Bonauent.

August.

August.

Explicatio figuræ Regis Nabuchodonosoris.

Cor cibus Dei.

ad Austrum: dicitur Ioëlis 3. Verè accipiter qui in nido suæ æternæ residentiæ summas dereliquit sedes, & absq; quod inde recederet ad nos venit, spinis pungentibus se inseruit, de cælo in terram, de terra cathedram, de cathedra ad crucem, de cruce ad sepulchrum, de sepulchro ad limbum, de limbo ad infernũ, de inferno in mundum, de mundo denique ad cælos ascendit, aliudq; nihil nisi cor tuum quæsiuit; *Fili præbe mihi cor tuum*. Principalem sedem anima in corde tenet: hinc actiones omnes tam bonę quã malæ proueniunt; *De corde exeunt cogitationes prauæ*, nam in naturalibus neque meremur, neque demeremur. & Ambrosius, *Nemo nostrum tenetur ad culpam, nisi propria voluntate deflexerit*. Cor ergò omnibus membris præsidet ac defectus ab hoc, non ab illis petendus: sicut medicus letale vulnus plus curat, ibique suam operam magis nauat: medicus Christus est, vulneratus verò homo peccator. *Vulnus et plaga tumens*, vulneratus in capite per superbiam: *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum*: vulneratus in oculis per inuidiam. *Non est timor Dei ante oculos eorum*. vulneratus in auribus per lasciuiam. *Ecce incircumcisæ sunt aures vestræ*. vulneratus in ore per fraudem: *Os eius abundauit malitia*: vulneratus in lingua per blasphemias: *Lingua fallax non amat virtutem*. vulneratus in manibus per homicidium & latrocinium: *Manus vestræ plenæ sunt sanguine*. vulneratus in ventre per gulam: *Quorum Deus venter est*. vulneratus in pedibus per affectus malos: *Pedes eius in pedibus eius*. vulneratus in intellectu per ignorantiam in bono: *Non est intelligens, neq; requirens Deum*. vulneratus in loquela per mendacium. *Non est in ore eorum veritas*. vulneratus in desiderijs per mundi vanitates: *Deus nouit cogitationes eorum, quoniam vanæ sunt*. vulneratus à capite vsq; ad pedes, propter iniquitates: *A vertice capitis vsque ad plantam pedis non est in eo sanitas*. Denique super omnia vulneratus in corde propter malitiam: *Cor fatui, quasi vas confractum*. Hinc super omnia videt clementissimus hic medicus, vt potiorem medicinam cordi adhibeat: *Conuertimini ad me in toto corde vestro*: dicit *in toto corde*, quia non vult partem vllam relinquere. Coangustatum est stratum, ita vt alter decidat, &c. nam simul Deus & diabolus in vno corde stare non possunt, hinc alibi dicit: *Vtinam frigidus esses, aut calidus*. Quot quæso Aud. partes vniuscuiusq; cordis vestri hinc inde video, partẽ Deo, partẽ mundo, partem diabolo datis, in toto corde. Iustitia Christiana musicæ comparatur, vbi si vna chorda bonæ actionis dissonat, tota perfectio destruitur: facite ergo sacrificium Deo, spiritum tribulatum. Secundò dicit in ieiunio: & Nabuchodonosori: *Pars tua in herba terræ*. Dicit hippocrates, morbos ex repletione curari euacuatione: Sed dicam melius. Deum hic personam capitanei repræsentare, qui cum alia via non potest, saltem inedia ac ieiunio ciuitatem obsessam vincit. Castrum fortissimum diaboli peccatum est: *Cum fortis armatus custodit atrium suum*. Hinc omnem diligentiam Deus adhibet, vt castellum hoc fortissimum diaboli expugnet, partim prędicationibus, partim sacrificijs, partim minis, partim inspirationibus. his tamẽ cum nihil efficiat, paucis diebus quadragesimalibus ieiunio efficit. quid enim potest esse efficacius ieiunio? cuius obseruantia appropinquamus Deo, & resistentes diabolo, vitia blanda superamus, inquit Leo Papa. Tertium est in fletu & planctu, nam necessarium vt cum ieiunio peccata relinquamus, & quid obesset, dum totã quadragesimam ieiunamus, in ipsa quadragesima ante Pascha confiteri? accelerare pœnitentiam? ieiunatis pleni peccatis, ac per omnia idem facitis, tanquam si cultrum veneno infectum corde transfixum teneretis, ibique medicinam non exempto cultro adhiberetis:

Ambros.

Simile.

Vulneratus est homo peccator.

In toto corde ad Deũ redeũdum.

Iustitia Christiana musicæ cõparatur.

Deus in cõuersione peccatoris personam capitanei repræsentat.

Leo Papa.

Gladium euaginauerunt peccatores: Vulnus, liuor, & plaga tumens, non est circumligata, nec curata medicamine: *Operui in ieiunio animam meam* Insuper hypocrisis omnia destruit: *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes*, &c. nam quodcunque opus meritorium exerceas, semper vigorem ac valorem à Deo recipies: *Ipse enim dat velle & perficere: Non ego, sed gratia Dei mecum. Et si quid possum, possum in eo qui me confortat* nam omnis laus & gloria valori interno conuenit, cumque Dei solius sit, merito laus & gloria illi debetur: Præmium enim gloriam ac laudem non à mundo, sed iuxta exemplum Pauli, pro Christi nomine omnia facientes, a Deo ipso recipiemus: *Reposita est mihi corona iustitiæ, &, pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi* In hoc maledicto vitio hypocrisiæ nescio quid commodi aut delicati prætendere possis, nisi quod corde teneas venenum hoc pessimum in tui detrimentum. audi Gregorium: *Hypocritæ vestri despecti sunt & corde tument, & quasi in hoc mundo cuncta despiciunt, et tamen ea quæ mūdi sunt, cuncta simul adipisci quærunt* Hi inimici sunt crucis, de quibus Paulus: *Multi ambulant quos sæpè dicebam vobis, & nunc flens dico, inimicos crucis Christi, quorū finis interitus*, &c. Sed non prodit exterius fraudem hypocrita interius angitur, ac inimicus crucis pœna interiori & occulta, & ignominia publica existit, pœna dico: quia non patitur; ignominia inquam: nam lacessitus ex angelo ac sancto, leo & serpens efficitur, &c Christus ipse illos ad amussim depinxit: *Exterminant enim facies suas, vt videantur ab hominibus: & appareant hominib. ieiunantes* Hinc vt tales sancta Mater Ecclesia extermine, canit, *Cinis es, & in cinerem reuerteris*, & en speculū cognitionis suiipsius, memoriam mortis: priusquam esses homo, terra eras, & postquam desieris esse, cinis eris. Igitur veram agamus pœnitentiam non fictam aut melancholicā: *Nōne gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ*, &c. Regnum Dei gaudium & pax in Spiritu S. *Lætamini in Domino, & exultate iusti. Fratres gaudete in Domino semper.* Hoc igitur pacto ante Dei tribunal sistere te poteris, vt referas fructum vitæ anteactæ, pœnitentiæ susceptæ, pro dolore gaudium, spem pro timore, pro lachrymis lætitiam, & denique pro paruo labore, requiem sempiternam. Quod nobis concedat, qui viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

Hypocrisis omnia destruit.

Gregorius.

Concio de Indulgentijs.

ALTA nimis cogitatione ac profundo spiritu diuina emensi opera, Moyses ille Legislator inter Prophetas, & Cosmographus inter scriptores: insuper Ioannes, angelus inter homines, Aquila inter aues, ignis inter Elementa: Deū, sic ambo definierūt: *Deus noster ignis consumens est*, dicit Moyses, & *Deus charitas est*, inquit Ioannes. Nam si quis alta DEI opera caligantibus ac lippientibus ad instar noctuæ solispicæ oculis, diuinū aliquem radium, etiam beatis illis spiritibus obscurū, conspexerit: aliud profectò nihil nisi amorem ignitum, ac ignem amorosum inueniet: *Ignis in Sion*, dicit Propheta, *& caminus in Hierusalem*, ac si dicat, vide ô homo, quicquid volueris, cælum, terrā, Ecclesiam militantem, aut triumphantem, omnia amorem ac ignem spirabunt: si respicis hæc inferiora, videbis ignem: si miraris in altum, conspicies plenum igne caminum. Et non immeritò. nā oēs Christi actiones plenæ amore, & omnes amoris effectus plenè in Christo sunt. Et quid aliud amor nisi ignis est? Discutiamus principaliora DEI opera. Quid DEVS in creatione nisi amans, qui omnia, quæ fecit, quæ cogitauit ac ordinauit, in rem amatam ordinauit? cum in fine operum dicit: *Dominamini piscibus maris, volatilibus cæli, & bestijs terræ*: & hoc ex amore: *Charitate*

Deus ignis est.

Omnia opera Dei amorē spirant.

ritate perpetua dilexi te. Offendit homo amātem per peccatum, seseq; indignum tanti doni reddidit: en dissimulat offensam DEVS, non exposcit subito vindictam, sed paulatim iræ obliuiscitur, ac dissimulat culpam. Quid aliud incarnatio Christi, nisi effectus amoris, per quem tam remotus ab homine DEVS, desiderat transformari se in hominem amatum ac secum viuere? & vbi primo res creatas illi donauit, nunc seipsum donat: *Et verbum caro factum est*, &c. Cœna illa Eucharistica, quid nisi amor? dedit se ipsum in incarnatione homini: sed non sufficienter, dedit se naturæ, non personæ, dat se in cœna homini, sed omnibus modis: & hominem sibi in prædam, & seipsum homini in amorem: *Comedite, hoc est corpus meum*, &c. Sed relinquam infinitum hunc campum amoris diuini, vnam saltem illius [illegible] persequar. Inter omnes effectus amantis, principalis est desiderium [illegible], viuax, efficax viuendi cum re amata, & si quid forte hanc vnionem impediat, quanto studio & diligentia [illegible] expenduntur pecuniæ ac omnis [illegible] dissipatur, ad rem amatā quamuis etiam nimis remotam & distantem ad se trahendū, vt his omnibus superatis, cohabitatione frui possit. Certe Auditores, nullus vnquam amicus reperiri potest, qui tam [illegible] desiderio cum [illegible] modis omnibus expetierit, quam Christus ipse: *Et deliciæ meæ esse* [illegible] hic suus finis, vt post hanc vitam [illegible] cum ipso viuamus, & post mortem tanto citius eo transferamur. Sed quid? quanto ardentius cælestis [illegible] se vnire nobiscum desiderat, tanto [illegible] remotionem homo cogitat, & tanquam ingratus contemnens amorem amantis peccat, & peccatum tanquam murus, possessionem [illegible] diuidit. Vnde Christus dolens conqueritur: *Peccata* [illegible] Nihilominus continere se hic efficax amans DEVS non potest, offensam dissimulat, quærit modum reunionis, instituit Sacramenta Ecclesiæ, Confessionem, dolendi murum peccati: Eucharistiā, se reuniendi: & mille alijs modis quęrit satisfacere, ardēti suo desiderio, qui omnes modi necessarij sunt, cum in morte semper immineat periculum recidiuationis. Moritur tandem homo in gratia, licet murus & antemurale amplius non adsit, qui in suo DEO vniatur; attamen sæpe sæpius contingit, vt iam mortuus in vita non plene satisfecerit diuinæ iustitiæ, quæ vult vt satisfiat vsque ad minimum quadrantem; nec alius adsit modus, necessarium prorsus, vt pœnalitate & exilio reclusus in Purgatorio satisfiat, & visis rationibus debitum solutum sit ad beatam illam patriam perueniendi. Sed en Christum impatientem tantæ moræ, sicque cum viuis, vt & defunctis modum satisfaciendi celeriorem inuenit, & licet mortui mereri aut demereri amplius non possint: soluit de suo Christus, omnia insuper amicorum suorum profundit, vt facta vnione, cum viuis in gratia, & cum mortuis in gloria cohabitent. Sed vnde soluit? quo pretio soluit? & vbi reperitur tantus thesaurus? aperit Ecclesia suum gazophylacium, refertum laboribus Christi & Sanctorum, & his soluit ac satisfacit suo iustissimo Tribunali, qui neminem de suo defraudat: sed vltra condignum remunerat; sic omnino & pari modo, defraudari non vult de minimo etiam debito. Sed vt cognoscamus melius hunc thesaurum, statuo primam hanc conclusionem. Christum Dominum dum inter nos viueret, multa opera bona superabundantia nostræ saluti operatum esse: tolerasse & sustulisse pœnas acerbas & graues, damna & incomoda multa, ad

Effectum veri amoris est [illegible]

Peccatum nos à Deo separat.

Indulgentiæ satisfaciunt pro debitis nostris.

Vnde proueniat thesaurum Indulgentiarum.

Christus et Sancti huius thesauri authores.

quæ non tenebatur, neque etiam necessaria absolutè erant, pro nostra redemptione; cum sine illis redimi potuissemus, vocanturque opera supererogationis. Igitur prima illa guttula sanguinis, quæ in Circumcisione profusa fuit, quis non scit eam sufficientem nostræ satisfactionis ac mille mundorum sine vlteriori ieiunio, peregrinatione ac passione, fuisse? nam si suppositum naturæ diuinæ & humanæ in Christo infinitum fuit, quia verbum increatum quod erat DEVS, erat profectò omnis minima actio & passio Christi, infinitè satisfecisset. Hoc quod de Christo id quoq; de Sanctis dico. Nam ad constituendum perfectum aliquem thesaurum non vna gemma infiniti valoris, sed multę varię, & diuersi pretij requiruntur: Sic ad constituendum Ecclesiæ thesaurum non solum debebat concurrere superabūdans illa gēma infiniti valoris, sed aliæ quoque licet non tanti pretij pro maiori thesauri honore. & hæ sunt satisfactiones Sanctorum etiam superabundantes ac excedentes debitum. Calamitas illa atrocissima patientissimi Iob, qui tantum non promeruit: *Non peccaui*, inquit, *& in amaritudinibus moratur oculus meus? Vtinam appenderentur peccata mea, pro quibus iram merui, & calamitas quam patior, in statera, quasi arena maris, hæc grauior appareret.* Quis negat non clarè demonstrari dictorum veritatem? Gloriosissima Virgo Maria, quæ nunquam peccatum habuit, quot pœnas, ieiunia, passiones, martyria, dū filius penderet in Cruce, perpessa est? quam culpam tot pœnæ, vbi nulla erat, eleuare poterant? Ioannes insuper Baptista sanctificatus in vtero matris, truncatus postea capite, qui tam austera pœnitentia, vestitu, cibo, in eremo corpus suum afflixit, pro qua culpa hæc passus est, cum sanctificatus in vtero fuit? & tot Martyres, Virgines, Eremitæ, Apostoli, qui combusti, lacerati, suffocati, submersi, truncati, diuisi in partes, excoriati, rotæ impositi, tantis expositi opprobrijs, strangulati, spectaculum facti omnibus: quis quæso auderet dicere illos pro culpis suis tot sustulisse, cum innocentes erant vita, conuersatione sancti, exemplares in actionibus, & in rebus omnibus irreprehensibiles? quorsum venerunt tot labores? quid factum de tot pœnis? erunt ne frustra perpessæ tot calamitates? frustra sparsus tātus sanguis? perpessa tam horrida mors? aut erūt potius reseruata hæc omnia in Christi Ecclesia, amore cuius, & non amore culpę tot perpessi erant. Nimis indignū esset, qui quæ abundanter domi haberet, tanquam inutilia abijceret: sic prorsus in thesauro Ecclesiæ accidit, erant quidem opera hæc superabundantia Christo & Sanctis, sed tamen ideò non proijcienda inutiliter: sed potius coniuncta simul Sacrosancto huic thesauro inserenda, vt miseri ac necessitate cōstricti, haberent de alieno, quod deficeret de proprio, sicque iustitiæ diuinæ plenè satisfieret. Et hæc sunt tria illa dignissima DEI opera, quæ alto illo solio vnitæ mundo refulgent, Iustitia, Bonitas, Prouidentia. Iustitiæ conueniebat soluere, vsque ad minimum quadrantem: quod hic soluitur. Bonitatē decebat, dum pauperibus deficeret, nihilominus bonum haberent animum soluendi, vt a diuitibus succurreretur. Prouidentiæ insuper: ne malè pereant, quæ bona gesta sunt, & dum diuitibus non prosit, pauperibus subueniat. Nec dicas vanas esse satisfactiones Sanctorum, si infinitè sufficiat illa Christi Domini. Nam posset quidem immediatè DEVS subministrare lucem mundo, attamen medijs causis, scilicet sole, hoc facit motione cælorum, influxu stellarum, & vt dicit Aristoteles: *Necesse est mundum hunc inferiorem constellationibus cæli conseruari*: sic per omnia hic euenit, vt vbi superabundans meritū, sit & satisfactio Christi, pro honore tamē Sanctorum, qui inter-

Thes[...] Eccl[...] [...] [...] [...] [...]torum.

Iud[...] [...] get [...] tia, [...] & [...] dentia.

Dubium.

Solutio.

Simile.

in terris hic illum honorarunt, vult vt etiam eodem concurrant;& partem habeant in hoc indulgentiarum thesauro. Dicunt Theologi huius rei aliam esse causam, conueniens esse, vt membra principalia assimilentur Creatori, quãtum creaturæ licitum, quemadmodum Regi terrestri liberali placent in curia sua Barones,& Domini liberales, habito tamen semper respectu &proportione ad regem:ergò si multi ex sanctis curam hanc habuerunt, sanare infirmos ad similitudinem sui capitis, quod dolores nostros tulit. Multi Doctores extiterunt & Magistri Ecclesiæ similes capiti, quòd ait: *Vos vocatis me, Magister, & Domine*, & multi Sancti aduocati & intercessores in necessitate, similes illi de quo Paulus: *Aduocatum habemus apud Patrem Dominum nostrum* IESVM CHRISTVM, & multi sancti fecerint miracula, similes illi qui *fecit mirabilia magna solus, erat potens in sermone*, & multi possessos à dæmonibus liberauerint, similes illi: *Qui eiiciebat dæmonia*, sic multę sunt satisfactiones pro aliorum pœnis, vt similes reddantur illi: *Qui passus est propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis*: qui dum plus patiuntur, quàm conueniebat, satisfaciunt pro aliis debitoribus, quemadmodum Christus satisfecit pro omnibus. Sed dices notum esse Sanctos multa & aspera perpessos esse, attamen remuneratos fuisse gloria æterna, & quidem vltra condignum: *Momentaneum hoc & leue nostræ tribulationis, æternum gloriæ pondus operatur in nobis*, & plus adhuc dicit Paulus: *Non sunt condignæ passiones huius mundi ad futuram gloriam*: si ergo plenè vltra condignum remunerati Sancti, non est opus vt aliquid illis superfuerit, cum semper restet debitum præmij vltra condignum propositi. Et hoc quod de Sanctis idem & de Christo dici posset,& Paulus breui epilogo omnes Christi passiones vsque ad crucem comprehendit: *Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Exinaniuit semetipsum*, en pœnas Christi in ventre Virginis reclusi. *formam serui accipiens*; en planctus, fasces, præsepe, frigus, *factus obediens*; en pœnæ Circumcisionis & fugę in Aegyptum, subiectio matris & Ioseph, *vsque ad mortem*; en obedientiam versus DEVM Patrem, *mortem autem crucis*, en passionis vsque ad sepulchrum. Non patitur amplius Christus, sed remuneratur, *Propter quod & Deus exaltauit illum*, &c. Non sibi videtur quòd plenè Christus sit remuneratus: si sic, multo magis pœnæ Sanctorum plenissimè remuneratæ erunt: vbi ergo sunt opera illa supererogationis Sanctorum? videtur hæc ratio sufficiens & fortis hæreticis, prout hæresis prima fronte Gigantem aliquem sonat, verum benè inspecta, vt nix resoluitur. Dico igitur primo, falsum esse Christum plenè remuneratum fuisse: nam merito suo, non sibi soli, sed nobis etiam promeruit, quia gratia sua gratia capitalis est, quemadmodum & ipse caput huius mystici corporis Ecclesiæ; vnde merita sua non terminantur in ipsa, sed participantur & dissipantur in nos tanquam membra, & continuò quotidie remunerantur in nobis: quando igitur baptizatur infans, certè non fit aptus Regno cælorum proprijs meritis, sed meritis Christi, quæ tunc remunerantur in illo. Et quando confitetur quis, peccata ei condonantur, non per propria merita, sed per Christi sanguinem, qui tunc in illo remuneratur. Ita quòd promeritus est sibi & nobis. Imò aliquid nobis promeruit, quod non meruit sibiipsi, quamuis semper ab instanti conceptionis suũ erat, scil. gloria beata, sicut intelligitur illud: *Oportuit pati Christum, & ita intrare gloriam suam*: id est, quæ iam erat sua, ita quod licet sibi pręcisè plenè remuneratum fuerit, in alijs tamen sibi remuneratum non fuit, sed quotidie remuneratur

Simile. *Dubium.* *Solutio.* *Christus satisfecit pro nobis.*

Opera nostra esse meritoria & satisfactoria.

ratur in suis membris. Amplius: Omnia opera bona pœnalia in charitate facta, duos habent respectus, meriti scilicet & satisfactionis: vt ieiunium in charitate factum, inquantum a charitate procedit, meritorium est vitæ æternæ, inquantum pœnale, est satisfactorium pœnæ debitæ diuinæ iustitiæ. exempli gratia: Confessum & absolutum à peccato blasphemiæ, & a pœna sibi debita æterna, Sacerdos satisfacere pro pœna temporali iubet, iniungens ieiunium: iam vero absolutum, & in gratiam Dei receptum, iamq; ieiunantem, duo manent, meritum & satisfactio, vt opus factum in charitate meretur vitam æternam, & satisfacit pœnitentiæ: ita quod vnum solum ieiunium meritorium sit & satisfactorium, meritorium per charitatem, satisfactorium per pœnam. Modo si quis tantæ sanctitatis & absque peccato nihil inueniret pro quo satisfaceret: & tamen quotidie ieiunaret, portaret cilicium, peregrinaretur, his omnibus in quantum sunt meritoria, mereretur cælum, & singulis diebus suum augeret meritum, tunc in Paradiso plenè remunerandum. In quantum vero pœnalia sunt, dici non potest, quod satisfaciat, cùm nulla antecesserit culpa: & posito quod in Paradiso sit, nunquid posset esse remuneratus, cùm sit capax meriti. Exemplum, aqua multos producit effectus, infrigidat, emollit, purgat, lauat: vt si quis linum candidum sine aliqua macula pannis immundis coniungat, aqua quidem linum humectabit, sed candidius non reddit, quia nullam habet maculam: at super pannum sordidum aqua suos efficit effectus. Sic opera Sanctorum, quæ duo obiecta habent, meritum & satisfactionem. Quemadmodum aqua humectat & lauat, in quantum meritoria sunt, remunerantur, quia capacitatem habent merendi, quemadmodum ille pannus poterat humectari, licet non potuerit mundari, nullam habens maculam; sed in quantum satisfactoria non potuerunt remunerari, & hoc non ex defectu liberalitatis diuinæ, sed propter excellentiam personæ, quæ superabundanter patitur, sine necessitate satisfaciendi, non habendo debitum nec maculam. En MARIAM candidissimam: nullum dubium quin aquæ passionum & tribulationum, in ipsa passione poterant eam humectare, cùm etiam dotata fuerit mille meritis, in quantum illæ pœnæ erant meritoriæ. Sed pœnæ illæ quas sensit, quomodo poterant satisfacere pro illa, si sine obligatione vlla satisfactionis fuit? vnde non satisfaciendo pro se, satisfecit pro nobis, qui id indigemus, & in nobis sortiuntur suæ effectum, soluendo pro debitis nostris diuinæ iustitiæ, ne in totum otiosæ sunt. Atque hoc totum fundamentum Indulgentiarum. Aliud hic surgit grauissimum dubium, quomodo capaces esse possimus illorum bonorum, quæ nostra non sunt, & quomodo remunerentur in nobis, qua in illis remunerari non potuerunt. Respondeo, quod in quauis operatione bona in gratia Dei facta duobus modis ab illo remunerantur. Primum est præmium essentiale, quod consistit in clara visione Dei, & hoc præmium recipit proportionem a quantitate gratiæ & charitatis, cum qua quis operatur: ita quod, qui maiori charitate operatur propter gloriam Dei, semper maius meritum gloriæ acquirit, sed præmium respicit opera nostra in quantum meritoria. Secundum est, quod Deus illud recipiat pro satisfactione pœnæ promeritæ, & hoc prouenit ex operibus bonis in quantum pœnalia, sicque paulatim soluitur debitum, & hæc satisfactio correspondet austeritatibus pœnitentiæ. Et vt melius intelligas, dicamus: præmium essentiale Sanctorum applicari aut donari nulli posse: & sic intelligito mysteria

Qualiter hæc constituant thesaurum.

Exemplum

Simile.

Dubium.

Solutio.

riosa illa inurbanitas quinq; virginum prudentum, quæ fatuis communicare oleum suum noluerunt, id est, opera sua bona quantū ad meritū. Solus Christus, & nullus alius mereri potuit nobis hoc præmium, ob dictam rationem: quia gratia data à Christo, gratia capitalis est & vniuersalis, at gratia aliorum gratia particularis est, hinc solum meritum Christi, & non aliorum Sanctorum nobis communicatur, per Ecclesiæ sacramenta ad salutem. Vnde, inquit Paulus; *Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis? nunquid in nomine Pauli baptizati estis?* Ad secundum satisfactionis opera applicari alijs qui in gratia sunt, possunt viuis pariter & mortuis secundum [illegible] benè operantis. Hinc quemadmodum de præmio essentiali loquendo [illegible] inquit, *Nunquid Paulus pro vobis [illegible]* de hoc dic. *Adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea.* Hoc igitur [illegible] euenire posset aliquem summè [illegible] & parum peccantem, [illegible] Paradisum petere: sed si applicaret (tamen in gratia Dei existens) omnia opera sua bona in quantum satisfactoria homini, euenire inquam posset, quod post dictam applicationem & mortem vnius ac alterius peccator satisfactionibus alterius vestitus, ad Paradisum, alius vero ad Purgatorium, longo tempore ibi morandum, deueniret: quia opera sua satisfactoria & pœnalia alteri communicauerat, seque ipsum illis spoliauerat, & ob hoc debitorem existeret. Verum quidem est, vt dicit Diuus Thomas, magis æstimandum esse vnum saltem gradum meriti, quàm decem satisfactionum, quod innuere videtur Paulus: *Nunc gaudeo in passionibus meis pro vobis, & adimpleo enim ea quæ desunt passionum Christi in carne mea.* Graue & superbum prima fronte videtur hoc verbum gloriari, Christi passioni aliquid superaddi posse: sed hoc non volebat Paulus, quia nullus in passione Christi defectus, hoc verò innuere volebat, ad constituendum & multiplicandum Ecclesiæ thesaurum, diuitias crucifixi Christi, & superabundantes Sanctorum satisfactiones illius corporis mēbris conuenientes requiri. Sicque ille idem Paulus pro sua parte thesaurum multiplicare volens, adimpleuit mensuram illam determinatam & præuisam a Deo. Ergo huius tam abundantis thesauri supremus pastor & præfectus liberalissimi Principis, Christi Domini aperit portas propter legitimas & pias causas, dando plenarias Indulgentias & Iubilæa generalia, vt si pauperes ex nobis simus, ærarium illud petamus, ac inde diuitias pro nostra satisfactione reportemus: ita quod si confessi & cōtriti pura mēte, patiemur molestias & tribulationes: animosè dicere possimus, nos adiungere aurum thesauro Christi, vt & alijs debitoribus prosint. Et si superba Vasthi contempserit intrare conuiuium regis Assueri, sufficit vt pulchra & humilis intret Ester. Volo dicere, si superbus hæreticus contempserit fauores & gratias taliter concessas, & dum furit, insanit, blasphemat, aliter eum non reputabimus, ac canem præ foribus famelicum, reputetur pro Christi inimico, qui hanc paternam pietatem erga filios liberaliter effusam contemnit, reputetur pro inimico Sanctorum, quibus honorem passionum & pœnitentiæ illorum adimunt, reputetur pro inimico Ecclesiæ, qui inuidiosè illam tanto thesauro spoliare cogitat, reputetur pro inimico nostro, qui dum nobis persuadere nititur contrariū, atrocissimis pœnis inferni nos onerat. Nō audite, quæso Aud. hæreticū, sed Christū & Ecclesiam suam sanctam, qui amore ac affectione erga nos ducti, exoptant, vt debitum persoluamus: imò inuitent filios suos debitores corde contrito, vestire se suamque nuditatem aliorū vestimentis, ditari

Satisfactiones com[illegible]

D.Thom.

ditari aliorum diuitijs. Si debitor es, conueniens est vt labores quosque persoluas, si persolueris quiescere tunc poteris. Dum Christi Saluatoris nostri verba, quibus authoritatem discipulis remittendi peccata dedit, considero: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata*, &c. Et ex alia parte illa apud Matth. dum Petrum Pontificem creauit: *Et tibi dabo claues Regni cælorum*, &c. Moueo dubium graue, quare Apostolis authoritatem remittendi peccata solum dedit, Petro vero generalem authoritatem super quodcunque ligandum & soluẽdum tribuit. Animaduertatis duplicem esse Christi Domini potestatem spiritualem Ecclesiæ suæ datam, scil. potestatem ordinis & iurisdictionis. Potestas ordinis habilitas est, quam recipit Sacerdos per sacramentum Ordinis, administrandi sacramenta & remittendi peccata, quæ habilitas Character à Theologis vocatur, & extẽdit se supra reale & verum Christi corpus, & remissionem peccatorum. Potestas Iurisdictionis se extendit ad corpus mysticum, & importat auctoritatem faciendi leges, statuta, canones, coercendi ad obseruantiam mandatorum, dispensandi, castigandi, censuras imponendi. Prima potestas habilitat Sacerdotem vt sacerdotem, remittendi peccata, nec plus nec minus Papam quàm minimum sacerdotem, imò in foro pœnitẽtiæ (quod proprium forum huius ordinis ac potestatis est) Papa non est princeps, sed subditus, & in hoc foro potest esse ligatus & solutus à sacerdote, dari & negari potest ei absolutio, quãdo fictè aut impœnitenter huic Tribunali se sistit, quemadmodum alijs similibus peccatoribus. Hinc Christus non plus ad Apostolos, quàm ad Petrum in hac parte dixit: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis*, &c. Sed secunda iurisdictio non est propria cuilibet sacerdoti, sed Petro vt summo Pontifici: & si alij Prælati eandem authoritatem habeant, acceperunt illam non ab ordine, sed à primo pastore. Hinc respondeo, Christum Dominum nõ dedisse aliam potestatẽ Apostolis & discipulis, quã eã quæ administrationẽ sacramentorum annexam habet; at Petro tanquam Pontifici & summo Sacerdoti vltra potestatem ordinis dedit & illam iurisdictionis. Hinc non restringitur Petrus ad solam remissionem peccatorum, sed ad ligationem & solutionem quarumcunque aliarum rerum, & hæc est plenitudo potestatis: vnde *Sacramentum Ordinis confert & causat gratiam*, vbi dicit S. Thomas, attamen ea restrictione: *Quorum remiseritis peccata*, &c. hinc Petro nihil penitus specificauit: sed quodcunque ligandum soluendum dixit, & quidem extra Sacramentum relaxare & remittere, ligare & soluere, & hoc est fundamentũ Papatus. Ligat Papa quando vincula excommunicationis rebellibus immittit: soluit, quando extra Sacramentum remittit, & relaxat pœnas peccatoribus debitas, & hoc plenitudine potestatis. En totam Indulgentiarum authoritatem & fundamentum: Sunt enim nihil aliud Indulgentiæ, quã relaxatio pœnæ temporalis, quod facit Papa extra Sacramentum, donando & applicãdo peccatori thesaurum Ecclesiæ spiritualem, accumulatum superabundãtibus passionibus Christi & sanctorum, quas ipse dispensat. hinc definiunt Theologi Indulgentias esse donũ thesauri spiritualis Ecclesiç, quo remittuntur pœnæ debitæ pro peccatis commissis. & Magister sentẽtiarum: [Est ergò Indulgentia Ecclesiæ, relaxatio pœnæ peccato debitæ, quç extra sacramentum fit.] Dicitur donum, quia ex misericordia homini à Pontifice donatur. Et hæc fortè causa quod tam vili pretio apud nos æstimentur, quia pecunijs non comparantur, nec laboribus acquiruntur: hinc contemptus oritur, sed quia donum deberet excitare quemlibet ad Indul-

Secunda pars. *Dubium.* *Solutio.* *Duplex in Ecclesia potestas.* *Omnium sacerdotum eadem potestas ordinis.* *Potestas iurisdictionis summo Pontif. conuenit* *S. Thomas.* *Authoritas dispensandi Indulgentias Papæ ...* *Indulgentiæ quid.* *Indulgentia Ecclesiæ Donum.*

Indulgentias amplexandas, cùm ita donentur, vt nunquam nullo pretio comparari possint; & quia omne excedit pretium omnium, deberet mouere appetitum. Insuper est relatio, id est, remissio, donum fuit causa relexatio effectus; & à tali causa talis procedit effectus. Additur pœnæ debitæ, & hic pulchrum occurrit dubium. Si Indulgentiæ sunt relaxatio pœnæ debitæ, perfectio autem boni Christiani consistat in amplexandū Christi crucem, secūdum Paulum: *Absit mihi gloriari, nisi in cruce*, &c. Ergo per Indulgentias exhortatur homo ad fugiendū pœnitentiā & crucem. Respondetur duplicem esse pœnam siue pœnitentiam: aliquæ remorantur hominem a via æternæ vitæ, aliquæ debilitant corpus, primæ secum portant debitum; secundæ sunt sine obligatione. nunc verò proprium semper fuit perfectis hominibus abbreuiare pœnas debilitantes, fugere autem illas à cœlo retardantes: retardantes pœnæ (quæ sunt temporales post remissionem culpæ) sunt impeditiuæ possessionis cœli: quia si nunquam soluuntur, nūquam ibi ingredi liceret; verum alteræ quæ sunt voluntariæ, quanto maioris efficaciæ sunt, tanto maioris debilitatis causa existunt, has non fugiūt perfecti, imò amplectantur, & nos accendimus omnes hoc Christi dicto: *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam. Regnum cælorum vim patitur*, &c. Si compatimur & conregnabimus. Indulgentia ergò relaxatio est pœnæ debitæ, at non voluntariæ, hinc Paulus: *Ego quod donaui, si quid donaui, propter vos in persona Christi donaui.* Vult dicere, postquam Corinthiacum illum fornicarium excommunicassem, humiliatus ac confessus recepit pœnitentiam: at quia peccatum erat publicum, atque ideò graue, multos in pœnitentia dies consumere debebat: Attamen Paulus compassione motus, & quidem in persona Christi, plenitudine

Relexatio.

Dubium.

Solutio. Duplices esse pœnas.

S. Paulus approbat Indulgentias.

potestatis aperuit thesaurum Indulgentiarum, residuum pœnarum temporalium relaxauit dicendo: Nam & ego quod donaui (en Indulgentia donum) si quid donaui propter vos, &c. Isaias item Propheta veritatem huius demonstrat, dum ait: *Spiritus Domini super me, eò quod vnxerit me, ad annuntiandum mansuetis misit me, & vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiā, clausis apertionem, ac annum placabilem Domino.* Cum tribus, inquit Propheta, officijs Christus Dominus a Patre missus fuit: primo, *sanare contritos corde.* Secundo, *prædicare captiuis indulgentiam.* Tertio, *clausis apertionem.* Et quemadmodum ille missus à Deo, ita misit & Apostolos: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* Dum peccata nostra Sacerdoti confitemur cum corde contrito, Sacerdos medicina salutari medetur. Sed quia quandoq; deest sufficiens contritio & dolor, semper aliquid restat soluendum temporale: his prædicat Christus & Apostoli Indulgentiam & satisfactionem Christi & Sanctorum. Multi etiam absoluti a peccatis, antequam pœnitentiam compleant, & Indulgentias lucrentur in vita, præueniuntur morte, & quia ibi nihil intrat coinquinatum, ideò recluduntur in obscurissimos carceres vsque eò mundentur: & cùm Indulgentiæ per modum suffragij eis succurrant, dicitur: Et clausis apertionem. Restant aliqua dubia circa modum, & intellectum bullarum, & verborū Pontificum. Dicitur primo, qui hanc aut illam Ecclesiam visitauerit, lucratur decem aut, viginti mille annis Indulgentias; modo neque mundus, neque Purgatorium tantum durabunt, respondetur: nobis tantam pœnam esse relaxatam, quantam in Purgatorio pati debebamus: Et hoc intensiuè, non autem extensiuè intelligitur. Simile. Quemadmodum petra, quam paulatim mille guttæ pluuiæ cauant, petra non tam vehementem ictū recipit, ac si ferro per-

Isaias demonstrat Indulgentias.

Christi tria officia in hoc mundo.

Dubia circa bullas Indulgentiarum.

Solutiones.

Simile.

culpa fuisset: ita penitus in centum aut millibus annis, patitur anima in Purgatorio tantum intensiuè, ac si per mille millenos annos extensiuè ibi morata esset. Aliud dubium. Indulgentia natura sua recipit pœnam, & non culpam, quæ per Confessionis sacramentum solum & propriè demittur, quare ergo additur in bullis, Indulgentia plenaria à pœna & culpa. Respondetur, nullas inueniri Indulgentias, quæ electionem liberam Confessoris secum non importarent: ita quòd intelligit Pontifex: Indulgentias qui recipere vult, & eas recipit, absoluitur ab omnibus pœnis temporalibus: & quia necessarium, vt antequam absoluatur, eas accipiat non ex natura Indulgentiarum, sed gratia Pontificis, vult vt absoluamini etiam à culpis reseruatis. Sed dum plenariæ postmodum indulgentiæ dantur, tunc plena manu thesaurus aperitur, ac anima omnis culpæ & pœnæ expers libera hic, & in illa vita euadit. Nullus etiam eas consequitur nisi plenè perfecerit ea, quæ a Pontifice mandantur, scil. vt contritus corde, cõfiteatur peccata sua, cum proposito vitam emendandi, alias tanquam inimicus Christi & sanctorũ, Vicarij etiam Christi efficietur, cui non decet sudores sui Domini, ac suorum seruorum inimicis distribuere. Insuper visitare templa decet, plangere peccata: verum quia Ecclesias hodie visitas totus vanus, pomposus, obscœnus, prophanus, sine spiritu aut deuotione, & quod peius oculis lasciuiaris: & quod pessimum, cum infinito scandalo & ruina animæ certis personis te obuiam facis, vt maiorem hinc peccandi occasionem nanciscaris. Miserum te, effugere Purgatorium cogitas, & in infernũ prolaberis, pœnas diluere vis, & culpam auges, placare vis diuinam vindictam, & prouocas iram seueræ iustitiæ, remissionem quæris, & quærendo plus offendis. temporalem pœnam debitas, & sempiternam incurris. Antiquitus tremebat Satan indulgentiarum nomen audiens; nunc triumphans lætatur, gestit, cum vel hinc perueniat Christianis maiorem hostili obsidionem illis præparant. Cogitate quæso superabundantes illas satisfactiones Christi & Sanctorum, nõ cum delitijs & pompa toleratas esse, nihil suauitatis habuisse totas. enim patibulum, plagas, nullam in profundendo sanguinem dulcedinem fuisse, vnde indulgentiæ totã vim & robur traxerunt, quando scilicet Christus Dominus noster amarissimas lachrymas, ardentissima suspiria, aperto & sauciato corde profudit. Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius, &c. Hoc ideo factum existimes, vt si indulgẽtias consequi desideras, & iam nos Christo in cruce, eiusque doloribus conformemus, apertis brachijs pœnitentiam amplexemur, dolore contritionis cor nostrum sauciemus, cum deuotione & lachrymis, pro Ecclesia Dei, summo Pontifice, humiliatione inimicorum Christi, ac pro instanti necessitate preces ad Deum fundamus. Fac quæso, Clementissime Pater, ne cum nobis te tuaque omnia donaueris, tantus labor sit cassus, sed aperi thesaurum aquæ viuæ, & fontem lachrymarum da nobis, vt plangendo peccata nostra tuæ Maiestati reconciliemur, vt pietate paterna confirmes sanctam sacerdotis absolutionem supra nos, & hic in vita per gratiam, & illic in cœlo per gloriam. Amen.

Dubium.

Solutio.

Indulgẽtia plenaria quid sit?

Modus consequẽdi indulgentias.

Abusus multorum in acquirendo indulgentias.

Quid considerandum in receptione indulgentiarum.

Vita nostra hodie est in honore, cras in mærore aut fœtore.

BRacteatum illud recinẽdum sæpiùs: *[illegible] hodie, quando, qui cras viuis, nunquam viues.* Quod si hodie expertus viuere,

uere, Deo vtique viuendum: quippe in vno eo heri & cras prorsus non aliud sunt, quàm hodie. At hominum pleriq; male viuũt hodie, cras solùm benè. Sed,

Qui non est hodie, cras minus aptus erit.

Itaque omni momento præparatum esse oportet, nec differre pœnitentiam. Hodie dum viuebat Alexander Magnus in honore, coram quo totus orbis tremebat, sed pòst sapientes de illo contemptim loquebantur. Sic Herodes puerorum occisor, sic diues epulo, &c. At vice versa, fiunt omnia post mortem, prout & ibi facta sunt, nec illi honor amplius impenditur, nec seruitium intenditur, sed mœrent viduæ, & filij, & qui illius opera vsi fuerunt, mœror multus & varius, & maxime, si ille, qui defunctus, mortuus est in peccatis, sine contritione & confessione, vnde mœreat in æternum. Fœtent etiam mortuorum corpora, vel ipsi mortui viuis, quibus fuerunt exosi, infensi vel molesti vt audiant omnia scelera mortui propalare, nec vllum factum dignum laude pronunciare: & ipsi etiam amicissimi nolunt inspectare cadauer mortui, aut diu penes illud morari. Fœtent Deo & angelis male mortui, fœtent & ipsis dæmonibus, qui eorum scelera exprobrant & execrantur: & iam dudum incepit viuus viuis fœtere, qui eum multo ante voluissent diem suum obijsse, ne amplius versaretur in conspectu hominum. Ideo vitam vestram instituite honoratam, & facite vt sit semper hodie, & in honore apud Deum & homines, ne vos cras obruat, & relinquat in mœrore aut fœtore & vos, & vestros omnes coniunctissimos.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECVNDVS, DE MORTE IN GENERE.

ARGVMENTVM LIBRI SECVNDI.

Mors omnes perimit: mors instat, & omnibus aqua est:
Vellicat hæc aures, atque ait, En venio.



Quemadmodum si homo in duas partes, animã & corpus, diuidatur, corpus ipsum, nulla alia ratione sub sensum cadet, quàm res penitùs fragilis, caduca, ex vilissima materia, & abiecto luto è terra procreato compositum: Sic vice versa, qui alteram partem, animã scilicet miratur, in stuporem versus ob diuinę pulchritudinis imaginem, quam fronte insculptam tenet, admirabitur eandem spiritum purum esse, immaterialem, tamque excellenter propinquum diuinis illis mentibus, assistentibus diuinæ sapientiæ, vt merito a corpore separata, & ad Angelum comparata, nullam prorsus sortiatur differentiam. hic spiritus, illa spiritus, hic æternus, illa æterna, hic intellectus, illa mens, hic immortalis, illa immortalis, ille solutus, hæc libera: ó animam, ô angelum, &c. *Animã esse probatur.*

Ne mireris si oculo corporeo, non nisi colores & res coloratas, corpora & res corporeas figuras, lumina, motiones ac res mobiles videas, animam hominis, dum corpore soluta est non videas, neq; ob id dicas non esse animam. Nam oculus quidem cælum & terram videt, sed nihil penitùs videret, si virtus visibilis animæ non acueret visum, ac aperiret oculum; ergo, si secũdum te nihil, nisi quod videtur in mundo reperiatur, vnde prouenit, quod oculus tuus qui sine anima est, illud non videat. Cogita te esse in illa magna expeditione nauali Turcica, videres tot antennas leuari, tot remos moueri, tot enses euaginari, tot inimicos spoliari, tot bombardas explodi, tot naues capi, tot capita truncari, tot lanceas transfigi, tot captiuos cathenis ligari, quis tot & tam mira operatur, corpus ne an anima? certè si aufers id quod non videtur, maneret omninò immobile id quod videtur. Anima mouet corpus sursum, deorsum, antè, retrò, dextrorsum, sinistrorsum, dicit Philosophus primo de Anima. Hoc ineptis impossibile, peritis facile credibile est. Nam necessariũ prorsus, vt res visibiles præsupponant inuisibiles Stolidi fuerunt ij, qui dicerent non esse Deũ, quem non videbant, stolidiores illi qui negãt non esse animam, quam oculis nunquam videbant, *qui animas rationales immortales esse dubitat, alienus proculdubio à seipso est*, dicit S. Ambrosius. *Animã non esse visibilẽ* *Exemplum* *Philosoph.* *Ambros.*

Porro inter illas res visibiles, naturam

tam diuinam, creantem, regentem, implentem, stringentem omnia, transcendentem & sustinētem vniuersa, incomprehensibilem & comprahendentem omnes res; Inter Angelos etiam & dæmones, qui in obsessis tam mira operari conspiciuntur, anima nostra videt & non videtur, audit & non est audita, tangit, & non est tacta, tam mobilis vt cognoscat DEVM supra se, Angelos & dæmones penes se, seipsam in se, & omnia reliqua mundi infra se. Quæ vt cognoscat seipsam non indiget corpore, imo abstrehit se, etiam à sensibus, qui tanquam inquietum vulgus, illorū strepidu, tam altas & nobiles contemplationes suas sæpius impediunt. Tam digna vt ex se capax sit omnes scientiæ, ignorantiæ, obliuionis, memoriæ, amoris, timoris, vult & non vult, intelligit, crescit, deficit, diffundit se in suas cogitationes, absque motu progreditur. de re in rem, de tempore in tempus, de loco in locum. Consideratione sua videt totum mundum. secreta terræ, penetrat infernum, salit in cælum, loquitur cum Angelis, coniungit se DEO, ita quod anima intellectiua sit, & etiam simul forma excellentissima in se ipsa, quam multi nō dubitarunt vocare particulam diuinæ mentis. Et S. Augustinus ait, esse immortali Deo simillimam, &c.

Excellētia animæ.

August.

Aristotel. Aristoteles qui in sua Philosophia, operantis naturæ imperfectiones imaginari sibi non potuit, dicit, formas nobiliores adaptari materiei nobiliori & econuerso. Quæro ergò quæ conuenientia fuerit animæ, formæ sic perfectæ, dignæ natura sua incorruptæ & separatæ, ad materiam tam inproportionatā, corruptibilem terrestrem, fragilem, caducam, qualis est corpus nostrum. Videtur mihi illam esse statuam, (nescio si mysteriosa an potius monstrosa) quam in somnis viderat Nabuchodonosor En aureum caput, animam, pedes fictiles, corpus. Nullus sapiens artificium gemmas pretiosas in plumbum transfert: Vnde ergo sapientissimus ille artificū Deus, hanc gemmam pretiosam, animā scilicet, corpori tā vili adaptauit, &c.

Animam tam nobilē, vilis corpori cur Deus cōiunxerit.

Non dicas corpus ante creationem ex se fuisse immortale, factū verò mortale per peccatum. Nam hoc non erat priuilegiū naturæ, sed gratiæ. erat mortalis homo natura, id est, habebat principia corruptibilia, sin verò in innocentia sua perstitisset, per gratiam non fuisset mortale: quia peccatum, non tollit dona naturalia, ergo si immortalitas fuisset naturalis homini, tunc eam per peccatum non amisisset. Rursus. Peccat Angelus, & peccat homo. Dei dicit Esaias, *Cecidit Babylon*, id est, non perdidit per peccatum immortalitatem, de secūdo dicit S. Paulus, prouideas tibi de sepultura; *Per vnum enim hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors*: ergò non erat naturalis immortalitas, cum perderetur per peccatum. Item nūquid omnes Theologi fatentur, hominē per peccatum non solum vulneratum in naturalibus: sed his omnino destitutum fuisse. &c. Quemadmodum thesauri & gemmæ reponuntur in saccis vilibus, & Ioseph illud vas aureum posuit in sacco Beniamin. Sic Mysticus Ioseph Christus, in sacco hoc vili, id est corpore, hunc maximum thesaurum animæ reposuit, quæ quasi huic nostro corpori tantum & quantum Deus mundo. Lacerabitur hic saccus aliquando, destruetur hoc corpus per mortem, tunc tandem magnificentia animæ mundo aperietur, videbitur quod per illam viuat, sentiat, moueatur, sine quo cadauer fœtidum & insensibile remanebit. Hinc illud lætum, *Confusisti saccum meum, & circundedisti me lætitia*, &c.

Hominem non per naturam, sed gratiā solā immortalē.

Anima est thesaurus, in sacco vili repositus

S. Thomas de Aquino, & cum eo omnes Theologi hanc quęstionem alte disputant, & dicunt, quod anima nostra inter substantias intellectuales infimū locum obtineat, & hoc illi inter reliquas

S. Thomas de Aquino.

quæ desit: quàm Angelis sit conuenita [illegible] veritatem ita quod sine discursu per simplicem [illegible] omnia intelligit; [illegible] autem nostrę necesse [illegible] cognitionem ex rebus sensibilibus per viam sensus; Vnde & Aristoteles, *[illegible] in qua nihil est de- [illegible] quando vult intelligere, oportet vt [illegible] nihil est in intel- [illegible]* Cum igitur [illegible] per corpora [illegible] [illegible] autem [illegible] oculo sen- [illegible] non intelligat, [illegible] necessarium [illegible] quæ hoc corpori iungetur. Vnde Plato: *[illegible] corpori, vt [illegible]* est igitur animam suo esse immortalem, spiritus æternus, [illegible] intellectus purus, mente [illegible] Corpus vero in [illegible] fragili, caducum, mortale [illegible] anima semper manet: corpus autem per mortem corrumpitur. Consideremus igitur hoc mortale quod moritur & dicamus non nihil considerationem dignum de morte &c.

Aristotel.

Plato.

Et quamuis mundus nihil frequentius videat quàm mori, attamen videmur, ad omnia alia plus attendere quàm ad mortem. Hinc primo tractandum, nos debere mori. Et quamuis multis videatur inutilis hæc res: nam probare, nos morituros quod nemo negat, idem esset ac si probes, tenebras esse obscuras, solē clarum. Ego nihilominus hunc articulum vobis. Audi, necessarium prorsus iudicem: nam si vobis persuasero vos morituros, nisi sitis stolidi, credo me vos excitaturos ad timendum mortem, & cogitandū sæpius de ea, &c.

Probatur homines morituros, quia non cogitant de morte.

Et vnde tā exigua pietas versus mortuos? nisi quia ita viuis, ac si nunquam mori deberes. Audi quid natura te doceat. Quando pastor agnum aut capram mactare vult, dum nunc persequitur, omnes fugiunt: ast cum eam quam vult, iam fune ligatam tenet, omnes iterum absque timore redeūt ad pascua. Sic vobis etiam accidit, quando mori quempiam videtis, aut sepulturę interestis, quilibet de morte cogitat, omnes se morituros credunt, nullus non timet, singuli ad mortem se præparare volunt: at cum cadauer iam sepultum, processio funebris peracta, cantus lugubris terminatus, tū verè illud dici potest: [perijt memoria eorum cū sonitu:] finitis lachrymis, simul omnis memoria mortis, ex mentibus vestris euanescit, neq; vlla amplius de morte mentio habetur. Sitis quæso Audi homines, non pecora: nā sic paulatim mors de vno in alium & consequenter in omnes serpit. Et cum hac conditione intraui (dicit omnis homo) vt exirem.

Obliuiscimur nos morituros.

Simile.

Obserua quæ tibi dico, apud omnes eamque nationes, homines vocantur mortales, & hęc est magna & certissima res, omnes res sub sole, in aere, & terra, mari, herbas, plantas, animalia, bestias, mortes esse breues [illegible] ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes sicut vestimentū veterascent; tamē inter has omnes res mortales, solus homo, nomen hoc mortale sibi vēdicat, forte comune aliquod dictum vulgi est? Audi Davidem: *Vos autem sicut homines moriemini*; & hoc non sine causa, cum enim inter omnes res mortales, solus homo natus ad immortalitatem sit, ipse autem voluntarie se morti subiecerit, solus inter omnes alias res, vocaretur mortalis; dicam melius, &c.

Cur homo mortalis.

Omnes res hominis in dubium vocantur. Concipitur homo, an nasciturus? oportet vt respondeas, forte, sic vel non. natus homo, perueniet ne ad annos pubertatis, ducet vxorem, habebit filios? forte sic, forte non. Erit ne acceptus in Patria, grauis in Senatu, forte sic, forte non. Viuet ne sanus, fœlix, in gratia principis? forte sic, forte non. Morietur ne, sic, sic, sic, morietur

Omnia hominis in dubium vertuntur, excepta morte.

tur

tur, nullum hic fortè, nullum hic dubium reperitur. [illegible] mihi [illegible] semel mori. [illegible] Scripserunt Medici [illegible] sanitate, verum [illegible] morte, nullam [illegible].

Contra mortem nullus se defendere potest.

[illegible] tibi esset caput galea cingas, corpus ferro induas, gladium cum [illegible] ascendas equum [illegible], præpara te ad curs[illegible] gladio, armis; ac tanquam [illegible] aut stramen in terram te prosterneret? Nulla crede mihi iuuat hic fortitudo: vbi enim Samson, vbi Gedeon, vbi Goliath? Nulla [illegible] sapientia, vbi enim Salomon? vbi Solon? vbi Aristoteles? Nullæ hic [illegible] diuitiæ, vbi enim Crassus ex Ro[illegible] Midas ex Phrygia? Croesus ex [illegible]? Nulla hic valet eloquentia, vbi [illegible] Demosthenes, Alcibiades, Cicero, [illegible]? Nulla sanitas, vbi [illegible], David, Heliseus? Nulla [illegible], vbi enim Iudith, Tamar, [illegible], Rachel? Nullum imperium, vbi [illegible] magnus ille Alexander, Artaxerxes, Cyrus? O mors, ô mors, quam [illegible] es & potens contra nos, contra enim tua iacula nullus est qui præualere possit &c.

Sit homo cuiuscunque status & conditionis. *Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, Regumque turres* dicit Horatius, &c. Quando videtis arma, vexilla [illegible] equites, quando auditis [illegible] tympani, conspicitis fortissimos illos heroas, duces generales exercitus, cum validissimis illorum armis & gladijs, ad mortem duci; Dicite tunc, nec arma, nec vexilla posse defendere homines contra potentiam mortis. Quando videtis tot libros, togas pomposas, quæ Doctorem circumdabant, in barathro cum illo d[illegible] [illegible], dicite, nec libros nec literas aut scientias posse saluare hominem à morte. Quando videbitis [illegible] Episcopales, [illegible] Cardinalitios, thronos Pontificum, sceptra illa imperialia, coronas Regales in exequijs aut sepulchris Prælatorum, aut Principum. Dicite, Titulos non sufficere contra mortis imperium. Est commune Mori, mors nulli parcit honori, Diues vt & fortis veniunt ad funera mortis. Omnes itaque morimur, & quasi aquæ dilabimur super terram. Quam bene fuit demonstrata hæc veritas in illo octauo Capitulo Danielis: vbi Propheta in visione arietem vidit, habentem cornu maius & cornu minus: & ventilabat cornua contra Orientem, contra Occidentem, contra Aquilonem, contra Meridiem, & omnes bestiæ non poterant ei resistere. Quænam est illa bestia nisi mors, quæ duo cornua tanquam arma habet, vnum maius & alterum minus? Primum cornu contra magnos huius seculi, alterum contra paruos & abiectos. Et quemadmodum aries ille obuiauit Danieli in egressu portæ maioris ciuitatis Susi, sic mors occurrit tibi in egressu portæ huius vitæ, vt deijciat hunc Principem cornu maiori, alterum seruum cornu minori: quilibet timeat, sibi caueat ac prospiciat. Vidisti heri ad mortem duci magnum aut diuitem, dicas fuisse cornu maius mortis, videbis paulò post seruum mori, dicas mortem cornu minori eum prostrauisse. Verum quia ventilabat cornua contra Orientem & Occidentem, Aquilonem & Meridiem. Designat mortem nulli ætati parcere, modo versus Orientem suis cornibus percutit, id est, tollit infantes, modo versus Meridiem, id est, tollit iuuenes, modò versus Aquilonem, id est, tollit senes, modo versus Occidentem, id est, tollit decrepitos. Sed vnde iam hæc

Mors assimilatur arieti, Danielis 8. cap.

Mortis prima causa à Philosophis assignata.

hæc necessitas mortis prouenit? Philosophi assignant primam causam sc. côtrarietatem elementorum nostri corporis, quia vbi bellū, ibi necessariò victoria huius aut illius partis est tandē prædominādo vnū elemētū, opus est vt dissoluatur hæc harmonia causa vitæ nostræ. Hinc vna ac eadē causa alterationis vitæ nostrę, infirmitatis ac mortis inuenitur: nā si humor aliquis malignus prædominatur, dissonans sonus huius citharæ siue harmonię, sanitatis efficitur, quæ in æqualitate humorum consistit: verùm si humor ille malignus multum prædominatur, totaliter corrūpitur aut rumpitur chorda, secatur truncus à radicibus vitæ, vt nullus omninò sonus emitti possit. Secunda causa, est insatiabilitas impudiciæ illius fœminæ, materiæ primæ semper nouis desiderijs agitatæ, nouis appetitibus titillatæ, ansam quærit vestiendi se aliqua alia noua forma. Hinc aliud nihil nisi corruptionē subiecti machinatur, soror hæc ac indiuidua socia mortis, magis verò contentatur vestire se veste putrida, fœtida, terrea ac verminea, quam permanere sub tam nobili subiecto omnium rerum visibilium: vsque eo itaque vitam rodit, donec tandem morte corrumpat. Medici tertiam adferunt causam, scilicet defectum humidi radicalis, quòd post acquisitum terminum suæ augmētationis, paulatim deperditur eius vigor, & secū Spiritus illi vitalis. vnde & sanguis thesaurus naturæ, vbi vita residet, paulatim inspissatur, ac tantæ terrestreitatis efficitur, vt nullo modo vitæ capax esse possit. Proponite vobis Auditores, ante oculos lumen accensum, cui paulatim nutrimētum deficit, hinc in cineres redit ac extinguitur: sic est in proposito. Et licet indies cibo restauretur deperditum illud humidum radicale: attamē nunquam ex integro restauratur, neque vnquam tantum, quantum est deperditum, acquiritur, quātumuis delicati cibi sint ac penitus exquisiti. Hæ causæ mortis sunt omninò necessariæ, Auditores, nihilominùs, si Adam primus homo non peccasset, nullas omninò vires hæ causæ habuissent. Hinc lignum illud vitæ per peccatum ablatum, cibus erat tantæ excellentiæ, vt humidum illud radicale deperditum, ad calorem naturalem diminutum in tantum fortificasset, vt nulla mors prædominari potuisset: Vnde aliam causam affert S. Paulus: *Per vnius inobedientiam peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors.* Hæc vera est causa mortis, scilicet peccatum Adæ. Mors dicitur à morsu, ab illo pomo morsicato, & ab ipso facto, mors nomen accepit. Has omnes causas Abrahā in Sacra Genesi designat, loquendo ad Dominum: *Semel loquar ad Dominum, cū sim puluis & cinis.* Cùm sim puluis; en causę naturales mortis, cum sim cinis: en Theologicales. Notate quare vocetur puluis & cinis. Sed primò proponamus aliud dubium. Deus 3 cap. Genesis ad hominem loquitur. *Terra es, & in terram reuerteris.* Ecclesia postmodum in die cinerum, aspergit capita cinere, cantans, *Cinis es, & in cinerem reuerteris*: quare ergo Ecclesia mutat vocabula? Responsio, quando Deus hominem creauit, formauit illum de terra. *Tulit Deus de limo terræ, & formauit hominē*: per peccatum accensus est ignis cōcupiscentiæ, qui totā naturam combussit, & accendit simul fomitem peccati: Vnde hæc nostra terra remansit, non vt erat ampliùs terra naturalis, sed accensa terra & in cineres redacta. Abraham igitur vtrumque designauit, dū ait: *Cum sim puluis & cinis*, puluis per naturam, cinis per peccatum: Sic ergò ad dubium respondeas: compositus ex puluere: materia in me mutat formam. Elementa confligunt, humidum radicale etiam consumitur: en causam mediceam & naturalem: Vt cinis verò igne concupiscentiæ accensus, & propter fomitē peccati mors in me prædominatur: en cau-

Secunda causa mortis à Philosophis assignata.

Tertia causa mortis à Medicis proposita.

Quarta causa mortis Theologica.

Homo terra & cinis.

Oblatio. Responsio.

causam Theologicalem. Verùm vt vt sit, siue à natura, siue à peccato. Statutū est omnibus hominibus semel mori. O mūdum [illegible] ac inficiatum, attrectatur manibus hæc veritas, nihilominus viuitur, ac si nulla mors esset expectanda, nulla mortis memoria. O stulti, stulti, *[illegible] absque consilio & sine prudentia, vtinam saperent & intelligerent & nouissima prouiderēt.* Quis tam stolidæ securitatis foret, vt [illegible] videret se sagittis vndequaq; expositū, modo à dextris, modo à sinistris sagittas ferri, non anxie ac timide sagittam expectaret? Sic Aud. nos homines, qui iaculis mortis expositi sumus, vides [illegible] Principem aut magnum Dominum supra te, modo pauperem & vilem iuxta te, modo inimicum tuum à sinistris, modo amicum tuum, parentes, filios à dextris, nos hæc videntes, adhuc [illegible], ac si nunquam capiti nostro [illegible] voluit, iam arcū suū mors [illegible] parauit sagittam, vt te feriat, [illegible] trucidet. Sed dicet quispiam: [illegible] iturum, ac necessariò moriturum, [illegible] optarem scire benè moriendum, [illegible] mihi faciendum ad optatum finem consequendum, attendite [illegible] omnia facta Heroica Christo Domini cum nudus penderet in cruce, hoc vnicum ac singulare fuit de quo Apostolus [illegible]: *Absorpta est mors in victoria, vbi est mors victoria tua?* quod quidem [illegible] ipsis Angelis inducit, insuper [illegible], videlicet hominem in cruce aut ligno morientem, tanquam instrumento mortis, cum eodem ligno occiderit ipsam mortem. *Mors & vita duello conflixere mirando, dux vitæ mortuus, regnat viuus.* Igitur cùm morte sua Christus solū mortem vicerit, nos quoque similiter, cum ipso moriēdo mortem vincemus, ô quam benè dixerat soror illa Lazari: *[illegible] si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.* Sic qui Christum in morte sua secū habuerit, anima non morietur in æternum. Ergò Auditores, solum is benè moritur, qui vitam

Obiectio.

Responsio.

[illegible]

Christi imitatur, ac is solùm benè moritur. Ad Christum igitur tanquam verum exemplar recurramus. In vltima illa hora mortis suæ, lauit pedes discipulorum suorum. en, o Christiane, prima præparatio ad mortem, Confessio: Nam infirmitas nuncius est mortis, & quidem videtur esse ille Propheta qui ad Ezechiam regem dixit, *Dispone domui tuæ, quia morieris,* ad cuius nuntij vocem oportet vt Christianus se præparet ad confessionem. Nolo hic vos Aud. ad cōfessionem exhortari, nam quilibet iuxta Concilium Tridentinum, infirmitate quamuis minima aggrauatus, disponere se ad confessionem tenetur. Magna certè stultitia differre confessionē, quæ totius salutis nostræ summa est, in hora mortis. Nam corpus tuum tunc doloribus repletur, anima agonizat, intellectus vacillat, memoria debilitatur, virtus deficit, & homo non amplius homo est, sed in medio vitæ & mortis constitutus à diabolo extremè tētatur, à filijs & amicis molestatur, ab vxore turbatur, ac viuus ne sis, an mortuus, nō curāt amplius, nisi possessiones, aurum, & thesaurum tuum, expectantes autem vt vltimū tandem spires halitum. Hinc charissime, quandocunque sentis dolorem aliquem, primū sit, *dispone domui tuæ,* laua pedes ad exemplum Christi, confitearis peccata tua. *Confessio namque sanat, confessio iustificat, confessio peccatis veniam donat, omnis spes in confessione consistit,* dicit Isidorus. Necessarium prorsus, vt malam huius sæculi consuetudinem aperiam; quādo visitas amicum infirmum, oporteret dicere hæc verba in primis, *dispone domui tuæ:* ast contrarium fit, scilicet, infirmitas hæc non est ad mortem, id est, non dubites, bono animo esto, non morieris, cogita te sanandum. O quam tum præiudicant hæc verba infirmo, cui nullum maius damnum, quàm securitas non moriendi: est officium hoc non amici sed inimici, & dici potest:

Lotio pedū designat cōfessionem.

Difficile nimis in extremis pænitere.

Mortis præparatio ad [illegible] Christi lauantis pedes cœnantis.

Isidorus.

Tempore mortis amici & parētes sunt ruina infirmi.

test. [Inimici hominis domestici eius.] Audite chari amici, si tempore inimicitiæ quando vobis ac ceruicibus vestris, præsens inimicus vester, iam gladio confodiendos vos aggrederetur, quidam verò ex amicis vestris à tergo, dulcibus verbis, ne attendatis, aut vobismetipsis prouideatis, vos retraheret, nunquid non nota infidelitatis amici hic notaretur? Sic est in proposito, qui decumbentibus vobis bonam spem salutis, non confessionis aut futuræ mortis proponit: *Inimici hominis domestici eius.* Et quod omnium peius est, si Confessarius te visitare intendit, aut domum tuam ingreditur, causa exhortandi te ad confessionem, non permittitur intrare ad lectum, ad hospitalia: aut certe si intraret, omnes spes salutis & valetudinis iam caderet, dicitur Confessori vt manè redeat, licet nunquam illud cras, cras, rediturum sit. Laua, laua in primis cum Christo Domino pedes, confitearis peccata tua.

Secunda præparatio est Sacramentum Altaris.

Post lotionem pedum Christus Dominus, Cœnam aggressus est, ac mensæ accumbens, [Dominus IESVS in qua nocte tradebatur, accepit panem.] En sanctissimum Sacramentum altaris, viaticum Christiani hominis, assecurans peregrinum in via hac tam magna ac periculosa. Figura huius est Propheta Elias, qui spacio quadraginta dierum ambulans ad montem Oreb, languidus ac lassus sub Iunipero decumbens, tandem Angelus Domini subcinericium panem eidem asportauit, dicens: *Surge, comede, grandis enim tibi restat via*; En viam magnam mortis.

Via magna morientis.

Magna via, quia arcta; arcta est via quæ ducit ad vitam. Magna via, quia longa, e terra in cælum. Magna via quia insolita, nunquam calcata nec cognita à moriente. Magna via, quia periculosa propter latrones Dæmones. Magna via, quia solus oportet incedas, nec scis quorsum, aut supra aut infra. Non ibi sunt hospitia intermedia, nulla solatia, nisi apertum illud monumentum plenum vermibus, horrore. *O anima mea* (inquit Bernardus) *qui erit ille pauor, cum dimissis omnibus, sola ingredieris, ignotam tibi penitus regionem, vbi occurrere cateruatim teterrima monstra videbis.* Hinc ô homo hanc viam ingressurus leua totam spem tuam in cælum, comede panem illum Sanctum, grandis enim tibi restat via, id est, via hæc ad æternam vitam.

Bernard.

Post cœnam Christus Dominus sermonem charitatis aggressus, corpus suum pro testamento Ecclesiæ suæ reliquit. Discite curiosi in testamento faciendo, quid hic obseruare debeatis; nam peccata multa in vltimo testamento committuntur, ob defectum charitatis in illa vltima hora. Primò temporalia abeunt. Secundum, *corpus reuertatur in terram suam.* Tertium, *spiritus redeat ad DEVM, qui dedit illum.* Primum consideret moribundus, vt in primis reddat quod debet, restituat quæ acquisiuit iniuste, postmodum disponat de suo. Secundum, vt contentus sit omni minimo loco, nec instituat tot pompas, ornamenta, vanitates, varietates sepulchrorum, quæ omnia peccato ambitionis, post mortem hominem notant, volunt enim vt honorentur vermes, terra, lutum. Tertium, quod magis importat: Infirmus dicat, Domine IESV accipe spiritum meum. *In manus tuas Domine commendo spiritum meum.* Post hæc ad montem Oliueti progreditur Christus, quo denotatur oleum Sanctum Extremæ Vnctionis, quod homini grauiter ægrotanti dari debet; hinc Diuus Iacobus; *Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, vngentes cum oleo in nomine Domini, & oratio fidei*

sal-

saluabit infirmum. Pœnitentia est instar medicinæ purgatiuæ, quæ post humorum conturbationem, pellit omne superfluum. Oleum Sanctum est instar medicinæ restauratiuæ, quæ debilitatem aufert, inductam per peccata venialia. Tunc oratio fidei (Apostolo testante) saluabit infirmum, & si in peccatis fuerit remittentur ei. ô quantum iuuat tollere reliquias peccatorum hoc sanctissimo oleo. His peractis in hortum Christus ascendit cum tribus discipulis, ac prostratus in terram humiliter orat: *Pater, si possibile est transeat a me calix iste, verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.* Hoc ipsum facere debet infirmus prædictis peractis, abstrahere omnes cogitationes à mundo, & solum secum habere Petrum, id est, firmam fidem Catholicæ fidei; Iacobum, id est, spem securam in Christum; Ioannem, id est, charitatem ardentem in DEVM & proximum. Postea [illegible] resignare se liberè in manus Creatoris, vitam ac mortem prout ei placuerit, ac animæ suæ expedierit. Et quamuis spiritus promptus sit, caro autem infirma, attamen si possibile est, transeat à me mors ista. Verumtamen spiritu prompto dicas, [verumtamen non mea voluntas fiat, sed tua vis.] Si vita mea mihi plus prodest, da gratiam Domine, vt eam emendem, & transeat a me mors, sed si tibi placuerit vt moriar, spiritus promptus est, fiat voluntas tua, libenter moriar, & meam tuæ submittam voluntati. In hac resolutione morientis, occurret Iudas cum turba armata, & en tentationes Diaboli, *Antiquus hostis ad rapiendas peccatorum animas, tempore mortis violentia crudelitatis re[illegible], & quos viuentes blanditijs decipit, sæuientes [illegible] rapit,* dicit Gregorius in Moralibus. Audite Auditores, quænam istæ sint tentationes, non enim parum, prodest scire inimici astutias, artem, consilium. Non tentabit de more solito in hora mortis te superbia, quia tunc misellus in hora mortis opem vniuscuiusque imploras. Non tentabit te peccato gulæ, quia ita siccus erit palatus tuus, vt cibum masticare non possis. Non tentabit te inuidia, quia in illis miserijs, nullius recordaberis fœlicitatis. Non tentabit te otio, quia totum corpus tribulationibus, doloribus ac memoria mortis repletum est. Non tentabit te Auaritia, qui certus iam eris, omnia hæc transitoria relinquendi siue volens, siue nolens. Non tentabit te Luxuria, quia sanguis iam in venis congelatus totus frigidus erit. Sed quid faciet? Tanquam litigiosus ad tria tribunalia te ducet, quemadmodum Iudæi Christum, qui primo ad Annam & Caipham summos Sacerdotes ductus, ac ibi de sua doctrina examinatus fuit. Hinc considerate Auditores, quod Diabolus vnumquemque vestrum in rebus fidei aggreditur.

Primo ad primũ Tribunal à diabolo ducitur moribundus.

Estote igitur fortes in fide, & pugnate cum antiquo serpente: respondendo scilicet ad argumenta, aut de immortalitate animæ, Trinitate, veritate crucifixi. Esto igitur cautus, noli disputare quia facilè te subuertet: sed omnia argumenta hoc pacto cum Christo soluas: Ego palam locutus sum mundo, ego docui in Synagoga, quid me interrogas? fides mea non occulta, sed aperta fuit, vniuersalis cum Ecclesia Catholica & Apostolica Romana. Non recedas ô Christiane ab hoc dicto: *Credo, quod credit sancta Mater Ecclesia,* hoc ipsum securũ te reddet in hac tentatione Superabitur inimic⁹ in primo hoc conflictu: non cogites illum deficere, semper fortior in oppugnando efficitur. de quo illud Poetæ de militibus

regis Latini dici potest: [Quos nulla fatigant prælia, nec victi possunt absistere ferro.] Secundum Tribunal fuit ante Pilatum, qui respondens Christo Domino; potestatem habeo crucifigere te, ac demittere te. Nam cùm Diabolus te viderit constantem in fide, armabitur & ipse fide, qua te ad damnationem rapiet, proponendo ob oculos peccata enormia ab instanti natiuitatis, vsque ad vltimum punctum mortis facta, quæ omnia exaggerabit, obijciens Christum cassum in perdonãdo tot peccata, te ipsum promptum ad offensam illius, ac si liceret, si posses, illum millies offenderes. Nunc non vult amplius parcere tibi, te mihi tradidit, & potestatem habeo crucifigere te, quod in breui tecum horribiliter fiet. nam si Angelo non pepercit, tibi vilissimo vermiculo parcet? Adducet insuper illud: *Cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* Item, *iustitia tua sicut montes.* Et illud: *peccatores Deus non exaudit.* Et rursus: *Iustus Dominus, & iustitiam dilexit.* Sic o miser tibi faciet, neque aliter tibi accidet, sicut nauclero, cui nauis igne succensa, antequam in ignem aut aquam se conijciat, tabulam ardentem in medijs vndis apprehendit, sicque cogitans effugere vnum aut alterum periculum, in vtrumque incidit. Sic Diabolus primò te in fide tentat, ast vbi in vanum laborat, apprehendit fidem, Scripturam sacram, cum qua te aggreditur, vt in desperationis barathrum te inducat, sicque vna & altera via pereas. Igitur quid tibi faciendum? Respondeas cum Christo, *Regnum meum non est de hoc mundo.* oportet vt relinquas omnem spem de te, & cum omni humilitate ac lachrymis, ad instar Ezechiæ ad parietē te reuoluētis, dicas: *En dilectus meus stat post parietem, Domine vim patior, responde pro me,* id est, meritum & spes futuræ gloriæ non fundatur supra merita mea, sed supra merita Christi, sicque non ad mea opera, sed

Secundo ducetur moribundus ad secundū Tribunal.

ad misericordiā Christi appello: [Beatus qui in tempore mortis suæ, cogitat de illa.] quæ nostram consocatur mortem. Tertium Tribunal fuit coram Herode: vbi diabolus vestiens te veste alba proponet tibi vitam tuam fuisse sanctam, puram, candidam. hinc auferet à te omnem timorem & diffidentiam, hocque in eum finem, vt de te ipsemet præsumas: & quod desperatione non potuit, hoc ipsum præsumptione efficiat. Quid ergò hic faciendum? More Christi nihil respondeas, quia non est digna responsione hæc tentatio, cum quilibet experientia videat, ad nullum opus bonum ex se esse habilem sine Christo, & quantum mali commissum est, hoc solum ex nobis, quantum verò boni peractum hoc solùm ab ipso fuit, & licet in bono consensus voluntatis tuæ adfuerit, tamen hic non a te, sed a gratia Dei mouente processit: *Ipse enim dat velle & perficere.* *Non est volentis neque volentis: sed miserentis Dei. Omnis nostra sufficientia ex Deo est.* Tunc euanescens inimicus, victus humilitate tua ac confusus. Ecce Angeli ministrabunt tibi, prout dictum fuit de Christo, quando vicit illum in deserto, ostendentes se veros custodes, defensores, consolatores. O quantam suauitatem sentiet infirmus in illa hora, videbit tunc ex parte paradisum ac cælum apertum. Sed inimicus qui licet victus, nunquam tamen spem vincendi perdit, & quæ per se non potuit, hoc mediante vxore, filijs, parentibus efficiet, saltem vt omnino terribilem ac formidandam mortem penitusque acerbam tibi reddat. Quid ad hæc responsurus? certè illud Christi: *Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos, & super filios vestros,* sicque respondeas, consolamini filij, vxor, amici: nam mihi viuere Christus est, & mori lucrum, mors instar horizontis de nocte ad diem ac ad terminum optatum me ducet. Audite

Tertium Tribunal.

dire, Auditores, aliud genus mortis Saluatoris nostri. Addiscite quid agere, quomodo eundem imitari debeatis. Crux illi erat lectus, puluinar claui, [illegible] antipendium fuere tapetia, socij duo latrones, fel cibus, acetū potus, lachrymæ & sanguis aqua, vox, qua Patri spiritū recommendauit, & suspiria. Tali modo præparate vos ad moriendum. Oportet vt quiescatis non tam corpore in lecto, quam corde in eodem ligno, & sic adimpleatis dictum Christi, *& inuenietis requiem animabus vestris.* Si fulcire vos [illegible], contemplando a parte [illegible] em iudicij, & dicite: *Confige [illegible] carnes meas*; a parte dextra, [illegible] dicendo: *In te Domine speraui, [illegible] in æternum.* Tapetia Christi [illegible] post mortem acquirendi [illegible], illam felicem, vnde di[illegible] *es in cælo*, &c. Socie[illegible] duo latrones ambo cruci[illegible], qui anima vestra [illegible] veritate spoliarũt: [illegible] mundus, secundum dictum [illegible] carnem suam crucifixerunt cum [illegible] concupiscentijs eius: *Mihi mundus [illegible] ego mundo.* Cibus animæ [illegible], memoria, inquam, [illegible] Christi, iuxta illud: [illegible] transgressionis meæ absyn[illegible]. Acetum sit potus mortifi[illegible] secundum quod dicitur: *Imunge [illegible].* Aqua qua lauamini, [illegible] pœnitentiæ & sanguis [illegible] *exiuit sanguis & aqua.* Vox [illegible] sit inuocatio nominis Iesu & Mariæ: *Pater in manus tuas commendo [illegible]*, dixit Christus. & tu dicas: [illegible], Pater & Dominus meus, De[illegible], Pater afflictorum, tu [illegible] me reparasti, postquam ad imaginem tuam me formasti, inspirare in [illegible] vitæ: Ecce nunc il[illegible], digneris nunc illud recipere [illegible]. Illumina oculos meos ne [illegible] obdormiam in morte.

Et tu Virgo beata aduocata peccatorum in quam semper speraui, per illam solitam pietatem tuam, veni in hoc extremo, & tanquam mater digneris recipere spiritum meum in brachia tuæ sanctæ protectionis, vt securus ex manibus inimicorum effugiam, qui parati sunt ad deuorandum me: *Maria mater gratiæ, mater misericordiæ*, &c. Et vos Angeli, Sancti & Sanctæ, protectores & custodes mei, qui in eodem periculo fuistis, & probastis preces illorum, qui primi antea beatas illas sedes occuparunt, quando suo auxilio adiuuerunt vos benè mori: associate, defendite, quæso, spiritum meum contra inimicos suos, dum in gremium huius nutricis & Aduocati illum reddo. Si fortè tunc anima adhuc anxia morari, nimium videtur in tribulationibus & doloribus mortis, adiungas: sitio; Domine ego ardeo finire aliquando hunc amarum calicem. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.* & iterum: *Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* Deus meus, amor meus, quare me ita relinquis, & differs aduentum meum ad te, rumpe hæc vincula, aperi hunc carcerem obscurum. fœlix eris, si ita morieris. sed restant adhuc in morte Christi alia imitanda. Nudus erat corpore, con- *Alius modus moriendi ad modū Christi.* fossus in manibus, conclauatus in pedibus, spinosus in capite, verum coronatus, sine sanguine venæ, tandem suspirando & inclinato capite moritur. Sic vos quando mortem expectabitis, estote spoliati mundo & cogitationib. vanis, ne quid habeat quod inueniat inimicus. Pedes sint affixi cum proposito firmo (etiam sanitate iterum adempta) nunquam via crucis vos priuandi. Sint transfixæ manus & apertæ, ad satisfaciendum & relinquendum mundo quæ sua sunt. Caput spinis coronatum per Eleemosynas diuitiarum vestrarũ, quæ vos antea tam dire vulnerauerant, ac timore affecerant, illas non perdendi, & & cum dolore relinquendi; nunc vero

vos coronabunt, relinquẽdo post mortem amorẽ Dei, ad illius amorem promouendum, sine sanguine sint venæ, id est, ne parentes & filij vos seducant in restituendo malè acquisita. Tandem inclinate caput & spirate animam, id est, sitis contenti per obedientiam libenter mori. Tunc mors veniet, & plus in vos perdet, quam vos in illa. Nam ipsa vos occidendo, peruenieris ad vitam, & vos moriẽdo hoc modo, ipsa morietur semper in vobis: Dicatis tandem, *consummatum est*. En Auditores, mortem hanc felicem, de qua scriptum: *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius*. De qua Salomõ: *Melior est dies mortis, die natiuitatis*. Et vt totaliter conformeris morti Christi: *Tenebræ factæ sunt super vniuersam terram*, id est, hæc terra nostra siue corpus recipiet suas tenebras, claudetur in sepulchro, reducetur in pulueres: verum anima ingredietur cælum, dirumpet velum, penetrabit Sancta Sanctorum: & velamine

Primæ Concionis de Morte, semoto ab oculis, *quia non amplius per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem gloriam Domini speculantes, videbitis Deum*. Et sic finitur vita & mors boni Christiani.

Secunda pars. Desperatum subiectum mors, & nisi crederem vnam solam rem, semper lachrymarer; nec scio an Democritus lachrymãdo me vinceret. Fundamentum totius religionis est immortalitas animæ: & hoc est quod me consolatur: *Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur*. Hoc verum est, nihilominus verum & illud, si

Probatur immortalitas animæ. corpus hoc ex terra efficietur cadauer sine carne, neruis, ossibus, pilis, cute, aut quicquam aliud, vnde cognosci nõ possit hominem fuisse, restat tamen melior ac maior pars, quæ est anima hæc immortalis, contra quam nec tempus, nec corruptio neque mors, aut quicquam aliud præualet & vltimò resurget etiam cum hoc corpore immortali: *& oportet corruptibile hoc induere incorruptionem*. Vnde

Deus immortalitatem animæ no- apparet Deum semper fuisse diligentem in plantando fidem hanc immortalitatis animæ. Creando mundum hominem de terra fecit: quia sic conueniens erat in medio tam excellentis fabricæ ponere statuam principis: quando dixit: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. In hoc homine non aliter, ac statuarius in fabrica suæ statuę, fidem immortalitatis animę posuit. Sumit terram, eam coniungit, & effingit figuram: quæ quidem non est statua, sed fundamentum statuæ. Post infundit in formam metallum: ac ruptâ forma extrinseca, metallum perpetuò restat. Sic fecit Deus: *Tulit Dominus de limo terræ, & formauit hominem*: quod quidem non erat homo, sed forma ad superinfundendam animam, quam postea infudit. *& inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem*. Et sic manet immortalis anima, corpus mortale. Post peccatum hominis Deus in hac fide eum probare volens, in faciem ei dixit: *Terra es, & in terram ibis*, experientia quotidiana teste. Quis, quæso, credidisset immortalitatem animæ, si non aliquod huius rei signum vidisset? Ergo replantauit Deus hanc fidem, ac nascebatur homo qui non moriebatur, sed disparuit a mortalibus oculis, nec vnquam fuit amplius visus. Hic fuit Henoch: *Et amplius non apparuit Enoch, quia ambulauit cum Deo, & tulit eum Deus*. Et en Symbolum immortalitatis animæ, quod mortuo scilicet corpore ipsa expers mortis eò vadit, quo Deus voluerit. Vides hunc hominem, inquit Deus, qui non moritur, & tamen inter vos nullus reperitur, & viuit vt prius, quia transtulit illum in Paradisum. Sic est de anima.

Quot insuper figuræ, in veteri lege immortalitatis animæ reperiuntur ad adstruendam fidem? quas breuitatis causa relinquo. Audite aliam. Testatur patientissimus Iob in potestatem diaboli a Deo datus, qui omnibus omnino rebus eum spoliauit. Volens ergo tamen

Deus

Deus hanc viri patientiam remunerare duplo, loco triũ milliũ camelorum illi restituit sex millia, loco septem milliũ pecorum, illi reddidit quatuordecim millia, loco quingentorum parium boũ illi restituit mille. Loco filiorum, quæ [illegible] maior plaga erat, septem scilicet ac filiarum trium, non amplius duplo, sed totidem ei restituit. Hic quæro, quare non duplo filios ac filias sicut camelos, armenta & pecora restituerit? quia non moriebantur vt pecora, sed vt homines, qui anima immortali [illegible]: septem filij perierant, qui in resurrectione vniuersali resurgent, his [illegible] alios adiunxit, vt duplo augeat numerum. En iudicium immortalitatis animæ. Relinquo vmbras antiquæ legis [illegible] ad res noui Testamenti. Ma[illegible] gloriosa, quæ assumpta in cœlum corpore & anima, ipsa inquam, [illegible] animæ figuram tenet: (sunt [illegible] in comparatione illius omnes [illegible] anima, pura ac mera ca[illegible] ipse hoc dubium soluit. [illegible] corpore, triduo in sepulchro quieuit, & eodem triduo anima ad inferos descendit, & spolia ab hostibus reportans vltimo victoriosus ad corpus rediit. Quis tam superbi cerebri [illegible] ingenij hanc fidem ac veritatem [illegible]? ego homo mortalis propter immortalitatem animæ meæ hic [illegible] veritatem præfatam tuear. [illegible] omnis res corruptibilis [illegible] magis inueteratur, tanto [illegible] sua virtute ac vigore, id [illegible] in corpore humano & potentijs eius [illegible] organis corporalibus af[illegible] ergò si anima esset mortalis, [illegible] paulatim perderet [illegible] virtutem. Atqui hoc in illius potentia, vt voluntate ac intellectu non apparet, imò totum contrarium, quia quanto quis senior, tanto prudentior & [illegible], secundum illud: *In senibus est sapientia, & in his qui multo sunt tempore, prudentia.* Si igitur nec intellectus, nec voluntas corruptibilis, ergo nec anima, cuius illæ potentiæ sunt & virtutes. Et quamuis Aristoteles balbutiendo senserit, potentias has animæ esse affixas corpori, dum ait: *Quod si habet opus proprium, à corpore contingit separari*; attamen nisi impij Philosophi esse volumus, opus est, vt confiteamur easdem animæ potentias esse separabiles à corpore, immortales, abstractas substantias per se subsistentes: si separabiles: ergò anima rationalis cuius est intellectus, cognitionem habet extra corpus, ergò non moritur cum corpore. O miseros parum fideles ac religiosos, qui dum animas vestrorum iam mortuorum non videtis, non creditis, plangitis, nec pœnitentia mouemini? Ab ipsis mortuis addiscere vultis fidem futuræ vitæ: *Habent Moysen & Prophetas,* inquit ille, *audiant illos. Si Moysen & Prophetas non audient, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.* Similes estis Iudæis, qui Christo mortuo ac resuscitato post resurrectionem non crediderunt. Concludamus igitur nullam vnquam fuisse sectam tam atrocem ac à vero quamuis omni aberrantem, quæ immortalitatem animæ non crediderit. Et quæ natio fuit vnquam tam barbara (exceptis paucis Anthropophagis & Troglodytis, qui carne humana vescebantur) quæ licet non erexerint statuas pyramides, non fabricauerint tumulos, sepulchra: saltem terram non effodissent ad reponendum mortuum: aut inhumato non se inclinassent, proprijs manibus terram familiariter porrigere, ne propter dignitatem animæ corpus ipsum aeri exponeretur. Vnde Virgilius: *Eripe me his inuicte malis, aut tu mihi terram Iniice (namque potes) portusque require Velinos.* Hinc nascitur meum Principale: si anima est immortalis & separata à corpore, viuit meliori vita: ergò contenti simus moriendo: *Nemo censet fugiendam esse*

Aristot.

Reprehenditur curiositas humana circa immortalitatem animæ.

Omnes hæreses sectantur immortalitatem animæ.

Hominem non libêter mori.

[illegible]

esse mortem, quam immortalitas sequatur: inquit ille magnus Romanæ parens Eloquentiæ. Hæc res prædicatori Christiano difficillima, quia tantæ miseriæ ac putredinis plenus est hic mundus, vt omnis euanescat spes auxilij ac honoris, si quis desiderio inuadi, officio charitatis adductus, hanc prouinciam aggredi præsumpserit. Ego tamen si quid possum agam, ne mortem hanc vnquam timeatis.

Mortem nō esse timendam.

Tam ne formidabilis mors, Auditores? verùm quidem qui in morte solùm considerat corruptionem carnis, palliditatem vultus, frigiditatem immobilem, oculos illos depressos, membra vacillātia, dissolutionem membrorum, scaturiginem illā perpetuam verminium, & muscarū, putredinem corporis, sepulchri fœtorem, tumuli horribilitatem, & finaliter dissipationem & annihilationem omnium partium visibilium hominis, hæc inquam mōstrosa esse & horrenda: *Mors, quàm amara est memoria tua, homini benè habenti.* Nihilominus qui partem alteram illam inuisibilem, animam miratur, ad similitudinem Dei efformatā, quid quæso videbit in morte quod non summè desiderandum? taceo quòd per mortem quasi circulum anima & spiritus redit ad Deū, qui creauit illum, quod per mortem homo conuersationes humanas relinquat, & illas angelicas inueniat, quòd per mortem relinquat mundum, in quo seruum agebat captiuum, & inueniat cęlum, vbi liber & solutus erit. Dicam melius ad cōuincendum omnes.

Mors medium perueniendi ad cælum.

Omnis vita hominis solum fundatur in spe, quæ impleri non potest sine morte. Quis ergo tam stolidus, abhorret ab his, quæ ad acquirendam spem conducunt? Christiane quid speras? inquit, spero gloriam, conuersationem Angelicam, visionem Deificam, cognitionem rerū omnium, possessionem totius in illa beatitudine: sed quibus medijs? qua via? nisi per mortem? Ethnici ipsi asserunt neminem ad campum Elysium, nisi per flumen Lethes, per Labyrinthos Inferni, tanquam vmbras & similitudines mortis peruenire vnquam posse. Conuincam melius stolidum vestrum timorem mortis. Somnus, vt magnus ille loquitur, parēs est mortis, nosque continuò per somnum mortem experimur: audite Christum. Lazarus amicus noster dormit. Mira res homo de die laboribus fessus vesperum expectat & somnum, nec timet dormire, vt quiescat.

[illegible]

Et qualis somnus erat ille? dum dormis, manes insensibilis, non vides, non recordaris tui ipsius, es priuatus lumine huius mundi, delitijs vitæ: non cognoscis filios, vxorem, amicos, nō recordaris rerum, pecuniarum, possessionum, domorum, neque etiam thesauri tui, tam delicate amati. Hoc ipsum quod somnus est noctis, mors est totius vitæ. Ergò si vespertino tempore non abhorres dormire lassus, imo desideras, exoptas, post labores huius vitæ tam anxius abhorrebis ab vltima quiete, quæ nihil nisi somnus? sed quid dico, alia quies mortis est, in qua non priuamur luce, sed per eam portæ lucis nouis reserantur. non audis: *Ambulantibus in tenebris lux orta est eis,* progredimur de tenebris vsque ad mortem, & post mortem fugatis tenebris, porta lucidi paradisi aperitur: tunc nō perdemus nostras delitias, diuitias, sed acquiremus eas, quæ desiderium nostrum exsatiabunt. Tunc satiabor cum apparuerit gloria tua. non perdemus cognitionem amicorum & aliarum rerum desideratarū, quia perueniemus ad cognitionem primi illius obiecti, in quo omnes res illucent: tunc *cognoscam, sicut cognitus sum.* Hinc melior somnus mortis, quam ille noctis, quia hæc te omnibus rebus priuat. Sed inquis, dormio quidem nocte, sed manè expergiscor: sed si moriar, quis me suscitabit? Ah stolidi: Phœnix naturaliter non timet mortem, quia post mortem instinctu naturæ cognoscit, quod renasce-

nascetur & renouabitur, pulchrior quã primo; & nobis non est promissa resurrectio corporum & melior vita? *Requiescet caro mea, & requiescet in spe*, & plus credet phœnix instinctu naturę ducta quam homo totius naturæ authori. Audi melius. Quando auiculæ æstiuales autumnali tempore a nobis recedunt, hinc inde per aera volitant, gyros ducũt, inclamant alios. nam mare longum illis remigandum est: quid si nobis percunctantibus vnde aut quo vadant, respondere possent, certe dicerent; recedimus quia hyems aspera nos subsequitur, & in his partibus animalia cætera victui nostro necessaria frigore pereunt: ad partes salubriores tendimus, quæ rerum omniũ abundantiam suppeditabunt; quærentibus vero nobis quis hęc illis nunciasset, vtique responderent, naturam: Vnde libenter relictis proprijs domunculis abeunt. Ah. Aud. *Turtur & hirundo, & ciconia* ait Propheta, *custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus me non cognouit.* Auiculæ cognoscunt tempus instinctu naturæ, credunt ea quę non viderunt, & tu non credes Deo authori naturæ, qui [illegible] instruxit, qui hoc mare nostrum mortis, ductu Spiritus sancti emensus est, & perueniemus vbi melior vita [illegible] Palladam, veritate potius ductum, quàm instinctu alicuius nominis. Anima cum egressa fuerit a corpore tamquam a vinculis mortis, fugit ad Deum immortalem. Non [illegible] in obscuro illo sepulchro [illegible] Chrysost. *Corruptione corporis mors destruitur, nõ corpus.* Non in eum finem corrumpitur, vt pereat aut corrumpatur, non enim corpus quod pulchrius erit, sed mors perit, hoc tali pacto fit. Si quis statuam æneam in qua propter antiquitatem membrum aliquod deficit, Magister totã in igne liquefacit vt membrum confractum reficiat. diceret quis, penitus corruptam esse, certè statuario magnam ignominiæ notã inureret, qui

[illegible]

Resurrectio nostra probatur. Chrysost.

Simile.

totam dissoluat, vt totam ex integro restituat; Sic Deus nobiscum agit, corrumpitur pes, manus, oculus corporis tui, accedit statuarius mors scil. quæ corpus totum per putredinem destruit, vt inde pulchrius aliquod effingat: *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem.* Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Habebimus idem corpus in iudicio post mortem, quod nũc in mundo per vitam: seminatur corpus animale, en statuam ruptam, surget spirituale, en statuam refectam. *seminatur in corruptione*, hoc est, metallũ, siue statua confracta: *surget in incorruptione*, hoc est, metallum refectum: seminatur in infirmitate, hoc est metallũ in igne positum. surget in gloria, & hęc est statua pulchra & noua, dotabitur qualitatibus nobilioribus, excellentioribus, vnde canit Ecclesia: *Deus per quem corpora nostra non pereunt, sed mutãtur in melius,* &c. Nolo o homo, vt exoptes mortem propter mortẽ, sed propter resurrectionẽ: Quia resurgemus. Afflictiones pressuræ, miseriæ nostræ vitæ, erũt remuneratæ præmio resurrectionis & gloriæ. Promissio Christi per Prophetam Amos adest: *In die illa suscitabo tabernaculum David, quod cecidit, & reædificabo aperturas murorũ eius & ea quæ corruerãt instaurabo, & reædificabo eã sicut in dieb. antiquis.* Scio Domine hac prophetiã esse de te factã, qui ex progenie Dauid: *Instaurasti tabernaculum tuũ:* quod cecidit, quãdo inclinato capite emisisti spiritum, fuit confractum, quando lancea caro tua aperta est: fuit reædificatũ quando resurrexisti. Scio tamen S. Paulum sic concludentem: *Si Christus resurrexit, & nos resurgemus.* August. *Caro Christi, & caro mea, spiritus Christi, spiritus meus. si Christus resurrexit, resuscitabor & ego:* vt mortuum, putridum putidum resuscitabit: hoc ipsum loquuntur scripturæ, & symbolum fidei. *Carnis resurrectionem, vitam æternã.* Paulus verò præ cæteris altiùs hoc probat. Præmittit primo Prologum dicendo: *Quomodo resurgent mortui? quali autem corpore*

Aliter probatur nostra resurrectio.

Resurrectio nostra iterum asseritur.

viuent? Subsequitur: *Insipiens tu quod seminas non viuificatur nisi prius moriatur: & quod seminas, non corpus quod futurum est, sed nudum granum, vt puta tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus, sicut vult, & vnicuique seminum proprium corpus.* En totum prologum. Stolide hominum, inquit Paulus, non vides, quòd id quod seminas non redeat ad vitam, nisi prius moriatur? non seminas corpus ipsum quod iterum nasci debeat: sed proijcis granum in terram vt germinet; seminatum, marcidum, putridum, nullibi æstimatum, quando minus cogitas, en germinat ac virescit pulchriùs quàm primò. Sic eodem modo nobiscum agit Deus. Quando mortuus iaces, Deus te seminat, & tradit sepulturæ, tu putrescis, cibus vermium & muscarum, stolidis nihil minus cogitantibus faciet tecum, sicut cum grano, resuscitaberis vt semper viuas. O pulchrum argumentum, ô mirabilem Paulum. Audi Iob: *Scio quod in nouissimo die resurrecturus sum & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum, quem visurus sum ego* Quomodo hoc scis, ô patientissime Iob? scio, dicit ex meipso, ex cœlis, ex sapientibus, ex Dei iustitia, ex philosophia naturali, ex natura ipsa, ex omnibus operibus Creatoris: vltimo scio ex arte quod aliter nō possit esse, & quòd in nouissimo die surrecturus sum.

Resurrectionis probationes.

Scit ex seipso.

Non recedam à doctrina S. Pauli, & quomodo hoc ipsum probet videamus. Scio inquit, primo ex me ipso, vnde dicit: *Non omnis caro eadem caro, sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia piscium.* Vult dicere, tu vides resurrectionis veritatem in te ipso, manducas capras, oues, pisces & alia, hæc non est tua caro: nam alia volucrum, alia hominum, alia pecorum, alia piscium: neque etiam est viua caro, & tamen virtute caloris naturalis caro illa transformatur in tuam viuam, estque primo caro mortua non tua, sed per mortem, tua fit & efficitur caro viua. Hoc in teipso vides: Ergò si caro illa mortua, & non tua resuscitatur in carnem viuam & incorruptam, & [illegible] qui hoc ij sum propter te facit, quare non facit vt eadem tua caro maneat incorrupta? si ad conseruationem carnis tuæ hoc præstat, quomodo non efficiet, vt caro tua aliquando maneat incorrupta? *Scio, scio, quod in illa die resurrecturus sum. Scio etiam,* inquit, *ex cœlis,* vnde S. Paulus adiungit. *Corpora cœlestia, & corpora terrestria: sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium, alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum: stella enim differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum.*

Scit ex cœlis.

Dicit ergò, Deus tot nobilia corpora propter te fecit, & teipsum melius cæteris omnibus: alia fecit incorruptibilia: igitur qui rem incorruptibilem propter corruptibilem fecit, & finis semper melior his quę ad finem conducunt, ergo nobilior es ô homo cœlo, terra, luna, sole, stellis, quæ omnia propter te facta hęc sunt incorruptibilia & æterna, & tu non eris æternus? quid nobilius, cœlum an tu ipse? cœlum non videt, non audit, non sentit, non discurrit, non intelligit: tu vides, & omnia alia exerces: illa Deus propter te incorruptibilia fecit, & te incorruptibilem non faciet? *Scio quod in die illa resurrecturus sum.* Rursus inquit, *scio a prudentibus.* Dicit Damascenus: *Si Resurrectio non est, ergò prouidentia non est.* dicite, quare tot curę, promissæ minæ, tantæ leges? per quatuor solos dies, quib. in hoc mundo manebimus? quare tanta abstinentia & interdictio desideriorum carnis? Scitis enim quid dicat Iob: *Posuisti in neruo pedem meū, & obseruasti semitas meas.* Tu me ligasti, inquit, pedes a desiderijs, linguam ligasti, manus, nec eas dissoluo, nisi propter te, & quare hoc? vt sim postea cinis forte, aut nihil ampliùs de me inueniatur, vt moriar. & præterea aliud nihil? non est possibile Domine mi, nam tot & tanta mihi mandasti, vt ea obseruanti mihi grandia retribueres: *Militia est vita hominis super terram, & sicut dies mercenarij dies eius.*

Scit ex prudentibus. Damascen.

eius. Nota, mercenarij, inquit, nam si dies pro mercenarijs destinati sunt, & hæc tota vita hominis sit, quando ergò talentum accedet; quando præmium accipiam? fortè solo cinere me præmiabis? non, non: *Scio quòd in nouissimo die resurrecturus sum.* Scio, inquit, ex iustitia diuina, quæ castigat peccantes, & remunerat benefacientes. Et quis peccat? anima sola, corpus solum, aut potiùs ambo coniunctim, actiones enim sunt suppositorum. Ergò si præmium adest, necessarium prorsus, vt tam pro anima quàm pro corpore sit, si pœna debetur, vtrique debetur: *per quæ peccauerit, per hæc & punietur.* quod nullo modo verum esset, nisi esset resurrectio. *Scio ergò, quod in die illa resurrecturus sum.* Vnde S. Hieronymus: *Ita fit vnicuique animæ, vt non ad consimilum & extraneum corpus, sed ad suum quod habuerat, reparetur*; consequenter potest pro agonibus præsentis vitæ cum anima sua caro vel pudica coronari, vel impudica puniri. Scio rursus, inquit, ex philosophia, non quidem demonstratiuè, quia carnis resurrectio solius fidei, sed probabiliter dicit enim: *Nullum violentum durabile*: separatio animæ & corporis est violenta: ergò non potest esse perpetua. Rursus quilibet desiderat semper viuere, & hinc nascitur quòd separatio corporis & animæ sit violenta: dico ergò, Appetitus naturalis non fertur ad impossibile: hoc desiderium est omnium: Ergo non potest esse impossibile. Nullus certè desiderat esse Rex, si non habeat viam & modum eò perueniendi, ergo hoc quod ab omnibus desideratur, est naturale, & quia naturale ideo possibile. ergò implebitur nostrum desiderium. Figmenta sunt quę de auro potabili sparguntur, quod reiuuenescere faciat: ergo fiet, fiet, scio quod in illa die resurrecturus sum. Scio inquit, ex natura ipsa. Videmus diuersitatem creaturarum naturalium: aliæ

Scio ex iustitia diuina.

Hieron.

Resurrectionem probat philosophia.

Resurrectionem natura probat.

sunt purè intellectuales, vt Angeli, aliæ purè corporales, vt sol & luna. Ex his sunt æternæ intellectuales, æternæ corporales sine intellectu: Nos mixtum quid sumus inter corporalia & intellectualia: si ergò incorruptio penes extrema manet, quare ergo & non penes medium, quod vtrinque participat? Scio ergò quòd in die illa resurrecturus sum. Scio iterum ex omnibus operibus naturæ. In rebus naturalib. aliquæ sunt, quæ solum esse participant, seu non sentiunt, non intelligunt, non viuunt, vt sunt petræ. Aliquæ viuunt, sed non sentiunt, non intelligunt, vt sunt plantæ. Aliquæ viuunt & sentiunt, sed non intelligunt: vt sunt animalia bruta. Et aliquæ sunt, quæ esse habent, viuunt, sentiunt, intelligunt: vt sunt homines. Inuenitur in his rebus quæ sunt, quæ viuunt, & sentiunt resurrectio. quare non in homine, qui viuit, sentit, intelligit? omnia ex ordine probabimus. Petra mortua resurgit certo aliquo modo: percussa scintillat, & in loco obscuro lumen accendit mobile, lucidum, clarum, subtile, impassibile: Et hæ sunt dotes corporis resuscitati glorificati. Ex lapidibus sunt nonnulli, qui redacti in cineres crystallum lucidū & vitrum æmulantur. Ex lapidibus sunt, qui corpus opacum, graue, grossum habent nūquid efficitur inde lucidum, transparens, leue, quod in globum redactum, flatu, in tantum excrescit, quantum credibile est. Est etiam vitri cinis suo modo æternus, & ignis non consumit vitrum, sed polit. Vides ergo veritatem resurrectionis, in rebus quæ esse solum habent. Plantę & arbores in hyeme mortuæ apparent, sed agricola tempore veris eas mundat, superflua amputat, vt melius germinent: omnes suo tempore fructus diuersos proferunt, quāuis in hyeme nulla in ligno videatur diuersitas. Sic nobis quos Agricola ille

Resurrectionem probant opera naturæ.

Resurrectionem probant res quæ solum esse habent.

Resurrectionem viuentia astruūt.

cœle-

cœlestis sua peracuta falce mortis resecar, eueniet, superflua auferet, imperfecta demet, vt instar nouellæ plantulæ post flores pretiosum fructum proferamus. In his quæ sentiunt, vt serpentibus idem euenit, qui tempore veris renouātur, inter duo saxa superflua relinquūt. Sic & nos positi sub saxo sepulchri relinquemus, infirma scil. mortale, & resuscitabimur gloriosi: Refloruit caro mea. Simile in bombyce clarissimum, antequam filum texit, includit se, ac immobilis vsque eo manet, donec spiritu viuificata, disrūpat clausuras, & pulchrū album sericum proferat. Quid dicemus de nobis quando clausi ac tumulo detēti, tuba illa efficaci suscitabimur, nunquid pulchriores, lucidiores progrediemur? Scio ergò quòd in nouissimo die resurrecturus sum. Scio vltimò ex arte: nam res fractæ, arte restaurari & reparari possunt. Non conuenit tam sapienti artifici Deo, fundamentum ac parietes seiungere, sed hæc insimul componere, corpus non semper in terra, anima vero alibi manebunt, coniungent aliquando hæc duo. Scio ergò quod in nouissimo die resurrecturus sum. En, Aud. finem faciamus de resurrectionis veritate, nullū aliud restat dubium: totū negotium in hoc solùm consistit, vt benè resuscitemur, dicente Paulo: *et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi*, primi, id est, optimi. Et verè resurgemus primi, id est, ad gloriam: resuscitabuntur etiam damnati, sed erūt nouissimi. resurgent, sed parua illis inde vtilitas, dicēte Paulo: *Non resurgent impij in iudicio*: nō resurgēt vt extollantur, sed vt potius deprimantur in sepulchro illorum: antea erant illorum corpora, nunc vlterius descendent, scil. in infernum. Scitis, Aud. qui resurgent primi qui benè resuscitabuntur? certè, qui benè viuunt. nunquam res tam contrariæ inueniuntur, quam vita & mors, & tamen magna inter hæc duo etiam conuenientia, nam qui benè vixit, benè moritur, & raro benè moritur qui malè vixit. Benè ergo viuamus, vt benè moriamur. Non inuenio autem viam viuendi & benè moriendi, nisi in mortis continua meditatione: *Memorare nouissima tua*, &c. Si peccabis, non peccabis in æternū, facies pœnitentiam. Propone tibi pauonem superbe contemplantem, alis pennas suum modulatum dimittit, dum pedes aspicit, ioid. secius in pedibus eius in morte videbit homo pedes, id est, sepulturam fœtidam, eoq; se recludi conspiciet. Eamus quæso ad sepulchra nostrorum parentū, vbi quæso pulchritudo ac decor vllus reperitur? obdurabitis nares, & qui delicatiùs carnem nutriuit, pulchrius conuiuium vermiū fecit. Quære in sepulchro amatores mūdi, reges terræ, interroga illos, certe loco viuæ vocis, muta quædam vox inaudietur: *Ecce nunc in puluere dormio, & requiesco.* Nunquam sepulchra mortuorum cum Academia Democriti ingredimur. quid enim aliud monumentum, quàm monens mentem, associare mortuos, vt vel hinc discas, quid aliquādo de te futurum sit, qui ita viuis, quasi perpetuo esses victurus. Sic S. Basilius fecit, qui dum tanquam pater ac pastor populo proponebatur, hanc vocem sibi sæpiùs inculcandam iussit: *Pater sepulchrum tuum nondum perfectum est.* Volebat hic S. aspicere pedes, postquam caudam contemplatus fuerat. hoc verum remedium contra superbiam, hæc vera philosophia, meditatio inquam mortis: alta quidem, quæ Deum nos cognoscere facit: profunda, quia Deo nos humiliat: subtilis, quæ in nostri cognitionem nos ducit, & vsque ad ipsas medullas reuocat.

Resurrectionem sensibilia probāt

Exemplum

Exemplum

Resurrectio ex arte probatur.

Resurget benè qui benè vixit.

Meditatio mortis ad benè moriendum.

Basilius.

Sermo

Sermo de Morte.

MIsereor super turbam hanc, quia iam triduo sustinent me, & non habent quod manducent, & si dimisero eos ieiunos, deficient in via. Misereor & ego super turbam hanc, super vos, Auditores meos, qui vtinam sustineretis Dominum, sicut deberetis, sine dubio refectionem daret Dominus vobis sacramentalem, sicut ego doctrinalem: sed valde timeo, ne illa non fiant, & vos deficiatis in via. In via estis peregrinantes, sed si ad locum præfixum non perueniretis, ibi dolores & angustiæ vndique. Itaque in via est iter dom, vt terminum vobis propositum consequamini. Sed misereor super vos, quod in hac vita tam leues mundani, & tam tristes sitis, Dei vestræque animæ obliti. Certè memoria mortis refricanda homini hic tam obliuioso, alibi tam memori, vt hic Lethen epotasse, illic sub Simonide, memoriæ artem perdidicisse videri possit, similis Nabuchodonosori dicenti, Dan. 2. *Vidi somnium, & mente confusus ignoro, quid viderim. Somnium igitur, & interpretationem eius indicate mihi.* Quo ad mortem itaque, illa est æquissima naturæ lex, tributum, officiumque mortalium, æqua omnium portio, tam præliantium, quam remanentium ad sarcinas. Dicta est à vita emerita vel absoluta, & mortui, quasi emeriti, quòd militia vitæ huius illi absoluti & exautorati: vel à Morsu iuxta Augustinum, quod morsu venenosi serpentis in paradiso fuerit Adã interemptus. Et sicut morsu pars aufertur, pars relinquitur. Sic morte corpus tantum, non etiam animus, qui immortalis est natura, enecatur. Mors item & morsus fiunt cùm doloris sensu notabili, quin & mors ipsa amara, præcipuè pacem habenti in substantijs suis. Eccl. 41. Misereor ergò super vos, qui tam securi viuitis & in puncto ad inferna præcipitabimini. Deus salutis vestræ autor & amator multis modis vos admonet mortis, & super cætera præteritis Primò, Materia, in qua creauit, quia ex puluere telluris fecit hominem, itaque fragilem se sciret. Secundo Nuncupatione. Adam enim terrenus vel terrigena vocatur: ex qua nominatione sola dissoluendum se facile cogitaret. Hinc Ierem. 22. *Terra, terra, terra.* Homo enim ab humo Latinis dicitur: Tertio, Vestimento. *Fecit eis tunicas pelliceas, & induit eos*, scil. ex exuuijs mortuorum animantium Gen. 3. vt vestem intuiti de morte cogitarent. Quarto, Opificio. Fodere enim eos iussit & agrum colere, tã antè culpam, quam mox post culpam, vt quoties terram ligone foderent, toties de sepulchro cogitarent, quod sibi iam tum fortè pararent, dicerentque, Mori restat. Iob 17. *Solum mihi superest sepulchrum.* Quintò, Admonitione antè & post culpam. Antè culpam. Genes. 2. *In quacunque hora comederis ex eo, morte morieris.* Post culpam Gen. 3. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo, &c. donec reuertaris in terram, de qua sumptus es.* Sextò, Mysterio. Eccles. 7. *Memorare nouissima tua.* Eucharistico. 1. Cor. 11. *Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis*, ac vestram facile, donec veniat. Mors vitam scilic. Christum aggressa, non audebit mortales aggredi? Tu quis es? quem teipsum facis? Sciant gentes, quoniam homines sunt, nõ dij. Psal. 9. ne insolescãt, sed humaniter viuant. Psal. 81. *Dij estis, & filij Excelsi, omnes quidem: vos autem sicut homines moriemini.* Homo es, Imperator, Rex, Princeps, Baro, nobilis, &c. Apud Ægyptios, Herodoto teste l. 3. in optimatũ ac diuitum genialibus conuiuijs, cadauer ligneum, in orbem intuendum singulis ostendebatur his verbis: In hunc intuẽs pota & oblecta te, talis post mortem futurus. Saladinus Babyloniorum Rex, Asiæque dominator, Cæsestim 3. & Imperatoris Barbarossæ tempore florentissimus, moriturus iussit subuculam suam longè lateque ex hasta circumferri,

Margin notes (left): *Mortis memoria refricanda.* — *Mors est naturæ lex æquissima, tributum, officiũ, &c.* — *Mors à meriti.* — *Mors à morsu.* — *Mortis admonet Deus multis modis.*

Margin notes (right): *Materia.* — *Nuncupatione.* — *Vestimento.* — *Opificio.* — *Admonitione.* — *Mysterio.* — *Pontifex, Cardinalis, Archiepisc. &c. homo es.* — *Cadauer ligneum in conuiuijs genialibus appositum.* — *Moriturus Saladinus quid fecit.*

ri, atque ab armigero proclamari. Hæ reliquiæ Victoris totius Orientis mortis ita omnes obliquè admonens.

August.

Augustinus l.2. de doct. Christiana. *Timor de futura morte mentem necessario contutit, & quasi clauis carnis, omnes motus superbiæ, ligno crucis affigit.* Ioannes Climacus. *Sicut panis necessarius est homini præ cæteris alimentis: ita men-ta mortis meditatio necessaria est homini præ alijs donis & exercitijs bonis.*

Mortis meditatio homini necessaria.

Imò necessaria est, vti auibus alæ ad volandum, nautis vela ad nauigandum, piscibus caudæ ad natandum, quadrigis rotæ ad vehendum, equis vngulæ ferratæ ad currendum, ita homini mortis meditatio: quæ est sicut collyrium pro oculis & medicamentum præseruatiuum. Misereor ergo super vos, &c.

Peccatum parricida.

Amet quisquam peccatum totius generis sui, suique tandem ipsius parricidam, certè Diogenem voluptatum abstinentem fecit frequens sepulchrorum intuitus. Epilogi vice concluduntur Genes.5. antiqui patres, & mortuus est, & mortuus est. Ferunt hac cogitatione, patrem filiumque nobiles, Religionem ingressos. Cùm enim vnigeniti sui in monasterium ingressum ferret ægrius, sæculi adhuc mancipium pater, & auellendi illinc studio illum inuisisset, minitans etiam Abbati ferrum, flammamque scil. euersionem Filius reditum promisit, liberaret modo pater consuetudine vnica ditionem suam. ea scil. qua æquè cito mori adsolerent iuuenes & senes, alioquin nunquam se inde egressurum. Rem ergò illam viribus suis superiorem intelligens pater adiunctus ordini, pariter cum filio vixit cælo, soloque est mortuus.

Mortis minæ valdè corrigunt hominem.

Minæ mortis & pestis tempus valdè corrigunt homines & ad confessionem compellunt: Ibi superbia omnis, robur corporis, prosperitas, victoriæ, diuitiæ, fama, sciẽtia, &c. simul pereunt, leuia etiam febricula. Viderũt, qui triumphantibus Romæ adiunxerũt, qui in festa pompaque triumphali diceret: Hominem te esse memento. Da centum annos etiam, neminem tuorum laudatorum sol videbit, superent numero vel Xerxis exercitũ, ideo etiam in Hellespontica specula lachrymantis. Videte quomodo correspondeat sibi Nabuchodonosoris statua. Dan.2.

Statua Nabuchodonosoris explicatur.

Significat statua procera Magnates, caput aureum nobilitas sanguinis, pectus & brachia argentea pecunia, cui cumulãdo pectore toto, manibus brachijsq; adlaborãt, & brachium, potens pecunia. Venter ex ære (ex quo tubæ fiunt) fama, crura ferrea, potentia, pes ex luto mortalitas, lapillus, mors a monte iustitię Dei, omnia redigens in fauillam.

Alfonsus Arragonum rex.

Alfonsus Aragonum Rex vidit hoc ipsum, qui rogatus, quæ res Reges ac priuatos, diuites ac pauperes claros obscurosq;, deniq; omnes prorsus exęquaret, respondit: cinis.

Cineri quid competit.

Cineri vero expedit iacere, non efferri, ne auolet. Et cinere quid vilius? prima ferè materia est, corruptis iam rerum essentijs. Denique si in morte paria tam multa, cur tãta impuritate viuitis & tam æqualibus tam inæquales?

Mortis recordatio quid efficiat.

Hæc mortis recordatio debilitat carnis cupidates, comessationes, vestes, quæ ex amoribus ad amores illicitos, amores vetitos, &c. eneruium hominum deliramenta. Vos ne quęritis epulas corpori, si moriturum hoc, atq; escę vermibus futurum cogitatis & creditis? sepulchrum patens est guttur vestrum.

Morti frons centuplex.

Frons morti centuplex & pro frontium numero, numerus etiam candelarum, itaque vt mortem patienter feratis, attendenda varia, quæ his verbis includuntur. *Statutum est omnibus hominibus semel mori* Heb.9. Vultis mori fortiter attendite mortẽ quisq; a seipso. Nam quisque suę fortunę faber. Sap.1.

Mors à quo & quo...

Iniustitia mortis est acquisitio: impij enim manibus & verbis accersierunt illam. Hospes itaque quem aut vocastis aut admisistis, molestus licet, ferendus. Secundo, à Deo sed iusto, sed imperturbato vltore peccati Adæ. Tertio, Vt communem omnibus. Lex vniuersi est, quæ iubet nasci & mori: ergo

com-

commune malum, gaudent socij pœna rum. Quartò, Vt inelucta-bilem. Nunc 23 *Non est Deus, vt homo, vt mentiatur, aut vt filius hominis, vt mutetur.* Leges humanæ atque diuinæ, quædam antiquantur, vt lex Diuortiorum, quædam mutantur vt Circumcisionis, quædam editantur. Exod 34 *Primogenitum asini redimes oue, sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur.* quædam restringuntur aut ampleantur, vt omnes pendant hoc vectigal exceptis equitibus auratis. quædam dispensantur vt sabbatha ac festi dies, quædam supplentur ab alijs pro alijs, vt satisfactiones pro peccatis, Ouis Isaaco succedanea. quædam obsolescunt vetustate. Sed nihil horum cum statuto mortis. Deinde illa quæ rerum intulisti, tantum efferre te sinet. Nudum aduenam, exulem nudum emittet. *Et relinquent alienis diuitias suas* Psal. 48. Et porcus merus, qui nulli in vita vtilis, quam sibi, in morte vice versa inutilis tibi, inutilis omnibus, omnes fugiunt & omnia profunt. Psal 38. *Thesaurizat & ignorat, cui congregabit ea* sic est de omni mortuo. Luc. 12. *Stulte hac nocte*, &c. Itaque distribue donec quid habeas, in cęlis, inuenies *Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet eam*, Matth 16. Ne pereant, perde, ne dissipentur, disperge, vt habeas semper, tantisper non habe. Eccles. 29 *Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum, & non abscondas illam sub lapide in perditionem* Mors vel conniuens vel potius fascinata atque eluta, eleemosynas solas efferri sinit, nihil suspicata de cuniculis, nihil de manipulis ac saccis egenorum. ac tunc fremet mors instar frustrati prædonis. *Facite ergò vobis amicos de mammona iniquitatis*. Luc. 16 Insuper mors prodest ad perseuerantiam in bono. Nauigantes, portus suos intuiti, sunt fortiores. Quin & patientia quoque in aduersis hinc maior. Speratur enim aduersorum finis, alterutrius, aut tyranni opprimentis aut oppressi morte. Et vita hinc castigatior. Bene mori, votum omnium ac singulorum longè maximum. Ideo, quòd semel fit, vt magnificè fiat, curandum. Mori naturæ est: Benè autem mori, aut meriti à vita bona, aut gratiæ singularis. Optat Balaam nolens volens prophetans. Numerorum vigesimotertio. *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia.* Misereor ergò super turbam hanc & super vos, Auditores. *Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus*, &c. Mors etiamsi sit omnium terribilium terribilissimum, tamen facilè contemnitur ipsius iugi meditatione. Est enim terribilis maximè infidelibus, iniustis, atheis, diuitibus acquiescentibus in diuitijs, quique nullius meriti aut operæ bonæ, & qui nunquam adflictati, qui notantur verbis illis: o *mors, quam amara est memoria tua homini iniusto*, &cæt. *Pacem habenti in diuitijs, Viro quieto*, scilicet, inerti &c. Quis noliet è domuncula putri & diffluente libenter discedere? Neque mori, graue quid, cùm sit afflatus vel expiratio quædam duntaxat, & peregrinandi finis, somnus, pensio debiti, & catastophe fabulæ. Vita enim nostra fabula ac sæpe etiam Tragœdia est Fabulis adsunt Actores boni ac plausu digni, vel mali & explodendi. Spectatores item, quibus fabula breuis est gratior, qui semel auditum ac visum ægrè deinceps audituri Tu qui lucentē hunc mundi globum vides, spectator es: at millies iam vidisti Orientem hunc solem, toties Occidentem, lunam, stellas, hyemen æstatem, &c. Omnia tandem sunt in orbem, & circulum recurrentia, nouū nihil Itaq; hæc fastidire debes, & concupiscere, quæ in cælo semper sunt delectabilia Audi mortalis homo, Deus plerisque bonis immittit cito mortem, vt aliquid boni, & quietis geniti ice, cū vita à vi deducatur, quòd præter natu-

Mortis statutū quale.

Mors diues exactor.

Mors conniuens.

Mortis Bonum.

Mors meditatione iugi facilè cōtemnitur.

Mors quibus terribilis.

Mori graue est.

Vita nostra fabula aut Tragœdia.

Mors aliquibus cito immittitur & cur.

naturam, animam illic velut cathenata. Ps. 141. *Educ de custodia animam meam.* Quod autem queraris, quod in agonia & lucta sint morientes, non hoc prouenit, nisi à larnis, monstris & spectris dæmoniorum, & non à metu mortis, sed ab illius desiderio, vitæque odio, ac etiam huius corporis tædio. Recogita ipse. Decubas lecto dormire fessus, si possis, velis. Non venit somnus: pedes agitas, corpus versas nunc in hoc, nunc in istud latus, vt ostium in cardine, flatus venti. Iterumq; iterumq; hoc facis, & certè is labor magnus. sed vnde, anne à somni metu an vigiliæ odio? Non à somni metu, illum enim petis & quæris fugientem, sed vigiliæ tædio & odio: sic est de moriente. Canis cathenatus, vt saltat, vt rotat caput, vt ore & vngue cathenã vrget. Sed hæc amore libertatis & odio captiuitatis. Captiuitatem is fugit, libertatemq; fugientem conatu illo persequitur. Agonia illa etiam homo quærit eam, quæ à morte est, libertatem. captus enim vim patitur & vinctus est. Audi Macrobium l. 1 in somnium Scipionis dic. *Antequam studium Philosophiæ circa naturæ inquisitionem, ad tantum vigoris adolesceret, qui per diuersas gentes, authores in cõstituendis sacris ceremoniarum fuerunt, aliud esse inferos negauerunt, quam ipsa corpora, quibus inclusæ animæ, carcerem fœdum tenebris, horrendum sordibus & cruore patiuntur, hoc animæ sepulchrum, hoc Ditis concaua, hoc inferos vocauerunt. Et omnia quæ illic esse credidit fabulosa persuasio, in nobismet ipsis & in ipsis humanis corporibus assignare conati sunt: obliuionis fluuium aliud non esse asserentes, quam errorem animæ obliuiscentis, maiestatem vitæ prioris, qua antequam in corpus truderetur, potita est, solamque in corpore vitam putantis. Pari interpretatione Phlegethontem, ardores irarum & cupiditatum putauerunt. Acherontem, quicquid fecisse dixisseue, vsque ad tristitiam, humanæ varietatis more nos pœnitet. Cocytum, quicquid homines in luctum & lachrymas compellit. Stygem, quicquid inter se humanos animos in gurgite mergit odiorum. Ipsam quoque pœnarum descriptionẽ de ipso vsu conuersationis humanæ sumptam crediderunt: vulturem iecur immortale tondentem, nihil aliud intelligi volentes, quàm tormenta conscientiæ obnoxia flagitio viscera interiora rimantis, & ipsa vitalia indefessa admissi sceleris admonitione laniantis, semperque curas, si requiescere fortè tentauerint, excitantis, tanquam fibris renascentibus inhærendo, nec vlla sibi miseratione parcentis, lege hac, qua nemo se iudice nocens absoluitur, nec de se suam potest vitare sententiam. Illos autem epulis ante ora positis excruciari fame, & inedia tabescere, quos magis magisque acquirendi desiderium cogit præsentem copiam non videre, & in affluentia inopes, egestatis mala in vbertate patiuntur, nescientes parta respicere, dũ egent habendis. Illos radijs rotarum pendere districtos, qui nihil consilio præuidentes, nihil ratione moderantes, nihil virtutibus explicantes, seet actus suos omnes fortunæ permittentes, casibus & fortuitis semper rotantur. Saxum ingens voluere inefficacibus laboriosisque conatibus vitam terentes. Atram silicem lapsuram semper, & cadenti similem illorum capitibus imminere, qui arduas potestates & infaustam ambiunt tyrannidem, nunquam sine timore victuri, & cogentes subiectum vulgus odisse, dum metuat, semper sibi videntur exitium, quod merentur, excipere.* Itaque vt concludam. *Mortem optare malum, timere peius.* Misereor ergò super turbam hanc, & super vos. *Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.* Miseria maxima mortalium est, qui mortem expauescunt. Vere militum labores puri ac magni, vt dulce bellum inexpertis: Statius autem, qui damnata bella repetat tam calenter. Vitam hanc & miserrimam norunt, & quotidiè talẽ conclamant, alteram contra fœlicissimam, & mortem timent. At contrarium docent miseriæ, quas in ortu, cursu, & occasu suo quisque sentit & detestatur. In vtero, in mundo, antè & post lachrymæ dolores & angustiæ. Item beatitates alterius vitæ. Timoris fontes sunt, fides infirma, ac prope atheismus. Secundo, Charitas frigens. Tertiò, cõscientiæ sordes. Quarto, Indulgentia corporis nimia.

Simile.

Poetarũ figmenta quo ad inferos explicatur.

Mortem optare, malum, timere peius.

Mortis timorem miseria maxima.

Mortis timoris fontes.

nimia Aut enim Deo aut Deum nō credimus, aut animæ immortalitatem, aut corporum resurrectionē aut, beatas bonorum sedes, aut si credimus hoc frigide valde Nec vniri commode Deo possumus, corporis huius pariete adhuc integro, mortis interuentu est opus, quæ parietem hunc demolitur. In summa mors est diuitum pauor, pauperum desiderium: itaque quo quis afflictior, eo magis appetit mori Nam mors ex se timēda nō est, sed author illius scil. peccatū. Sunt enim varij mortis authores, sc. natura per se ac directè. Secundò, peccatū per accidens & indirectè. Tertiò, Diabolus, vt consultor. Quartò, Deus vt vltor. Egregiè itaque præstandū, quicquid non iteratur. Creatur quis Pontifex aut Imperator, magnificè id fiat oportet, quia semel Semel in Theatro acturorū, quot præmij conatus & præludia, vt vel semel illud benè. Ergò semel victuro etiam magnificè viuendum, morituro semel egregiè moriendum. Naturæ hic ordo, quæ omne rerum edidit illustrissimum: In alijs actibus datur tempus reformandi; vixeris verò & obieris malè, rursus viuere aut mori nō datur, vt aliquid vitæ addas aut demas. Mors, latro hominis, latenter insidiatur. Ergò, *Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.* Iuuenibus mors in tergo, senibus prę oculis, illis insidiatur, his occursat, senibus in manus, adolescentibus in insidijs. Iuuenibus mors eminus, senibus cominus stare videtur, illis falsò, his verè Feritura autem senes præmittit suos feciales velut legatos, res suas repetitum, iustisque signis, bellum nunciat, chartulam, vt aiunt, manipulumque præmittit: Feciales mortis sunt tusses, obliuia, capitis tremores, oculorum caligines & quā vexillū mortis vocant, medici canitiē, quæ omnia sarcophagi clauos vulgus appellat. Iuuenes verò pacem mentiens plerumq; adoritur. Ex planitie & cominus senes: ex alto autem iuuenes & eminus ferit, hos sagittis, illos gladio. Senes enim vt plurimū credūtur cito morituri, iuuenes diu victuri: quæ spes vtrorūque dum est fallax, senibus grata, iuuenibus molesta est. Senes moriuntur expectatò, iuuenes inopinato. Rapiuntur iuuenes, senes exportantur. Abrumpitur vita iuuenum, senū dissuitur. Corripiuntur iuuenes, carpuntur senes. Cæterùm iuueni mors præsto, & seni & vtrique incertitas. Idolum mortis exoculatum est Nec tu roga, quando moriendum, sed quando moriendi finis tibi. Non enim tam verum moriturus nos aliquando, quàm quotidiè mori. Non rogandum, qua mors irrumpit, sed hoc potius, qua non possit. *Vigilate itaque* Heb. 9. *quia nescitis diem neque horam:* Inter reliqua ex his etiam status Religiosorum commendatur. Hinc non est quod dicatis, Cur nulli indicta mortis hora? Ne sutor vltrà crepidam, multominùs causæ & actiones diuinæ curiosius inquirendæ. E schola dæmonis profectū primum illud Gen 3. *Cur Deus precepit vobis ne comederetis ex omni ligno para.* [illegible] tem ab incredulis. Ioan 6 *Quomodo potest nobis hic carnem suam dare ad manducandum?* Et ab oblocutóribus. Matth. 9. *Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magister vester.* Et a discipulis Ioannis Christi æmulis. Matt. 9. *Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant.* A curiosiore Petro. Ioan. 21. *Domine, hic autem quid:* de Ioanne loquens Vnde à Christo redargutus, *Quid ad te? tu me sequere.* Si autem planè vis scire causam, dicā Primò, est ditio Dei, 1
vt hoc scias, ius vitæ necisq; non tam penes naturam esse, quàm penes Deū, Eccl. 11. *Mors & vita à Domino Deo est.* Deut. 32. *Ego occidam, & ego viuere faciam.* Vt horologiū, æquis semper interuallis, natura sua insonat, citiùs autem & serius quandoque vt discas ab artifice rotas, ac pēdula pōdera temperare. Ita nōnulli suos annos viuunt & morbis vrgentibus cadunt, vt vim naturæ videas: alij inuito cælo ac

Mortis authores varij.

Mors latro qualiter in iuuenib. qualiter senib. insidiatur.

Mortis idolū exoculatum.

Mortis hora cur nulli indicta.

aduersa valetudine senescunt, vt Deum mortis Rectorem intelligatis. Sicut etiã naturæ opus est frigus hyemis, veris tẽperies, feruor æstatis, tẽpor Autumni: sic inuersus qualitatum huiusmodi ordo, opus Dictatoris Dei Secundo Reip.
2 cõmodum, cuius vsus est, sapiẽtes ignaris præesse. hinc illa alia atque alia officia. Paucis datũ curare se æquè ac suos, spes tamen in Curiam vocatis aut semper æque vtrosq; curandi, aut (saltẽ ætatis decliuio) curiam egregiè diuq; curatam non curandi amplius: animã verò tamdiu incuratã curandi serio. Proijcit spes ista multos in curarũ incuriæq; fontẽ Curiã, quanquã illa sæpè fallax: si verò cuilibet stata esset ac dicta vitæ suæ meta, nemo bonus ad Remp. accessurus, sicut nec ad Religionem, nisi breui tempore ante mortem. Seriò enim tũ potius curaturus quisque rem suam ordine charitatis, cuius exordia à nobis ad exteros. Omnis tum Resp. & Religio desereretur: Hinc multi mitras & sceptra aut non acceptauere, aut deposuere. Primò, Hinc virtus mortaliũ magis colitur, vitiumq; acrius fugatur, nõ tum demum cũ morituri. Secundò, Mæstitia mortalium fit temperatior: Miseris enim istis si finem det nemo, certè mors dabit. Diues cur inhiaret diuitijs, si sciret cras moriẽdum sibi. Ita nati patresq; bis miseri, semel timendo, deinde ferẽdo: fatum illi suum, isti orbitatem. Id disce vel ex nocentib. captiuis, quib. cum præco dixit cras moriendum; nox tota molestissima, estq; mortis expectatio, morte ipsa amarior. Tertiò, Gloria fit solidior quæ à virtute est, vt Abrahami volẽtis immolare filiũ. Gen. 22. Vincere, seu certæ spe firma occũbere morti. Modus aũt vel ordo moriendi certus nullus. Malos immaturos decerpit, bonos sinit ematurescere, adeò mors oculis capta, nullo ordine perbacchatur. Quã sæpè parẽtãtur patres natis suis, & qui nouissimi in amphitheatrum mũdi huius intrauere recedunt primi. Causæ

1. Mors virtutẽ facit colere.

2. Mæstitiã temperat.

3. Gloriã facit solidã.

Moriendi ordo null⁹.

diuersitatis moriẽdi est prima, De⁹, qui cõstituit cuiq; terminum, qui præteriri nequit. Iob 14. Ex reis magnates aliquos adseruari, turbã contra necari sæpè Reges iubent: & ex cruciarijs iussis mori, alterũ alteri præripi in Crucẽ, minimè insolens aut nouũ. Secunda, Natura vel cõplexio cuiusq; hominis & loci & aëris, & nutrimenti tẽperatura, in quorũ etiam manu habenæ secundæ mortis & vitæ. Tertia, Mores sc. nostra vel temperantia vel intẽperantia, à cibis, potibus, libidinibus, &c. Hinc illa Ex. 20. *Honora patrẽ tuũ*, &c Ps 54. *Viri sanguinum & dolosi nõ dimidiabũt dies suos*: De Enoch Sap. 4. *Placita erat Deo anima illius, propter hoc properauit Deus educere illã de medio iniquitatũ.* Sic de Abel. Gen. 4. suo bono, cito boni moriuntur. Præripit tamẽ istos Deus, & quasi soles orbi subducit, eclypsi quidẽ vniuersis dolenda, sed ipsis subductis optima. Abstrahit Salomones à concubinis, epulones à voluptatibus, Achabos à Iezabelis suis, &c & præuisis scelerib. matura morte sepit viã: eripit bonos à futuris malis, & *delitiæ Dei esse, cũ filijs hominum.* Pro. 8. *Sinite paruulos venire ad me.* Ergò angelos illos incarnatos, aut homines illos angelicos, cito ad Dominum redire aut rapi cõsultũ est. Vt præcoces fructus ne putrescant in æstate cõseruantur: sic adolescentes, vt sint delitiæ mensæ Dei. Malos interdum rapit, neq; sinit consenescere, & hoc est duplicis clementiæ suæ: Primò, in sceleratum, dum eum nõ sinit fieri indies scelerosiorẽ, quã à numero, quã à scelerũ grãditate, vnde etiã grauiùs apud inferos luat. Secundò, In Remp. bifariè. Primò, Ne eam inficiat. Secundò, ne molestet probos. Vah bonũ bonis Patrem: Vah clementem iudicem etiam malis. Vah medicum prouidentẽ Deum, qui integra sic à corruptione defendit. Cur aũt improbi senescant, causa est, Prima, Spes pœnitudinis. Secũda, Iustitiæ quidã rigor, quia alios torquet. Tertia, posteritas præuisa, vt fiat melior. Quarta, Coronis peccati. Benè ergò

Moriẽdi diuersitatis causæ quæ.

1

2

3

Moriuntur mali in iuuentute & cur.

omnia fecit. Matth. Misereor ergò. *Arripite disciplinã*, &c. Mortis corporeæ species sunt quatuor. Prima, Naturalis, quę est defectio mera corporis cuiuscunque ab anima, humido calidoq; cõsumptis, vti cãdela deficiente cera. Secunda, Immatura quę ętatem iustã attingi vt vt vetat qualis mors Abelis, raptus Enoch. Tertia, Subita, qua nulla aut parua inter sanũ ac mortuum dãtur interualla, quaqua & cuicũq; ea accidat: quales mortes Heli, Ozæ, Ananiæ, Sapphiræ, Simonis Magi. Quarta, Violenta, qua anima cuiuscũq; quasi furca è domo sua, vt vt expellitur, alioqui nõdũ emigratura: qualis mors Saulis, qui hasta; Iesabelis, quæ præcipitio è curiæ fenestris: Iudę, qui laqueo perijt. Hæ omnib. accidere possũt mortis species. Naturalis defectũ, immatura ætatem, subita morã. Violẽta dolores aspectat. Naturalis suauis, immatura tristis, subita suspecta, violẽta crudelis. Oẽs aduersæ sũt naturę bono. Nulla earũ verè mala, qua animam aspectãt. Nonnulli æstimant mortẽ corporis ex consequentibus, vt bouem aut equũ ex tergo. Chrysost. *Nõ enim malum mors est, sed malum, si mortuum tormentis tradatur. Neq; rursus est bonum mors, sed bonum, si defunctus feliciter, cum Domino viuat.* Hæc ille. Diuitijs mortẽ compares, quæ bonis bonæ, malis sunt pessimæ. Item ex antecedentibus. Nam vt in argumentis conclusio vera est aut falsa, pro antecedentium natura, ita morientibus ea mala vel bona contingunt, qualis fuit vita illorũ anteacta: si bona, bona, si mala, mala. Et velut à conclusione nõ pendet falsitas aut veritas antecedentiũ, sic nec à consequentibus mortẽ, fit mors bona vel mala. Vt equi animos ex capite, auribꝰ, atq; ore equisones nostri cẽsent, ita ab anteacta vita mortẽ. Item Vt oratorũ quãdoq, praua atq; infœlicia sunt exordia, epilogi cõtra fœlicissimi. Et fabularũ sæpe explodendi prologi, quarũ catastrophe totius theatri plausu dignissimæ, & cõtra: ita vitæ nostræ nõ idem semper tenor: beatorũ principiorũ sæpè exitus tristes, & infœliciũ contra beatissimi. Moriendi igitur quis modus optimus, quę ætas, aut quod tempus rogas? Audi, bonis mors quęuis bona, malis quæuis mala. At cito moriẽtiũ fœlicitas ex quatuor cognoscitur. Primò, Miserijs vitæ. Secundò, ex peccatis, quæ nõ centuplicant, qui præripiuntur. Tertiò, Scopo vitæ sc. beatitudine, ad quã rapi melius, quàm lentè duci. Vt enim satis pugnauit, qui vicit; satisque iaculatus, (& si ne bis quidem) qui scopum attigit, & Rex salutatur: Ita satis vixit, qui nascendi finem attingit, gloriã, cuius terminata est virtus, qui acrioribus ventis citius delatus in portũ. Seniũ multi maturè & ante senectutem adipiscũtur, pleriq; nunquã, qui etiam senes vitia retinent puerorum. Quartò, Senectutis malis. Vitium & caducum omne est, quicquid senectus habet. Vnde & senex dictus quibusdã, quasi seminex: alij senes quasi segnes, & ad res gerendas iã inutiles. Maturescere tamen aliqui volunt, vel ex promissis Dei. Psal. 90. *Longitudine dierũ replebo eum* & Exod. 20. *Honora patrem tuum*, &c. Vel ex senectutis bonis sc. Primò, diuinorũ scientia pleniore. Secũdo, Prudẽtia. Tertiò, passionũ quiete. Quarto, Vita meliore. Quinto, Reuerẽtia. Sexto, Morte molliore. Cõsiliũ, ratio: sententia, sunt in senibus, quæ nisi essent, nõ summũ cõsiliũ maiores nostri appellauissent senatũ. Sic apud Lacedæmonios, qui gerũt Magistratũ, vocantur senes. Apex est senectutis authoritas. Cõsilia senũ prope oracula: nõ in sententia solũ, sed etiam in nutu authoritas. Cur aũt oportet quisquã à natura serò dari, quod cito gratia ac sua virtus illi iã pridẽ dedit. Est porro gloriosius virtute sua, quã tẽporis dono senuisse. Laus n. illius tũc propriè nostra, aliàs aliena & vectigalis annorũ. Et vtilius. Conatuũ. n. maiorum merita ampliora. In sũma satis vixit, qui bene. Deinde subitæ mortis bona sunt.

Mortis corporeæ species quatuor.

Simile.

Simile.

Moriendi modus vel ætas quæ optima.

Senectutis bona.

Mortis subitæ Bona. & Incōmoda. Primò, Non timere mortis irruptionē. Secundò, Vix sentire dolores. Tertiò, Non territari spectris. Quartò Non tentari de infidelitate, desperatione, præsumptiōe, quod omnia vix fieri possint momento. Incommoda verò illius sunt carere consolatione ab amicis visitantibus & orantibus, secūdò ab inimicis vltro citroq; pacem dantibus & cupientibus Item auxilio sacramentorū, scil. pœnitentia, Eucharistia. Vnctionis sanctæ, armis magnis. Mora etiam ad statuendum de re familiari. Vltimò languore, qui supplicij meriti pars magna. Sapientib. aūt nihil subitū, nihil improuisum, qui mortalia exalto prospectāt. Malis vniuersi, quæ ante pedes sunt prospiciunt Subitū est quod ante cogitari nō potuit. Ita bonos cito mori vix posse video. Vnde August solebat dicere, Neminē, etsi nullius sceleris sibi conscius esset, cōmittere debere, vt sine pœnitētia migraret è vita. Eam tandē subitam improuisamq; mortē deprecare, quæ dicit improuidentiā, nō quæ moriendi breuē morā Ergò qualislibet, *Mors peccatorū pessima.* Misereor ergò, &c *Apprehendite disciplinā,* &c. Iustus Dominus & rectum iudicium suum, hunc tali, alium alia morte facit emori tamen impijs communiter mors aut subita, aut violenta, aut vtraq; *August.* accidit, & Primò quidem peccantibus immediatè in Deum. vt blasphemis. Sic Sennacheribi Assyriorum Ducis in Deū blasphemia, Deo impotentiam liberādæ Hierosymæ à se obsessæ obiectantis castigata, cæde castrorum 185. milium ab angelo. In armis enim ac loricis suis mortuus miles omnis repertus, & Dux ipse fugiens ab altero filiorum ante arā ipsam cæsus. Et hoc vel mediatè. Primò sc. sacra vsurpando, vt Chore Dathan & Abiron. Numer. 16. Item Nadab & Abiu, Aaronis filij, offerētes ignem alienum, igne consumpti. Tertiò, Sacra impurè tractando: vt Iudas à communione indigna ad laqueum venit. 2. Reg. 6. Oza sacerdos arcam Domini importunè tāgens, percussus à Domino. Et Paulus dic. *Ideo inter vos multi infirmi, & dormiunt,* scil. mortui multi. Item sacra contra fas aspicientibus. Num. 4. Lege ita cautum, Aaron & filij eius intrabunt sanctuarium, ipsi quoque disponent opera singulorum: alij nulla curiositate videant, quæ sunt in sanctuario, alioquin morientur. Sacra mysteria, ideò secreta nominantur. Tob. 12. sacramentum regis abscondere bonum est Quartò Seruos Dei illustres sacros vel prophanos offendentibus De sacris 4 Reg 1 Quinquagenarij duo, qui semel atque iterum cum suis tentauere Eliam ad regem superbius adducere, ignibus cælitus immissis conflagrarunt, cum quibus conflagraturus etiam fuerat tertius, ni pijs blanditijs Eliam deliniisset. Obedire oportet Deo magis quā hominibus Pueri 42. qui irrisoriè Elisæo iam annis graui ad clamauere, *Ascende calue, ascende calue,* ab vrsis è sylua de repente egressis, deuorati. 4. Reg. Iesabel malè perijt. 4. Reg. 9. quod in Eliam & cæteros prophetas erat crudelior. Psalm. 104. *Nolite tangere Christos meos,* scilicet, vos manus prophanæ, *& in prophetis meis nolite malignari* De prophanis. Ex ijs qui de occisione Core ac sociorum in populi Ducem Moysen obgannière dic. *Vos interficitis pop. Domini.* quasi dicat Plures vestri causa pereunt, quam hostili gladio quatuordecim millia cæsi, sexaginti præter cæsos cum Chore. Amalechites ille, qui Saulem à se occisum Dauidi referebat, ab ipso Dauide mox iussus occidi, quod Dauid, quem sæpè poterat interficere, vnctum noluit Quinto, Sæuientibus in proximum. Ps. 56. *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.* Ps. 139. *Virum iniustum mala capient in interitu.* Matt. 26. *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Sextò, Gulosis nimium. *Adhuc carnes erant in ore ipsorum,* Nu. 11 *& perierunt.* Filij Iob in mensa ruentibus tectis oppressi. Iob. 2.

Mors subita quibus accidit.

Ducunt

Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt. Gula protoplastos & genus omne futurum fecit mortales. Septimo, Auaris nimium. Act. 5. Ananias ac Sapphira coniuges repente mortui, quòd de agri sui pretio aliquid in fraudem publici Apostolorum marsupij sibi subtraxissent, Luc. 12. de illo auaro Euangelico. Octauo, Libidine crassantibus, vti qui iuniorem Tobiam in coniugio præcesserunt Et olim filij Dei diluuio redundante omnes extincti qui videntes filias hominum, quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Accidunt etiã hæ mortes sæpè a peccatis alienis. Primo, Regũ, Pharaonem Tyrannis sua & AEgyptum prope omnem in mare rubrum depressit. Quod Dauid populum describi iussisset, cæsus ab angelo triduana peste populus ingens. Hinc Ecclesia pro Regibus orandum instituit. Secundo, Parentum. Ierem. 3. *Patres vestri comederũt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt.* Exod. 11. Pharaonem, quem plagæ cæteræ vix vllo doloris sensu affecerãt, primogeniti mors maximè exulcerauit. Contingit etiam bonos aut non pessimos subito plerunque mori. Cuius causa prima est, Exclusio dolorum metus aut sensus, vt ei vinum gustare negatur, qui in stomachũ illud velut in ocream inijcit potiùs quam infundit: cõtra qui sensim ac pitissando velut sugit. (nam gustationi certe vel aliquantula mora necessaria) ita mortem dicitur gustare, qui moritur sensim ac lentè: non gustare, qui subitò ac raptim. *Raptum esse huiusmodi in cœlum, 2. Cor. 12. siue sciens, siue nesciẽs, nescio, Deus scit.* Secunda, Purgatio leuiusculorum delictorũ. Nam nonnunquam mors illa non subita adeò, quin a maiuscula mora dolor sit intensior, & corporis violenta quassatio quædam. Deinde apud Idiotas, ignominiosa ferè mors illa. Itaque probi ignominia immerita, meritas alioqui pœnas luunt: Olæ temeritas patet 2. Reg. 6 sic vxor Loth. Propheta Domini a Leone in reditu prærocatus. Tertia, Terror improborũ, nullius damno. Nam etsi probis nihil damni ab hac morte tamen improbis hinc terroris plurimùm Insueta profectò plus terrirant. Vides enim vt aduentantibus noctis tenebris, nemo territatur (sunt enim quotidianæ) vt terrentur omnes Solis Ecclipsi meridiana, qualis in Christi morte. Misereor ergo, &c. *Apprehendite disci, animam,* &c. Magna improborum est dementia, resipiscentiam procrastinantium. Si iam risor ille Democritus, aut deplorator aliquis Heraclitus viuat, non satis possent ridere hanc dementiam. Nam in friuolis studemus, Primo, Ordini, vt in victu manè hos, vesperi alios cibos sumimus. Fori in orationibus, quàm scitè argumenta locamus. Militiæ, quale benè ordinandæ aciei studium? Sanè enim fronti melior hic miles, iste alis, ille claudendo agmini. In agricultura sciscitamur, quid primum serendum aut spargendũ, quid primum euellendum aut metendũ. Secundo, Celeritati. Primo enim diluculo mercator in porta, viator in itinere, æger in medicinis. Tertio, Certitudini, Certos amicos, quibus in re incerta vtamur, opes certas, fundosque optamus. Vendimus? aut certum notumque emptorem quærimus aut fideiussorem, syngrapha, lati funda, vadimonia exigimus. Aurum subæratum metuimus, mox ad aurifabrum ac lapidem Lydium nos conuertimus. Peregrinamur? potiùs terra quam mari volumus. Flumina congelata calcamus, singulo gressu tentamus. Ciuitates, castra molimur? contra vim munimus. Ah res adiaphoras tam ordinatè, tam cito, tam certo curamus? virtutem, animam, nos ipsos tam confusè, tam tardè, tam dubie. Præteritum enim euanuit, futurũ nondum est, neque illud arbitrij nostri est, sed numinis. Præsens tempus verè nostrum, quod

Moriuntur & boni plerunque subito, & cur

Studemus in friuolis tribus.

Ordini.

Celeritati.

Certitudini.

quod prædo, cùm opes eripit, eripere non, si velit, possit. Sed illud ipsum (eò citò vtamur) labile ac lubricum valdè, & elapsum semel nullæ reducunt preces: & tu tempori alieni arbitrij salutem credis, & non magis tuo, hoc est præsenti? Ne dicas, cras cras. Ecquantillo vita distat à morte? quantillo anima ab inferno? ne asserculo quidem, sed spiraculo breui, & securus tamen in peccato viuis, aut futurum incertum expectas? Potes hoc sub casu ducere somnos? Iugulare potes corpus, non suscitare. Ipsa etiam auersi peccatoris conuersio, qua ipse materia est admodum repugnax, laboriosior, quàm mortui suscitatio. Deinde in mortis periodo, ægrè licet per hostem pœnitere, quia hostis seuerior conatu, numero, vultu. Conatus acrior, occasione, scil. angustiarum & ordinum turbatorum. Secundo, Pudore, qui natura superbis magnus, præsertim victis iam sæpè: & nunquam vel rarò ac serò victoribus. Superbus autem dæmon est. Et ordinibus turbatis, quanta occasio acriùs irruêdi, & quam tunc in promptu victoria? Tertio, Cardine rerum, vtrisque illi ac nobis. Vincimus tum? æternum, nullo metu redintegrandi prælij de hoste triumphamus. Vincimur? sub iugum æternum missi sumus. Vincimus vnà & vincimur. Apocalyp. 12. *Descendit ad vos diabolus, habens iram magnam, sciens, quia modicum tempus habet.* Atqui vt persecutio illa finalis magni mundi futura est, qualis ab initio non fuit, neque fiet: & ille insidiatur calcaneo, scil. fini. Genes. 3. Item numero maiori debacchabitur, & Acheronta mouebit. Tertio, Vultu, quem varium sibi ac centiformem tunc affinget. A peccatore toties ille liberalius excipitur, quoties peccat (ille enim peccata nostra singula, pro offis, iusculo, atque in delitijs habet) & cùm moritur homo, illi rationale animal velut ceditur, & dubitetur tunc homini vel inuito importunè astiturum illum ac præstolaturum, si fortè pingue illud hominis intestinum (anima inquam) illi cedat, aut porrectum, aut neglectum. Postremò Deus, angeli, & sancti parùm facient pœnitudinis procrastinatoribus. Cur audiat Deus & Dominus seruum inuocantem, qui sæpè ad Dei & Domini intus ac foris per seruulos concionatores vocantis, magnos iteratosque clamores tam studiosè obsurduit. Prouerb. 3. *Vocaui, & renuistis; ego quoque in interitu vestro ridebo.* Baruch. 2. *Quia non audierunt vocem tuam Domine, ecce mortui sunt in doloribus pessimis.* Israelem adiutauit, sed sæpè conatum ad libertatem. Tu toties luctatus in Deum, ne abduceret, cùm collibuerit, adiutabere? vix reor. Velis itaque cùm possis, & cùm possis, velis. Pertinaciter enim improbi tunc derelinquentur à Deo & angelis, sicut Ierusalem: *Circundabunt te inimici tui vallo*, &c. Prouerb. 13. *Lucerna impiorum extinguetur.* Et quid mirum, si *non est in morte, qui memor sit Dei.* Psalm. cùm sæpè etiam multi obliuiscantur sui. Præoccupabunt enim tunc mentem multa, scilicet formido, dolor, mœstitia, cura, & hæ magnitudine & numero ingentes. *Timor & tremor venerunt super me, & formido mortis cecidit super me: & contexerunt me tenebræ.* Sunt qui ad crucem iam damnati, rogandæ veniæ ac pacis non recordantur. Dolor item varius atque animum interturbans ex morbi varietate & sæuitia. Illuc rapitur intentio mentis, vbi est vis doloris. Mœstitia summa ex discessione à charis omnibus æterna, & suiipsius derelictione. Curæ item ex medicinis, testamento, morbis, creditoribus, &c. Itaque satis ad meliora festinandum, quia morientes vix redire possunt ad Deum. Lucæ 16. Nimium enim tunc inter-

Peccatoris conuersio difficilis.

Dæmonis in fine quanta malitia.

Pœnitudinis procrastinatoribus Deus, angeli & sancti parum procurant.

teruallum ac chaos inter te ac Deum. Lassitudo accedit senectutis, sarcinæ iniquitatum, scilicet in reditu, montes quoque, quos in reditu esse necessarium est, si in exitu, scilicet ad peccata valles fuere, quorum tam difficilis redeunti ascensus, quàm facile fuit declinium? Misereor ergò, &c. *Apprehendite disciplinam*, &c. Pœnitudo illa sera difficilis est, propter habitum ipsum peccandi. [Adolescēs iuxta viam suam, etiam cùm senuerit, non recedet ab ea.] Morborum corporis, vlcerum, vulnerumque ea maximè incurabilia, quibus vetustas tam gangrænam, ac nescio quam carnem emortuam, albentem primo, deinde nigricantem induxit. Insuper homines ferè moriuntur, vti vixerunt. Solent enim conclusiones naturam obtinere præmissarum. Dan. 13. dicitur procis Susannæ: *Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris prius*. Adde quòd & Deo & angelis difficilis sit inueterati peccatoris conuersio, vt videndum est e suscitatione Lazari. Augustin. *Licet difficile sit vt tunc sit vera pœnitentia, melior tamen est sera, quàm nulla*. Et qui prius a peccatis relinquitur, quàm ipse relinquat, ea non liberè, sed quasi necessitate condemnat. Itaque sani hominis sana pœnitentia, infirmi infirma, mortui mortua & exanguis. Noli dare Deo posteriora, aut fecem aceto mixtum, sed primos cibos, scilicet iuuentutem tuam, dum potes. Tu profectò crudelis, qui tum sæuire velis ieiunijs, fletibus, &c. misellam carnem exercendo. Nec contritio, nec confessio, nec satisfactio in morte potest haberi integra propter temporis angustiam. Multorum enim dierum negligentia, non potest vna hora expleri. Declinate ergò a malo, & facite bonum. Quiescite agere peruerse, discite bene facere. Vita operi, mors operis fini, iudicium operis censuræ, paradisus aut infernus, operis mercedi decretus. Quid tunc facies, dicesve, nunc considera, vt possis euadere. Nunc ora Deum, sanctissimam Virginem matrem, omnes sanctos & electos Dei, vt pro te intercedant, ne tuam tam multa & magna flagitia demum coram omnibus in iudicio manifestentur. Sed hic obliterentur, hic Deus puniat, vt in æternum parcat. Nunc habeas contritionem de peccatis præteritis, de futuris abstineas, & Deum pro conseruatione & gratia deprecare, hic confitere peccata tua, hic quære quomodo possis satisfacere, ne ibi in purgatorio cogaris, aut quod horribilissimum est, in inferno compellaris in perpetuum. O Deus meus respice in me, & miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi. Deus, Deus propitius esto mihi miserrimo peccatori, omnibus vitæ meæ, ne derelinquas me Deus Deus salutaris noster, & auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele: quia in inferno nulla est redemptio, apud te autem misericordia & copiosa redemptio. Misereor ergò, &c. *Apprehendite disciplinam*. Hæc excepi è terrore orbis, vel Concionibus de finibus bonorum & malorum Ven. P. Boskieri, ord. min. de Obser. (?)

[margin, partly cut off:] ...ut vi... ...runt. / August. / ...ins salutis ...us.

De

De præparatione ad mortem facienda.

Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Psal. 115.

missione Deum ament, clarè aspiciant, & sine timore possideant. Et quia pro hoc statu ardenter suspirant, ianuam eius, scilicet mortem, etsi naturæ horribilem, gratiæ tamen, quam acceperunt, desiderabilem putant. Quotidiè clamant illi non tam vocis sono, quam cordis affectu, fiat voluntas tua; amant ergo mortem, & dum differtur, exoptant, quam hac voluntate DEI inuolutam esse conspiciunt. Ne verbis Cypriani corripiantur, qui ait: *Meminisse debemus, voluntatem nos non nostram, sed Dei facere debere, secundum quod nos DEVS quotidie iussit orare. Quàm præposterum est, quàmque peruersum, vt cum DEI voluntatem fieri postulemus, quando euocat nos, & accersit de hoc mundo DEVS, non statim voluntatis eius imperio pareamus.* Hoc nitimur, & reluctamur peruicacium more seruorum, ad conspectum Domini cum tristitia, & timore perducimur, exeuntes istinc necessitatis vinculo non obsequio voluntatis, & volumus ab eo præmijs cælestibus honorari, ad quem venimus inuiti. Quid ergò rogamus & petimus, vt adueniat regnum cælorum, si captiuitas terrena delectat? Quid precibus frequenter iteratis rogamus & poscimus, vt acceleret dies regni, si maiora desideria & vota potiora sunt seruire istic diabolo, quàm regnare cum Christo? Erubescerent perfecti viri, si hæc acris sancti Doctoris inuectio in eos aliqua ratione quadraret, & ideò mortem, quæ ianua est regni, non tam timendam quàm desiderandam existimant. Alij autē eodē spiritu, sed dissimili affectu, licet viuere cupiant, tamen mortem venientem, antequam optabant, cum magna æquanimitate sustētant. Viuere quidē cupiunt, ne vt ipsi aiunt, hinc pusilli, & imparati discedant; dicentes cū Iob: *Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum.* *Dolorem suum dicunt non profecisse, nec ad cupitam puritatem euolasse.* Et rursus illud: *Remitte mihi, vt refrigerer priusquam abeam*, id est, dimitte me, vt amplius concupiscentiam vincam, & eam refrigerio sanctitatis euacuem, priusquam hinc ad vitam aliam secedam. At si ante suum desiderium mors approquinquet, non impatienter ferunt. Malunt enim ad voluntatem Domini emigrare pusilli, quam præter eius voluntatem, ad crescendum permanere. Sed tam isti, quàm illi mortem planè sibi bonam, & necessariam sibi indicant, & ad eam se bonis operibus & sanctis meditationibus præparant. Hoc enim est, secundum beatum Ephrem, in recordatione mortis iustorum, iniquorumque discrimen, quod illi mortem ob oculos habent, vt noctes atque dies orationes, atque supplicationes Deo effundant, vt ad æternam requiem deueniant, & tormenta parata iniquis euadant. Hi verò nudam habent mortis memoriam, non vt vitam emendent, sed vt abscessum opum voluptatumque deplorent. Meritò autem iusti, & præcipuè viri sancti atque perfecti mortem sibi bonam existimāt, quoniam morientes peccata, & pericula & labores huius vitæ mortales fugiunt, & ad multis desiderijs optatam securitatem perueniunt. *Triplex in morte congratulatio est hominum*, inquit S. Bernardus, *ab omni peccato, & labore, & periculo liberari. Ex hoc siquidem nec peccatum in eo habitare dicitur, nec pœnitentiæ luctus indicitur, nec ab vllo deinceps lapsu ei prædicitur esse cauendum. Posuit Helias pallium, non est quod timeat, non est quòd tangi, nedum teneri ab adultera vereatur. Currum conscendit, non est iam trepidare, ne cadat: suauiter scandit, non laborans volatu proprio, sed celeri in vehiculo sedens.* Nec eos à mortis desiderio, aut æquanimi expectatione terrena retardant, quia illa nec amant, nec magnifaciunt, imò verissimè parui pendunt, & quæ

Marginal notes: Matth. 6. — Cypr. li. 6. de mortalitate. — Oratio Dominica nos ad mortem exhortatur. — Iob. 10. — Psal. 38. — Ephrem de recordat. mort. — Discrimen inter mortem iustorū & iniquorum. — Bern. in transitu Malach. — Hominis in morte triplex cōgratulatio.

quæ ablegare non possunt, pro sola huius vitæ necessitate suscipiunt. Non verò cum dolore relinquitur, quod sine amore possidetur. Omnis eorum conatus est sed ad iter accingere & bonis operibus, & importunis postulationibus ad ingressum patriæ cælestis præparare. Ita namque de morte cogitant, quasi de transmigratione quadam ad vitam meliorem: vnde ea parant, quæ in illa vita, atque fœlicissimo statu eius vsui esse poterunt: cuiusmodi sunt puræ cogitationes, sancta desideria, studiosa opera, & pij pro fide, pro virtute, pro pietate suscepti labores. Hanc verò esse perfectorum de morte cogitationem, ipsa vox, qua mortem nuncupant manifestè patefacit, vocant eam viam, siue ab hoc exilio discessionem, Atque adeo Abraham ad Dominum ait: *Ego vadam absque liberis, & heres meus erit, filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer.* Quid est, *ego vadam*, nisi ego moriar, atque ex hac vita decedam. *Vide,* inquit S. Chrysostomus, *quomodo prisci illi secundum illum ille philosophabantur. Nam qui vitam honeste, & in virtutibus egerunt, quando ex hac vita emigrant, verè liberantur, & quasi soluuntur à certaminibus, & a vinculis relaxantur. Est enim mors his, qui benè viuunt, translatio quædam ad meliora: à momentanea vita ad perpetuam & immortalem finemque non habentem.* Parant itaque se perfecti ad mortem ea mentis tranquillitate, qua se accingunt viatores ad viam. Nec aliud putant esse mori, quàm à vita ærumnosa discedere, & ad ciuitatem permanentem, & semper duraturam appropiare. Et quemadmodum illi, qui alicuius lucri gratia in paruullum vicum ex vrbe venerunt, accepta re, quam cupiebant, ad vrbem desiderant remeare, & instante reuersionis tempore, lætabundi vicum deserunt, & onusti opibus in patriam redeunt: ita perfecti qui in hoc nati sunt, vt Christi gratiam, & mentis puritatem lucrarentur, ea quæsita non sine lætitia, vt in cælum veniant, ex hoc mundo tanquam ex miserabili pauperum vico discedunt. Quod in illo beato sene non tam adumbratum, quàm expressum videmus, qui cum Christi fœlici conspectu frui ardentissime concupisceret, eo viso, atque in vlnas reuerenter suscepto, in has voces erupit: *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Idem omninò non semel perfecti faciunt, qui Christum non tam in vlnis, quam in corde contemplantes, & se beneficio Domini pretiosis mercibus, id est, meritis, velut ditissimas naues oneratas videntes è terra peregrina solui, & iam dimitti, & in portum æternitatis festinare desiderant. Laborant isti strenuè, vt post laborem suauiter dormiant, & securè quiescant. Qui enim somnij delectatione priuati cupiunt tranquille & profunde dormire, solent corpus laboribus exercere, & itinere, aut oneris portatione, aut honesta agitatione aliquantulum fatigare, vt somnus ab oculis cupientis dormire non fugiat; ita sancti, qui sanctam & quietam dormitionem expectant, qua corpus in terra communi omnium matre, & anima in sinu Domini læta requiescant, pijs se laboribus occupant, & mandatorum, ac consiliorum onere premunt, vt fœliciter lassatis, dulcis & suauis somnus adueniat. Ergo mors est somnus? Ita sanè, dum iustos, & sanctos in suam regionem deducit. Quæ enim malis vera mors est, eos omnibus huius vitæ, & futuræ bonis spolians, iustis somnus est, quo, vt quietus sit, ad tempus, huius mundi bonis veluti indumentis nudantur, & in illa æternitatis vigilia dormiendi tempore elapso & resurgendi momento accedente, supra bona animæ bonis etiam corporis honestentur: *Deinde,* inquit Paulus, *visus est Dominus plusquam quingentis fratribus simul; ex quibus multi manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt.* Et rursus:

Præparatio ad mortem pia. — *Genes. 15.* — *Chrysost. hom 36 in Genes.* — *Mors quid.* — *Simile.* — *Luc. 2.* — *Mors somnus.* — *1. Cor. 15.*

1.Thes.4. sus: *Nolumus vos ignorare fratres, de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem*
Dan.12. *non habent*: Et Ambrosius illud Danielis
Ambros. orat.2. de fide, resurrect. ante. med. interpretans: *Multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt*, ait: *Benè dormientiũ dixit quietẽ, vt intelligas mortẽ non esse perpetuã, quæ somni vice initur ad tempus, & ad tẽpus excluditur. Melioremque profectum vitæ eius ostendit, quæ futura post mortem est, quam eius quæ ante mortem mœrore ac dolore transigitur. Siquidẽ illa stellis comparatur, hæc ærumnæ addicitur.* Hæc autẽ, inquit, quia Daniel iustos post mortem firmamenti splendori & stellis
Basil. hom. de Barlaã Marty. comparauit. Et Basilius, inquit, *somnus iustis est mors. Imò magis migratio ad vitam meliorem.* Hinc est, quod Martyres exultant, dum trucidantur. Nam desiderium fœlicioris vitæ, iugulationis dolorem extinguit, & emortuum reddit. Et demum
Bern. serm. 2. Petri, & Pauli. Bernard. *Fratres, amici Dei mori videntur oculis insipientium, sed in oculis sapientum, iudicantur potius obdormire. Denique & Lazarus obdormie-*
Ioan.15. *bat, quia amicus erat: & cum dederit electis suis*
Psal. 126. *somnum, ecce hæreditas Domini. Quia ergò Sancti mortem suam, sicut reuera est, somnum existimãt, ideò se ad eum sine vlla molestia ac perturbatione capiendam sanctis laboribus parant, & res terrenas usq; ad necessitatem, & cum districta mensura subire detrectant. Mysterium namq; illius sententiæ sapientes intelligunt.*
Eccles.31. *Quam sufficiens est homini erudito vinum exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, & non sentties dolorem.* Intelligũt inquam, quia homini ad vitam istam transigendam vinum exiguum, id est, pauca temporalia sufficiunt. Quæ moderate sumpta, & sine animi adhæsione ad vsum accepta, tempore dormitionis vel mortis, mentem non turbant, nec spina conscientiæ prauæ, aut peccati dolore molestant. Hoc igitur perfecti faciunt in vita, seipsos ad capiendum somnum exercere, in quo quicquid est mortale pereat, quicquid est infirmum & noxium, deficiat, vt robustum & pulchrum gloriæ resurgat. Hoc faciunt se ad iter præparare & omnia quæ possunt in æternam ciuitatem præmittere, vt ibi, quas in perpetuum possideant, nunquam perituras diuitias inueniant. *Mors iustorũ secura.* Cum ergò tempus mortis & hora transitus appropinquat, non tristitia absorbentur, non desiderio viuendi opprimuntur, non timore immoderato turbantur, sed cognitione æternitatis instructi, & amore diuinitatis inflammati timorem naturalem cohibent (faciente hoc efficacissima gratia Dei) & cum summa tranquillitate communem naturæ necessitatem excipiunt. In ea hora sui compotes facti, non miseram hominis sortem deflent, non amissionem rerum temporalium deplorant, sed seipsos Creatori, quem amarunt, & cui obsequuti sunt, cum fiducia commendãt, & adhuc extremum spiritum agentes, pro eius gloria ea loquuntur, quæ præsentes ad virtutem colendam disponant. Sed Ioãnes in carcere gladium lictoris expectans, qui sacrum caput amputaret, mittit duos ex discipulis suis, qui Christum, quis esset interrogarẽt, & sic verum Saluatorem, cuius ipse erat præcursor, agnoscerent. Neq; enim timor immaturæ mortis illũ pusillanimum fecerat, quo minùs salutem discipulorum curaret. Matt.15. *Iusti quomodo suos in morte erudiunt.* Sic Iosue diem postremum claudens, sibi populum commendatum vocauit, & Dei erga omnes beneficijs commemoratis, ad diuinæ legis custodiam & Dei cultum hortatus est. Iosue 24. Sic Dauid imminente dormitionis tempore, Salomonem, suæ dominationis hæredem, præceptis salutis, & bonæ gubernationis documentis instituit. 3.Reg. 2. Sic Tobias hora mortis (vt ipse putabat) instante, filium etiam suum, & in eo vniuersos mortales plenissima notitia sanctissimæ legis instruxit. Tob.4. Sic Antonius iam discessurus in cælum, suis discipulis vitæ monita dedit. Athanas. in vita. Sic Dominicus acri febre correptus, & in certamine cum morte congressus, sui ordinis fratres ad innocentiam & integritatem incitauit, & charitatem, humilitatem, Garzonius in vita.

paupertatem tanquam certum patri-
Bonauent. in vita. monium eis ex testamento reliquit. Sic
Franciscus spiritum Deo reddens, mi-
noribus suis in terra, & magnis in cæ-
lo, salutis admonitiones ingessit, &
sanctã fidei Romanæ custodiam ac re-
Ribaden. lib. 4. vitæ cap. 16. uerentiam præcepit. Sic Ignatius,
dum hora mortis minimæ Societatis
filijs, præ humilitate maxima perfe-
ctionis monita dare recusat, quasi es-
set incolumis cum incredibili tran-
quillitate incidens tunc negotium tra-
ctat, & nihil in modo viuendi, ac con-
uersandi mutans, se omnibus, quæ age-
bat, ad mortem præparari manifestat.
Vnde sanctis & perfectis viris in omni-
um terribilissimo (quod vocauit Phi-
losophus) tanta quies, vnde tanta fidu-
cia, vnde tanta tranquillitas? nisi ex vi-
tæ puritate profecta est, & ex abundan-
tia gratiæ, quæ naturam ipsam titu-
bantem & se præ timiditate turban-
tem corroborat, & puras animas è vin-
culis carnis exeuntes, spe melioris vi-
Cyprian. ser. de mort. tæ fortificat? *Quis enim* vt Cyprianus
ait, *non ad meliora festinet? Quis non muta-
ri & reformari ad Christi speciem, & ad cæle-
stis gratiæ dignitatem venire citiùs exoptet?
Quis non peregrè constitutus, properet in patri-
am redire? Quis non ad suos nauigare festi-
nans, ventum prosperum cupidius optaret, vt ve-
Mat. vlt. lociter charos liceret amplecti?* Sicut ergò
Christus post resurrectionem suam as-
censurus in cælum, discipulos in v-
num collectos increpuit, & de rebus
pertinentibus ad fidei prædicationem
admonuit: ita perfecti, qui hanc re-
positam habent spem in sinu suo, quod
cælum petunt, & ab origine mundi re-
gnum sibi paratum accipiunt, non ti-
ment ad discipulos suos verba admo-
nitionis facere, & suum illis auxi-
lium promittere. *Certus sum*, inquit
Petrus, *quod velox est depositio tabernacu-
li mei, secundum quod, & Dominus noster* IE-
2. Petr. 1. SVS CHRISTVS *significauit mihi. Dabo
autem operam, & frequenter habere vos post o-
bitum meum, vt horum memoriam faciatis.*
Rectè quidem. Si enim tabernaculi o-
nere prægrauatus, ita fortis erat, vt fi-
deles orationis virtute sustentaret,
quantò meliùs deposito carnis one-
re, & a vinculis mortalitatis exolu-
tus, poterit Domini indignationem
inflectere, & gratiæ impetratione
corda hominum emollire? imo quem-
admodum Saluator noster calicem a- Matt. 27.
cerbissimæ mortis exhauriens, ita tran- Luc. 23.
quillus erat, vt pro inimicis oraret, la-
troni regnum promitteret, matrem Ioan. 19.
discipulo commendaret, sui doloris
excessum, & salutis nostræ sitim, & ve-
rissimam obedientiam panderet, & ad
Patrem spiritum mitteret: sic viri san-
cti membra viua Christi, ex capite suo
fortitudinem & tranquillitatem mu-
tuantes, sciunt ad mortis præsentiam
mentis lucem seruare, & ac si non es-
sent vt dolorum oppressi, astantibus
viam salutis aperire. Iam pugna mor- Cõfortatio
talitatis, & mortis accedit, iam mors diuina a
gladium eximit, & infirmam naturam morte.
cædit, iam homo perfectus naturali pu-
gnæ non valens resistere victus, ac pro-
stratus succumbit, & tamen suauissi-
me spiritum reddit, quia amaritudinem
mortis, & sensum doloris magna ex
parte imminutum, & moderatum ad-
uertit. Hunc dolorem in nonnullis
sanctis præmissa illustratio minuit.
Nonnunquam enim, vt Gregorius ait, *omni-* Gregor. 4.
potens Deus trepidantium mentes quibusdam se dial. ca. 41.
*reuelationibus roborat, vt in morte minimè
pertimescant.* In alijs terrenorum con-
temptio leuat, quia quæ non amant si-
ne tristitia aut molestia deserunt, imò
quæ sancto odio prosequuntur, cum
gaudio & lætitia relinquunt. In a-
lijs desiderium habitationis cælestis,
& expectatio diuinæ visionis extenuat:
nam si patriæ memoria laborem lon-
gissimi itineris aufert, cur recordatio
illius nostræ ciuitatis, in qua sancti re-
gnaturi sunt, magna ex parte mortis
metum,

metum, & trepidationem non tollat? In alijs peccatorum & defectuum liberatio, quæ vident morte consumi, & quam assequentur, diuinæ voluntatis impletio sopit; animi enim puritas, & cum diuina voluntate plena concordia, non magni constat, si temporalis mors, vt pretium à nobis oblatum coëmat. In alijs ipsa consuetudo moriendi mundo, & abnegandi seipsos mortis dolorem deprimit. Nam, vt dixit Bernardus, *Omnis temporalis dolor, aut de remedio consolationem recipiet, aut de assiduitate stuporem, & ideo qui semper mori consueuit, & se delectationibus mundi priuare, mundum omnino deserere, non multum sentiet.* In alijs ipsa corporis imbecillitas, quæ nonnulla est mortis inchoatio, dolorem istum debilitat, quoniam ibi facilis est pugna, vbi non est qui resistat, aut qui contrarijs motibus hostem irruentem auertat. Ac tandem omnes iustos Christus in hora mortis suauissimè recreat. Vnde vincenti apud Ioannem promittitur stella matutina, quæ ipsum Saluatorem nostrum designat. Nam sicut stella matutina finis est noctis, & diei adueníentis exordium: ita Christus viris perfectis extremum spiritum agentibus, aut visibiliter, aut inuisibiliter adest, & vitæ huius obscuritatem terminat, vt vitæ æternæ iam instantis claritatem incipiat. Hæc omnia quæ tetigimus in viris sanctis & iustis non modicum de dolore mortis detrahunt. Quare quieti & imperturbati in Angelorum & Sanctorum præsentia, quos aliquando visibiliter vident, aliquando inuisibiliter adesse sentiunt, purum spiritum Creatori restituunt. Quem præsentes Angeli ouantes excipiunt, & si aliquid scoriæ habeat, in conflatorium ignis purgantis mittunt, vt purissimus effectus in destinatam sedem accurrat. Corpora verò perfectorum à puris iam mentibus derelicta, in signum præsentis nuntium gloriæ & futuræ, quæ ipsis reseruata est, pulchra ac decora manent, & ac si obdormiscerent tantum, læta & serena, & membris ita flexilia, & suaui odore referta, vt non tam vitam finisse, quam cœpisse videantur. Quod & in Honofrio anachoreta, & in Seruulo paralytico; & in beato Francisco, & beato Laurentio Iustiniano qui aderant, manifestè perceperunt. Quorum illi primi cælestem odorem è mortuis corporibus pertulerunt, duo verò postremi pulcherrimo rubore post mortem perfusi, & admirabili pulchritudine decorati, quam puram & formosam animam prætulerint, declararunt. Longum autem esset Sanctorum nunc historiam euoluere, & innumerabilia huius rei exempla referre, quæ ne prolixi simus, consulto alijs in voluminibus inuenienda prætermittimus. O igitur fœlix, ac beata sanctorum mors, quam tot, ac tanta bona nobilitant? Quis enim somnum non amet, ex quo in vitam immortalem euigilet? Quis non peregrinationem suscipiat, non iam vt sanctorum reliquias veneretur, sed vt sanctis sanctus factus assideat? Quis non libens se dedat itineri, quo in patriam desideratam veniat? Quis non transitum a terra in cælum, ab exilio in regale palatium, a mortalitate ad immortalitatem gaudens, exultansque suscipiat? Quis non calicem amarum dispensatione domini, edulcatum gustet? Quis non carcerem exeat, ergastulum fugiat, peccandi occasiones relinquat? Quis non in curiam regiam triumphator ascendat, in qua cum Angeli ob victorias de mundo, de diabolo, & de carne reportatas, coronatum, læti, & exultantes excipiant. Quis tandem non alacer reuertatur in domum suam, vbi eos amplexetur, quos aut ex facie nouit, aut nosse desiderauit, & cum eis semper viuere concupiuit? Hæc autem domus pa-

Bern. libr. de cōsider. in princip.

Apoc. 2.

Sancti consolationem acceperunt in morte.

patria cælestis est, quam iustis, clauibus mortis aperit, *vbi eos charorum numerus expectat* (vt verbis Cypriani vtar) *parentum, fratrum, filiorum, frequens eos, & copiosa turba desiderat, tam de sua immortalitate secura, & adhuc Deorum, quos diligunt, mortalitate sollicita.* Omnibus quidem moriendum, & hinc emigrandum est, sed si tu vis, vt perfectus vir mori, & ex hoc sæculo securè & sine timore, & alacriter emigrare, imitare perfectos in vita, vt in morte etiam imiteris. *Volo te,* inquit Bernardus, *mortem, & si non effugere, certè vel non timere. Iustus quippè mortem, & si non cauet, tamen non pauet. Denique si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Moritur quidem iustus, sed securè, quippe cuius mors, vt præsentis est exitus vitæ, ita introitus melioris. Bona mors, si peccato mo tarn, vt iustitiæ viuas. Hæc mors necesse est, vt præcurrat, vt sequatur illa secura. In hac vita, quamdiu durat, compara tibi illam, quæ semper durat. Dum viuis in carne, morere mundo, vt post mortem carnis Deo viuere incipias. Quid enim si conciderit mors saccum corporis tui, dum te subinde circundet lætitia? O quam beati mortui, qui in Domino moriuntur, audientes à spiritu, vt requiescant iam à laboribus suis.* Non solùm autem, sed & succedit iucunditas de nouitate, ac de æternitate securitas. Bona proinde mors iusti propter requiē, melior propter nouitatem, optima propter securitatem. Discamus itaque mori, vt benè moriamur, quia nemo bene facit, quod nunquam præstare didicit. Viuamus sanctè, vt in perpetuum viuamus. Colamus perfectam iustitiam, quæ nos in vita dirigat per semitas æquitatis, & in morte defēdat ab operarijs iniquitatis, & post mortem in sedes immortalitatis deducat. Amen.

Cypria. ser. de immortalitate.

Bern. epist. 105.

Sap. 4.

Apoc. 14.

(.·.)

De generalitate mortis.

Vanitati subiecta est omnis creatura. Rom. 8.

Omnia, quæ sunt hic inferiùs, sunt naturaliter corruptioni subiecta, sicut patet in animalibus, arboribus, fructibus, & alijs, quod vtique facit contrarietas quatuor elementorum, quorum vnum continue agit in aliud, vt inde necessario sequatur corruptio & res omnis deficiat. Accedit scriptura quæ dicit. Quòd *opus corruptibile in fine deficiet.* Et propter hoc etiam nos sumus corruptioni obnoxij, quantum ad corpus elementis contrarijs compositi. Sicut enim videmus quod omnes stellæ, quæ ab Oriente veniunt, quamuis sint magnæ virtutis & claritatis, ad occidentem tamen tendunt, & ibi secundùm diuersos cursus aliæ tardiùs, aliæ citius à nostris conspectibus recedunt. Sic homines vniuersi, qui ab Orientem, hoc est, per Natiuitatem vtuntur mundo, quamuis ibi aliquamdiu coruscent, tamen necesse est, quod alij tardius, alij citius, prout à Deo ordinatum est, tandem ad occidentem mortis descendant, & se à nostra & mundi conuersatione abscondant: Ideò Paulus ait: *In Adam omnes moriuntur.* Et Seneca *Quibus nasci contingit, mori restat:* & in libris Regum. *Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur.* Vbi in primis aduertere debemus, mortis potentiam insuperabilem: quia omnes, nemine plane excepto. Sicut enim iuxta sapientem dicitur: *omnia flumina intrant mare;* ita omnes homines coguntur ire viam vniuersæ carnis & mori. Mors enim est omnium

Omnia inferiora sunt corruptibilia propter contrarietates elementorum.

Eccl.

1. Cor. 15.

2. Reg. 14

Mortis potentia.

Eccles. 1.

Mors quid.

omnium pœna, omnium tributum, omnium carcer, omnium domus, omnium receptaculum. Sicut autem mare, abyssi nominatur hospitium, sic mors est vltima receptio omnium mortalium viatorum. Ideò Iob fatetur: *Scio, quòd morti trades me, vbi constituta est domus omni viuenti.* Vnde & Seneca: *Moriar, nec primus, nec vltimus. Omnes præcesserunt, & omnes sequuntur: hac conditione intraui, vt exirem.* Eccl. 25. *A muliere initium peccati quod factum fuit, & per ipsam omnes morimur.* Secundò, Mors vbique præsens est: quia morimur, non moriemur, quia nostrum viuere est vnum mori. Hinc Seneca, *Scito, quòd mors te vndique expectat, tu verò si sapiens fueris, vbique eam expectabis.* Et adiungit dicens: Quod in prima die natiuitatis nostræ, vita nostra longior est, quàm vnquam futura sit postea. Omni die, omnique hora aliquid demitur de via & longitudine cursus nostri. Hinc est, quod quãto plus viuimus, tanto magis minuitur vita nostra. Idemque scribit: Quotidie morimur, quotidie demitur vitæ nostræ pars aliqua, & tunc quoque cum crescimus, vita decrescit. Infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam vsque ad hesternum, quicquid transijt temporis, perijt, & hunc ipsum, quem agimus diem, cum morte diuidimus. Et Apostolus ait: *Quotidie morior propter gloriã vestram.* Tertio, Mors est valdè dura & intolerabilis, quia facit nos dilabi in terram, sicut aquam. Sicut enim videmus, quod aqua in nube vel in glacie congelata propter feruorem solis solet liquefieri, & in terram dilabi, in lutum conuerti. Sic fragilitas nostra aquea, quæ sanè nihil est aliud, quam quædam carnea glacies aliquantulum congelata: quando vero per feruorem mortis conteritur, necesse est, vt effluat. Psalm. *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.* Et Ecclesiast. *De terra facta sunt omnia, & in terram pariter conuertentur.* Et (*sicut aqua*) benedicitur. Quia sicut aquæ labentes in terram, à terra absorbentur, ita quòd amplius non inueniantur. Sic homines mortui in terram defossi, nostris conspectibus non repræsentabantur. Et ideò quærebat dubitando Iob: *Homo cùm mortuus fuerit & nudatus atque consumptus, vbi quæso est?* q. d. nescitur. Non enim reuertitur cœlum directo cursu, currens ab Oriente ad Occidentem, nisi manè. Ita homo non nisi per resurrectionem vltimam. Ita Iob, *Viã, per quam non reuertar, ambulo.* Et admiratiuè iterum: *Putas ne mortuus homo rursum viuet?* q. d. non naturaliter. Est ergò mors patienter ferenda. Seneca: Homo moriturus nõ debet magis conqueri vel tristari, si ad mortem peruenerit quantum nauigans, si celerius, quam credidit ad portum, ad quem nauiget, applicauit. Portum, ad quem continuè nauigamus, mors est. Sic sancti fecerunt & Philosophi. De Eleazaro: quòd gloriosam mortẽ magis quam odibilem vitam amplectens, voluntariè ibat ad supplicium, innuens, quemadmodum oportet accedere patienter. Sic Iepte videns se propter votum patris occidendam & immolandam non timuit, sed mortem in patientia sustinuit, & solum ad plorandam virginitatem, dilationem mortis, spatium duorum mensium requisiuit. Ibant Apostoli gaudentes a conspectu Concilij. Secundo, est diligenter præuidenda & cõsideranda. Propria, vt præmuniamur. Bonorum, vt ad bonum animemur. Malorum, vt in nostris passionibus consolemur. Consideratio mortis valdè est salutaris. Gregor. *Minùs iacula feriunt, quæ præuidentur.* Inducit hæc cogitatio humilitatem. Exemplo pauonis, qui videns turpitudinem pedum suorum, fastum plumarum suarum deponit: Mors considerata securius expectatur. Seneca: *Effice tibi mortem cogitatione familiarem, vt ita, cùm sors tulerit, possis ei obuiam exire.* Ita Sapiens: *Memor esto, quoniam mors non tardabit.* Animat etiam hominem, vt cum viro iusto

[Margin notes: Simile. | Iob 30. | Mors vbique præsens | Seneca epist. 24. | Mors intolerabilis. | Simile. | Eccl. 3. | Simile. | Iob 14. | Iob 7. | Iob 14. | Mors patienter ferenda. | Simile. | 2. Mac. 6. | Iud. 9. | Mors diligenter præuidenda. | l. de quæst. natural. | Eccl. 14.]

Ioan.11. iusto in consideratione cuiuslibet viri iusti possimus dicere illud: *Vadamus & moriamur cum eo.* Item est ad consolationem nostram. Summa enim consolatio bonorum est consideratio enormis & infamis mortis hominum malignorum qualiter scil. subito moriuntur, & qualiter in hoc sæculo & in alio puniuntur. Sicut enim dicitur Psalm. *Mors peccatorum pessima.* Et ideò *lætabitur iustus, cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Postremo mors timenda non est. Quia certi sumus, quod nos oporteat mori. Seneca: *Vis aduersus hoc propositum corpus fortis esse, tanquam migraturus subitò, propone quandoque hoc contubernio carendum: fortiter enim necessitatem exeundi.* Deinde breuis est & transitoria. Seneca dic. *Mors timenda erat, si tecum esse posset, sed necesse aut quod nunc veniat aut quod transeat.* Item est vtilis & meritoria. Mors enim nil aliud est, quàm exitus de carcere, cuius finis, laboris consummatio, ad portum applicatio peregrinationis fruitio, oneris grauissimi depositio, de equo furioso descensus, de domo ruinosa liberatio, omnium ægritudinum terminatio, omnium periculorum euasio, omnium malorum consummatio, debiti naturæ solutio, reditus in patriam, & ingressus ad gloriam. Sed de iustis hæc intellige De iniustis enim dicitur Psalm. 54. *Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes.* & in Apocalypsi, *Quantum glorificauit se in delitijs suis, tantum date illi tormentum & luctum.* Et sequitur: *In vna die venerunt plagæ eius, mors & luctus, fames & ignis.*

Mors est consolatio bonorum.

Mors timenda.

Sen. l. de contemptu mortis.

Mors vtilis est & meritoria.

Mors quid.

Apoc. 18.

Considerate itaque Auditores, quantæ amentiæ sit, corpusculum lautè tractari, eiusque commoda sectari, quod aliquando sub terra recondendum, vermibusque in escam sit futurum. Animæ verò, quæ indissolubilis est & æterna, nullam omnino curam impédere, eamque quasi memoria eius penitus e mentibus euanuisset, negligere. Cumque minime dubium sit, vos aliquando morituros, ei curæ præcipue insistere debetis, vt in Domino moriamini, *Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Illud autem vt consequamini, nihil certius, nihil sanctius, quàm sanctam & inculpatam vitam, quo ad fieri potest, agere. Simul etiam expendite moriendi artem, tam eximiam, tantæque difficultatis esse, vt totum vitæ tempus ad eam perdiscendam, impendere opus sit. Apoc. 14.

Causæ mortis.

Deus mortem non fecit. Sap. 1.

CVM Deus omnia fecerit, Ioan. 1. mirabile videtur, quod Deus mortem non fecerit. Sed sciendum, Deus est principaliter causa esse. mors autem priuatio est. Ideò dicendum est, quod mors consecuta est ex peccato inobedientiæ primorum parentum. Deus autem fecit hominem immortalé à principio, & si per peccatũ inobedientiæ nõ declinasset, mori nõ potuisset. Magnam enim potestatem & supra naturam acceperat anima, quam & communicasset materiæ, nisi deordinasset a fine per peccatum, eò quod peccare poterat libero arbitrio nondum in iustitia cõfirmato. Rom 6. *Stipendia peccati mors.* Secundò, secundum statum innocentiæ homo erat simplex & immortalis, non per naturã, sed per diuinam gratiam, quæ collata fuerat homini per originalem iustitiã, quæ quidem gratia ablata fuit per culpam, & amota causa amouetur effectus. Et ideò primus homo, cùm peccauit, fuit morti traditus. Rom. 8. *Corpus propter peccatum mortuum est.* Tertiò, in statu ante peccatum duplici beneficio ad conser-

Mortem quomodo Deus non fecerit.

1.

2.

3.

uan-

uandam vitam subueniebatur homini. Nam contra ardorem caloris naturalis, qui est instrumentum animæ, consumitur continuè humidum radicale, in quo est vita. Per consumptionem continuam fit deperditio in corpore: cui subijciebatur per esum lignorum paradisi, sicut modo subuenitur nobis per cibos, quos sumimus. Sed ad perpetuandam vitam subueniebatur illi per lignum vitæ, propter virtutem ei diuinitus concessam. Facta autem deordinatione animæ, à Deo facta est inordinatio in viribus animæ, & per consequens in corpore, ita quod sicut ratio superior fuit inobediens Domino, ita vires inferiores sunt inobedientes animæ. Et ex tali inobedientia est in homine continua pugna. Gal. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum.* Ex hac pugna sequitur mors. Sap. 9. *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam.* Deinde per peccatum facta est executio regalis iudicij: super lignum comestum. Quia enim credidit falsitati diaboli contra Deum persuadenti, reus fuit criminis læsæ maiestatis, & ideo reatu fuit pœna totius posteritatis. *In sudore vultus tui*, &c. Gen. 3. Præterea vnaquæque res sua periodo mensuratur, mensurans autem est tempus, & hoc est per se causa corruptionis. Heb. 8. *Omne quod antiquatur & senescit, prope interitum est.* Huius signum est, quod ea quæ sunt extra tempus, non antiquantur, nec senescunt, nec corrumpuntur sicut angeli & similia. Hoc est in anima: aliud autem est de corpore & eius partibus. Secundo, ex natura contrarij, quia quatuor sunt elementa, ex quibus componitur corpus & quatuor qualitates contrariæ, quæ continuè ad inuicem pugnant, ex quarum discordia dissoluitur corporis harmonia. Sicut enim incarcerati nituntur die ac noctu frangere carceres, vt possint fugere, & ad loca propria reuerti, sic illi quatuor inimici corpora frangunt & destruunt,

Executio regalis iudicij per peccatum.

Res quæuis periodo sua mensuratur

vt ad loca propria reuertantur, leuia sursum, grauia deorsum. Omne enim compositum ex contrarijs est corruptibile. Tertio, ex vehementia calidi. Cum enim animal viuat per calidum & humidum, si calor fuerit interius, desiccat citò humidum, & sic corpus dissoluitur, vt supra dictum est. Sicut in lucerna contingit, quia ignis cito extinguitur, sic & humor. Ex hoc contingit in quibusdam regionibus Æthiopum calidissimis, in quibus homines vltra triginta annos non dicuntur viuere. Et ratio huiusmodi est. Quia corpora eorum sunt circundata aere calidissimo, & ideò oportet quòd sint porosa & sicca, eò quòd euaporantur continuè, & humidum recedit à corpore, & ideò corpora eorum fiunt frigida. Ideò talis propter defectum virtutis naturalis, qui cum spiritu euaporatur, cito senescit & deficit, 2. Corint. 3. Spiritus est, qui viuificat. Homo etiam patitur ex circumstantia loci, vt ex aere infecto circumstante, ex intemperantia cibi, & ex immoderatione exercitij, quia tempus quietis debet æquari tempori laboris. Nam quantum dies excedunt in æstate, tantùm noctes excedunt in hyeme, & hoc ordinauit natura ad conseruandum vices. Et ratio est, quia dispositio corporis ordinata est ad similitudinem Musici instrumenti, in quo chordæ ad chordam sunt redactæ, ideoque si debito fortius percutiantur, destruitur harmonia. Sic est & in corpore humano, sicut patet ad sensum, quia excellentia sensatorum corrumpit sensum, sicut nimis splendida res corrumpit visum: sic est de singulis sensibus. Hippocrates: Ab indulgentia, vel superfluitate corrumpitur sensus. Itaque DEVS non fecit causam mortis, quæ est peccatum, quia à Deo non est illud, quod est contra naturam. De quo peccato mors & omnia quæ sunt mortis, oriuntur.

Est

Mors multiplex in omnibus. Est autem in omnibus multiplex mors. Primo, propter distantiam localem, eò quod multum distat a Deo. Galat. 5. *Dum sumus in corpore, peregrinamur a Domino.* Et ideò Patres ex desiderio essendi cum Deo, appellabant se peregrinos & aduenas super terram. Psalm. 119. *Heu mihi, quia incolatus meus prol.* Nam licet Deus sit vbique, tamen secundum nobiles cōditiones dicitur esse in cœlo, iuxta Psal. 121. *Ad te leuaui oculos meos.* Philosophus de cœlo & mundo dic. quòd huius signum sit, quod homines manus ad cœlum leuant. Et in lib de cœlo & mundo dicitur, quod ibi est vita melior omni vita. Et ideò videmus, quod res quanto magis distant a cœlo vel à Deo magis corrumpuntur, sicut generabilia & corruptibilia quæ sunt sub cœlo. Quæ autem magis appropinquant ad Deū, perpetuo solidantur sicut de corporibus super cœlestibus, quæ nulla alteratione mutantur. Et sic homines quamdiu sunt in hac valle miseriæ constituti, continuè moriuntur, Sap 5. *Nos con[illegible] desinimus esse.*

1.

2. Et deinceps propter deficientiam virtualem, quia virtutes naturales semper debilitantur in agendo. Et ideò primum tantum conuertitur de alimento quod sufficit, non solum ad restaurationem deperditi, sed etiam ad augmentum, & hoc durat vsque ad vigesimum primum annum, postea conuertitur solum ad restaurationem, vltimò debilitatur tantum natura, quod non potest tantum conuertere de alimento, in nutrimentum quantum perditur. Vnde oportet quod propter defectum naturalis virtutis & admixtionem contrarij sequatur corporis dissolutio. Exemplū de vino, si illi admisceatur aqua, quod fit aquosum quia aqua inualescit, & virtus vini debilitatur, in tātum, quod iam non est vinum, sed aqua: & secundum hunc modum homines senescunt & naturaliter moriūtur: Quia propter multā comestionem fit admixtio multi extranei, & est in eis defectus virtutis naturalis, quæ non potest conuertere extraneum, & assimilare sibi. Et propter hoc in senibus sunt multæ superfluitates & viscosæ humiditates. Tertio, propter violentiam exteriorem sicut Tyrannorum. Quia vna die occiderunt vndecim millia virginum. Aut propter violentiam elementalium actionum, eò quòd peccatores offendunt creatorem cœli & terræ, ideo etiam offenduntur ab omnibus creaturis mundi. A terra absorbentur, ab aqua suffocantur, ab aere inficiuntur, ab igne comburuntur. *Omnis creatura.* Sap. 16. *exardescit in vltionem iniquorum* De hac miseria cupiebat liberari Apostolus. Rom. 7. *Infelix [illegible] homo, [illegible] liberabit de corpore mortis huius.* [illegible] autem aliquis, cur Deus cùm sit perfectissimum agens creaturam suam tam nobilem, humanam scil. naturam negligat, & mori permittat Sed hoc cum [illegible] primò ratione virtutis, quam ei [illegible]dit. Secundo, ratione quietis, quam ei instituit Tertiò, ratione [illegible] quam eam perducit. [illegible] est optimus opifex & gubernator. Optimum autem est in qualibet gubernatione, vt gubernator prouideat rebus gubernandis, secundum conditionem earū. Nam in hoc iustitia regni consistit. Vnde videmus, quod rectores & gubernatores ciuitatum permittunt, quod homines ciuitatis agant secundum [illegible] & suas exerceant artes, sine quibus ciuitas conseruari non potest. Nam natura inclinat ad hoc homines in simul habitare, vt homines sibi inuicē ex propriis actibus subueniant, quia nullus est, qui sibi ipsi sufficiat, cuiuscunque conditionis existat, nisi solus Deus, & qui plus sit quàm homo, vt S. Ioannes & Eremitæ. Sic Deus permittit res agere secundum proprias virtutes. Sed corpus humanum componitur ex quatuor rebus, quæ 3.

[illegible]

quæ

quæ sibi inuicem contrariantur, & habent contrarias actiones, ex quarum contrarietate dissoluitur. Secundo, ratione quietis. Nulla res potest quietari, nisi in loco proprio, vt nauis in portu, grauia deorsum, leuia sursum, sic homo nescit nisi in Deo. Locus enim est conseruatiuus locati. Sapiens medicus remittit infirmum ad locum vbi fuerat oriundus, aut vbi aliàs mauult esse. Nos autem non sumus in loco proprio, sed in cælo proprius locus est animarum, vbi nulla est alteratio. Et philosophus quidam dic. *A globo lunari sursum non est malum.* Sap. 3. *Et non tanget illos tormentum malitiæ.* Vbi constituisti lucidissimas mansiones, ibi requiescunt sanctorum animæ. Anima autem hominis non potest ad locum suum ascendere, nisi à corpore soluatur. Psalm. 141. *Educ Domine de carcere animam meam.* Diuina itaque prouidentia ita disponit, & permittit homines mori. Bona & mala, vita & mors à Deo sunt. Tertio, ratione societatis. Nullus bonus artifex faceret aliquod vas, quod non posset nec deberet impleri. Deus autem creauit animam hominis tantæ capacitatis & virtutis, quæ posset impleri, & in se Deum recipere, & ipsum in ea habitare posset. Nullum autem bonum terrenum satiare potest animam, præter Deum: quia non satiant sed irritant, & quanto plus habet homo de pecunia, tanto minus habet de anima. Psalm. 64. *Replebimur in bonis domus tuæ.* Psalm. 71. *Replebimur maiestate tua.* Ideo cupiebat Paulus, dissolui, & esse cum Christo: quod nobis idem præstet Redemptor noster.

De causa & origine mortis.

Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Rom. 5.

Effectus contrarij procedunt ex causis contrarijs: vti à calore resoluitur, quod à frigore constringitur. Sic spiritualiter cor peccatoris, quod peccati malitia stringit, gratiæ calor aperit: sic etiam prout vita corporis à vita animæ procedit, sic & mors etiam corporis, quæ est ipsi vitæ opposita, à morte animæ prouenit. Moritur autem anima, non quo ad vitam naturæ, sed gratiæ per culpam & peccatum, Ezech. 18. *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* Vnde mors corporis ex peccato processit, & peccatum & mors habuerunt originem ab homine primo. Origo igitur culpæ per vnum hominem, infectio animæ per peccatum. Corruptio vitę per mortem. *Simile.* *Origo culpæ per vnū hominem, Infectio animæ per peccatum, Corruptio vitæ per mortem.* De primo, Nos videmus, quod illud quod est principium aliquorum in ipsa, quæ ab ipso dependent, secundum propriam dispositionem influit: sicut si radix arboris corrupta est, de illius corruptione truncus & radix, & fructus sentiunt. Et similiter si virens sit, & benè disposita, idem accidit in recipiendo, quia etiam de sua bona dispositione sentiunt, quæ ab ea procedunt. Adam autem principium fuit verius humanæ naturæ, & omnes homines ab ipso descenderunt, & omnes sumus respectu ipsius tanquam vnius corporis multa membra, ideo omnes de eius corruptione inficiuntur. Et quamuis illud non sit voluntarium ex parte pueri nati, est tamen voluntarium ex parte Adæ, in quo tanquam in principio natura humana continebatur. Sicut de membro

aliquo in corpore humano, scil. manus committit homicidium, & non est voluntarium ex parte manus. Sed ex parte voluntatis ipsius mouentis ad malum, & nihilominus punitur homo in manu & in corpore Rom. 5. *Quid per vnum hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi*: itaque initium humanæ transgressionis fuit primo inobedientia vnius hominis. Nec obstat quod dicitur Eccl. 25. quod *à muliere initium factum est peccati*, quia fuit quidem primum, sed incompletũ, vir autem proximũ & completum. Nec ita fuit inobedientia, vt est inobedientia peccatum speciale, sed superbia, ex qua homo processit ad inobedientiam, Eccl. 10. *Initium omnis peccati est superbia.* ex qua hæc inobedientia, quæ aggrauatur multipliciter. Primò, ex parte Dei præcipientis, qui fuit Deus & non homo. Si ergò nefas non obedire præpositis, & leges humanas præuaricari, quanto magis Dei, Act. 5. *Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus.* & tamen quidam contrarium faciunt similes Sauli, qui dixit Samueli, 1. Reg. 15. *Peccaui, quia præuaricatus sum sermonem Domini & verbum tuum, timens populum & obediens voci eorum.* Secundò, ex parte transgredientis, scil. Adæ. Primo, quia non peccauit ex ignorantia, 1. Tit. 2. Adam non est seductus, sed mulier seducta in præuaricatione fuit, ergo mulier ex ignorantia, vir autem ex certa scientia peccauit. Luc 12. *Seruus qui cognouit voluntatem Domini sui & non fecit, vapulabit multis.* & è contra. Maior autem fuit superbia Euæ, quia credidit verum esse, quod serpens suasit, sc. discernendo bonum & malum, & per eum veritatem voluit cõsequi diuinam similitudinem contra Dei voluntatem, quod Adam nõ voluit, sed in hoc peccauit, quia superbiuit, & voluit eam consequi per seipsum. Non etiam peccauit Adam ex infirmitate, quia sic perfectũ creauit eum Dominus, vt leuiter & sine difficultate posset omne peccatum vitare, quia non habebat intrinsecus, quod eum ad peccandum posset impellere August. 14. de ciu. Dei, cap. 15. *Magna fuit in peccando iniquitas, vbi tanta fuit in non peccando facilitas. Peccauit Adam non ex infirmitate, sed ex elatione superbiæ, appetens Deo esse similis, non quantum ad naturam, sed quantum ad scientiam boni & mali*, prout suggesserat serpens, sc. vt per virtutem propriæ naturæ sciret determinare quid bonum esset, & quid malum ad agendum, vel etiam vt per seipsum præcognosceret, quid sibi boni vel mali esset futurum. Exinde nata est illa inobedientia. Tertio, ratione nocumenti inde prouenientis: quia ex hoc interrupta est innocentia primi status, qua subtracta deordinata est tota natura humana, & peccato originali infecta. Si non peccasset, nulla ei creatura restitisset. Sed nunc fit in contrarium. Ex eo etiam vulnerata natura humana, vel eius inclinatio ad virtutem, quæ est quoddam bonum naturæ, quia incurrimus [illegible] ignorantiam agendorum, concupiscentiam noxiorum, debilitatem operandi, promptitudinem ad malum, inordinationem omnium passionum, amando quæ non sunt amanda, & timendo quæ non sunt timenda, & exultando in his, in quibus deberemus dolere. Dedit etiam Adam primum malum exemplum transgrediẽdi præcepta Dei & peccandi, nos autem magis delinquimus, quando [illegible] scimus tales grauiter punitos. Num. [illegible] *Omnes homines qui viderunt maiestatem meam*, &c. Tob. 3. *Quia non obediuimus præceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionem & captiuitatem & mortem, & in fabulam, & in improperium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos.* Secundo, Infectio peccati originalis. B. Greg. dic. quod aliquando peccatum sequens est pœna peccati præcedẽtis. Sicut Deus quandoque permittit puniri, & patitur occultam mẽtis superbiam, per manifestam carnis ruinã, sic etiam peccatum

Inobedientia fuit initium humanæ transgressionis.

Aggrauatur primo ex parte Dei præcipientis.

2\. *Ex parte transgredientis.*

[illegible]

Greg.

catum

catum primi parentis punitur, dum ex
ipso posteriores peccatores cōstituun-
tur. Frequenter etiam ex Dei iudicio
prouenit, quod homo peccator subda-
tur diabolo vel alteri peccatori, vt cru-
delius puniatur. Ps. 108. *Constitue super eum*
peccatorem, & diabolus stet a dextris eius. Nota
Peccatores [illegible] peccatores sunt in triplici periculo. Pri-
mò, quia sunt, iuxta Psal. 118. *Longè à pecca-*
toribus salus, longè remoti a Saluatore. &
culo. istud est periculum, sicut quando medicus
1. longè distat ab ægroto. Deus est patiens
& liberalis: Peccator est crudelis & a-
[illegible] &c. Pro. 15. *Longè est Dominus ab im-*
2. *pijs.* Secundò, Pessime corrupti sunt &
abominabiles Deo, plusquam res fœti-
dæ. Ideo dicitur, *à peccatoribus.* vt Sodo-
mitæ, Genes. 13 & Gen. 37. dicitur de Io-
seph, quod accusauit fratres suos apud
patrem de crimine pessimo, sc. Sodomi-
tico. & est pessimum, quādo trahitur in
consuetudinem. Rom. 1. Gen. 18. Sodomia
facit vt homo non generetur: & homi-
3. [illegible] vt gemitus extinguatur. Tertiò,
[illegible] salute priuati: Salus enim non
[illegible] haberi sine gratia, qua carēt pec
[illegible]. Qui sunt in peccato originali,
[illegible] possunt saluari sine Baptismo. Marci
[illegible] de alijs. Nota etiam quod dicat ex-
[illegible] propagationis, *Multi sunt constituti*
[illegible] Matth. 7. *Lata porta & spaciosa via*
est quæ ducit ad perditionem, & multi intrāt per
Infectio [illegible] De infectione animæ per peccatum
animæ. [illegible] sterilitas in terra: vbi nō est plu-
[illegible] ita in anima, vbi nō
[illegible] & sol, id est, amor diuinus
[illegible] eam; & lunam & stellas,
[illegible] beatissimæ virginis Mariæ,
& [illegible] orum. Remoto autem
per [illegible] peccato, omnia resti-
[illegible] & fructifera fit terra. Isa. 7. Hic
est omnis fructus, vt auferatur pecca-
Poenitenti [illegible] Tria enim prouenium bona
tria bona homini pœnitenti. Primo, Restitutio
proueniunt. gloriæ [illegible] Sicut enim per pecca-
1. tum homo priuatur cælesti hæreditate:
sic per pœnitentiam homo restituitur ad
eam. Matth. 21. *Hic est hæres*, sc. verè pœni-
tens. Secundò, infusio gratiæ, alias non 2.
germinat anima: sicut nec arbores aut
terra. Redeuntibus ad pœnitētiam pro-
mittitur. Ezech. 34. [illegible]
& [illegible] *terra* [illegible]
net germen suum. Tertiò, Expiatio maliciæ, 3.
vt auferatur peccatum. Deus enim re-
quirit vas cordis mundum & purum, a-
lias ibi nō ponit gratiam suam. Sed pec-
catum est in anima, sicut rubigo in vase
argenteo vel æneo, cōsumens & defor-
mans ipsū. Corruptio vitæ, quę est mors *Vitæ cor-*
sequens ex peccato primi hominis. Om- *ruptio.*
nes homines onerati sunt debito mor-
tis, & oportet necessario oēs homines
hoc debitum soluere mortis, quæ domi-
natur toti mundo. Rom. 5. Sed sicut *per v-*
num hominē mors transijt in omnes homines, &c.
Si vnius hominis delicto mors regnauit
per vnum, multo magis abundantia gra
tiæ & donationis, & iustitiæ in vita reg-
nabit per vnum Iesum Christum.

De communitate & vniuersali-
tate mortis.

Communionem mortis scito. Eccl. 9.

PHilosophus dicit, quòd *in cognitione hu-*
mana tam sensitiua, quàm intellectiua primo
occurrit, quod est magis commune, postea descen-
dendo gradatim deuenitur ad ea, quæ sunt magis
specialia. [illegible] *si quis quem intuetur à longe, prius*
cognoscit, quod sit animal, quàm hoc animal. Et
pueri omnem hominem patrem appellāt primitus,
postea singulariùs discernunt. Hinc vt homo
facilius inducatur ad considerationem
suæ propriæ mortis, primò admonet sa-
piēs, vt discat cōsiderare mortis cōmu-
nitatē in verbis allegatis. Primo [illegible] igitur
quod est multū generale, sc. communio *Mortis com-*
mortis, quia in moriendo communicāt *munio.*
oēs homines. Eccl. 9. [illegible]
[illegible] & omnia animalia, sed [illegible]
materiam, non secundum formam, [illegible]

 ani-

animam. Ita vt nullus homo supra aliũ se exaltet. Huc spectat, quod dicit Apostolus Heb.13. *Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci.* In his tribus primò aduerte, quòd mors tãquam iusta regina, quibusdã est malefica, sc. mala faciens, quasi & quibusdam bona faciens. Mala quidem peccatoribus & impœnitentibus, quos priuat bonis præsentibus & futuris, & ad æterna mala inducit, propter quod dicitur Psal.33. *Mors peccatorum pessima.* Mala, quia expoliat temporalib. bonis, peior quia copulatur æternis supplicijs, sed pessima, quia priuat bonis æternis. Ex quo apparet quod magnum beneficium est, quod homo ante mortem suam de malis suis puniatur, ita quod non post mortem ad æterna supplicia seruetur. 2 Mach 6. *Multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium.* Vnde Psalm.114. *Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.* Pro.11. *Benefacit animæ suæ vir misericors.* Isti enim specialiter in morte & post mortem pro beneficentia beneficentiam recipiunt, sc. vt in morte per impœnitentiam non pereant, vt dic. S. Ambrosius. Summa Christianæ religionis perfectio est misericordia, quam qui secutus fuerit, etiamsi carnis lubricum patiatur, vapulabit quidem, sed nõ peribit. Aduerte deinde mortis amplexum, quia omnes homines amplectitur, & omnibus est communis, ideo dicitur communionis: sed nõ est facienda communio cum excommunicatis. Sed communio mortis vitari non potest, & per eam triplex singularitas mala remouetur. Primo tollit singularitatem superbiæ, quia mors omnes æquat. Secundo, auaritiæ, & distinguit à liberalitate, quia auarus omnia pro se vult retinere, 1.Tim.6. *Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in omnibus operib. facilè tribuere & communicare, thesaurizare sibi fundamentũ in bonum futurũ, vt apprehendant vitam æternã.* Differt etiam à charitate, quę propria facit cõmunia. Act.2. *Omnes qui credebãt, erãt pariter, & erant illis omnia cõmunia.* Tertio, Fugat tristitiam & dolorem inuidię, quia omnem huius mundi excellentiam ad paritatem quandam reducit. Sap.7. sine inuidia cõmunico. Excludit præterea Apostolus defectum reminiscendi, dic. *Nolite obliuisci eius*, sc. cuius memoria est sibi maxime vtilis & necessaria, sc. mortis. Primò, ad pœnitentiæ conuersionem. Isa. 38. quando audiuit rex Ezechias: *Morieris tu, & non viues.* Statim cõuersus est ad fletum & pœnitẽtiam. sic & Niniuitæ audientes: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.* Secundo, quia prouocat ad Eleemosynarum largitionem, 1.Mac.1. *Alexander vt cognouit, quod moreretur, diuisit regnum pueris suis.* S. Hieron. dic. *Sola misericordia comes est defunctorũ.* Tertio, ad totius vitę directionem. Aues enim in volatu suo & pisces dirigunt se cauda sua: sic homines dirigunt vitam suam, & tentationes excutiunt cauda, sc. mortis memoria. Et gubernator nauis ponit se in fine nauis. Psal. *Illic naues pertransibunt*, sc. per arctum foramen mortis. Itaque Deut 25. *Caue ne obliuiscaris.* Secũdo per illam dictionem, mors, ostenditur magna iustitia, quia in iudicio suo non respicit personas, sed iustitiarius punit malos & remunerat bonos, & talis iustitiarius æterni iudicis, qui nemini parcit, cõlucuit multum timeri, Ps.54. *Formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.* Et dicitur *formido* propter recessum, *timor* propter occursum, & *tremor* propter iudicium. Formidat homo mortem, quia cõpellit eum recedere ab omnibus, de quibus magis cõfidebat, & quæ magis diligebat, sc. fortunas, honores, amicos, &c. Psal. 58. *Posuisti firmamentũ eius formidine.* Firmamentũ dicitur in quo magis homo confidebat & formidabat amittere. Timet homo mortem propter occur-

Mors quibusdã benefica, quibusdã malefica

Ambros.

Mortis amplexus.

Mors tollit triplicẽ singularitatẽ.

1.

2.

3.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

occursum peccatorum & dæmonũ. Peccatorum quidem: Quia sicut iusti confidunt in morte ex memoria bonorum, quæ egerunt, sic impijs venient ad memoriam mala, quæ egerũt, diabolo procurante, vt desperent, sicut Iudas Matt. 25. Et Deut. 31. *Occurrent vobis mala in extremo tempore, à quibus non poteritis exire.* Et B. Martino leguntur affuisse dæmones. Chrysost. *Tunc ergò erunt maximæ angustiæ, quia ex vna parte nõ permittetur anima remanere in corpore, & ex alia parte⟨s⟩ peccatorum non permittet eam fugere ad Deum.* Thren. 1. *Omnes persecutores eius comprehenderunt eam inter angustias.* 2. Corint. 7. *Foris pugnæ, intus timores.* Tertiò, tremit homo propter iudiciũ ad quod anima statim ducitur & iudicatur. Si tremuit Paulus, audiens *Saule, Saule, quid me persequeris*, & ille. *Domine, quid vis me facere?* Quantò magis illi, qui sciant se offendisse [illegible] & tantum iudicem, habent quod tremant. Iudith. 11. *Quoniam sciunt se offendisse Deum suum, tremor eius super [illegible].* Tertiò, Ostenditur quod ma[illegible] sit scire aliquid de mor[illegible] illa quatuor quæ sciri non [illegible] locum, tempus, modũ, [illegible]. Sed tria sunt præcipuè, [illegible] debet homo studium ad[illegible] suam vilitatem, mortalitatem, [illegible]. De his tribus dicitur 2. Cor. 5. [illegible] *quoniam si terrestris domus nostra [illegible]*, ecce corporis vilitas, quia vocatur domus terrestris, *dissol[illegible]* per mortem, ecce mortalitas, [illegible] *ex Deo habemus, domum non [illegible] in cælis*, ecce fœlicitas. Vilitatem itaque nouimus ex materia, 1. Cor. 15. *Primus homo de terra terrenus.* Non mirum si superbiuit angelus [illegible] erat purissima, ab omni corporeitate & materialitate superata, sed indignum quod homo superbiat cinis & puluis. Eccles. 10. Secundo, ex parte figuræ, quia configuratur domui. Habet enim corpus hominis inferius pedes, quasi ad modũ fundamenti, & crura & tibias ad modum columnarum, suprà quas ædificium corporis sustentatur & superius caput ad modũ tecti & fumarij. Sed ista domus est ruinosa, quia quotidie aliquid de ea ruit, quo vsque omninò per mortem subuertatur, Proue. 2. *Inclinata est ad mortem domus eius. Nam ea die, qua homo nascitur, incipit vita diminui.* Sapiẽt. 5. Et ita cuilibet dici potest. *Cito subuertetur domus tua.* Item est domus ærumnosa, ærumnis & ægritudinib. plenissima, nunc in capite, nunc in ventre, nunc in pedibus, nunc in visceribus, &c. & hoc euenire solet in alieno habitantibus, vt dic. Seneca, quia hoc corpus non est domus, sed hospitiũ, quia non est propria, & non habet ibi cõmoditates suas, quas vult, & est hospitium animæ. Eccles. 29. Vita nequam hospitãdi de domo in domum, & vbi hospitaliter non fiducialiter aget, nec aperiet os. Tunc autem erit propria domus animæ post mortem, quando hoc corruptibile induet incorruptionem & immortalitatẽ, & ærumna conuertetur in gloriam. Item est domus animæ, & domus angustiosa, quia est domus carceris eius: & in ista est inclusa quoad essẽtiã, quia vbilibet est in corpore. Itẽ in ea ligata propter impotentiã, quia impediẽte corpore, spiritus nõ potest facere, quæ vellet. Mat. 26. *Spiritus quidem promptus est, sed caro infirma.* Item est ibi anima tenebrosa, quantum ad intellectum, quia patitur in corpore tenebras multiplicis ignorantiæ. Et quãtum ad cõscientiã, multi manent in tenebris culpæ, propter quod deberet esse gratum animæ, quod Deus educeret eam de isto carcere. Isa. 42. *Educes de conclusione*, sc. corporis, *vinctum*, scil. spiritum, *de domo carceris sedentem in tenebris.* Item vilitas hominis ex parte infimæ habitationis, scil. terræ vltimi elementi, vbi miseria multiplex. Apocal. 8. *Væ, væ, væ habitantibus in terra.* Primò, propter defectum naturæ. Secundò, propter excessum culpæ. Tertiò, propter tormentum pœnæ. Deinde debet

Domus ruinosa.

Domus ærumnosa.

Domus angustiosa.

Mortalitas attendenda. debet accendere mortalitatem suam. Quia oportet quod per mortem vnio corporis & animę soluatur, quod etiam fit propter corporis passibilitatem, prout in scriptura vita nebulę comparatur, quæ soluitur a radijs solis. Sapient. 2. *Transiet vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est a radijs solis*, &c. Postremo fœlicitatem cum *Fœlicitas.* dicitur, *Ædificationem ex Deo habemus, non manufactam.* Vbi celestis beatitudo sub *Beatitudo cælestis sub Metaphora domus describitur.* Metaphora domus describitur, & commendatur ex quinque: primo, ex parte principij, sc. actiui. ex artifice Deo. Solus Deus nos beatos facit, ideo dicitur, *ed ex Deo*. Et constat ædificium hoc ex
1 *Ex parte principij.* duplici genere lapidum, scil. ex duplici natura hominum & angelorū, quia istæ duæ naturæ connectuntur & saluantur, mediante glutino charitatis. Ephes. 2. *In quo & vos coædificamini in tabernaculum Dei Spiritu sancto.* Secundo, ex par-
2 *Ex parte commodi.* te commodi, quia nec frigus nocet, nec quidquam aliud. Psal. 83. *Beati qui habitāt in domo tua Domine.* Tertiò, ex parte doni,
3 *Ex parte doni.* quia non datur ex merito operum, scilicet non ex condigno, ideò dicitur nō manu factam. Psalm. *Nisi Dominus ædificauerit.* Quartò, ex duratione ædificij, quia
4 *Ex duratione ædificij* æterna, a qua eius habitator nunquam eijcietur. Eccles. 12. *Ibit homo in domum æternitatis suæ.* Quintò, ex parte loci, scilicet in cælis cum Angelis faciem Dei videbunt Matth. 18. in qua visione est beatitudo perfectissima.

Quam nobis concedat
Deus trinus &
vnus.

De generalitate mortis.

Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram. 2. Reg. 14.

QVAM nulla in nobis ex nobis ipsis subsistentia vel etiam si [illegible] vi ex longitudine, honor, b[illegible] diuitiæ, &c. ex hoc cognoscimus, quia omnes morimur, & sic relinquimus alijs hæc omnia, & sæpè ignotis aut ingratis, & nihil præter peccata vel opera bona nobiscum aufferimus, ad quid ergo inanis [illegible] nostra iactantia? Deinde sicut flumina continuè è mari fluunt & iterum in mare refluunt, & putamus eā lem esse aquam cum nō sit, quam videmus & sentimus currere, sic homines nascuntur, [illegible] tur, nobis putantibus, qui nescimus, quod ijdem homines semper sint in [illegible] ciuitate, nisi quando nostrum interest, ita quod quasi continuum sequens [illegible] nius & alterius vsque ad mortem [illegible] *omnes morimur*. Primo, [illegible] omnes homines in vniuersum: sicut venenum ingreditur ad cor, a quo vitæ virtus in omnia membra procedit, ex [illegible] membra corporis humani mo[illegible] Sic quando venenum peccati [illegible] in Adam, a quo transfusa est humana natura in omnes homines, omnia membra scil. omnes homines moriuntur. Rom. 5. In omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt, &c. Itaque generalitas est pœnæ & culpæ: et hinc aduerte terribilitatē, quia mors, generalitatem quia in omnes. Nihil quippe in vita humana præsenti videtur terribilius morte quia per eam omnia mundana gaudia terminantur, & maxima vnio & amor, qui possit esse in mundo per eam dissoluitur. Sicut est amor animæ & corporis. Vnde Philosophus eam mortem dicit esse terribilissimam. [illegible] mo, propter bonorum temporalium [illegible] amissio-

amissionem; quoniam *cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.* Psalm. 48. Et qui auari, lasciui, cupidi [illegible] fuerint, compellentur dicere vltimo *P[illegible] mendacium [illegible]* Psal. 28. Terribilior propter naturalis appetitus destructionem: quia omne animal appetit se in esse & vitam conseruare, quæ per mortem destruuntur. Non autem terribilis est, respectu, quod per eam vitam æternam consequamur. Ioan. 17. *Hæc est vita æterna,* &c. Terribilissima propter dissolutionem vnionis animæ & carnis, quæ sunt sicut amici coniunctissimi. Sed quia anima non potest vniri Deo nec beatificari, nisi soluta à corpore. Apocal. 14. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur,* ideo homo debet illam appetere cum Apostolo Phil. *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Quæ cum peccator non considerat, videtur sibi mors terribilissima iuxta Psal. 54. *Formido mortis cecidit super me.* Generalitas autem mortis prouenit ex diuina æquitate. *Quia in Adam omnes moriuntur.* 1. Corinth. 15. Ex diuina [illegible] vt ex hac miseria absoluantur culpæ vel pœnæ. Prouerb. 14. *Miseros facit populos peccatum.* Et ex communi defectu, qui consistit vel in contrariorum compositione, vel in sufficienti restauratione, vt in mixtione aquæ cum vino [illegible]. Illud enim quod ex alimento regeneratur est, quasi extraneum [illegible], in quo fundatur virtus [illegible] humanæ. Generalitas culpæ [illegible] tam de peccato originali, quam actuali: Quomodo omnes propter originale peccatum morti subiecti sunt, iam multoties dictum est. *Omnes enim declinauerunt simul inutiles facti sunt.* Psalmo 13. Scilicet, omnes descendentes ab Adam declinauerunt à rectitudine originalis iustitiæ, quæ erat quoddam donum supernaturale primo homini diuinitus datum, in sua institutione, per quod ratio subdebatur Deo, & inferiores vires rationi, & corpus animæ. Et inutiles sunt homines, quia non pertingunt ad finem propter peccatum, ad quem creati sunt, scilicet beatitudinem æternam. Potest etiam prædicta generalitas, quæ dicit, quod *omnes peccauerunt, & egent gloria Dei,* Romanorum tertio, referri ad actualia peccata: quia sicut dicitur Iacob 3. *In multis offendimus omnes,* scilicet vel mortaliter, vel venialiter excepto Christo & beatissima virgine. De omnibus alijs dicitur 1. Ioann. 1. *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.* Quia autem continuè morimur & sine interpellatione, comparatur mortalitas aquæ labenti vel fluuiali: quia semper pars post partem dilabitur & pertransit: sic quotidiè aliqua pars vitæ nostræ dirimitur, & nostrum augmentum est decrementum. Sapient. 5. *Nos nati, continuè desinimus esse. Fluuius autem terminatur ad mare: & homo ad mortis amaritudinem.* Item mors hominis assimilatur aquæ torrentis, quæ licet aliquando multum abundet, & cum impetu ad saxa percutiens sonum faciat, citò tamen desiccatur, & deficit, & ibi de ea nihil reperitur: Sic homines frequenter abundant, & faciunt sonum magni nominis, tamen per mortem ad nihilum deueniunt, tanquam aqua decurrens. Vbi primo totalis defectio, secundo similitudinaria declaratio innuitur. Sed nec homo, nec aliqua creatura purè in nihilum redigitur, licet possit hoc Deus facere, atque homo quidem, nec ex parte corporis, quod in aliud corpus resoluitur, nec etiam ex parte animæ, quæ etiam separata à corpore remanet in sua substantia, & in esse intellectuali. Dicuntur autem homines morientes redigi in nihilum, quantum ad apparentiam sensus, quia anima separata inuisibilis est, & non perceptibilis sensu. Vnde reso-

Morimur continuè.

resoluto corpore vel in terra recondito nihil vlterius apparet de homine ac si esset redactus in nihilum. Ideò Sap.2. *Nos ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus, quasi non fuerimus.* scil. quantum ad apparentiam sensus, vel quantum ad bona præsentis vitæ. Nota etiam quod dic. B. August. quod, *peccatum nihil est, & nihil fiunt homines quando peccant.* Quia in omni peccato includitur priuatio. & priuatio est quædam cessatio ab actu, & sic nihil est. Quia inquantum peccat, est actus priuatus ordine debito. Videant ergo peccatores, quomodo annihilentur. Sicut qui ex magnis honoribus in miserrimum statū deijcitur, vt dicat ex persona peccatoris Psal. 72. *Ad nihilum redactus sum, & nesciui.* De similitudine torrētis, dictum est, & accommodatur illud 3. Regum 17. *Post aliquantos dies, siccatus est torrens, eo quod non esset pluuia.* Quia nō tantum torrentes & riuuli desiccantur, sic vbi non affluunt amplius diuitiæ, fauores, honores, sed etiā qui pauperes sunt & in amaritudine vitæ exiccantur. Isai.19. *Arescet aqua de mari, et fluuius desolabitur, atque siccabitur, & deficient flumina, attenuabuntur & desiccabuntur riui aggerum.* Vltimò, quia nos in terram deijcimur, quæ est terra sepulturæ, quæ ex communi vsu, & naturæ conditione omnib. debetur, habemus quod nō gloriemur, sed nos humiliemus. Vnde quilibet potest dicere alteri. Ruth.1. *Quæ te terra suscepit morientem, in ea moriar, ibique locum accipiā sepulturæ.* Nec refert quod quis in petra sepeliatur, quia & illa terra est, & corpus in terram resoluitur. Alia terra est, cuius habitationem desiderabat Dauid dic. Psal. 141. *Portio mea Domine sit in terra viuentiū.* Cogita ergo mortalis, quia morieris, & nescis quando, & eris abominabilis omnibus forsitan etiā Deo & Angelis propter peccata. quid de te præsumis, quid gloriaris, in quo alium iudicas te condemnari, cur non peragis officium, cur non expedis expedienda, quare non hodie, sed cras & nec cras quidem cum tuo magno damno, sumptu & contemptu? Tu vis statim audiri à Deo & mereri veniam, & statim post mortem intrare in gloriam, & ecce inquantum deficis in tuis contra Deum & proximum: Quam bonus & misericors fueris erga proximum, ita ergà te Deus erit. Vide ergò quid agas.

August.
Peccatum quid.
Priuatio in omni peccato includitur.
Similitudo torrentis.
Superbia cessat ex consideratione sepulturæ.
Exhortatio ad mortales.

De mortis necessitate.

Statutum est omnibus hominibus semel mori, & post hoc ad iudicium. Heb. 9.

QVemadmodum in quauis ciuitate sunt aliæ atque aliæ leges, quæ municipales dicuntur: sic in ciuitate Dei aliæ sunt atque aliæ. Habet autem Deus tres ciuitates, cælum in summo, infernum in imo, mundum in medio. *Quæ in summo est vocatur cælestis Hierusalem.* Gal. 4. In illa posuit statutum vitæ, vt ibi ciues semper viuant, & quidem in summa lætitia. Quia videmus, quod naturaliter illud, quod coniunctum est soli, nunquam habet defectum luminis, & quod coniunctum igni, nunquam habet defectum caloris, & quod fonti, nunquam habet defectum humoris. Sic qui sunt in ciuitate illa cælesti, sunt coniuncti Deo, qui est fons & principium, tam vitæ quam gaudij, & nunquam possunt separari ab eo, nec esse sine gaudio. Psal. *Torrente voluptatis potabis eos quoniam apud te est fons vitæ*, qualis est Christus ipse, qui dixit de animabus beatis, Ioan.10. *Ego vitam æternam do eis.* In infimo est ciuitas infernalis impiorum, gētilium & damnatorum, publicorumque hostium, vbi statutum est, vt semper viuant & semper moriantur, viuant vita naturæ, moriantur morte gehennæ. Psal. 48. *Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.* quia herba iterum reuiuiscit, & iterum abscinditur,

[illegible] mũlt. [illegible]ors est pu[illegible] legal.

tur, vt affligantur. In medio est mũdus, vbi hæc lex allegata viget. Ostenditur ergo primò, quod mors sit quædam punitio legalis quia inflicta est à decreto diuino & primo in paradiso. Genes 2. in quo duo continentur præcepta, vnũ quod est ad conseruationem indiuidui dic. *Ex omni ligno paradisi comede*, aliud disciplinæ ad promerendam gratiam paradisi, quia hanc non poterat melius mereri, quàm per meram obedientiam, quia tunc mera est, quando præceptum ex se solum obligat & non ex alia causa. Et dicitur præceptum disciplinæ, quia per ipsum discitur, quanta sit virtus obedientiæ. Et disciplinæ præceptũ dicitur, quia vitare lignum scientiæ nõ [illegible] natura, sed disciplina. Et prohibetur malum & occasio mali, & prælatus propter obedientiæ probationem multa potest prohibere, quæ non sunt in regula expressa. Itaque statutum est [illegible], prout dicitur Daniel 6. *Non immutetur quod statutum est, nec cuiquam præuaricari [illegible].* Multò minus autem hoc, quod nõ ab [illegible], sed à Deo ipso est constitutum. Num 22. *Non mutare potero verbum Domini.* Ibidem c. 3. *Non est Deus quasi homo, vt [illegible] vt filius hominis, vt mutetur.* Præterea statutum hoc, vt non est mutabile, ita est & æquissimum. Primò ratione finis, quia ordinatur ad commune bonũ. Secundò ex authoris potestate, quã non [illegible]. Tertiò ex proportionis æqualitate secundum quam imponũtur onera [illegible] in ordine ad bonum cõmune, & quidem totius vniuersi ad cuius perfectionem pertinet, quod omnis creaturarum gradus inueniatur in eo, quædam substantiæ penitùs incorruptibiles, vt sunt substantiæ spirituales, vt angeli, siue corporales, vt cœli & quædam è contrario penitus corruptibiles, vt corpora mixta & ex contrarijs composita, & stat ad perfectionem ipsius, vt etiam inueniantur aliquæ, habentes esse complectum in specie, quæ sint partim

[illegible]ræceptum [illegible]sciplinæ.

Mortis statutum non est mutabile ideò æquissimum.

1

2

corruptibiles & partim incorruptibiles, & tales sunt homines quorum corpora licet per mortem corrumpantur, non tamen animæ, cum quibus communicant cum substantijs separatis. Facit etiam hoc mortis statutum ad commune bonum naturæ humanæ, quæ ex peccato primorum parentum expoliata originali iustitia, *dum in hac vita manet, repletur multis miserijs* Iob 14 quibus per mortem eripitur, & ad vitę stabilitatem perducitur, non tamen omnis, sed solum iustus & sanctus vitam illam consequitur, & hoc in die iudicij ex differentia positionis bonorum & malorum Matt. 25. & quidem non ex culpa huius statuti, quod magis inducit ad correctionem, sed ex malæ vitæ corruptione ipsorum peccatorum, vel ex ignorantia cæcitatis & infidelitatis eorum. Rom. 10. *Ignorantes Dei iustitiam, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.* Est etiam iustum statutum ex cõdente, cuius potestas est super omnes, & qui est Dominus mortis & vitæ 1. Reg. 2. *Dominus mortificat & viuificat.* vnde bene potuit facere statutũ de morte Dices, *Deus non fecit mortem.* Sapient 1. ergò non debuit legem facere de morte. Sed nota quod prout est malũ quoddam humanæ naturæ, sic non est à Deo, sed quidam defectus incidens humanæ naturæ ex culpa sua propria: At vt habet aliquam rationem boni, scil. vt est quædam iusta pœna, sic est à Deo. Insuper ex æqualitate proportionis quia omnes moriuntur & non est differentia, quantum ad peccatum originale, cætera sunt in dispositione diuina, quæ eueniunt morienti. Adde quod statutũ hoc in morte habet inuiolabilem obseruationem, vt nulli prætérire. Matth. 5. *Iota vnum vel vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Humanæ leges perrumpuntur à diuitibus & potentibus. Sed hæc nullo modo quia eam de iure præterire non licet, cùm sit ex iustitia Dei posita, nec etiam de facto, cùm sit Dei po-

Mortis statutum facit ad cõmune bonũ naturæ humanæ

Mortis statutum iustũ ex cõdente

Ex æqualitate proportionis.

tentia vallata. Psal.148. *Præceptum posuit & non præteribit.* scil. nec pauper nec diues. Secundò nota, quod mors est quædam corruptio naturalis in eo quod dicit Apostolus, *Hominibus.* De natura enim hominis est quod corrumpatur, & moriatur. quia homo ex contrarijs componitur. Et Seneca dicit, quod mors homini natura sit, non pœna. Mors enim homini morienti non infligit pœnam, quia tum non sentit, & non sentitur, & cum sit priuatio vitæ & sensus. Itaque mors est natura, scil. naturalis propter conditionē materiæ, & etiam est pœna, scil. pœnalis, propter amissionē diuini beneficij præseruantis à morte. Et ideò non tantum ex diuino statuto, sed etiam ex natura contingit, quòd nullus euadere potest finaliter corruptionem corporis, Psal.88. *Quis est homo, qui viuet.* Eccles.9. *Nemo est qui semper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam.* Nota quoque quod homo secundum corpus semel tantum moriatur, licet secundum animam sæpiùs, sed potest per pœnitētiam resurgere, quia *septies in die cadit iustus, & resurgit.* Prouerb. 24. Et de Christo homine Apostolus ait, Rom. 6. *Quod enim mortuus est peccato non suo, sed nostro mortuus est semel.* Aduerte vltimò, quod mors est quædam citatio iudicialis. Et hoc post hoc iudicium, scil. post mortem. Nam sicut post mortem omnium hominum sequitur iudicium generale, ita post mortem cuiuslibet hominis particularis sequitur etiam iudiciū particulare. Sed generale iudicium præcedet. Primò citatio monitoria. Secundo preceptoria. Tertiò peremptoria, 1.Thess. 4. *Ipse Dominus in iussu:* Ecce citatio præceptoria. Psalm. 7. *Exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti & synag. pop. circ. te. Et propter hanc in altum regredere.* Sequitur. *In voce archangeli* Ecce monitoria Ioelis 3. *Consurgāt & ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes.* Et sequitur in authoritate Apostoli. *Et in tuba Dei descendet de cælo, & mortui, qui in ipso sunt resurgent primi.* Ecce peremptoria. Apoc.10. *Angelus quem vidi stantem supra mare, & supra terram, leuauit manum suam ad cælum,* &c. Hęc etiam triplex citatio pręcedit iudiciū particulare cuiuscūq; particularis hominis. Citatio monitoria fit per prædicationes. Præceptoria per prælatos, vel per scripturas diuina præcepta continentes, sed peremptoria per mortem, per quam homo ad iudicium vocatur. De iudicio plura alibi. At o miseri mortales, nolite vos illa securos reddere in omnib. cogitationib. & actionibus vestris, quasi omnia, quæ libent, liceant, quasi ex plenitudine potestatis liberum sit vobis facere omnia, etiam iniustissima, quasi Deus non sit inspector & vltor. Veniet, veniet aliquando tempus, dies & hora, qua molem iniustitiarum vestrarum cogemini intueri, portare, & pati, nolitis velitis, quia quoties voluit vos Deus, Ecclesia prælati & alij congregare, & noluistis.

Mors est quædā corruptio naturalis, ideo dicitur, Hominibus.

Mors homini morienti non infligit pœnam.

Mors est naturalis.

Moritur homo tantum semel secundū corpus.

Mors est quædā citatio iudicialis.

Iudiciū generale quæ præcedent Nota verba.

Exhortatio ad mortales.

De necessitate moriendi.

Quis est homo, qui viuet & non videbit mortem? Psal.88.

QVamuis homo in statu innocentiæ non ex natura, sed Dei gratia esset immortalis, scilicet quod poterat non mori, tamen propter peccatum primi hominis ipse cum tota posteritate sua facti sunt mortales, scilicet necessitati mortis addicti, Ideò Rom.5. *per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors,* scilicet moriendi necessitas. Huc spectant verba allegata, quia nullus est, qui non experietur aliquando mortem. Et quærit primo de vitę perpetuitate dic. *Quis est homo, qui viuet?* deinde de mortis euitabilitate dic. *Et non*

Homo ex Dei gratia erat immortalis.

vidēbit

Vita hominis duplex spiritualis & corporalis.

videbit mortem? Cùm duplex sit vita hominis, scilicet spiritualis per gratiam, & corporalis, hæc quidem perpetuari non potest: Quia in quolibet animali est consumptio & restauratio. consumptio per actionem calidi, & restauratio per acceptionem alimenti. Quia ergò ibi est continua deperditio, & illud quod restauratur per alimentum, non est ita purum, sicut illud quod deperditur, ideo necesse est animal corrumpi. Nam si quis acciperet de vino quod esset in dolio & restauraret ibi de aqua, ad vltimum oporteret quod esset vinum ita aquosum, quod esset corruptio vini ibidem. Sed si restauraretur ita purum vinum, sicut extrahitur inde, posset perpetuari huiusmodi dolium vini: sic est de carne hominis. Sed post resurrectionem erit alia ratio in bonis & in malis & hoc partim ex natura, partim ex diuina iustitia. Vita autem spiritualis, qua anima viuit Deo per gratiam & charitatem, 1. Ioan. 3. *Scimus quoniam translati sumus de morte ad ad vitam, quoniam diligimus*) non perditur nisi per peccatum mortale, & perpetuatur sicut in innocentibus, qui nunquam mortaliter peccant in Beatissima Virgine Maria, S. Ioanne Baptista & alijs. Ex quorum persona dicebat Dauid Psalm. 117. *Non moriar, sed viuam.* In quibus duo multum desiderabilia se habiturum confidit, scilicet præseruationem a defectu culpæ, scilicet, *Non moriar.* & conseruationem in statu gratiæ dic. *Sed viuam.* Circa primum sunt quatuor accidentia, quibus corpora præseruantur à corruptione naturali, quæ etiam spirituali modo accepta præseruant animam a corruptione seu morte culpæ. Primum est calor intensus. Res enim multum calidæ non putrescunt, præcipuè cum siccantur, vt piper, & galanga; zinziber autem putrescit propter innatum humidum. Similiter aqua, quamdiu feruet, non putrescit, quia calor ignis maior est in ea, quam calor aeris, ideò non vincitur sed vincit. Similiter anima à morte peccati, quæ fit per tentationem, præseruatur per feruentem orationem. Vnde dominus hortatur discipulos Lucæ vigesimosecundo. *Orate, ne intretis in tentationem.* vt Isaiæ 38. dicitur de Ezechia rege. Secundum est Frigiditas, siue sit ab extrinseco vel intrinseco. Nam si frigus sit extrinsecum, præcipue est impediens, quia per se repugnat calido alieno & extrinseco. Vnde in hyeme & simpliciter in aere frigido conseruantur corpora, quia calidum extrinsecum est parum, & frigus sibi contrarium est multum: nec in talibus apparet motus putrefactionis, nisi recedente frigore: Si autem est frigus extrinsecum, etiam impedit putrefactionem, quia coagulat nec permittit illud exhalare, sicut est in omnibus metallis frigido congelatis, in quibus frigus claudit poros & vincit calidum extrinsecum, ne de humido aliquid exudet, nisi parum, vt quando generatur rubigo, & maior est in eo duratio, quia eius humidum naturale magis constat. Tanquam frigus extrinsecum est tribulatio mundi, quæ ardorem concupiscentiæ, extraneam carnem concupiscentis extinguit. Ecclesiast. vndecimo. *Malitia vnius horæ, oblivionem facit luxuriæ:* Et ex hoc etiam præseruat a morte animæ. Romanorum octauo. *Si secundùm carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Sed tanquam intrinsecum frigus, est intrinsecum refrigerium contemplationis cælestium. Hæc est, quæ corporis sensus claudit, deuotionis humorem coagulat, & calorem extraneum mundi superat. Quanto enim maiori studio exercetur ad summa, tanto maiori fastidio frigescit ad infima. Colloss. 3. *Mortui enim estis,* scili-

Simile de vino.

Vita spiritualis quæ.

Accidentia quatuor quib. corpora præseruantur à corruptioni naturali.

1. Calor intensus.

2. Frigiditas.

aliquo in corpore humano, scil. manus committit homicidium, & non est voluntarium ex parte manus. Sed ex parte voluntatis ipsius mouentis ad malum, & nihilominus punitur homo in manu & in corpore Rom. 5. *Quod per vnius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi* itaque initium humanæ transgressionis fuit primo inobedientia vnius hominis. Nec obstat quod dicitur Eccl. 25. quod *a muliere initium factum est peccati*, quia fuit quidem primum, sed incompletũ, vir autem proximũ & completum. Nec ita fuit inobedientia, vt est inobedientia peccatum speciale, sed superbia, ex qua homo processit ad inobedientiam, Eccl. 10. *Initium omnis peccati est superbia.* ex qua hæc inobedientia, quæ aggrauatur multipliciter. Primo, ex parte Dei præcipientis, qui fuit Deus & non homo. Si ergo nefas non obedire præpositis, & leges humanas præuaricari, quanto magis Dei, Act. 5. *Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus.* Et tamen quidam contrarium faciunt similes Sauli, qui dixit Samueli, 1. Reg. 15. *Peccaui, quia præuaricatus sum sermonem Domini & verbum tuum, timens populum & obediens voci eorum.* Secundò, ex parte transgredientis, scil. Adæ. Primo, quia non peccauit ex ignorantia, 1. Tit. 2. Adam non est seductus, sed mulier seducta in præuaricatione fuit, ergo mulier ex ignorantia, vir autem ex certa scientia peccauit. Luc. 12. *Seruus qui cognouit voluntatem Domini sui & non fecit, vapulabit multis.* & e contra. Maior autem fuit superbia Euæ, quia credidit verum esse, quod serpens suasit, se discernendo bonum & malum, & per esum vetiti ligni voluit cõsequi diuinam similitudinem contra Dei voluntatem, quod Adam nõ voluit, sed in hoc peccauit, quia superbiuit, & voluit eam consequi per seipsum. Non etiam peccauit Adam ex infirmitate, quia sic perfectũ creauit eum Dominus, vt leuiter & sine difficultate possent omne peccatum vitare, quia non habebat intrinsecus, quod eum ad peccandum posset impellere. August. 14. de ciu. Dei, cap. 15. *Magna fuit in peccando iniquitas, vbi tanta fuit in non peccando facilitas. Peccauit Adam non ex infirmitate, sed ex elatione superbiæ, appetens Deo esse similis, non quantum ad naturam, sed quantum ad scientiam boni & mali*, prout suggesserat serpens, sc. vt per virtutem propriæ naturæ sciret determinare quid bonum esset, & quid malum ad agendum, vel etiam vt per seipsum præcognosceret, quid sibi boni vel mali esset futurum. Exinde nata est illa inobedientia. Tertio, ratione nocumenti inde prouenientis: quia ex hoc interrupta est innocentia primi status, qua subtracta a deo ordinata est tota natura humana, & peccato originali infecta. Si non peccasset, nulla ei creatura restitisset. Sed nunc fit in contrarium. Ex eo etiam vulnerata natura humana, vel eius inclinatio ad virtutem, quæ est quoddam bonum naturæ, quia incurrimus exinde ignorantiam agendorum, concupiscentiam noxiorum, debilitatem operandi, promptitudinem ad malum, inordinationem omnium passionum, amando quæ non sunt amanda, & timendo quæ non sunt timenda, & exultando in his, in quibus deberemus dolere. Dedit etiam Adam primum malum exemplum transgrediendi præcepta Dei & peccandi, nos autem magis delinquimus, quia scimus tales grauiter punitos. Num. 14. *Omnes homines qui viderunt maiestatem meam*, &c. Tob. 3. *Quia non obediuimus præceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionem & captiuitatem & mortem, & in fabulam, & in improperium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos.* Secundo, Infectio peccati originalis. B. Greg. dic. quod aliquando peccatum sequens est pœna peccati præcedentis. Sicut Deus quandoque permittit punitque, & patitur occultam mentis superbiam, per manifestam carnis ruinã: sic etiam peccatum

Inobedientia fuit initium humanæ transgressionis.

Aggrauatur primo ex parte Dei præcipientis.

2. *Ex parte transgredientis.*

3. *Ex parte nocumenti.*

Adam dedit exemplum.

Greg.

catum primi parentis punitur, dum ex ipso posteriores peccatores cōstituuntur. Frequenter etiam ex Dei iudicio prouenit, quod homo peccator subdatur diabolo vel alteri peccatori, vt crudelius puniatur. Ps. 108. *Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet a dextris eius.* Nota peccatores sunt in triplici periculo. Primo, quia sunt, iuxta Psal. 118. *Longè à peccatoribus salus*, longe remoti a Saluatore. Et magnū est periculum, sicut quando medicus multum distat ab ægroto. Deus est potens & liberalis. Peccator est crudelis & auarus, &c. Pro. 15. *Longè est Dominus ab impiis.* Secundò, Pessime corrupti sunt & abominabiles Deo, plusquam reliqui, ex ratione quo dicitur, *a peccatoribus.* vt Sodomitæ. Genes. 13. & Gen. 37. dicitur de Ioseph, quod accusauit fratres suos apud patrem de crimine pessimo, sc. Sodomitico. Et est pessimum, quādo trahitur in cōsuetudinem. Unde Gen. 18. Sodomia facit, vt homo non generetur: & homicidium, vt genitus extinguatur. Tertio, quia sunt salute priuati: Salus enim non potest haberi sine gratia, quā carēt peccatores. Qui sunt in peccato originali, nō possunt saluari sine Baptismo. Marci 16. & in alijs. Nota etiam quod dicat exemplum pro paganis, *Multi sunt con... Matth. 7. Lata porta & spatiosa via ... ad perditionem, & multi intrāt per ...* ... infectione animæ per peccatum ... sterilitas in terra: vbi nō est pluuia ... cultura, ita in anima, vbi nō ... Dei & solis est, amor diuinus ... eam, & lunam & stellas, ... gratia beatissimæ virginis Mariæ, ... Sanctorum. Remoto autem ... peccato, omnia restituuntur, & fructifera fit terra. Hinc, Hic ... fructus, vt auferatur peccatum eius. Tria enim proueniunt bona homini pœnitenti. Primo, Restitutio ... Sicut enim per peccatum homo ... ita ... homo restituitur ad eam. Matth. 21. *Hic est heres*, sc. verè pœnitens. Secundo, infusio gratiæ, alias non germinat anima: sicut nec arbores aut terra. Redeuntibus ad pœnitētiam promittitur, Ezech. 3... *... et ... germen...* Tertio, separatio malitiæ, vt auferatur peccatum. Deus enim requirit vas cordis mundum & purum, alias sibi non ... gratiam suam. Sed peccatum est in anima, sicut fuligo in vase argenteo vel æneo, cōsumens & defumans ipsū. Corruptio vitæ, quæ est mors consequens ex peccato primi hominis Omnes homines onerati sunt debito mortis, & oportet necessario oēs homines hoc debitum soluere morti, quæ dominatur toti mundo Rom. 5. Sed sicut *per vnum hominē mors transijt in omnes homines*, &c. Si vnius hominis delicto mors regnauit per vnum, multo magis abundantia gratiæ & donationis, & iustitiæ in vita regnabit per vnum Iesum Christum.

2.

3.

Vitæ corruptio.

De communitate & vniuersalitate mortis.

Communionem mortis scito. Eccl. 9.

PHilosophus dicit, quòd *in ... humana tam ..., quā ... occurrit, quod est magis commune, postea descendendo gradatim deuenitur ad ea, quæ sunt magis specialia. ... quem intuetur a longe, prius cognoscit, quod sit animal, ... animal. Et pueri ... patrem ... postea particulariter discernunt.* Hinc vt homo facilius inducatur ad consideratione suæ propriæ mortis, primo admonet sapiēs, vt discat cōsiderare mortis cōmunitatē in verbis allegatis. Primo cōgitet quod sit multū generalis, sc. communitate mortis, quæ ... omnes homines. Eccl. 3. ... & omnium animalium ... materiam, non secundum ... anima-

Mortis communitas.

animam. Ita vt nullus homo supra aliũ se exaltet. Huc spectat, quod dicit Apostolus Heb.13. *Beneficentiae & communionis nolite obliuisci.* In his tribus primò aduerte, quòd mors tãquam iusta regina, quibusdã est malefica, sc. mala faciens, quasi & quibusdam bona faciens Mala quidem peccatoribus & impœnitentibus, quos priuat bonis præsentibus & futuris, & ad æterna mala inducit, propter quod dicitur Psal.33. *Mors peccatorum pessima.* Mala, quia expoliat temporalib. bonis, peior quia copulatur æternis supplicijs, sed pessima, quia priuat bonis æternis. Ex quo apparet quod magnum beneficium est, quod homo ante mortem suam de malis suis puniatur, ita quod non post mortem ad æterna supplicia seruetur. 2 Mach 6. *Multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium.* Vnde Psalm.114. *Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.* Pro.11. *Benefacit animæ suæ vir misericors.* Isti enim specialiter in morte & post mortem pro beneficentia beneficentiam recipiunt, sc. vt in morte per impœnitentiam non pereant, vt dic. S. Ambrosius. Summa Christianæ religionis perfectio est misericordia, quam qui secutus fuerit, etiamsi carnis lubricum patiatur, vapulabit quidem, sed nõ peribit. Aduerte deinde mortis amplexum, quia omnes homines amplectitur, & omnibus est communis, ideo dicitur communionis: sed nõ est facienda communio cum excommunicatis. Sed communio mortis vitari non potest, & per eam triplex singularitas mala remouetur. Primo tollit singularitatem superbię, quia mors omnes æquat. Secundo, auaritiæ, & distinguitur à liberalitate, quia auarus omnia pro se vult retinere, 1. Tim.6. *Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in omnibus operib. facilè tribuere &*

Mors quibusdã benefica, quibusdã malefica

Ambros.

Mortis amplexus.

Mors tollit triplicẽ singularitatẽ.

1.

2.

communicare, thesaurizare sibi fundamentũ in bonum futurũ, vt apprehendant vitam æternã. Differt etiam à charitate, quę propria facit cõmunia. Act.2. *Omnes qui credebãt, erãt pariter, & erant illis omnia cõmunia.* Tertio, Fugat tristitiam & dolorem inuidię, quia omnem huius mundi excellentiam ad paritatem quandam reducit. Sap.7. *sine inuidia cõmunico.* Excludit præterea Apostolus defectum reminiscendi, dic. *Nolite obliuisci eius,* sc. cuius memoria est sibi maximè vtilis & necessaria, sc. mortis. Primò, ad pœnitentiæ conuersionem. Isa. 38. quando audiuit rex Ezechias: *Morieris tu, & non viues.* Statim cõuersus est ad fletum & pœnitẽtiam. sic & Niniuitæ audientes: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.* Secundo, quia prouocat ad Eleemosynarum largitionem, 1. Mac.1. *Alexander vt cognouit, quod moreretur, diuisit regnum pueris suis.* S. Hieron. dic. *Sola misericordia comes est defunctorũ.* Tertio, ad totius vitę directionem. Aues enim in volatu suo & pisces dirigunt se cauda sua: sic homines dirigunt vitam suam, & tentationes excutiunt cauda, sc. mortis memoria. Et gubernator nauis ponit se in fine nauis. Psal. *Illic naues pertransibunt,* sc. per arctum foramen mortis. Itaque Deut 25. *Caue ne obliuiscaris.* Secũdo per illam dictionem, mors, ostenditur magna iustitia, quia in iudicio suo non respicit personas, sed iustitiarius punit malos & remunerat bonos, & talis iustitiarius æterni iudicis, qui nemini parcit, cõsueuit multum timeri, Ps. 54. *Formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.* Et dicitur *formido* propter recessum, *timor* propter occursum, & *tremor* propter iudicium. Formidat homo mortem, quia cõpellit eum recedere ab omnibus, de quibus magis cõfidebat, & quæ magis diligebat, sc. fortunas, honores, amicos, & c. Psal. 88. *[illegible]* Firmamentũ dicitur in quo magis homo confidebat & formidabat amittere. Timet homo mortem propter peccat-

3.

Mortis memoria [illegible] ad [illegible] ad eleemosynam

Mortis [illegible] formido, timor & tremor.

occursum peccatorum & dæmonũ. Peccatorum quidem: Quia sicut iusti confidunt in morte ex memoria bonorum, quæ egerunt, sic impijs venient ad memoriam mala, quæ egerũt, diabolo procurante, vt desperent, sicut Iudas Matt. 27. Et Deut. 31. *Occurrent vobis mala in extremo tempore, de quibus non poteritis exire.* Et B. Martino leguntur affuisse dæmones. Chrysost. *Tunc ergo erunt maximæ angustiæ, quia ex una parte nõ permittetur anima remanere in corpore, & ex alia parte peccatorum non permittet* [illegible] *ad Deum.* Thren. 1. *Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias.* 2. Corinth. 7. *Foris pugnæ, intus timores.* Tertio, [illegible] homo propter iudiciũ ad quod [illegible] statim ducitur & iudicatur. Si tre[illegible], ait dicens *Sancte, Senex, quid me* [illegible] *Domine, quid vis me facere?* [illegible] illi, qui sciant se offen[illegible] & tantum iudicem, habent quod tremant, Iudith. 11. *Quoniam sciunt se* [illegible] *Deum suum, tremor eius super ipsos est.* Tertiò, Ostenditur quod ma[illegible] scire aliquid de mor[illegible] quatuor quæ sciri non [illegible], locum, tempus, modũ, [illegible]. Sed tria sunt præcipue, [illegible] debet homo studium ad[illegible] suam vilitatem, mortalita[illegible]. De his tribus dicitur [illegible] *quoniam si terrestris domus no*[illegible] *habitationis*, ecce corporis vili[illegible] domus terrestris, *dissol*[illegible] mortem, ecce mortalitas, [illegible] *ex Deo habemus, domum non* [illegible] *æternam in cælis*, ecce fœli[illegible] itaque nouimus ex ma[illegible] 1. Cor. 15. *Primus homo de terra terre*[illegible] si superbiuit angelus [illegible] erat purissima, ab omni [illegible] & materialitate superata, [illegible] quod homo superbiat ci[illegible] Eccles. [illegible] Secundo, ex parte [illegible] configuratur domui. Ha[illegible] corpus hominis inferius pe[illegible] ad modũ fundamenti, & crura & tibias ad modum columnarum, suprà quas ædificium corporis sustentatur & superius caput ad modũ tecti & fumarij. Sed ista domus est ruinosa, quia quotidie aliquid de ea ruit, quo vsque omninò per mortem subuertatur, Prouer. 2. *Inclinata est ad mortem domus eius. Nam ea die, qua homo nascitur, incepit vita diminui.* Sapiēt. 5. Et ita cuilibet dici potest. *Cito subuertetur domus tua.* Item est domus ærumnosa, ærumnis & ægritudinib. plenissima, nunc in capite, nunc in ventre, nunc in pedibus, nunc in visceribus, &c. & hoc euenire solet in alieno habitantibus, vt dic. Seneca, quia hoc corpus non est domus, sed hospitiũ, quia non est propria, & non habet ibi cõmoditates suas, quas vult, & est hospitium animæ. Eccles. 29. Vita nequam hospitãdi de domo in domum, & vbi hospitaliter non fiducialiter aget, nec aperiet os. Tunc autem erit propria domus animæ post mortem, quando hoc corruptibile induet incorruptionem & immortalitatē, & ærumna conuertetur in gloriam. Item est domus animæ, & domus angustiosa, quia est domus carceris eius, & in ista est inclusa quoad esse etiã, quia vbi libet est in corpore. Itẽ in ea ligata propter impotentiã, quia impediente corpore, spiritus nõ potest facere, quæ vellet. Mat. 26. *Spiritus quidem promptus est, sed caro infirma.* Item est ibi anima tenebrosa, quantum ad intellectum, quia patitur in corpore tenebras multiplicis ignorantiæ. Et quãtum ad cõscientiã, multi manent in tenebris culpæ, propter quod deberet esse gratum animæ, quod Deus educeret eam de isto carcere. Isa. 42. *Educes de conclusione*, sc. corporis, *vinctum*, scil. spiritum, *de domo carceris sedentem in tenebris.* Item vilitas hominis ex parte infimæ habitationis, scil. terræ vltimi elementi, vbi miseria multiplex. Apocal. 8. *Væ, væ, væ habitantibus in terra.* Primò, propter defectum naturæ. Secundò, propter excessum culpæ. Tertiò, propter tormentum pœnæ. Deinde

Domus ruinosa.

Domus ærumnosa.

Domus angustiosa.

Mortalitas attendenda. debet accendere mortalitatem suam. Quia oportet quod per mortem vnio corporis & animę soluatur. quod etiam fit propter corporis passibilitatem, prout in scriptura vita nebulę comparatur, quæ soluitur a radijs solis. Sapient. 2. *Transiet vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est a radijs solis*, & cæt. Postremò fœlicitatem cum *Fœlicitas.* dicitur, *Aedificationem ex Deo habemus, non manufactam.* Vbi cœlestis beatitudo sub *Beatitudo cælestis sub Metaphora domus describitur.* Metaphora domus describitur, & commendatur ex quinque primo, ex parte principij, scilicet ex artifice Deo. Solus Deus nos beatos facit, ideo dicitur, *ed ex Deo*. Et constat ædificium hoc ex
1 duplici genere lapidum, scil. ex dupli-
Ex parte principij. ci natura hominum & angelorũ, quia istæ duæ naturæ connectuntur & saluantur, mediante glutino charitatis. Ephes. 2. *In quo & vos coædificamini in taber-*
2 *naculum Dei spiritualis ado*. Secundò, ex par-
Ex parte commodi. te commodi, quia nec frigus nocet, nec quidquam aliud. Psal. 83. *Beati qui habitant*
3 *in domo tua Domine*. Tertiò, ex parte doni,
Ex parte doni. quia non datur ex merito operum, scilicet non ex condigno, ideò dicitur nõ manu factam. Psalm. *Nisi Dominus ædificauerit.*
4 Quartò, ex duratione ædificij, quia
Ex duratione ædificij æterna, a qua eius habitator nunquam ejcietur. Eccles. 12. *Ibit homo in domum æternitatis suæ.* Quintò, ex parte loci scilicet in cælis cum Angelis faciem Dei videbunt Matth. 18. in qua visione est beatitudo perfectissima.

Quam nobis concedat
Deus trinus &
vnus.

De generalitate mortis.

Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram. 2. Reg. 14.

QVAM nulla in nobis ex nobis ipsis subsistentia vel etiam fiducia in vita longitudine, honoribus, diuitijs, &c. ex hoc cognoscimus, quia omnes morimur, & sic relinquimus alijs hæc omnia, & sæpè ignotis aut ingratis, & nisi propter peccata vel opera bona nobiscum auferimus, ad quid ergo mansitur ... Deinde sicut flumina continue è mari fluunt & iterum in mare refluunt, & putamus eadem esse aquam cum non sit, quam videmus ... currere, sic homines nascuntur, moriuntur, nobis putantibus, qui nesciamus, quod ijdem homines semper sint in illa ciuitate, nisi quando nostrum interest, ita quod quasi continuum sequens ... nius & alterius vsque ad mortem. Ecce, *omnes morimur*. Primò, tangit omnes homines in vniuersum: sicut venenum ingreditur ad cor, a quo vitæ virtus in omnia membra procedit, exinde omnia membra corporis humani moriuntur. Sic quando venenum peccati intrauit in Adam, a quo transfusa est humana natura in omnes homines, omnia membra scil. omnes homines moriuntur. Rom. 5. In omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt, &c. Itaque generalitas est pœnæ & culpæ. Et ... aduerte terribilitaté, quia mors, ... ralitatem quia in omnes. Nihil ... in vita humana præsenti videtur terribilius morte, quia per eam omnia mundana gaudia terminantur, & maxima vnio & amor, qui possit esse in mundo, per eam dissoluitur, sicut est amor animæ & corporis. Vnde Philosophus ... mortem dicit esse terribilissimam. ... ... propter bonorum temporalium ... amissionem.

amissionem; quoniam *cùm interierit, non sumet omnia [illegible], neque descendet cum eo gloria eius*. Psalm. 48. Et qui auari, lasciui, cupidi [illegible] fuerint, compellentur dicere vltimo. *[illegible] mendaciu[m] spem nostram.* [illegible] Terribilior propter naturalis [illegible] destructionem: quia omne animal appetit se in esse & vitam conseruare, quae per mortem destruuntur. [illegible] terribilis est, respectu, quod [illegible] vitam aeternam consequamur. [illegible] *Haec est vita aeterna*, &c. Terribilissima propter dissolutionem vnionis animae & carnis, quae sunt sicut amici [illegible]. Sed quia anima non potest [illegible] Deo nec beatificari, nisi soluta à [illegible] Apocal. 14. *Beati mortui, qui in Domino [illegible]*, ideo homo debet illam appetere cum Apostolo Phil. *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Quae cum peccator [illegible], videtur sibi mors terribilissima [illegible] Psal. 54. *Formido mortis cecidit super me.* Generalitas autem mortis prouenit ex diuina aequitate. *Quia in Adam omnes moriuntur* 1. Corinth. 15. Ex diuina [illegible] ex hac miseria absoluantur culpa vel poena. Prouerb. 14. *Miseros [illegible]*. Et ex communi de[illegible] consistit vel in contrariorum [illegible], vel in sufficienti restau[illegible], in mixtione aquae cum vino [illegible]. Illud enim quod ex a[illegible] generatur est, quasi extrane[illegible], in quo fundatur vir[illegible]. Generalitas culpae [illegible] de peccato originali [illegible]. Quomodo omnes [illegible] peccatum morti subiecti [illegible] dictum est. *Omnes [illegible] inutiles facti sunt.* [illegible] omnes descendentes ab Adam [illegible] à rectitudine [illegible], quae erat quod [illegible] primo homini [illegible], in sua institutione [illegible] subdebatur Deo, & inferiores vires rationi, & corpus animae. Et inutiles sunt homines, quia non pertingunt ad finem propter peccatum, ad quem creati sunt, scilicet beatitudinem aeternam. Potest etiam praedicta generalitas, quae dicit, quod *omnes peccauerunt, & egent gloria Dei*, Romanorum tertio, referri ad actualia peccata: quia sicut dicitur Iacob. 3. *In multis offendimus omnes*, scilicet vel mortaliter, vel venialiter excepto Christo & beatissima virgine. De omnibus alijs dicitur 1 Ioann. 1. *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.* Quia autem continuè morimur & sine intercpellatione, comparatur mortalitas aquae labenti vel fluuiali: quia semper pars post partem dilabitur & pertransit: sic quotidie aliqua pars vitae nostrae dirimitur, & nostrum augmentum est decrementum. Sapient. 5. *Nos nati continuè desinimus esse. Fluuius autem terminatur ad mare: & homo ad mortis amaritudinem.* Item mors hominis assimilatur aquae torrentis, quae licet aliquando multum abundet, & cum impetu ad saxa percutiens sonum faciat, cito tamen desiccatur, & deficit, & ibi de ea nihil reperitur: Sic homines frequenter abundant, & faciunt sonum magni nominis, tamen per mortem ad nihilum deueniunt, tanquam aqua decurrens. Vbi primo totalis defectio, secundo similitudinaria declaratio innuitur. Sed nec homo, nec aliqua creatura purè in nihilum redigitur, licet possit hoc Deus facere, atque homo quidem, nec ex parte corporis, quod in aliud corpus resoluitur, nec etiam ex parte animae, quae etiam separata à corpore remanet in sua substantia, & in esse intellectuali. Dicuntur autem homines morientes redigi in nihilum, quantum ad apparentiam sensus, quia anima separata inuisibilis est, & non perceptibilis sensu. Vnde reso-

Morimur continuè.

resoluto corpore vel in terra recondito nihil vlterius apparet de homine ac si esset redactus in nihilum. Ideò Sap.2. *Nos ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus quasi non fuerimus.* scil. quantum ad apparentiam sensus, vel quantum ad bona præsentis vitæ. Nota etiam quod dic. B. August. quòd, *peccatum nihil est & nihil fiunt homines quando peccant.* Quia in omni peccato includitur priuatio. & priuatio est quædã cessatio ab actu, & sic nihil est. Quia inquantum peccant, est actus priuatus ordine debito. Videant ergo peccatores, quomodo annihilentur. Sicut qui ex magnis honoribus in miserrimum statũ deijcitur, vt dicat ex persona peccatoris Psal 72. *Ad nihilum redactus sum, & nesciui.* De similitudine torrẽtis dictum est, & accommodatur illud 3. Regum 17. *Post aliquantos dies, siccatus est torrens, eo quod non esset pluuia.* Quia nõ tantum torrentes & riuuli desiccantur, sic vbi non affluunt amplius diuitiæ, fauores, honores, sed etiã qui pauperes sunt & in amaritudine vitæ exiccantur. Isai. 19. *Arescet aqua de mari, et fluuius desolabitur, atque siccabitur, & deficient flumina, attenuabuntur & desiccabuntur riui aggerum.* Vltimò, quia nos in terram deijcimur, quæ est terra sepulturæ, quæ ex communi vsu, & naturæ conditione omnib. debetur, habemus quod nõ gloriemur, sed nos humiliemus. Vnde quilibet potest dicere alteri. Ruth. 1. *Quæ te terra suscepit morientem, in ea moriar, ibique locum accipiã sepulturæ.* Nec refert quod quis in petra sepeliatur, quia & illa terra est, & corpus in terram resoluitur. Alia terra est, cuius habitationem desiderabat Dauid dic. Psal. 141. *Portio mea Domine sit in terra viuentium.* Cogita ergo mortalis quia morieris, & nescis quando, & eris abominabilis omnibus forsitan etiã Deo & Angelis propter peccata quid de te præsumis, quid gloriaris, in quo alium iudicas te condemnari, cur non prętas officium, cur non expedis expedienda, quare non hodie, sed cras & nec cras quidem cum tuo magno damno, sumptu & contemptu? Tu vis statim audiri à Deo & mereri veniam, & statim post mortem intrare in gloriam, & ecce inquantum deficis in tuis contra Deum & proximum: Quàm bonus & misericors fueris ergà proximum, ita ergà te Deus erit. Vide ergo quid agas.

August.
Peccatum quid.
Priuatio in omni peccato includitur.
Similitudo torrentis.
Superbia cessat ex consideratione sepulturæ.
Exhortatio ad mortales.

De mortis necessitate.

Statutum est omnibus hominibus semel mori, & post hoc ad iudicium. Heb 9.

QVemadmodum in quauis ciuitate sunt aliæ atque aliæ leges, quæ municipales dicuntur: sic in ciuitatib. Dei aliæ sunt atque aliæ. Habet autem Deus tres ciuitates, cælum in summo, infernum in imo, mundum in medio. *Quæ in summo est vocatur cælestis Hierusalem.* Gal. 4. In illa posuit statutum vitæ, vt ibi semper viuant, & quidem in summa lætitia. Quia videmus, quod naturaliter illud, quod coniunctum est soli, nunquam habet defectum luminis, & quod coniunctum igni, nunquam habet defectum caloris, & quod fonti, nunquam habet defectum humoris. Sic qui sunt in ciuitate illa cælesti, sunt coniuncti Deo, qui est fons & principium, tam lætæ quam gaudij, & nunquam possunt separari ab eo, nec esse sine gaudio. Psal. 35. *Torrente voluptatis potabis eos quoniam apud te est fons vitæ,* qualis est Christus ipse, qui dixit de animabus beatis, Ioan. 10. *Ego vitam æternam do eis.* In infimo est ciuitas infernalis impiorum, gentilium & damnatorum publicorumque hostium, vbi statutum est, vt semper viuant & semper moriantur, viuant vita naturæ, moriantur morte gehennæ. Psal. 48. *Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos:* quia nec-baptizati reuiuiscit, & iterum absorbitur.

tur, vt affligantur. In medio eſt mũdus, vbi hæc lex allegata viget. Oſtenditur ergo primò, quod mors ſit quædam punitio legalis quia inflicta eſt a decreto diuino & primo in paradiſo. Geneſ 2. vbi duo continentur præcepta, vnũ quod eſt ad conſeruationem indiuidui dic. *E omni ligno paradiſi comede*, aliud diſciplinæ ad promerendam gratiam paradiſi, quia hanc non poterat melius mereri, quam per meram obedientiam, quæ tunc mera eſt, quando præceptum ex ſolo obligat & non ex alia cauſa. Et dicitur præceptum diſciplinæ, quia per ipſam diſcitur, quanta ſit virtus obedientiæ. Et diſciplinæ præceptũ dicitur, quia vitare lignum ſcientiæ nõ ſuadebat natura, ſed diſciplina. Et prohibetur malum & occaſio mali, & prælatus propter obedientię probationem multa poteſt prohibere, quæ non ſunt in regula expreſſa. Itaque ſtatutum eſt mori, prout dicitur Daniel 6. *Non immutetur, quod ſtatutum eſt, nec cuiquam præuaricari liceat.* Multo minus autem hoc, quod nõ ab homine, ſed a Deo ipſo eſt conſtitutum. Num 22. *Non mutare potero verbum Domini.* Ibidem c 3. *Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur.* Præterea [illegible] ſtatutum hoc, vt non eſt mutabile, ita eſt & æquiſſimum. Primò ratione finis, quia ordinatur ad commune bonũ. Secundo ex authoris poteſtate, quã non excedit. Tertiò ex proportionis æqualitate [illegible] ſimilum quam imponitur onerato in ordine ad bonum cõmune, & quidem totius vniuerſi ad cuius perfectionem pertinet, quod omnis creaturarum gradus inueniatur in eo, quædam ſubſtantiæ penitus incorruptibiles, vt ſunt ſubſtantiæ ſpirituales, vt angeli, ſiue corporales, vt cæli & quædam e contrario penitus corruptibiles, vt corpora mixta & ex contrarijs compoſita, [illegible] ad perfectionem ipſius, vt etiam inueniantur aliquæ, habentes eſſe completum in ſpecie, quæ ſint partim corruptibiles & partim incorruptibiles, & tales ſunt homines quorum corpora licet per mortem corrumpantur, non tamen animæ, cum quibus communicant cum ſubſtantijs ſeparatis. Facit etiam hoc mortis ſtatutum ad commune bonum naturæ humanæ, quæ ex peccato primorum parentum expoliata originali iuſtitia, *dum in hac vita manet, replebitur multis miſerijs* Iob 14 quibus per mortem eripitur, & ad vitę ſtabilitatem perducitur, non tamen omnis, ſed ſolum iuſtus & ſanctus vitam illam conſequitur, & hoc in die iudicij ex differentia poſitionis bonorum & malorum Matt. 25. & quidem non ex culpa huius ſtatuti, quod magis inducit ad correctionem. ſed ex malæ vitæ corruptione ipſorum peccatorum, vel ex ignorantia cæcitatis & infidelitatis eorum. Rom. 10. *Ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti.* Eſt etiam iuſtum ſtatutum ex cõdente, cuius poteſtas eſt ſuper omnes, & qui eſt Dominus mortis & vitæ. 1. Reg 2. *Dominus mortificat & viuificat.* vnde bene potuit facere ſtatutũ de morte Dices, *Deus non fecit mortem.* Sapient. 1. ergo non debuit legem facere de morte. Sed nota quod prout eſt malũ quoddam humanæ naturæ, ſic non eſt a Deo, ſed quidam defectus incidens humanæ naturæ ex culpa ſua propria. At vt habet aliquam rationem boni, ſcil. vt eſt quædam iuſta pœna, ſic eſt a Deo. Inſuper ex æqualitate proportionis quia omnes moriuntur & non eſt differentia, quantum ad peccatum originale, cætera ſunt in diſpoſitione diuina, quæ eueniunt morienti. Adde quod ſtatutũ hoc in morte habet inuiolabilem obſeruationem, vt nulli prætereire. Matth. 5. *Iota vnum vel vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Humanæ leges perrumpuntur a diuitibus & potentibus. Sed hæc nullo modo quia ea de iure præterire non licet, cum ſit ex iuſtitia Dei poſita, nec etiam de facto, cum ſit Dei potentia

Lex mũ li. mundi punitio legalis.

Præceptum diſciplinæ.

Mortis ſtatutum facit ad cõmune bonũ naturæ humanæ

Mortis ſtatutum iuſtũ ex cõdente

Ex æqualitate proportionis.

tentia vallata Psal. 148. *Præceptum posuit & non præteribit.* scil. nec pauper nec diues. Secundò nota, quod mors est quædam corruptio naturalis in eo quod dicit Apostolus. *Hominibus.* De natura enim hominis est quod corrumpatur, & moriatur, quia homo ex contrarijs componitur. Et Seneca dicit, quod mors homini natura sit, non pœna. Mors enim homini morienti non infligit pœnam, quia tum non sentit, & non sentitur, & cùm sit priuatio vitæ & sensus. Itaque mors est natura, scil. naturalis propter conditionē materiæ, & etiam est pœna, scil. pœnalis, propter amissionē diuini beneficij præseruantis à morte. Et ideò non tantum ex diuino statuto, sed etiam ex natura contingit, quòd nullus euadere potest finaliter corruptionem corporis, Psal. 88. *Quis est homo, qui viuet.* Eccles. 9. *Nemo est qui semper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam.* Nota quoque quod homo secundum corpus semel tantum moriatur, licet secundum animam sæpiùs, sed potest per pœnitētiam resurgere, quia *septies in die cadit iustus, & resurgit.* Prouerb. 24. Et de Christo homine Apostolus ait, Rom. 6. *Quod enim mortuus est peccato non suo, sed nostro mortuus est semel.* Aduerte vltimò, quod mors est quædam citatio iudicialis. Et hoc post hoc iudicium, scil post mortem. Nam sicut post mortem omnium hominum sequitur iudicium generale, ita post mortem cuiuslibet hominis particularis, sequitur etiam iudiciū particulare. Sed generale iudicium præcedet. Primò citatio monitoria. Secundò præceptoria. Tertiò peremptoria, 1. Thess. 4. *Ipse Dominus in iussu.* Ecce citatio præceptoria. Psalm. 7. *Exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti & synag. pop. circ. te. Et propter hanc in altum regredere.* Sequitur. *In voce archangeli.* Ecce monitoria Ioëlis 3. *Consurgāt & ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes.* Et sequitur in authoritate Apostoli. *Et in tuba Dei descendet de cælo, & mortui, qui in ipso sunt resurgent primi.* Ecce peremptoria. Apoc. 10. *Angelus quem vidi stantem supra mare, & supra terram, leuauit manum suam ad cælum,* &c. Hęc etiam triplex citatio pręcedit iudiciū particulare cuiuscūq; particularis hominis. Citatio monitoria fit per prædicationes. Præceptoria per prælatos, vel per scripturas diuina præcepta continentes, sed peremptoria per mortem, per quam homo ad iudicium vocatur. De iudicio plura alibi. At ò miseri mortales, nolite vos illa securos reddere in omnib. cogitationib. & actionibus vestris, quasi omnia, quæ libent, liceant, quasi ex plenitudine potestatis liberum sit vobis facere omnia, etiam iniustissima, quasi Deus non sit inspector & vltor. Veniet, veniet aliquando tempus, dies & hora, qua molem iniustitiarum vestrarum cogemini intueri, portare, & pati, nolitis velitis, quia quoties voluit vos Deus, Ecclesia prælati & alij congregare, & noluistis.

Mors est quædā corruptio naturalis, ideo dicitur, Hominibus.

Mors homini morienti non infligit pœnam.

Mors est naturalis.

Moritur homo tantum semel secundū corpus.

Mors est quædā citatio iudicialis.

Iudiciū generale quæ præcedent Nota verba.

Exhortatio ad mortales.

De necessitate moriendi.

Quis est homo, qui viuet & non videbit mortem? Psal. 88.

QVamuis homo in statu innocentiæ non ex natura, sed Dei gratia esset immortalis, scilicet quod poterat non mori, tamen propter peccatum primi hominis ipse cum tota posteritate sua facti sunt mortales, scilicet necessitati mortis addicti, Ideò Rom. 5. *per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors,* scilicet moriendi necessitas. Huc spectant verba allegata, quia nullus est, qui non experietur aliquando mortem. Et quærit primò de vitę perpetuitate dic. *Quis est homo, qui viuet?* deinde de mortis cuitabilitate dic. *& non videbit*

Homo ex [illegible] immortalis.

Vita hominis duplex, spiritualis & corporalis.

videbit mortem? Cùm duplex sit vita hominis, scilicet spiritualis per gratiam, & corporalis, hæc quidem perpetuari non potest. Quia in quolibet animali est consumptio & restauratio. consumptio per actionem calidi, & restauratio per acceptionem alimenti. Quia ergò ibi est continua deperditio, & illud quod restauratur per alimentum, non est ita purum, sicut illud quod deperditur, ideò necesse est animal corrumpi. Nam si quis acciperet de vino quod esset in dolio & restauraret illud de aqua, ad vltimum oporteret quod esset vinum ita aquosum, quod esset corruptio vini ibidem. Sed si restauretur ita purum vinum, sicut extrahitur inde, posset perpetuari huiusmodi dolium vini: sic est de carne hominis. Sed post resurrectionem erit alia ratio in bonis & in malis & hoc partim ex natura, partim ex diuina iustitia. Vita autem spiritualis, qua anima viuit Deo per gratiam & charitatem, (1. Ioan. 3. *Scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus*) non perditur nisi per peccatum mortale, & perpetuatur *sæpe* in innocentibus, qui nunquam mortaliter peccant, in Beatissima Virgine Maria, S. Ioanne Baptista & alijs. Ex quorum persona dicebat Dauid Psalm. 117. *Non moriar, sed viuam.* In quibus duo quilibet desiderabilia se habiturum ostendit, scilicet præseruationem à defectu, scilicet, *Non moriar.* & confirmationem in statu gratiæ dic. *Sed viuam.* Circa primum sunt quatuor accidentia quibus corpora præseruantur à corruptione naturali, quæ etiam spirituali modo accepta præseruant animam à corruptione seu morte culpæ. Primum est calor intensus. Res enim multum calidæ non putrescunt, præcipue cum siccantur, vt piper, & galanga, cucumber autem putrescit propter humidum. Similiter aqua, quamdiu feruet, non putrescit, quia calor ignis maior est in ea, quam calor aeris, ideò non vincitur sed vincit. Similiter anima à morte peccati, quæ fit per tentationem, præseruatur per feruentem orationem. Vnde dominus hortatur discipulos Lucæ vigesimosecundo. *Orate, ne intretis in tentationem.* vti Isaiæ 38. dicitur de Ezechia rege. Secundum est Frigiditas, siue sit ab extrinseco vel intrinseco. Nam si frigus sit extrinsecum, præcipue est impediens, quia per se repugnat calido alieno & extrinseco. Vnde in hyeme & simpliciter in aere frigido conseruantur corpora, quia calidum extrinsecum est purum, & frigus sibi contrarium est multum: nec in talibus apparet motus putrefactionis, nisi recedente frigore: Si autem est frigus extrinsecum, etiam impedit putrefactionem, quia coagulat nec permittit illud exhalare, sicut est in omnibus metallis frigido congelatis, in quibus frigus claudit poros & vincit calidum extrinsecum, ne de humido aliquid exudet, nisi parum, vt quando generatur rubigo, & maior est in eo duratio, quia eius humidum naturale magis constat. Tanquam frigus extrinsecum est tribulatio mundi, quæ ardorem concupiscentiæ, extraneam carnem concupiscentis extinguit. Ecclesiast. vndecimo. *Vastitia vini ardore, obliuionem facit luxuriæ.* Et ex hoc etiam præseruat à morte animæ. Romanorum octauo. *Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Sed tanquam intrinsecum frigus, est intrinsecum refrigerium contemplationis cælestium. Hæc est, quæ corporis sensus claudit, deuotionis humorem coagulat, & calorem extraneum mundi superat. Quanto enim maiori studio exercetur ad summa, tanto maiori fastidio frigescit ad infima. Collos. 3. *Mortui enim estis,*

Simile de vino.

Vita spiritualis perpetua.

Accidentia quatuor quibus corpora præseruantur à corruptione naturali.

1. Calor intensus.

2. Frigiditas.

scilicet, mundo & vita nostra abscondita est, *cum Christo in Deo*. Tertium, est mobilitas. Nam aqua vel vinum, quod mouetur impeditur putrefieri, eò quod calor naturalis excitatur à motu & non præualet calor extrinsecus. Vnde vinum potens efficitur melius ex motu, quia calor naturalis magis digerit subtile humidum, ex quo etiam sapor melior redditur. Et vinum pendulum motu reparatur. E contra vinum non motum præcipuè soli expositum in acetum conuertitur, quia dum calor exterior exinanit calidum interius & humidum subtile exhalat cum ipso & perit vinũ. Sic est mobilitas obedientiæ, vel motus frequens bonorum operum præseruat animam à peccati putredine, ad quã inducit pigritia & otium. Quia multum malitiam docuit otiositas. Eccles. 33. Leuit. 22. *Custodiant præcepta mea, vt non subiaceant peccato & moriantur.* Quartum, continuitas. Nam mare totum non putrescit, sed diuisum per partes paludales. In naturalibus enim multiplicato subiecto, multiplicãtur qualitas & virtus. Et ideo totum simul plus potest continere quàm calor aëris possit dissoluere: si tamen ipsæ partes sint in toto continuæ, alias non. Videmus, quod grana multa & germina simul adunata citiùs putrescunt, quam pauca, quia illa grana non sunt continua, & cum sint parua, egreditur naturale calidum ab vnoquoque eorum, & trahit secum humidum, & calidum exiens fit alienum, & cũ exit à multis, corrumpitur. Ita quando est continuitas concordiæ & vnitas amoris inter bonos, iuuat vnus alium ad cõseruãdum se & præseruandum à malis: imò qui se separat ab vnitate charitatis, qua membra Ecclesiæ vniuntur, necesse est, vt moriatur. 1 Ioan. 3. *Qui non diligit, manet in morte.* De cõseruatione in statu gratiæ. Sicut bona nutrimenta conseruant vitam corporalem, sic bona opera spiritualem, sicut ignis cõseruatur per nutrimenta lignorũ, quia vita spiritualis est in amore charitatis, qui nutritur per bona opera, sc. pœnitentiæ, obediẽtiæ, & iustitię. Ezec. 18. *Si egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis suis*. ecce pœnitentiæ: *Et custodierit omnia præcepta mea*: ecce obedientia. *Et fecerit iudicium & iustitiam*, ecce iustitiæ sequitur, *Vita viuet, & non morietur.* Siquidem opera pœnitentiæ defendunt ab omni periculo peccati. Ideò Luc. 13. *Nisi pœnitentiam egeritis, simul omnes peribitis.* Estis omnes scripti in libro iudicij seu condemnationum, o peccatores, potestis, si vultis ex illo libro & securi esse. Act. 3. *pœnitemini & conuertimini, vt deleantur peccata vestra.* Opera obediẽtię custodiũt ab incursu omnis mali: Eccl. 8. *Qui custodit præceptum, non experietur quicquam mali.* In transgressione autem diuini præcepti incurritur pœna æterna quod est maximum, ideo vitandum. 2. Par. 24. *Quare transgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit?* Opera autem iustitiæ protegunt ab omni calumnia & impugnatione diaboli. Psal. 118. *Feci iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me.* Psal. 105. *Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tẽpore.* Vita viuet ergò animæ suę, & vitatur mors culpæ. Mortis euitabilitas corporalis nulla est. Eccl. 8 *Omnes morimur: et in gaudium volumus venire*, scil. æternæ beatitudinis, sed alia ratio est de morte spirituali, quæ erit in priuatione vitę æternæ & in cruciatu gehennæ, quę quæstio determinatur à Christo. Ioan. 8. d. *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.* Vbi duo docet obedientiam, & illius infinitam efficaciam. Quoad primum aduerte, quantum faciant homines pro salute corporis & infirmi & cælestis medicus semper inclamat, quæ ad salutem sunt animę, siue de medicina charitatis. Luc. 6. *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos.* siue de medicina ęquitatis vti vsurarijs. *Date mutuũ, nihil inde sperantes.* siue de medicina pietatis. Lu. 11. *Quod superest date eleemosynã.* Sed quia

non

Marginalia (left): 3. *Mobilitas.* — 4. *Continuitas.* — *Cõseruatio in statu gratiæ. Simile.*

Marginalia (right): *Nota verba.* — *Opera pœnitentiæ.* — *Opera obedientiæ.* — *Opera iustitiæ.* — *Mortis euitabilitas.* — *Mors spiritualis.* — *Obedientia docetur et ... obedientiæ.*

non diligitis animũ, nec Deum, nihil facitis. Ioã. 14. *Qui non diligit me, sermones meos non seruat.* Et e contra: *Probatio enim dilectionis, est exhibitio operis.* Et Ioan. 14. *Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me.* Efficacia est, quia mortem non videbit. Sicut homo quamdiu conseruat lucem nõ experitur tenebras. Sed verba Christi vita sunt. Ioan. 6. *Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Et verba Christi seruata, perducunt ad vitam æternã, vbi mors nulla. Præterea vita æterna consistit in visione Dei. Ioan 17. Item Ioan. 6. *Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes.* vel inchoatiua, vel productiua, Eccl. 24. *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Et qui operantur in me, non peccabunt.* Item verba Christi audita causant in nobis fidem. Rom. 10. *Fides ex auditu, auditus autem,* &c. Sed seruata faciunt nos iustè viuere, Tit. 2. *Apparuit benignitas & hum. salu. n. D. om. ho. n. era. nos, vt abnegantes omnem impietatem,* &c. Et qui ita viuit, & habet rectam Christi fidem, euadet mortem æternam. Ioan. 11. *Omnis qui viuit,* sc. iustè, quoad proximum, piè, quoad Deum, sobriè, quoad seipsum, *& credit in me,* sc. vera & formata fide, *non morietur in æternum,* sc. non erit in morte æterna pœnæ infernalis, quia erit in vitæ æternæ gaudijs. Si iam mortalis homo, videbis mortem necessariò quandocunque veniet, vbi ergo potestas & gloria tua: Et si te tanget nõ poteris euadere. Et si opus est ire ad iudicium, qualis ibi ô miser tam tanto iudice comparebis, qui hic in terris omnes vis supplantare, occidere, exterminare? Et quando ibis ad infernum tractus à dęmonibus; heu quę tibi infœlicitas & annihilatio? Tunc nè dominaberis? O miser non dominaberis, sed seruies omnibus & singulis dæmonibus, ad omnia supplicia, quæ tibi infligent. Resipisce ergò & conuertere, si saluari postulas.

Efficacia. *Simile.* *Explicatur verbum Ioannis.* *Exhortatio ad mortales.*

De vtilitate mortis.

O mors, bonum est iudicium tuum. Eccl. 41.

Multa sunt, quæ cùm eueniunt vidétur mala, & postea inueniuntur bona & vtilia. Patet in Ioseph, de quo malum videtur, quòd eum fratres vendiderint mercatoribus alienigenis ex inuidia, quod tamen conuersum est in bonum, non solum ipsius, quia factus est Dominus Ægypti vbi venditus est, sed etiam in bonum fratrum suorum & totius familiæ patris sui. Ideo dixit posteà fratribus suis, *Nolite timere. Num possumus Dei resistere volũtati? Vos cogitastis de me malũ, sed Deus vertit illud in bonum.* Ita est de morte, vbi ostenditur, quòd sit pœnalis, ex nomine, quia mors vtilis, quia bonum, terribilis propter examen iudicij. Pœnosum est illud, quod tollit hominibus ea quæ maximè diligunt. Sed mors tollit honores, diuitias, delectationes vitæ & cõmoditates, & omnia pacificè possidenti est amara Eccl. 41. non solum ad experiendum, sed etiam ad imaginandum. Est igitur mors naturaliter horribilis propter detrimenta, quæ infert. Suffodit enim fundamentum omnium bonorum, quæ pertinẽt ad domum corporis, scil. vitam, & sic etiam omnia bona simul, vt nec moueri, nec sentire possit, nec vti diuitijs nec delitijs. Sancti viri tamen reputant mortem corporis, non ad detrimentũ, sed ad lucrum, quòd transeant ab hac vita ad æternam, & pro istis paruis bonis recipiunt maxima bona, & præter hæc expectant corpus resurrecturum in gloria beatitudinis & immortalitatis. Ideò eorum dicitur *mors pretiosa,* Psalm. 115. *in conspectu Domini,* licet non appareat in conspectu viuentium. Prou. 14. *Sperat iustus in morte sua.* Peccatores autem & præcipuè impœnitentes

Bona multa videntur in fine, quæ mala reputabuntur in principio. *Exemplum Ioseph.* *Mors pœnalis vtilis, terribilis.* *Mors naturaliter horribilis.*

animam. Ita vt nullus homo supra aliũ se exaltet. Huc spectat, quod dicit Apostolus Heb.13. *Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci.* In his tribus primò aduerte, quòd mors tanquam iusta regina, quibusdã est malefica, sc. mala faciens, quasi & quibusdam bona faciens. Mala quidem peccatoribus & impœnitentibus, quos priuat bonis præsentibus & futuris, & ad æterna mala inducit, propter quod dicitur Psal.33. *Mors peccatorum pessima.* Mala, quia expoliat temporalib. bonis, peior quia copulatur æternis supplicijs, sed pessima, quia priuat bonis æternis. Ex quo apparet quod magnum beneficium est, quod homo ante mortem suam de malis suis puniatur, ita quod non post mortem ad æterna supplicia seruetur. 2 Mach 6. *Multo tempore non finere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium.* Vnde Psalm.114. *Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.* Pro.11. *Benefacit animæ suæ vir misericors.* Isti enim specialiter in morte & post mortem pro beneficentia beneficentiam recipiunt, sc. vt in morte per impœnitentiam non pereant, vt dic. S Ambrosius. Summa Christianæ religionis perfectio est misericordia, quam qui secutus fuerit, etiamsi carnis lubricum patiatur, vapulabit quidem, sed nõ peribit. Aduerte deinde de mortis amplexu, quia omnes homines amplectitur, & omnibus est communis, ideo dicitur communionis: sed nõ est facienda communio cum excommunicatis. Sed communio mortis vitari non potest, & per eam triplex singularitas mala remouetur. Primo tollit singularitatem superbię, quia mors omnes æquat. Secundo, auaritiæ, & distinguit à liberalitate, quia auarus omnia pro se vult retinere, 1. Tim. 6. *Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in omnibus operib. facile tribuere &* *communicare, thesaurizare sibi fundamentũ in bonum futurũ, vt apprehendant vitam æternã.* Differt etiam à charitate, quę propria facit cõmunia. Act.2. *Omnes qui credebãt, erãt pariter, & erant illis omnia cõmunia.* Tertio, Fugat tristitiam & dolorem inuidię, quia omnem huius mundi excellentiam ad paritatem quandam reducit. Sap.7. sine inuidia cõmunico. Excludit præterea Apostolus defectum reminiscendi, dic. *Nolite obliuisci eius*, sc. cuius memoria est sibi maximè vtilis & necessaria, sc. mortis. Primò, ad pœnitentiæ conuersionem. Isa. 38. quando audiuit rex Ezechias: *Morieris tu, & non viues.* Statim cõuersus est ad fletum & pœnitẽtiam. sic & Niniuitæ, audientes: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.* Secundo, quia prouocat ad Eleemosynarum largitionem, 1. Mac.1. *Alexander vt cognouit, quod moreretur, diuisit regnum pueris suis.* S. Hieron. dic. *Sola misericordia comes est defunctorũ.* Tertio, ad totius vitę directionem. Aues enim in volatu suo & pisces dirigunt se cauda sua: sic homines dirigunt vitam suam, & tentationes excutiunt cauda, sc. mortis memoria. Et gubernator nauis ponit se in fine nauis. Psal. *Illic naues pertransibunt*, sc. per arctum foramen mortis. Itaque Deut. 25. *Caue ne obliuiscaris.* Secũdo per illam dictionem, mors, ostenditur magna iustitia, quia in iudicio suo non respicit personas, sed iustitiarius punit malos & remunerat bonos, & talis iustitiarius æternam iudicis, qui nemini parcit, cõsueuit multum timeri, Psal.54. *Formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.* Et dicitur *formido* propter recessum, *timor* propter occursum & *tremor* propter iudicium. Formidat homo mortem, quia cõpellit eum recedere ab omnibus, de quibus magis cõfidebat, & quæ magis diligebat, sc. fortunas, honores, amicos, &c. Psal. 38. *Posuisti firmamentũ eius formidinẽ.* Firmamentũ dicitur in quo magis homo confidebat & formidabat amittere. Timet homo mortem propter occur-

Mors quibusdã benefica, quibusdã malefica

Ambros.

Mortis amplexus.

Mors tollit triplicẽ singularitatẽ.

1.

2.

3.

Mortis memoria necessaria ad pœnitentiam, ad eleemosynam, ad directionem vitæ suæ.

Mortis iudicialis iustitia [illegible]

Mors triplicem [illegible] formidinem, timorem & tremorem.

occursum peccatorum & dæmonũ. Peccatorum quidem: Quia sicut iusti confidunt in morte ex memoria bonorum, quæ egerunt, sic impijs venient ad memoriam mala, quæ egerũt, diabolo procurante, vt desperent, sicut Iudas Matt. 27. Et Deut. 31. *Occurrent vobis mala in extremo tempore, à quibus non poteritis exire.* Et B. Martino leguntur affuisse dæmones. Chrysost. *[illegible] ergo erunt maximæ angustiæ, quia ex [illegible] permittetur anima remanere in corpore, [illegible] ex alia paries peccatorum non permittet eam fugere ad Deum.* Thren. 1. *Omnes persecutores eius comprehenderunt eam inter angustias.* 2. Cor. 7. *Foris pugnæ, intus timores.* Tertiò, [illegible] homo propter iudiciũ ad quod anima [illegible] ducitur & iudicatur. Si tremuit [illegible], audiens *Saule, Saule, quid me [illegible]* & ille *Domine, quid vis me facere?* [illegible] illi, qui sciant se offendisse Deum & tantum iudicem, habent quod tremant. Iudith. 11. *Quoniam sciunt se offendisse [illegible] Deum suum, tremor eius super [illegible].* Tertiò, Ostenditur quod magnæ [illegible] sit scire aliquid de morte, [illegible] quatuor quæ sciri non possunt [illegible], locum, tempus, modũ, [illegible]. Sed tria sunt præcipue, [illegible] debet homo studium adhibere, [illegible] vilitatem, mortalitatem, fœlicitatem. De his tribus dicitur 2. Cor. 5. *[illegible] quoniam si terrestris domus nostra [illegible] habitationis*, ecce corporis vilitas, quia vocatur domus terrestris, *dissoluatur* [illegible] per mortem, ecce mortalitas, *[illegible] Deo habemus, domum non manufactam, [illegible] in cœlis*, ecce fœlicitas. [illegible] itaque nouimus ex materia, 1. Cor. 15. *Primus homo de terra terrenus.* Non mirum si superbiuit angelus cuius natura erat purissima, ab omni [illegible] & materialitate superata, sed [illegible] quod homo superbiat cinis & puluis. Eccles. 10. Secundo, ex parte figuræ, quia configuratur domui. Habet enim corpus hominis inferius pedes, quasi ad modũ fundamenti, & crura & tibias ad modum columnarum, suprà quas ædificium corporis sustentatur & superius caput ad modũ tecti & fumarij. Sed ista domus est ruinosa, quia quotidie aliquid de ea ruit, quo vsque omnino per mortem subuertatur, Proue. 2. *Inclinata est ad mortem domus eius. Nam ea die, qua homo nascitur, incipit vita diminui.* Sapiēt. 5. Et ita cuilibet dici potest. *Cito subuertetur domus tua.* Item est domus ærumnosa, ærumnis & ægritudinib. plenissima, nunc in capite, nunc in ventre, nunc in pedibus, nunc in visceribus, &c. & hoc euenire solet in alieno habitantibus, vt dic. Seneca, quia hoc corpus non est domus, sed hospitiũ quia non est propria, & non habet ibi cõmoditates suas, quas vult, & est hospitium animæ. Eccles. 29. Vita nequam hospitãdi de domo in domum, & vbi hospitaliter non fiducialiter aget, nec aperiet os. Tunc autem erit propria domus animæ post mortem, quando hoc corruptibile induet incorruptionem & immortalitatē, & ærumna conuertetur in gloriam. Item est domus animæ, & domus angustiosa, quia est domus carceris eius: & in ista est inclusa quoad essētiã, quia vbilibet est in corpore. Itē in ea ligata propter impotentiã, quia impedīēte corpore, spiritus nõ potest facere quæ vellet. Mat 26. *Spiritus quidem promptus est, sed caro infirma.* Item est ibi anima tenebrosa, quantum ad intellectum, quia patitur in corpore tenebras multiplicis ignorantiæ. Et quãtum ad cõscientiã, multi manent in tenebris culpæ, propter quod deberet esse gratum animæ, quod Deus educeret eam de isto carcere. Isa. 42. *Educes de conclusione*, sc. corporis, *vinctum*, scil. spiritum, *de domo carceris sedentem in tenebris.* Item vilitas hominis ex parte infimæ habitationis, scil. terræ vltimi elementi, vbi miseria multiplex. Apocal. 8. *Væ, væ, væ habitantibus in terra.* Primò, propter defectum naturæ. Secundò, propter excessum culpæ. Tertiò, propter tormentum pœnæ. Deinde debet

Augus. | Tremit homo [illegible] | [illegible] | Expos. [illegible] | Domus ruinosa. | Domus ærumnosa. | Domus angustiosa.

Mortalitas attendenda. debet attendere mortalitatem suam. Quia oportet quod per mortem vnio corporis & animę soluatur. quod etiam fit propter corporis passibilitatem, prout in scriptura vita nebulę comparatur, quę soluitur a radijs solis. Sapient. 2. *Transiet vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est a radijs solis,* &cæt. Postremo felicitatem, cum

Fælicitas. dicitur, *Aedificationem ex Deo habemus, non manufactam.* Vbi celestis beatitudo sub

Beatitudo cælestis sub Metaphora domus describitur. Metaphora domus describitur, & commendatur ex quinque. primo, ex parte principij, scilicet. ex artifice Deo. Solus Deus nos beatos facit, ideo dicitur, *ad ex Deo.* Et constat ædificium hoc ex

1 duplici genere lapidum, scil. ex dupli-

Ex parte principij. ci natura hominum & angelorũ, quia istæ duæ naturæ connectuntur & saluantur, mediante glutino charitatis. Ephes. 2. *In quo & vos coædificamini in taber-*

2 *naculum Dei in spiritu sancto.* Secundo, ex par-

Ex parte commodi. te commodi, quia nec frigus nocet, nec quicquam aliud. Psal. 83. *Beati qui habitant*

3 *in domo tua Domine* Tertiò, ex parte doni,

Ex parte doni. quia non datur ex merito operum, scilicet non ex condigno, ideo dicitur nõ manu factam. Psalm. *Nisi Dominus ædificauerit.*

4 Quarto, ex duratione ædificij, quia

Ex duratione ædificij æterna, à qua eius habitator nunquam eijcietur. Eccles. 12. *Ibit homo in domum æternitatis suæ.* Quinto, ex parte loci, scilicet in cælis cum Angelis faciem Dei videbunt Matth. 18. in qua visione est beatitudo perfectissima.

Quam nobis concedat
Deus trinus &
vnus.

De generalitate mortis.

Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram. 2. Reg. 14.

QVAM nulla in nobis ex nobis ipsis subsistentia vel etiam fiducia in vitæ longitudine, honoribus, diuitijs, &c. ex hoc cognoscimus, quia omnes morimur, & sic relinquimus alijs hęc omnia, & sępe ignotis aut ingratis, & nihil præter peccata vel opera bona nobiscum [illegible] mus, ad quid ergo [illegible] hæc nostra iactantia? Deinde sicut flumina continue e mari fluunt & iterum in mare refluunt, & putamus eã [illegible] esse aquam cum nõ sit, quam videmus & [illegible] decurrere, sic homines nascuntur [illegible] tur, nobis putantibus, qui [illegible], quod ijdem homines semper sint in illa ciuitate, nisi quando nostrum interest, ita quod quasi continuum sequens [illegible] nius & alterius vsque ad mortem. Ecce, *omnes morimur.* Primo, [illegible] omnes homines in vniuersum: sicut venenum ingreditur ad cor, a quo vitæ virtus in omnia membra procedit, exinde omnia membra corporis humani moriuntur. Sic quando venenum peccati intrauit in Adam, à quo transfusa est humana natura in omnes homines, omnia membra scil. omnes homines moriuntur. Rom. 5. In omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. & [illegible] Itaque [illegible] neralitas est pœnæ & culpæ. Et hinc adiecere terribilitatẽ, quia mors, [illegible] ralitatem quia in omnes. Nihil quippe in vita humana præsenti videtur terribilius morte, quia per eam omnia mundana gaudia terminantur, & maxima vnio & amor, qui possit esse in mundo per eam dissoluitur, sicut est amor animæ & corporis. Vnde Philosophus eam mortem dicit esse terribilissimam. [illegible] [illegible], propter bonorum temporalium [illegible] amissionem.

propter amissionem temporalium. amissionem; quoniam *cum interierit, non sumet omnia secum, neque descendet cum eo gloria eius.* Psalm. 48. Et qui auari, lasciui, cupidi rerum fuerint, compellentur dicere vltimo. *Praeteriit messis, aestas finita est, et nos saluati non sumus.* [illegible]

Terribilior. Isai. 28. Terribilior propter naturalis appetitus destructionem: quia omne animal appetit se in esse & vitam conseruare, quae per mortem destruuntur. [illegible] autem terribilis est, respectu quod [illegible] vitam aeternam consequamur. Ioann. 17. *Haec est vita aeterna,* &c. *Terribilissima.* Terribilissima propter dissolutionem vnionis animae & carnis, quae sunt sicut amici [illegible] [illegible]. Sed quia anima non potest [illegible] nec beatificari, nisi soluta a corpore. Apoc. 14. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur,* ideo homo debet illam [illegible] cum Apostolo Phil. *Cupio dissolui, et esse cum Christo.* Quae cum peccator [illegible], videtur sibi mors terribilissima. [illegible] Psal. 54. *Formido mortis cecidit super me.* Generalitas autem mortis prouenit ex diuina aequitate. *Quia in Adam omnes moriuntur.* 1. Corinth. 15. Ex diuina [illegible], vt ex hac miseria absoluantur culpae vel poenae. Prouerb. 14. [illegible]. Et ex communi de[illegible] vel in contrariorum [illegible], vel in sufficienti restau[illegible] mistione aquae cum vino [illegible]. Illud enim quod ex a[illegible] generatum est, quasi extrane[illegible], in quo fundatur vir[illegible] humanae. *Generalitas culpae.* Generalitas culpae [illegible] de peccato originali [illegible]. Quomodo omnes propter originale peccatum morti subiecti sunt, iam multoties dictum est. *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt,* [illegible] omnes descendentes ab Adam declinauerunt a rectitudine [illegible], quae erat quoddam donum supernaturale primo homini [illegible] in sua institutione, per quod ratio subdebatur Deo,

& inferiores vires rationi, & corpus animae. Et inutiles sunt homines, quia non pertingunt ad finem propter peccatum, ad quem creati sunt, scilicet beatitudinem aeternam. Potest etiam praedicta generalitas, quae dicit, quod *omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.* Romanorum tertio, referri ad actualia peccata: quia sicut dicitur Iacob. 3. *In multis offendimus omnes,* scilicet vel mortaliter, vel venialiter excepto Christo & beatissima virgine. De omnibus alijs dicitur 1. Ioann. 1. *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.* Quia autem continue morimur & sine interpellatione, comparatur mortalitas aquae labenti vel fluuiali: quia semper pars post partem dilabitur & pertransit: sic quotidie aliqua pars vitae nostrae dirimitur, & nostrum augmentum est decrementum. *Morimur continue.* Sapient. 5. *Nos nati continue desinimus esse. Fluuius autem terminatur ad mare: & homo ad mortis amaritudinem.* Item mors hominis assimilatur aquae torrentis, quae licet aliquando multum abundet, & cum impetu ad saxa percutiens sonum faciat, citò tamen desiccatur, & deficit, & ibi de ea nihil reperitur: Sic homines frequenter abundant, & faciunt sonum magni nominis, tamen per mortem ad nihilum deueniunt, tanquam aqua decurrens. Vbi primo totalis defectio, secundo similitudinaria declaratio innuitur. Sed nec homo, nec aliqua creatura pure in nihilum redigitur, licet possit hoc Deus facere, atque homo quidem, nec ex parte corporis, quod in aliud corpus resoluitur, nec etiam ex parte animae, quae etiam separata a corpore remanet in sua substantia, & in esse intellectuali. Dicuntur autem homines morientes redigi in nihilum, quantum ad apparentiam sensus, quia anima separata inuisibilis est, & non perceptibilis sensu. Vere

vero-

resoluto corpore vel in terra recondito nihil vlterius apparet de homine ac si esset redactus in nihilum. Ideò Sap. 2. *Nos ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus, quasi non fuerimus.* scil. quantum ad apparentiam sensus, vel quantum ad bona præsentis vitæ. Nota etiam quod dic. B. August. quod, *peccatum nihil est, & nihil fiunt homines quando peccant.* Quia in omni peccato includitur priuatio. & priuatio est quædã cessatio ab actu, & sic nihil est. Quia inquantum peccaut, est actus priuatus ordine debito. Videant ergo peccatores, quomodo annihilentur. Sicut qui ex magnis honoribus in miserrimum statu deijcitur, vt dicat ex persona peccatoris Psal. 72. *Ad nihilum redactus sum, & nesciui.* De similitudine torrẽtis, dictum est, & accommodatur illud 3. Regum 17. *Post aliquantos dies, siccatus est torrens, eo quod non esset pluuia.* Quia nõ tantum torrentes & riuuli desiccantur, sic vbi non affluunt amplius diuitiæ, fauores, honores, sed etiã qui pauperes sunt & in amaritudine vitæ exiccantur. Isai. 19. *Arescet aqua de mari, et fluuius desolabitur, atque siccabitur, & deficient flumina, attenuabuntur & desiccabuntur riui aggerum.* Vltimò, quia nos in terram deijcimur, quæ est terra sepulturæ, quæ ex communi vsu, & naturæ conditione omnib. debetur, habemus quod nõ gloriemur, sed nos humiliemus. Vnde quilibet potest dicere alteri. Ruth. 1. *Quæ te terra suscepit morientem, in ea moriar, ibique locum accipiã sepulturæ.* Nec refert quod quis in petra sepeliatur, quia & illa terra est, & corpus in terram resoluitur. Alia terra est, cuius habitationem desiderabat Dauid dic. Psal. 141. *Portio mea Domine sit in terra viuentium.* Cogita ergo mortalis, quia morieris, & nescis quando, & eris abominabilis omnibus forsitan etiã Deo & Angelis propter peccata quid de te præsumis, quid gloriaris, in quo alium iudicas te condemnari, cur non psis [illegible] officium, cur non expedis expedienda, quare non hodie, sed cras & nec cras quidem cum tuo magno damno, sumptu & contemptu? Tu vis statim audiri à Deo & mereri veniam, & statim post mortem intrare in gloriam, & ecce inquantum deficis in tuis contra Deum & proximum: Quàm bonus & misericors fueris ergà proximum, ita ergà te Deus erit. Vide ergo quid agas.

August.

Peccatum quid.

Priuatio in omni peccato includitur.

Similitudo torrentis.

Superbia cessat ex consideratione sepulturæ.

Exhortatio ad mortales.

De mortis necessitate.

Statutum est omnibus hominibus semel mori, & post hoc ad iudicium. Heb 9.

QVemadmodum in quauis ciuitate sunt aliæ atque aliæ leges, quæ municipales dicuntur: sic in ciuitatib. Dei aliæ sunt atque aliæ. Habet autem Deus tres ciuitates, cælum in summo, infernum in imo, mundum in medio. *Quæ in summo est vocatur cælestis Hierusalem.* Gal. 4. In illa posuit statutum vitæ, vt ibi ciues semper viuant, & quidem in summa lætitia. Quia videmus, quod naturaliter illud, quod coniunctum est soli, nunquam habet defectum luminis, & quod coniunctum igni, nunquam habet defectum caloris, & quod fonti, nunquam habet defectum humoris. Sic qui sunt in ciuitate illa cælesti, sunt coniuncti Deo, qui est fons & principium, tam vitæ quam gaudij, & nunquam possunt separari ab eo, nec esse sine gaudio. Ps. 35. *Torrente voluptatis potabis eos, quoniam apud te est fons vitæ*, qualis est Christus ipse, qui dixit de animabus beatis, Ioan. 10. *Ego vitam æternam do eis.* In infimo est ciuitas infernalis impiorum, gentilium & damnatorum, publicorumque hostium, vbi statutum est, vt semper viuant & semper moriantur, viuant extra naturæ, vincantur morte gehennæ. Psal. 48. *Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.* quia licet habitatum remiserit, & iterum [illegible]

tur.

Lex mūdi.
Mors est punitio legalis.

tur, vt affligantur. In medio est mūdus, vbi hæc lex allegata viget. Ostenditur ergo primò, quod mors sit quædam punitio legalis quia inflicta est à decreto diuino & primo in paradiso. Genes 2. in quo duo continentur præcepta, vnū quod est ad conseruationem indiuidui dic. *Ex omni ligno paradisi comede*, aliud disciplinæ ad promerendam gratiam pa- [illegible]. quia hanc non poterat melius [illegible] quam per meram obedientiam, [illegible] tunc mera est, quando præceptum [illegible] obligat & non ex alia causa. [illegible] dicitur præceptum disciplinæ, [illegible] ipsum discitur, quanta sit virtus [illegible]. Et disciplinæ præceptū [illegible], quia vitare lignum scientiæ nō [illegible] natura, sed disciplina. Et pro- [illegible] malum & occasio mali, & præ- [illegible] propter obedientię, probationem [illegible] potest prohibere, quæ non sunt in regula expressa. Itaque statutum est mori, prout dicitur Daniel 6. *Non immutetur, quod statutum est, nec cuiquam præuaricari licet.* Multo minus autem hoc, quod nó ab homine, sed a Deo ipso est constitutum. Num. 22. *Non mutare potero verbum Domini.* Ibidem c. 3. *Non est Deus quasi homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur.* Præterea [illegible] statutum hoc, vt non est mutabile, ita est & æquissimum. Primò ratione finis, quia ordinatur ad commune bonū. [illegible] ex authoris potestate, quā non [illegible]. Tertio ex proportionis æqualitate [illegible] quam imponūtur onera [illegible] in ordine ad bonum cómune, [illegible] m totius vniuersi ad cuius perfectionem pertinet, quod omnis creaturarum gradus inueniatur in eo, quædam substantiæ penitus incorruptibiles, vt sunt substantiæ spirituales, vt angeli, siue corporales, vt cæli & quædam è contrario penitus corruptibiles, vt corpora mixta & ex contrarijs composita [illegible] ad perfectionem ipsius, vt etiam inueniantur aliquæ, habentes esse completum in specie, quæ sint partim

Statutū [illegible] [illegible] [illegible]
1
2

Mortis statutum facit ad cōmune bonū naturæ humanæ

corruptibiles & partim incorruptibiles, & tales sunt homines quorum corpora licet per mortem corrumpantur, non tamen animæ, cum quibus communicant cum substantijs separatis. Facit etiam hoc mortis statutum ad commune bonum naturæ humanæ, quæ ex peccato primorum parentum expoliata originali iustitia, *dum in hac vita manet, repletur multis miserijs* Iob 14 quibus per mortem eripitur, & ad vitę stabilitatem perducitur, non tamen omnis, sed solum iustus & sanctus vitam illam consequitur, & hoc in die iudicij ex differentia positionis bonorum & malorum. Matt. 25. & quidem non ex culpa huius statuti, quod magis inducit ad correctionem. sed ex malæ vitæ corruptione ipsorum peccatorum, vel ex ignorantia cæcitatis & infidelitatis eorum. Rom. 10 *Ignorantes Dei iustitiam, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.* Est etiam iustum statutum ex cōdente, cuius potestas est super omnes, & qui est Dominus mortis & vitæ. 1. Reg. 2. *Dominus mortificat & viuificat.* vnde bene potuit facere statutū de morte Dices, *Deus non fecit mortem.* Sapient 1. ergo non debuit legem facere de morte. Sed nota quod prout est malū quoddam humanæ naturæ, sic non est a Deo, sed quidam defectus incidens humanæ naturæ ex culpa sua propria: At vt habet aliquam rationem boni, scil. vt est quædam iusta pœna, sic est à Deo. Insuper ex æqualitate proportionis quia omnes moriuntur & non est differentia, quantum ad peccatum originale, cætera sunt in dispositione diuina, quæ eueniunt morienti. Adde quod statutū hoc in morte habet inuiolabilem obseruationem, vt nulli prætereire. Matth. 5. *Iota vnum vel vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Humanæ leges perrumpuntur à diuitibus & potentibus. Sed hæc nullo modo quia eam de iure præterire non licet, cūm sit ex iustitia Dei posita, nec etiam de facto, cūm sit Dei potentia

Mortis statutum iustū ex cōdente

Ex æqualitate proportionis.

tentia vallata Psal. 148. *Præceptum posuit & non præteribit*. scil. nec pauper nec diues. Secundò nota, quod mors est quædam corruptio naturalis in eo quod dicit Apostolus, *Hominibus*. De natura enim hominis est quod corrumpatur, & moriatur quia homo ex contrarijs componitur. Et Seneca dicit, quod mors homini natura sit, non pœna. Mors enim homini morienti non infligit pœnam, quia tum non sentit, & non sentitur, & cùm sit priuatio vitæ & sensus. Itaque mors est natura, scil. naturalis propter conditionē materiæ, & etiam est pœna, scil. pœnalis, propter amissionē diuini beneficij præseruantis à morte. Et ideò non tantum ex diuino statuto, sed etiam ex natura contingit, quòd nullus euadere potest finaliter corruptionem corporis, Psal. 88. *Quis est homo, qui viuet*. Eccles. 9. *Nemo est qui semper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam*. Nota quoque quod homo secundum corpus semel tantum moriatur, licet secundum animam sæpiùs, sed potest per pœnitētiam resurgere, quia *septies in die cadit iustus, & resurgit*. Prouerb. 24. Et de Christo homine Apostolus ait, Rom. 6. *Quod enim mortuus est peccato non suo, sed nostro mortuus est semel*. Aduerte vltimò, quod mors est quædam citatio iudicialis. Et hoc post hoc iudicium, scil. post mortem. Nam sicut post mortem omnium hominum sequitur iudicium generale, ita post mortem cuiuslibet hominis particularis, sequitur etiam iudiciū particulare. Sed generale iudicium præcedet. Primò citatio monitoria. Secundò preceptoria. Tertiò peremptoria, 1. Thess. 4. *Ipse Dominus in iussu*: Ecce citatio præceptoria. Psalm. 7. *Exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti & syng. pop. circ. te. Et propter hanc in altum regredere*. Sequitur. *In voce archangeli* Ecce monitoria Ioelis 3. *Consurgant & ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes*. hic sequitur in authoritate Apostoli. *Et in tuba Dei descendet de cælo, & mortui, qui in ipso sunt resurgent primi*. Ecce peremptoria. Apoc. 10. *Angelus quem vidi stantem supra mare, & supra terram, leuauit manum suam ad cælum*, &c. Hęc etiam triplex citatio pręcedit iudiciū particulare cuiuscūq; particularis hominis. Citatio monitoria fit per prædicationes. Præceptoria per prælatos, vel per scripturas diuina præcepta continentes, sed peremptoria per mortem, per quam homo ad iudicium vocatur. De iudicio plura alibi. At ò miseri mortales, nolite vos illa securos reddere in omnib. cogitationib. & actionibus vestris, quasi omnia, quæ libent, liceant, quasi ex plenitudine potestatis liberum sit vobis facere omnia, etiam iniustissima, quasi Deus non sit inspector & vltor. Veniet, veniet aliquando tempus, dies & hora, qua molem militiarum vestrarum cogemini intueri, portare, & pati, nolitis velitis, quia quoties voluit vos Deus, Ecclesia prælati & alij congregare, & noluistis.

Mors est quædā corruptio naturalis, ideo dicitur, Hominibus.

Mors homini morienti non infligit pœnam.

Mors est naturalis.

Moritur homo tantum semel secundū corpus.

Mors est quædā citatio iudicialis.

Iudiciū generale quæ præcedent Nota verba.

Exhortatio ad mortales.

De necessitate moriendi.

Quis est homo, qui viuet & non videbit mortem? Psal. 88.

QVamuis homo in statu innocentiæ non ex natura, sed Dei gratia esset immortalis, scilicet quod poterat non mori, tamen propter peccatum primi hominis ipse cum tota posteritate sua facti sunt mortales, scilicet necessitati mortis addicti, ideo Rom. 5. *per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors*, scilicet moriendi necessitas. Huc spectant verba allegata, quia nullus est, qui non experiatur aliquando mortem. Et quæritur primò de vitæ perpetuitate dic. *Quis est homo, qui viuet?* deinde de mortis euitabilitate dic. *Et non*

Homo ex Dei gratia erat immortalis.

videbit

Vita hominis duplex spiritualis & corporalis.

videbit mortem? Cùm duplex sit vita hominis, scilicet: spiritualis per gratiam, & corporalis, hæc quidem perpetuari non potest: Quia in quolibet animali est consumptio & restauratio. consumptio per actionem calidi, & restauratio per acceptionem alimenti. Quia ergo ibi est continua deperditio, & illud quod restauratur per alimentum, non est ita purum, sicut illud quod deperditur, ideò necesse est animal consumi. Nam si quis acciperet de vino quod esset in dolio & restauraret ibi de aqua, ad vltimum oporteret quod esset vinum ita aquosum, quod esset corruptio vini ibidem. Sed si restauraretur ita purum vinum, sicut extrahitur inde, posset perpetuari huiusmodi dolium vini: sic est de carne hominis. Sed post resurrectionem erit alia ratio in bonis & in malis & hoc partim ex natura partim ex diuina iustitia. Vita autem spiritualis, qua anima viuit Deo per gratiam & charitatem, 1. Ioan. 3. *Scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus)* non perditur nisi per peccatum mortale, & perpetuatur sicut in innocentibus, qui nunquam mortaliter peccant, in Beatissima Virgine Maria, S. Ioanne Baptista & alijs. Ex quorum persona dicebat David Psalm. 117. *Non moriar, sed viuam.* In quibus duo [illegible] desiderabilia se habiturum [illegible], scilicet præseruationem a de[illegible], scilicet, *Non moriar.* & conseruationem in statu gratiæ dic. *Sed viuam.* Circa primum sunt quatuor accidentia, quibus corpora præseruantur a corruptione naturali, quæ etiam spirituali modo accepta præseruant animam a corruptione seu morte culpæ. Primum, est calor intensus. Res enim multum calidæ non putrescunt, præcipue cum siccæ sunt, vt piper, & galanga: zinziber autem putrescit propter innatum humidum. Similiter aqua, quamdiu feruet, non putrescit, quia calor ignis maior est in ea, quam calor aeris, ideò non vincitur sed vincit. Similiter anima à morte peccati, quæ fit per tentationem, præseruatur per feruentem orationem. Vnde dominus hortatur discipulos Lucæ vigesimosecundo. *Orate, ne intretis in tentationem.* vel Isaiæ 38. dicitur de Ezechia rege. Secundum est Frigiditas, siue sit ab extrinseco vel intrinseco. Nam si frigus sit extrinsecum, præcipue est impediens, quia per se repugnat calido alieno & extrinseco. Vnde in hyeme & simpliciter in aëre frigido conseruantur corpora, quia calidum extrinsecum est purum, & frigus sibi contrarium est multum: nec in talibus apparet motus putrefactionis, nisi recedente frigore: Si autem est frigus extrinsecum, etiam impedit putrefactionem, quia coagulat, nec permittit illud exhalare, sicut est in omnibus metallis frigido congelatis, in quibus frigus claudit poros & vincit calidum extrinsecum, ne de humido aliquid exudet, nisi parum, vt quando generatur rubigo, & maior est in eo duratio, quia eius humidum naturale magis constat. Tanquam frigus extrinsecum est tribulatio mundi, quæ ardorem concupiscentiæ, extraneam carnem concupiscentis extinguit. Ecclesiast. vndecimo. *Malitia vnius horæ, obliuionem facit luxuriæ.* Et ex hoc etiam præseruat a morte animæ. Romanorum octauo. *Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Sed tanquam intrinsecum frigus, est intrinsecum refrigerium contemplationis cælestium. Hæc est, quæ corporis sensus claudit, deuotionis humorem coagulat, & calorem extraneum mundi superat. Quanto enim maiori studio exercetur ad summa, tanto maiori fastidio frigescit ad infima. Colloss. 3. *Mortui enim estis,*

Simile de vino.

Vita spiritualis quæ.

Accidentia quatuor quib. corpora præseruantur a corruptione naturali.

1. Calor intensus.

2. Frigiditas.

scilicet, mundo & vita nostra abscondita est, *cum Christo in Deo*. Tertium, est mobilitas. Nam aqua vel vinum, quod mouetur impeditur putrefieri, eò quod calor naturalis excitatur à motu & non præualet calor extrinsecus. Vnde vinum potens efficitur melius ex motu, quia calor naturalis magis digerit subtile humidum, ex quo etiam sapor melior redditur. Et vinum pendulum motu reparatur. E contra vinum non motum præcipuè soli expositum in acetum conuertitur, quia dum calor exterior exinanit calidum interius & humidum subtile exhalat cum ipso & perit vinū. Sic est mobilitas obedientiæ, vel motus frequens bonorum operum præseruat animam a peccati putredine, ad quā inducit pigritia & otium. Quia multum malitiam docuit otiositas. Ecclesf. 33. Leuit. 22. *Custodiant præcepta mea, vt non subiaceant peccato & moriantur.* Quartum, continuitas. Nam mare totum non putrescit, sed diuisum per partes paludales. In naturalibus enim multiplicato subiecto, multiplicātur qualitas & virtus. Et ideò totum simul plus potest continere quàm calor aëris possit dissoluere: si tamen ipsæ partes sint in toto continuæ, alias non. Videmus, quod grana multa & germina simul adunata citiùs putrescunt, quam pauca, quia illa grana non sunt continua, & cùm sint parua, egreditur naturale calidum ab vnoquoque eorum, & trahit secum humidum, & calidum exiens fit alienum, & cū exit a multis, corrumpitur. Ita quando est continuitas concordiæ & vnitas amoris inter bonos, iuuat vnus alium ad cōseruādum se & præseruandum a malis: imò qui se separat ab vnitate charitatis, qua membra Ecclesiæ vniuntur, necesse est, vt moriatur. 1 Ioan. 3. *Qui non diligit, manet in morte.* De cōseruatione in statu gratiæ. Sicut bona nutrimenta conseruant vitam corporalem, sic bona opera spiritualem, sicut ignis cōseruatur per nutrimenta lignorū, quia vita spiritualis est in amore charitatis, qui nutritur per bona opera, sc. pœnitentiæ, obediētiæ, & iustitię. Ezec. 18. *Si egerit pœnitentiā ab omnibus peccatis suis.* ecce pœnitentiæ: *Et custodierit omnia præcepta mea*: ecce obedientia. *Et fecerit iudicium & iustitiam*, ecce iustitiæ sequitur, *Vita viuet, & non morietur.* Siquidem opera pœnitentiæ defendunt ab omni periculo peccati. Ideò Luc. 13. *Nisi pœnitentiam egeritis, simul omnes peribitis.* Estis omnes scripti in libro iudicij seu condemnationum, o peccatores, potestis, si vultis ex illo libro & securi esse. Act. 3. *pœnitemini & conuertimini, vt deleantur peccata vestra.* Opera obediētię custodiūt ab incursu omnis mali: Eccl. 8. *Qui custodit præceptum, non experietur quicquam mali.* In trāsgressione autem diuini præcepti incurritur pœna æterna quod est maximum, ideo vitandum. 2. Par. 24. *Quare transgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit?* Opera autem iustitiæ protegunt ab omni calumnia & impugnatione diaboli. Psal. 118. *Feci iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me.* Psal. 105. *Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tēpore.* Vita viuet ergo animæ suę, & vitatur mors culpæ. Mortis euitabilitas corporalis nulla est. Eccl. 8. *Omnes morimur: et in gaudium volumus venire,* scil. æternæ beatitudinis, sed alia ratio est de morte spirituali, quæ erit in priuatione vitę æternæ & in cruciatu gehennæ, quę quæstio determinatur a Christo. Ioan. 8. d. *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.* Vbi duo docet obedientiam, & illius infinitam efficaciam. Quoad primum aduerte, quantum faciant homines pro salute corporis & infirmi, & cælestis medicus semper inclamat, quæ ad salutem sunt animę, siue de medicina charitatis. Luc. 6. *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos.* siue de medicina ęquitatis vti vsurarijs. *Date mutuū, nihil inde sperantes.* siue de medicina pietatis. Lu. 11. *Quod superest date eleemosynā.* Sed quia non

3. Mobilitas. *4. Continuitas.* *Cōseruatio in statu gratiæ. Simile.* *Nota verba.* *Opera pœnitentiæ.* *Opera obedientiæ.* *Opera iustitiæ.* *Mortis euitabilitas.* *Mors spiritualis.* *Obedientia docetur & eius efficacia.* *Obedi.*

non diligitis animũ, nec Deum, nihil facitis. Ioã. 14. *Qui non diligit me, sermones meos non seruat.* Et e contra: *Probatio enim dilectionis, est exhibitio operis.* Et Ioan. 14. *Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me.*

Efficacia. Efficacia est, quia mortem non videbit. *Simile.* Sicut homo quamdiu conseruat lucem nõ experitur tenebras. Sed verba Christi vita sunt. Ioan. 6. *Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.* Et verba Christi seruata perducunt ad vitam æternã, vbi mors nulla. Præterea vita æterna consistit in visione Dei. Ioan 17. Item Ioan. 6. *Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes.* vel inchoatiua, vel productiua, Eccl. 24. *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Et qui operantur in me, non peccabunt.* Item verba Christi audita causant in nobis fidem. Rom. 10. *Fides ex auditu, auditus autem,* &c. Sed seruata faciunt nos iuste viuere, Tit. 2. *Apparuit benignitas & hum. sal. no. D. om. hom. era. nos, vt abnegantes omnem impietatem,* &c. Et qui ita viuit, & habet rectam Christi fidem, euadet mortem æternam. *Explicatur versus Ioannis.* Ioan. 11. *Omnis qui viuit,* sc. iustè, quoad proximum, piè, quoad Deum, sobriè, quoad seipsum, *& credit in me,* sc. vera & formata fide, *non morietur in æternum,* sc. non erit in morte æterna pœnæ infernalis, quia erit in vitæ æternæ gaudijs. *Exhortatio ad mortales.* Tu iam mortalis homo, videbis mortem necessario quandocunque veniet, quæ ergo potestas & gloria tua: Et si te trahet nõ poteris euadere. Et si opus est moriturum ad judicium, qualis ibi ô miser coram tanto iudice comparebis, qui hic in terris omnes vis supplantare, occidere, exterminare? Et quando ibis ad infernum tractus à dęmonibus, heu quę tua infœlicitas & annihilatio? Tunc nè dominaberis? O miser non dominaberis, sed seruies omnibus & singulis dæmonibus, ad omnia supplicia, quæ tibi infligent. Resipisce ergò & conuertere, si saluari postulas.

De vtilitate mortis.

O mors, bonum est iudicium tuum. Eccl. 41.

MVlta sunt, quæ cùm eueniunt videntur mala, & postea inueniuntur bona & vtilia. *Bona multa videntur in fine, quæ mala reputabuntur in principio.* Patet in Ioseph, de quo malum videtur, quòd eum fratres vendiderint mercatoribus alienigenis ex inuidia, quod tamen conuersum est in bonum, non solùm ipsius, quia factus est Dominus AEgypti vbi venditus est, sed *Exemplum Ioseph.* etiam in bonum fratrum suorum & totius familiæ patris sui. Ideò dixit posteà fratribus suis, *Nolite timere. Num possumus Dei resistere volũtati? Vos cogitastis de me malũ, sed Deus vertit illud in bonum.* Ita est de morte, vbi ostenditur, quòd sit pœnalis, ex *Mors pœnalis vtilis, terribilis.* nomine, quia mors vtilis, quia bonum, terribilis propter examen iudicij. Pœnosum est illud, quod tollit hominibus ea quæ maximè diligunt. Sed mors tollit honores, diuitias, delectationes vitæ & cõmoditates, & omnia pacifice possidenti est amara Eccl. 41. non solùm ad experiendum, sed etiam ad imaginandum. Est igitur mors naturaliter horribilis propter detrimenta, quæ infert. *Mors naturaliter horribilis.* Suffodit enim fundamentum omnium bonorum, quæ pertinẽt ad domum corporis, scil. vitam, & sic etiam omnia bona simul, vt nec moueri, nec sentire possit, nec vti diuitijs nec delitijs. Sancti viri tamen reputant mortem corporis, non ad detrimentũ, sed ad lucrum, quòd transeant ab hac vita ad æternam, & pro istis paruis bonis recipiunt maxima bona, & præter hæc expectant corpus resurrecturum in gloria beatitudinis & immortalitatis. Ideò eorum dicitur *mors pretiosa,* Psalm. 115. *in conspectu Domini,* licet non appareat in conspectu viuentium. Prou. 14. *Sperat iustus in morte sua.* Peccatores autem & præcipuè impœnitentes

animam. Ita vt nullus homo supra aliũ se exaltet. Huc spectat, quod dicit Apostolus Heb. 13. *Beneficentiæ & communionis nolite obliuisci.*

Mors quibusdã beneficia, quibusdã malefica

In his tribus primò aduerte, quòd mors tãquam iusta regina, quibusdã est malefica, sc. mala faciens, quasi & quibusdam bona faciens. Mala quidem peccatoribus & impœnitentibus, quos priuat bonis præsentibus & futuris, & ad æterna mala inducit, propter quod dicitur Psal. 33. *Mors peccatorum pessima.* Mala, quia expoliat temporalib. bonis, peior quia copulatur æternis supplicijs, sed pessima, quia priuat bonis æternis. Ex quo apparet quod magnum beneficium est, quod homo ante mortem suam de malis suis puniatur, ita quod non post mortem ad æterna supplicia seruetur. 2 Mach 6. *Multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium.* Vnde Psalm. 114. *Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi.* Pro. 11. *Benefacit animæ suæ vir misericors.* Isti enim specialiter in morte & post mortem pro beneficentia beneficentiam recipiunt, sc. vt in morte per impœnitentiam non pereant, vt dic. S. Ambrosius.

Ambros.

Summa Christianæ religionis perfectio est misericordia, quam qui secutus fuerit, etiamsi carnis lubricum patiatur, vapulabit quidem, sed nõ peribit. Aduerte deinde mortis amplexum, quia omnes homines amplectitur, & omnibus est communis, ideo dicitur communionis:

Mortis amplexus.

sed nõ est facienda communio cum excommunicatis. Sed communionem mortis vitari non potest, & per eam triplex singularitas mala remouetur. Primo tollit singularitatem superbiæ, quia mors omnes æquat. Secundo, auaritiæ, & distinguit a liberalitate, quia auarus omnia pro se vult retinere. 1. Tim. 6. *Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in bonis operib. facile tribuere &*

Mors tollit triplicẽ singularitatẽ.
1.
2.

communicare, thesaurizare sibi fundamentũ in bonum futurũ, vt apprehendant vitam æternã. Differt etiam à charitate, quę propria facit cõmunia. Act. 2. *Omnes qui credebãt, erãt pariter, & erant illis omnia cõmunia.* Tertio, Fugat tristitiam & dolorem inuidię, quia omnem huius mundi excellentiam ad paritatem quandam reducit. Sap. 7. sine inuidia cõmunico. Excludit præterea Apostolus defectum reminiscendi, dic. *Nolite obliuisci eius,* sc. cuius memoria est sibi maximè vtilis & necessaria, sc. mortis. Primò, ad pœnitentiæ conuersionem. Isa. 38. quando audiuit rex Ezechias: *Morieris tu, & non viues.* Statim cõuersus est ad fletum & pœnitẽtiam. sic & Niniuitæ, audientes: *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.* Secundo, quia prouocat ad Eleemosynarum largitionem, 1. Mac. 1. *Alexander vt cognouit, quod moreretur, diuisit regnum pueris suis.* S. Hieron. dic. *Sola misericordia comes est defunctorũ.* Tertio, ad totius vitę directionem. Aues enim in volatu suo & pisces dirigunt se cauda sua: sic homines dirigunt vitam suam, & tentationes excutiunt cauda, sc. mortis memoria. Et gubernator nauis ponit se in fine nauis. Psal. *Illic naues pertransibunt,* sc. per arctum foramen mortis. Itaque Deut. 25. *Caue ne obliuiscaris.* Secũdo per illam dictionem, mors, ostenditur magna iustitia, quia in iudicio suo non respicit personas, sed iustitiarius punit malos & remunerat bonos, & talis iustitiarius æterni iudicis, qui nemini parcit, cõsueuit multum timeri, Ps. 54. *Formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.* Et dicitur *formido* propter recessum, *timor* propter occursum, & *tremor* propter iudicium. Formidat homo mortem, quia cõpellit eum recedere ab omnibus, de quibus magis cõfidebat, & quæ magis diligebat, sc. fortunas, honores, amicos, &c. Psal. 81. *Posuit firmamentum eius formidinẽ.* Firmamentũ dicitur in quo magis homo confidebat & formidabat amittere. Timet homo mortem propter occur-

3.

Mortis memoria necessaria primo ad pœnitentiam.

2. ad eleemosynam.

Mortis vocabulum ostendit magnã iustitiã.

Mors causat formidinem, timorem & tremorem.

occur-

occursum peccatorum & dæmonũ. Peccatorum quidem: Quia sicut iusti confidunt in morte ex memoria bonorum, quæ egerunt, sic impijs venient ad memoriam mala, quæ egerũt, diabolo procurante, vt desperent, sicut Iudas Matt. 25. Et Deut. 31. *Occurrent vobis mala in extremo tempore, à quibus non poteritis exire.* Et B. Martino leguntur affuisse dæmones. Chrysost. *Tunc ergò erunt maximæ angustiæ, quia ex vna parte nõ permittetur anima remanere in corpore, & ex alia parte, peccatorum non permittet eam fugere ad Deum.* Thren. 1. *Omnes persecutores eius [illegible] ehenderunt eam inter angustias.* 2. Corint. 7. *Foris pugnæ, intus timores.* Tertiò, Tremit homo propter iudiciũ ad quod anima statim ducitur & iudicatur. Si tremuit Paulus, audiens *Saule, Saule, quid me persequeris?* & ille *Domine, quid vis me facere?* Quanto magis illi, qui sciant se offendisse Deum & tantum iudicem, habent quod tremant. Iudith. 11. *Quoniam sciunt se offendisse Deo suum Deum suum, tremor eius super ipsos est.* Tertiò, Ostenditur quod magnæ vtilitatis sit scire aliquid de morte, extra illa quatuor quæ sciri non possunt, statum, locum, tempus, modũ, de quibus alibi. Sed tria sunt præcipuè, ad quę scienda debet homo studium adhibere, scil. suam vilitatem, mortalitatem, fœlicitatem. De his tribus dicitur 2. Cor. 5. *Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis*, ecce corporis vilitas, quia vocatur domus terrestris, *dissoluatur*, scil. per mortem, ecce mortalitas, *quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, sed æternam in cælis*, ecce fœlicitas. Vilitatem itaque nouimus ex materia, 1. Cor. 15. *Primus homo de terra terrenus.* Non mirum si superbiuit angelus cuius natura erat purissima, ab omni corporeitate & materialitate separata, sed indignum quod homo superbiat cinis & puluis Eccles. 10. Secundo, ex parte figuræ, quia configuratur domui. Habet enim corpus hominis inferius pedes, quasi ad modũ fundamenti, & crura

Chrysost.

Tremit homo iudicio.

Mortem aliquã scire est magnæ vtilitatis.

Homo debet tria præcipuè discere.

Explicantur verba.

Vilitas ex materia.

Ex figura.

& tibias ad modum columnarum, suprà quas ædificium corporis sustentatur & superius caput ad modũ tecti & fumarij. Sed ista domus est ruinosa, quia quotidie aliquid de ea ruit, quousque omnino per mortem subuertatur, Prouer. 2. *Inclinata est ad mortem domus eius. Nam ea die, qua homo nascitur, incipit vita diminui.* Sapiẽt. 5. Et ita cuilibet dici potest. *Cito subuertetur domus tua.* Item est domus ærumnosa, ærumnis & ægritudinib. plenissima, nunc in capite, nunc in ventre, nunc in pedibus, nunc in visceribus, &c. & hoc euenire solet in alieno habitantibus, vt dic. Seneca, quia hoc corpus non est domus, sed hospitiũ, quia non est propria, & non habet ibi cõmoditates suas, quas vult, & est hospitium animæ. Eccles. 29. Vita nequam hospitãdi de domo in domum, & vbi hospitaliter non fiducialiter aget, nec aperiet os. Tunc autem erit propria domus animæ post mortem, quando hoc corruptibile induet incorruptionem & immortalitatẽ, & ærumna conuertetur in gloriam. Item est domus animæ, & domus angustiosa, quia est domus carceris eius: & in ista est inclusa quoad esẽtiã, quia vbilibet est in corpore. Itẽ in ea ligata propter impotentiã, quia impediente corpore, spiritus nõ potest facere, quæ vellet. Mat. 26. *Spiritus quidem promptus est, sed caro infirma.* Item est ibi anima tenebrosa, quantum ad intellectum, quia patitur in corpore tenebras multiplicis ignorantiæ. Et quãtum ad cõscientiã, multi manent in tenebris culpæ, propter quod deberet esse gratum animæ, quod Deus educeret eam de isto carcere. Isa. 42. *Educes de conclusione*, sc. corporis, *vinctum*, scil. spiritum, *de domo carceris sedentem in tenebris.* Item vilitas hominis ex parte infimæ habitationis, scil. terræ vltimi elementi, vbi miseria multiplex. Apocal. 8. *Væ, væ, væ habitantibus in terra.* Primo, propter defectum naturæ. Secundo, propter excessum culpæ. Tertiò, propter tormentum pœnæ. Deindè

Domus ruinosa.

Domus ærumnosa.

Domus angustiosa.

Mortalitas attendenda. debet accendere mortalitatem suam. Quia oportet quod per mortem vnio corporis & animę soluatur, quod etiam fit propter corporis passibilitatem, prout in scriptura vita nebulę comparatur, quæ soluitur à radijs solis. Sapient. 2. *Transiet vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radijs solis, &c.* Postremò fœlicitatem, cum
Fælicitas. dicitur, *Ædificationem ex Deo habemus, non manufactam.* Vbi celestis beatitudo sub
Beatitudo cælestis sub Metaphora domus describitur. Metaphora domus describitur, & commendatur ex quinque: primò, ex parte principij, scil. actiui, ex artifice Deo. Solus Deus nos beatos facit, ideo dicitur, *ædificationem ex Deo.* Et constat ædificium hoc ex
1 duplici genere lapidum, scil. ex dupli-
Ex parte principij. ci natura hominum & angelorũ, quia istæ duæ naturæ connectuntur & saluantur, mediante glutino charitatis. Ephes. 2. *In quo & vos coædificamini in taber-*
2 *naculum Dei in spiritu sancto.* Secundò, ex par-
Ex parte commodi. te commodi, quia nec frigus nocet, nec quidquam aliud. Psal. 83. *Beati qui habitant*
3 *in domo tua Domine.* Tertiò, ex parte doni,
Ex parte doni. quia non datur ex merito operum, scilicet non ex condigno, ideò dicitur nõ manu factam. Psalm. *Nisi Dominus ædificauerit.*
4 Quartò, ex duratione ædificij, quia
Ex duratione ædificij æterna, à qua eius habitator nunquam ejcietur. Eccles. 12. *Ibit homo in domum æternitatis suæ.* Quintò, ex parte loci, scilicet in cælis cum Angelis faciem Dei videbunt Matth. 18. in qua visione est beatitudo perfectissima.

Quam nobis concedat
Deus trinus &
vnus.

De generalitate mortis.

Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram. 2. Reg. 14.

QVAM nulla in nobis ex nobis ipsis subsistentia vel etiam fiducia in vitæ longitudine, honoribus, diuitijs, &c. ex hoc cognoscimus, quia omnes morimur, & sic relinquimus alijs hæc omnia, & sæpe ignotis aut ingratis, & nihil præter peccata vel opera bona nobiscum auferimus, ad quid ergo manet hæc nostra iactantia? Deinde sicut flumina cõtinue è mari fluunt & iterum in mare refluunt, & putamus eã eandem esse quam cum nõ sit, quam videmus & sensim decurrere, sic homines nascuntur, moriuntur, nobis putantibus, qui nescimus, quod ijdem homines semper sint in ista ciuitate, nisi quando nostrum interest, ita quod quasi continuum sequens sit vnius & alterius vsque ad mortem. Ecce, *omnes morimur.* Primò, tangit omnes homines in vniuersum: sicut venenum angreditur ad cor, à quo vitæ virtus in omnia membra procedit, exinde omnia membra corporis humani moriuntur. Sic quando venenum peccati intrauit in Adam, à quo transfusa est humana natura in omnes homines, omnia membra scil. omnes homines moriuntur Rom. 5. In omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt, &c. Itaque generalitas est pœnæ & culpæ: Et hinc aduerte terribilitaté, quia mors, generalitatem quia in omnes. Nihil quippe in vita humana præsenti videtur terribilius morte quia per eam omnia mundana gaudia terminantur, & maxima vnio & amor, qui possit esse in mundo per eam dissoluitur. Sicut est amor animæ & corporis. Vnde Philosophus eam mortem dicit esse terribilissimam. Primò, propter bonorum temporalium amissio-

Omnes homines morimur & relinquimus alijs omnia. *Simile.* *Mors [illegible].* *Generalitas pœnæ & culpæ.* *Terribilitas quia mors.* *Generalitas, quia [illegible].* *Mors terribilissima.*

propter amissionem temporalium amissionem; quoniam *cum interierit, non sumet omnia secum, neque descendet cum eo gloria eius.* Psalm. 48. Et qui auari, lasciui, cupidi rerum fuerint, compellentur dicere vltimo *Posuimus mendacium spem nostram.* Isai. 28. *Terribilior* Terribilior propter naturalis appetitus destructionem: quia omne animal appetit se in esse & vitam conseruare, quæ per mortem destruuntur. Non autem terribilis est, respectu, quod per eam vitam æternam consequamur. Ioan. 17. *Hæc est vita æterna*, &c. *Terribilissima.* Terribilissima propter dissolutionem vnionis animæ & carnis, quæ sunt sicut amici coniunctissimi. Sed quia anima non potest viuere Deo nec beatificari, nisi soluta à corpore. Apocal 14 *Beati mortui, qui in Domino moriuntur*, ideo homo debet illam appetere cum Apostolo Phil. *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Quæ cum peccator non consideret, videtur sibi mors terribilissima iuxta Psal 54. *Formido mortis cecidit super me.* *Mortis generalitas prouenit ex diuina æquitate & communi defectu.* Generalitas autem mortis prouenit ex diuina æquitate. *Quia in Adam omnes moriuntur.* 1. Corinth 15. Ex diuina pietate, vt ex hac miseria absoluantur culpæ vel pœnæ. Prouerb. 14. *Miseros facit populos peccatum.* Et ex communi defectu, qui consistit vel in contrariorum compositione, vel in sufficienti restauratione, vt in mixtione aquæ cum vino quod minoratur. Illud enim quod ex alimento aggeneratur est, quasi extraneum respectu eius, in quo fundatur virtus speciei humanæ. *Generalitas culpæ.* Generalitas culpæ veritatem habet tam de peccato originali, quam actuali: Quomodo omnes propter originale peccatum morti subiecti sunt, iam multoties dictum est. *Omnes enim declinauerunt simul inutiles facti sunt.* Psalmo 13 scilicet, omnes descendentes ab Adam declinauerunt a rectitudine originalis iustitiæ, quæ erat quoddam donum supernaturale primo homini diuinitus datum, in sua institutione, per quod ratio subdebatur Deo, & inferiores vires rationi, & corpus animæ. Et inutiles sunt homines, quia non pertingunt ad finem propter peccatum, ad quem creati sunt, scilicet beatitudinem æternam. Potest etiam prædicta generalitas, quæ dicit, quod *omnes peccauerunt, & egent gloria Dei.* Romanorum tertio, referri ad actualia peccata: quia sicut dicitur Iacob 3 *In multis offendimus omnes*, scilicet vel mortaliter, vel venialiter excepto Christo & beatissima virgine. De omnibus alijs dicitur 1 Ioan. 1. *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.* Quia autem continuè morimur & sine intercapellatione, comparatur mortalitas aquæ labenti vel fluuiali. *Morimur continuè.* quia semper pars post partem dilabitur & pertransit: sic quotidie aliqua pars vitæ nostræ dirimitur, & nostrum augmentum est decrementum. Sapient 5. *Nos nati, continuè desinimus esse. Fluuius autem terminatur ad mare: & homo ad mortis amaritudinem.* Item mors hominis assimilatur aquæ torrentis, quæ licet aliquando multum abundet, & cum impetu ad saxa percutiens sonum faciat, citò tamen desiccatur, & deficit, & ibi de ea nihil reperitur: Sic homines frequenter abundant, & faciunt sonum magni nominis, tamen per mortem ad nihilum deueniunt, tanquam aqua decurrens. Vbi primo totalis defectio, secundo similitudinaria declaratio innuitur. Sed nec homo, nec aliqua creatura purè in nihilum redigitur, licet possit hoc Deus facere, atque homo quidem, nec ex parte corporis, quod in aliud corpus resoluitur, nec etiam ex parte animæ, quæ etiam separata à corpore remanet in sua substantia, & in esse intellectuali. Dicuntur autem homines morientes redigi in nihilum, quantum ad apparentiam sensus, quia anima separata inuisibilis est, & non perceptibilis sensu. Vnde reso-

resoluto corpore vel in terra recondito nihil vlterius apparet de homine ac si esset redactus in nihilum. Ideò Sap.2. *Nos ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus, quasi non fuerimus.* scil. quantum ad apparentiam sensus, vel quantum ad bona præsentis vitæ. Nota etiam quod dic. B. August. quod, *peccatum nihil est, & nihil fiunt homines quando peccant.* Quia in omni peccato includitur priuatio. & priuatio est quædā cessatio ab actu, & sic nihil est. Quia inquantum peccant, est actus priuatus ordine debito. Videant ergo peccatores, quomodo annihilentur. Sicut qui ex magnis honoribus in miserrimum statū deijcitur, vt dicat ex persona peccatoris Psal 72. *Ad nihilum redactus sum, & nesciui.* De similitudine torrētis, dictum est, & accommodatur illud 3.Regum 17. *Post aliquantos dies, siccatus est torrens, eo quod non esset pluuia.* Quia nō tantum torrentes & riuuli desiccantur, sic vbi non affluunt amplius diuitiæ, fauores, honores, sed etiā qui pauperes sunt & in amaritudine vitæ exiccantur. Isai.19. *Arescet aqua de mari, et fluuius desolabitur, atque siccabitur, & deficient flumina, attenuabuntur & desiccabuntur riui aggerum.* Vltimò, quia nos in terram deijcimur, quæ est terra sepulturæ, quæ ex communi vsu, & naturæ conditione omnib. debetur, habemus quod nō gloriemur, sed nos humiliemus. Vnde quilibet potest dicere alteri. Ruth.1. *Quæ te terra suscepit morientem, in ea moriar, ibique locum accipiā sepulturæ.* Nec refert quod quis in petra sepeliatur, quia & illa terra est, & corpus in terram resoluitur. Alia terra est, cuius habitationem desiderabat Dauid dic. Psal. 141. *Portio mea Domine sit in terra viuentiū.* Cogita ergo mortalis, quia morieris, & nescis quando, & eris abominabilis omnibus forsitan etiā Deo & Angelis propter peccata. quid de te præsumis. quid gloriaris, in quo alium iudicas te condemnari, cur non prędicas officium, cur non expedis expedienda. quare non hodie, sed cras & nec cras quidem cum tuo magno damno, sumptu & contemptu? Tu vis statim audiri à Deo & mereri veniam, & statim post mortem intrare in gloriam, & ecce inquantum deficis in tuis contra Deum & proximum: Quàm bonus & misericors fueris erga proximum, ita erga te Deus erit. Vide ergo quid agas.

August.
Peccatum quid.
Priuatio in omni peccato includitur.
Similitudo torrentis.
Superbia cessat ex consideratione sepulturæ.
Exhortatio ad mortales.

De mortis necessitate.

Statutum est omnibus hominibus semel mori, & post hoc ad iudicium. Heb 9.

QVemadmodum in quauis ciuitate sunt aliæ atque aliæ leges, quæ municipales dicuntur: sic in ciuitatib Dei aliæ sunt atque aliæ. Habet autem Deus tres ciuitates, cælum in summo, infernum in imo, mundum in medio. *Quæ in summo est vocatur cælestis Hierusalem.* Gal 4. In illa posuit statutum vitæ, vt ibi ciues semper viuant, & quidem in summa lætitia. Quia videmus, quod naturaliter illud, quod coniunctum est soli, nunquam habet defectum luminis, & quod coniunctum igni, nunquam habet defectum caloris, & quod fonti, nunquam habet defectum humoris. Sic qui sunt in ciuitate illa cælesti, sunt coniuncti Deo, qui est fons & principium, tam vitæ quam gaudij, & nunquam possunt separari ab eo, nec esse sine gaudio. Ps.35. *Torrente voluptatis potabis eos quoniam apud te est fons vitæ*, qualis est Christus ipse, qui dixit de animabus beatis, Ioan.10. *Ego vitam æternam do eis.* In infimo est ciuitas infernalis impiorum, gētilium & damnatorum, publicorumque hostium, vbi statutum est, vt semper viuant & semper moriantur, viuant vita naturæ, moriantur morte gehennæ. Psal 48. *Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos* quia herba iterum reuiuiscit, & iterum absumitur;

Leges omnes in terra, alia in cælo.
Lex Hierusalem cælestis.
Lex inferni.

tur, vt affligantur. In medio est mũdus, vbi hæc lex allegata viget. Ostenditur ergo primò, quod mors sit quædam punitio legalis quia inflicta est a decreto diuino & primo in paradiso. Genes 2. in quo duo continentur præcepta, vnũ quod est ad conseruationem indiuidui dic. *Ex omni ligno paradisi comede*, aliud disciplinæ ad promerendam gratiam paradisi, quia hanc non poterat meliùs mereri, quàm per meram obedientiam, quia tunc mera est, quando præceptum ex se solum obligat & non ex alia causa. Et dicitur præceptum disciplinæ, quia per ipsum discitur, quanta sit virtus obedientiæ. Et disciplinæ præceptũ dicitur, quia vitare lignum scientiæ nõ suadebat natura, sed disciplina. Et prohibetur malum & occasio mali, & prælatus propter obedientię, probationem multa potest prohibere, quæ non sunt in regula expressa. Itaque statutum est mori, prout dicitur Daniel 6. *Non immutetur, quod statutum est, nec cuiquam prævaricari liceat.* Multo minus autem hoc, quod nõ ab homine, sed à Deo ipso est constitutum. Num 22. *Non mutare potero verbum Domini*: Ibidem c.3. *Non est Deus quasi homo, vt mētiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur.* Præterea statutum hoc, vt non est mutabile, ita est & æquissimum. Primò ratione finis, quia ordinatur ad commune bonũ. Secundo ex authoris potestate, quã non
1 excedit. Tertiò ex proportionis æqua-
2 litate secundum quam imponũtur onera subditis in ordine ad bonum cõmune, & quidem totius vniuersi ad cuius perfectionẽ pertinet, quod omnis creaturarum gradus inueniatur in eo, quædam substantiæ penitus incorruptibiles, vt sunt substantiæ spirituales, vt angeli, siue corporales, vt cæli & quædam ẽ contrario penitus corruptibiles, vt corpora mixta & ex contrarijs composita, restat ad perfectionem ipsius, vt etiam inueniantur aliquæ, habentes esse completum in specie, quæ sint partim corruptibiles & partim incorruptibiles, & tales sunt homines quorum corpora licet per mortem corrumpantur, non tamen animæ, cum quibus communicant cum substantijs separatis. Facit etiam hoc mortis statutum ad commune bonum naturæ humanæ, quæ ex peccato primorum parentum expoliata originali iustitia, *dum in hac vita manet, repletur multis miserijs* Iob 14 quibus per mortem eripitur, & ad vitę stabilitatem perducitur, non tamen omnis, sed solum iustus & sanctus vitam illam consequitur, & hoc in die iudicij ex differentia positionis bonorum & malorum. Matt. 25. & quidem non ex culpa huius statuti, quod magis inducit ad correctionem. sed ex malæ vitæ corruptione ipsorum peccatorum, vel ex ignorantia cæcitatis & infidelitatis eorum. Rom. 10. *Ignorantes Dei iustitiam, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.* Est etiam iustum statutum ex cõdente, cuius potestas est super omnes, & qui est Dominus mortis & vitæ 1. Reg 2. *Dominus mortificat & viuificat.* vnde bene potuit facere statutũ de morte. Dices, *Deus non fecit mortem.* Sapient 1. ergò non debuit legem facere de morte. Sed nota quod prout est malũ quoddam humanæ naturæ, sic non est à Deo, sed quidam defectus incidens humanæ naturæ ex culpa sua propria: At vt habet aliquam rationem boni, scil. vt est quædam iusta pœna, sic est a Deo. Insuper ex æqualitate proportionis quia omnes moriuntur & non est differentia, quantum ad peccatum originale, cætera sunt in dispositione diuina, quæ eueniunt morienti. Adde quod statutũ hoc in morte habet inuiolabilem obseruationem, vt nulli præterire. Matth. 5. *Iota vnum vel vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.* Humanæ leges perrumpuntur a diuitibus & potentibus. Sed hæc nullo modo quia eam de iure præterire non licet, cùm sit ex iustitia Dei posita, nec etiam de facto, cum sit Dei potentia

Lex mundi. *Mors est punitio legalis.* *Præceptum disciplinæ.* *Mortis statutum non est mutabile ideò æquissimum.* *Mortis statutum facit ad cõmune bonũ naturæ humanæ* *Mortis statutum iustũ ex cõdente* *Ex æqualitate proportionis.*

tentia vallata Psal. 148. *Præceptum posuit & non præteribit.* scil. nec pauper nec diues. Secundò nota, quod mors est quædam corruptio naturalis in eo quod dicit Apostolus. *Hominibus.* De natura enim hominis est quod corrumpatur, & moriatur, quia homo ex contrarijs componitur. Et Seneca dicit, quod mors homini natura sit, non pœna. Mors enim homini morienti non infligit pœnam, quia tum non sentit, & non sentitur, & cum sit priuatio vitæ & sensus. Itaque mors est natura, scil. naturalis propter conditionē materiæ, & etiam est pœna, scil. pœnalis, propter amissione diuini beneficij præseruantis à morte. Et ideò non tantum ex diuino statuto, sed etiam ex natura contingit, quòd nullus euadere potest finaliter corruptionem corporis, Psal. 88. *Quis est homo, qui viuet.* Eccles. 9. *Nemo est qui semper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam.* Nota quoque quod homo secundum corpus semel tantum moriatur, licet secundum animam sæpiùs, sed potest per pœnitētiam resurgere, quia *septies in die cadit iustus, & resurgit.* Prouerb. 24. Et de Christo homine Apostolus ait, Rom. 6. *Quod enim mortuus est peccato non suo, sed nostro mortuus est semel.* Aduerte vltimò, quod mors est quædam citatio iudicialis. Et hoc post hoc iudicium, scil post mortem. Nam sicut post mortem omnium hominum sequitur iudicium generale, ita post mortem cuiuslibet hominis particularis sequitur etiam iudiciū particulare. Sed generale iudicium prçcedet. Primò citatio monitoria. Secundò prçceptoria. Tertiò peremptoria, 1. Thess. 4. *Ipse Dominus in iussu:* Ecce citatio præceptoria. Psalm. 7. *Exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti & synag. pop. circ. te. Et propter hanc in altum regredere.* Sequitur. *In voce archangeli* Ecce monitoria Ioelis 3. *Consurgāt & ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes.* Et sequitur in authoritate Apostoli. *Et in tuba Dei descendet de cælo, & mortui, qui in ipso sunt resurgent primi.* Ecce peremptoria. Apoc. 10. *Angelus quem vidi stantem supra mare, & supra terram, leuauit manum suam ad cælum,* &c. Hęc etiam triplex citatio prçcedit iudiciū particulare cuiuscūq; particularis hominis. Citatio monitoria fit per prædicationes. Præceptoria per prælatos, vel per scripturas diuina præcepta continentes, sed peremptoria per mortem, per quam homo ad iudicium vocatur. De iudicio plura alibi. At o miseri mortales, nolite vos illa securos reddere in omnib. cogitationib. & actionibus vestris, quasi omnia, quæ libent, liceant, quasi ex plenitudine potestatis liberum sit vobis facere omnia, etiam iniustissima, quasi Deus non sit inspector & vltor. Veniet, veniet aliquando tempus, dies & hora, qua molem iniustitiarum vestrarum cogemini intueri, portare, & pati, nolitis velitis, quia quoties voluit vos Deus, Ecclesia prælati & alij congregare, & noluistis.

Mors est quædā corruptio naturalis, ideo dicitur, Hominibus.

Mors homini morienti non infligit pœnam.

Mors est naturalis.

Moritur homo tantum semel secundū corpus.

Mors est quedā citatio iudicialis.

Iudiciū generale quæ præcedent Nota verba.

Exhortatio ad mortales.

De necessitate moriendi.

Quis est homo, qui viuet & non videbit mortem? Psal. 88.

QVamuis homo in statu innocentiæ non ex natura, sed Dei gratia esset immortalis, scilicet quod poterat non mori, tamen propter peccatum primi hominis ipse cum tota posteritate sua facti sunt mortales, scilicet necessitati mortis addicti, Ideò Rom. 5. *per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors,* scilicet moriendi necessitas. Huc spectant verba allegata, quia nullus est, qui non experietur aliquando mortem. Et quærit primo de vitę perpetuitate dic. *Quis est homo, qui viuet?* deinde de mortis euitabilitate dic. *Et non videbit*

Homo ex Dei gratia erat immortalis.

videbit mortem? Cùm duplex sit vita hominis, scilicet spiritualis per gratiam, & corporalis, hæc quidem perpetuari non potest. Quia in quolibet animali est consumptio & restauratio. consumptio per actionem calidi, & restauratio per acceptionem alimenti. Quia ergo ibi est continua deperditio, & illud quod restauratur per alimentum, non est ita purum, sicut illud quod deperditur, ideo necesse est animal corrumpi. Nam si quis acciperet de vino quod esset in dolio & restauraret ibi de aqua, ad vltimum oporteret quod esset vinum ita aquosum, quod esset corruptio vini ibidem. Sed si restauretur ita purum vinum, sicut extrahitur inde, posset perpetuari huiusmodi dolium vini: sic est de carne hominis. Sed post resurrectionem erit alia ratio in bonis & in malis & hoc partim ex natura, partim ex diuina iustitia. Vita autem spiritualis, qua anima viuit Deo per gratiam & charitatem, (1. Ioan. 3. *Scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus*) non perditur nisi per peccatum mortale, & perpetuatur *sicut* in innocentibus, qui nunquam mortaliter peccant in Beatissima Virgine Maria, S. Ioanne Baptista & alijs. Ex quorum persona dicebat Dauid Psalm. 117. *Non moriar, sed viuam.* In quibus duo multum desiderabilia se habiturum confidit, scilicet præseruationem à defectu culpæ, scilicet, *Non moriar.* & conseruationem in statu gratiæ dic. *Sed viuam.* Circa primum sunt quatuor accidentia, quibus corpora præseruantur à corruptione naturali, quæ etiam spirituali modo accepta præseruant animam à corruptione seu morte culpæ. Primum, est calor intensus. Res enim multum calidæ non putrescunt, præcipuè cum siccantur, vt piper, & galanga; zinziber autem putrescit propter innatum humidum. Similiter aqua, quamdiu feruet, non putrescit, quia calor ignis maior est in ea, quam calor aeris, ideò non vincitur sed vincit. Similiter anima à morte peccati, quæ fit per tentationem, præseruatur per feruentem orationem. Vnde dominus hortatur discipulos Lucæ vigesimosecundo. *Orate, ne intretis in tentationem.* vti Isaiæ 38. dicitur de Ezechia rege. Secundum est Frigiditas, siue sit ab extrinseco vel intrinseco. Nam si frigus sit extrinsecum, præcipue est impediens, quia per se repugnat calido alieno & extrinseco. Vnde in hyeme & simpliciter in aëre frigido conseruantur corpora, quia calidum extrinsecum est putrum, & frigus sibi contrarium est multum: nec in talibus apparet motus putrefactionis, nisi recedente frigore: Si autem est frigus extrinsecum, etiam impedit putrefactionem, quia coagulat nec permittit illud exhalare, sicut est in omnibus metallis frigido congelatis, in quibus frigus claudit poros & vincit calidum extrinsecum, ne de humido aliquid exudet, nisi parum, vt quando generatur rubigo, & maior est in eo duratio, quia eius humidum naturale magis constat. Tanquam frigus extrinsecum est tribulatio mundi, quæ ardorem concupiscentiæ, extraneam carnem concupiscentis extinguit. Ecclesiast. vndecimo *Malitia vnius horæ, oblivionem facit luxuriæ*: Et ex hoc etiam præseruat à morte animæ. Romanorum octauo. *Si secundùm carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Sed tanquam intrinsecum frigus, est intrinsecum refrigerium contemplationis cælestium. Hæc est, quæ corporis sensus claudit, deuotionis humorem coagulat, & calorem extraneum mundi superat. Quanto enim maiori studio exercetur ad summa, tanto maiori fastidio frigescit ad infima. Colloss. 3. *Mortui enim estis*, scili-

Vita hominis duplex spiritualis & corporalis.

Simile de vino.

Vita spiritualis quæ.

Accidentia quatuor quib. corpora præseruantur à corruptioni naturali.

1. Calor intensus.

2. Frigiditas.

scilicet, mundo & vita nostra abscondita est, *cum Christo in Deo*. Tertium, est mobilitas. Nam aqua vel vinum, quod mouetur impeditur putrefieri, eò quod calor naturalis excitatur à motu & non præualet calor extrinsecus. Vnde vinum potens efficitur melius ex motu, quia calor naturalis magis digerit subtile humidum, ex quo etiam sapor melior redditur. Et vinum pendulum motu reparatur. E contra vinum non motum præcipuè soli expositum in acetum conuertitur, quia dum calor exterior exinanit calidum interius & humidum subtile exhalat cum ipso & perit vinũ. Sic est mobilitas obedientiæ, vel motus frequens bonorum operum præseruat animam a peccati putredine, ad quã inducit pigritia & otium. Quia multum malitiam docuit otiositas. Eccles. 33. Leuit. 22. *Custodiant præcepta mea, vt non superiaceant peccato & moriantur.* Quartum, continuitas. Nam mare totum non putrescit, sed diuisum per partes paludales. In naturalibus enim multiplicato subiecto, multiplicatur qualitas & virtus. Et ideò totum simul plus potest continere quàm calor aëris possit dissoluere: si tamen ipsæ partes sint in toto continuæ, alias non. Videmus, quod grana multa & germina simul adunata citiùs putrescunt, quam pauca, quia illa grana non sunt continua, & cum sint parua, egreditur naturale calidum ab vnoquoque eorum, & trahit secum humidum, & calidum exiens fit alienum, & cũ exit à multis, corrumpitur. Ita quando est continuitas concordiæ & vnitas amoris inter bonos, iuuat vnus alium ad cõseruãdum se & præseruandum a malis: imò qui se separat ab vnitate charitatis, qua membra Ecclesiæ vniuntur, necesse est, vt moriatur. 1 Ioan. 3. *Qui non diligit, manet in morte.* De cõseruatione in statu gratiæ. Sicut bona nutrimenta conseruant vitam corporalem, sic bona opera spiritualem, sicut ignis cõseruatur per nutrimenta lignorũ, quia vita spiritualis est in amore charitatis, qui nutritur per bona opera, sc. pœnitentiæ, obediẽtiæ, & iustitię. Ezec. 18. *Si egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis suis.* ecce pœnitentiæ: *Et custodierit omnia præcepta mea*: ecce obedientia. *Et fecerit iudicium & iustitiam*, ecce iustitiæ sequitur, *Vita viuet, & non morietur.* Siquidem opera pœnitentiæ defendunt ab omni periculo peccati. Ideò Luc 13. *Nisi pœnitentiam egeritis, simul omnes peribitis.* Estis omnes scripti in libro iudicij seu condemnationum, o peccatores, potestis, si vultis ex illo libro & securi esse. Act. 3. *pœnitemini & conuertimini, vt deleantur peccata vestra.* Opera obediẽtię custodiũt ab incursu omnis mali: Eccl 8. *Qui custodit præceptum, non experietur quicquam mali.* In trãsgressione autem diuini præcepti incurritur pœna æterna quod est maximum, ideò vitandum. 2. Par. 24. *Quare transgredimini præceptum Domini; quod vobis non proderit?* Opera autem iustitiæ protegunt ab omni calumnia & impugnatione diaboli. Psal. 118. *Feci iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me.* Psal. 105. *Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tẽpore.* Vita viuet ergò animæ suę, & vitatur mors culpæ. Mortis euitabilitas corporalis nulla est. Eccl. 8. *Omnes morimur: et in gaudium volumus venire*, scil æternæ beatitudinis, sed alia ratio est de morte spirituali, quæ erit in priuatione vitę æternæ & in cruciatu gehennæ, quę quæ Christo determinatur a Christo. Ioan. 8. d. *Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.* Vbi duo docet obedientiam, & illius infinitam efficaciam. Quoad primum aduerte, quantum faciant homines pro salute corporis & infirmi & cælestis medicus semper inclamat, quæ ad salutem sunt animę, siue de medicina charitatis. Luc. 6. *Diligite inimicos vestros; benefacite his, qui oderunt vos.* siue de medicina ęquitatis vti vsurarijs. *Date mutuũ, nihil inde sperantes.* siue de medicina pietatis. Lu. 11. *Quod superest date eleemosynã.* Sed quia non

3. Mobilitas.

4. Continuitas.

Cõseruatio in statu gratiæ. Simile.

Nota verba.

Opera pœnitentiæ.

Opera obedientiæ.

Opera iustitiæ.

Mortis ineuitabilitas.

Mors spiritualis.

Obedientia docetur & illius efficacia.

Obedie.

non diligitis animū, nec Deum, nihil facitis. Ioā. 14. *Qui non diligit me, sermones meos non seruat* Et e contra: *Probatio enim dilectionis, est exhibitio operis*. Et Ioan. 14. *Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me.*

Efficacia. Efficacia est, quia mortem non videbit.

Simile. Sicut homo quamdiu conseruat lucem nō experitur tenebras. Sed verba Christi vita sunt. Ioan. 6. *Verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt*. Et verba Christi seruata, perducunt ad vitam æternā, vbi mors nulla. Præterea vita æterna consistit in visione Dei. Ioan 17. Item Ioan. 6. *Domine ad quem ibimus, verba vitæ æternæ habes*. vel inchoatiua, vel productiua, Eccl. 24. *Qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Et qui operantur in me, non peccabunt.* Item verba Christi audita causant in nobis fidem. Rom. 10. *Fides ex auditu, auditus autem*, &c. Sed seruata faciunt nos iuste viuere, Tit. 2. *Apparuit benignitas & hum. sal. no. D. om hom. era. nos, vt abnegantes omnem impietatem*, &c. Et qui ita viuit, & habet rectam Christi fidem, euadet mortem

Explicātur verba S. Ioannis. æternam. Ioan. 11. *Omnis qui viuit*, sc. iustè, quoad proximum, piè, quoad Deum, sobriè, quoad seipsum, *& credit in me*, sc. vera & formata fide, *non morietur in æternum*, sc. non erit in morte æterna pœnæ infernalis, quia erit in vitæ æternæ gaudijs.

Exhortatio ad mortales. Si iam mortalis homo, videbis mortem necessariò quandocunque veniet, quæ ergò potestas & gloria tua: Et si te trahet nō poteris euadere. Et si opus est ire statim ad iudicium, qualis ibi ô miser coram tanto iudice comparebis, qui hic in terris omnes vis supplantare, occidere, exterminare? Et quando ibis ad infernum tractus à dæmonibus; heu quę tua infœlicitas & annihilatio? Tunc nè dominaberis? O miser non dominaberis, sed seruies omnibus & singulis dæmonibus, ad omnia supplicia, quæ tibi infligent. Resipisce ergò & conuertere, si saluari postulas.

De vtilitate mortis.

O mors, bonum est iudicium tuum. Eccl. 41.

Bona multa videntur in fine, quæ mala reputabantur in principio. MVlta sunt, quæ cùm eueniunt videntur mala, & postea inueniuntur bona & vtilia. Patet in Ioseph, de quo malum videtur, quòd eum fratres vendiderint mercatoribus alienigenis ex inuidia, quod tamen conuersum est in bonum, non solum ipsius, quia factus est Dominus AEgypti vbi venditus est, sed etiam in bonum fratrum suorum & totius familiæ patris sui. ideo dixit posteà fratribus suis, *Nolite timere. Num possumus Dei resistere volūtati? Vos cogitastis de me malū, sed Deus vertit illud in bonum.* *Exemplum Ioseph.*

Mors pœnalis vtilis, terribilis. Ita est de morte, vbi ostenditur, quòd sit pœnalis, ex nomine, quia mors vtilis, quia bonum, terribilis propter examen iudicij. Pœnosum est illud, quod tollit hominibus ea quæ maximè diligunt. Sed mors tollit honores, diuitias, delectationes vitæ & cōmoditates, & omnia pacificè possidenti est amara Eccl. 41. non solum ad experiendum, sed etiam ad imaginandum

Mors naturaliter horribilis. Est igitur mors naturaliter horribilis propter detrimenta, quæ infert. Suffodit enim fundamentum omnium bonorum, quæ pertinēt ad domum corporis, scil. vitam, & sic etiam omnia bona simul, vt nec moueri, nec sentire possit, nec vti diuitijs nec delitijs. Sancti viri tamen reputant mortem corporis, non ad detrimentū, sed ad lucrum, quòd transeant ab hac vita ad æternam, & pro istis paruis bonis recipiunt maxima bona, & præter hæc expectant corpus resurrecturum in gloria beatitudinis & immortalitatis. Ideò eorum dicitur *mors pretiosa*, Psalm. 115. *in conspectu Domini*, licet non appareat in conspectu viuentium. Prou. 14. *Sperat iustus in morte sua*. Peccatores autem & præcipuè impœnitentes

tentes non solùm priuantur vita naturæ, & omnibus bonis huius mundi, sed etiam priuantur vita gratiæ & gloriæ. In peccato existentes sunt priuati gratia & charitate, per quam habitat Deus qui est animæ vita. Possunt tamen dum viuunt resurgere per pœnitentiam, & recuperare gratiam & charitatem, & Deum. Pessimum autem est detrimentum, quando priuatur quis vita gloriæ. *Mors peccatorum pessima* Psalm 33. Mala in quantum priuantur vita naturæ, peior si reparatione gratiæ, & affliguntur cruciatu gehennæ pessima, quia priuantur fœlicitate æternæ gloriæ. Deinde pœnosa est, quia infert tormentum. & ipsa & eius memoria, ergo magis ipsius experientia, *ad quam homo festinat, quando moritur.* Eccl 14. Est ergo quibusdam amara propter tormentum infirmitatis de qua moritur. Quibusdã propter inordinatum affectum vitiorum. Amara est auaro, amarior luxurioso, amarissima superbo. De primo, Amos 8. *Ponam nouissima eius, quasi diem amarum.* De secundo, Eccl 7. *Inueni amariorem morte mulierem*, sc. propter voluptatem carnis dicitur illa mulier, quæ reddit mortem amariorem: & si ducit ad gehennam, est amarior morte naturæ. Amarissima superbo, quem sequitur durius iudicium, & terribilis occursus dęmonum, & profundior vorago pœnarum. Tertio, quia tollit fulcimentum diuitiarum, ideo maxime amara est habẽti pacem diuiti. Mundus lætanter suscipit infantem hospitem, sed in egressu bursam eius euacuat: Et similes tales sunt homini somnianti se inuenisse thesauros. Secundò, Mors est vtilis. 1. Cor. 9. *Bonum est mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet.* Aliquid enim potest esse secundum se malum, quod in cõparatione ad maius malum videtur habere rationem boni. Sicut proijcere merces in mare ex se malum est, sed tẽpore tẽpestatis vt alleuietur nauis, bonũ est. Sed Paulus dicit tria de morte, sc. ipsius commendationem, quia bonum est. Secundo, appropriationem: quia mihi. Tertio, magis comparationem, quia magis mori. Mori in bonum dicitur tripliciter, quia in eo humiliatur superbia, dum oẽs adęquãtur, magni & parui, doctus & indoctus, diues & mendicus. Alia ratio est, quia alia mala mundi potest homo euadere interdũ, & in eis propter spem euadendi non humiliatur cor superbi, sed mortem nullus potest euadere, 2. Mach. 9. dixit Antiochus: *Iustum est subditum esse Deo, & mortalẽ, non paria Deo sentire.* Psal. 118. *Bonum mihi, quia humiliasti me*, sc. ex mea mortalitate. Et idem Psal. 44. *Humiliata est in puluere anima nostra.* Secundo, vtilis est, quia terminatur miseria nostra. Nam sicut fœlix appetit vitam, ita infœlix dicitur mortẽ appetere quia melior est mors, quam vita amara, Rom 7. *Infœlix ego homo*, &c. Appropriatio est, dic. Mihi. Nam bonis viris & amicis Christi vtilis est vita, quia auget eorũ meritum, sed vtilior est illis mors, per quã meretur præmiũ. Phil 1. *Mihi viuere Christus est, & mori lucrũ.* Viuere, erat ex amore, & intensus amor, transformat amantem in amatum, Galat. 2. *Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus.* Mori autem lucrũ, sc. gloria æterna. Marc. 8. *Quid prodest homini, si mundũ vniuersum lucretur, animæ vero suæ detrimentũ patiatur?* Et quia illa gloria erit in visiõe diuinitatis & humanitatis Christi, ideo Apostolus omnia lucra alia spernebat, vt Christũ lucrifaceret. Phil. 3. Aduerte iterũ comparationem, *Magis mori.* Duplex est gloria bonę famæ. Vna in præsenti: Et hæc est testimoniũ bonę & purę cõscientię, 2. Cor. 1. *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Alia est in futuro. Psal. 149. *Exultabũt sancti in gloria.* Et de prima gloria verũ est, quòd homo deberet malle occidi quã perdere eã, quia talis gloria nõ perditur, nisi per culpam, sc. per peccatum mortale. Et ideò euacuatio talis gloriæ est per peccatũ mortale, & ex peccato mortali: mors autem

Peccatores dum viuũt possunt resurgere.

Priuari gloriæ pessimũ.

Mors pœnosa.

Mors amara auaro, amarior luxurioso, amarissima superbo.

Mors vtilis

Mortẽ Paulus tripliciter commendat.

Mori in bonum dupliciter.

Mors vtilis

Nota verbum, Mihi.

Comparatio Magis mori attendẽda.

Gloria bonæ famæ duplex.

autem

autem pœna quædã Cùm ergò maius sit malum culpæ, quam malũ pœnæ, potius debet homo sustinere mortẽ, quàm per mortalem culpam gloriam conscientię perdere. Sed quanquã conscientia gloriæ non perdatur per peccatum veniale, nihilominus dicunt Doctores quòd potius deberet homo eligere mori, quàm venialiter peccare. quia peccatũ in quãtum est peccatum, nõ est eligibile. Ergò minus mortale peccatum, vt est de Eleazaro, 2. Mach. 6. *Quia non sunt condignæ passiones.* Rom. 8. *huius temporis ad futurã gloriã quæ reuelabitur in nobis.* Tertiò, Mors terribilis est propter examen iudicij. Quia *statutũ est hominibus semel mori.* & post hoc iudiciũ Heb. 9. & particulare & generale iudicium timendum. ideo Psal. 142. *Non intres in iudiciũ cum seruo tuo, Domine.* Quia autem oportet comparere ad forum illud iudiciale, & vis euadere sententiã, studeas portare tecum bonum instrumẽtum, sc. bonam conscientiam, cuius literæ sunt bona opera, nõ falsa, sicut hypocritarũ. Item procuratorem bonũ, & hic est pauper cui benefecisti, sicut Christus pro ipsis pauperibus: quia ipse dicet: *Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Matth. 25. Salariũ huius procuratoris est Eleemosyna, pauperibus data. Stude etiam, vt habeas bonum aduocatum, vel plures, sc. sanctos in speciali deuotione. Et munera eis missa, sunt orationes eis factæ, vel quæcunque opera ad reuerentiã eorum facta, præcipuè in festis eorum: & tam sancti quam sancti sint, tunc inuenies tibi causam iustam & bonum iudicium, Eccl. 18. *Ante iudicium para iustitiam.* Sed quid facies, quando nec Deum, nec sanctos, nec illorum honores & festa obseruas, quando nec in minimo, nec in maximo proximum curas, quando teipsum in omnibus rectificas, & alios negligis? Certè durum erit iudicium tuum.

Mors terribilis propter examẽ iudicij.

Bonum instrumentũ bona conscientia.

Literæ bona opera.

Procurator est pauper.

Procuratoris salariũ est Eleemosyna.

De velocitate mortis humanæ.

Memor esto, quoniam mors non tardat. Eccl. 14.

NAturaliter contraria contrarijs curantur. Et nisi virtus medicinæ contrariaretur infirmitati, nequaquam tolleret eam, & contrà calidas infirmitates, medicinę frigefacientes adhibẽtur. Maxima autem infirmitas animæ est superbia, quę est vt hydropisis tumens, vel auaritia, febris ardens & sitiens, luxuria lepra inficiens. In morte autem hominis est mundi derelictio, quæ opponitur auaritiæ, & sepulturæ humiliatio, quæ superbiæ, corporis destructio, quæ luxuriæ opponitur. Idcircò ad has infirmitates tollendas maximè valet mortis memoria. Taliter venit Antiochus ad sui cognitionem, 2. Mach. 9. Sic sanatur auaritia quia *facilè contemnit omnia, qui semper cogitat se esse moriturum*, dicit Hieronym. & Luxuria. Eccl. 11. *Malitia vnius horæ obliuionem facit luxuriæ*, scil. ad memoriam reducta. Hoc quidem dicunt verba allegata: *Memor esto.* Terrorem inimicitiæ mortis: *quia Mors*, scil. inimica vitæ. Velocitatem: *quia non tardat.* Quoad reminiscentiam. Prudens homo alio migraturus expendit primò terminum vitæ suæ, & an habeat multum tempus vel modicum, vt festinare sciat ne quid negligat, quod expedit: *Nos hic ciuitatem manentem non habemus*, Heb 13. ideò quia *nihil intulimus in hunc mundum.* 1. Tim. 6. *Nihil asportabimus*, sicut ille qui exit de hospitio alieno: & cõsiderare terminum viæ vel vitæ nostræ, ne sit nimis breue tempus, vt in morte inueniamus requiem æternam, ad quod necessarium est, vt

Superbia est maxima animæ infirmitas.

Mors opponitur vitijs

Mortis reminiscẽtia.

Simile.

benè

benè operemur, & benè viuamus. Gal. 6. Festinandum ergo propter tempus breue Et in memoria habere finem vitæ nostræ, sc. mortem. Eccl. 36. *Festina tempus, & memento finis.* Acceleratio per *Festina*, Præoccupatio per *tempus*. Præuisio mortis per *Memento finis*. Primò, properant tardè venientes ad ciuitate, ne porta claudatur, & malum habeant hospitium. Sed nos sumus in nouissima hora, tendimus ad cœlestem Ierusalem, vbi pax & gaudium. Porta, per quam intrant peccatores, est diuina misericordia, quæ aperitur peccatori per pœnitentiā, clauditur in nocte, scil. morte per iustitiam. Itaque ad pœnitentiam properandum, quæ in hora mortis est valde dubia. Eo quod videatur esse non voluntaria: & sic cùm vellet mortem nunquam venire, nunquam vellet verè pœnitere: & tunc peccata illum dimittunt, non ille peccata, & ex necessitate quidem non ex voluntate. Item quia illa est nimis impedita, non potest homo ad duos dolores simul attendere: sicut vnus color vel sapor impedit alium. Est enim quod de temporalibus & propinquis cogitare, & item de diuinis. Item est modica, quia breue tempus habet. Mala facilius inducuntur quam remouentur. In modica hora domus succenditur, sed non in modica extinguitur. Citò infirmatur quis, tardè sanatur: Itaq; peccator multorum annorum, quomodo tam citò poterit a vinculis liberari? Festinemus ergò ad pœnitentiam, quæ nobis aperit portam misericordiæ. Qui non est in tuto loco, fugit ad securiorem: mundus non est tutus vel status peccati, in quo semper homo cum periculo, & non est munitus armis spiritualibus gratiæ Dei & virtutum, hostis autem validissimus, sc. diabolus vel mors, vt comprehendat & ducat ad carcerem inferni, vel mortem æternam. Ideò fugiamus à facie & statu peccati, ad locum tutiorem, 2. Regum 15. habetur de Dauid, qui existens in Ierusalem, & audiens, quòd vniuersus Israel sequebatur Absolonem, ait seruis suis: *Surgite & fugiamus: non enim erit effugium nobis à facie Absolonis. Festinate egredi, ne forte veniens occupet nos, & impleat super nos ruinam.* Dauid significat rationem hominis, cuius serui sunt membra corporis, vel vires animæ existentis in peccato. Absolon verò mortem significat, quam omnis populus sequitur, quia omnes vadunt post mortem, licet vnus citius altero. Et ideo ratio hominis peccatoris commonet seruos, sc omnes potentias, vt surgant a casu peccati per pœnitentiam, quia non est effugium a morte, ne nos obruat æterna damnatione. Præoccupatio temporis secūdo inducitur. Festina, scil. ante tempus mortis vel iudicij Agricola enim si non coleret nec seminaret terram suā ante tempus messis, non recolligeret fructum. Sic qui nō seminat iam Eleemosynas & opera bona, ex quibus fructus nascuntur meritorum, non recolligit tunc fructū mercedis æternę. Ideò Eccl. 51. *Operamini opus vestrum ante tempus, & recipietis mercedem vestram in tempore suo.* Sunt opera Domini per gratiam præuenientem, sed nostra quando fiunt voluntarie. Itaque opus vestrum voluntarie operamini non coacte, & nō sitis otiosi, quia post non erit tempus operandi. Ante iudicium para iustitiam, Eccl. 18. Gal. 6. *Dum tempus habemus, operemur bonum.* Præuisio mortis. Differentia enim est inter bonos & malos, Rom. 6. *Finis illorum,* sc. peccatorum, *est mors,* scil. æterna. Sed bonorum non est mors, sed vita, sc. æterna. Rom. 6. *Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.* Communis bonis & malis est mors naturæ. Proprius malis mors gehennæ, sicut & proprius bonis vita æterna. *Memorare* ergò *nouissima tua,* Eccl. 7. Secundò, Ostenditur, quid maximè terrere debeat hominem, scil. Mors vitę & naturæ destructiua Eccl. 23. *Contra vitam mors.* Abac 3. *Ante faciem eius,* scil. diaboli,

Mors iubet accelerare ad pœnitentiam.

Mors impedita.

Mors modicū tempus habet.

Simile.

Exemplum de Dauide.

Mystica expositio.

Temporis præoccupatio.

Simile.

Mortis præuisio.

Mors vitæ & naturæ destructiua 2

boli, *ibi mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.* Mors præcedit sicut scutifer, diabolus sequitur, vt rapiat animam, miser peccator iacet habens oculos clausos, & dormitans, nec fugit ad pœnitentiā, nec ad arma spiritualia, sc. Sacramenta, nec Eleemosynas, nec orationes & suffragia, vt euadat manus diaboli, aut contra eum præualeat, ita capitur & occiditur. Ideo Psalm. 12. *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicant, præualui aduersus eum.* Vbi quatuor modi malè morientium ostenduntur. Moriūtur quidam vt excæcati, sc. propter infidelitatem, 2. Cor. 4. *Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium.* Similes Samsoni, qui cæcus dixit: *Moriatur anima mea cum Philisthijm.* Iudic. 16. Moriuntur in corpore morte temporali, & in anima morte æterna cum Philisthijm, sc. dęmonibus, qui in morte maximè tentant de fide, pœnitentia sera, & sublato oculo fidei vel luminae, vt illos faciat inualidos ad pugnam, sicut in Naas rege filiorum Amon, qui dixit Iabes, 1. Regum 11. *In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrū oculos dextros,* sc. cum portent scutum in sinistra eleuando scutum in altum contra oculos, obdurat oculum sinistrum: vnde si careret dextro oculo, neutro videret, & sic defendere se non posset. Lumen oculi dextri est lumen fidei, quod diabolus libenter erueret. Sicut autem oculi corporis aliquando ex malitia infirmitatis excæcantur: sic oculi mentis ex malitia peccati. Sap. 2. *Excæcauit illos malitia eorū.* quæ cæcitas venit ex corruptione cupiditatis, vel carnalitatis filiorum, &c. Vt ergo oculi peccatoris in morte illuminentur lumine gratiæ, oportet inungantur collyrio veræ pœnitentiæ, Apoc. 3. Quidam moriuntur, vt soporati: & tales sunt qui impœnitentes moriuntur & desperati. Similes Sisaræ, cui Iahel infixit clauum per tempora, qui soporem morti socians, mortuus est, Iudic. 4. Sic diabolus infigit

Morientiū malè 4 modi ostenduntur.

1. *Samson.*

Sisara.

2.

clauum obstinationis & desperationis, & sopor ille sociat illum morti æternę: ideo rogat Dauid: *Ne vnquam obdormiam in morte,* sc. aliquo crimine inuolutus, nec excitatur, nec conuertitur, quia non timet vel iam mori, ideò non facit pœnitentiam. Figuram habes in Isboseth, 2. Reg. 4. Quidam moriuntur impræparati ad rationem reddendam vitæ suæ, & post mortem non est tempus operandi & præparandi se: quia iam instat iudicium. Ideò dicit Psalm. *Ne obdormiam in morte.* Stultus est, qui domum currere vult pro gladio, quando hostis expugnat ciuitatem. Eccl. 17. *Ante mortem confitere.* Et ibidem: *Viuus & sanus cōfiteberis.* Quidam moriuntur victi à diabolo, qui tūc maximè insultat, quia vicit. Ideo Psalm. *Ne quando dicat inimicus meus: præualui aduersus eum.* Oportet ergo armet se omnibus armis pœnitentiæ, 1. Reg. 17. Sicut Dauid contra Goliat. Funda est pœnitentia, lapis est Christus in sacramento assumptus, quinque lapides sunt quinque pœnitentiæ opera, contritio, confessio, restitutio, Oratio & Eleemosyna, his diaboli vincuntur. Tertio, quia non tardat, oportet nos præmuniamus. Mors enim & vita contra se velocissime currunt, donec inuicem appropinquent sibi, Iob. *Dies mei velociores cursore,* vt quæ mors vitam succidat. quasi securis mortis ad radicem arboris vitæ posita esset. Si ergo tali vltimo congressu mortis cum vita vult esse in certo, audiat quod monet Eccl. 5. *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Subito enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te.* Sic Pharao & Aegyptij subito submersi in mari rubro, Exod. 14. Dathan & Abiron absorpti, Num. 16. Holofernes & Babilonij à Iudith extincti, 2. Mach. 9. Antiochus subito percussus, Act. 5. Sapphira & Ananias mortui. Vnde Eccl. 7. *Vementer*, sc. vindictæ, *quoniam non tardabit* & si tardat, *lento gradu ad vindictam sui procedit diuina ira, tarditatemque supplicij, pœnæ grauitate com-*

3.

4.

Mors non tardat.

compensat. Rom. 2. *Secundum duritiam & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.* Sed si redeat cito ad pœnitentiam, effugit iram, recuperat gratiam, & tandem consequitur gloriam æternam.

De mortis imagine & mysterio.

Quis est homo, qui viuet & non videbit mortem? Psal. 88.

Mors nihil est. CVM mortem non fecerit Deus, & propterea nihil est, & tamen sine Deo facta, & aliquid est in humanis, & semper homini cogitanda, volumus paululum eam depingere, prout pictores consueuerunt & mysteria ex illa colligere moralia. Cicero in l. 1. Tusc. quæst. *Mortis imago.* dic. *Habes somnum imaginem mortis, eamq; quotidie induis & dubitas, quin sensus in morte nullus sit, cùm in eius simulachro videas esse nullam sensum.* *Mortis tempus nullum constitutum.* *Pellantur ergo istæ ineptiæ penè aniles, ante tempus mori miserum esse. Quod tandem tempus? Naturæne. At ea quidem dedit vsuram vitæ tanquam pecuniæ, nulla præstituta die. Quid est igitur quod querere, si repetit, cum vult? Ea enim conditione acceperas.* Idem, *si puer paruus occidit, æquo animo ferendum putant: si verò in cunis, ne querendum quidem. Proh dij immortales, quam optabiliter illud viuendi esse debet, quo confecto, nulla reliqua cura, nulla sollicitudo futura sit.* *Mortis imago vel descriptio caret oculis* Age inspiciamus mortis simulachrum propius. Mors pingitur sine oculis, quia nullius habet respectum, neque dignitatum, officiorum, Academiarum, diadematum palatiorum, tuguriorum, pauperum & diuitum, sublimium & infimorum, Pontificum, Cæsarum, & vltimi nec miseri Lazari: æque torquet eos qui induti sunt purpura, vt qui veste sordida, & affligit maiores sæpè magis, quam minimos, celsas turres, & præsidia fortissima penetrat. Item caret auribus. *Auribus* Itaque iudices, procuratores, Doctores, Concionatores, Philosophi, & omne genus hominum nihil proficiunt apud eam, sua facundia, subtilitate, disputatione, pollicitatione, minis, exercituum copia, rationibus, cur adhuc viuere deberent, & inducias impetrare, neque Musici, neque Poetæ, neque viduarum aut filiorum gemitus, suspiria & lacrymæ, neque aulicorum blanditiæ & verba fallacia: & licet videatur habere aurium aliqua signa, tamen aurem non habet quæ audiat, quia omnino surda est. Nares non habet. *Naribus* Ad quid ergo nobis prosunt odoramenta, aromata, globuli vel noduli odoriferi, & reliqua. Ostendit quod veniet, quando & vbi volet, & id quod Isaiæ 3. dicitur. *Erit tibi pro suaui odore fœtor, & pro crispanti crine caluitium.* Mors magis delectatur fœtidis & putridis cadaueribus in sepulchris, quam odorifero corpore. Pereant aquæ distillatæ, & omnia præparata ad suauеolentiam, vel medicinam contra mortem. Nuda mors non curat *Vestimenta.* diuitias, munera, vestes coloratas, vnctas, sculptas, & varijs artibus elaboratas, *Cōp[illegible].* nec lectisternia, & id genus alia. *Non miseretur inopiæ, nec veretur diuitias*, vt ait D. *Bernard.* Bernard. Videte & attendite diuites, & superbi, auari, & luxuriosi: Non habet carnem, sanguinem, aut cutem. Ideo non curat vestras ô mulieres, ô meretrices, nam mollas, genas, & carnes luxuriosas, vel sanguinem vestrum, ex qui- *Carne & sanguine.* bus ipsa tantum producit vermes, & vermibus escam præbet non pinacitantes vestras politas, facies fucatas, capillos luxuriantes, amores, verba blandula, oculos rutilantes. Ipsa rapit iuuenes *Mors amat impinguatas.* prima florente iuuenta. Amat propterea impinguatas, incrassatas, dilatatas fœminas quæ vermibus erunt pabula, lectisternia, cubilia, conuiuia. Mors neque

Mors neque vir, neque fœmina. que vir, neque fœmina, nam neq; mares, neq; fœmellas curat, æqua falce veluti messor maturas aristas demetit, tam bonos, quàm malos, tam viros, quàm fœminas. *Simile.* Et sicut agricola secat tam maturas, quàm immaturas aristas, illas in horreum, has in ignem proijcit, sic mors homines, quando suum tempus adest, tollit, siue sint præparati, siue non præparatos in cœlum mittit, reliquos in infernum vt videre est in Lazaro & diuite. *Mors falcem habet.* Falcem habet; licet herbæ, flores & gramina sint alijs alia pulchriora, longiora, fertiliora, tamen secando tamen illa paria, sic mors in hoc mundo, quia *omnis caro fœnum*, Isai. 4. *& omnis gloria eius quasi flos fœni.* Quantumuis alter sit prudentior, doctior, potentior, nobilior, tamen inter ossa sumus pares, & nulla differentia. Cui nasci contingit, mori restat, interuallisque distinguimur, cęteris æquamur, dic. Quintilianus: Ite ad cœmeteria, & intuemini, quæ ossa potentum, aut miserorum, virorum aut mulierum, &c. inuenietis æque in dorso iacere, nigra, putrida, vermibus scatentia. *Omnia mors æquat.* *August.* Augustinus lib. de Nat. & gratia: *Respice sepulchra, & discerne si potes, vilem à Rege, fortem à debili, pulchrum à deformi, memorare vtique naturæ, ne extollaris.* *Bernardus.* Et Bernard. lib. suarum med. *Dic mihi vbi sunt amatores mundi, qui ante pauca tempora nobiscum erant, certè nihil ex eis remansit, nisi cineres & vermes.* Mirabile autem valdè est, *Simile.* quod omnes moriamur, & tamen nemo credit in corde, sed interrogatus, ore respondet: Ita est. scio me moriturum, sed de reliquo non cogitat. Agite verò, si quis diceret vobis, exercitus vos inopinato obruet omni momento: & vos militem, victualia, commeatum, &c. pararetis, signum esset, quod crederetis. Eodem modo vos faceretis, præparationes virtutum, bonorum operum victualia, & arma confessionis & communionis, & pœnitentiæ, quæ defendunt, institueretis. Imò si furem sciretis nocturnum, vigilaretis vtique, & non sineretis perfodi domum vestrá. Exemplum Absalonis, 2. Reg. 18. cap. tanquam figuram vitæ nostræ. Nos etiam sedemus *super carnē* vel corpus, quod portat animam. Ipsa enim caro, iumentum est animæ. *Hugo.* Hugo de S. Victore: *Hoc animal currit, non vadit.* *August.* August. *Vita præsens est cursus ad mortem.* *Vita cursus ad mortem* In isto cursu capilli nostri, qui sunt cogitationes inutiles, cōsilia ob honores, diuitias, delitias, &c. quæ in capite nostro volitat, ad quercū alligantur, hoc est, ad effectum erga hunc mundum, qui tantus est, vt nunquam cogitemus nos morituros, multos annos item victuros, & tunc faciemus mirabilia pro pœnitentia nostra. *Exemplum mysticum de Ioab.* Tunc venit Ioab, hoc est tempus, mortis capitaneus, & hic gerit tres lanceas, nempe præteritū, præsens & futurū, quibus cor vulnerat, lethale quod est vulnus, & vna lancea iugulat multos, vel præteriti, vel præsentis, quot rapiet lácea futuri? cōtra quam nullum præseruatiuū, nulla purgatio, nulla medicina, quantumcunque in illis labores, Eccl 38. *Memor esto iudicij mei, sic enim erit tuū, heri mihi, hodie tibi.* *Mors appellatur iudicium.* Mors iudicium appellatur. 1. Primo, quia per sententiam diuinam homo ad ruditatis defuit morti, qua hora ex arbore comedit. 2. Secundo, qui moritur, moritur ex sententia illa, Iob 14. *Numerus mensium apud te est.* Constituisti terminos eius, qui prçteriri non poterunt. Bonos tollit, vt beatum illum faciat, vel in mundo non deficiat, vel diutiùs relinquit, vt alios exemplo suo confirmet & ædificet. Sic de malis, quos aut euocat propter malitiam, vt puniat, vel ne alijs noceant, vel tolerat, vt alij per illos exerceantur in patientia, vel tempus habeant resipiscendi. Aut propter alias causas. 3. Tertio, quia prout vixerimus, & mortui fuerimus, iudicabimur. Greg. *Qualis hic quisque repertus, talis in iudicio repræsentabitur.* August. ad Dioscorū: *In quo quemque inue-*

inuenerit suus nouissimus dies, in hoc eum comprehendet nouissimus dies mundi, quoniam qualis in die illo moritur, talis in die illo iudicabitur. Quod si mors diu expectet, ne lanceam intorqueat, non est tamen quod homo lætetur, nam quo minùs cogitauerit, transfigetur. Mors enim piratæ est similis, qui non statim nauem inuadit, sed quãdo est iam ex toto impleta, vt spolia habeat ampliora, Eccl. 41. *O mors quàm amara est memoria tua homini habenti pacem in labijs suis*: si amara memoria, mors erit amarissima amarior. Lucæ 12. de diuite illo dic. *Anima mea, habes multa bona posita in annos plurimos. Comede, bibe, epulare.* & audit: *Stulte, hac nocte animam tuam repetent a te: quæ autem parasti, cuius erunt?* Quot erunt hæredes? Qui vult ciuitatem expugnare, non statim illam aggreditur armis, sed tentat illam nunc ex vna parte, nunc ex altera, donec vim adhibeat: sic mors debellat ciuitatem istam nostram munitam, cuius mœnia, caro, vallum, dorsum & costæ, turres, brachia, mittendo infirmitates varias hincinde in corpus, donec irruat cum malis humoribus, alteratione & corruptione sanguinis, perturbatione spirituum, sensuum destructione, febribus, &c. destruit muros, & exercitu suo omnia deuastat, & humo æquat. Plinius secundus ad Hadrianum Cæsarem. *Mors est æternus somnus, dissolutio corporum, diuitum pauor, pauperum desiderium, inuitabilis euentus, incerta peregrinatio, latro hominum, somni pater, fuga vitæ, viuorum discessio, resolutio omnium.* Languebat primo Lazarus, postea mortuus est, tandem sepultus, & quatriduanus factus fœtidus. Cui succurrit vita, & ciuitatem restaurauit, & prodijt, qui mortuus erat. August. l. 1. de Ciu. Dei: *Mala mors putanda non est, quam bona vita præcessit. Neq. enim facit malam mortem, quod sequitur mortem.* Non itaque multum curandum est eis, qui necessario morituri sunt, quid accidat, vt moriantur, sed moriendo, quò ire cogantur. Nam iuxta Hieron. ad Heliodorum: *Inter eos, qui decem vixere annos, & illum, qui mille, postquam idem finis vitæ aduenerit, irrecuperabilis mortis necessitas, translatum omne timendum est, nisi quod magis ferex cuiuslibet peccatorũ fæce proficiscitur.* Greg. l. 4. Dial. *Interdum contingit iustis, vt in morte sua sanctorum præcedentium visiones aspiciant, ne ipsam mortis suæ sententiam pœnalem pertimescant: sed dum eorum menti ciuium internorum societas ostenditur, à carnis suæ copula sine doloris & formidinis fatigatione soluantur. Aliquando in consolatione egredientis animæ ipse apparere solet author & retributor vitæ.* Ne quis verò mortem celeritatis accuset. Ecce iuxta Hugonem de claustro animæ, l. 2. *Tres sunt nuntij mortis. Casus, infirmitas, senectus. Casus dubia, infirmitas grauia, senectus certa denunciat. Casus nunciat mortem latentem, infirmitas apparentem, senectus præsentem. Ex hac incertitudine, mortis timor. Ex grauitate dolor. Ex certitudine senectutis, non obstinatio, sed humilitas & afflictio sequi debet.* Item Greg. in Registro: *Vita nostra similis est nauiganti. Is namque qui nauigat, siue stet, sedeat, iaceat, vadatque, impulsu nauis ducitur. Ita ergo & est nos sumus. Quia siue vigilantes, siue dormientes, gaudentes, siue iacentes, siue ambulantes, siue volentes, siue nolentes per momenta temporum, quotidie ad finem ducimur. Est autem miseris* (Greg. l. 9. moral.) *mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu: quia & mors viuit, & finis semper incipit, & defectus deficere nescit.* Ideo Bernard. de transitu Malachiæ: *Mors peccatorum pessima, quorum & natiuitas mala, & vita peior. Sed pretiosa mors sanctorum, pretiosa plane tanquam finis laborum, tanquam victoriæ consummatio, tanquam vitæ ianua, & perfectæ securitatis ingressio.* Lactant. Firm. diu. inst. l. 3 Si quis nos interroget, vtrumne bonum sit Mors, an malum, respondebimus, qualitatem eius ex vitæ ratione pendere. Sicut ipsa vita bonum est, si cum virtute vitatur, malũ, si cum scelere: sic & mors ex præteritis vitæ actibus ponderanda est. Ita fit, vt si vita in Dei religione traducta sit, mors malũ non sit, quia trãslatio est ad immortalitaté: si aliter, malũ sit necesse est, quoniã ad æterna supplicia trãsmittitur.

Margin notes: Mors est pyratæ similis. — Simile de expugnatione ciuitatis. — August. — Hieron. — Gregor. — Hugo. — Mortis nuntij. — Greg. — Vita similis nauiganti. — Gregor. — Bernard. — Lactant.

Seneca. *Mori non timendum.*

tit. Seneca Epistol.30. Is ait, tam stultum esse, qui mortem timeat, quam qui senectutem. *Viuere noluit, qui mori non vult. Vita enim data est cum exceptione mortis. Ad hanc itur, quam ideo timere dementis est, quia certa expectantur, dubia metuuntur, mors necessitatem habet aequam & inuictam.* Et de seipso epist. 62. *Ante senectutem curaui, vt bene viuerem, in senectute, vt bene moriar,* Bene autem mori, est libenter mori. Defunctus hoc semper in mēte habuit, & [illegible] nunc eum ponetis ibi inuenisse[illegible] & nunc inuenietis multa exempla [illegible] effigiatae, & fortassis post [illegible] erit figura defunctus noster: Quales autem vos eritis, diligenter cogitate. Nam eadem terra expectat vos, quae multos iam recepit & consumpsit.

Seneca.

De morte & eius praefiguratione, dominio & de homine.

Lapis, qui percusserat statuam, factus est mons magnus, qui impleuit vniuersam terram. Dan.2.

INter omnes visiōes vel reuelationes, quas Deus homini concessit in somnis, est illa magnae considerationis & singularij, quae communicata fuit Chaldaeorum regi Nabuchodonosori, cum semel cogitaret profundissimè, quid sibi suoque Regno aliquando eueniret, obdormire coepit, & somnium vidit, cuius recordari non poterat, & tamen à suis [illegible] interpretationē postulauit. Cui Daniel introductus ad Regem dixit: *Mysterium quod rex interrogat, sapientes Magi [illegible] non possunt indicare. Sed est Deus [illegible] reuelans mysteria, qui indicauit tibi rex Nabuchodonosor, quae ventura sunt in nouissimis temporibus. Somnium tuum & visiones capitis tui in cubili tuo huiuscemodi sunt,* &c. *Tu rex videbas: & ecce quasi statua vna grandis, statua illa magna & statura sublimis stabat contra te, & intuitus eius erat terribilis. Huius statuae caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia ex argento, porro venter & femora ex aere, tibiae autem ferreae, pedum quaedam pars erat ferrea, quaedam autem fictilis. Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus & percussit statuam in pedibus eius ferreis & fictilibus & comminuit eos. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, aes, argentum & aurum & redacta quasi in fauillam aestiuae areae, quae rapta sunt vento, nullusque locus inuentus est eis. Lapis autem, qui percusserat statuam, factus est mons magnus & impleuit vniuersam terram. Hoc est somnium;* cuius explicationem adiunxit idem Daniel, sed nos aliud ex hoc colligemus mysterium. Haec statua magna & sublimis repraesentat verissimè hominem, cùm esset in statu innocentiae. Tunc enim habebat caput ex auro purissimo, quod erat gratia Dei & iustitia quae illum fecit perfectum sine defectu. Pectus & brachia, erant dominium super omnes creaturas, cui & caeli quodammodo parebant. Venter, erat sapientia & scientia quam habuit rerum omnium, vt omnibus & singulis nomina sua imponeret. Pedes vel tibiae erāt anima rationalis, quae & immortalis & in hoc angelis comparata. Pars fictilis, est corpus humanum, quod natura sua fragile est, & mortale: & sicut duo pedes erant ex ferro & terra, supra fundamentum statuae. Sic duae partes hominis anima immortalis, & corpus mortale, sunt ex quibus consistit totus homo. Quando iam homo permansisset in prima innocentia, fuisset immortalis, & quando Deus ad caelos ex hac vita euocasset ad glorificationem, decessisset sine vlla corporis diminutione. Vides magnificentiam & foelicitatem hominis. Sed paulo post abscissus est lapis de monte, qui percusserat statuam, hoc est hominem. Mons ille est peccatū, quod magnum est, quia in caelis sumpsit exordiū per Luciferum. Lapis

Visio Nabuchodonosoris praecellens. *Daniel interpret.* *Visionis explicatio.* *Alia explicatio.* *Statua designat hominem.* *Caput.* *Pectus.* *Venter.* *Pedes.* *Pars fictilis.* *Hominis magnificentia & foelicitas lapis.* *Mons.*

pis abscissus, mors est *Per peccatum mors intrauit in mundum.* Rom. 5 & Iob 14. *Mons cadens defluit, & saxum fertur de loco suo.* Mors cadens & defluens, est peccatum quod de cælo cum Lucifero delapsum in terram, saxum verò de loco suo mors est, quæ abscissa à peccato & sine manibus vel cooperatione ex seipsa venit in húc mundum. Deus autem mortem nō fecit, quia *in ipso vita & non mors erat*, scil. Deo & hominem ad imaginem & similitudinem creauit, contraria vero duo in vno subiecto esse nō possunt. Item Mors est priuatio, Deus autem non creauit nihil. sed sine ipso factum est nihil, ideo Deus mortem non fecit nec lætatur in perditione viuorum Sapient. 3. Paulus dicit: *Per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum, et per peccatum mors.* Ergò lapis abscissus sine manib⁹, quod est mors ex seipsa a peccato. Casu ergo Adæ cecidit figura nobilissima huius statuæ, contritū est aurum ablata illi gratia & iustitia originali, vt maneret in sua natura & argentum oblato dominio creaturarum. æs, quia etiam in bonis naturæ defectū passus; vt cum priùs habuisset rerum omnium scientiam, postmodum multarum ignorantiam. Ferrum contritum, cum anima comparata diuinitati subiecta fuit innumeris cuncupiscentijs & peccatis. Fictilis pars, quia corpus humanum prius immortale & incorruptibile, factum est mortale & corruptibile. Videtis quanta statua hodie comminuta est in defuncto nostro. Sed dicit quispiam, quomodo potuit homo esse incorruptibilis, cum ex quatuor elemētis sit compositus? Respondetur. Verum est, sed singulari diuina dispositione & gratia fact⁹ est, vt etiā si voluisset, mori non potuisset. Nam sicut nauis in magno flumine expansis velis, spirante vēto, dextro flumine currit vsque in mare vel ad locum deputatum: Si vero in portu adhuc vno fune ligata est, non potest, nisi nauta soluat laqueum, & currere eā propriæ naturæ auxilio procellarum & flatuum, hærere autem & fixum manere, funis ligati. Ita homo similis naui ex propria natura ad mortem vel locum sibi præfixum tendit, sed Deus in statu innocentiæ per singularem suam gratiam alligauit & per originalem iustitiam non potuit ad mortem properare, nec sciuit, quid mors sit sed post lapsum Adæ, inspirante diabolo, soluit Deus laqueum illum, auferens sua gratiam & reliquit illum in puris naturalibus, vt currat cursum vitæ huius donec mortem attingat. Augustinus. *Quando dixit primis parentibus. Qua die comederitis, ex eo, morte moriemini*, quasi dicat *qua die me dereliqueritis per inobedientiam, ea vos derelinquam per iustitiam* scil. auferendo originalem. Et sicut manus meæ possunt pati abscissionem vel vulnerationem, si non muniantur ferreis manicis, sic homo munitus Dei gratia, lædi a morte non potuit, denudatus per peccatū vulneratus est, & elementa inter se iam continuò pugnant. Hinc mors a mordendo pomo primo nomē habet, & verè lapis ille est qui conterit hominem in cinerem, vt vestigium illius in terra amplius nō inueniatur. *Nullus locus inuentus est eis.* Dan. 2. Sed quomodo *lapis ille factus est mōs magnus, & impleuit vniuersam terram?* Quando abscissus est in principio, paruus erat, & conterebat solum Adamum & Euam & super Oriētem duntaxat dominabatur. Cum autem multiplicaretur genus humanum in quatuor orbis partibus, *inuidia diaboli etiam mors intrauit in totum orbem terrarum.* Sapient. 2. Mors etiam comparatur bestiæ, Daniel. 8. quę *habebat duo cornua, vnum altero altius, caput excelsum, & pedes accelerates, & nulla bestia erat secura quin interficeretur.* Duo, quia per naturalem & innaturalem mortem homines moriuntur. *Vnum maius, alterum minus*, quia magnos & paruos tollit mors. Et hæc triumphat in Oriente, pueros enecans. In Austro iuuentutem floridam. In septentri-

Morte Deus nō creauit.

Mors est priuatio.

Homo quomodo poterat esse incorruptibilis, cū sit ex elementis cōpositus.

Simile de naui.

Augustinus.

Simile.

Mors à mordendo.

Lapis ille quomodo factus est mons.

Mors comparatur bestiæ Danielis.

ptentrione adultos & iam ad maturitatem ætatis tendentes. In occidente reliquos Seneca. Alijs generibus mortis spes mista est. Incendium extinguitur, mare quod hauserat eadem hora resorbet, proijcit incolumes: gladium miles ab ipsa perituri ceruice reuocat: nihil autem habet, quod speret, quem decrepita ætas ducit ad mortem. Præterea mors in principio dici poterat parua, quia omnes naturaliter moriebantur complexione deficiente: postquā tot instrumenta nunc sunt mortis, merito mons magnus dicitur. In omni membro corporis humani specialiter dominatur. In căpite per apoplexiam, in auribus vermibus & offensionibus, in oculis apostematibus, inflammationibus. In naribus, polypis & sanguinis fluxionibus, in ore, putrefactionibus, in lingua vlcerib. & tumoribus, in gutture angina & scatantijs, in cerebro insanijs & phantasijs, in temporibus contusionibus & offensione musculorum, in manibus chyragra & tumoribus, in dorso multis modis, in pectore pleuritidibus & costarum doloribus, in brachijs, doloribus arteriei, in ventre, cholica & alijs. In renibus, inflammationibus, vlceribus, calculo & arena. In pedibus, podagra & igne sacro, in corde palpitationibus. *Mille modi lethi miseris mors vna fatigat,* & quis illos enumerabit? pestem, famem, febrim, auram corruptam, casus, pericula & reliqua. Duo principales hostes, natura & mors colluctantur assiduè, quos natura vix ædificat, mors tollit mors, illa clemens, compatiens, iusta & mansueta, contra autem mors. Illa multis annis laborat, donec hominem proferat & in iustam ætatem constituat, mors paucis diebus etiam in momento in terram deijcit. Illa vno modo profert, hec varijs modis enecat. Empedocles, Horaces, Plinius, igne sunt consumpti. Polycrates, Menippus, Gordianus, fune in aere perierunt, Aesculapius, Zoroastres, Iulius Hostilius, fulmine tacti: Menander, Terentius, M. Marcellus, aqua absorpti. Curtius, Torquatus à terra deuorati: Elpenor, Philostratus de gradib. lapsi: Euripides, Diogenes, Heraclitus Philosophi à canibus dilacerati: Diomedes rex & Lucius Cæsar ab equis conculcati & absumpti. Orestes & Cleopatra a serpentibus morsi interierunt. Basilius Cæsar quia impegit in ceruorum cornua. Catullus calore ignis, Seuerus, Valentinianus, Iouinianus Imperatores ciborum superfluitate. Themistocles, Anaxagoras, Socrates, Seneca, Demosthenes, Alexan. Magnus, Hannibal Chartaginen. Lucullus & Diocletian.* Impp. veneno. Nestes, Demopolis, Licina, lapidibus. Iul. Cæsar ab amicis iugulatus, Pompeius ab Aegyptiaco proditore. Cicero ab Octauiani [illegible]: alij sibi vim intulerunt, vel gaudio vel dolore vel pudore, vt Diodorus Philosophus & Homerus nescientes respōdere. In omnibus locis est mors. quæ in principio Tyro erat, nunc Magistra perfectissima, & pugil certiss. Dixiert in Adam & sequacibus, donec illos post 900. annos sterneret, nunc citius & melius. Item magna est mors amodo, quia tota terrā, id est, omnem hominē habet, *qui ex terra est, de terra viuit, & in terrā reuertetur.* Ierem. 22. *Terra, terra, terra, audi sermonem Domini.* Ergo mors Domina totius terræ. Et lapis ille percussit, & percutit statuā, sicut & hac quā videmus quæ erat ex optimis virtutib. cōflata auro charitatis, argēto puritatis vel candoris, ære sonante boni nominis, ferro cōstantiæ & magnitudinis animi, habebat ille pectus apertū non falsū, pedes duos vnū misericordię, alterū iustitię, vnū amoris, alterū timoris, quo ambulabat in sua professiōe, rerūq; administratione, sciēs se cōterēdū in puluerē, sicut & cōtritus est, (proh dolor) & alios ad idē cognoscēdū induxit. Mors ideo magna fuit, quia virū magnū sustulit, sed ex hoc maior ille, qui

Seneca.

Mors primo parua.

Mors dominatur in omni mēbro.

Mors & natura semper simul colluctātur.

Mors varijs modis enecat.

Mors totius terræ Domina.

qui mortem voluntate & bonis operibus superauit, & non possit illum tradere morti sempiternæ. Sic debetis cogitare vos quicquid facitis, quod iam iam lapis ille desuper cadat & vos opprimat, sicut multos casu subito inopinatoq; deijecit. Nam mors naturæ est inimicissima ergo naturæ vestræ nolite nimium confidere, quia Deus plus est, quàm natura, quia eam dedit & illa ministra est, & ad tempus quamdiu vult Dominus. Nolite ergo abuti illa.

Mors quid, ad quid generalis & terribilis.

Mors & vita à Domino Deo est Ecclesi. 11.

Sententia cōtra primū hominē fuit terribilis

ASpera valde ac terribilis, multumq; acerba fuit sententia, quam iustissimus Deus contra inobedientem primū parentem nostrum, ac totam posteritatem intulit, dic. Genes 3. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Quod Iob multis in locis asserit cap. 3. *Antequam comedam suspiro.* & 34. *Deficit omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur.* Et licet sit verissimum tamen diabolica persuasione decipiuntur multi iuxta illud Senecæ ad Martiam: *In hoc omnes errore versamur, vt non putemus ad mortem nisi senes inclinatosque iam vergere.* Dicit autem Gregorius super Ezechielem. *Conditor noster diem mortis nostræ nobis incognitum esse voluit, vt dum ignoratur, semper nobis proximus credatur. Et tanto quisque in operatione feruentior sit, quanto est incertior de vocatione:* vt Apostolus, 1. Pet. 4. meritò iubeat nos esse prudentes & vigilantes in orationibus. Quid sit mors videamus. Primò Aristoteles dic 3 Eth. *Mors est omnium terribilium finis.* Secundo Seneca l. de rem. for. *Mors est, quæ omnia abscindit & deuorat, ad quā omnium, quæ habemus, exitus spectat, & qui aliud se non timere indicat hanc timet.* Tertio Augustinus super Ioannem. *Mors est relictio corporis, deposito sarcinæ grauis, si alia sarcina nō portetur, qua homo præcipitetur in gehennam.* Quartò, Dionys. de Ecclesi. Hierarchia. *Mors non est alicuius rei consumptio, sed bina ... horum separatio* Vnde Augustinus l. de gratia noui Testam. dic. *Mortis diem omnes futurum sciunt, & tamen eum omnes differre conātur, etiam qui post mortem se beatos credunt esse victuros. Tantam habet vim carnis & animæ dulce consortium.* An autem mors sit facta à Deo probare quidem videtur authoritas Ecclesiastici. Sed Sapient. 1. dicitur, *Deus mortem non fecit, sed impij accersierunt illam.* Et Magister sentent. 2. dist. 37. *Deus nō fecit mortem.* id est, causam mortis non fecit scil. peccatum. In quantum autem mors est punitio mali ac peccati, sic causatur ex dispositione Dei, a qua procedit omnis pœna. Et ita intelligitur illud Amos 3. *Non est malum in ciuitate, quod nō fecit Dominus.* Et Isai. 45 *Ego sum creans malū, & faciens bonum.* Licet autem mors dicatur mala, in quantum priuat hominem præsenti vita, tamen in miserijs existenti dicitur bona. Ecclesi. 41. *O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, & defecto ætate.* Et ideò malus existens de hoc mundo angitur, sicut latro ad patibulum. Ecclesi. 41. *O mors quam amara est memoria hominis iniusto* Ita è contrario, bonus debet lætari, cùm moritur, sicut incarceratus gaudet, liberatus de carcere. Item, quia mors principium vitæ bonis, Ecclesi. 7. *Dies mortis, dies natiuitatis.* Ideò gaudent iusti in morte. Prouerb. 14. *Sperat iustus in morte sua.* Vere di. Dauid. Psal. 126. *Cum dederit dilectis suis somnum,* id est, mortem, tamen per hoc nemo sibi debet procurare mortem. Sapient. 1 *Nolite zelare mortem.* Nunc quam vtilis sit diuina mortis meditatio. Prima vtilitas est, sapientiæ acquisitio. Sicut enim stultitia summa est, non cogitare de morte. Deut. 32. *Gens absque consilio & prudentia. Vtinam saperent*

Opinio mala hominū.

Gregor.

Mors quid.

1 (Aristoteles) 2 (Seneca) 3 *August.* 4 *Dionys.* *August.* *Mag. sent.* *Mors mala ...* *Mortem ... sapientiæ.*

solliciti sunt de thesauris pecuniæ sibi cōgregandis, quanto magis quisq; fidelis deberet esse sollicitus de thesauris spiritualibus acquirendis. Matt. 6. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur,* &c. Præmittere oportet thesauros eo, quò nos dimittimur spoliati & nudi ex hoc regno nostro, vt ibi inueniamus, & hic nobis non eripiantur. Parati debemus esse, sicut serui rationem reddituri de commissis & omnibus, & de tempore, lucro & dispendio. Matth. 25. *Homo quidam peregrè proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis omnia bona sua,* &c. Vbi nota, quomodo omni remunerati sunt, seruus verò malus & piger reprobatur. Et Luc. 16. *Paterfamilias vocauit villicum,* dic. *Redde rationem.* Ibi nota, quomodo prouidit sibi, & laudauit dominus villicum iniquitatis. Item debemus esse parati, sicut boni & strenui bellatores, qui in continua pugna sumus cum multis hostibus fortibus & malignis. Ecce obsessi in castro, vigilant, abstinent, circumspiciunt, cauent pericula, castrum circumeunt, ruinas resarciunt, infirmiora defendunt & semper timentes, semper solliciti, vix audent comedere, vix dormire. Sic nos semper habemus bellum cum multis. Ephes. 6. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates.* Imminente tamen morte longe grauior & periculosior instat pugna. Tunc namque hostes maligni totas exercent vires suas, quantum permittuntur a Deo, scientes, quia modicum tempus habent, et si illa hora perdiderint hominem, non poterunt recuperare. Item parati sicut ministri Dominum suum expectantes Luc. 12. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris:* In renibus accinctis, castitas, in lucernis ardentibus, ardor charitatis, & splendor bonorum operum designatur.

Thesauros ante mortem oportet præmittere.

Simile quod debemus esse parati.

Simile.

Simile.

In expectatione Domini venientis à nuptijs intelligitur expectatio mortis, in qua Dominus de cælo, quasi de palatio pulcherrimo & thalamo nuptiali veniens, visitat amicos suos in morte. Cui cum cito venienti & per ægritudinem pulsanti ad ostium nostrum, mortem nobis esse proximam nuncianti, debemus esse parati per confessionem, confestim aperire, vt de carcere, scilicet corporis vel miseriæ huius mortalis nos educat, & cum gaudio nos deducat, ad gaudia sempiterna deducat. Item parati quasi sponsæ ad nuptias profecturæ, quæ se parant, vt placeant sponso. Apocal. 19. *Venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se.* Matth. 25. *Venit sponsus, & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias.* Luce duodecimo. *Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet.* Præsentiam mortis cunctis formidandam examinemus. Quod malis timenda sit mors docet Psalm. *Mors peccatorum pessima.* Verè mala, quia in morte eis omnia delectabilia auferuntur, peior, quia omnia tristissima & triste facientia infliguntur, pessima, quia nulla remedia vel solatia conceduntur, vt de epulone. Luc 16. Ad maiorem desolationem aliquorum morientium impiorum ostendit eis Deus pœnas infernales ante exitum ex hac vita. Cum autem quadruplex sit mors secundum Augustinum, scilicet mors corporis, quæ est separatio animæ a corpore. Et mors est separatio animæ, scilicet Dei ab anima per peccatum, & mors animæ post hanc vitam scilicet pœna ipsius illius ante iudicium, qualis fuit pœna diuitis epulonis, & mors quarta, quæ est pœna corporis & animæ simul post iudicium in inferno. Si mors corporis adeo est metuenda vti dictum est, quæ tamen non est, nisi vmbra mortis, sicut dicit Gregorius super illo verbo Iob 13 *Producit in lucem vmbram mortis.* Et sumus, sicut dic-

Similis.

Mors mala malis formidanda.

Mors quadruplex secundum Augustinum.

Gregor.

dic Gregorius super illo verbo Iob 14. *[illegible] consurgat de somno suo*: quanto magis aliæ mortes timendæ sunt in quibus omnibus Deus ab anima separatur? Quanto ergo melior est anima, tanto deterior est separatio animæ a Deo, quam a corpore. Præterea mors animæ solius in inferno ante iudicium, vel animæ cum corpore post iudicium, quarum vtraque dicitur mors secunda, sunt incomparabiliter plus timendæ, sicut doctor [illegible] sic dic. *Prima mors, scilicet corporis, animam nolentem pellit a corpore. [illegible] animam nolentem tenet in corpore. [illegible] æterna mors, quando nec anima vitam [illegible] Deum non habendo, nec doloribus [illegible], nec anima viuere ibi [illegible] vita [illegible], nec corpore [illegible] doloribus [illegible], ac per hoe [illegible] poterit* Ab hoc autem [illegible] prima mors est timenda, quia [illegible] ad secundã. Non solum [illegible] sed & plus est timenda [illegible] & iustis. Gregorius in moral. de timore electorum dic. *Cum de omnibus semper [illegible] sint, nunc tamen vehementer [illegible] ad soluendum humanæ conditionis debitum, veniente districto iudicio propinquare [illegible], & [illegible] tanto timor acrior, quanto [illegible] æterna vicinior.* Considerandũ enim quod nec hoc quidem sine reatu aliquo est, quod laudabiliter gessimus, si remota pietate iudicemur. Ideò Dauid [illegible] *iudicium cum seruo tuo.* Iac. 1. *In [illegible] omnes.* Et 1. Ioan. 1. *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus.* Et merito debet quisque timere [illegible] propter defectum & peccatorũ multitudinem, tum quia multa latere possunt in conscientia quorum notitiã vel memoriam non habemus. 1. Cor 4. *Nihil [illegible] sed non in hoc [illegible]*: tum quia quædam grauiora [illegible] sunt, quàm putemus, tum quia remissionem eorum per gratiam ignoramus, tum propter bonorum nostrorum impuritatem. Nam, sicut dicitur Isa. 64. *Quasi pannus menstruatæ, omnes iustitiæ nostræ.* Et Iob 9. *Si [illegible] cum aquis niuis & fulserint velut [illegible] manus meæ, & tamen [illegible] me.* Mala enim nostra pura sunt mala; Sed bona nostra non sunt pura bona, sed multis impuritatibus admixta. Propter quod ait Gregorius *[illegible] laudabili vitæ hominum, si remota pietate iudicetur, quia valde ante oculos iudicis [illegible] iustificatur, obruitur.* Præterea debet timere homo propter inflexibilem æterni iudicis æquitatem, quia nescit homo quam districte iudicat, & quam seuere punit. Prouerbiorum sexto. *Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec accipiet pro redemptione dona plurima* tum etiam propter hostium malignorum, tunc insidiantium fraudulentiam & infestationem proteruam. Bernardus. *O [illegible] malignorum [illegible], & aduentum [illegible] horrenda [illegible] tur. [illegible], & [illegible] parius [illegible], qui excipiat exeuntem secure. Non erit, si non Dominus [illegible] meum, [illegible] ero ludibrio dæmonum, [illegible], non [illegible] ente, qui redimat, neque qui saluum faciat.* Sancti timuerunt mortis tempore, & Domino in cruce passo diabolus adstitit, quærens si quid peccati in eo forsitan inueniret, quis tunc poterit aut debebit esse securus, si ad mortem eius, qui essentialiter bonus est & sua morte benedicta mortem nostram destruxit, aduenire præsumpsit? Adde quod mors est metuenda omnibus, quia post mortem non est facultas meritum acquirendi, Ecclesiast. nono. Viuentes sciunt se esse morituros corporaliter scilicet, & etiam æternaliter, nisi sibi caueant, & abstineant à peccatis. Mortui autem nihil nouerant amplius, scilicet proficuum ad salutem, nec habent vltra mercedem, scilicet quam possint

Mors cur præ[illegible] timenda.

Gregor.

Bernar. de moriente.

Mortis tempore Sancti timuerunt.

Mors metuenda omnibus, quia post illam nulla facultas relinquitur homini.

possint post mortem acquirere, quia tūc nihil possunt meritorum operari. item post mortem non est potestas ad corpus vel seculum reuertendi. Sapient. *Non est qui ... reuertatur ab inferis.* Iob. 14. *Lignum habet spem, si praecisum fuerit rursum virescit,* &c. Item post mortem non est potestas de rebus suis aliter disponendi. Et ideo si testamentum suum non condidit, si de male acquisitis non restituit, nec de mammona iniquitatis amicos sibi fecit, nec bona sua pauperibus erogauit, non reuertitur amplius ad haec, vel alia facienda. Ideo apud Ezechiam: *Dispone domui tuae, quia morieris tu, & non viues.* Isai. 38. Eccles. 11. ... *tempus agendi, & bona pars* ... in eo quod dicit, *Iuuentus ... & nunc ... & nescit, quod praeteriens tempus, mors appropinquet, & relinquat omnia alijs, & moriatur.* Ideò benè dicitur Prouerb. 11. *Mortuo homine impio, nulla erit vltra spes,* scil. pœnitendi, pœnitentiam agendi, merendi, disponendi.

Mortis praesentia toleranda. Praesentiam mortis omnibus tolerandam aspiciamus. Cum enim nobis insit necessitas moriendi, faciamus de necessitate virtutem: & dum naturae tributum soluimus, apud Deum meritum acquiramus. Velis, nolis, necessario morieris, sed si voluntatem tuam diuinae conformare volueris, & pœnales angustias leuiter sustinebis, & pacem conscientiae obtinens purgatorium tuum facies hic in mundo, soluendo, scil. pœnas debitas pro peccatis, ac insuper aeternae vitae brauium consequeris, vti fecit latro in cruce, quem martyrem asserit S. Augustinus. Certū est, quod moriemur, cum ergò murmuramus, prorsus eadem mihi videtur stultitia, scil. dolere, quia nō vixeris antequā ipse vixisti, & quia non viues, postquam vixisse desieris, paria sunt haec, nec in tua potestate posita. Tolerat Christus mortem, tolerant martyres, ex quibus vnus, qui Christum non audierat incarnatum, ait, 2. Mach. 6. *Tu Domine, qui sanctam habes scientiam, manifestè tu scis, quia cum à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores, secundum animam verò propter timorem tuum libenter haec patior.* Christum & martyres reuoluas animo, & quicquid in carne toleras, leuius esse credas eorum tormento. Quod si mortuaris in terra propria vel etiam aliena, ... omne solū forti est patria, nisi quod si in patria morieris plus consolationis habeas temporalis, sed in aliena caeteris paribus, amplius spiritualis. Quid ... iuuenis, siue senex cum ... rum, nec miserum faciet, nec beatum. Non hic mors est humani generis ... mus, non scopulus, in quem impingimus. Sed portus, quem libenter attingas, ad quem, si quis infra primos annos applicuerit, non querimoniam ... quod minus vixerit, sed gaudeat, quia citius nauigauit. De morientium differentia, cum multi legantur ... multi optasse, ... cum angustia, alij cum spe ... perfecti cum laetitia moriuntur. Ideo primi mortem vehementer abhorrent, secūdi patienter tolerant, tertij feruenter desiderant. Impij habeant, quod & horreant mortem non solum timeant, propter terrorem damnationis, Sapiens di. Eccles. 41. *Vae vobis viri impij, qui dereliquistis legem altissimi. quia si nati fueritis, in maledictione nascemini: et si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra.* Maledicti ergò pariter sunt in vita, & in morte: sed longè peius est in morte, quam in vita. Eccles. ... *cum morietur homo, haereditabit serpentes, bestias, & vermes.* Serpentes sunt filij & nepotes, imitatores scelerum paternorum, quia de venenatis parentibus, venenati filij generantur. Luc. 3. *Genimina viperarum, quis docebit vos fugere à ventura ira?* Et de impijs Psal. *Introibunt in inferiora terrae,* scil. infernum, *partes vulpium erunt,* id est, temporalia bona cedent in partes vulpium, scil. haeredum malitiosorum & ... Et aduerte, quod vulpeculae cum parte-

Simile de vulpecu...

tea.

ter eis prædam attulerint, pugnant ad inuicem, dentibus & vnguibus mordēt & lacerant se mutuo, quæ prius antequam prædam haberent diuidendam, colludebant & stabant in pace. Per bestias intellige dæmones, quæ animam rapiunt, vermes ad literam cadauer deuorant & corrodunt. Et sic bona impiorum in tres partes diuiduntur, in morte anima dæmonibus, cadauer vermibus, & temporalia bona hæredibus assignantur. Non est ergo mirum, si cum angustia moriantur, qui de temporali ad perpetuum pertrahuntur. Iusti cum fiducia moriuntur. Quoniam etsi morientes considerant peccatorum multitudinem & paucitatem meritorum, omnino tamen expedit, quod illa hora sumant fiduciam, qua malignus hostis ad desperationis abyssum conatur eas pertrahere, considerando suffragia sanctorum pro eis intercedentium, præsidium angelorum morientibus assistentium, thesaurum Christi pro suis tempore necessitatis expositum, & immensam diuinæ pietatis profunditatem. Dixit S. Bernardus diabolo illum tentanti ad desperationem: *Fateor, quod nō sum dignus, nec possum regnum cælorum proprijs meritis obtinere. Verum dominus meus illud duplici iure possidens scil. hæreditario iure patris, & merito suæ passionis: alterum [illegible] mihi tribuet, ex cuius dono illud mihi vendicans nō confundor.* Prouerb 14. *Sperat iustus in morte sua.* Licet enim fidelis quilibet ante mortē plus debeat timere, quàm confidere, & in ipsa mortis hora præcipuè formidare, & sic inter spē & metum hærere, necesse tamen est, vt illa hora vltima spiritus, assumpta fiducia ne deficiat, roboretur. Multa enim sunt, quæ tunc ad interitum & desperationem pertrahunt desolatum. Ideò talem sic depressum mæstitia per spei consolationem subleuare conatur Eccl 40. *Noli metuere iudicium mortis.* Quis enim fidelium spei non assentiat. Si deuota mēte recogitas, quod immensa Dei pietas Petrum post trinam negationem pastorem Ecclesiæ & Vicarium Christi fecit, Paulum persecutorem, misericordiam consecutum Doctorem gentium & lumen orbis effecit, Matthæum telonarium, Apostolum & Euangelistam constituit, publicanum orantem iustificauit, Zachæum hospitem Christi facere non contempsit, Euangelicam peccatricem specialissimam Christo reddidit, filium prodigum consumpta substantia, & libidine consummata [illegible] recepit, Dauid post adulterium & homicidium, eximium prophetum constituit, Manassen post tam cruenta flagitia reduxit in regnum suum, & Niniuen ciuitatem a subuersione liberauit. Ipse enim qui diues est in misericordia, *cuius misericordiæ non est numerus, neque [illegible] proprium est misereri semper & parcere*, nulli vnquā misericordiā suā denegauit fideliter petenti: sicut ipse per prophetam suum proclamat: *Quacunque hora [illegible] peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor.* Moriuntur perfecti cū lætitia. Phil. 1. *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum.* Nam perfectis mori est lucrum, quia de labore transeunt ad quietem, de vilitate ad gloriam, de paupertate ad regnum, de timore ad securitatē, de dolore ad gaudium, de morte ad vitam. Ideo Eccl 41. *O mors bonum est iudicium tuum homini [illegible]* De muliere sancta dicitur Prou 31. *Ridebit in die nouissimo.* Deus enim totius consolationis sanctis suis agonizantibus multas consolationes immittit, & salutis suæ reuelationes ostendit alijs iustis assistētibus, & plerunque etiam in remotis agentibus, glorificationis eorū signa demonstrat. Vide S. Gregorium in 4 dial. Mors iterum est desiderabilis, propter timorem transgressionis, dolorem afflictionis, seruitutem [illegible], dulcorem prægustationis. Timor transgressionis est qui continue [illegible] animā [illegible] viri iusti Roman 7. [illegible] *me, hoc est, in carne mea [illegible]*

Moriuntur iniusti cum [illegible]

Bernar. ad diabolum.

Moriuntur perfecti cū lætitia.

Mors desiderabilis 1. Propter timorē transgressionis.

adiacet mihi, perficere autem non inuenimus. Non enim quod volo, bonum hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago, &c. Ideo in persona cuiuslibet nostrum dic. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et Eccles. 7. *Melior est dies mortis,* scilicet certior, *die natiuitatis,* ait Hieronymus: *Quia in morte patet qualis fuit homo, qui moritur, sed in natiuitate nescitur, qualis erit, qui nascitur, bonus an malus, damnandus finaliter vel saluandus.* Infinita sunt pericula, in quæ iugiter ambulamus. Quid nos inter dæmonum laqueos homines carnis motus illicitos remanere delectat, vbi quotidie mundus labitur, virtus minuitur, reatus augetur, corpus multis pœnis, doloribus & laboribus subiugatur. Si ruinosum est domicilium corporis, in quo viuimus, procellosum est mundi pelagus, inter quod currimus, periculosum est quicquid terrenum diligimus, quę omnia nobis suadent, vt de tot periculis non inuiti: sed alacres exeamus, quia semper in periculis victitamus & semper est status noster dubius & incertus. Ideò Eccles. 11. *Ante mortem ne laudes hominem quenquam,* &c. stultum est laudare pugnantem, quasi iã victorem. Et B. Ambrosius: *Illo potißimum tempore merita sanctitatis extolle, quando nec laudantis adulatio nocet, nec laudatum tentat elatio. Lauda ergo post pericula, prædica securũ: lauda nauigantis fœlicitatem; sed cum peruenerit ad portum: lauda ducis salutem, sed cum perductus est ad triumphum. Quis enim viuens tutò & sine trepidatione poßit laudari, qui & de præterito meminit se habere, quod doleat, & de futuro videt sibi superesse, quod timeat? Quis etiam in hoc corpusculo positus, debeat sibi quicquam vendicare de meritis, quorum iter vita occulta dæmonum infestatio, velut latronum obsidet multitudo, quibus per omnes vias supplantatores inuisi animarũ, laqueos intendunt innumerabilium mortibus expauescendos? Nauigantibus enim nobis per hoc mare magnum & spatiosum, in quo reptilia quorum non est numerus,* &c. *valdè timendum est, ne nauem nostram aut procella tempestatis abripiat, aut fluctus absorbeat, aut in æternam prædam pirata*

Ambros.

crudelis abducat. Secundus est dolor afflictionis. Innumeris enim modis veniunt infirmitates, sollicitudines, anxietates, persecutiones, tædia & huiusmodi, quę adeò cruciant & molestant & viri iusti animum inquietant, vt magis desideret mori quam viuere. sicut in Iob videre fuit, & in Tobia, & in Apostolo, 2. Cor. 1. *Supra modum grauati sumus super virtutem, ita vt tædet etiam nos viuere, sed & ipsi in nobis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo Domino nostro, qui suscitat mortuos.* Si igitur viri perfecti præ tædijs & grauaminibus mortem desiderant, vitamque odiunt temporalem, quid faciunt viri peccatores, mulieres & tepidi, debiles & imperfecti, qui à peccatoribus huius mundi molestantur, opprimuntur, spoliantur bonis suis, grauãtur angarijs & iniustis calumnijs infestantur, ex alia parte, damna rerum inferũt latrones incendia, ærugines & vermes, niues glacies & inundationes aquarũ, ardores solis, fulgura, tempestates. Ex alia parte languores, infirmitates innumeræ corpus proprium affligẽtes, mortes etiam liberorum, parentum, aliorũque charorum amicos eorum transuerberant, & penè tam hæc quam omnia supradicta in desperationem inducunt. Eccles. 30. *Melior est mors, quàm vita amara.* Non autem Deus omnipotens sine causa præsentem vitam tãtis malis impleuit, sed secũdùm altitudinem sapientię suæ misericorditer ordinauit, vt per temporalia quæ patimur, & purgemur à peccatis præteritis, & caueam' diligẽtius à futuris, retundetur nostra superbia, negligentia, væcordia propellatur, humilientur corda, augeantur merita, imò compellantur mundum contemnere, vitam caducam spernere, discamus ad Deum mentes & desideria subleuare, vitam gloriosam totis præcordijs præoptare. Tertius est feruor æmulationis. Considerantes enim viri iusti omnia mala, quæ sub sole geruntur, quod videli-

2 Propter dolorem afflictionis.

3 Propter feruorem æmulationis.

videlicet multiplicantur, regnat iniustitia, veritas conculcatur, dehonoratur Deus, animæ damnantur, pauperes opprimuntur, iusti despiciuntur, impij dominantur, dolent, gemunt, dolore tabescunt, mori quam viuere desiderantes. Vnde vnus dic. 1. Machab. 2. Matathias: *Væ mihi, vt quid natus sum, videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere illic, cùm datur in manus inimicorum.* Et Ierem. 20. *Maledicta dies, in qua natus sum,* &c. Psal. 68. *Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.* Et, *Defectio tenuit me pro peccatoribus derel. leg. tuam.* Et, *Tabescere me fecit Zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei.* 4. Reg. 9. Elias petiuit animæ suæ, vt moreretur, & ait: *Sufficit mihi Domine, tolle animam meam.* Et sequitur: *Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum,* &c. Et Sapiens. Eccles. 4. *Vidi calumnias, & falsas accusationes, & iniquas litigationes, quæ sub sole geruntur, & lachrymas innocentium pro calumnijs & oppressionibus iniquorum, & neminem consolatorem oppressorum, nec posse resistere cunctorum auxilio destituto.* Sequitur: *Et laudaui magis mortuos, quam viuentes.*

4 *Propter dulcorē prægustationis.*

Quartus dulcor prægustationis. Sácti namque qui cęlestis illius gloriæ vel dulcedinis modicum gustauerunt, omnia terrena fastidiunt, mūdi delitias abhorrent, etiam ipsam vitā despiciunt, ac ad abyssum dulcedinis totis præcordijs aspirát. Sicut vnus ipsorū de seipso testatur dic. *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea,* &c. Idē. *Heu mihi, quia incolatus meus prolōgatus est.* Et, *Quā dilecta tabernacula tua Domine,* &c. Phil. 1. *Mihi viuere Christus est, mori lucrum. cupio dissolui, & esse cum Christo.* Eccl. 41. *O mors, bonum est iudicium tuum.* Sanctis profecto bonum est iudicium mortis, quia mors non est aliud, quam exitus de carcere, finis exilij, laboris consummatio, ad portum applicatio, peregrinationis terminus, grauissimi oneris, scilicet corporis depositio, de domo ruinosa liberatio, omnium periculorum euasio, omniū malorum consumptio, debiti naturæ solutio, reditus ad patriam, ingressus ad gloriam.

Mortis subitaneæ periculum.

Ex his agnoscamus periculum mortis subitaneæ, quæ vt plurimum non nisi ob grauissimum peccatum prouenit.

1 *Propter peccatum inobediētiæ*

Et primo quidem propter peccatum inobedientiæ. Leuitic. 10. *Arreptis Nadab & Abiu thuribulis, posuerunt ignem, & incensum desuper offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non fuerat, imo prohibitum; egressusque ignis à Domino deuorauit eos, & mortui sunt coram Domino.* Hieronymus: *Ignem alienum accendit, qui temporalis cupiditatis vel corporeæ voluptatis ignem, in sacrario cordis nutriens, audet altaribus Domini appropinquare, quæ non recipiunt accensionem nisi illius ignis, quem Dominus venit mittere in terrā, & voluit vehementer accendi* Luc. 12.

2 *Propter peccatum impatiētiæ*

Secundò, propter peccatum impatientiæ & murmurationis. Num. 11. *Ortum est murmur populi contra Dominum, quasi dolentium pro labore.* Sequitur: *Accensus ignis in eos domini, deuorauit extremam castrorum partem.* Num. 16. *Murmurauit vniuersa multitudo filiorum Israel, contra Moysen & Aaron, dic. Vos interfecistis populum Domini.* Sequitur: *Stans Aaron inter mortuos & viuentes, quos vastabat incendium, pro populo deprecatus est: fuerunt autem, qui percussi sunt, 14000. hominum, & septingenti.*

3 *Propter peccatum irreuerētiæ*

Tertiò, propter peccatum irreuerētiæ circa diuina. Numerorum quarto. *Non tangant vasa sanctuarij, ne moriantur,* scilicet filij Caath. Vnde quia Oza, cùm esset sacerdos, temerè in plaustrum tetigit, in quo erat arca Domini, percussit eum Dominus, 2. Regum 7. Ibi Gregorius. *Sacerdos, qui temerè arcā tetigit, reatum sui ausus immatura morte purgauit.* Vbi innuendum est, quantum delinquat, qui ad corpus Domini reus accedit, si ille morte mulctatur, qui arcam dominici corporis figuram, minori quam debuit veneratione, corripuit. De curioso aspectu dedit Dominus etiam expressam prohibitionem. Numerorum quarto: *Aaron & filij eius intrabunt Sanctuarium, ipsique disponent opera singulorum. Alij nulla curiositate*

riositate videant, quæ sunt in sanctuario, alioquin morientur Hinc percussit Dominus Bethsamitas, 2. Reg. 6. Quartò, propter peccatum seditiōis, Num. 16. de Chore, Dathan & Abiron Quintò, Propter peccatum impię oppressionis. Exod 12. de primogenitis occisis in terra AEgypti. Sextò, propter peccatum effrenatę luxurię: Exemplum de Holoferne Iudith 14. & 15. Tob. 3. de Sara liberata, & Tob. 6. Septimò, propter voti transgressionem. Acto. 5. de Anania & Sapphira. Octauò, propter peccatum blasphemiæ. 4. Reg. 19. de exercitu Sennacharib. & 2. Par. 32. Nono, propter desperationem. Ezech. 11. *Dum prophetarem,* ait, *Phathias filius Bananiæ mortuus est* Hieronymus: *Sunt multi qui peccatorum conscientia de salute desperant & dicunt. Ciuitas hæc, in qua versamur, lebes est, nos autem carnes & Babylonia, consumamur ardore eius, cuius iacula ignita sunt, nolentes agere pœnitentiam, & de salute desperantes:* qualis erat iste Phathias. Decimò, propter peccatum pusillanimitatis & somnolentiæ. Iudith. 4. de Sisara, qui fugiens hostes, in tanto periculo obdormiuit, sopori mortem socians expirauit. Et de Isboseth, 2. Reg. 4. *Dormiebat super stratum suum meridie, & ostiaria domus obdormiuit,* sequitur, *Et percutiens eum Baana & Rechab, interfecerunt eum.* Sciendum est quod propter aliqua peccata, Deus quandoque subitam mortem aliquibus & frequenter infligit, nec non etiam iustis hominibus, licet semper iusto iudicio, sed non semper cognita ignorantia, scili ratione. Hoc autem indubitanter tenendum est, quod si iustus morte subita rapiatur, talis mors non tantum ei obest, sed & prodest nōnunquam. Sap 4. *Iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Et sequitur, *Raptus est, ne malitia mutaret intellectū eius, aut malitia deciperet animam illius.* Vel si quid in eo purgandum est, tali morte purgetur, sicut de viro iusto Dei, qui missus fuit ad Ieroboam regem, 3. Regum 12. & contra inhibitionem diuinam comedit, ibi falsi prophetæ mēdacio circumuentus, cuius inobedientiam purgatę credendus est Deus, cum iussu diuino occiderit eum leo. Ipsum enim viuum ab inobedientiæ reatu purgandum occidere potuit, quem mortuum & morte purgatum tangere non præsumpsit. Et de Oza. Vel vt omnes homines timeant improuisi inueniri, sciētes etiam iustos morte subita præueniri. Si autem peccatoribus mors subita infligatur, non est de eorum salute penitùs desperandum, nec de eorum damnatione temerè iudicandum, cùm in ipsa mortis hora possit homo, quasi in instanti, scil tēpore imperceptibili pœnitere. Deus autem semper paratus est gratiam suam infundere pœnitenti: hoc tamen est rarissimum, & valde difficilè, quod peccatorum nullam habent dispositionem præambulam, imò non solum dispositionem, sed & habitum contrarium, & consuetudinem repugnantem & demerita impediētia, subito se disponat, ideò talis mors peccatoribus est horrenda. Impios autem quos nō pœnituros præuidet, Deus mortem istam infligit, vel quia tot & tanta sunt eorum flagitia, quæ non merentur habere nec tempus, nec gratiam pœnitendi, vel quia præuidet eos, si diutius viuerent, semper deteriora facturos, & sic damnationis suæ cumulum iugiter adaucturos. Vel quia compatitur Deus pauperibus & miserabilib. personis, quos opprimūt, & si viuerent, opprimere non cessarent. Nec quenquam permoueat, quod in exemplis suprapositis aliqui non subitò, & in instanti mortui sunt, sed aliqua mora licet breuis temporis interuenerit. Quia, sicut Gregorius super illud Iob 34. dic. *Subitò morientur; Quantulumcunq; sero de hac vita tollantur. Iniqui subitò & repente tolluntur, quia finem suum cogitando præuidere nesciunt. Subitum est homini, quod ante cogitare non potuit. Subitò diues sublatus est, qui horrea quæ præparauerat, deseruit, & inferni*

Margin notes:
4 *Propter peccatum seditionis.*
5 *Propter peccatū oppressionis.*
6 *Propter peccatum luxuriæ.*
7 *Propter voti transgressionem*
8 *Propter blasphemiā*
9 *Propter desperationem.*
Hieronym.
10 *Propter peccatum pusillanimitatis.*
Mors subitanea iusto prodest.

inferni locum, quem non prævidebat, inuenit. Videte omnes homines, qui de vobis tantum præsumitis, qui in honores, potestatem, fauores, delitias, diuitias, &c. spem, fortunam, salutemque vestram collocatis, ecce flabit spiritus Dei, & statim euanescetis: O miseri, miseri.

Quomodo mors metuenda, & homini viuendum, ne mors imparatum inueniat.

Memor esto, quoniam mors non tardat. Eccl. 14.

Mortis meditatione continua nihil efficacius ad peccata vitanda.

RECTÈ loquitur nobis Sapiens, cui accinit S. August. dic. *Nihil est, quod hominem efficacius à peccatis abstrahit, quàm continua mortis meditatio.* Hæc facit hominem demissum atque humilem, parit côtemptum rerum terrenarum, & hominem inducit, vt onus pœnitentiæ suscipiat. *Vtinam,* inquit Hieronymus, *Reges, terræ principes, & diuitiarum huius mundi possessores cogitarent, quomodo post breue temporis spatium ex magnificis suis palatijs efferentur, & in artissimam domum inferentur: ex palatijs splendidis & illustribus, in sepulchrum caliginosum: ex palatijs deauratis, pulcherrimis, & iucundissimis floribus atque imaginibus depictis, in sepulchrum vermibus scatens, fætoreque redolens intolerabili: ex palatijs omni supellectili atque huius mundi diuitijs refertis, in sepulchrum vanum & vacuum: ex palatijs, in quibus filiorum & famulorum turba quotidiè assistebat, in sepulchrum solitarium, desertum, & ab omni hominum societate segregatum. Dic mihi, vbi omnis gloria illa & pompa præterita remansit? vbi multitudo famulorum & comitum, qui illos sequebantur? vbi splendida illa & delicata conuiuia? Verè modicum hic gaudebant, & in palatijs, in medijs huius mundi delitijs viuebant, nunc gaudent & comedunt de illis vermes in sepulchro.*

Hierony. Miseria hominis.

De hac mortis memoria scribit Petrus Damianus ad Comitissam quandam, dic. O si nos semper cogitaremus, Domina, quàm horrendo timore, crudeli remorsu, & atrocibus stimulis conscientiæ, in illo mortis articulo misera lancinatur anima, iam iam ex ergastulo carnis egressura. Recordabitur vitiorum & peccatorum commissorum, quæ tam strictè prohibita sunt. Videbit præcepta Dei, quæ partim propter negligentiam, partim ex contemptu non obseruauit: dolebit tempus sine fructu transactum, quod illi, vt pœnitentiam ageret, erat concessum: planget, quia iam sero intelliget ineuitabilem immutabilemque condemnationis suæ vindictam. Cogetur carnem deserere, cupiet tempus præteritum reuocare, & non poterit, nec exaudietur. Retro respiciẽs videbit omne æuum vitæ suæ, tanquam transitum vnius semitæ. Ante se videns tam longum æternitatis æuum, planget & eiulabit, quod in tam breui temporis spatio voluit sibi comparare tâtam gloriam, qua sancti fruuntur in æternum. Lamentabitur, quod pro tam exigua & momentanea voluptate amiserit perpetuam cœlestis suauitatis dulcedinem. Dolebit & erubescet, quod ob carnem, quę vermibus erit esca obijcienda, contempsit animam, quæ inter choros angelorum fuerat eleuanda. Eleuans radios sui intellectus, & considerans illas immortales cæli diuitias, videnśque quod illas huius vitæ miserijs commutauit, affligetur & conuertetur. Cùm verò suos in huius mundi vanitates, terræque obscuritates oculos conuerterit, admirabitur claritatem luminis supra se rutilantis, & manifestè cognoscet mundum hunc noctem esse & tenebras. Pectus incipiet palpare, frons obdurabitur, vnde & sudor frigidus erumpet, pupillæ oculorum caligabunt, aures surdescent, nasus exacuetur, nares replebuntur putredine, vultus liuescet, os

Petrus Damianus de miseria hominis.

Temporis iactura dolenda.

Morientis signa & angustiæ.

trahetur, labia pallescent, manus frigescent, pulsus languescet, modo sese intermittens, modò formicas, modò vermiculans, pedes rigescent, & tota caro ad corruptionem vertetur. Aduenientibus his mortis proximis officijs, & signis antecedentibus, etiam propius accedent mala opera quæ fecit, verba quæ locutus est, & cogitationes quas habuit, operaque & verba, & cogitationes erunt testes aduersus miserum peccatorem, stabunt in conspectu illius, & si videre noluerit, ad videndum tamen ea cogetur. Ibi præsentes erunt ab vno latere dæmones, & ab altero angeli; hi consolabuntur morientem, illi accusabunt, auideque expectabunt vtrique, vt secum eum auferant, si in illo fuerint signa pietatis & contritionis, lætabitur visis angelis, & ex dulci isto comitatu animum exeundi arripiet. A sinistra verò parte, si adfuerit tam obscura & odiosa peccatorum multitudo, tam immunda & fœtida, vt iudex fœtorem ferre nequeat, tunc anima misera statim præ timore deficiet, conturbabitur vi impetus velocis, & compelletur de miseræ carnis ergastulo discedere. Tunc anima curret ad os, ad oculos, ad aures, ad nares, quærens, qua poterit exire, inuenietque omnia clausa; denique vi erumpens, vbi iam exierit, circumspiciet, omnemque in partem oculos vertens, & videns se condemnatam, maledicet semetipsam, clamans.. O anima maledicta excommunicati, furis, latronis, adulteri, fœneratoris. Cumque infœlix visura sit, candidam & sine macula vestem, sibi in baptismo datã, nigriorem esse pice, suspirabit, & gemet magno cum stridore & eiulatu, dic. Heu mihi, heu mihi miseræ, quis mihi vestem meam commutauit? Erat ea niue candidior, & ecce nunc pice est atrior. Tunc aderit confestim diabolus, & illudet ei dic. Noli mirari anima, ego sum, qui tibi vestem hanc præparaui, qua veste maior pars mundi induta est, cui tu semper obtemperasti, cui credidisti, cui tu mecum studuisti, mea consilia semper & in omnibus secuta, ideoque mecum sine fine in hoc regno infernali habitabis, vbi est tristitia sine gaudio, fames sine cibo, sitis sine potu, tenebræ sine luce, fœtor sine odore grato, dolor sine cõsolatione, planctus sine solatio, lachrymæ sine refocillatione, stridor sine silentio, vlulatus sine concentu, ignis ardens sine refrigerio, ventus ingens sine tranquillitate, æstus sine termino, malum sine vllo bono. Surge igitur amica mea, & veni mecum: ecce omnes angeli infernales tibi obuiam procedunt. Aderit tum etiam angelus Dei, cui anima fuerat commendata, dic. Fœlices illi qui in hoc sæculo vestem suam non contaminarunt. O infœlix anima, ò dæmonum amica, ò maledicta creatura Dei omnipotentis. Astiti tibi semper, & non vidisti me. Ego admonui te semper, & tu audire me noluisti, Optima tibi consilia suggessi, & credere mihi noluisti. I nũc igitur ad pœnas inferni, in manus dæmonum, i ad loca tormentorum, quæ tibi pro meritis tuis sunt pręparata. Tunc insultabunt illi diaboli, illudent & exprobrabunt omnia scelera. Tunc anima misera corpori suo maledicet, inquiẽs: O templum diaboli, cuius opera me contaminarunt, ò terra maledicta, ò inhabitatio satanæ. Surge nunc & veni mecum, videbisque locum tormentorum tibi præparatum, vbi ego tecum habitabo vsque ad aduentum iudicis sine te. Tunc aũt & tu quoque venies huc & mecum cruciaberis in æternum. Maledicti sint oculi tui, qui lucem veritatis, & viam iustitiæ videre noluerunt: maledictæ sint aures tuæ, quæ verba vitæ æternæ renuerunt audire, maledictæ nares tuæ, quæ suauissimum virtutis odorem olfacere dedignatæ sunt. Maledicta

Anima morietis quid agat.

Anima maledicit corpori.

dicta sint labia tua, lingua & os tuum sit maledictum, quod nec gaudium gloriæ noluit gustare, nec suum creatorem laudare. Maledictæ sint manus tuæ, quæ pauperibus Eleemosynas negarunt. Maledicta sint viscera cordis tui, quę tot & tam immundas cogitationes, consiliaq; pepererunt. Maledicti sunt pedes tui, qui Ecclesiam Iesu Christi noluerunt frequentare. Maledicta sint tua membra, quæ nunquam opera pœnitentiæ fecerunt. Maledicta sint opera tua, quæ tam crudelia & nunquam finienda meruere tormenta. Hæc ille. Discite igitur nunc mori mundo, vt viuatis cum Iesu Christo. Discite nunc omnia contemnere, vt possitis liberè cum Christo Iesu intrare, & frui cunctis bonis illius gloriæ. Castigate nunc corpus vestrum pœnitentia, vt tunc firmissimam inueniatis fiduciam. O quàm fœlix & prudens ille est, qui laborat esse talis, qualis esse cupiet in dubio illo mortis articulo, ne cogatur maledicere officio suo, potestati, superbiæ & gloriæ suæ, omnibusq́ue vanitatibus & insaniis falsis huius mundi, tempori, quod malè expenderit, & voluntati, delectationique suæ prauæ, imo impiæ, quia vexauit, cruciauit, & oppressit clerum, proximum, subditum, innocentem, & quando potuit, non adiuuit, non liberauit, non consolatus est. Certè hæc omnia venient ad iudicium, & ad seram pœnitentiam, eamq́ue dolorosam & lamentandam.

(?)

De laqueis mortis & inferni pœnis.

Dolores inferni circundederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis. Psal. 17.

Regius Propheta alio in loco quærit, quid tandem sit homo, quòd Deus sit memor eius, aut filius hominis, quòd visitet eum, & certè hic nomine omnium mortalium ostendit, quod doloribus inferni, hoc est, sociorum tribulationibus, qui in inferno terrendi sunt, & laqueis mortis ita sit præoccupatus, vt semper timeat & incertus sit, quis laqueus eum ad perditionem capiat. Nam aliàs est fragilis. Genes. 6. *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.* Item breuis vitæ, Iac. 4. *Quid est vita nostra, vapor ad modicum parens.* Psalm. *Tanquam olera herbarum cito decident.* Putridus, per internam corruptionem. Iob 25. *Homo putredo, & filius hominis vermis.* Fœtidus per peccatum. Ioan. 11. *Quatriduanus enim est, iam fætet.* Imbecillis ad resurgendum. Psal. *Spiritus vadens, & non rediens.* Vanus in opere, vanior in sermone, vanissimus in cogitatione. Psalm. *Vniuersa vanitas omnis homo viuens.* Seruus diaboli per peccatum. Ierem. 13. *Seruietis diis alienis, qui non dabunt vobis requiem die ac nocte.* Ioan. 8. *Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.* Vt videatis, quid sit homo, & non superbiatis in vanum. Sed & laquei præoccupantes sunt duodecim, a quibus debemus petere solutionem a Deo. Primus laqueus soluendus est ardor delectationis. Quædam enim sunt peccata, quæ fiunt cum magna sensualitatis delectatione, quæ delectatio impedit existimationem prudentiæ, 6. Eth. Et quia ad eam sequitur quædam trãsmutatio corpora-

Homo mortis laqueos semper timet, incertus quis eum capiet.

Miseria hominis, quia fragilis.

Breuis vitæ.

Putridus.

Fætidus.

Imbecillis.

Vanus.

Seruus diaboli.

Seruus peccati.

Laquei mortis.

Primus est ardor delectationis.

poralis, fit quoddam ligamentum, 1.2.q.
33.ar.3.prope finem.R. Vnde ratio debi-
litatur in suo actu, & ita ligatur homo
hoc concupiscentiæ & sensualitatis ar-
dore delectandi, quod sibi apparet nun-
quam posse ab huiusmodi nodo dissol-
ui. Vnde sequitur, quod homo non so-
lum peccat, sed etiam videtur ei, quod à
peccato non possit se custodire, in tan-
tum, quod propter hoc non confitetur,
nec communicat, nec orat, nec opus bo-
num faciat, quod ad rationẽ pertineat.
Hoc laqueo fuit ligatus Salomon, & in
senectute mulierũ amore templa Ido-
lis construxit, & vsu rationis priuato
2. illa adorauit. Secundus est, Timor reci-
Timor recidiuandi. diuandi. In morte enim peccati pecca-
tor ligatur, quousque nodus peccati
per pœnitentiãm soluatur. Modo sunt
quamplures, qui non faciunt pœniten-
tiam timore recidiuandi, quia sæpè sæ-
pius & longo tempore peccauerunt, &
pœnitentiam non egerunt, vel si ege-
runt, quamcito ad peccatum conuersi
iterum in peccatum reciderũt: propter
quam recidiuationem diu & multoties
factam desperantes de constantia, non
agunt pœnitẽtiam: & hoc laqueo mor-
3. tis stant illaqueati vsq; ad mortem. Ter-
Pudor propalandi. tius, Pudor propalandi. Sicut enim ve-
recundia iuuat hominem stare constan-
ter contra peccatum, sic diabolus iu-
uat ad ligandum peccatorem in pecca-
to, ne pœniteat. Vnde diabolus sicut an-
te peccatum aufert verecũdiam, sic post
peccatum commissum idem diabolus
restituit verecundiam, vt peccati non
pœniteant. Et tali laqueo detinet pec-
catores in peccati morte vsque ad mor-
4. tem. Quartus, est desiderium honoris.
Desideriũ honoris. Cùm enim teste Valerio Maximo, nulla
sit sanctitas, quæ dulcedine gloriæ non
tangatur, sic enim quilibet homo desi-
derat honorari, siue quia Deus in homi-
ne honoratur, siue quia proximus ad ho
norandum virtuosum cõcitat, siue quia
vt moris est, omnes aut pro maiori par-
te appetunt gloriã, & fugiunt inhono-
rationem, ob quam causam multi timẽ-
tes perdent honorem, quem desiderant;
tali laqueo mortis stat immodati in mor-
te peccati. Quintus, est appetitus reue- 5.
rentiæ. Multi enim appetunt ab aliqui- *Appetitus reuerentiæ.*
bus honorari, vt ab alijs habeantur in
reuerẽtia, & sint bonæ existimationis
in mentibus hominum. Quod si appetũt
bono fine & recta intentione siue simu-
latione, hic appetitus reuerentiæ non
impedit eos ab humili pœnitentia.
Sed si appetunt reuerentiam, non bono
fine errantes in modo, & non in via, sic
timentes perdere creditum bonę existi-
mationis, non audent in cõfessione sua
detegere peccata, & per laqueum appe-
titus reuerentiæ stant in morte ligati
laqueo appetitus reuerentiæ. Sextus, est 6.
amor famæ. Hic amor potest esse bonus, *Amor famæ.*
vt cùm amatur fama ad proximi ædifi-
cationem, informationẽ, & promotio-
nem. Sed ille est amor malus, cùm ama-
tur fama propter fauorem mundanum,
pro habenda dignitate, pro acquirẽn-
dis diuitijs, pro decipiendis muliercu-
lis, pro honoribus: & hoc casu amans
famam fit vano gloriosus, cupiens lau-
dari de virtutibus, quibus caret, & qui-
bus malè vtitur, vt scientia, sapientia,
&c. Ne autem fama perdatur, potius se
laudat, quàm accusat, alios infamat, o-
dit alios laudari, odit alios sequelam
habere, sua peccata non confitetur, fa-
mam alijs, quos ipse infamauit non re-
stituit, quibus detraxit, potiùs permit-
tit se mori in peccato mortali, quàm re-
stituere, & se malè proximum infamasse.
se. Septimus, est amor filiorum, non di-
co, quòd parentes non debeant amare 7.
filios suos, sed amor filiorum est vitio- *Amor filiorum.*
sus, quando indiscretè amantur. Vt cùm
qui exercet vsuras, & propter amorem
filiorum non vult restituere, timens fi-
lios depauperare, vt cùm quis acquirit
diuitias, quas non potest licitè posside-
re, nec vult restituere, vt filios rebus qua

diui-

diuites. Hic laqueus detinens peccato-
8. rem ligatum in morte peccati. Octauus,
Amor carnalis. Amor carnalis. Sæpè reperi homines ad
pœnitentiam dispositos, sed propter a-
morem concubinæ hanc bonam dispo-
sitionem non reducunt ad actum, con-
cubinam dimittendo. Et hoc est propter
amorem carnis vitiosum. Quod autem
dicitur de concubinario, idem de con-
cubina. Vnde cum de omnibus peccatis
agat pœnitentiam, præterquam de hoc,
apparet, quòd carnalitatis amor sit illi
9. laqueus mortis. Nonus, Amor dignita-
Amor dignitatis. tis. Sunt enim plurimi amantes dignita-
tem & officia, & ea obtinent per simo-
niam, & tenentur renunciare, aliàs vi-
uunt in peccato mortali. Nec possunt
celebrare diuina, pœnitentia illorum
est simulata & falsa, & nec qui pœni-
tentiã dedit, nec qui accepit potest li-
citè retinere. Hi nisi restituant, non v-
nus alteri, sed Ecclesiæ vel pauperibus,
celebrant, viuunt, & moriuntur in pec-
cato mortali. Et sic amor dignitatis est
laqueus mortis, mittens eos ad infer-
10. num. Decimus, Horror de peccatorum
Horror de peccatorum multitudine. multitudine. Quidam sunt, qui tot pec-
cata commiserunt, quod coguntur di-
cere cum Propheta: *Iniquitates meæ super-
gressæ sunt caput meum.* Vnde propter tãtam
peccatorum multitudinem nõ sperant
posse facere pœnitẽtiam, nec à Deo ob-
tinere veniam. Itaque multitudo pecca-
torum est illi causa laquei mortis æter-
11. næ. Vndecimus, Tremor de peccatorum
Tremor de peccatorum magnitudine. magnitudine. Sunt aliqui ad perpetran-
dum peccatum fortes, sicut leones, sed
ad peragendam pœnitentiam debiles
& parui animi: & sicut fuerunt fortes
& audaces ad peccandum, ita sunt im-
potentes & timidi ad pœnitentiã. Vnde
non solùm sunt timidi, sed etiã tremũt,
imò cũ Cain dicunt: *Maior est iniquitas mea
quam vt veniam merear.* Iudas autem Chri-
sti proditor hoc laqueo fuit innodatus,
12. quando laqueo se suspẽdit. Duodecimus,
Rubor de Rubor de peccatorum turpitudine. In

omni enim peccato quamuis sit aliqua *peccatorum*
turpitudo, prout turpitudo est contra- *turpitudine*
ria decoris ordini, eò quòd ordo est
spiritualis pulchritudo: attamen sunt
quædam peccata, quæ habent annexam
turpitudinem cum rubore, vt sunt pec-
cata carnalia, quæ quidem sunt tanti ru-
boris, quod etiam in his quæ sunt licita
in actu matrimoniali, vxor verecunda-
tur de viro suo. Multo plus quilibet ho-
mo vtriusq; sexus verecundatur de his
peccatis, quæ fiunt extra limites matri-
monij. Vnde propter peccata carnis
præoccupantur homines tanto rubore,
quod potius permittunt se in infernum
damnari, quam in sacramentali confes-
sione conuiteri, nisi fortè cum palliatis
verbis generalibus, tacitis turpibus &
essentialibus circumstãtijs. Pœnæ vero *Pœnæ in-*
inferni sunt. Prima, Remorsio cõscien- *ferni.*
tiæ. Secunda, aspectus irati iudicis, quia 1.
veniet in ira. Psalm. 20. Tertia, ignis ge- 2.
hennæ. Deuorabit eos ignis. Quarta, a- 3.
missio æternæ benedictionis; quia fru- 4.
ctum eorum. Quinta, inutilitas omniũ 5.
operum suorum. *Et semen eorum a filijs ho-
minum.* Sicut ergò ignis ardet in clibano
interiùs, sic vermis conscientiæ exuret
eos. Sexta, fames insatiabilis. Isa. 65. *serui 6.
mei comedent, & vos esurietis.* Septima, sitis 7.
inextinguibilis. Isa. 65. *Serui mei bibent,*
&c. Octaua, æstus irremediabilis. Apoc. 8.
11. *Aestuauerunt,* id est, æstuabunt *homines
æstu magno.* Nona, frigus intolerabile. Iob 9.
24. *Ad nimium calorem transibunt ab aquis ni-
uium.* Matth. 22. *Ibi erit fletus & stridor den-
tium.* Decima, ignis inextinguibilis A- 10.
poc. 14. *Cruciabuntur igne & sulphure in conspe-
ctu angelorum sanctorum.* Isa. 30 *Torrens sul-
phuris succendens eam.* Psalm. 11. *Ignis & sul-
phur.* Vndecima, Fumus. Isa. 34. *Ascendit* 11.
fumus eius in generatione & generationẽ. Duo- 12.
decima, Laceratio bestiarum. Eccl. 39.
*Omnia hæc ad vindictam creata sunt, bestiarum
dentes, & scorpij, & serpentes.* Deut. 32. *Deuo-
rabunt eos aues morsu amarissimo.* Decimater- 13.
tia, Dolor vehementissimus. Apoc. 16.

Cõmanducauerũt linguas suas præ dolore. Isa.13. *Torsiones & dolores tenebũt,* sc. eos, *quasi parturientes dolebunt.* Decimaquarta, horror ex
14 aspectu dæmonũ. Iob 10. *Sempiternus horror inhabitat.* Decimaquinta, clausio carceris.
15 Matth 22. *Ligatis manibus & pedibus* Isa.24.
16 *Claudentur ibi in carcere.* Decimasexta, desperatio, Sap.5. *Spes impij quasi lanugo, quæ à vento tollitur.* Decimaseptima, timor sem-
17 per impendentis mali, & ira contra seipsos. Eccl.40. *Timor mortis, & iracundia perseuerans.* Decimaoctaua, inuidia. Psal. *Pec-*
18 *cator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet.* Vltima, vermis comedẽs eos, Isa.
19 vlt, *Vermis eorum non morietur.* Eccl.10. *Cùm morietur homo hæreditabit serpentes, bestias, & vermes.* Defunctus noster exultat iam, dic. *Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* Vos pariter rogate Deum, vt & laqueos & pœnas inferni euadatis. Amen.

De doloribus mortis, & periculis inferni.

Circundederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me. Psal.114.

Homo tribulationib. spiritualib. & corporalib. subijcitur. Tribulationibus circundatur homo, non istis tantum quę corpora persequuntur, sed etiam tentationibus, quæ animabus inferuntur, quæ dicũtur pericula inferni, quia in tentatione est periculũ, ne anima per cõsensum obligetur ad infernum: Dominus custodit inuocãtes se. *Reprobi inueniunt pericula.* Reprobi vero inueniunt ista pericula, quia quærunt occasiones peccati. Electi autem tribulationes, in quib. est via paradisi, in illis via ad infernũ. Notandi dolores mortis sũt 12. quib. peccator angustiatur: qui tamen si est electus ad vitã æternam, ipsi & sui similes infrà scripti dolores nõ nocent finaliter. *Mortis dolores sunt 12.* Primus est dolor de pœna & nõ culpa. Hic
1. *De pœna et non culpa.* est dum peccator patitur pœnã pro peccato commisso, & dolet ac tristatur peccasse, nõ quod culpa peccati sibi displiceat, quia est offensa Dei, sed dolet propter pœnam annexam illi peccato. Sed quia non tristatur de culpa, remanet in morte peccati. Vnde dolor iste similis est dolori dãnatorum, de quibus Psal.13. *Contritio & infœlicitas in vijs eorum.* Et Sap.5. Vidẽtes iustos in gloria, *dicent intra se, pœnitentiã agentes, & præ angustia spiritus gementes: Hi sunt, quos aliquãdo in derisum habuimus, & in similitudinẽ improperij, & ecce quomodo cõputati sunt inter filios Dei.* Et sic hi & similes, sic dolentes peccasse circundantur dolore mortis. Hoc dolebat ille blasphemans Antiochus, 2 Mac.9. qui cõiurauerat tẽplum & ciuitatẽ funditùs destruere, tandem percussus à Deo, cœli cũ lachrymis postulabat misericordiã, quam non erat consecuturus. Secũdus, de peccato cum 2.
intentione peccandi in futuro. Deus.n. *De peccato cum intentione peccandi in futuro.* qui paratus est omnibus indulgere, non dicit: *Conuertimini ad me* in corde diuiso, nec tripartito, sed *in toto corde vestro,* id est, in tota volũtate vestra. Et ista conuersio nõ dicit dolorẽ mortis, sed dolorẽ vitæ, & ècõtrà, dolor mortis est dolor de peccato corde bipartito, s. deprauando peccatum prçteritum, & approbando futurum, dum quis dolet & plorat peccatum præteritũ, & dat operã efficaciter peccato perpetrando. In hoc dolore laborat Esau, quando cũ fletu peccati præteriti, s. gulæ, proponebat peccatũ futurum, dic. Gen.27. *Veniet dies luctus patris mei & ego interficiam Iacob fratrẽ meũ.* Tertius de 3.
parte peccatorũ cum intentione cauendi de futuro, reseruatis duob. vel tribus, *De parte peccatorum cum intentione cauendi de futuro.* vel vno solo perpetrato. Hi sunt similes Prælatis 7. Ecclesiarũ, quos Christus Apoc 2. & 3 reprehendit de operibus imperfectis factis cum societate peccati, & quib. persuadet agere perfectam pœnitentiã. Hi non attendunt ad Dominũ, qui quemcunq; sanauit infirmum, totaliter sanauit, vt surdum, mutum, dæmoniacũ, &c. Quartus est dolor peccatoris 4.
dolentis cum contritione, sed sine ora-

Dolor peccatoris dolentis cum contritione confessione. Sic dolẽtes sunt similes infirmo, qui habens infirmitatem occultã dolet, & in dolore clamat, sed propter verecundiam non vult medicis infirmitatem suam detegere, vnde cum dolore moritur. Quintus, dolor peccatoris dolẽtis in cõfessione facta cũ simulatione.
5. *Dolor peccatoris dolentis in confessione facta cum simulatione* Confessio fit simulatè, dum vni dicitur vna pars peccatorum, & alteri altera, quia cum vno solo confessio fit, sed sine necessariis circumstantiis. verbi gratia: Dolet peccator quod peccauerit peccato carnis, & sic in genere loquitur. Ego peccaui per carnis peccatum, si non plus dicit, simulatia est confessio. Sed si debet esse vera, sit aperta, vt quia peccatum fuit commissum inter solutos, & sic est simplex fornicatio, vel inter coniugatos, sic est adulterium, vel inter virgines, sic est stuprum, vel inter consanguineos, & est incæstus. vel cum oppressione, sic est raptus, vel cum moniali vel Clerico, & sic est sacrilegium, vel in loco sacro, & sic est idem, vel fit cum societate alterius speciei, & dicitur bestialitas, vel cũ societate eiusdẽ speciei, non tamẽ eiusdẽ sexus, et dicitur sodomia, vel sine societate, sic est mollities. Hic dolor simulatè cõfitendo mortis est, maxime vero si confitetur se excusando & proximũ accusãdo. Sextus
6. *Dolendo in integra & vera confessione, sed sine satisfactione.* dolor, dolendo in integra & vera confessione, sed sine satisfactione. Tenetur enim peccator & maximè notorius satisfacere. Primo, Deo, cuius legem non seruauit. Secundo, Ecclesiæ, cuius filios scandalizauit. Tertio, amicis, quos non amauit. Quarto, inimicis, quos non placauit. Quinto, peccatoribus, quos ad Deum non reuocauit. Sexto, iustis, quos contristauit. Septimo, sanctis, quos non lætificauit. Octauo, in purgatorio electis, quorum pœnas non mitigauit. Nono, cunctis, quorum bona occupauit. Decimo, omnibus creditoribus, quorum solutionem tardauit. Vndecimo, parentibus, quos non honorauit. Duodecimo his, quos detrahendo infamauit. Cum autem peccator dolet de his offensionibus, sicut debet, sacramentaliter confitetur. Sed si non satisfacit, cum potest, dolor est ad mortem. Septimus, Dolentis, confitentis & satisfacientis de corporalibus & non spiritualibus, vt est hæresiarcha, qui per falsam doctrinam multas animas ad infernum præcipitauit, vt detractor, qui multos infamauit. Horum tanta est superbia, vt non doleant de spiritualium satisfactione, & est dolor mortis. Octauus, Dolentis cum perfecta restitutione, sed sine sacramentali communione. Sic enim dolentes & dolendo sacramentaliter confitentes, & confitentes restituendo, & restituendo satisfacientes, nolentes tamen accipere corpus Christi in Paschate, hi adimplent partem præcepti, quæ est præparatio ad communionem, & præparationem disponentem non reducunt ad actum, quia non communicant. Vnde quomodocunque negligant præceptum, & doleant de peccatis, quia tamen non dolent ad vitam, sed ad mortem, dolor mortis est.
7. *Dolentis, confitentis & satisfacientis, sed non in spiritualibus.*
8. *Dolentis cũ perfecta restitutiõe, sed sine sacramentali cõmunione.*
9. *Peccatoris cõmunicantis, sed in fide dubitãtis.* Nonus, peccatoris communicantis, sed in fide dubitantis. Sunt quidam in sacramento Eucharistiæ dubitãtes, quantum ad intellectum, sed quantum ad voluntatem, nollent dubitare, sed vellent plenè credere, implicite & explicite, & non valentes captiuare intellectum, & subiicere fidei Ecclesiæ, dolent quod non credunt, & dolent quòd eos oporteat communicare. Vnde non solum oportet voluntatem esse promptam ad credendum, sed intellectum etiam esse dispositum bene, ad perfequendum imperium voluntatis. Dolor ergò non firmiter credentis est dolor mortis. Decimus, dum pecca-
10. *Dolentis contritè, sed sine iniuriarum remissione.* tor dolet contritè cum fidei assensione, sed sine iniuriarum remissione. Satis est dubitandum de salute quorundam fidelium, qui in pœniten-

tia petunt, quòd Deus remittat eis culpam & æternã pœnam, & indulgentias petũt, quod Deus indulgeat eis pœnam temporalem, & volunt quòd Deus in assumptione Eucharistiæ remittat magnã partem pœnarũ, nec ad Dei præceptum voluet remittere proximo suo minimã iniuriam, nec quoad culpam, nec quoad pœnã. Hi conterendo dolent, confitẽdo plorant, communicãdo lachrymantur, suspirant, singultiunt, sed inanè.

11. *Facientis omnia, sed sine remissionis postulatione.*

Vndecimus, dum pœnitet, confitetur, cõmunicat, gemit, plorat pro peccatis suis cum iniuriarũ remissione, sed sine remissionis postulatione. De quibus August. in Regula. Qui autem nũquam vult petere veniam, sine causa est in monasterio. Tu verò secundum doctrinam Chrysost. *Si offendisti proximum corde, reconciliare corde. Si offendisti ore, reconciliare ore; si opere, opere. Saltem cum dolore petas veniam & humiliter, aliàs totus dolor erit mortis.*

12. *Dolentis cũ veniæ postulatione, sed sine particulari nominatione.*

Duodecimus, dolere cum veniæ postulatione, sed sine particulari nominatione. Cõsuetudo sancta est, quod infirmo ad mortem portetur corpus Christi, & est consuetudo laudabilis, quod illi de parochia audito tintinnabulo associẽt humiliter & deuotè corpus Christi vsque ad lectum infirmi. Præterea quod priusquam sacerdos porrigat infirmo sacramentũ, pro admonitione indulgeat omnibus, & petat ab omnibus veniam. Quę postulatio sufficit in oblitis, vel ignoratis, vel in his, quæ sunt personaliter remissa. Sed sicut infirmo debitori alicuius nõ sufficit petere in genere veniam, sed expedit quod particulariter inuicem conueniant, vel per solutionẽ, vel per cõmpositionem, vel per remissionem: sic non sufficit infirmo petere veniam in genere, sed si fecit iniuriam proximo, rixando, contendendo, infamando, quòd specialiter de hac iniuria petat indulgẽtiam & publicè, sicut publicè peccauit offendendo proximum, & scandalizãdo, aliter eius dolor erit sibi nõ dolor vitę, sed mortis.

Inferni pericula que.

Inferni pericula dicuntur, quæ minitantur præcipitationem in infernum, & sunt culpabilia, quod cùm homo nõ dãnetur inferno, nisi propter culpam, consonum est rationi, quod solũ culpa vel causa culpæ est istud, quod facit animæ periculũ.

Inferni pericula 13.

Sunt autem 13. Primum est voluntarium mortale peccatũ, perpetratũ fragilitate vel ignorantia, vel malitia.

1. *Voluntariũ mortale peccatum.*

Nam propter peccatũ homo prostituitur dæmoni à bono angelo, & quantum sua interest relinquitur, quia suã gubernationem spernit, & à Deo elongatur, quantũ distat ortus ab Occidẽte. Peccatũ aũt volũtarium dicitur, quod nõ solũ voluntariè est perpetratum, sed quod in mẽte retinetur post eius consummationem per consensum & beneplacitũ.

2. *Voluntaria tentatio.*

Secundum, volũtaria tentatio, quæ est aut incipit à voluntate propria, incitãte se ad peccatũ per causas peccati, quęcunq; sunt illę. Vnde sicut est in periculo mortis, qui se suspẽdit: sic est in periculo inferni qui se voluntariè tentat.

3. *Cogitatio peccati.*

Tertium, cogitatio peccati cum delectatiõe, cum lætitia, cum gloria, cũ extollentia super alios peccãtes. vnde sicut est in periculo mortis, qui à somno nõ potest excitari, qui in cogitatione peccati delectatur.

4. *Deliberatio peccãdi.*

Quartum, deliberatio peccãdi cum sollicitatione: quoniã sicut est in periculo mortis, qui vult submergi in aqua, & currit ad illam: ita peccator, qui deliberat peccare, & seipsum sollicitat ad peccãdum.

5. *Operatio cũ recidiuatione.*

Quintũ, operatio cum recidiuatione. Hic est similis illi, qui sæpiùs ab infirmitate mortali fuit à medico curatus, sed iterũ ægrotat, qui nõ seruat diætam aut legẽ.

6. *Continuatio peccati.*

Sextũ, continuatio peccati sine correctione. Hic similatur vulnerato ad mortem abijcienti medicamina.

7. *Habituatio cum spirituali abominatione.*

Septimum, habituatio cum spiritualium abominatione. Sicut ille, qui est in periculo mortis patitur vomitũ, sic hic.

8. *Corripiẽtis persecutio.*

Octauũ, corripiẽtis persecutio. Sicut in periculo est phreneticus, qui persequitur seruitores & medicos, sic qui persequitur cor-

9 corripientes. Nonū. Infamia sine pudo-
re. Sicut ille infirm⁹ est in periculo mor
tis, dū vndiq; infamia discurrit, dū sine
verecūdia ostēdit verenda, sic peccator
dum vndique infamatur, vndiq; digito
ostenditur, dum eius peccata fiunt ma-
10 nifesta, nec verecundatur. Decimum, A-
ctualis conscientia sine contritione.
Hic sic est in periculo inferni, sicut mor
tis est infirmus factus insensibilis. Pati-
tur enim causam doloris, & sensu pri-
11 uatus non dolet. Vndecimum, Dare ope
ram rei illicitæ, vt cum religiosus mo-
ritur, quacunque morte moriatur, fugi-
endo obedientiam, siue suffocetur, siue
à quocunque occidatur. In hoc pericu-
lo fuit Ionas 1. & 2. & submersus, fuisset
datus morti, tanquam Christo inobedi-
ens. Et sic intellige de omni peccatore
12 in peccato mortali deprehenso. Duo-
decimum, Peccando mori vel morien-
do peccare. vt cum Absolon persequē-
do patrem suum, fuit suspensus per ca-
13 pillos ad arborē & interfectus. Decimū-
tertium, Peccare & cum flagellis à Deo
corripitur, contra Deum sine pœniten-
tia conuertere: vel illi, qui peccant &
nunquam vsque in finem pœnitent: vt
illorum, qui non agunt pœnitentiam,
sed cum à Deo flagellantur, deteriores
efficiuntur, Deum maledicendo, & ip-
sum sanctosque suos blasphemando. de
quo Apoc. 16. *Et quartus angelus*. In tali do-
lore mortis fuit Dauid, quando Saul
misit armatos ad domum suam, vt eum
interficerent. 1. Reg. 19. Et quando Zy-
phæi reuelauerunt eum Sauli. 1. Reg. 23.
Conemini ergò in hac vita & mors spi-
ritualis vestra sit perfecta. Primò, vt
1 anima moriatur omnibus peccatis nul-
lo reseruato. Secundò, vt anima moria-
2 tur omnibus causis peccatorum, vt car-
3 ni & mundo. Tertiò, vt moriatur cōcu-
piscentiæ carnis, mūdi, odiorum, super-
biæ vitę & sic cōformetur Christo mor-
tuo, & cessabunt dolores mortis & pe-
ricula inferni.

Infamia sine pudore. *Actualis conscientia sine contritione.* *Dare operā rei illicitæ.* *Peccando mori.* *Peccare cū flagellis à Deo corripitur.* *Mors spiritualis vt sit perfecta.*

De annihilatione, qualiter & quare fiat per mortem.

Ad nihilum redactus sum, & ego nesciui. Psal. 72.

COmmunis querela est omnium, qui ex honoribus, possessionibus & statu fœlici in angustias miserias & opprobria deijciuntur, dicunt tandem: *Ad nihilum redactus sum.* Et optandum esset omnibus, vt qui in statu excelso sunt, aut fortunato, hoc secum semper perpenderent. Quia & Donatus hoc insinuat dicens: *Præpositioni quot accidunt? Vnum, quod? Casus tantum.* Sed multi sunt qui in infortunio aiunt: *Ego nescio, quare sic ad nihilum redactus sum.* sensit hoc Iob at patienter, qui filijs & diuitijs expoliatus dicebat, c. 16. *Ad nihilum redacti sunt omnes artus mei.* Et subdit: *Ego ille quondam opulentus, repente contritus sum.* Quia verò mortuus expoliatus est omnibus naturæ & fortunæ bonis, ex persona hominis defuncti merito sic loquitur, conquerens de priuatione generali: *ad nihil. red. sum.* & de offuscatione mentali, dic. *Nesciui.* Aduertendum autem, quod sicut spinæ aliquando euelluntur ligone, & euulsæ comburūtur igne, vt annihilentur. Sic homo per mortem euellitur à mundo, vel anima à terra corporis, & euulsa propter peccatum, vadit ad ignem inferni, & tunc homo dicitur annihilatus, secundum corpus quidem, quia recessit corpus illud à vero esse suo, quod erat esse humanū. Item anima in gehenna existens priuata est vero esse, quod est esse beatum cū Deo, & sic respectu hic viuentium, vel beatorum in cælo existentium peccatores damnati dicuntur esse annihilati. Vnde 2. Reg 23. *Prævaricatores autem, quasi spinæ euellentur vniuersi, quæ non tolluntur manibus. Et si quis eas tangere voluerit armatur ferro, & li-*

Cōmunis querela miserorū. Ad nihilū redactus sum. *Donatus casum magnorum insinuat.* *Potentes deberent hoc aduertere.* *Mortuus hoc præcipuè potest dicere: Ad nihilū redactus sum.* *Simile.* *Anima in gehenna priuata est vero esse.*

& ligno lanceato, igneque succense comburuntur vsque ad nihilum Præuaricatores; Ecce transgressio culpæ: [illegible] ecce destructio naturę. *Si quis eas tangere voluerit*: Ecce malitiæ defensio. Quia *igne succense comb.* ecce comminatio gehennæ. Præuaricator vocatur ille, qui accusat fraudulenter.

Præuaricator dicitur dupliciter.

1 quod tripliciter fieri poterit. Primò, si accusatio sit falsa, & si hoc procedit ex malitia, est peccatum calumniæ. Si vero procedit ex animi leuitate, puta quod homo nimis citò credidit quod audiuit
2 est peccatū temeritatis. Secundò, si tergiuersatur, sc. quādo ab accusatione totaliter recedit, & desistit, & sic videtur
3 terga vertere. Tertiò, Quādo quis in accusatione adhibet fraudem, malitiosè punitionem peccati impediendo & hoc vocatur præuaricatio Quia præuaricator est quasi varicator qui aduersa partem iuuat prodita causa, vel abscondeā do crimē aduersarij. Quicūq; ergò sentiunt se in hoc offendisse, redeant ad cor suū, & pœniteant, quia præuaricatores fuerunt. Isa. 46. *Redite præuaricatores ad cor.* Sed in sacra Scriptura communiter vocantur ij, qui transgrediuntur legū decreta siue præcepta: & peccant mortaliter, si tales leges iustas transgrediuntur. Vnde sancti viri potius eligunt mortem corporis, quàm transgredi tales leges. sicut 2. Mach 7. Quin ergò magis, qui leges diuinas violant? Vocantur aūt præuaricatores, qui post pœnitentiam peccatorum recidiuant in peccata, quia tales, quæ prius destruxerunt, reędificant. Gal 6. *Si quæ destruxi, iterum reædifico, præuaricatorē me constituo.* Destructio naturæ per spinas notatur. Quia præuaricatores neq; manu Dei benefacientis, neq; flagellantis permiserunt se carpi, & euelli a peccatis, in quibus habebant radicē cordis infixā: saltem hoc effugere nō poterūt, quin per ligonem mortis a mūdo euellantur. Contra talem dic. Ps. 51. *Deus destruet te in finem, euellet te: & emigrabit te de taber. tuo & radic. tuam de terra viuentiū.* Assimilantur autem peccatores spinis, quia etia sub flore sunt carpentium pungitiuæ & no tolluntur manu. Et sicut peccatores, etiam sub flore mundanæ prosperitatis habent punctiones, sollic. timorum & dolorum, & punctiones conscientiarum, quas quidam non attendētes esse sub sensibus delitias cōputabūt. Item quia in peccatoribus exardescit ignis auaritiæ & concupiscentiæ. Ps. 117. *Exarserunt sicut ignis in spinis*, scil. in futuro exardescet in eis ignis gehēnę. Agricola si non potest eas tollere manu, succidit falce sua. Sic peccator plenus spinis diuitiarū, quas illicitè acquisiuit per vsuram, violentiam, &c. licet in vita ista nō tollatur manu hominis, tamen falcem mortis tandem non potest euadere. Defensio malitiæ dic. *Si quis eas voluerit tangere* quasi dicat, Si quis tangere voluit peccatorū vitia & corrigere, præcipuè autem diuitū & potentum, non poterit hoc facere, quia non sustinebunt, sed resistent ei. Cōminatio gehennæ, Nomine ignis omnis vehemens afflictio seu pœna damnatorum designatur. Iob 20. *Deuorabit eos ignis, qui non succenditur.* Obfuscatio mentis, dic. *Nescient.* Magna est non videre peccata sua. Ista est periculosa ignorantia. Quia sicut ille, qui nescit se esse infirmum, non quærit medicinæ subsidiū, ideò tendit ad mortem: sic ille qui non cognoscit suum peccatum, non quærit pœnitentiæ remedium, ideò tendit ad mortem Psal. 81. *Nescierunt neq; intellexerūt, qui in tenebris ambulant.* Et est triplex ignorātia quæ venit prima ex auaritia. Quia auari tantū afficiuntur ad ista bona, quę quęrunt vel possident exterius, quòd ad damna & mala quæ patiuntur interius, non attendant. De quo habetur figura, Ios. 8. in viris vrbis Hay, qui egressi ad quærendum Israel exterius, perdiderunt vrbē interius. Apoc. 3. *Dicis, diues sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus*, sc. Tu dicis, sc. videris dicere, *diues sum*, sc. in pos-

Præuaricatores qui.

Destructio naturæ per spinas notatur.

Peccatores assimilantur spinis.

Defensio malitiæ.

Cōminatio gehennæ.

Obfuscatio mentis.

Ignorantia triplex.

1 *Venit ex auaritia.*

superfluitatibus, *& locupletatus*, in rebus mundialibus *& nullius egeo*, quantum ad corpus, quia sufficientia habeo ad vitam, *& nescis*, quod quantum ad animam *tu es miser*, propter infirmitatem culpæ, *& miserabilis*, propter reatum pœnæ: *& pauper*, quia priuatus virtutibus. Secunda ex superbia, dic. *Non intellexerunt*, scil. nec scire curauerunt. Iob 21. *Dixerunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.* Psal. 35. *Noluit intelligere, vt bene ageret.* Tertia ex concupiscentia, *Quia in tenebris ambulant.* Ille enim qui ambulat in tenebris & habet viam lubricam frequenter cadit sic ille cui carnis concupiscentia dominatur, ambulat *in tenebris*, quia passio concupiscentiæ offuscat lumen rationis, sicut nebula multum densa intercipit lumē solis. Item habent lubricum carnis, & super hoc diabolus impellit eum tentationibus suis. Ideò non mirum, si frequenter in peccatum cadit Psal. 34. *Fiant viæ eorum tenebræ, & Angelus Domini persequens eos.* Et dicitur diabolus angel⁹ Domini, non solum, quia a Domino fuit creatus, non quidem malus sed bonus, tum etiā quia nihil potest facere contra nos, nisi permittente Domino & iustè concedēte. Ab his tenebris eripiat nos Dominus ad lucem claritatis æternæ.

Ex superbia. 2

Ex concupiscentia. 3

Simile.

De memoria mortis.

In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua & in æternum non peccabis. Eccles. 7.

VNusquisque monetur ad operandū, ex intentione alicuius finis quem appetit, sicut mercator ex appetitu lucri & bellator appetitu victoriæ. Malū autem vt malum non est appetibile, imò repugnat appetitui, sicut è contrario bonum est appetitui conueniens. Ideo dic. Philosophus: *Bonum est, quod omnia appetūt.* Nullus ergo mouetur ad operandū, nisi in quantum ex sua operatione intendit consequi aliquod bonum quod est appetibile sibi: alias si contrarium crederet sequi, scilicet malum illi bono oppositum, non operaretur: sicut mercator non negotiaretur, si damnum deberet reportare. Et sicut apprehensio boni finis mouet ad operādum, sic apprehensio finis mali retrahit ab operatione. Nam latro qui tentatur de aliquo furto faciendo, si apprehenderet in cogitatu suo, q in illo furto deberet cōprehēdi & suspēdi, abstineret procul dubio: sic qui recordaretur nouissima vt amissionem æternæ gloriæ, reatus pœnæ æternæ, &c. sine dubio talis nunquā peccare vellet. Ideo benè monet sapiens ad agendorum directionem, vltimorum considerationem & malorum euitationem. Quoad primum. Qui vult rectè sagittare, debet respicere ad signū, sic ad finem, qui vult benè operari. Et quia fides ostendit finalem finem, vitæ operumque nostrorum, scil. beatitudinem æternam, ideo sine fide opera nostra non sunt rectè facta. Psal 32. *Omnia opera eius in fide.* Hæc ita connexa sunt vt vnum sine altero non subsistat. Item qui habet multa & magna negotia peragenda, & breue tempus, festinat, sic nos habemus facere opera quibus destruamus mala, quæ commisimus, & opera quibus recompensemus, quæ omisimus & opera quibus redimamus supplicia quæ metuimus, & opera quibus recuperemus præmia æterna quæ amisimus, & habemus ad omnia tempus breuissimum, ideo non est pigritandum. Eccles. 31. *In omnibus operibus tuis esto velox.* Generaliter *in omnibus* exercitijs. Et *tuis* propter meriti proprietatem. Et *esto velox*, propter operandi celeritatem. Vt complete fiant nostra opera, Primò, debemus attendere, vt operemur gratanter, hoc est ex charitate, vt placeant Deo, quia ad ipsius gloriam spectant. 1. Cor.

Operatio intendit cōsequi aliquod bonū.

Agendorū directio.

Opera nostra vt complete fiant debemus 1. Operari gratanter.

Simile. 1 Cor. 10. *Omnia in gloriam Dei facite.* Nam & grata quæ facimus hominibus, si ex amore sunt. Arbor quæ multum abundat fructu bono, grata est Domino, & similiter qui abundat in bonis operibus, & hoc facit charitas, quæ nunquam est otiosa. 2. Cor. 9. *Abundetis in omne opus bonum.* Phil. 1. *Charitas vestra magis ac magis abundet.* Magis ad Deum contemplatiuè, magis ad proximum actiuè.

2 *Operari stabiliter.* Secundò, Vt operemur stabiliter, non tantum ex parte operis, sed etiam ex parte operantis: vt sit fœnus in bono opere, & bene operando. Prouerb. 11. *Impius facit opus instabile.* Et hic necessaria est constantia, vt non retrahatur ab operibus difficultate Eccl. 7. *Ne oderis opera laboriosa.* Item patientia, ne retrahatur aduersitate Iac. 1. *Patientia opus perfectum habet.* Item perseuerātia, ne tædio auertatur, operis prolixitate. 1. Corinth. 15. *Stote immobiles in omni opere.* Item debemus attendere, vt operemur vtiliter pro nobis & pro alijs.

3 *Operari vtiliter.* Quia *Charitas non quærit, quæ sua sunt.* Col. 1. *In omni opere bono fructificantes*, scilicet pro nobis & alijs, nobis per meritum, alijs per auxilium vel exemplum, sicut apes pro nobis mellificant. De peccatoribus autem Sapient. 3. *Inutilia opera eorum.* Item

4 *Operari prudenter.* prudenter operemur: Non operamur opera alicuius artis, si in illa nō sumus instructi. Instruimur autem ad operandum benè ex documentis scripturarum, consilijs peritorum, exemplis perfectorum, consuetudine bonarum operationum. 2. Timoth. 3. *Ad omne opus bonum instructus.*

Proprietas meritorum Proprietas meritorum est in verbo Tuis. Opera enim quæ facis possunt esse tua & non tua sed aliena. Nam facis ea non ad honorem Dei vel ad ædificationem proximi, sed solum pro laude propria, prosunt quidem alijs ad auxilium, vt eleemosyna, vel ad exemplum sicut abstinentia vel oratio ab ostentante se hominibus, vt hypocritæ; ista sunt opera aliena, quia illis non prosunt, qui faciunt. Isai. 28. *Alienum est opus eius ab eo:* quia vacuum est à mercede, sicut poma corrupta licet pulchra. Apoc. 3. *Non inuenio opera tua plena coram Deo.* Item opera existentis in peccato mortali nō sunt meritoria, cùm non fiant in charitate, quæ radix est merendi, licet valere possint ad quædam alia bona. Sic in charitate laetus potest dicere Eccles. 9. *Vade & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia placent opera tua Deo.* *Opera valentis in peccato mortali n. sunt meritoria.* De operandi celeritate videmus, quòd multū placet Domino seruus, qui cito mandata eius adimplet, Prouerb. 22. *Vidisti virum velocem in opere suo, coram regibus stabit, & non erit ante ignobiles.* Secundò, Consideratio vltimorum notatur, dic. *Memorare nouissima tua.* Nouissimum personæ, est hora mortis, nouissimum culpæ, pœna infernalis, nouissimum naturæ, mundi finis. De his omnibus dicitur Deut. 32. *Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent*, scilic. *saperent.* præmia æternæ beatitudinis, *intelligerent* supplicia æternę damnationis, & *prouiderent* finem suum & mundi, scil. quoad iudicium. In inferno enim habebunt supplicia; scil. ante se horribiles dæmones item cum quibus peccauerunt, & alterum alteri maledicentem, & omnia mala sua perpetrata, & vitia quæ animā cruciāt, inuidia de gloria beatorum, ira maxima contra Deum ac seipsos: Ex parte exteriori, quia videbunt omnibus bonis mundi priuatos: *Confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, quod nunquam delebitur.* Ierem. 20. &c. Meditatio ergò mortis & iudicij valet ad refrenandam mentis nostræ omnem libidinem. Tertiò, Nunquam peccabis & omnia mala euitabis. Vigilet ergò iustus ad custodiam animę suæ, ne hostes, scilic peccata ingrediantur terram, scilic. animam & occupent eam. Vnde 1. Corinth. 15. *Vigilate iusti, & nolite peccare.* Vigilate primo contra diaboli astutiam, sicut vigilāt speculatores in castris. 1. Pet. 5. *Vigilate, quia aduersarius vester diabolus,* &c. contra auaritiam, lasciuiam, *Vigilandū.*

Obseruãtia iustitia. ciuiam, &c. Matth. 26. *Vigilate & orate, ne intretis in tentat. spiritus quidem promptus est.* Ad obseruantiam iustitiæ, dic. *Iusti.* Ab arte dicuntur artifices. Et sic qui facit opera charitatis, charitatiuus est. 1. Ioan. 3. *Qui facit iustitiam, iustus est.* Et non est iustus, qui *Malitiæ fuga.* non gaudet iustis operibus. Pro. 21. *Gaudium est, iusto facere iudicium.* scil. iustitiam. Fugam malitiæ, scil. peccati docet, dic. *Nolite peccare* Aliud remedium datur infirmo, aliud conualescenti, aliud peccatori, aliud pœnitenti: Alia est expulsiua *Medicinæ pœnitentiæ.* medicina digestiua, alia confortatiua. Et tales sunt peccatori medicinæ pœnitentiæ. Digestiua quæ parat humorem ad expulsionem est interior contritio, quæ præparat ad cōfessionem, sed quasi expulsiua est ipsa confessio. Sed qui iam ex infirmitate conualuit, dat medicinā confortatiuam, quod pertinet ad satisfactionem per quam reparatur, quod ex peccato deperditum, & fortificatur pœnitens contra tentationes, scil. per ieiunium, eleemosynam & orationem. Itē consulit medicus, vt caueat sibi ab his quæ inducunt recidiuationem. Itaq; Ps. 4. *Irascimini,* per pœnitentiam, scil. contubemini de peccato præterito, *& nolite peccare,* de cætero. Primò dat medicinā expulsiuam, deinde præseruatiuam. Io. 5. *Iā noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Quid potest autem esse deterius, quàm infernus, quem, qui non resipuerit, non pœnituerit, non abstinuerit, cogetur in perpetuum habitare?

De mortis memoria.

Morte morieris. Genes. 7.

Mortis meditatio frequens est. Fuga vitiorum. Eccl. 7. Existimaui sæpenumerò, nihil tam vtile animę rationali esse posse ad fugam vitiorum, quam frequens memoria mortis. Vnde Sapiens. *In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Et Hieronymus ad Paulinum: *Facile contemnit omnia, qui semper cogitat se moriturum.* *Hieronym.* Idem ad Cyprianum: *Qui enim quotidie recordatur se moriturum, contemnit præsentia, & ad futura festinat.* *Cyprian.* Et Platonis sententia est, omnium sapientum vitam, esse meditationem mortis. *Plato.* Seneca ad Lucillum, *Nihil tam æque proderit tibi ad contemptentiam rerum omnium, quam frequens cogitatio breuis huius interitus vitæ.* *Seneca.* Cùm igitur mortis memoria sit tam iuueni, quā seni saluberrima, dicam Primò, de sua ferocitate Secūdo, de sua incertitudine Tertio. de sua crudelitate. *Mortis ferocitas.* Ferocitas triplex est cōtra primos homines, contra peccantes, & cōtra totū mundū. Primò, cōtra oēs homines quos ipsa prostrauit. *Contra oēs homines.* Nam à principio conditionis humanæ, in statu innocentiæ erant homines immunes à lege mortis. Vnde Augustinus: *August. 12. l. de. Ciuit. Dei.* *Fatendum est primos parentes ita fuisse morte institutos, vt quicquid de eorum stirpe fuisset exortum, eadem pœna teneretur obnoxium. Pro magnitudine quippe, illius naturam damnatio mutauit in peius, vt quod pœnaliter præcessit in peccantibus hominibus primis, naturaliter sequeretur in nascentibus cæteris.* Item in lib. de baptismo paruulorum dic. *Idem fiebat ordo iustitiæ, vt sicut anima Domino suo, ita corpus ei obediret.* Et sapiens: *Ante hominem vita & mors.* *Eccl. 15.* Item, *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui.* Origin. *Si homo ab initio elegisset vitam, nunquam genus humanū mortalem conditionem teneret.* *Orig. super Leuit. 19.* *Vnde Deus post peccatum dixit Adæ: Quia audisti vocem vxoris tuæ, dico tibi, quia in sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris ad terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, & hæc omnia propter peccatum.* Heu, quā grauis fuit illa culpa, quæ imperio mortis omnes subiecit. *Genes. 3.* Sed potissimè primos parētes. Nam per errorem inobediētię suæ, mortem quam Deus non fecerat, sibi inuenerunt, iuxta illud Augustinus in prognostic. dic. *August.* *Vide mortem non à Deo, sed per errores intus venisse hominibus in paradiso deliciarum positus.* Cui conuenit illud: *Sap. 2.*

Deus mortem non fecit, sed impij manibus propriis accersiuerunt eam. Sed circa hoc dubitari potest: Quòd cum Deus dixerit Adæ, *quacunque hora comederis, morte morieris,* non tamen hoc videtur verum, quia nó illa die mortui sunt. Respondet Lyra, quòd illa verba sic habent: *morte morieris,* id est, moriendi necessitatem incurres, quia gustato ligno non statim mortuus est, sed cepit ad mortem tendere Et Augustinus. *Morte morieris, id est, morti obligatus eris, ad mortis reatum incurres.* Idem in alio loco: *Quamuis annos multos post vixerint, illo tamen die mori ceperunt, qua morte legem, qua sentiunt nefas acceperant. Data est ergo potestas morti, eijciendi illos propter culpam eorum. Et quia necessaria erat generis humani multiplicatio, viuendi tempus in longum processum est, quantum à morte deuictum & debellatum est. Et quid profuit illis longa vita, quibus tamen mors est subiecta? Audiamus quid scriptura dicat. Vixit Adam centum triginta annis & genuit filium ad imaginem & similitudinem suam, vocauitque nomen eius Seth, & facti sunt omnes dies eius Adam, postquam genuit Seth octingenti anni, genuitque filios & filias, & factum est omne tempus, quod vixit Adam, nongenti & triginta anni, & mortuus est:* Sic lege de sequentibus per totum in eodem capite. Si verò aliquis incredulus dubitaret, quomodo fuerit illud possibile, vt vita illorum sic protraheretur in longum. Respondet Lyra, hoc fuisse: Primò, bonitatis, cõditionis, vel complexionis primorum parentum. Fuerit enim à Deo immediatè formati & per consequens fuerunt optimæ complexionis, & sic ad longiorem vitam dispositi, & illa cõplexionis bonitas magis venit ad homines propinquos illis temporibus, quam ad remotos tempore. Secundo, Quia temperatè viuebant. Tertiò, Quia ante diluuium, nascentia erant meliora: postea quando diluuij fuit inundatio pro maiori parte ex aquis Oceani: aquæ autem salsæ inducunt sterilitatẽ & reddunt terræ nascẽtia peiora, ex quibus abbreuiatur vita hominis. Quartò, Quia formatus fuit Adam ad perfectionem scientiæ, & sic cognouit virtutes herbarum, fructuum, lapidum, & eorum quæ faciunt ad sanitatem conseruandam & vitam prolongandam. Quinto, Quia Deus ita disposuit, vt per longum tempus cito multiplicaretur genus humanum. Debemus itaque & nos animo præmeditari, quod aliquando facturi sumus, & quod volumus longius, abesse non potest. Nam si nongentos annos excederemus, velut ante diluuium viuebat genus humanũ, & Mathusalem nobis tempora donaret, tamen nihil esset præterita longitudo, quæ esse desisteret. Ecce miseria. Quia morieris. Secundò, Ferocitas contra peccantes: Nam sæpè inuadit illos subito, & breui mora absorbet eos. Et licet multa acciderint per naturam, quæ labilis est atque vt plurimum vitæ humanæ contraria, verumtamen mortalitates & pestilentiæ sæpè adueniunt, vt crebiò Dei iudicio, in quibus non sine grandi terrore omnes aspiciunt mortis dominium & potestatem. Nam, cum populus Israel esset in deserto, non contentus cibo cælesti, scilicet manna quod pluebat illis Deus de cęlo, desiderãs carnes & pisces, cucumeres & papauera, cepe, & allia, Dominus pluit coturnices in gustus eorũ, & cum adhuc carnes essent in ore ipsorum, ecce furor Domini concitatus in populum percussit eum plaga multa magna. Item cùm populus ille murmurasset contra Dominum, dixit Dominus ad Moysen. *Vsquequo detrahat mihi populus iste, quousq; non credent mihi in omnibus signis, quæ feci coram eis, Feriam ego pestilentia eos, atque consumã,* quod factum fuisset, nisi Moyses orasset ad Dominum, vt dimitteret eis. Præterea *Nocte media percussit Dominus Aegyptum plaga magna, & interfecit omnem primogenitum in terra Aegypti à primogenitis Pharonis, qui sedebat in solio vsque ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere, & omnem primogenitum iumentorum.*

Marginalia: *Genes. 2.* — *Adam non est mortuus illa hora qua comedit, cur?* — *In expos. super Gen.* — *August. super Gen.* — *Genes. 5.* — *Vita antiquorum quomodo fuit longæua.* — 1 — 2 — 3 — 4 — 5 — *Mortis ferocitas intra peccantes.* — *Num. 2.* — *Pestilentia vnde.* — *Num. 14.* — *Exod. 12.*

Surre-

Surrexitque Pharao in nocte, & omnes serui eius,
omnesq; Aegyptij, & ortus est clamor magnus,
neque enim domus erat, in qua non iaceret mortu-
Leuit. 16. *us.* Deinde vbi dic. Dominus, *si nolueritis*
recipere disciplinam, & ambulaueritis ex aduer-
so, ego quoque contra vos incedam, & percutiam
vos septies propter peccata vestra, inducamq; super
vos gladium vltorem fœderis mei, cumq; fugeritis
in vrbes, immittam pestilentiam in medio vestri.
Adde. Percussit Dominus pestilentia
1. Reg. 2. Israel, vbi à Dauid vsque ad Bersabee,
& 2. Par. mille virorum sunt mortui. Accedit &
hoc ex comminatione, quam fecit Domi-
Ezech. 5. nus dic. *Ira nostra super vniuersum populum e-*
ius, gladius foris, pestis & fames intrinsecus, qui
in agro est, morte morietur, & qui in ciuitate, sub
pestilentia & fame consummabitur, scil. Iuxtà
Iustinianũ propter blasphemiã, & pec-
catũ cõtra naturã, fames fit, pestilentia,
& terræmotus In historia Ecclesiastica
scribitur, quod Maximinianus Impera-
tor ductus diabolico spiritu, fecit com-
ponere carmina, blasphemijs plena, cõ-
tra Christum & Sanctos, eaque scribi
mãdauit in tabulis, iussitq; per singulas
vrbes & villas & agros deferri, facie-
batq; ea cantare. Altissimus autem tan-
tum scelus inultum remanere noluit,
sed tanto rigore in populum blasphe-
mum pestilentiã misit, vt edendo & bi-
bendo morte morerẽtur. Ipse autẽ Ma-
ximianus dolore graui percussus, spiri-
tum exhalauit. In legenda sanctorum in
Pestilentia vnde. vita B. Gregor. refertur, quod propter
comessationes & luxurias Romanorum
cõmotus est Deus contra eos pestilẽtiã-
que magnam misit in illos, quæ angina
dicitur. Item cùm quis sternutabat, ex-
halabat spiritum, & cum quis aliquem
sternutantem audiebat, statim occur-
rens dicebat, *Deus te adiuuet.* Vnde vsque
nunc consuetudo hæc obseruatur. Cæ-
terum nota est historia Tertia, Feroci-
tas mortis est contra mundum. De cu-
ius potentia scriptura multæ loquun-
tur. *Omnes morimur, & quasi aqua dilabi-*
mur. Psalm. *Quis est qui viuet, & non videbit*
mortem? Omnia quæ de terra sunt, in terram re-
uertentur. Seneca ad Lucillium: *Eo ibo, quo* 2. Reg. 14.
omnes ibunt; quid tibi noui est? ad hanc le[gem] Eccles. 5.
natus es, hoc patri meo accidit, hoc matri, hoc ma-
ioribus, hoc omnibus ante te. Hieronymus Hieronym.
dic. *Xerxes ille potentissimus, qui subuertit mon-* ad Heliod.
tes, prostrauit maria, cùm de sublimi loco infini-
tam hominum multitudinem, & innumerabilem
vidisset exercitum, fleuisse dicitur eo, quod post
cẽtum annos nullus eorum, quos cernebat, superstu-
turus esset. O si possemus in tam altam
ascendere speculam, de qua vniuersam Mundi rui-
terram sub pedibus nostris cernere- na & exi-
mus, iam tibi ostenderem totius mun- nanitio.
di ruinam, gentes in bello ruentes, gen-
tibus regna collisa, alios torqueri, ali-
os necari, alios absorberi à fluctibus,
alios ad seruitutem trahi, hic nuptias,
hic planctum, illos nasci, illos mori, a-
lios affluere delitijs & diuitijs, alios
mendicare, & non solum Xerxis exer-
citum, sed totius mundi homines, qui
nunc viuunt, in spatio breui ostende-
rem morituros. Redeamus ad nos,
& quasi è cælo descendentes paulis-
per nostra videamus. Sentis ne obsecro
te, quando infans, quando puer, quan-
do senex factus sis, quotidie morimur,
quotidie commutamur, & tamen æter-
nos nos esse credimus. Hæc ille. Quid
igitur est vita humana, nisi quidam cur-
sus ad mortem? Augustinus dic. *Ex quo* Aug. 13. li.
enim in illo tempore moriturus esse cœpit, nun- de Ciu. Dei
quam in eo non agitur, vt mors non veniat, Moritur ho-
hoc enim agit mutabilitas eius, toto tempore vi- mo sensim.
tæ huius, si tamen vita dicenda est, vt venia-
tur in mortem. Nemo quippe est, qui non &
post annum sit, quam ante annum fuit, & cras
quam hodie, & hodie quam heri, & paulò post
quam nunc, & nunc quam ante paulò propin-
quior. Quoniam quicquid temporis viuetur,
de spatio viuendi dimittetur, & quotidie
fit minus, minusque præstat, vt omnino nihil
sit aliquid temporis vitæ huius, quàm cursus
ad mortem: & in fine huius: Qui vsque
ad mortem productiora spatia temporis agit, Mors non
non lentius pergit, sed plus itineris conficit. tardat.

Hæc ille. Omnibus ergo breuis est vita, mors autem vicina. *Memor esto, quoniam mors non tardet*: Attende *Mors non tardat*, ergò est in ianuis, *mors non tardat* ergo timeamus. *Mors non tardat*, ergo benefaciamus. Videte vbi sunt ab Adam producti vsque ad hæc tempora in toto mundo. Heu misera vita, mors omnes deuorauit. Hinc Bernardus: *Dic mihi vbi sunt amatores mundi, qui quando pauco tempore nobiscum fuerunt, vel manserunt, ex his nisi cineres & vermes: attende diligenter quid sunt, quid fuerunt, homines sicut tu comederunt, biberunt, riserunt, duxerunt in bonis dies suos & puncto autem ad infernum descenderunt. Hic caro eorum vermibus. Illic autem animæ eorum ignibus deputantur, donec rursum infœlici collegio colligati, sempiternis ignibus innoluantur, qui fuerunt socij in vitijs, erunt & in pœnis. Vna enim pœna implicat, quos vnus amor in crimine ligat: Quid profuit illis inanis gloria, breuis lætitia, mundi potentia, carnis voluptas, falsæ diuitiæ, magna familia, vbi risus, vbi iocus, vbi saltus, vbi iactantia, vbi arrogantia, vbi tanta lætitia, quanta tristitia. Post tantam lætitiam, tam grauis miseria. De illa exultatione & lætitia ceciderunt in magnam ruinam & in magna tormenta. Quod illis accidit, tibi quoque accidere potest, quia homo es, humus de humo, limus de limo: De terra es, & de terra eris, & in terrã reuerteris, quando dies veniet vltima, quæ subito veniet & forsitan hodie erit.* Hæc ille. Ergò benefacite, quia moriemini, quia hinc ad paucos annos etiam vos stabitis in sepulchro, & non poteritis resistere furori potentissimæ mortis. Secundum, De mortis incertitudine, ideò timenda. Incertitudo verò prima, est circa tempus, quia nullus est, qui sciat, quando sit moriturus. Hinc Sapiens: *Nescit homo finem suum, sed sicut capiuntur pisces hamo, & aues comprehenduntur laqueo. sic capiẽtur iniqui tempore malo.* Hic intelligitur tẽpus pro iniquis. Dum dicitur tẽpus mortis, arctantur viæ impiorum, qui equidẽ cùm sibi longam vitã, quam volunt firmiter considerare promittunt, decipiuntur. Quanti enim laborauerunt pro mundo sperantes, ibi recipere fructum laborum suorum, & perierũt ante tempus, quod sibi promiserunt. Seneca. *Omnis dies & omnis hora, quando non sumus in aliquo argumento detenti, admonet fragilitatis oblitos, cùm æterna meditãtes respicere cogat ad mortem, quid sibi illud principium redit.* Itaq; vigilate, vigilate, *quia nescitis neque diem neque horam.* Multi peste, bello, fame per vnã noctem, per vnam horam perierunt, subito casu & mirabili. nolite ergò vos falli, ne confundamini. Docet Tullius: *Frustra sperat adolescens se diu victurum, quid stultius, quàm incerta pro certis habere: quoniam etiam illa ætas multo plures casus, quàm senectus habet. Faciliùs enim adolescentes in morbos incidũt, grauius ægrotant, tristius curantur.* Hæc ille. Et Seneca. *Iuuenes habent mortẽ à tergo, senes autem ante.* O quot sunt, qui multa disponũt in tribus, vel in quatuor annis se facturos, qui ante annum moriũtur. Quot ædificãt domos & in eis non habitant, quot plantant vineas & vinũ nõ bibent, quot lucrantur pecunias & alij expendunt illas, quot cogitant facere magna & in breui finẽ reddituri, coram Deo cũ dolore maximo repræsentabuntur. Vigilate ergò. Secunda, Incertitudo propter locum. Nescit enim miser homo in quo loco mors eum sit inuasura. Vidimus namque viros variè mortuos. Magnum inter angustias mortis reputare solatium, cùm quis in domo parentum vel domesticorum in lectulo recubans naturę debitum soluit, sed homo nullus firmiter hoc credere potest. Alij patibulo, alij igne, alij palo, alij aliter mortui sunt & moriuntur. Omnes tales frustrati sunt à voto suo, quibus aliud quàm sperabant euenit. Seneca. *Incertum est quo loco mors te expectet, tu itaque eam in omni loco expectabis.* Iterum: *Erras, si in nauigatione tantum existimas, quòd in omni loco æquè tenue interuallum est. Non vbique mors se propè ostendit, vbique tamen*

Mors non tardat. *Ecc. 14.* *Bern. in l. medit.* *Mundi amatores oẽs perierunt.* *Mors incerta.* *Eccl. 2.* *Cic. in l. de Senect.* *Seneca.* *Sen. ad Lucil.*

Moriendi modus. prope est. Hæc ille. Tertia, de modo mortis, Benè nè, an malè. Et sic nihil est tam necessarium vnicuique, quàm bene mori. Vt autem quis moriatur bene, necesse est vt bene viuat: quia vix de mille millibus malè viuentibus benè moritur. *August.* & sic è contra. August. *Impossibile est malè viuere, & bene mori & sic è conuerso.* In agone quippe hoc timere deberent illi, quibus vita est dissoluta: Nam talibus in extremo constitutis, cum horribili & timore & tremore mors aduenit. Et nemo illos comitatur amplius, etiam ad sepulchrum, nisi solæ virtutes & vitia. *Innocentij dictum præclarum de moriente.* Ideò hæc Innocentius considerans, labilemque conditionem humanam, dic. Valete amici mei, & pro me orate. Iter enim extraneum pergo, quod nunquam ambulaui, ad regionem longinquam, quam nunquam vidi, & ad sæculum alterum animarum, vnde nullus reuersus est: ad mansiones metuendas, vbi nullus mihi compatietur: & ad iudicium terribile, vbi nescio quid mihi continget: Ecce quæro adiutorium, & non est qui me eripiat: quæro qui me in eas societ, & nullus me comitatur. De his tribus *Bernardus.* loquitur D. Bernard. *Certus es, O homo, quia morieris, sed omninò incertus, vbi, quomodo, & quando.* Vbi, in terra, in mari, domi an foris. Quomodo, an in statu pœnitentiæ, an in statu culpæ, morte subitanea, naturali an violenta. Quando, in hyeme, an æstate, in iuuentute, an senectute, hodie an cras. O quàm dura erit memoria actionum malarum. Seruemus ergò *Gal. 6.* regulam Pauli: *Dum tempus habemus, operemur bonum, veniet namque nox,* sc. mors, *quando nemo poterit vel benè, vel malè operari.* Ter-*Mortis crudelitas.*tia, de mortis crudelitate. Expoliat enim mors crudeliter mundi amatores, & ducit ipsos ad infernum. Primò, spoliat mors mundana pompa & gloria, in quibus multi ponunt spem suam, cùm in extrema necessitate vel hora laborant, isti tales percipere possunt, quàm *Isa. 40.* verum sit illud Isaiæ: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius, quasi flos agri: & siccatum est fœnum, & cecidit flos.* & Iacobus: *Exortus est* *Iac. 1.* *sol cum ardore, & arefecit fœnum, & cecidit flos eius, & decor vultus eius deperijt.* Quid enim portant de gloria sua principes terræ, & omnes magnifici? quid de honore, quem eis homines deferebant? quid de comitiua magnorum? quid de timore, quem erga eos subditi & famuli habuerunt? Omnia derelinquerunt, & in morte derelinquunt. *Principes terræ nil portant secum de gloria sua.* Idcircò legitur de Alexandro magno, quod cùm mortuus esset, venerunt septem Philosophi ad eius palatium, & vnus illorum dixit: *O Alexander, heri dominabaris toti mundo, & hodie tu 7. pedes terræ mors tibi dominatur.* *Philosophorum septem de Alexand. mortuo.* Secundus, *O Alexander, heri non sufficiebat tibi totus mundus, hodie sufficiunt tibi duæ vlnæ terræ.* Tertius, *O Alexander, heri habebas comitiuam dominorum, regum & principum, ducum & famulorum: & hodie solus iaces in sepulchro.* Quartus, *O Alexander, heri vocem tuam omnes timebant, hodie te nullus mortuum timet.* Quintus, *O Alexander, heri omnes vocem tuam audiebant, hodie deuictus morte, iaces in sepulchro, & non vales loqui.* Sextus, *O Alexander, heri tot regna habebas in potestate tua, hodie te tenet mors in sua potestate.* Septimus, *O Alexander, heri comedebas tot cibaria delicata, hodie factus est esca & cibus vermium.* Ecce quàm crudelis mors, & spoliatrix: Vnde considerans hæc August. dic. *O vita fallax & vmbratica, plena laqueis multis. Nunc gaudeo, sæpe tristor, nunc vigeo, sæpè infirmor,* &c. Hæc sententia alibi ponitur ex toto. Et sic mors tot modis vitam finire compellit. Super hæc omnia magna est miseria eius, cùm nihil sit morte certius, nihil hora mortis incertius, ignoratque homo finem suum, cùm stare se putat, perit spes eius, & tamen nescit, quomodo, quando, vbi, & tamen certus est, quòd eum mori oporteat. Secundum bonum, quo mors priuat, est rerum temporalium abundantia. Nihil enim de suis diuitijs reportant diuites, sed omnia remanent, domus, possessiones, aurum, argentum, indumenta, the- *Mors priuat bonorũ temporaliũ abundantia.*

sauri: At cuius hæc erunt posteà? Fortè illius, qui fuit inimicissimus, qui nec *De profundis*, nec Missam pro te faciet legi, qui te mortuum adhuc damnabit, & inferno te cruciari volet. Iob. *Diues cùm obdormierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet.* Et Psalm. *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Hoc intelligens Saladinus, magnus inter Sarracenos, Rex multorum Regnorum, appropinquans morti, sudarium, quo post mortem induendus erat, sibi portari fecit, demum per ciuitatem ipsum ostendẽdo ab omnibus clamari fecit: Tantũ portat de rebus suis Rex Saladinus potentissimus & magnus. Diuitiæ enim vel veniunt de vitijs, vel agunt de vitijs. Faciunt enim mentem esurire: nam si amantur, nunquam satiant cor humanum, sed vt hydropicus aquam, vt canis appetit cibum, ita talis diues pecuniam. Seneca: *Diues est, non qui magis habet, sed qui minus cupit.* Ideò tales non sunt propriè diuites. Sufficientia enim diuites facit. Apoc. 3. *Dicis, quod diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, pauper, cæcus & nudus.* Christus autem cùm *diues esset, factus est egenus.* Diuitiæ faciunt superbire. August. *Difficile est vt superbus non sit, qui diues est. Tolle superbiam, diuitiæ non nocebunt.* Diuitiæ faciunt lites, propter illas homines à latronibus impetuntur, à latronibus occiduntur, à principibus inuaduntũr. Vnde Hieronym. Auarus nihil aliud est, quàm arca principum, bursa latronum, sibilus ouium. Ideò Genes. 13. *Loth & Abraham diues erant, & non poterant habitare simul.* Diuitiæ faciunt laborem subiri, quia diues nunquam est in quiete. Semper laborat vel in acquirendo, vel vigilat in conseruando, aut timet in amittendo. Hinc Sapiens: *Saturitas diuitis non sinit dormire eum.* Et in Euangelio, Spinis comparantur, quod puncturam & sollicitudinem introducant. Diuitiæ faciunt negari cœlum, vel non audiri. Diues difficilè intrabit in regnum cœlorum. Diuitiæ enim illis sunt hic pro pretio, vel solatio, pro paradiso, pro portione, pro successione, pro præmio. Hinc Sapiens: *Hæc est pars eius & omni homini, cui Deus dedit diuitias & substantiam.* Diuitiæ faciunt, quod Deus non timeatur. Amor enim diuitiarum tollit de corde hominis timorem Dei & amorem. Venenum enim aspidis facit hominem obdormire, & postea interire: sic diuitiæ. & sic de diuite epulone, qui Lazari noluit misereri, & de altero cui dicitur, *Stulte hac nocte.* Diuites, vt vno verbo dicam, inflantur superbia, turbantur tristitia, inficiuntur luxuria, torquentur inuidia, discordia rumpuntur, lasciuia diffluũt, replentur iniustitia & iniquitate, iactãtia efferuntur, fallacijs & mendacijs vtuntur, angustiæ sollicitudinibus vexantur, auaritiæ ardore inflammantur. Flamma enim diuitis nihil aliud est, quàm desiderium acquirendi, quod est auaritia, non satiantur sufficientia, spoliantur substãtia à latronib. ignorantia excæcãtur, quia Zachæus nõ poterat videre Iesum. a delitijs paradisi excluduntur, & in inferno sepeliuntur. Tertium bonum, quo mors priuat, est corporis voluptas. Nam in morte omnia indumenta, esculenta, poculenta, musica, ioci, ludi & reliqua deficiunt, imo exanime corpus cadauer faciunt, eius oculi non videbunt lumen, facies fit pallida, manus nil possunt tangere, nec pedes ambulare, &c. *O mors quàm amarum est iudicium tuum.* Diogenes de Cæsare sic ait: *Intuitus sum, vt viderem cadauer Cæsaris, & vidi eum liuido colore coloratum, putredine circundatum, aluum eius diruptum, & vermium cateruas per illud discurrentes: duo famelici pascebantur in foueis oculorum, crines non adhærebant capiti, dentes patebant labijs cõsumptis. Et dixi: Vbi est Cæsarearum chorus puellarum, magnitudo diuitiarum, caterua baronum, acies militum, &c. Et respondit mihi. Hæc omnia defecerunt in me, quando*

Marginalia: Iob 25. — Saladini regis historia morientis. — 2. Cor. 8. — Aug. serm. 29. — Hieron. — Gen. 13. — Diuitiarũ contemptus — Eccl. 5. — Luc. 8. — Matth. 19. — Eccl. 5. — Amor diuitiarũ valdè perniciosus. — Luc. 16. — Luc. 12. — Mors priuat corporis voluptate. — Diogenes de Cæsare loquitur.

quando defecit spiritus meus, & reliquerunt me in hoc misero seculo, vt consumar in putredine carnis meæ. Audiant ergò vniuersi mortales, quia in hoc mundo nihil est bonum nisi amare Deum, Deum timere, & in eo totam spem suam ponere, in quo sunt thesauri abscōditi. Reliqua nec possunt defendere à morte, nec ex eius furore. Ergò anima reuertere ad Dominū Deū tuum, & considera, quia in hoc mundo misero nulla est vera salus, nulla requies, nulla spes. In ipso ergo Deo omnem fœlicitatem tuam pone, & ei mundo corde & corpore seruire stude, vt euadere possis mortem sempiternam, ac acquirere gloriam æternam. Amen.

De memoria mortis.

Libera me Domine de morte æterna. Canit Ecclesia.

QVemadmodum nauta dirigere volens nauem ad viam portus, ponit se in puppi. Sic Ecclesia sancta dirigere nos cupiens in viam salutis, proponit
Ioan. 1. nobis Euangelium illud Ioan. *Tu quis es?*
Mors dirigit vias nostras. In quo tractatur de aduentu hominis ad mortem, quia mors est profectò, quę dirigit vias nostras. nam homo considerans finem, regit se circa ea quæ sunt ad finem. Ideò docet nos Dominus noster in Euágelio Ioan. vt dirigamus vias no-
Mortis consideratio multas vtilitates habet. stras, *Dirigite vias vestras.* Qui enim considerat, qualis erit in morte, semper erit pauidus in consideratione. Et pene se mortuum existimat, qui se moriturum non ignorat. Hinc poterit sibi cauere à
Simile. peccatis: nam quemadmodum latro iudicis sentētiam timet, sic vitia mortem.
Simile. Et sicut equus cauda se defendit à muscis, sic homo mortis consideratione à
Hieron. peccatis. Hinc Hieron. ad Cyprian. *Memēto mortis tuæ, & nō peccab.* Rursum mortis consideratio omnia terrena inducit hominem paruipendere. Hinc Hier. *Facilè contēnit omnia, qui se semper cogitat moriturum.* Et iterum in epist. ad Cyprian. *Qui se* *Hieron. ep. ad Cyprian.*
cogitat moriturum, contemnit præsentia, & ad futura festinat. Cùm mors nihil aliud sit, quā exitus de carcere, finis exilij, laboris cōsummatio, ad portum applicatio, omnium ægritudinū terminatio, omnium periculorum euasio, omnium malorum consumptio, omnium vinculorū disruptio, debiti naturæ solutio, reditus in patriam, ingressus ad gloriam. Hinc Psal. *Psalm. 115.*
Preciosa in conspectu Domini mors sanctorū eius. *Eccl. 7.*
Et alibi: *Melior est dies mortis, quàm natiuitatis.* quia iustus dies mortis, est egressus de præsenti miseria, dies natiuitatis est ingressus in illam. *Mortis dies cur melior.* Vel melior est dies mortis, quàm natiuitatis, id est, certior, quia in morte patet qualis fuerit homo qui moritur, sed in natiuitate nescitur qualis erit qui nascitur. Prodest etiam consideratio mortis ad moderādam lætitiā. Vnde in Eccles. habetur, quòd *melius est ire ad domū luctus,* id est, vbi lugetur *Eccles. 7.*
mortuus vel infirmus, vbi sc. ostenditur miseria fragilitatis nostræ in præsenti cadauere, *quàm ad domum conuiuij,* vbi fiunt conuiuia nuptiarum. *In illa enim,* id est, domo luctus, *finis cunctorum admonetur hominum,* id est, ad memoriam reducitur communis conditio fragilitatis humanæ, & mortis necessitas, *& viuens cogitat quid futurum sit.* Quare ideò fiunt Epitaphia, vt quilibet mortem suam in aliena morte consideret, & quasi lugens di- *Epitaphia quare fiāt.*
cat: *Quod sumus, iste fuit.* Erimus quando *Eccles. 38.*
que quod hic est. Et hoc est quod legi- *Eccles. 6.*
tur: *Memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum. Mihi heri, & tibi hodie.* Quare inquit etiam Ecclesiastes: *Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis,* scilicet mortis amaræ, de qua dicitur, *O mors quam amara est memo-* *Eccles. 41.*
ria tua homini, scilicet iniusto, hoc est

Mors amara quinque hominum generibus. est infidelibus diuitibus, otiosis, fortunatis & sanis. Infidelibus, quia de futura vita diffidunt. Diuitibus verò, quia diuitias suas histrionibus ejciunt. Otiosis autem, quia de suis meritis non cõfidunt. Sed fortunatis, quia fortunam suam citò cõspiciunt. Sanis autem, quia infirmari & mori oportet. *Mors vtilis* Vtilis etiam magnopere est ad cõculcandam superbiam. nam sicut pauo, qui suam pulchritudinem videtur extensis pennis ostentare, dum inter hæc pedum deformitatem conspicit, plurimum erubescit, & suæ pulchritudinis oblitus, cum clamore maximo caudam deprimit, & deponit. Sic si homo deformitatem suam respicit, & præsentem, & præteritam, & futuram, mox omnem elationem & superbiam dejcit. *August.* Hinc August. *Reuertere ad te ipsum, O homo; memorare, quod fuisti sperma liquidum, modo es vas stercorum, atque in futurum eris cibus vermium.* Hæc sunt nouissima, quæ cogitare debes, *quòd cinis es, & in puluerem reuerteris.* *Pes est mors hominis.* Quid est enim pes, quo mediante homo terram tãgit, nisi mors hominis, per quam homo ad terram redit? *Genes. 3.* Vnde Ecclesia sancta ad dejciendam superbiam, & acquirendam humilitatem, in principio quadragesimæ capitibus fidelium cineres imponens, dicit: *Cinis in capite ponitur* *Memento quia cinis es, & in cinerem reuerteris.* Homo enim cinerem se existimare debet, & quo ad animam, & quoad corpus. Quòd corpus redigatur in cinerem, certum est. Sic etiam impius quoad animam dicitur etiam cinis, quia vt cinis ratione sui, vilis est, etsi materia, ex qua facta est, sit pretiosa: Sic in statu peccati existens homo, vilissimus est, respectu tamen status ante peccatum, pretiosus. *Psalm. 14.* Vnde Psalm. *Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus.* Cinis etiam modico flatui resistere haud potest, quin dispergatur, sic impius. Vnde Psal. *Psal. 1.* *Non sic impij, non sic: sed tanquam puluis,* &c. Insuper maiorum memoria comparatur cineri, quæ facile rapitur à vento. Præterea cinis ad statum materię, ex qua factus est, propria virtute redire non potest: Ita nec peccator ad statum gratiæ, nisi sola Dei virtute. Cinerem igitur & pulverem quilibet existimare se debet, *Homo cinis & qui de nihilo potest gloriari.* qui calcare superbiam & amplecti humilitatem appetit. Non enim potest de fortitudine gloriari, qui post modicum infirmatur, & deficit. Non de generis nobilitate, quia sicut nascendi omnium vna conditio, sic moriendi vna conclusio. Non de diuitijs, nam a regula mortis diuitibus non parcitur. *Iob 1.* Ipsis enim potiùs insidiæ sunt, quam amicitię: quia pauper ferè nunquam occidi quæritur, diuiti vero semper insidiatur. Memorare igitur quicunque Christifidelis, qui appetis contemnere mundum, eiusque diuitias, quia sicut nudus egressus es ex vtero matris, ita nudus eo reuerteris. Memorare mortem, si castigare cupis corpus tuum, quia corpus delicate nutritum, vermibus esca datur. Tandem si facilè vis omnia contemnere, cogita semper te esse moriturum. Nam Platonis est sententia, omnem sapientium vitam meditationem esse mortis. *Plato.* Hinc in histor. Rom. legitur, quòd post coronationem Impera. antequam imperarent, ingrediebantur ad eos ædificatores sepulchrorum, ferentes quatuor genera marmorum vniuersorum, & coram cũctis Principibus Imperatori dicebãt: *De quo genere marmorum tuum iubes fieri sepulchrum?* vt insinuarent, quòd mortem obliuioni non traderet, & imperium cum clementia gubernaret. *Exemplum* Sic quidam scholaris, qui cuiusdam religiosi precibus victus, vt saltem sibi tria de Domino verba diceret, dixit religiosus, *Subter te sternitur tinea.* &c. *Isaias 14.* Hæc cogita, qui non valens post religiosi discessum, verba illa obliuioni tradere, tandem omnibus cõtemptis ad religionem conuolauit. Cùm ergò tanta sit mortis vtilitas, vigilemus existentes parati ad diem tertium. *Exodi 19. Matth. 24.* Primus dies est nostræ Natiuitatis, secundus

dus nostræ conuersionis, tertius dies mortis. Nescimus enim qua hora Dominus noster venturus sit. Vnde Bernar. *Certum est, quòd morieris, incertum vero quomodo, aut quando, aut vbi, quoniam vbique te mors expectat, tu quoque si sapiens es, vbique eam expectabis.* Quare vigilemus fratres, & singulis diebus nostram côscientiam examinantes interrogemus. *Tu qui es?* Nam si nos vigilantes inuenerit vltimus dies vitæ nostræ vtique cum sapientibus virginibus, intrabimus in thalamum Domini, quod Dominus sua gratia concedat. Amen.

Bernard.

De mortis memoriæ vtilitate.

Nihil sic reuocat hominem à peccato, quemadmodum mortis meditatio. August. l. 2. contra Manichæum.

TV vide statuam percussam à lapide, qui factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. Iam recordare eorum omnium, qui fuerunt in mundo, sicut nunc tu, qui percussi fuerunt à lapide illo, sc. monte, facti sunt puluis & cinis, & in sepulchrum absconditi, & obliuisceris omnis superbiæ, libidinis & concupiscentiæ, &c. Eccl. 7. *Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij, in illa enim finis cunctorum hominum admonetur, & viuens cogitat, quid futurum sit.* Et verè quantumuis sit aliquis impius, si quem audit in domo plorantem mortuum, ille commouetur & turbatur, seque peccatorem agnoscit, & moriendum esse, & tunc mors in illo defuncto repræsentat abominationem peccati, tanquam filia, a qua & procedit. *Per peccatum mors intrauit in mundum.* Et sic argumentâtur secum, si mors filia peccati ita deformis & execrabilis, quanto deformius debet esse peccatum, mater mortis? Si mors tanquam filia & similitudo peccati, ita turpes facit & abominabiles quos enecat, vt pallescant, macrescant, oculos habeant profundos, nigras nares, labia turpia & confracta, quanto magis peccatum turpem facit animam, informem & abiectam, quam & occidit. Peccator ergò, qui aliàs non intelligit, quid sit mori, nec recogitat peccati turpitudinem & vilitatem, mediante mœrore & lachrymis, quæ fiunt propter defunctũ, quem & ipse conspicit, considerat mortem, peccati malignitatem & damnum quod fit animæ. Hinc contritio & dolor de peccatis, conuersio & vera pœnitentia oritur, quæ culpam omnem iugulat. Propterea optimè Chrysost. dic. *A culpa natæ sunt duæ filiæ, tristitia & mors: quæ duæ filiæ hanc pessimam matrem destruunt.* Hæc ille. Istæ duæ filiæ sunt sicut vermes, qui lignum vnde nati sunt, corrodunt. Quia & peccatum & culpam consumunt, a quibus veniunt, dum homo dolet de peccato & causa mortis, incipit peccatum fugere, & mediante pœnitentia cupit ea exterminare. Ita Paulus ad Corinthios dic. *Tristitia enim quæ secundùm Deum tristitia est, pœnitentiam in salute stabilem operatur.* Videtis quomodo tristitia orta propter peccatum, peccatum occidit, & mors peccatum, quia memoria mortis saluberrima est ad peccati detestationem & fugam, vti ex allegatis S. Augustini verbis comprobatur. Hinc ait Chrysost. rectè: *Quæ duæ filiæ hanc matrem pessimam destruunt.* Viperæ maternum ventrem corrodunt, & occidunt matrem, quomodo ergò mirum, si tristitia & mors matrem suam culpam, cum patre Peccato iugulant? et si viperarum venenum præparatum fit theriaca, quæ valet contra morsum serpentum, quanto magis ex illa tristitia & morte fit medicina contra peccatum & illius morsum? Lactantius Fir-

Domus luctus quæ bona hominibus confert

Argumentũ à morte ad peccatum.

Chrysost.

A culpa natæ sunt duæ filiæ, tristitia & mors.

Chrysost.

Simile.

Firmianus docet etiam cinerē combustarum viperarum esse remedium cōtra morsum serpentum: ita culpa & peccatum sunt valde noxia, & plus quam vipera, quæ mordent animam, vt sunt concupiscentiæ carnis, ambitio, superbia, ira, inuidia, accidia, gula & alia. remedium autem est cinis illorum culpæ & peccati, quæ sunt in homine mortuo. Vos iuuenes recordemini iuuenū mortuorum, senes senum, viri virorum, mulieres mulierum, &c. & sanabimini à morsu peccati. Bernard. in medit. *Attende quid sunt amatores mundi, qui pauca tempora nobiscum erant, & quid fuerunt? Homines fuerunt, sicut & tu, comederunt & biberunt, riserunt, duxerunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descenderunt. Hic caro eorum vermibus, illic anima eorum ignibus deputatur sempiternis.* Hæc ille. Videte iam statuam illā, lapidem illum, qui factus est mons magnus, & tam innumeros homines in puluerem conuertit. *Melius est ire ad domum luctus.* In conuiuijs quid habet consolationis vel confortationis anima? Vide per omnia quæ ibi fiunt, nulla aut exigua fit tam Dei quàm mortis recordatio. Eccl. 7. *Cor sapientum, vbi tristitia est: cor stultorum, vbi lætitia.* Ægyptij morem habuerunt notabilē, qui in principio conuiuij ex ligno efformatum mortui caput apportarunt, quod per totum conuiuium mansit spectandum, vt honestatis non obliuiscerentur. Hoc caput erat primum ferculum, sal, aromata, quibus alia condiebant, & illud, videte statuam percussam à lapide, quibus est lumen fidei & gratia Dei copiosior, quos pudere deberet in honestatis & rerum obscœnarum luxus, &c. *Melius est ire ad domum luctus.* Aristoteles in l. suo mirabilium dicit inueniri duos fontes, quorū alter potus facit hominem nimium ridere & mori, si autem alter statim bibitur, & risum & mortem impedit. Vnus fons, Auditores, spiritualis est obliuio mortis, alter memoria mortis. Si bibitis ex primo, estis sine Deo, sine conscientia, sine honestate, sine omni quod bonum est, sine curis spiritualibus, saltatis, luditis, bibitis, & ad vltimum morimini morte æterna. Fœliciores, si ex altero hauritis potum vestrum, & gaudium in luctum conuertitis. Nabuchodonosor vt Hebræos ad Idololatriā prouocaret, & cultū statuę suę adorarēt, neque scirēt quid facerēt, non aliud excogitauit, quā proponere maiestatē suam potentissimam, propterea primo omnia instrumenta Musica fecit adhiberi, postea adorationem. Dan. 3. *Cùm audieritis sonitum tubæ & cytharæ, & sambucæ, & psalterij, & symphoniæ, & vniuersi generis musicorum, cadentes adorate statuam auream:* sciuit optime homines mundanis gaudijs demētari, vt non cogitarent quantum esset peccatum Idololatria & cultus diabolici: volupcates mundanæ ad quamuis impietatem ducunt mortales: *Melius est ire ad domū luctus.* In omni loco, vbi mortuus deploratur, fit memoria mortis & finis huius miseræ vitæ, quomodo huic vel illi successerit vel euenerit, quid illi Ecclesia dixit: *Quid sum miser tunc dicturus, quem patronum rogaturus, dum vix iustus sit securus.* Quocirca vti Hieron. dic. ad Heliodorum: *Nihil æque tibi proficit ad temperantiam omnium rerum quàm cogitatio breuis æui, & huius incerti, qui quid facis, respice mortem.* Idem: *Facilè contemnit omnia, qui semper cogitat se esse moriturum.* Quapropter ex multiplici consideratione mortis facilè deprehendimus insidias mundi, carnis & diaboli. Primo, quod in morte oporteat nos relinquere omnes mundi diuitias & delicias, quibus vel bene, vel malè vtimini. Secundo, quod caro cum omnibus suis voluptatibus postremum fœteat abominabiliter, & esca fiat vermibus, quodq; ratio reddēda sit, quomodo quisque hic vixerit. Tertio, quod omnia quę diabolus suggerit ex illis vanitatibus hominum, sint fumus & vmbra. Videte statuam percussam, &c. Testimonia et sacra

Viperarum cinis combustus valet contra morsum serpentum.

Bernardus.

Fontes duo diuersi.

Idololatriæ tantum vel prouocatio.

Hieron. ad Heliodo. 1.

Insidiæ mundi, carnis et diaboli deprehenduntur.

1.

2.

3.

era scriptura, si petuntur, quamuis res ipsa per se clara est, ecce Elias cùm staret cogitabundus sub porta speluncæ, in quodam placido vento vidit Deum, qui locutus est ei, & informationem dedit, dicens: *Vade, & reuertere in viam tuam per desertum in Damascum, cùmque perueneris illuc, vnges Hazaël Regem super Syriam, & Iehu super Israel, & Heliseum vnges in Prophetam.* Elias, quem vides interpretatur, id est, qui creatus est vt videret. August. *Deus fecit hominem vt bonum longum intelligeret.* Ille debet stare sub porta, hoc est apud sepulchrû, & considerare ibidem mortem & finem suum, quem aperiet & inspirabit illi Deus. Iste est finis noster, & omnium mortalium, quare non debes esse solicitus de rebus transitorijs. Via autem propria hominis est via mandatorum, quam Dauid cucurrit. Psalm 118. Desertum, est pœnitētia. Damascus est gratia Dei vel succus sanguinis Christi. Ergò mortalis homo quid hic stas in profundo peccati, reuertere, quia oportet vel hodie, vel cras in idem sepulchrum descendere, & si infœlix morieris, infœlix eris in æternum. Reuertere, vt gratiā Dei accipias per merita passionis & sanguinis Christi. Tres illi, qui vngendi erant, significant tres virtutes animæ, scilicet intellectum, liberam voluntatem & memoriam. Quando homo facit, quod per inspirationē cognoscit, anima fit regina, & dominatur concupiscentijs, fit prophetissa, quia scit quæ facere, quæ relinquere debeat. Ista cōsideratio mortis tollit inutiles cogitationes de rebus mundanis susceptas, fugat peccata & impedit, ne homo cadat in profundum inferni. Qui ambulat in niue, accipit disgregationē visus, ita vt nihil videat, si quam domum intrat, cadit citiùs, vel quid aliud experitur, donec sub porta stet aliquandiu, vt concepta illa albedo paulatim abeat. Nix est omnis mundi vanitas, & resoluitur per ventum Septentrionalem: sic omnis mundi fœlicitas per leues tribulationes, & per cogitationem noctis æternæ, seu mortis. Grego. in moralibus: [Homines carnales rebus transitorijs occupati ad iudicium trahuntur per sententiam, & tamen habendis rebus adhęrent per curam. Dura etenim menti ad esse mors non creditur, etiam cum sentitur.] Hæc ille. Sub spelunca ergò mortem tuam cogita: *Memento nouissima tua, & non peccabis. Qui se cum moriturum cogitat moriturum, contemnit præsentia, & ad futura festinat.* Eccl. 5. *Diues cùm dormierit, nihil secum auferet.* 4. Esd. 14. dicit angelus Prophetæ: *Vententia mihi flatum venti.* Mors enim nihil aliud est, quàm ventulus & paruum suspirium. Quando hodie saturatus es ferculis opimis, cras terra satiaberis. Hodie vestieris splendidè, cras terra. Hodie angusta sunt tibi palatia, cras sufficiet tibi vrna exigua. *A portate ossa mea vobiscum de loco isto,* dicebat Ioseph suis ex Aegypto migraturis, & sub iuramento hoc in se recipiebant. Vt haberent memoriam mortis, & dicerent: *Hic tam potens erat, & ecce ossa tantùm nunc denudata.* Hæc erat etiam ratio S. Pauli docētis: *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem Domini bibetis, mortem Domini annunciabitis, donec veniat.* In cogitatione mortis Dominicæ, etiam nostram mortem perpendemus. Si ille mortuus est, ergò quomodo a morte nostra liberi erimus? Qui pro brauio certant, solent prius equos suos in illo exercere, vt securiores currant, & velociores vincant: Nos sumus milites Christi, certamus pro gloria cœlesti, locus ad quem est mors, illum oportet sæpè meditari, vt fœliciter attingamus cum Paulo, 2. Tim. 4. *Cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex.* Et hic sæpè illud spatium reiterauit, dic. *Cupio dissolui,* Philip. primo, *& esse cum Christo.* Et Iob decimoseptimo, *Solum mihi superest sepulchrum.* Hinc Seneca: [Mortem venientem nemo hilaris excipit, nisi qui se ad illam diu composuerit.]

August.

Simile de niue.

Gregor.

Seneca.

Ambros. Defunctus noster sciebat hæc omnia, & exercebat, memor erat illius, quod S. Ambrosius scribit: *Si basiliscus aliquem prius videt, illum enecat, enecatur ab homine, si ab illo prius visus fuerit*, ideò sciens mortem peccatorum pessimam. Psalm. 33. prius benè mortem contemplatus est, ne mors illum præoccuparet, & ideò quia cursum suum fœliciter cõsummauit, speramus piè, quòd brauiũ in cælis emeritum iam sit consecutus, ad quod vos adhuc ille & omnes cælici ciues hortantur & expectant.

De laude mortis, & quod soluat debita naturæ.

Laudaui magis mortuos quàm viuos. Eccl. 4.

Consuetudo antiquorũ laudes defuncti personantium. Consuetudo antiqua est laudare mortuos. Post vltimam cõclamationem dicit Alexander ab Alexandro, tibicine præcedente, qui næniam funebrem, qua laudes defuncti & facta recensebat, tamen pudorem, integritatẽ & fidem non saltabundus vt olim, sed stans Phrygio modulo caneret, funus procedebat. Næniaquid Nænia autem carmen lugubre est, quod in mortuos cantabatur, quod nunc Epitaphium appellatur, à Simonide Græco poeta Lyrico institutum. Epitaphiũ Simonides Poeta inuenit. Is enim modus ad mœrorem erat accõmodatior, quod ideò institutum ferunt, quasi in illas æternas amœnitates, ac in sedes & concilia piorum post funera recepti videantur: tametsi multi hoc funeris solenne, omnemque pompam apparatumq; prætermitti iusserint. Præficæ quales mulieres. Præficæ erant mulieres apud veteres, quæ adhiberi solebant funeri mercede conductæ, vt & flerent, & fortia facta laudarent. Has nænias Græcis sæpe in luctu decantari inuenimus, qui apio coronati mimi defuncti laudes recensere carmine, quod Talemo vocant, & res memoratu dignas claro præconio celebrare assuerant. Talemon, carmen funebre. Senatoribus verò & patritijs, atq; summis ducibus tuba, minoribus & plebeijs exquiali tibia canebant Siticines. Siticines. Dumque effertur funus, insignia honorum, quos gessisset, vt fasces, secures, lictores, trabeaque & dona militaria, coronasque omnis generis, quas in vita meruisset, vexilla atque vrbium dona & legionũ, spoliaque hostium ac munera, quæ quis daturus erat, expressosque cera vultus, & decora maiorum, totiusque familiæ longo ordine simulachra, & gentile stemma præferebant ab vltima origine, quanto cum apparatu poterant. Insignia officij portato. Quare C. Cæsar in amitæ funere, Marij statuas pro decore familiæ detulisse fertur. C. Cæsar. Et Tiberius in Drusi funere originem Iuliæ gentis, AEneam, omnesque Albanorum reges, Romulum & Appium clausum, cæterasq; Appiorum effigies, longo ordine produxit. Tiberius. Funebremque laudationem optimates & grãdes natu, aut proximi necessarij in honore positi, de laudibus defuncti habere, ac solẽni laudatione illius facta dictaque, ac totius vitæ cursum, maiorumque laudes recensere consueuerant. Funebrem laudationẽ qui habuerunt. Primus enim Valerius Publicola, mortuo Bruto, supremas illius laudes accurata oratione prosecutus fuit. Valerius Publicola primus funebris Orator. Inde institutum, vt clarorum virorum in funeribus solẽnis esset laudatio. Nam & Appij decemuiri defuncti laudationẽ secutis temporib. plebs æquis auribus audiuit. Et Scipionem in funere supremo, vt hominem diuinum Maximus commendauit. Scipio. Fuitque in vsu apud Ægyptios, Rege defuncto, antequam iusta dentur, per sacerdotem, qui proximam tenebat dignitatem, omnem vitæ seriem & ipsius dicta factaque, & an fuerit fortissimè præliatus, an vero segnis, & deses, ex alto suggestu, in maximo conuentu Aegyptiorũ mos.

ucnrū

uentu perlegi & recenseri, & si vitia præualebant, funeris honore priuari, atque in sepulchrũ cadauer abijci. Si verò virtutes præcellerent, omni honore cumulari, vnguentis deliniri & laudibus celebrari. Reliquos verò cuiusque sortis homines, ita laudari vt sine vlla opum fortunarumve mentione, solam religionem, iustitiam pietatemq; commendarent. Apud Indos verò per multa sæcula viguit mos, vt cũ moritur quispiam pro foribus domus, Magistratus cui hoc munus impendebat, anteactam vitam moresque describit, vt vitia laudesque innotescant omnibus & palam fiant. Ferturque Fabius Maximus præ cæteris vnus, qui in funere filij intestino dolore affectus, oratione non infracta laudes ipsius ad populum magno spiritu disseruit. Quod à Græcis simile quiddam accepimus, vt defuncti laudes solemni oratione & longè petito proœmio prosequantur. Proditurque primus Pericles fuisse, qui carmine, & laudibus eos qui in bello Peloponnesiaco, pro patria occubuerant prosecutus fuit. Alij verò Solonem Græcis funebrem orationem primum inuenisse ferunt. Et quamuis à principio virorum tantùm gesta, nec mulieres laudare cõsueſſent: quia tamen Camilli tempore collatum aurum, vt se populus Romanus à Gallis redimeret, dederunt, cautum fuit vt in earum funeribus, sicut in virorum laudatio solennis esset. Hinc per Ecclesiasticũ Spiritus sanctus dixit: *Laudaui magis mortuos*, quod & hodie in defuncti nostri laudem facimus. Psalm. 115. *pretiosa in conspectu Domini, mors sanctorum eius.* Apocal. 14. *Beati qui in Domino moriuntur.* & Christus Luc. 7. *Noli flere.* Vita in statu innocentiæ erat optima. Sed in statu peccati prout nunc est, est misera & plena angustijs. Adam non fuit punitus propter transgressionem legis rigore iustitiæ, sed misericordiæ amore, dum immortalitaté ab eo accepit, ne in æternum tãtos cruciatus & calamitates pateretur, propterea in eiectione ipsius à paradiso dixit ei, quod hæc vita breui tempore sit duratura, quam mors tandem concludet. Miseria autem vna est. Genes. 3. *Maledicta terra in opere tuo; spinas & tribulos germinabit tibi, in sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Et addit quamdiu, *Donec reuertaris in terram*, &c. Si consideratis mortem prout ex peccato venit, est amara & horrida. Si verò iuxta gratiam Dei, quod per illum nos liberat ab omni malo, iucunda est & delectabilis. Cicero in suis Tusc. *Mors est portus malorum, perfugium ærumnosæ vitæ, effugium miseriarum.* Prima mors non erat bona, ideò nec à Deo creata sc. in statu gratiæ, sed altera melior est quam vita, quæ à Deo non effectiuè, aut causaliter, sed permissiuè vel occasionaliter est, ideoque dum tantum quatuor homines essent in mundo Adam, Eua, Cain, Abel; Charissimum, pijssimum & innocentissimum Abel voluit mori, vt indicaret mortem post peccatum non esse rẽ malam. Ideò Augustinus: Vocantur ante tempus boni, ne diutius vexentur à noxijs. Et Chrysostomus. *Mors est murus necessarium natura iam corruptæ, quæ nõ est fugienda, sed potius amplectenda.* Æschylus Poeta: *Mors fœlicior & gloriosior est, quam vita.* Propterea Christus fleuit ad sepulchrum Lazari dilecti, quod ad vitã reuocare deberet, cùm mors illi esset vtilior, Herodoto authore & alijs, Argiæ sacerdotis, Cleobis & Biton filij prædicantur. Cũ enim illam ad solenne sacrificium curru vehi iussisset, satis longè ab oppido ad fanum, morarenturque iumenta, tũc iuuenes ij, veste posita oleo corpora perunxerunt, ad iugum accesserunt. Ita sacerdos aduecta in fanum, cùm currus esset ductus à filijs, precata Deum dicitur, vt illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari possit à Deo. Post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse, manè inuentos esse mortuos. Simili precatione Trophonius

Indorum mos.

Fabius Maximus perorauit.

Pericles carmine laudauit mortuos.

Camilli tẽpore.

Adam fuit punitus non rigore sed amore.

Cicero. Mors quid.

Abelẽ mori cur voluit Deus.

August.

Chrysost.

Æschylus Poeta.

Argiæ sacerdotis Cleobis & Biton filij laudantur.

phonius & Agamedes vsi dicûtur. Qui cùm Apollini Delphis templum ædificassent, venerantes Deû petierunt mercedem, non paruam quidem operis & laboris sui. Nihil certè, nisi quod optimum homini. Quibus Apollo se id daturum ostendit post eius diei diem tertium, qui vt illuxit, mortui sunt reperti. Adeo & gentiles dij ex voluntate & concessione veri Dei testati sunt, mortem esse rem optimam. Vnde Eccl. c. 30. *Melior est mors, quàm vita amara.* Sophocles Philosophus, *Multo satius est mori, quàm vitam agere miseram.* Ambros. super Lucam l. 5. *Mors non est metuenda fortibus, et desideranda sapientibus, & miseris expetenda.* Apud Thraces erant læta funera, & luctuosa natalitia Neoptolemus dic. *O mors, vtinã te saepe nostri arbitrij esset, vt te mihi sumerem omnium primo; quanquam enim inimica, mihi gratissima fores.* Euripides: *Iam satis ò vita durasti, desine tandem.* Aeschylus: *O mors, quæso, ne patiaris repulsam, quo minus ad te veniam.* Salustius dic. *Mortem ærumnarum requiem, non cruciatum esse dico.* Si hoc gentiles, quid nos Christiani facere debemus, qui post carnis resurrectionem credimus vitã æternam. Sophocles. *Mors omnium malorum portus est.* Agricola gaudet post duram hyemem & labores, quando in æstate messem opimam habet Ita & nobis gaudium, quia secundum S. Bernardum: *Preciosa mors tanquam finis laborum, tanquam victoriæ consummatio, tanquam vitæ ianua, & perfectæ securitatis ingressio. Lætatur, qui peregrinationem absoluit, receptus cum gaudio ab amicis.* Magnus illic obuiorum numerus nos expectat, dic. Cyprianus, parentum, fratrum, filiorum, frequens nos & copiosa turba desiderat, iam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra salute sollicita. Ad horum conspectum & complexum venire, quanta & illis & nobis in commune lætitia est? ad has fratres dilecti, festinemus auida cupiditate properamus, & cum his cito esse optemus. Illi qui vehunt poma, properant vt vendant ne ob putrefactionem iacturam patiantur, & redeant. Iob 7. *Dies mei pertransierunt quàm nauis poma portantes.* Sic nos debemus properare, sicut properabat Dauid Psalm. 41. *Transibo ad locum tabernaculi admirabilis, vsque ad montem Dei.* Seneca ad Lucilium: *Dies mortis, quem tanquam extremum formidas, vitæ æternæ natalis est.* Depone igitur onus Christus dic. Non sine querela, qui centum millia debet, interesse soluere cogitur & non gaudet, quando totam summam exoluit? redemus corpus terræ, animam Deo. Omnes morbi, calamitates & afflictiones sunt interesse: soluamus potius totum. Plutarchus: *Quemadmodum numeratam pecuniam æquo animo reddendam esse, sic vitæ munus, quod mutuo accepimus à Dijs, citra querimoniam est reddendum. Reuertatur ergò puluis in terram, & spiritus &c.* S. Basilius in tract. de Spiritu sancto: *In mutatione vitæ videbatur necessarium, & mortis interuentu priorem vitam intercidere, ut quæ est præcedentium finiat, & initium det futuræ. Non enim qui dormit, semper dormit, nisi & exurgere paratur.* Sic Epiph. l. de hæres. *non manet, qui mortuus est, postquam mortuus fuerit, in eodem manet.* Psal. 87. *Sicut vulnerati, dormientes in sepulchris.* 1. Thess. 4. *Nolumus vos ignorare fratres, quoniam de dormientibus.* Morti autem nihil tam simile, quam somnus Morientes vt plurimum dormiunt, vt ille dicebat Synopius Sinieus medico, volenti auertere eum a somno, *Ne mireris frater fratrem auertit.* Quisque post duros labores cupit lectum suum vt quiescat: Sic & mortales deberent exoptare. Sed dicet aliquis post somnum mane iterum surgo, quod nō fit in sepulchro. Respondeo, non est vtilitas tua. Sed imperfectionum tuarum vna. Quies tua per vnam noctem exigua fuit vnde ad miserias tuas rursus cogeris, sed quies in sepulchro diutius durabit, hoc est vsque ad aduentum Christi, & non iterum ad labores, sed ad vitæ æternæ gaudia. *Omnes quidem resurgemus.* Roma. 14. Matth. 25. *Venite benedicti patris mei, possidete regnum vobis,*

Trophonius & Agamedes. Sophocles. Ambros. Thracum mos. Euripides. Aeschylus. Sophocles. Simile. Bernard. Cyprian. Seneca. Plutarch. Basilius. Epiphan.

nobis paratum ab origine mundi. Defunctus noster non fleuit amicorum mortem ex Christi præscripto, *Nolite flere*: neque suam in morbis, voluit soluere totum debitum, & non amplius vexari a monitoribus creditorum: Ergo & vos nolite flere, quia iam quiescit securus, nolite illum conturbare, donec iustus euigilet & promissa bonæ suæ solutionis gaudia capiat.

De morte non timenda qualicunque explausa.

Educ de custodia animam meam, ad confidendum nomini tuo: me expectant iusti, donec retribuas mihi. Psal.141.

QVod Propheta regius sibi precatur, hoc omnis Christianus bene dispositus, sibi saluriq; optime consulens optare debet, eo quod anima conjecta sit in hunc carcerem corporis & libertatem appetat vt eo expeditiùs posset laudare, benedicere & glorificare Dominum, vt expectationi iustorum in cælis de se satisfaciat atque pro laboribus in hac vita misera perpessis retributionem vitæ æternæ accipiat. Quanta quæso enumerat his paucis verbis: & ex hoc potestis colligere, quod hæc, quæ in mundo sustinemus, modica valde sint, respectu æternorum. Quis est ergo, qui mortem dicat se metuere, & Christianus est? Hic non timor sed cogitatus esse debet, qui si nouus, incipit, nec à prima ætate vobiscum creuit, si per interualla rediens, non assiduus fuit: improuide vixistis. Inhæsisse medullitus vtilissimum illud Flacci carnem debuit: *Inter spem, curasque timores inter & iras, Omnem crede diem tibi diluxisse supremum*, vt essetis, de quo alibi idem: *Ille potens sui Lætusque deget, cui licet in dies Dixisse, vixi: cras vel atra Nube polum pater occupato, vel sole puro*. Hoc est nempe illud a Philosophis laudatum, sed perpaucis datum viuere, vita peracta. Nam si timetis, vtique nasci timuissetis & viuere. Vitæ lumen, initium mortis est, vita ipsa cursus ad mortem, seu verius mors quædam. Viuendo vel ad moriendum ibatis, vel quod sapientibus visum est, in horas certe moriebamini. Quid nunc igitur timetis, si mors vitam vel comitabitur assidue, vel necessario sequitur? Illud quidem docti tantum, hoc etiam vulgus intelligit. Quicquid est natum, moritur, quicquid moritur, natum est. Mori timetis animal rationale, mortale. Atqui si primum vere essetis, secundum, vt arbitror, non timeretis: humanam quippe naturam duo hæc in vnum iuncta perficiunt, ratio scilicet & mors. Illa animam concernit, hæc corpus. Sed inopia rationis metum mortis induxit. Nihil autem metuendum est, quod affert naturæ necessitas. Qui enim naturalia odit aut metuit, naturam ipsam oderit oportet aut metuat, ni fortè partem eius licitam amplecti licitum & laudare, respuere alteram ac damnare, quo nihil est insolentius, non solum homini cum Deo, sed hominibus inter se. Itaque vel totum recipitis vel totum reijcitis amicum, ne si tantum grata decerpseritis, non æqui amicitiæ cultores atque arbitri videamini. Quod si quid in morte mali est, idipsum mortis metus exasperat. At si nihil, magnum in se metus malum est, stultitia autem

Mortē nemo Christianus timet.

Mortē qui timet etiā timere deberet natū esse.

Vita limē initiū mortis.

Mors non timenda.

Mors nihil mali habet

Mortis nomen. autem est malum suum augere vel facere. Quoad nomen, nomen mortis infame mortalium fecit infirmitas. Si quid animi virium inesset, nihilo plus terroris esset in morte, quam in cæteris quæ per naturã fiunt. Quid enim magis mori timetis, quam nasci, senescere, adolescere, sitire, esurire, vigilare, consopiri? quod vltimum plane simillimũ morti est, atque ideò somnum alij consanguineum, alij vero mortis imaginem dixere. Neue seu poeticus lepos æstimetur, seu philosophicum acumen, ipsa Veritas amici mortem somnum dixit, & semel facere metuitis, quo quotidie delectamini: incõstantiam quidẽ hanc docti mirantur atque arguunt. Sũt quædam nomine & opinione hominum maiora, quàm re, multa eminus horrori fuerant, quæ vicina sunt risui, temerè creditur inexpertis. Nemo ex his mortis infamatoribus compti aliquid loqui potest, nihil ipse expertus, nihil ab experto didicit. Mortuum quemuis interrogate, silebit, is cui iam veritas rei cognita est, garrient, quibus incognita, & vanis augurijs astruent, quod ignorant, hinc apertissima, illinc occultissima rerum mors arcanum & coniecturale negotium suspicionibus agitur, in dubio bonis opinionibus tenendum potius, quod iucundum faciat quàm quod *Timor mortis superuacaneus.* mæstum animum. Si tibi superuacuus timor, immortalis est enim ipse, si corporis sui hostis curam gerere, pietas indebita, sic dissolui metuit, nimis carcerem & compedes suos amat stultus amor. Stulti namque omnes mori metuunt, neque id mirum, quibus fœlicitas omnis in corpore est, quod extingui morte non est dubium. Iure igitur boni, sui finem pauidi cogitant, mœsti vident; Natura enim hominis hæc est, vt infœlix esse malle nequeat virũ doctum, cui non alia corporis quam vilis mancipij cura est, cui in casu animi omne studium semper fuit, omnis amor, omne desideriũ, omnis spes morte corporis, non aliter quàm digressum matutinum è nocturno quodam inamœno & incommodo prorsus hospitio spectare decet. Possetis quidem vitæ huius exitum non timere, si alterius ingressum spe... e possetis aut optare, vester iste timor inde oritur. Quamuis enim [illegible] vulgo exitus multæ tradantur [illegible], omnes tamen vitæ illius spe proposita euanescent. Metum hunc parit etiam impræmeditatio maximè & inopinata necessitas moriendi, in viro docto ac sapiente turpissima, & præsertim [illegible], cuius, si rite doctus sapiensque est vere, vita omnis meditatio mortis est. Quod si philosophiæ visum antiquæ fuit, quid nunc nouæ pietati, quæ summa Philosophia & vera est sapientia, videatur? Aspicite, vt qui alieno imperio parẽt subito, longum iter iussi agere solliciti & tristes raptim complicandis sarcinulis inhiant, vt queruli, quod prædictum eis ante non fuerit indignantesque abeunt, vt sæpè in tergum versi, & nunc quoque hoc, nunc illud obliti murmurent. Atq; nulla via est longior quam mori, nulla durior, vt perhibent, infestiorque latrunculis, nulla denique obscurior, suspectior & incertior, quæ vt cũcta cessarẽt, certè irremeabilis via est, quo attentius prouidendum, ne quid obliuiscamini, quoniam hinc digressis non licebit, quod vtentibus cæteris, atque aliud quodcunque iter agentibus, literis, vel aut amicis oblita committere, qui ad suos perferant, nec remandare aliquid nedum subsistere quidem, nec diuertere licitum, nec reuerti: Iter necessariũ, impossibilis reditus, ire illo necesse est, milites vnde redire non est necesse. Hoc militibus suis dux Romanus apud Senecam, hoc dux vester vobis edicit. Itaque cum oporteat ire, nec liceat redire, cũque itineris sit certa necessitas, horæ autem mortis incerta, vnum est remediũ, vt parati animo sitis semper & vocati respon-

Nulla via longior aut durior, quam mori.

Mortis remedium paratum animum.

reſpondere & iuſſi obtemperare, compoſitiſque omnibus ad primum ducis imperium iter illud alacriter agere, quod vtique vobis aut lætis aut triſtibus peragendum eſt. Ea res maximè & metum mortis imminuet & dolorem, nec ſecuros modo ſed & cupidos hinc abire vos faciet, alioquin improuiſis & incautis eueniet, quod Bruto ſuo in Epiſtolis verè olim vaticinatus eſt Cicero: *Opprimemini, mihi crede Brute*, inquit, *niſi prouidetis*, ſic eſt, inquam, ſic illi accidit, ſic omnibus, qui ventura non prouident. Sed cùm cunctis in rebus prouidentia neceſſaria ſit, tum in his maximè, quæ ampliùs, quam ſemel fieri nequeunt, in quibus error vnus ſufficit, vbicunq; pes lapſus fuerit, actum eſt. Vnde hic mortalibus metus mortis, vnde hoc odium miror, niſi mollities animorū nota ſit, qua hunc ſcil. aliosque degeneres augetis atque alitis pauores: an non videtis quod magna pars mortalium ipſum nomen mortis exhorreat? quod quid eſt aliud, quam propriam naturam horrere, atque id odiſſe, quod nati ſitis, quo nihil inter homines ſtultius, nihil in Deum ingratius. Quam multi autem nomen illud ægrè audiunt, quod ſemper internam aurem pulſare debuerat? Nempe ſine quo non eſt, qui ſeipſum cogitare poſſit, quod namque ſe cogitet, niſi quod eſt animal mortale. Quoties quiſque in ſe reflectitur, nonne ſibi illico nomen mortis occurrit? Sed refugitis, quaſi mors per aurem irrumpat, & auertitis animum, atque id cogitis obliuiſci, quod mox ſui, memoriam vel inuitis ingeret. Recuſatis ecce mortem cogitare, quam confeſtim & cogitare oportebit & pati, cuius paſſio faciliùs ſequeretur. Si cogitatio præceſſiſſet, nunc ſimul in anguſtijs altera alteram exaſperat. Omne enim inopinū ac ſubitum animam quatit. Æquè ſtultum eſt vel appetere aliquid fruſtra, vel vitare quod nequeas, eoque ſtultius vtrumque, quo damnoſius futurum, impleſſe quod cupias: atque nil damnoſius in humanis malis, quam Dei ſuique ipſius & mortis obliuio, quæ tria numero ſic connexa ſunt, vt vix valeant diſſolui. At nos veſtri memores videri vultis & patria pij & finis immemores. Obſeruaſtis hos, qui domui ſuæ diſponunt, vix eſt, qui dicere audeat, cùm moriar, ſed ſi moriar, quaſi in dubio ponitur, quo nihil eſt certius. Neque idipſum ſi moriar clarè ſonat, ſed ſi quid de me eſſet aliud. Quidnam eſſet hoc aliud quæſo; & non potius idem ipſum, quod de omnibus fuit, eritve, vel qui nati vel naſcituri ſunt, quibus vt vitæ, ſic & mortis multa ſunt genera neceſſitas vna moriendi. Hanc vos cupitis excutere, quā nec patres veſtri, nec vlli vnquam reges gentiū excuſſere, nec excutient quidē. Tergiuerſamini vt libet, ita vobis eueniet, vt his qui contra hoſtilis ferri aciem oculos claudunt, quaſi periculum, quod non vident, nec ſenſuri ſint, feriemini, moriemini, ſentietis. an cæci autem an videntes, id in veſtra manu eſt. Optate igitur benè mori, quod ipſum niſi bene vixeritis, fruſtra eſt. Optate, inquam, & enitamini & quod in vobis eſt facite, reliquum illi committite, qui quos in hanc vitam vltro non vocatus intulit, egreſſuris non niſi vocatus & rogatus manum dabit. Non mori autem nolite optare, non modo enim impudens arroganſque, ſed inefficax etiam & inane votum eſt. Aſſueſcite ò mortales naturæ legibus, & ineluctabili iugo colla ſubmittite. Et ſi vos ipſos amatis, quod nati eſtis, amate non quod nati non eſſe velletis, neque enim natura vobis, ſed vos illi obſequi fas eſt. Et quid tamdiu fruſtrà nitimini pauorem mortis abijcere, quo vos debuit cogitatio prona perducere. Turpis eſt enim tam breuis periculi, ſi periculum nō natura & periculorum finis eſt mori, turpis eſt, inquam, viro tam momentanei dis-

Cicero.

Mortis nomen ægrè auditur.

Nil damnoſius in humanis malis, quā Dei, sui & mortis obliuio.

Mori benè, optandum.

Exhortatio ad mortem libenter ſuſtinenda.

discriminis tam longæuus pauor & tot anni anxij atque suspensi ad horæ seu suspirij vnius euentum. Vultis autem mali huius remedium vltimum, vultis mortis metu perpetuo liberi esse? Viuite bene, vita laudabilis mortem spernit, sæpè etiam cupit, denique hæc terribilium omnium summa est. Siquidem labor, dolor, aduersitas, infamia, carcer, exilium, damnum, bellum, seruitus, orbitas, paupertas, senium, ægritudo & mors fortibus viris nihil aliud sunt, nisi experientiæ schola, campus patientiæ, gloriæ palæstra. Neque ob id suadeo vobis vt eripiatis vobis vitam, quam non vitro, sed iussu illius, qui eam dedit reddere debetis, tempore debito, neque vllæ sunt causæ vrgentes, & si videntur vobis magnæ, quæ quasi cogant, non tamen cogent, si viri estis, si Christiani milites. Quales esse possunt? animus inualidus, ira, indignatio, furor quidam in se versus, desperatio, obliuio denique sui ipsius: sed hæ bestias moueant, non homines ratione præditos. Nam si vos homines meminissetis, humana omnia æquo animo toleranda cognosceretis, neque parui mali, imò ne mali quidem odio maximum in malum velletis incidere. Non sunt extrema mala, quæ vos premunt, summum illud & extremum malum, quod vos vrget, desperatio est: cæteris enim malis aliquid, huic vni nihil potest esse remedij. Inquietissima animalia estis desperati vos, quicquid non ad nutum auaritiæ vestræ fluit vestræque libidinis, iustam voluntariæ mortis causam opinamini, tam delicata, tam præceps luxuria vestra est, vt leuib. ex causis non fortunæ tantum, sed vobis ipsis irascamini, inque ipsum Deum calcitrantes impia ora laxetis, quasi quicquid, id est, in quo non vobis Dominus noster obsequitur, iniuria grauis sit. Sapientibus enim omnis vita iucunda est, lætam libenter tristem ferunt patienter: etsi in rebus ipsis nequeunt, patientia delectantur: nil in rebus lætius, nil dulcius est virtute. Illa est, quæ molesta lenit, obliqua dirigit, dura mollit ac mitigat, ardua atque aspera quæque complanat. Cessant querimoniæ cessant præcipitia, & ad summum, sapientis vita nil serenius atque tranquillius: hi autem animorum fletus atque angores, hæ nubes atque procellæ, quæ in scopulos fragilem vitę cymbam tradunt, e sola stultitia oriuntur. Impatientiam accusatis? quasi verò. Stultè sanè eligitis ac superbè: sinite Dominum de vestro corpore, quod ipse fecit arbitrio suo, statuere. An quod vobis vestro in ædificio vultis licere, in quo non ligna, non lapides fecistis vos, in quo denique præter structuram nihil est vestrum, id vos in suo licitum dominio omnium non vultis, qui non in illo tantum carnem & ossa & sanguinem, & spiritum, sed cælum & terras & maria & omnia, quæ in eis sunt, creauit ex nihilo. Nec dicatis apud vosmetipsos, corpus meum graui dolore angitur. Nec vos dominium, sed vsum corporis accepistis ad breue tempus, an vos luteæ domus vestræ dominos vos creditis? Inquilini estis, qui regit omnia, is est dominus omnium. Quod si de dolore querelam mouetis, hic fortassis ad experientiam datur, qui si molestus est, poterit esse vtilis: si intolerabilis, longus certè non erit. Expectate Domini reuocantis edictum, cumque vocati fueritis, respondete, & non priùs. Fixa est dies vestra, quam nec anticipare fas est, nec differre possibile. Præoccupauerunt tamen hanc multi, & diu paruam fugiunt breuemque molesti-

Viuere bene est remedium metus mortis.

Aduersitates sunt viris fortibus experientiæ schola, campus patientiæ, gloriæ palæstra.

Vis non est sibi inferenda.

Desperatio summum & extremum malum.

Vita sapienti iucunda; sapientis contra patientia.

veri-

am, in æternas se atque irremeabiles demerserunt. Habuitque hæc opinio magnos auctores, *Seneca.* Anneum Senecam inprimis, qui ad eam tam constanter & tam sæpe reuoluitur, vt mihi quidem veritas videatur, ne non propria sua sit, mirarique cogat interdum, vnde tam tristis sententia tanti viri pectus inuaserit. Vtque alia sileam, quæ prosequi longum est, quadam ad Lucillum epistola, inquit: *Si inutile ministeriis est corpus, quid ni oporteat educere animam laborantem?* Dehinc paucis interiectis. *Prosiliam*, inquit, *ex ædificio putrido ac ruenti.* *Seneca.* Malè ais, o Seneca, & multa benè dicta vno polluis maledicto. Nam migrandum vtique, sed expectandum est. Sinite, ædificium vestrum ruat, vt antequam fugiatis, opprimamini. *Mors illata ab hoste turpis non est.* Ab hoste forsitan inferendam mortem, quæ fortiter lata sit, turpis esse non potest, cùm hæc voluntaria esse non possit, non turpis, quia contra Domini superioris imperium est, contra quod nihil benè fieri potest. Quid est autem, quod vos turbat vsque adeò, vt solius mortis opem imploretis? Vestra ne forsitan, an vestrorum, an patriæ laborantis aduersitas? Lenta illa duo quidem. Nihil enim potest fortuna, cui non possit virtus obstare: tertium hoc pium, sed pietate languida & inerti. Siquidem patriæ seruitus & tyranni facies morte potius repellenda, quàm declinanda sunt. Id est enim viri opus, hoc fœminæ. Qua tamen in re Catonis mortem miris laudibus, *Catonis mors laudatur.* Seneca idem effert, sua illa peculiari opinione, de qua dictum est. Non sic Ciceronem excusasse contentus laudibus abstinet. Ait enim Catoni: *Incredibili grauitate naturæ perpetuaque constantia moriendum potiùs, quàm tyranni vultum aspiciendum fuisse*, quam tamen Brutus aspexit, & illius potius morte tollendum, quam sua morte fugiendum censuit. Quod quam bene aut quam male fecerit non laboro, fecit tamen. Cicero autem dum Catonem excusat, *Cicero de Catone.* suæ illius sententiæ melioris obliuiscitur, quam ante annos plurimos libro sexto Reipubl. posuerat. Ea verò est huiusmodi. Dum Pub. Aphricanum minorem in cælo cum patre atque auo colloqui somniantem, & audita immortalitate animi ac fœlicitate alterius moriendi auidum induxisset, patrem mox inutile desiderium castigantem fecit his verbis. *Non est ita*, inquit ille: *Nisi enim Deus is, cuius hoc templum est omne, quod conspicis, istis te corporis custodiis liberauerit, huc tibi aditus patere non potest. Homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides, quæ terra dicitur. Quare & tibi Publi*, inquit, *& piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis, nec iniussu eius, à quo ille datus est vobis, ex hominum vita migrandum est, ne munus assignatum adeo diffugisse videamini.* An non satis Ciceroniana hæc excusatum arguunt Catonem? Et planè si ab Imperatore terreno ad custodiam loci cuiuspiam deputatus noster auderet iniussus se remouere, ferretque ille hoc grauiter, si contrarium fecisset, quid putatis Imperator cælestis, cui tanto plus obedientiæ debetur, quanto maior Deus est homine. Sed vt timidis metum mortis, sic desperatis vitæ odium extorquere difficile est. Vitam tamen æquanimiter perferendam, mortem fortiter expectandam, *Vita æquanimiter perferenda mors fortiter expectanda.* hæc nostri remedij summa esto. Itaque Auditores, hoc cogitate, iter patrum, imò omnium latum tritumque iter ingrediemini, soli ne vobis nescio quid aliud demum maluissetis? *De morte.* pergite autem non est aberrandi modus, tot sunt viæ, duces, comites. Quod si quis est, quem flentem mori deceat, ridere dedecuit viuentem, cùm instare semperque supra

verticem videret, vnde mox flendum sciret, risum illum haud dubiè fletus hic non longo se iunctus spatio sequebatur. Non est ferendus, qui generis sui sortem luget. Non moreremini vtique si non essetis mortales; sin id defletis, quod sitis mortales, non est flendi locus, vbi esse desinitis, quod inuiti estis: flendum erat ab initio dum inciperetis esse, quod nolebatis, nūc gaudendum. Esse enim incipitis immortales. Pudeat sortem publicam priuatis vrgere querimonijs, dum ex omnibus qui præcesserunt tanto tempore, & qui hac hora simul obeunt, vel vnum cui inuideatis, non videbitis. Mori hoc est impassibilem fieri & iugum fortunæ pariter ac mortis excutere: geminum ingēs bonum, quod viuenti nulla nunquam prosperitas largiretur. Cogitate autem quæso, quot vobis & quàm graues curę, qui superant labores, si non dicam infinitam, sed annorum mille, qui vnius iā præteritæ diei spatio comparantur, certam vitam accepissetis, quod optimè æstimabitis, si huius breuis ac fugacis vitæ tædia, proque hac totiens susceptos labores molestiasque memineritis. Ita mortem fletis, ò mortales, quasi magnū aliquid vita esset; quod si quid magnum esset, muscæ haberent & araneæ & formicę. Si semper beneficiū vita esset, semper maleficiū esset mors, quæ magnum beneficiū est interdū, dū vel ab intolerabilib. malis vel ab his, quæ summa sunt mala, peccatis instantib. animā eripit & præseruat. Atqui vt magnū aliquid inter vos est sola virtus, sic si per se spectetur hæc vita, miseriarum innumerabilium officina est, quā qui claudi dolet, is ferias respuit malorū & quietem odit: quā qui appetit, laboriosæ vitæ finē capiat, necesse est, quando nullus alius est vel laborum vel malorum finis: Quid fletis igitur? Dies adest, qui si traheretur, votis erat optandus, & fortassis, vt res hominum sunt & fortunæ vis immensa, & insultus varij, sæpè etiam votis optatus est vobis. E terrea & caduca domo ad æthereum atque æternum migratis habitaculum, & in limine pedem habentes mœsti auellimini atq; inuiti, & nescio quid retrò anxiè respectantes an sordium, quas dimittitis, obliti, an bonorum ad quæ pergitis, increduli. Profectò, vestra quæ dicitur vita, mors est: illud est consequens, vt eius finis, quæ mors dicitur, vita sit. Rex noster vos carcere liberat, iam vincula franguntur, quæ fecisse mortalia pium patrem libuit, idque vel maximè ad ipsius misericordiam pertinere, omnium vox & fama est, quid ergò conqueremini? Vocat vos rex vester fœlix nuncius. Sæpè est enim, nec videtur faustum quod inuitis acciderit. Cōsensum adhibete, nunc sentire incipietis, quàm benè vobiscum agatur. Hic quem metuitis carceris exitum & malæ vitæ reputantes, & mortis bona præsagientes, quasi olor ille Socraticus diuinationis particeps & ob id sacer Apolloni moriendo cantabitis, si nō voce saltem animo: & nisi, quod absit, graue nimis inexpiatorum vos criminum pondus premat. Quod fecisse Vespasianus corpore legitur, vos mente facietis, vt assurgatis morientes, nec vos dignos censeatis iacentes mori, nec minus hac in parte vobis tribuatis, quàm ille sibi, quod non vt ille, sitis principes. Mors enim nescit imperium principes non agnoscit, adæquatrix optima, multa forsan id vita. Certè illi nihil licuit quod non liceat vobis. Quin & pluscu lum opis diuinæ vobis, ni respuatis, futurum spero, non quia vos meliores, sed quod vos gratuito Dei amore fœliciores, qui negata magnis & sapientibus abscondita concessit paruulis & reuelauit indoctis. Adde quod tum vtilius, tum facilius vestrum erit assurgere. Illius enim conatus corporeis viribus egebat, quas morbus extenuat, mors extinguit, vobis ad assurgendum non

Mori est impassibilem fieri.

Vita nō est quid magnum.

Dies mortis optandus.

Domo caduca itur ad ætheream.

Vita mors est.

Vespasian.

non nisi animi viribus opus est, quę quibus vicinia sæpè mortis augentur. Gaudete, quia carnis tributum, naturæ debitum persoluitis, mox futuri liberi, facite libenter, quod vel nolentes faceretis, & vt bene ait quidam mortis hortator, Cupias quodcunque necesse est. Non est vtilius, imo quidem non est aliud in necessitate consilium, quicquid fit à volente, fit leuius & desinit esse necessitas, si voluntas accesserit. En vos Dominus expectat. Accelerate, ne titubetis, neu cunctemini, ponite suspiciones, non nobis estis chariores, quàm illi. Quis vocatus ab amante diffidit? Adhuc fortè mirabimini timuisse, quod optandum esset? Multa iam soluti scietis, quæ vincti nullo vnquam studio didicissetis, vsque adeò, vt arcana rerum nosse volentibus, ad quæ mortali velo obsita acies vestra nō penetrat, quę profectò cupiditas naturalis est homini, sed vehementior studioso, nihil morte melius putem, nihilque quod ad optatum breuius ferat. Obdormietis, vitæque fessi requiescetis. Vadite in æternam requiem, nunc primùm viuere incipietis. Bona mors initium est vitæ. Adhuc mēs humana imbecillis cespitat, & clamat moriendum quidem esse, sed tempore senectutis: iam verò venisse & venire mortem ante diem, sc. quam homo sibi statuerat. Ante diem nemo moritur, sed non omnibus dies idem: imò vt vates ait eximius. Stat sua cuique dies: ad quā quisque cùm venerit, metam attigit. Et quoniam nec redire datum nec subsistere, transeundum est. Posset id verum esse, si in diem debitores fuissetis. Purus debitor semper debet. Semper itaque nutum sui creditoris obseruet, & semper in numerato habeat, quod debet. Habet autem semper dum mortale corpus habet, nullo metu, nullo opus est fœnore, domi habet, imò quocunque ierit, secum habet, & vt dicitur, in manu habet, vnde se liberet, quo soluto, nihil naturæ ampliùs, & nil iam cœlestibus vllis debet. Ponite igitur hanc querelam. Ante diem non reposcitur, quod omni debetur die, quin pro eo quod dicebam, gratias agite, quia scilicet ad illud debitum, nec prece, nec possessione, nec pignore, nec vsura indigetis, quod vltimum dixisse fertur, Spartianus ille vir fortis incognitus, sed dignus agnosci, cùm ad mortem ductus, ob hoc ipsum imperterritus iuit atque alacer, quod capite suo Lycurgi legibus posset satisfacere. Nec intelligo quid sit ante diem mori, nisi quod vulgo dicitur ante lucem, seu cùm primum elucescit, quæ exercitijs eius quam nunc agitis, aptissima hora est, alioquin quis omninò hominū ante suum diem moritur, cum ille sit dies suus, in quo moritur, non alius. Neque ante tempus, neque post tempus, sed in tempore moriemini, nisi sic fortè tempus accipiatis, quod vos vobis, non natura seu fortuna præfixerat. Ante illud enim sic non mori potestis, sicut nec post illud viuere. Et quis nisi amens queritur ante tempus absolui vinculis, & carcere relaxari? Lætandum mehercle, si ante tempus accidisset, sed nec accidit, nec accidere potuit, suum tempus habent omnia, hic te terminus manebat, hic metam fixerat, qui te in hoc vitæ stadium induxit: si de hoc fine querelam facitis, & de alio quolibet queri possetis. Non dicatis, Citò morior, nam cito nati eratis: non moritur citò, qui iam senuit. Quod si non senuerat, cessat pars altera querelæ, quamuis si portio vitæ vltima est senectus, non senuisse nō potest quisquis moritur. Sed intelligo senectutem, vt vulgus, congeriem multorum annorum, cui non, vt reliquis finis est alius quàm mors, de initio discrepant varijs sententijs, sed pro viribus senescentium, proque valetudine corporum atque animorum habitu ad concordiam redigendis. Tota denique res huc redit, vt vel mortis incusare celeri-

Gaudendum quia carnis tributū, naturæ debitū persoluitur. *Cohortatio ad mortem.* *Mors bona, vitæ initiū.* *Moritur nemo ante diem.* *Simile de creditore.*

In tempore moriemini, nec ante, nec post tempus. *Morior citò dicendum non est.* *Senectus quæ.*

leritatem desinatis, vel molestias vitæ prolixioris, quæ de mortis ipsius tarditate proueniunt. Sed vos vobiscum dissidentes, nec mori vultis, nec senescere, cùm vtrunque certè vel alterum sit necesse. Vna lex, vnum mortis imperiū, aliud autem genus, diuersa vitæ spatia, sic rei vnius modus multiplex, tempusque peruarium est. AEquo animo igitur quisque suum mortis genus, suum diem mortis expectet, nec auiditate vitæ, nec fastidio, quod ingrati indoctiq; oēs faciunt de naturę legibus queratur aut litiget. Nec est, quod dicatis, *Modicum viximus*. Nullus enim tantum vixit, vt non sibi modicum vixisse videretur, & est plane modicum, quicquid hic viuitur: itaque si diu viuere delectat, vitam illam quærite, vbi semper viuitur, quę etsi hic non sit, tamen hic quæritur. Quod si vixistis modicum, quid si plus vixissetis, nunquid non ideò vixissetis modicum? spatia huius vitæ imparia & incerta sunt, vnum omnibus est commune, cuncta sunt breuia. Vixit aliquis octoginta annos, quid hic quæso plus habet, quàm qui octo? Vertite acriter vos in vos, nec fallat vos vulgi furor, quid plus habet, qui diutiùs vixit, nisi fortè curas, labores & dolores, & tædia ac peccata in lucro ponitis? Aut quid plus haberet, si vixisset octingentis? Est in expectatione plusculum aliquid: at cùm spatium vtrumque transierit, nihil inuenietis, quo plus vixisse fœlicius sit. Sed si morimini dum bene agere cogitabatis, quid agere cogitabatis, nec agebatis? Sic forsan in perpetuum cogitassetis. Sunt qui bene agere semper cogitent, nunquam tamen incipiant. Quod si benè agere cœperatis, ne dubitetis, quamuis boni operis finem mors præuertat, apud cæca hominum iudicia fortasse aliquid, sed spernendum apud infallibilem rerum æstimatorem, nihil vobis subtrahitur, integra merces vestra est, non actuum modo, sed & votorum. Quod si in medio rerum apparatu morimini, hoc non mortis, sed morientium culpa est, qui breuissimam vitæ telam tum maximè ordiuntur, dum præcidenda erat: quod nisi sic esset, non tam sæpè inexpletis vitæ muneribus præuenirentur, sed expletis ac transactis viuerent, qua profectò nulla dulcior vita est. Hanc tamen dulcedinem non tam vitæ breuitas, quā viuentium torpor hominib. eripit, quibus nulla ideò longa est vita, quia quātumcunque sit temporis, nunquam viuunt, semper viuere meditantur, & iam senes inter noua vitæ consilia fluitantes, celeri fine serum principium antecedūt. Falluntur homines, cùm in multis, tum in morte præcipue, quam venturam nemo est, qui nesciat, dilaturam sperant, & abesse procul fingunt sibi, quam vicinam semper, hinc vitæ breuitas & fuga temporum facit, hinc fortunæ vis & casuum humanorum circumfusa varietas. Et o cæcitas mira, quod quid vobis sperandum sit, in alijs saltem aliquando non discitis. Sed sic est, ægrè ad amaras cogitationes animus redit. Itaque dum sibi quisquis longissimum vitæ spatium spondet, dumque vel æuum Nestoris, vel, vt Cicero ait, Metelli fortunam sperat, denique dum se quisq; prædilectum naturæ filiū credit, de primordijs agitantes finis occupat, & multa deliberantes, improuisa mors repentè aggreditur, modicosque intercipit apparatus. Nostis quid in vita passi fueritis, quid passuri ignoratis, in hoc tam vario tamque immiti fortunæ regno, qui præmoritur, comitem fallit. Quod si quis morte præpediatur, ne cœpta perficiat, iustè id quidem. Agitis enim semper, quæ peregisse pridem decuit, peractiq; nihil est, hoc maximè vobis grauem mortem facit ac miseram: & siquidem absque culpa nostra cępta peragere nequiuistis, sufficiat voluisse. Sin per ignauiam distulistis, displiceat neglexisse. Quod si forsan hæc lamen-

Modicum viximus, non est dicendum.

Mortem longè abesse qui sibi fingunt falluntur.

Morte præpediri cœpta perficias, iustè fieri.

lamentis causa prætenditur, verè autem nil aliud, quàm vitæ prolixitas & dilatio mortis optatur inanis, licet publici voti tandem vos vel sero pudeat? audite tamen, me mortales vsque adeò vitę cupidi, quæro ex vobis sequestrato virtutum exercitio, quid omninò aliud vita hæc, quàm segnis & inutilis mora est, quæ quantulacunque fuerit, nequit non esse breuissima. Dictum ergo placet, cuius Augustin. meminit, quem in extremis agentem, cùm solarentur amici, ac dicerent, ex eo morbo, quam minimè periturum esse, respondit: *Nunquam benè: at si aliquando, cur non modo?* Itaque si ad mentem redeunt, aut rebus gestis, aut ingenio clariores, magna pars inexpletis operibus obiêre, paucis in hac breui vita contigit, vt concepta, seu iam incepta perficerent: vos verò quoniam communi hominum more has vos in angustias impegistis, nec præterita retractari possunt, vnam hanc emergendi viam arripite, non vt ad multa interrupta flebiliter, inutiliterque respiciatis, sed vt viriliter, quod vnum restat, expediatis, Benè mori. Si dicitis esse violentum, multæ sunt species mortis, sed mors vna, quæ an violenta sit, an non, morientis arbitrium est, vim vis maior superat, consensus extinguit. Sapiens sic instructus est, vt quibus non potest obstare, consentiat. Si hostiles manus euaditis, ille dum iræ suæ obsequitur, libertati vestræ consulit, potestati suæ detrahit, nihilque amplius in vos potest. Satius est sub iniusto hoste procumbere, quam sub iusto rege. Illic enim occisoris crimen est, hic occisi, si fluctibus obruimini, eritis piscibus conuiuium, bustum vobis amplum, nubile, nitidum. Et quid refert corpus terreum, terræ reddatis an pelago. Regia mors est gladius, sed venenum magis. Et ad summum ridiculum valde est, vbi de morte decreueritis, de instrumentis esse anxios. Si mortem ignominiosam timetis, mortem ignominiosam facit non genus aut qualitas, sed causa supplicij. Nemo bonus malè moritur, nemo malus benè. Virtus non funus distinguit homines. Vltimum est, quod possitis lamétari in peccatis vos mori. Hæc iam nec naturæ, nec fortunæ, sed nostra propria culpa est. Primùm peccare quis vos compulit? deinde quis vetuit commissa diluere? postremò, quis nunc etiam seram licet pœnitentiam impedit? Vsque ad extremum spiritum liber est animus. Ideoque non est, quod peccata vestra vobiscum feratis morientes. Cauete ne id faciatis, venenosum mortiferumque viaticum deponite, dum vacat, dumque est qui illud tollat ac deleat, vt scriptum est, proijciatque post tergum suum in profundum maris, & quantum distat ortus ab Occidente, longè faciat abs te. Hanc horam si neglexeritis, quæ semel elapsa non redibit: quod licet horis omnibus sit commune, vt eant semper, nunquam redeant, in vna tamen omissum hora, in altera forsan restaurari datum sit: at extremæ horæ negligentia est prorsus irreparabilis. Conuertimini ad Deum in toto corde vestro, in planctu & ieiunio, in proposito Deum amplius non offendendi, in charitate permanendi, & pro peccatis satisfaciendi, & salui eritis.

S. Augustinus dictū in morte

Violenta mors.

Hortatur quomodocunque vel vbicunque tamen sepelitur.

Virtus non funus distinguit homines.

Mortem

Mortem non à iustis timeri, sed à peccatoribus.

Timenti Deum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Eccl. 1.

Viæ duæ sunt in hoc sæculo ad alterum migrantiũ.

VIæ duæ sunt in hoc sæculo ad alterum migrantium. Vna est virtutum, altera vitiorum, vna iustorũ, altera impiorum, & quæque suum finem nouit, & si homo errat, potest ab vna ad alteram declinare, si vult, Deumq; directorem rogat. Oportet benè viuere eum, qui benè vult mori. nam peccator quem mors apprehendit, difficulter saluabitur. Mementote quæso, pœnæ omnibus hominibus, Exod. 9. inflictæ; sed & iumentis. *Pluit Dominus grandinem super terram Aegypti, & grando ignis mista pariter ferebatur. Et percussit grando in omni terra Aegypti cuncta, quæ fuerunt in agris, ab homine vsque ad iumentum.* Aegyptus interpretatur tenebræ, hoc est, cæca & tenebricosa vita peccatorum, qui licet oculos habeant, non vident tamen malum, quòd facit peccare, neq; bonum, quod facit amittere peccatum. Isti Aegyptij sunt extra diuinam gratiam & pœnitentiam, ambulant in agro vel campo delitiarum, vanitatum & concupiscentiarum. Tunc venit grando morborum cum timore propter cor impœnitens, ignis infernalis, qui morbi hominem occidunt, & anima igne illo implicatur: Homo est anima, iumentum est corpus, vtrumque percutit grando. Reuertere ergò ad domum pœnitentiæ, si sapis, & diuinæ gratiæ. Nam licet morbi inopinatò te interficient, venient cum timore; attamen anima non subijcietur ignibus. Iustis enim mors multas vtilitates affert. Isa. 57. *Veniat pax, requiescat in cubili suo, qui ambulauit in directione sua.* q. d. Qui ambulat viam virtutum & bonorum operum, habebit veram pacem in cubili mansionis cœlestis. Sicut enim qui sunt in aliena terra & habitatione, pro qua singulis mensibus & annis soluere oportet, non habent delectationem, nisi desiderium redeundi ad patriam, ita est de iustis, qui semper soluunt patiendo tribulationes, morbos & angustias. Seneca: *Qui intelligunt domicilium corporis ad breue tempus à natura accomodatum esse, & viuunt temperantius, & libentius moriuntur.* Deus enim summam totam simul post laborem, nõ per terminos vult suis deponere. & ideo in extremis, *Timenti Deum bene erit*, vt allegauimus. Sed qui pro quouis bono opere retributionem accipiunt, male faciunt, quia vltimò *famem patientur vt canes*, Psalm. 58. Sicut factum est diuiti epuloni. Melius est ergo hic bona facere, quia in morte magnum experietur gaudium. Iob 5. *Ingredieris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.* q. d. O homo quando mors aduenerit, & tu abundaueris virtutibus & meritis, gaudebis sicut agricola, qui post tot labores suos messe opima horrea compleuit. Præterea dic. S. Ioannes Apoc. 2. *Qui vicerit, non lædetur à morte secunda*, scil. animæ. Nam peccatum est prima mors, quæ separat animam à Deo, qui animam dat, & vitam animæ: altera est separatio animæ à corpore. Vel qui vicerit peccatum, id est, primam mortem, non patietur detrimẽtum vel fastidium in altera. *Vincenti enim dabo manna absconditum*, sc. in cœlis. Itaque noli flere. Si quis transit vigilias militum, & nescit symbolum, semper pauet & timidus est: quia interrogatur, quis est, vnde venit, &c. si scit symbolum, securus est: Symbolum cœlestium militum est charitas, 1. Ioan. 4. *Perfecta charitas foras mittit timorem.* Et, *Hæc est charitas Dei, vt mãdata eius custodiamus.* Ideò peccator transiens angustam portam, vel transitum iustitiam Dei.

Peccator quem mors apprehẽdit difficulter sanabitur.

Plaga Aegyptiorum explicatur de peccatore.

Mors iustis multas vtilitates affert.

Simile.

Seneca.

Retributionem accipere pro quouis opere, non est bonum.

Peccatum est prima mors.

Simile.

Charitas est symbolum cœlestium militum.

Dei quæ condemnat, & diabolos, qui illum in infernum rapiunt, semper reformidat. Differentia est inter iustum & peccatorem, quæ est per similitudinem duorum simul nauigantium, quorum vnus vadit ad portum patriæ, alter ad portum [illegible] peregrinus. Chrysostom. hom. 64. super Matth. *In morte [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] tranquillitatis [illegible] temp[illegible] quando [illegible] sunt insensati [illegible] animus, [illegible] vitæ, procul dubio [illegible] con[illegible].* Hæc ille. Propterea vos peccatores habetis quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], quia prope est damnatio, nisi pœnitentiam [illegible]. Nam quare dic. Psal. 141. *[illegible] in [illegible] meam [illegible].* Et Ierem. 52. *E[illegible] [illegible] domo carceris.* Et Iob 7. *Circumdedit me carcere.* Nam in causa ciuili captiuus cum dimittitur, lætatur, sed in criminali nunquam vellet audire de lictoris [illegible] [illegible], quia scit, quod ad mortem trahatur. Psalm. 118. *Funes peccatorum circumplexi sunt me.* 2. Paralip. 33. *[illegible] catenis atque compedibus duxerunt eum in Babylonem.* Ezech. 18. *Quia anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* Interrogate iustum, verum velit exire ex hoc ergastulo, dicet cum Paulo, Phil. 1. maxime: *[illegible] habens dissolui, & esse cum Christo.* Interrogate impium, respondebit, [illegible] sicut Abra[illegible] 2. [illegible]. *[illegible] tempus [illegible] [illegible]* Iusti quando [illegible] [illegible], tanquam qui ad portam mortis tumultum faciunt, veniunt, libenter audiunt. 2. Cor. 12. *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis.* Psalm. 41. *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad Deum fontem viuum.* Sed quando veniunt morbi supra peccatorem, timet tanquam lictores & diabolos ipsos, quia inuitus facit peccata sua, inuitus moritur. Chrysostomus super Epistola ad Hebræos dic. *Non enim in has vitæ [illegible], veluti qui festinant ad patriam, sed veluti ad pœnas ituri, propterea dolemus & timemus. Quoniam [illegible] rebus non [illegible] vt [illegible] oportet, sed per incertum ordinem.* Propterea lamentamur & pertimescimus, vel ut homicidæ & duces latronum, cum sint educendi ad tribunal. Hæc ille. Homo insuper caro dicitur in scriptura sacra. Ezech. 21. *Et sciet omnis caro, quia ego [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] super omnem [illegible].* Nam sicut caro tunc cocta intelligitur, quando ea ab ossibus separatur, & e contra: sic homo cognoscitur, quo corpus [illegible] ignitum & decoctum igne [illegible] [illegible] libenter se separat ab hoc saeculo. Et e contra, quando *caro* [illegible], Gal. 5. 2. Cor. 10. *[illegible] [illegible] cunda [illegible] [illegible].* Vocatur & arbor, & planta. Eccl. 6. *[illegible] [illegible] [illegible] lignum aridum in eremo.* Luc. 6. *Non [illegible] [illegible] bona mala fructus facere.* Nam sicut arbor, quo profundius habet radices suas, eo difficilius potest eradicari, sic homo temporalibus rebus intricatus, minus potest aut vult in morte transplantari. Eccl. 41. *O mors, quam amara est memoria tua homini [illegible] [illegible] [illegible] suis.* Quia 1. Cor. 7. *Qui vtuntur hoc mundo, sint tanquam non vtentes.* Cicero lib. 1. Tuscul. q. [illegible] docet: *[illegible] Cygni [illegible], qui in morte bonis [illegible] [illegible] & voluptate moriuntur [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible].* Nam cygnus habet [illegible] dulcem, nobilem, & purgatum, qui dispersus in vita, cum in morte ad cor confluit, facit cygnum lætari, quod est in hyæna contrarium. Ideo Prouerb. 14. *In malitia sua expelletur impius, [illegible] autem sperat in morte sua.* Diabolus enim animas peccatorum, & soluit eis monetam peccatorum, & peccatum nihil est. Isa. 5. *Quis est creditor meus, cui non dedi? Ecce [illegible] in iniquitatibus vestris venditi estis.* Quasi dic. Ego proprie non vendidi vos, sed peccata vestra vendiderunt vos, vel vos ipsi vendidistis vos pro pretio peccati. Isa. 52. *Gratis venundati estis.* Et contra tales dic. Psalm. 43. *& non fuit multitudo in [illegible] [illegible] eorum* q. d. Multa sunt & æterna quæ amittunt, sed pauca & momentanea quæ recipiunt. Gregorius

Differentia inter iust. & peccatorem quæ. Chrysost.

Morbi timentur a peccatore sicut lictores. Chrysost.

Homo dicitur caro.

Simile.

Homo arbor & plāta.

Simile.

Simile de Cygno.

Diabolus emit animas peccatorum.

Gregor.

rius: Momentaneum quod delectat, æternum est quod cruciat. Hæc peccata peccatoribus faciunt sed & respectu aliorum non in se operantur.

Peccata quid faciāt peccatorib.

1. Primum, quia contemnuntur à cæteris Christianis.

2. Psalm. *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris.* Secundum, irridentur à dæmonibus Psalm. *Subsannationem & derisum his, qui in circu. nost. sunt.* Iob 19. *Obsederunt in gyro tabernaculum meum.* 1. Petr. 5. *Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit,*

3. *quærens quem deuoret.* Tertium, quia æquiparat eos gentibus. Psalm. *Posuisti nos in simil. gentibus.*

4. Quartum, quia infamat eos apud omnes. Psalm. *Commotionem capitis in populis.*

Peccatores dicuntur carbones mortui vel extincti.

Dicuntur etiam peccatores, carbones mortui, existentes adhuc in peccatis. Psalm. 17. Et Deus dicitur ignis Hebr. vlt. Deuteronom. 9. Extincti enim, quia à calore charitatis vacui, frigidi torpore fidei, obscuri, exempli corruptione, immundi imitatione. Eccles. 13. *Qui tetigerit picem.*

Existentes in charitate dicuntur carbones succensi.

Sed è contrario homines existentes in charitate dicuntur carbones succensi, calidi igne S. Spiritus, lucidi doctrina veritatis & mundi per exemplum.

Peccatum stat contra hominē, vt accusator, vt aduocatum, vt præliator, vt signū furti, vt formido

Aduerte etiam quod peccatum stat contra hominem, vt accusator, Rom. 2. *Testimonium illis reddente conscientia ipsorum, &c.* Vt aduocatus. Vt præliator, vt signum furti. Thren. 1. *Conuolutæ sunt iniquitates meæ, & impositæ collo meo.* Vt formido, Psalm. *Statuam contra faciem suam,* Psalm. 50. *Peccatum contra me est semper.* Et diabolus tales capit sicut piscator & auceps. Nota tamen, quod sit liberi arbitrij, quia nullus peccat nisi velit.

August. Viui quidā deglutiūtur

Vnde secundum Augustinum alij, sc viui degluttuntur, qui scienter peccant. Psalm. *Descenderunt in infernum viuentes.* Prouerb. primo, *Degluttiamus eum, sicut infernus viuentem*: alij mortui, qui peccant nescienter, 1. Timoth. primo,

Diaboli processus cū homine.

Qui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.

Et nota, quòd dæmones primo inuadunt homines per suggestionem, tangunt per malam cogitationem, mordent per malam delectationem, masticant per deliberationem, transgluttiunt per consensum, trajciunt in stomachum per malam operationem, decoquunt per cōsuetudinem, vniunt membris per desperationem, egerūt in morte per damnationem: his gradibus descendunt in infernum. Itaque cùm peccata tanta mala faciant, defunctus noster, ne in extremis timeat diabolum, cepit Deum timere à principio, vt in defunctionis suæ benedictionem & beatitudinem sempiternam acciperet: nec dormitauit in peccato, quod faciunt, qui sæpè labuntur in peccatum, & sæpè resurgunt; nec dormiuit, vt illi qui cum ceciderint, non resurgunt, nec obdormiuit, vt obstinati, qui peccatum suum defendunt, nec de facili extrahuntur, sed si quando vt homo fragilis lapsus est, recordatus est labi, & errare humanum est, perseuerare autem diabolicum, igitur ad contritionem & pœnitentiam se contulit, bene perpendens primum Dauidis Psalmum, *Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum, &c.* quia iter impiorum peribit, via autem iustorum sancta, permanens & ducit ad eum, qui dat gratiam & gloriam. *Sicut exhibuistis*, vos auditores, *membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* Rom. 6. *Quem fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis.* Nam finis illorum mors est. Nunc verò defunctus noster inuentus est, qui timuit Deum, & ideo benè est illi in extremis.

Cur Deus non velit mortem timeri à bonis, sed peccatores habent, quod metuant.

Non planges, neque plorabis, & mortuorum luctum non facies. Ezech. 24.

MVltum differunt, & admiratione dignum est, veteris testamenti & noui homines. In veteri illis qui custodiebant mandata Dei, vita longæua promittebatur. Exod. 20. *Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt sis longæuus super terram.* Et Leuit. 18. *Custodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo, viuet in eis.* In nouo vero promittitur mors, Matth. 10. *Eritis odio omnibus hominibus, & tradent vos in tribulationem, & occident vos.* & Matth. 20. *Potestis ne bibere calicem, &c. Calicem meum bibetis.*

Homines veteris & noui testamenti differunt.

Interrogabitis ideò, quæ sit causa vtriusque promissionis. Dicam, aduertite. Iusti in veteri testamento cogebantur ad lymbum, quia portæ paradisi nondum erant apertæ, quas Christus tandem morte & resurrectione sua aperuit, ideo illis melius erat viuere, quàm mori. Nunc autem in nouo promittitur vita æterna, vt vbi iam sit melius viuere & hic mori: quia mors est medium recedendi à laboribus & ærumnis huius mundi, & perueniendi ad vitam fœlicissimam. Propterea in antiquo testamento, quia ad lymbum compellebantur, dicebatur illud Eccles. 22. *Super mortuum modicum plora.* Nobis, quia ad cælum tendimus, dicitur, quod allegatum est. *Non planges, neque plorabis, &c.* Quare enim mortem timeremus, quæ venit ad nos nuda, inermis & imbecillis, cui detraxit arma Christus, per quæ nobis nocere potuit, scil. peccatum, 1. Cor. 15. *Stimulus autem mortis peccatum est.* Et factum est morti, quod vespæ, si quando ad petram allidit, iracunda pungit petrã, & stimulum amittit. Sic morti cum Christo factum, volenti manus Christo iniicere. 1. Cor. 15. *Vbi est mors victoria tua, vbi est mors stimulus tuus.* Sanctus Athanasius in tract. de passion. Domini: Quemadmodum vespa, cùm impedit petram, non eam lædit intentã, sed potius perdit stimulum: sic & mors incurrens vitam, quæ Christus est, non potuit eum terere, sed ipsa potius aculeum perdidit, adeo, vt quos prius terrebat aculeo, nunc insultent ac dicant, vbi est mors, aculeus tuus? vbi tua contentio? Item peccatum non tantum est stimulus mortis, & arma, sed & caput ipsius, quod cõtriuit & fregit Christus. Serpentem timetis in terra viuum, mortuum adhuc etiam, donec videtis caput esse abscissum vel contractum, tunc timor desinit; sic modo nec timere debetis mortem amplius. Mors est talis serpens, quem Christus in Baptismo exinaniuit. Psal. 73. *Confregisti capita draconis in aquis.* Ioan. 1. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Ecclesia in præfatione. *Qui mortem nostrã moriendo destruxit.* Itaque si volumus piè viuere, nõ habemus quòd mortem reformidemus. Sicut qualitates rerum insensibilium sunt vita earum, vt in vino si linguam mordicat, in aceto acerositas, in felle amaritudo, in melle dulcedo, in aloe acerbitas, & his deficientibus dicimus illas periisse & mortuas esse: sic mors, priusquam Christus erat mortuus sicut aloe erat, habebat vitam amaram, quia ingressus erat ad infernum, vel ad lymbum. Psalm. 88. *Quis est homo, qui viuet & non videbit mortem? Eruet animam suam de manu inferni.* Quando vero Christus morti hanc amaritudinem ademit, & dedit illi dulcedinem, vt esset porta & aditus ad cœlum, iam mors mortua est, & non viuit,

Promissionum vtriusq; causa.

In nouo testamento.

In veteri.

Morti euenit quod vespæ.

S. Athanas.

Simile de vespa.

Mors quomodo vixit & mortua est.

Morti ademit Christus amaritudinem quando.

viuit, neque nocet. Psalm. 15. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.* Nos etenim Rosarium vel granum veneramur, quod Reliquias sancti alicuius attigit, cur non & mortem, quæ & tetigit corpus Redemptoris nostri & omnium sanctorum. Pia vita itaque inprimis est necessaria ad mortem non timendam. Audi Socratem: *In iuuentute bene viuere, in senectute bene mori laboraui, absque interiore dolore non afficior, nec mori recuso. Nam vita honesta fuit, mortem cum hilaritate expecto* Psalm. 2. Reg. 11. Varius est euentus belli, sic & vitæ humanæ, quæ est militia hominis super terram. Iob 7. 2. Tim. 2. *Labora sicut bonus miles*, quia Matth. 25. *Vos nescitis neque diem neque horam.* Ideo paratos vos esse oportet bonis operib. virtutibus, sacramentorum participatione. & dispositione rerum omnium Iob 14. *Breues dies hominis sunt, & numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt.* Act. 1. *Non est vestrum nosse tempora, vel momenta quæ pater posuit in sua potestate.* Sicut autem miles, licet aliquid pecuniæ in principio, dum assumitur, & inscribitur, accipiat, non tamen totam solutionem, donec promereatur: sic facit Deus nobiscum, licet nobis corpus det & animam, & quo fruimur in hoc mundo, non propter merita nostra, sed tandem vult nobis secundum cuiusque merita rependere. Attende etiam, quod homines in scriptura sacra vasis comparentur. 1. Machab. 2. *Vasa Domini captiua ducta sunt.* Apocal. p. 2 *Tanquam vas figuli confringentur.* 2. Cor. 4. *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus*, non aureis, non argenteis, aut ex re pretiosa, metallisve confectis, quantumuis illis scimus meliores, & rationem habeamus, propter hoc tantum, quia nescimus, quando, & quomodo ex hac vita commigrabimus. Seneca Epistola *Incertum est, quo te loco mors expectet: Itaque tu illam omni loco expecta.* Videmus in officina magna & parua vasa,

Simile de Rosario.

Vitæ humanæ euentus varius.

Simile de milite.

antiqua & noua, nescimus quod illorum citius destruetur, & quomodo: sic sunt homines ex magno stemmate & infimo, &c. & nesciunt quis illorum citiùs morietur. Psalm. 2. *Tanquam vas figuli confringes eos*, dicit pater cœlestis ad filium, quia plenam habet potestatem. Corpora nostra etiam sunt vasa lutea: quia sicut vasa quæ ex luto componuntur, cito franguntur, & nunquam reparantur postmodum, sic corpora nostra sunt naturaliter & materialiter confecta. Iob 10. *Memento, quod sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me.* Cum per mortem fracta fuerint, naturaliter non possunt reparari. Ierem. 18. *Ecce figulus faciebat opus super rotam, & dissipatum est vas, quod faciebat ipse manibus suis de luto.* Hoc vas fricatur per contritionem, lauatur per confessionem, frangitur & cassatur per satisfactionem. 1. Thess. 4. *Sciat vnusquisque vas suum possidere in sanctificatione & honore.* Impij namque sunt vasa mortis, quia in illis continentur omnia crimina. Psalm. *Factus sum sicut vas perditum, quoniam audiui te.* De diabolo quoque dicitur, quod *ipse parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.* Vasa mortis dicuntur, eo quòd morte culpæ inficiuntur, & morti æternæ seruantur. In scriptura enim omne instrumentum vas dicebatur. Vnde etiam gladij interfectionis dicebantur, Ezech. 9. *Vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua*, & significat peccatores, qui vasa interfectionis dicuntur, quia vel aliquos spiritualiter vel temporaliter interficiunt, vel quia à dæmonibus vltimo occiduntur, quando in eis implebitur illud Psalm. *Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* Defunctus nollet mortem non venisse, sed magis peteret vt veniret, si sic esset voluntas Dei: quid enim inter tale luto & puluere isto haberet delitiarum, maximè autem hoc seculo exulceratissimo, vbi nec hospes ab hospite tutus, & fra-

Corpora nostra vasa lutea.

Impij sunt vasa mortis.

& frater contra fratrem, & prouincia pugnat contra prouinciam. Quod si quis pacem, securitatem, & tranquillitatem cupit, vbi eam certius inueniet, quam post mortem in cælis?

Mortis incertitudo, cur Deo placeat.

Estote parati, quia nescitis diem neque horam. Matth. 25.

Mortis incertos nos cur vult Deus. Non est leuis quæstio, quare Deus vult, vt simus ignari & incerti mortis nostræ, cum nos vehementer diligat, & si sciremus tempus, præpararemus nos vt gratiam ipsius consequeremur, in ea permaneremus, & quam vult nobis salutem meteremur: neque dubium quin plures hoc modo saluarentur. Sed sola voluntas Dei nobis respondet; & iuxta *Cyprian.* D. Cyprianum *Talem te iudicat Deus, qualem te inuenies cum vocat.* Posito enim quod dies mortis nobis esset cognitus, quantumcunque viuendi spatium superesset, multi differrent conuersionem & conuersationem bonam, vsque ad vltimum & vix recordarentur salutis, vix illius futuri participes. Sicut enim dominus seruis suis non indicat quamdiu consilium habiturus esset cum amicis vel collegis, ideò vt continue expectent, nec recedant aliò: ita Deus facit nobiscum. Et sicut Cęsar vocat ad audientiam, quò minus expectant legati, ita & nos paratos esse debemus ad audientiam. *Vigilate, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit.* Matth. 24. Ad hæc S. Gregorius dic. *Ad* *Gregor.* *hoc voluit noster redemptor diem mortis nostræ esse incognitum, vt dum semper ignoratur, semper proximus esse credatur, & tanto quisque sit feruidior in opere, quanto incertior est de auocatione.* *Mortis incertitudinis ratione.* Dignum est autem maiestatem diuinam non [illegible], ne in illum indignationem magis magisque incitemus, & inimici simus, ne sanctos angelos mœrore afficiamus, ne S. matrem Ecclesiam lædamus aut confundamus, ne remedia salutaria animæ, & salutis nostræ contemnamus, aut negligamus, ne nimis melancholici in hac vita existamus, ne demus spem & lætitiam de nobis diabolo & inimicis nostris, pręstat ignorare terminum nobis deputatum. Imò si nosset infirmus se medicorum o- *Simile.* pera sanandum, nunquam vocaret medicum spiritualem. Et melancholici fierent, quicunque breui diem suum futurum intelligerent, omnibus molesti, sibi tædiosi, si haberent curam tantum & non proximi. Moyses dicebat populo Israelitico, mandato Dei Exod. 19. *Estote parati in diem tertium.* Qui cum esset in propinquo, dicit textus: *Et ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima operire montem, & clangor buccinæ vehementius perstrepebat, et timuit populus qui erat in castris.* Audi adhuc, quia Dominus appa- *Moysis monitio ad populum vt essent parati explicatur mysticè.* ruit illis in igne. Ita enim habet textus: *Totus autem mons Sinai fumabat, eo quod descendisset Dominus Deus super eum in igne.* Illi tres dies spiritualiter nobis sunt, dies natiuitatis, vitæ & mortis. Vel principium, mediū & finis: his diebus debemus esse parati. Tertiò die audiuntur tonitrua accusationum de nobis institutarū, tam conscientiæ proprię quam diaboli: fulgura præteritorum scelerum, quæ hostis noster contra nos statuet, vt homo desperet de Dei misericordia. Nubes est confusio propter peccata & obscuratio intellectus, vt nesciat homo, quid facto opus sit. Clangor buccinæ est remorsus conscientiæ, luctus & gemitus amicorum, memoria omnium quæ in mundo cogitur relinquere, quæ omnia tempestatem in mente hominis producent, vt vix vel difficulter saluberrimas inspirationes Dei & Angeli possit percipere. Timuit populus. Quia & iusti timebant tunc temporis, qui in castris diuinæ gratiæ erant coniuncti, & virtutum armis cincti: quid ergò facient peccatores,

catores, ab vnitate fidei & sanctorum separati, non habentes arma spiritualia? Tandem Deus apparuit in igne: quia tunc oportet nos apparere coram iudice non ampliùs misericordi, sed rigoroso, qui igne iustitiæ accensus iudicabit animas vel ad infernum, vel ad cælum. Et quia 1. Corinth. 4. Paulus nos vocat seruos & factores Christi, *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum*, Et Christus, Lucæ decimonono. *Negotiamini dum venio*: curemus, vt ratio nostra reddenda bene inspiciatur & examinetur, quomodo expensæ cum redditibus conueniant, & quid restet, ne à Domino præoccupetur, & vt par est, puniatur. Talenta habemus à Deo data, computemus rectè, antequam hora destinata nos obruat, sæpe percurramus libros nostros conscientiæ cordisque nostri, acta nostra priora sæpe ventilemus, an plus de peccatis an de operibus bonis habeamus, plus de debitis iniquitatis, an de exolutione satisfactionis, & pœnitentiæ remaneat. Reddenda est enim omnibus nobis de omnibus actionibus, cogitationibus, verbis, &c. exacta ratio, illi supremo iudici terribili, vbi non habebimus tempus vel moram reuidendi & corrigendi libros cōscientiæ. Iob. 14. *Constituit Dominus terminos tuos, qui præteriri non poterunt.* Itaq; summè necessaria est mortis formido peccatoribus, adque eam diligens præparatio. Hebr. 9. *Statutum est omnibus hominibus semel mori, &c. Omnes in Adam peccauerunt & moriuntur.* Roman 5. 1. Corinth 15. *Puluis es & in puluerem reuerteris.* Genes 3. S. Bernardus. *Quid in rebus humanis certiùs quàm mors? & quid incertius hora mortis inuenitur?* Cogitate autem si cui propter delicta grauissima incarcerato ad mortem darentur centum panes, pro quolibet die vnum, ex his autem vnus esset veneno infectus, quem non agnosceret, nunquid non singulis diebus timeret, ne arriperet panem illum intoxicatum & moreretur? Sic Psalm. 89. *Dies annorum nostrorum septuaginta anni: Si autem in potentatibus, octoginta anni. Et si amplius, eorum labor & dolor.* quia dies nobis sunt sicut illi panes supradicti, nescimus an septuagesimo anno, an sexto, aut primo anno diem mortis apprehendemus. Cicero. 1. de Finibus *Nemini exploratum esse potest, quomodo se habiturum sit corpus non dico, quo ad annum, sed quo ad vesperum.* Quot nostrum, quot vestrum sunt, Auditores, quibus hic annus erit lethalis? Sic se habet, quando panem sumitis, aut in conuiuio magnifico ex ferculis plurimis vnum arripitis: & dies aurorarum conspicitis. sanctus Augustinus. *Voluit Deus, vt vltimum diem ignoremus, vt in omnibus caueamus.* Hæc ille. Cogitate, quando ingredimur in hanc mundi ciuitatem nascendo, inuenimus 4. hostes, nescimus, quis nos trucidabit, debemus habere omnes suspectos & omnes timere: tales sunt dies & noctes vnius septimanæ. Ephes. 5. *Videte fratres, quomodo cautè ambuletis, quoniam dies mali*, scilicet maligni, *sunt*. Et Cicero de Senect. *Moriendum est, [illegible] non certum est, sed incertum an eo ipso die.* Mortem igitur omnibus horis impendentem timeas, sanctus Augustinus. *Latet vltimus dies, vt obseruentur omnes dies.* Si in aliqua ciuitate, & captiuitate, multi simul detinerentur ex omni statu & conditione, tamen ex mandato principis non simul, sed hodie 10. cras viginti, 30. sequenti die; & sic de alijs, deberent educi ad supplicium, certè omnes essent calamitosi & conturbati, non diffamarent, non luderent, non iocarentur, & cæt alias cachinno essent digni. Taliter nos constituti sumus, Auditores. Adiudicati sumus omnes morti per peccatum Adæ, per sententiam Dei quod etiam testatur Seneca Epistola 2.

Omnes

Ratio sæpè cogitanda & faciēda, priùs quam mors obruat.

Bernard.

Simile.

Cicero.

Annus quilibet multis lethalis.

August.

Cicero.

Mortales inclusi sunt. *Omne humanum genus, quod est, & quod erit, morte damnatum est.* Sumus muris carceris fortissimus inclusi. 2 Machab. 7. v. 14. *Quoniam fuerimus in manum Dei viuentis.* Nam & Enoch & Eliam diuinæ scripturæ morituros esse testantur, dic sanctus Thomas. *S. Thomas.* sed Deus non vult, vt omnes vno die moriamur. Euripides: *Euripides.* *Cunctis mortalibus mors debetur, & nullum hominum certò nouit, an victurus sit, diem crastinum.* Si quis ergò nostrum Auditores, hodie deberet ex hoc mundo egredi, quomodo ipsi voluptates, delitiæ, cantus, & id genus alia, placere possent? Alibi *Mos promulgandi sententiam ante executionem.* mos est, vt triduo ante sententia iudicialis promulgetur, quam fiat executio: in hoc mundo nec ista est consuetudo: Multi enim moriuntur sub ipso prandio, cœna, somno, deambulatione, & cæt. Mors enim semper sagittas suas ex edito loco emittit, & semper occidit, quomodo potestis esse securi, quod vos non tanget iam vel paulo post nunc a dextris, nunc à sinistris, nunc diuitem, nunc pauperem, nunc senem, nunc iuuenem? Quomodo audemus ita Dominum Deum, proximum nostrum, & animam nostram contra omnem rationem offendere? D. Gregorius l. 2. moral. *Gregor.* *Dum incerti sumus, quando moriemur, semper ad mortem parati debemus venire.* Si enim sumus solliciti, quomodo res temporales rectè disponamus, cur non de animæ nostræ dispositione in tempore antè cogitamus? Testamentum enim vel extrema voluntas fit propter amicos, & futuras contentiones, mortemque immaturam, aut inopinatam, quandocunque tandem Deus illum mori velit, & bene fit: sed magna stultitia est, curare ea quæ mundi sunt, & mundo relinquere oportet, & negligere animam, quæ vere & perpetuo nostra est, quæ si imparata discedit, ad infernum cogitur, sanctus Augustinus, *August.* super Ioannem. *Quid est mors? Relictio corporis, depositio sarcinæ grauis, si alia sarcina non portatur, qua homo præcipitatur in gehennam.* *Mors quid.* Hæc ille. Nonne si haberetis duos filios, *Simile.* vnum in lecto decumbentem & valde egentem auxilio vestro, alterum in carcere, vinctum, condemnatum ad mortem: iam iam iustificandum, relinqueretis primum, & subueniretis alteri? Vobis dedit Deus duos filios, corpus & animam, corpus iacet in lecto, oppressum multis morbis, & eget auxilio vestro: At anima est in vinculis, & manibus inuiolabilis iustitiæ Dei, Psalmo centesimodecimooctauo. *Funes peccatorum circumplexi sunt me.* illa est iam iudicata. Ezechiel. 18. *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* Matth. 25. *Qui mala agunt, ibunt in ignem æternum.* Sed nescitur qua die, vel hora, Matthæi vigesimoquinto *Non est vestrum nosse momenta, vel tempora, quæ pater posuit in sua potestate.* Quare ergò curatis corpus, & non animam, quæ in tanto discrimine est constituta, honoris, salutis, gaudiorum & pœnarum? Bonus miles etiam *Miles bonus etiā tēpore pacis sua arma custodit & expolit, donec opus est vti* tempore pacis, sua arma custodit, & expolit diligenter, vt quando sonitum tympanæ percipit, vel clamorem tumultuarium, tum lætus armat se, & expeditè ad locum sui principis, vel vbi, necessitas postulat, accurrit, secus de deside & ignauo, qui tandem a Ductore suo corripitur, vti inutilis. Negligentiam hunc seruorum damnat D. Chrysostimus dicit. *Chrysost.* *Simile de seruo malo.* [Malus seruus non aspicit opere sua, quid facit, quid non facit, aut quid credit: sed cum viderit de longè venientem Dominum, opera perspecturum & fidem, tunc aspicit opera sua, tunc incipit festinare, sed nihil ei proderit festinatio: Quia multorum dierum negligentia, non potest vna hora expleri.] Psalmo quinquagesimoquarto. *Viri sanguinum & dolosi non dimidabunt dies suos.*

suos Psal. 50. *Libera me de sanguinibus.* Nam peccatores sibi somniant & pollicentur multos dies, quos tamen non assequuntur: ergo ne falsò credant tanto tempore se victuros. Vel quod etiam fieri possit ante mediam partem sibi propositi termini, vt mori cogantur, itaque se citius præparent, quod Eccles. 7. monet: *Noli [illegible], ne moriaris in tempore non tuo.* Dicat aliquis: Nonne videtur contrarium illud Eccl. 7. *Iustus perit in iustitia sua, & impius viuit multo tempore.* Solutio patet per hoc quod dic. *suos*: non dicit ætatis suæ, vel quos Deus constituit. Iob 14. *Posuisti terminos eius, qui præteriri non poterunt.* Et Ps. 38. *Ecce mensurabiles posuisti dies eius.* Sed *suos*, quos scil. sibi promiserunt. Sicut Luc. 12. *Anima mea habes reposita multa bona in annos plurimos.* Ecce quid sibi promittebant, sed non dimidiauit. Vnde sequitur: *Stulte hac nocte repetent animam tuam à te.* Iob. 22. *[illegible] ante tempus suum.* Vel sic: *Non dimidiabunt dies suos* faciendo bonum per dimidietatem vitæ suæ, iuxta illud Rom. 6. *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ,* &c. Isai. 38. *In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi, quæsiui residuum annorum meorum,* vt sc. in alia medietate vadam vel reuertar ad portas paradisi. Nolite ergo vobis alios fingere dies, sed hos vobis à Deo concessos, quotcunque tandem sint, bene collocate ad vsuram ad vsuram animæ vestræ. S. Petrus cum piscaretur ad mare, nudus erat, cum autem appareret illi Christus, vestiuit se, & natauit ad Christum. Quod hoc mysterium, cum nudus melius transnatasset? Ideò, vt in hoc mari nauigantes amarissimo ad locum vbi Christus est, induamus nos ornamentis virtutum & bonorum operum, & coram diuina maiestate nudi omninò non appareamus, quia cum venerimus ad portum, & præ [illegible] sequi eum debemus. [illegible] Nam vituli & pulli frequentius ad macellum portantur, quàm boues aut gallinæ. Mors itaque tantum peccatoribus nocet, non autem iustis. Sapient. 4. *Iustus si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Quoniam gratia & misericordia De[illegible], & respectus [illegible].* Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius consummata longam vitam iniusti. Ecclesia nos docet non tantum [illegible] *[illegible] libera nos Domine,* Sed etiam, *[illegible] & improuisa morte.* quia altera potest esse bona, secus aut de improuisa, quæ semper mala est. *Non potest male mori,* ait Augustinus tract. de doct. Christiana. *qui bene vixerit: & vix bene moritur, qui male vixerit.* Atque sic cum mors subitanea possit esse bona, voluntate Dei fit, quod etiam iusti illa moriantur: & iniusti recogitent si sic morerentur essent imparati, quid de illis iam factum esset aut foret. S. Cæsarius in tract. de [illegible]damo, dic. *Omnis dies, velut vltimus, [illegible] dies est. Nihil poterit tibi [illegible] ipsa mors tandem. [illegible] Christi an fames an gladius, an persecutio [illegible] interrogo vos, an febris vobis [illegible] quia clauis est ad portas [illegible] mortuis. An [illegible] non: quia sunt malleus aperientes portas [illegible] venenum? non. quia est merces ad [illegible] electorum. An mors armis [illegible] quia vias ad cælos praeparant [illegible] diaboli, impedire [illegible] tabella? Non [illegible] cælestis Hierusalem. An procella [illegible] quia eijciunt te statim in [illegible] paradisi. An ignis? Non, quia [illegible] te in cælis. An sepultura [illegible] uca istæ sunt [illegible] venis ad gloriam. An mors in [illegible] tis? non, quia ille funis est [illegible] omnes cælos trahit. An gladium [illegible] ille omnes trabes impedientes [illegible] & paradisi portas aperit.* Audite S. Chrysostomum. *Nos timemus mortem, quæ [illegible] contemptu digna: peccatum verò [illegible] vere timendum est, [illegible] comedit.* Hæc ille. Pueri enim [illegible] homine reformidant. Præclare monet

Senec.-

Nota quod dicit suos.

Petrus nudus piscatus, vocatus vestiuit se. Mystica explicatio.

Mors præca-

[illegible] iusti,

Ecclesia [illegible] [illegible] mortem improuisam.

August.

Cæsarius.

Mortis præparatio [illegible] iusto [illegible]

Seneca [illegible] *mortem familiarem cogitatione* [illegible] *posse* [illegible] Epist. 30. *Mortem* [illegible] *ad illam* [illegible] Socratem. [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] facienda, [illegible] Chrysost. [illegible] moriendo sequamini vestigia [illegible] in cruce pendentis [illegible] posuisse vos [illegible] super [illegible] cruce Christi [illegible] apertissimum [illegible] meritorum, cuius loco [illegible] consoletur vos, [illegible] ad ascendum caelos [illegible] & mundus [illegible] diabolo. [illegible] hoc est, memoria passionis & dolorum, quos patiuntur ij, qui volūt [illegible] mori. Accepit [illegible] concupiscentiarū [illegible] plena satisfactio [illegible]. Vt magna [illegible] ad [illegible] illo tempore [illegible] affectuum erga [illegible], ne diabolus [illegible], in quo vos [illegible] bono proposito [illegible] recedendi à iugo Christi. [illegible] hoc est [illegible] substan[illegible] caput vestrum honorate, cō[illegible] ad causas piæ, cū [illegible] vocentur. [illegible] vestro sanguine, hoc [illegible] vel filios & amicos [illegible], cum bona [illegible] acquisita [illegible] reddatis, quibus debentur. Post [illegible] capite [illegible] inclinato, quod [illegible] libenter & voluntarie ex [illegible] voluntate Dei mori: & [illegible] preparata est, [illegible] & comitantibus Angelis [illegible] [illegible] gloriæ [illegible].

Certè desponsis [illegible] mirabilibus modis mortem [illegible] quotidie [illegible], comedendo, bibendo, [illegible], dormiendo, [illegible], & similibus, vel semper [illegible]. Si libenter morimur [illegible] alteri [illegible] alterius defectu, angustia [illegible], vel [illegible] hoc [illegible] [illegible] Christus [illegible] & [illegible] vobis [illegible], cum [illegible] præcessit [illegible], corpori [illegible] reddatur, vbi [illegible] collocabantur.

De non flendo super iustos.

Nolite flere super me, sed super vos ipsos flete. Luc. 23.

O[illegible] iustus hoc dicere potest [illegible] vivente, ille moriens, ne fleant mortem suam. Non [illegible] sunt [illegible] suæ, quia moriens [illegible] peregrinationis terminus, miseriæ finis, laborum requies, ianua cælestis aperta. Propterea dicebat Dominus discipulis Ioann. 14. loquens de morte sua: *Si diligeretis me gauderetis* [illegible] *quia vado ad Patrem.* Item nec ratione corporis, licet moriatur & dissoluatur, sicut si aliqua domus dirueretur ad modicum tempus, vt postea denuo melior fieret 2. Corinth. 5. [illegible] *domus* [illegible] *dissoluitur*, [illegible] corporis, [illegible] Phil. 3. [illegible] Idem de tali mortuo possumus dicere illud Iere. 22. [illegible] Propter [illegible]

Mors iusti non defle-da.

r.

[illegible]

[illegible] quod homines non debent flere de [illegible] vilis, [illegible] damna propria, [illegible] mortuum, qui [illegible] valde [illegible] [illegible] fundamentum, ex qua spes est [illegible] morte sua. Illi [illegible] qui sunt in gloria plus prodesse possunt, quam potuissent, quando [illegible] functi sunt [illegible], apud quem plus possunt, & charitatem habent perfectiorē ad proximum [illegible] in mundo, quia charitas nunquam excidit. 1. Thess. 4. [illegible] Secundo, [illegible] defunctis. [illegible] est [illegible] de eo gaudendum. [illegible] Hieronymus [illegible] inter amicos, [illegible] gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. [illegible] Apoc. [illegible] [illegible]

2 Ratione defuncti.

Defuncti gloria.

Secundo. Defunctus [illegible] gloriam [illegible] post mortem [illegible] super se magnam [illegible] gehenna, Psal. 85. [illegible] Ille autem qui salvatur [illegible] magnam misericordiam Dei super [illegible] Ubi igitur [illegible] plex beneficium Dei. Primo quia supra [illegible] assumptus est [illegible] Et [illegible] triplicem. Primo, quia per [illegible] Consideratio [illegible] peccati [illegible] quamvis peccator non [illegible] Deum, sed [illegible] Secundo, [illegible] iudicium Dei [illegible] mundanis valde vili-

Misericordia Dei [illegible]

1

2

[illegible] tamen [illegible] Et [illegible] quid [illegible] iudicium Dei [illegible] Deus [illegible] peccatores. Quia [illegible] magna [illegible] Deus [illegible] praeceptis [illegible] Tibi [illegible] 3 [illegible] periculum [illegible] [illegible] vehementer [illegible] hoc modo [illegible] fidem [illegible] sed [illegible] [illegible] securitatem, [illegible] mundanis [illegible] [illegible] tribulationem [illegible] Psalm. [illegible] David [illegible] Secundum [illegible] [illegible] voluntatem Dei [illegible] [illegible] peccatorum [illegible] [illegible] & omnia, [illegible] [illegible] Sed [illegible] voluntate [illegible]

Mortis solatia, quæ. beatam comparat. Solatium vtique vel re medium insigne est bona mens, conscientia sana, vita honesta mors innocẽs aut pia. Nos autem populus talem vitã semper debemus instituere & agere. *Prudentia docet mortẽ ferendã.* Prudẽtis officiũ est, quid potest homini accidere, id præmeditari, ferendũ modicè cum id euenerit. Et sapientię studiũ virtutis vniuersæ atq; aliarũ laudandarum artium scientiam in se comprehendit: illa discipulos a terrenis cogitationib. ad rerum cælestium contemplationem auocat, & Philosophorum vita est mortis cõmendatio. Mors animæ a corpore solutio. *Vita à vi dicitur.* At quoniam in corpore animã manere violentũ est, ideò vitã, vocabulo à vi ducto, sapiẽtes initio vocauerũt, solutio mitis, quæ animæ libertatẽ largitur, quã nos in reb. difficillimis semper cupimus, vt simul liberi, & animæ etiam expedit, reuerti in patriam & æternitate donari. Tum etiã satis se philosophatos existimabant veteres, cùm inanes mundi fallacias euitare, Deo sine naturę duci obedire, virtuti vacare, perturbationibus imperare, fato libenter concedere didicissent. Natura enim, id est Dei ordinatione, non casu reguntur res humanę, ipsa natura cuncta singulari iudicio gubernat, causas euentuũ ante assignauit, mutatiões, vt æquũ est, suo tempore inducit, singulis hominib. certũ ac definitũ viuẽdi tempus statuit. Naturæ hæc est lex immutabilis, quam *Mors lex naturæ.* qui infringere conatur, in illam ostẽdit se proditorẽ. Natura vnicuiq; semel moriendum decreuit. Non vos obtẽperabitis eius decreto, sed immortales vos fieri contendetis, quos illa fecit mortales. Existimatis Naturam nobis suadere, vt pessimè metuamus id quod ipsa euenire mandauit? Si quoq; vrgetis, animãtibus inditũ esse vniuersis, vt se tueãtur & defendant, atq; ea, quę nocitura sunt auersentur, nihilominus ad mortis nomen trepidare, ascitum & inscitum esse defendo. Namq; hęc duo inter se optimè consentiunt, vt sui curam rationemque quis habeat, quæ victui conducunt, cõparet, vitam tueri atque conseruare elaboret, mortem vitare modis honestis contendit, sed interim ad moriendum æquo animo quotidie paratus sit, idque ob hoc, quod talis natura factus fuerit, qui singulis horis possit interire. Quicquid enim nascitur vnquam, vt aliquando moriatur, natũ est. Respondete modo, vtrum vos non natos velitis, an nasci tandem morituros? Mirandum igitur non est, si eius fatinæ homines suam ipsorum vmbram reformident, cum & timor sit quiddam imaginarium, & nullã sedem habeat in anima: Natura vult cõseruare vniuersum, ex vsu timemus mortis imaginem e vanidã. Animantia, quæ vere intereunt & homines, qui rationẽ habent, longè in hoc differunt & homines, qui propter scelera sua mori cogũtur, ab hominibus, qui insigni pietatis eruditionis, fortitudinisque laude nitantur, discrepant. Vide omnem Græciã de mortis contemptu disputantẽ. Si di- *Obiectio.* cis luce hac cæli iucunda priuari, item syderum orbisq; aspectu esse metuendum, nec hoc quidem. Num oculis captum esse, res tam horrenda est? At sci- *Respõdetur* mus cæcitati necessario annecti incommoda illa, vt si miseriam ac terrorem secum apportent, tamen infœlix atque metuenda sit cæcorum atque mortuorum conditio. At enim credo, quod tibi cæcum & surdum esse sit satius, quam è viuis excedere, ergo mortem ob eam causam ita timere non debes. Malunt homines sub dominis crudelissimis in mentibus asperis pane mucido & aqua viuere, vel etiam glandibus, quàm prodire, vbi lautiora omnia: Sic mortales malunt in calamitatibus huius mundi manere, quàm prodire ad cælestia. Parate vos igitur ad parendum eius imperio quem illa, cùm detrectantem inuenerit rapiet, illum, qui vna secum ire *Morti obstare posse pu-* volet, manu ducet. Morti vt obstare

tare, absonū est, illā optare insanum.

posse puretis absonum est, vt optetis insanum. In eo enim more puerorum ineptire videbimini, qui cum matres nutricesque suas filo tenui sibi ligauerint, iuxta eas securè recumbunt, quasi deserere non possent: istæ clanculum se subducunt: illi si obdormiscunt, rectè: sin vagire inceperint, sine modo, statim in gratijs requiescent. Sic mundani indormiunt & moriuntur, cùm securi sibi videntur. Parate vos priùs, ne imperati rapiamini, componite sana mente res vestras & suauiter indormiscetis. Quid ergò doletis. Nam quemadmodum si bestiolis, quæ in Ponto apud Hippani ostium, mane gigni, meridie iuuenescere, vesperi autem senescere ac mori dicuntur, mens ratione aliqua inesset humana, non lugendum aut dolendum esse quilibet sanæ mentis existimarit, sed si qua vel ante, vel circiter meridiem periret, quippe quæ paucis post horis interitura esset omninò, nec rursus eam, quæ occidente sole moreretur quòd in extremâ senectute decederet, fœlicem beatamque esse putaremus, vtpotè cuius tota vita breuis, & circumcisa sit: ita etiam non est, quod in nobis de breuitate vitæ queramur doleamusvè, qui paulò post eam omninò finituri eramus, nec a contrario longitudine efferamur aut lætemur, cuius quantumcunque fuerit incrementum, non multum distet a nihilo. Sed & summos & clarissimos heroes, quos Dijs genitos & nutritos ferunt, omnes penè vitam reliquisse, antequam senescerent, Poetæ fabulati sunt. Nec enim vitam hanc ingressi sumus, vt tanquam Magistratus quidam perinde leges ferremus, sed vt potiùs prouidentiæ ac fatorum edictis, quæ nobis Deus omnia sapientissimè germinans promulgauit, obedientes essemus. Interrogo vos vestri ne causa an defunctorum lugeatis? Luctus quia non tam bonus est, non est in infinitum producendus: quid enim

Bestiolæ in Ponto apud Hippani ostium mira quadā faciunt.

essemus? sit ergò breuis. Aiunt ex antiquis Philosophis quendam, cum ad Arsinoem Reginam, filij necem molestissimè ferentem, introisset, tali vsum oratione: *Fuit quoddam tempus, ô Regina, quo Iuppiter dæmonibus & dijs honores distribuebat. Luctus verò, qui tunc aberat, paulò pòst superuenit, iam tunc distributis omnibus. Cumque instaret apud Iouem, sibi quoque honorem decerni, Deus autem dubius animi esset, quænam ei potissimùm traderet, cum iam omnes inter alios consumpti essent, tandem tribuisse honorem, qui in hominum mortibus & funeribus adhibetur, lachrymas scilicet & dolores, dicitur. Quemadmodum igitur, ô Regina, omnes dij homines vehementer amant, qui eos prosequuntur honoribus ac sacrificijs, nec ab illis discedunt, talem quoque luctum censeas velim. Nam si eum non honorabis, nullo pacto adhærebit tibi. Si vero à te coletur diligenter, vt facis, doloribus & lachrymis, quæ in portionem datæ sunt ei, te & amabit & amplectetur, semperque tibi aliquid præparabit, quò continuè eum honores. Quod si per seipsam mors immatura, esset malum, acerbiora eodem modo puerorum funera, acerbissima vero eorum, qui in cunis sunt, existimare deberemus, & contra fit, & hec propter inanes, quas nobis promittebamus, spes. Non expectemus, vt eodem sepulchro corpus & miserias nostras claudamus.* Iamdiu a sapientibus quibusdam viris vita humana deplorata est. Inter quos Alcidamus Rhetor antiquissimus, & Cyrenaicus Egesias, præcipui sunt. Quorum Egesias prohibitus esse dicitur a Ptolomæo, ne illa in scholis disputaret: quoniam multi his auditis, mortem sibi consciuerunt. Idem & Cicero in eo libro, quo seipsum consolatur de morte filiæ, fecisse se diligentissimè scribit. Qui omnes vno quodammodo ore fatentur, vitam nostram pœnam miseriamque nobis esse, maximamque hominis calamitatem, natum esse. Plato dicebat, *Optimum esse homini, nunquam nasci*, deinde melius esse mori, quam viuere. Viuere enim quid aliud est, quam auram attrahere, eandemque è corporis tui fenestra

Philosophi ad Arsinoem consolatoria.

Egesias.

Cicero.

ina corruptiorem exhalare. Aduerte, quàm molesta sint, quæ ad vitam susten andam pertinent, ventrem onerare, exonerare, crines pectere, fricare dentes, nares emungere. purgare vngues, lauare, sudare, abstergere & similia. Vnde bene annotauit Epictetus. quòd si oporteret nos quinque dies solùm vicini corpus curare, non sustineremus. Certè iis, quibus grauis est timor mortis, non est graue mori. Sed graue est viuere, sub metu mortis. Non ergo mors grauis, sed metus. Si times malè mori, time malè viuere. Nescimus quid mortalibus magis expediat, vita an mors & vana semper sunt, quæ aliquando speramus per illos assequi nos potuisse vel posse. Nec qui plurimùm sagittis ac cithara vtitur, bonus sagittarius vel citharædus, sed qui optimè, quamuis semel vtrumque fecerit, peritissimus existimatur. sed quàm benè ac fœliciter quispiam vixerit, inspiciendum. Beatus & fœlix reputatus fuit antiquis temporibus & quem amarent dij, qui breuem vitam glorioso clausisset exitu. Nam & eas arbores optimas, quæ paruo tempore fructum plurimum afferant, existimamus. & ea animalia plurimum nobis in vita vtilitatis afferre iudicamus, à quibus interuallo temporis modico adiuuamur. Si procedente tempore dolor quamuis acerbissimus efferuescet, cur vos non liberatis hac molestia & quod in gratiam temporis paulò pòst facturi estis, cur non consilio & prudentia anteuertitis? Quanto magis doctrinæ & grauitati vestræ conuenit & rationi, finem luctus facere, quàm expectare consuetam illam & peruulgatam temporis medicinam, quæ mulieribus quoque communis est? Quemadmodum enim in lusu aleæ secundùm iactum disponere oportet ludum: ita etiam in aduersitatibus dolorem sedandum esse, eo maximè modo, quo ratio ipsa optimè fieri posse dictitat. Quid differt qui celerius, an qui tardius veniat, cùm necesse sit omnibus ad mortem, tanquam communem patriam peruenire, nec plus assequuntur, qui tardius quàm qui celerius appulerint. Nec est homini numerus annorum constitutus, vt dicant ante tempus mortuum. Mori bonum dum in fœlici statu est, ne calamitas illum turpiter enecet. Et si contemplemur quid sit mors, gratanter acceptanda est. Augustinus super Ioannem. *Quid est mors? nisi relictio corporis, depositio sarcinæ grauis, sed si alia sarcina non portetur, qua homo præcipitetur in gehennam.* Cicero Tusc. quæstion. l. 1. *Proh dij immortales, quam optabi iter illud iter ineundum esse debet, quo confecto, nulla sollicitudo futura est.* Augustinus li. 1. de Ciuitat. Dei. *Mala mors putanda non est, quam bona vita præcessit. Neque enim facit malam mortem, quod sequitur mortem.* Non itaque multum curandum est eis, qui necessariò morituri sunt, quid accidat, vt moriantur, sed moriendo, quo ire cogantur. Quemadmodum autem in Republ. vsu venit, vbi Magistratus sorte traduntur, & eum cui sors euenit, imperare, qui verò assequi non potest, non molestè, sed patienter ferre fortunam suam decet: sic & in vita, quodcumque eueniat, benignè ac facile tolerare nec fortunam accusare, sed sequi ac ei obedire necesse est. Vnde hominis vita nihil aliud est, quàm lusus & alea fortunæ ludentis. Homo nihil aliud est, quàm vmbræ somnium: quid debilius vmbra, vmbræ verò ipsius somnio inferiùs cogitari nihil potest. Existimabat Socrates, si Deus aliquis infortunia omnia in vnum locum congereret, huma-

Mori bonū.

August.

August.

Simile.

Socratis dictum.

no generi ex æquo ea diuidere velle si diceret, libentiùs vnumquemque hominem propria contentum calamitate discessurum, ita vt vnusquisque mortem suam sciret sustinere. Quando enim fuit tempus aliquod, quo homines non morerentur, aut potiùs quod non tempus fuit, qua in nobis ipsis adhuc spirantibus non sit mors? Nam vt Heraclitus ait, *idem est viuens & mortuus, vigilans & dormiens, senex & iuuenis. sicut mutatio diei & noctis, ita vitæ & mortis.* Si esset cognitus dies mortis, dolore ac metu ipsius multi perirent. Sed & mors similis est somno profundissimo, peregrinationi longinquæ, multique temporis. Mors & sopor sunt fratres geminique similes aspectu ipso, eodemque partu nati. Quod si mors peregrinationis nostræ terminus, cur fastidienda? Corpus nobis facessit multa negotia, molestias & calamitates ergò ex hoc carcere liberi gaudeamus, tunc veram scientiam & sapientiam consequemur, pura & immaculata anima. Ideo Socrates ad iudices, qui eum morti condemnauerunt dixit: *Nihil aliud est, ô iudices, timere mortem, quàm eum, qui nō sit, putari sapientem. Quippe qui existimatur scire, quæ nunquam cognouit aut expertus est.* Nullus enim viuentium hominum, qualis nam sit mors, scire potuit. Trophonius & Agamedes, cum Delphis templum illud pulcherrimum Apollini ædificassent, venerantes Deum pro mercede laboris ac pietatis suę, id quod homini habere optimum esset, rogauerunt: quibus se id traditurum Deus spopondit post eius diei diem septimum, interea conuiuari iussit lætos. Quo facto septima nocte post somnum non surrexerunt Et vt pro hoc articulo prudentiæ concludam, dicit Gregorius l. 13. moral. super illud: *Scio quod Redemptor meus viuit. Redemptor noster suscepit mortem, ne mori timeremus: ostendit resurrectionem vt nos posse resurgere confidamus.* Sed, *hoc idem in dolore maximè prouidendum est,* vti monet Cicero l. 2. Tusc. quæst. *ne quid abiectè, ne quid timidè, ne quid ignaue, ne quid seruiliter muliebriterué faciamus. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque rarò, eiulatus ne mulieri quidem.* Secundò, Mori etiam temperantiæ. Temperantia enim est mediocritas circà voluptates & efficit, vt sedandis affectionibus pareat, itemque vt rectę rationi pareant & hæ virtutes in summam illa conflictatione mortis maiori cum laude elucescunt. Gloria vera à virtute oritur, falsa ab eiusdem opinione, vtraque tamen aliorum arbitrio consistit, quo minoris æstimandam ducimus. Namque vt gloriæ titulo dignissimus sis, eum si populus nolit, non assequere. Siquidem aura popularis est, quæ sæpenumero in immerentes blandissimè spirat. Nescio quo pacto hominum ingenijs innascitur, vt in se plus videre videantur, quàm aut ipsi in alijs, aut alij in ipsis. Sed reuera quo quisque maior videtur sibi, hoc alijs minor est. Glora autem à virtute parta plurimi facienda. A virtute enim oriunda ipsa in simul gignit. Ea vt mereri studeas, hortor. Famæ iacturam fecit, qui eam affectauit. Fœminarum simillima est, cùm velis, nolunt, rursum, vbi non vis, volunt: itidem & illa. Hanc igitur vt assequare, fuge. Liberi prætereà sunt adiumenta & ornamenta vitæ, parentum viua imago, mortalium immortale semen, iuuentutis delitiæ, corona senum, familiæ columen, solatium vitæ, denique firmissimum officij coniugalis vinculum, sed vide quanti constant per totam vitam, quantum parentibus curarum afferunt. Oportebat enim nō genuisse, aut in eis [illegible] educandis erudiendisque laborum nunquam recusare. Quod sanguinem tuum participant, hoc & cognati. Tu acciperes apud Indos imperium, vbi nunquam posses filios aspicere, saltem abundares, quibus velles, hoc nunc cogita. Disce ex hoc propterea nati

Marginalia (left): Nullū fuit tempus, quo homines nō morerētur. — Heraclitus. — Mors & sopor sunt gemini. — Socratis dictum. — Trophonius & Agamedes. — Gregor.

Marginalia (right): Mori temperantiæ. — Gloria vera vnde.

nati sunt, non vt tecum continuò viuāt, sed vt tibi discedenti succedant. Cede igitur libens. Cesserunt tibi maiores tui, nec sis adeò importunus, vt ipsum discedendi tempus tute tibi velis præscribere. Et illi te deterrere poterunt & potuerunt. Dicet aliquis. In amicorum beneuolentia maximum vitæ firmamentum semper collocaui. In his deliciarum condimentum, leuamen curarum, secundis rebus ornamentum, aduersis subsidium, sine quibus vita insipida aut nulla. Egomet proximus mihi, sibi alius, quid de amicitia dicis? Quippe si conualescas, vsque te perfruemur. Sin fatis necessariò cedendum erit, ipsi tamen nos mutuò consolabimur. Pro te hoc tantum quod præstare licet, fiet. Ex animis nostris memoria tui non discedet, etiam apud alios laudabilem mentionem faciemus. Dic verbum saltem, & reliqua perficientur. Ringare licet & rumpare, rapiêre. Amicorum opem nequicquam implorabis. Quantum tu nobis defunctis præstares superstes, tantum tibi lege talionis effectū dabimus. Si orasses, orabimus, si dedisses eleemosynas, dabimus, si tumulasses, tumulabimus. Corpus ergastulum animæ siue sepulchrum, infirmitatis subiectum, corruptionis sedes, esca vermium, quæ sanitas, robur, statura aut pulchritudo deperit. Attende iterum, si mœrorem sequeris, te numero viuentium eximes, tibique ipsi perpetuam calamitatem ac miseriam præbebis, & acerbissimam vitæ tuæ infœlicitatem iudices, nullam aliam ob causam, nisi animi mollitie atque humilitate. Sin diuturnitate omnino mutaberis, quæ maximos luctus vetustate tollit & remouet, cur iam teipsum non eximis, scil. e miseria, cur non te calamitate ac molestia liberas? Cum præsertim optimum sit affectibus corporis, quantum fieri potest, celerius liberari? Quod itaque in gratiam temporis paulo post facturus es, cur non prudentia consilioque anteuertis, & ne expectes consuetam illam temporis medicinam, quæ mulieribus quoque communis est. Sumus subiecti fortunæ, ergò experiamur.

Mœrorem sequi, est se è numero viuentium eximere.

August. Augustinus de verbis Domini, sermon. 13. *Sæculum est quasi mare. Vnicuique autem sua cupiditas, est tempestas. Amas Deum, ambulas super mare, sub pedibus tuis est sæculi timor. Amas sæculum, absorbet te, amatores suos vorare nouit, non portare. Sed quando fluctuas cor tuum cupiditate, inuoca Christi diuinitatem, vt vincas tuam cupiditatem.*

Sæculum est quasi mare.

Ambros. Ambrosius sermon. de Quadrag. *Tantis malis hæc vita repleta est, vt comparatione eius mors remedium putetur esse, non pœna.*

August. Augustinus super epistolam Ioannis cap. 7. *Si non vultis in ista eremo mori siti, bibite charitatem: fons est, quem voluit Deus ponere, ne deficiamus, vt abundantiùs eum bibamus, cùm ad patriam venerimus.* Idem alibi: *Dilectio, est pacis vnda, ros gratiæ, charitatis imber, semen concordiæ, affectus gentium, amoris fructus: & ad summum. Dilectio Deus est.*

Bernard. Bernard. de floribus: *Circuire possum Domine cælum & terram, mare & aridam, & nusquam te inueniam, nisi in cruce: ibi dormis, ibi pascis, ibi cubas in meridie: in hac cruce te inuenit, in hac cruce suspenditur anima mea, & dulcia poma de ligno decerpit.*

Hieron. Hieronymus: *Omne tempus, in quo te non meliorem senseris, hoc æstima perdidisse.*

Seneca. Et Seneca epistola 22. *Nemo quàm benè viuet, sed quamdiu, considerat, cùm omnibus possit contingere, vt benè viuant, vt diu, nulli.*

Bernard. Bernard. sermon. 106. *Hæc est animæ suauissima & saluberrima requies, conscientia munda, quies secura fit beatæ animæ, culcitra conscientiæ puritas, capitale tranquillitas, opertorium securitas. Vt in hoc interim strato dormiat delectabiliter, & fœliciter requiescat. Paranda itaque est anima per totam vitam ad tentationem, per totam vitam in agone: quia nemo melius se habet tunc, quàm qui in passionibus sunt exercitati: sed nulla venit passio, quæ in passionibus Christi non soluetur. Itaque in illis spem habeamus.*

Animæ requies suauissima quæ.

Gregor. Gregorius: *O si aliquo Dei munere talem vitam ageremus sani, qualem aliquando pollicemur infirmi, quanta esset in mundo tranquillitas, quanta dulcedo, quanta iucunditas: Certe non tantùm au-*

reum sæculum, sed ætas illa innocens floreret, quam primi hominis culpa destruxit. *Nam corporum morbi sunt animæ plerumque salutares. Tunc enim Deum maximè recolimus, cùm in obsessa carne regnat infirmitas.* Et multis sanctorum ad animæ salutem, vt Paulo Apostolo, carnis flagella fuêre principium. August. super Matth serm. 19. *Ideo Deus fælicitatibus terrenis amaritudines miscet, vt alia quæratur fælicitas, cuius dulcedo non est fallax.* Idem de verb. Dom. serm. 17. *Quid est diu viuere, nisi diu torqueri? Vita hæc est dura vita, vita cæca, vita ærumnosa: omnia mors interimit, vniuersis gaudiis finem imponit.* Gregor. *Quod flagellum grano, quod fornax auro, quod lima ferro, hoc facit tribulatio iusto.* Item: *Percutimur in vita, ne vinci pro patria diligamus.* Boetius de Philosophiæ consol. l. 2. prosa 4. Quis est enim tam compositæ fœlicitatis, vt non ex aliqua parte cum statu sui qualitate rixetur? Anxia enim res est, humanorum conditio bonorum, idcircò nemo facilè cum fortunæ suæ cõditione concordet. Inest enim singulis, quòd inexpertus ignoret, & expertus exhorreat. Præterea mortuos colere dulci memoria, non planctu iubemur. Etenim cum boni omnes non lachrymis & mœrore, sed laudibus & hymnis, non luctu & gemitu, sed gloriosa & celebri memoria prosequẽdi sint, omnium tamen præcipuè defuncti, qui soluti à corporis seruitute, diuiniorem quandam vitam sortiti sunt, semoti à curis & miserijs, quas necesse omnino est nobis perpeti, donec spatium vitæ nobis concessum expleamus. Cur ergo tam breue spatium vitæ nostræ non potius rebus potioribus, quam luctu & mœrore consumimus? Et hic dolor æternus non est, quia nobis etiam aliquando inuitis remittetur. Furẽtis est pectus tundere, crines lacerare, sapientis considerare tempus, quod ita frustra teritur. *Factum infectum nec Iupiter facere potest*, vt ait Pindarus, sed huius remedium est obliuio. Iam meruit post labores grauissimos præmium. Et quid dices vtrum à bonis, an à malis discesserint? Nos sumus coloni, colimus Deorum non nostra, vsumfructum saltem nobis relinquunt, quid ergo, quia repetunt? Sic est vita depositum. Non est sapientis ignorare seipsum esse animal mortale. Vnde Delphis in templo scripta fuerant illa verba: *Nosce teipsum. Ne quid nimis.* Insuper Deus non est calamitatis author, & tamen quocunque modo quis moritur, & vbicunque lugent, quod Deus non hunc vel illud concesserit si quod extremum verbum euolauit, huius continuo tanquã doloris igniculi meminerunt. Non cogitant se esse homines, dum Deum & astra vocant crudelia. Simus viri non fœminæ. Fit nobis quod malis medicis. Ipsi enim profitentur se alios posse sanare, seipsos non possunt. Sic nos alios consolamur, ijsque verbis consolari non possumus. Facilè cum valemus recta consilia damus ægrotis. Pharmaco rationis curemus nos cito. Nec mortem idcircò formides, quod specie præcidit earum rerum, quæ in tua potestate non sunt, quibusque si ad Nestoris annos perueneris, fortassè potiri non liceat. Ratio suadet vt affectus aberrantes reuocemus, effrenos coerceamus, naturæ libenter cedamus, cum necessitate dextras copulemus. Latissimè dominatur, qui in seipsum habet dominationem, in alios potestas est misera. Si respicimus diuitias, quid possessio sine vsu ad quẽ destinata est? Non enim res ipsa, sed vsus eius noster est. Hunc amplectemur: alioqui non absimiles fuerimus huius æui superbis ædificijs, quæ cum prætereuntibus Caminos innumeros ambitiose ostentent, vix decimus quisque decies toto decennio flammam sentit, aut fumum emittit, ita est de bonis temporarijs à Deo datis. Vide ergo quid hæc, à quo, cuius, & propter quid sunt. Caduca

Morbi corporum sunt animæ salutares.

August.

August.

Gregor.

Boetius.

Mortui colendi memoria dulci non planctu.

[illegible]

deca sunt, tu vis perennia. A Deo mutuo data sunt, tu tanto creditori depositum non reddes? Fortunæ bona sunt, tu non fortuita, sed fixa, certa immota cupis & contendis. Etiam tibi reseruabis, cum æque illis alieni sint. Ad vsum vitæ accepisti, vtere dum viuis, quando naturæ cedendum est, illis valedicendum esse scias. Caue sis talis veterator, qui pro itinere accepit æquum mutuò & itinerari non destitit, vt sic illuderet benè merenti. Benè autem merens Deus est, qui concedit tibi omnia. Sed hominum, vt Simonides ait, paruæ admodum ac tenues sunt vires, inutiles & vanæ curæ, ac in eorum breuissima vita infiniti labores, nouissimeque capitibus nostris imminet ineuitabilis mors, cuius partem boni ac mali iuxta sortiti sunt. Fœlices ergo, qui aliam vitam complectuntur. Tertio, mori est fortitudinis. Fortitudo enim in metu reprimendo versatur, illa nos ad dura quæque perferenda vocat, tum quicquid euenire poterit, formidini locum dabit. Vbi ergò virtutem tuam magis conspicuam reddes, quàm maximis terroribus, vt in morte spernendis, aut animose sustinendis. Sic in bello tubas, tympana, tibias, vtriculas, fistulas, aliaque musices instrumenta, communi omnium gentium atque populorum consensu atque consuetudine adhiberi cernuntur, quæ pugnantes mira voluptate perfundunt. An tu idcircò strenui militis munia obire, teipsum periculis intrepide obijcere, fortiter manum cum hoste confligere recusabis, veritus ne tam dulcis harmoniæ participatione priuere. Imò clangor ille classicus atque omne reliquum martiale melos, vt aures titillatione permulcent, ita præcipuè animo impetum induunt, mœrorem, tristitiam, formidinem expellunt, euanidam mortis speciem ignauorum oculis obuersantem fugant, postremo virum quemque ad res altas & arduas alacriter subeundas animant. Sic, quæ fortuna tibi ad decus & ornamentum, ad vsum & delectationem largita est, si tu tibi dedecori, impedimento, terrori, cruciatui esse procuraueris, stolidus posthac, amens & abiectus iudicaberis. Adimantus apud Platonem dic. Dial. 5. de Rep. *Neminem fortem esse, qui mortem timet.* Accipe simile. Quando fit tumultus in ciuitate, omnes concurrunt, & alij formidine, alij misericordia, alij ira concitantur, & maxima pars ignorat, quare concurritur: vir fortis & sapiens hoc non facit: sic in morte propter sympathiam, cum nihil sit alias, Demus autem, mori malum esse, tamen frustra subterfugium quæres, sed timor in medio malum est: & quoniam non æquè in nostra potestate consistit, mortem ac metum discutere, alterutrum bellamus, cùm vtrumque non possumus. Nam si malum malo subtraxeris, quod superest, minus malum erit. Ergo metuere illud, quod declinare nequeas, cum à metuendo abstinere possis, extremæ dementiæ est. Timor præterea mortis nec fructum, nec finem aliquando habebit. Exitium tibi minitatur inimicus, illud ineuitabile, iste inexorabilis. Obsecrare superuacaneum, timere præterquam quod est inutile, etiam sordidum est. Sed video, quod non ita mors, quàm temporis circumstantia timetur, & quod non hodie vel hoc anno. Ergò illud est inertiæ tuæ, circumstantiam rei timere, vbi rem ipsam formidabilem non agnoscas, trepidas, vbi non oportet, confidens vbi minus expedit. An igitur quod furtim, & ex improuiso subrepere possit? Quasi verò illum timor tuus prohibeat? Prospice tibimet, quoad potes: verùm, quo plus formidas, eo celerius auduersarius ingruet. Mor-

Fortunæ bona permissa.

Simonides.

Fortitudo mori docet.

Simile de bello.

Plato.

Datur mori malũ esse, tamen nil concluditur

Morborum dolores asperos esse ais; vti præcursores mortis, ideoque aduentum ipsius formidas. Quasi tu solus inter mortales mortalium conditione, singulari priuilegio exemptus sis, non mori solùm, sed etiam ægrotare murmuras. Hoc non est mortem, sed morbum metuere. Hoc est homuli ignaui, languidi & inertis. In morbo etiam quisque seipsum affligi grauissime queritur, quasi velint cum triumpho ex hoc carcere ad campum Elysium deduci, & non per angiportus. Habes solamen Ciceronis, sc. de finibus: *Dolorem in longinquitate leuem, in grauitate breuem esse.* ita vt eius magnitudinem celeritas, diuturnitatem alleuiatio consoletur. Nam qui se dolorum magnitudine sentit oppressum, mortem potiùs expetat, quàm timeat. Idcircò enim cruciamenta grauiora videntur, quòd viuēdi facultatem abripiant, non quod mors cruciatus secum afferat. Mors violenta terribilis videtur in ætate florida, nec natura debitum poscente: ac ita quidem est flagitiosis, in quos iusto supplicio animaduertitur, qui contremiscentes conscientiæ stimulo, hinc illinc pœnæ & ignominiæ metu franguntur, sicut ille respondet flens, & de fletu argutus à congerronibus suis velut indignum viro magnanimo. *Amici mei,* ait, *quis vestrum est, quem non pigeat mori, antequam ægrotet?* His igitur morbus beneficij loco ducitur. Illi mors incubat, qui notus nimis omnibus, ignotus moritur sibi. Verùm insontes indigne ad carnificinam tracti, constantes & impauidi sunt. Exempla dat historia Ecclesiastica innumerabilia, de Prophetis, Apostolis, martyribus, virginibus, pueris, &c. Per medias acies cucurrerunt ad victoriam, sic tu per bona fortunæ, corporis & animi. Illi intolerabile nihil accidere potest, qui se ad patientiam animo ante obfirmauit. Magnum doloris leuamen est, innocentem cruciari. Si autem pro patria gloriosum est occumbere, quid pro patria cœlesti? Quid est, quod maximè times Tyrannum, ferrum an mortem? Illa huius gratia. Hanc autem propter se. Proinde vbi semel mortis metum expellere valeas cætera quæcunque eiusdem instrumenta facilè contemnes. Quemadmodum è conuerso supponamus, quòd Tyrannum primitus timeas, qui necem intentat, interitum verò secundarium propter illum, sc. quoniam ab ipso proueniat. Tum demum abs te ratio impetrabit, vt sublato Tyranno interitum nullatenus reformides. Quòd si sæuierit in te Tyrannus, subijce animi oculis æquitatē causæ, miserias vitę quales quales finiendas morte, eaque momentanea, beatitudinem subsequentem, ac nisi inconstantia fœde vacillaueris, præclaram de posteritate opinionem, famamque non interituram, & similia quæ huc spectant reportabis. Caue ne minas des aut execrationem. Etenim quod timemus, dum procul est, idipsum vbi obuenerit, dolere nos facit. Ipse igitur qui formidas mori, dolebis mortuus. Nec vereri debes, quandoquidem postea contristari nequeas. Quod enim præsens nihil perturbat, id expectatum nequaquam conficit. Tale quippiam notamus mortem. Quę cùm nos sumus, illa non adest, cùm verò mors adest, iam nos non sumus. Quare expecta, donec metuendi occasionem videris, ac tum demum vsque ad nauseam timeto. Philippus Macedonum Rex, cùm triplicis ei fœlicitatis nuncius eadem die venisset: primum Olimpijs quadriga vicisse, quodque præfectus eius Parmenio Dardanos pugna superasset, tertium verò vxorem filium peperisse, sublatis manibus in cœlum dixisse fertur: *O dij, mediocre aliquod infortunium tot tantisque meis fœlicitatibus opponatis, oro.* Videmus autem quod nulla sors lōga sit, dolor & voluptas inuicem cedant.

Philippi Macedonis exemplum.

dunt, breuior tamen semper voluptas.

Xenophontis exemplum. Xenophon Socraticus, cùm rem diuinã faceret aliquando coronatus, audissetque filium Gryllum nomine, quem vnicum habebat, in expeditione decessisse, corona statim deposita interrogauit, quonam mortis genere obijsset, cumq; intellexisset eum generose fortiterque pugnantem, magna prius hostium strage facta, strenuè occubuisse, dolorem ratione frenans, paruo post horę spatio & coronam capiti reposuisse, & inceptum sacrificium perfecisse dicitur, locutumq; ad eos, qui nunciauerant: Deos, inquit, rogaui, vt filium mihi non immortalem neque longæuũ darent, quippe qui an hoc ei expediret, ignorarem, sed vt optimum, patriæque amatorem facerent: Quod video me impetrasse, ideo voti compos gratias illis debeo.

Dionis exemplum. Dionem quoque Syracusium Platonis familiarem, domi sedentem cum amicis, ferunt magno subitoque tumultu & clamore facto inter familiares, causam requisiuisse. Vtque intellexit filium, quem habebat puerum, quod ex altiori loco ceciderat, mortuum esse, nihil turbatum motumque, mandasse mulieribus corpusculi curam, vt secundum patriæ leges sepeliretur. dicunt, ipsum vero ad amicos conuersum, eadē quibus antea consultabat & loquebatur, non reliquisse.

Pauli Aemylii exemplum. Paulus etiã Aemylius, qui deuictis Macedonibus speciosum nobilēque triumphum egit, duos septem dieb. filios continuatis funeribus extulit, nec tamē animo consternatus est. Cumq; in forum, qui paulo ante duobus natis latus vtrinque fulcientibus veniebat, solus descendisset, flente populo Romano, immotus stetit, concionans, Deos se rogasse præfatus, vt si quid propter immodicas fœlicitates inuidię apud superos Respub. contraheret, id suo potiùs, quàm publico damno solueretur. Quod cùm impetrasset, gratias dixit se magnas habere Deo atque agere. Moriuntur autem, quando à Deo diliguntur nonnunquam. Ex hoc sympolio decedunt priusquam inebriantur, id est, consenescant in molestijs decrepitæ senectutis. *Ex Symposio vitæ abeunt priusquam inebriantur.* Naucleri dicunt in naufragio. Idem mare, quod illa largiatur, eadem auferre quoque. Frustra Neptunum incusat, qui iterum mare tentat, sic quoque qui easdem vias morborum aut periculorũ repetunt. *Neptunum frustra incusat, qui iterũ mare tentat.* Vltimo, Iustitiæ primum munus est, suum cuique tribuere. Hoc officium moriturus præstare nō potes. Imo sola mors te isto ære liberabit. *Iustitia mors docet.* Si recusaueris in Deum & homines, quibus pariter terram hanc possidendam reliquit, iniustus eris. *Nemo iustus esse potest*, ait Cicero 2. offic. *qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egestatem timet.* *Cicero.* Philosophia est mortis meditatio, & qui diu hic studuerit, hoc solũ assequitur, vt seipsum noscat, rebus rationi parcat, mundana despiciat, & animi moderatione vitæ commodis fouendo, miserias ferendo, mortem non tam aspernari, quàm expetere discat. *Philosophia quid.* Aliqui citius hæc apprehendũt, alij tardius. Qui vero tardius signum est illos vel parum studio profecisse vel noluisse. Posthuma pœna manet. Stultæ enim impietatis esset, cuiquam mortalium tantam tribuere immunitatem, quasi absolute liber & exlex sit, ipse immediate summus, nulli secundus. Quare vt suum cuique tribuat supremus ille, iustitia tandem ab ipso impetrabit. Si punitio grauior sit, quanto maior est in quem peccatur, quis erit modus pœnæ, qui in Deum deliquit? Item. Omnibus hominibus misera hæc vita, mors est, & hæc temporalis mors est & vita, & lucrum vitæ æternæ, & eo modo, quod si homo totius mundi peccata haberet, & Deo offert voluntariam & ardentem mortem, tãtum lucratur, quod omnes pœnas pro peccatis debitas soluat, & cœlestis regni thesauros acquirat. Ideò nihil locupletius homine Christiano, & si nihil habeat, quam mortem.

mortem. Sic docet Guilelmus in summa de patientia. *An est.* Augustin. de ver. Dom. *Eleemosynam nota.* serm. 25. *Dicit tibi Christus, Da mihi ex eo, quod dedi tibi. De meo quæro & redde: Habuisti me largitorem, fac me debitorem, habeam te fœneratorem. Temporalia mihi das, æterna tibi restituam, meipsum tibi reddam, quando te mihi reddideris.* Quemadmodum autem in Rep. euenit, vbi Magistratus sorte traduntur, & eum cui sors euenit, imperare, qui verò assequi non potest, non molestè, sed patienter ferre fortunam suam decet: sic & in vita, quodcunque eueniat, benignè ac facilè tolerare, nec fortunam accusare, sed eam sequi ac obedire ei necesse est. Vnde quando iubemur mandato diuino migrare ex hoc sæculo, dimittere omnia, venire ad iudicium, parere mandatis, iustissimum est hoc facere. *Fides mori dictitat.* Itaque mori prudentia, temperantia, fortitudo & iustitia dictitant. Item quid esset fides nostra, prout ex symbolo dictum est superius, nisi crederemus aliam vitam post hanc vitam, & illam optimam, quid esset spes, & quę consolatio nostra, nisi iustis præmium æternæ beatitudinis, quid esset charitas diligere Deum, deinde proximum in hac vita, vt ibi in cœlestibus perfectius & in æternum diligamus. Huc omnia Catholicæ Religionis argumenta & testimonia, Prophetæ, scripturæ, oracula, spes & salus. *Mori est vtile, iustum honestum, iucundum.* Huc oratoria argumenta. Vtile enim est mori, vt euadat has miserias. Iustum, vt reddat quod accepit à Deo, & pro labore accipiat præmium. Honestum, vt qui super bestias constitutus est, non viuat cum bestijs semper, sed cum Deo, cuius similitudinem gerit: & cum angelis, qui paulo minus ab angelis factus est: & cum sanctis, quorum vestigia secutus est. Iucundum, vt in æternum lætetur. Quid ergo dicitis mortales, si gentiles mortem ita commendant, vos Christiani plus de ea sentire debetis, prout & fides nostra Catholica asserit. Quod ergò cogimini facere, scil. mori, studete, vt libenter, piè & fructuosè faciatis.

De signis, an se quis ad mortem benè præparauerit.

Frater non redimit, redimet homo? & non dabit Deo placationem suam, Psal. 48.

Dicit Psalmista, quòd frater carnalis, vel alius affinis sanguine non redimit ab inferno, in quo nulla est redemptio, & quia pro eo nullas eleemosynas facit. Dan. 4. *Redime peccata tua eleemosynis*, & verè, quia nullus homo purus potest redimere. Vnde dicit, *Redimet homo?* per interrogationem, & respondet quod nō, alius etiam extraneus, de quo minus videtur. *Red[...] hominem nemo p[...]* Cuius duæ sunt causæ.
Vna erit ex parte eorum, quia nolēt præ malitia. Ier. 9. Vnusquisque à proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. 1. *Nec [...] nolunt [...] malitia.*
Altera ex parte Domini, qui etiam si vellent ipsi redimere, non tamen suscipiet redemptionem. Pro. 6. *Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec requiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.* 2. *Quia Deus [...] non suscipiet redemptionem.*
Non dabit aliquid, pro quo quis possit placare Deum, aut Deus Deum: nec est oblatio, pro qua quis possit redimi, quia infernus est inexorabilis auro, & anima est inæstimabilis pretio. *Ratio [...]* Quanti enim est pretij anima, cuius redemptio est ipse Dei filius. 1. Cor. 6. *Empti estis pretio magno.* Soph. 1. *Argentum eorum & aurum eorum non poterit liberare eos in die furoris Domini.* Vel Christus, qui est primogenitus in mul-

in multis fratribus, non redimet talem, non enim iterum passurus est pro nobis. Vnde S. Bernard. Dedit nobis corpus in cibum, sanguinem in potum, animam in pretium. Sic ergo Deus in futuro non poterit placari, sed in præsenti tantum: secundum quod dixit Iacob de Esau, Genes. 32. *Placabo illum muneribus, quæ præcedunt, & postea videbo eum, forsitan propitiabitur mihi.* Multipliciter autem Deus hic placatur. Contritione, Psalm. 50. *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Oratione, Eccl. 36. *Oratio humiliantis se nubes penetrat.* Sacrificio, Psalm. 4. *Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino.* Eleemosyna, Heb. 13. *Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus.* Sed malus laborabit in æternum, sc. cruciabitur, & viuet adhuc secundum animam: secundum corpus autem, quia resurget vt morte indeficiente moriatur. Itaque curandum valde fratres, ne imparati moriamur, sed omnibus modis interius & exterius ostendamus signa præparationis nostræ ad mortem diligentissimæ. Multi petiit à Deo vitam longæuam, vt se ad mortem benè possint præparare, non tamen quærunt, in quo vis & modus consistat, in quibus signis cognoscatur, viuunt more Iudaico, innituntur nescio quibus medijs, & credunt vitam ipsorum prolongatam esse efficacem ad vitam æternam, quod multis periculosum est. Quare petit homo tempus ad pœnitentiam faciendam, ad complacendum Deo, cur non iam statim facit quod debet, & potest fieri commodè per mortem voluntariam, per quam etiam Deus omnia peccata sustulit. Vis benè pœnitere, pete mori iustitiæ, si vis bonus fieri, noli ad hoc tempus postulare, fac sine mora. Vis placere Deo, noli ponere illi modum, qualiter tecum agere debeat, noli statuere illi terminum, quamdiu te viuere permittat. Quomodo posses Deum magis calumniari, quam quod eum tam sapientem æque ac te æstimes, quod non plus tribuas misericordiæ suæ, quam meritis tuis, gratiæ suæ, quam tuis seruitijs. Soluit omnibus hominibus, vltra quam meruerunt, neminem damnat magis, quam promeruit. Vis de peccatis tuis agere pœnitentiam, moriare iustitiæ libentissimè, vis multum seruire, non est opus magis meritorium, quam propter voluntatem Dei mori, vis placere Deo singulariter, desideres mori propter voluntatem ipsius, sicut ille propter te desiderio desiderauit mori, & mortuus est. Quærere deberemus, vt signa semper quæ nobis Dei misericordia non nostra opera ostendunt, cognoscamus & veram præparationem, vel habilitatem ad mortem, vt post Christum possimus dicere, *Consummatum est.* Sanctus Bernard. petijt à Deo, vt a morte subitanea illum præseruaret, quem diabolus irrisit quod esset doctus, & timeret mortem subitaneam. Et adiunxit: Sunt septem versiculi in Psalmis, quos qui recitat quotidie, morte repentina non peribit. Cùm de illis quæreret vir sanctus, & diabolus nollet aperire, proposuit diebus singulis totum psalterium recitare. Quod vt, tanquam opus bonum & meritorium impediret, enumerauit illi omnes septem. Sed nemo credat sanctum virum in verbis ita posuisse vim, atque in sensu, vt disceret modum conseruandi animam ab illa morte. Et in primo versu significatur homini, quomodo operum & passionum suarum talem in corde pacem inueniet, vt sibi videatur solutus ab omnibus vinculis, neve magis doleat in peccatis, sed omnia in laudem Dei, vti sacrificium, offerat, dic. Psalm. centesimo decimoquinto, *Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo:* quod fit in morte iustorum, & præcipue, quod veniant ad quietem magnam cordis, nec repe-

Bernard.

Placatur Deus multipliciter. Contritione, Sacrificio, Oratione, Eleemosyna.

Malus laborabit in æternum.

Vitam longæuam petentes.

Homo calumniatur

Deum vitã longam petere.

Bernard.

Versiculi 7 in Psalmis à diabolo cogniti.

repe-

reperiant ampliùs tentationes. Deinde alterum versum. Psalm. 141. *Perijt fuga à me, & non est qui requirat animam meam* Hinc tertium signum & consolatorium experimentum, vt moriens magna securitate clamat. Psalm. eodem, *Clamaui ad te Domine, dixi tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.* Hinc accipit totam consolationem. quod omnia fecerit, quantum in illo fuerit. Psalm. 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde meo.* Et tunc illud verbum consolatorium. Psalm. 38. *Locutus sum in lingua mea: notum fac, vt sciam quid desit mihi.* Et iterum ibidem: *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus super me.* Et Psalm. 24. *Vias tuas demonstra mihi, & semitas tuas doce me.* Et Psalm. 85. *Fac mecum signum in bono,* &c. In tali spe & spiritu poterit dicere moriens, *Consummatum est.*

De bonis, quibus priuati sunt mortui.

Mortui nihil nouerunt ampliùs, nec habent vltrà mercedem, quia obliuioni tradita est memoria eorum. Eccl. 9.

Mortis cogitatio facit omnia contemptibilia.

Nihil videtur esse, quod ita reddat bona vitæ præsentis contemptibilia, sicut profunda mortis cogitatio. Quia tanto aliquid redditur contemptibilius, quanto magis eius defectus apparet. Sed mors maximè facit homini apparere defectum bonorum præsentiũ ex eo quod apertè declaret, illa bona pro quibus possidendis homines magis in hac vita laborant, omninò tolluntur per mortem. Nam quidam maximè laborant pro vita conseruanda & sustentanda, quidam pro scientia addiscenda vel vtenda, quidam pro mercede pecuniæ congreganda, & nonnulli pro sui nominis honore extendẽdo: sed omnia ista tolluntur per mortem. Et vita quia mortui, & scientia, quia nihil nouerunt amplius, & merces vel lucrũ, quia nihil habent amplius, & fama vel memoria, quia obliuioni dati sunt. Priuãtur ergò actu vitæ, quia mortui, visu scientiæ, quia nil nouerunt amplius, augmento pecuniæ, quia nihil habent lucri amplius de opere suo, & affectu amicitiæ, quia obliuioni tradita est memoria. Plantæ & arbores in æstate viuunt, quod ostẽdunt suis floribus, frõdibus & fructibus, quibus iterum priuantur in hyeme. Sic homines in mundo viuentes exornantur frondibus diuitiarum, floribus deliciarum, fructibus bonorum. Sed postquam per mortem sunt omnibus spoliati, & remanet cadauer exanime, videtur esse omninò mortui, & tamen remanet vita abscondita in anima, licet Deo nota. Col. 4. *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo* Vbi corruptibilitatem hominis, quia mortui estis, animarum immortalitatem, quæ remanet licet abscõditè, & sanctorum fœlicitatem cum Christo in Deo ostendit. Mortui dicuntur, qui sunt vita priuati. Vita autem triplex est, scil. naturæ, gratiæ, & gloriæ. Primam nemo potest effugere, quæ quemuis citat per morbos, ætatum mutationes, & defectus quotidianos vt se ad comparendum præparet, & dicat, *Mors salutat vos* Alteram, sc. gratiæ, obeũt alij propter culpam. Sunt enim diuersa peccata, quasi diuersæ ægritudines, quibus spiritualiter homines moriuntur. Et sunt aliquando intrà vterum, quædam ægritudines dolorosæ, quæ multũ affligunt, sic peccata intrà conscientiã quod figuratur 2. Par. 21 vbi dictũ est Iorã, qui fecerat multa mala, nec secutus fuerat Dominũ, sicut Iosaphat: *Tu egrotabis pessimo lãguore vteri,* &c. & mortuus infirmitate pessima, scil. morte culpæ, 2. Paral. 16.

Similе.

Vita [illegible] natu-ra, gratia & gloria.

Aegro-

Ægrotauit Asa dolore pedum vehementissimo. Asa scil. extollens scil. peccator dolore malorum affectionū laborauit, carnalis cupiditatis, nec in infirmitate sua quæsiuit Dominum, & mortuus est corpore & anima. Mortem gloriæ patiuntur damnati. quia & in corpore & anima patiūtur, quod primi non habent in corpore.

Animæ immortalitas.

Immortalitas animæ hinc probatur, quæ abscondita est, Iob.28. ab oculis omnium viuentium. Hoc autem facit Deus, vt maius meritum sit fidei nostræ, dū credimus, quod non videmus, scil. vitam & statum animarum post mortem. *Beati qui non viderunt & crediderunt.* In hoc abscondito animæ sanctorum maxima dulcedine, scil. visionis diuinæ perfruuntur. Ezech 7. *Adhuc in viuentibus vita eorum,* quia, *Deus non est mortuorū, sed viuentiū.* Psal.115. *Anima mea illi viuet,* sc. Deo.

Sanctorum felicitas.

Fęlicitas sanctorum. Quia si sunt *Hæredes Dei, cohæredes autem Christi.* Rom.8. Habent simul cum Christo vitam æternam in visione diuinitatis, scil. cognitionē sanctissimæ Trinitatis & vnitatis diuinæ essentiæ. Ioan.17. *Hæc est vita æterna.* Christus ergò in quantum Deus est simul cum patre beatificans eos in sui cognitione, sed in quantum homo est simul beatificatus cum eis in Dei visione. Hæc allegoricè. Sed literaliter dicitur. Mortui estis peccato per Baptismum vel pœnitentiam, vita nostra, scil. futura æterna & immortalis, abscondita est vobis nūc, quæ est cum Christo: quia iam immortalis vitæ resurrectio quam vos habetis cum Christo, inchoata est nobis in Christo tanquam in capite & sic in Dei, scilicet in virtute Dei.

Priuantur profectu scientiæ mortui.

Secundò, Priuātur profectu scientiæ secundum cognitionem beatam, quam habent sancti in cognitione Dei, vt ait Gregorius. qui intus claritatem Dei vident, nullo modo ignorant, quod foris fit. Merito autem damnati hanc iram Dei merentur, vt priuati sint omni notitia vtili: ex eo, quod ipsi Deum creatorem suum non cognouerunt, sicut debuerunt. Psal.78. *Effunde iram tuam super gentes, quæ te non nouerunt.*

Priuantur augmento diuitiarū.

Tertio, Priuantur augmento diuitiarum, &c. quia iam non laborabunt amplius pro præmio: *Iam vocati sunt operarij.* Matth 20. Ezech.16. *Mercedē vltra non dabis.* Vel dicitur de mercede spirituali. 1.Cor 3. *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* Vnde mortui non habent vltra mercedem, quia non proficiunt in merito vel in præmio. Et sic bona volūtas in bonis non erit meritum, sed præmium, vt & in malis mala voluntas non erit demeritum, sed pœna: sicut & trahentium in cælum angelorum & dæmonum ad infernum rapientium.

Priuantur profectu amicitiæ.

Quarto, Priuantur affectu amicitiæ. Obliuioni tradita est memoria etiam apud charos. Quia amicitia talium erat propter vtile, quod ex eo habebant, vel sperabant. Sed sicut, dic Seneca: *Amicus, qui vtilitatis causa assumptus fuerit, sicut canis amplectitur os, quamdiu inuenit quod rodat de eo, postea dimittit.* Sic talis amicus tamdiu durat, quamdiu vtilis ei fuerit.

Amicus vtilitatis causa quid.

Nota autem quod memoria iustorum manet hic laudabilis, impiorum vituperabilis Prouer.10. *Memoria iusti cum laudibus, nomen impiorum putrescet,* Item apud Deum sunt iusti in memoria æterna, iniqui in æterna obliuione. Psal.87. *Sicut vulnerati dormientes in sepul. quorum non es memor amplius:* Isti enim habent in inferno vulnera insanabilia peccatorum, & vulnera affligentia tormentorum. Ecce afflictio ipsorum.

Iusti apud Deum in memoria æterna.

De inde humilitas illorum, quia dormierunt in sepulchris hæc sunt illorum superbia palatia Psalm.48. *Sepulchra eorum, domus eorum.* Et dormientes, quia resurgent ad iudicium. vt sicut in corpore peccauerunt, ita in corpore damnationem accipiant. Psal.40. *Nunquid qui dormit, non adijciet, vt resurgat?*

Humilitas mortuorū, quia dormierunt in sepulchris.

Et desperatio eorum quātum ad pœnam sensus; quia Deus non est memor illorum, vt liberet eos, quia nec ipsi memores erant in vita vt pœniterent, Psal.6. *Non est in morte qui*

Desperatio eorū quantum ad pœnā sensus.

me...tui, in inferno autem quis confitebitur ...? quasi dicat. Non habet locum ibi confessio vel pœnitentia. Item quātum ad pœnam damni, quia de manu tua repulsi sunt, per quam nunquam deducentur ad gloriam. Psal. 138. *Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.* Repulsi sunt ergo a te dicente: Discedite à me maledicti. & ab illa manu, de qua dicitur, *Iustorum animæ in manu Dei sunt* Sap. 3. Psalm. 144. *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal.* scil. hominem ob cuius seruitium factum est omne animal, *benedictione*, scil. qua dices, Matth. 25. *Venite benedicti patris mei*, &c.

Iiij. quantū ad pœnam damni.

De vilitate hominis mortui.

Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Psal. 21.

Hominis dignitas.

MAgna est hominis dignitas, quàm cōtulit illi altissimus ab initio Dedit illi rationem, vt esset animal rationale, insigniuit ipsum imagine sua. Gen. 1. *Creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam.* Præfecit tādem ipsum alijs creaturis omnibus. Creauit ergò eum cum facultate rationis, cum nobilitate suæ imaginis, & cum dignitate dominationis. Sed hęc omnia vertuntur in contrariū, propter peccatum tātummodo. Quia rationalis homo transformatur in brutum? Ecce dic. *Ego sum vermis, & non homo* Honor nobilitatis imaginis commutatur in opprobrium. Ecce, *opprobriū hominum.* Dignitas prælationis conuertitur in abiectionis contemptum Ecce, *abiectio plebis.* Quæ si dicantur in persona defuncti, his omnibus est obnoxius. Nā corpus humanum post mortem in putredinem resoluitur, exinde vermes generantur, vt possit homo dicere: *Ego sum vermis*, scil. futurus, quia in vermem resoluendus. Vide quàm mirabilis transmutatio hominis in vermē. Non enim similis est processus in hominis corruptione, sicut in eius generatione. In generatione hominis est processus ab ignobiliori ad nobilius esse; quia embryo, sicut dic. Philosophus, viuit prius vita plantæ, deinde vita animalis, & vltimo vita hominis. Sed in corruptione hominis proceditur a nobiliori ad ignobilius: quia prius resoluitur in cadauer exanime, deinde in cadauer putridum, inde corrumpitur in vermes, & eorum nutrimentū. Vnde Iob. 25. *Homo putredo, et filius hominis vermis.* Ecce quib. describitur, primo corruptio abominabilis, quia *homo putredo.* Secundò generatio vilis, quia *filius hominis vermis.* Ex primo tollitur triplex generatio, qua homines consueuerunt gloriari secundum carnem Nam dicitur *homo putredo*, tum quia est secundum corpus ex putredine generatus, tum etiam, quia est intra corpus putredinis contentiuus, tum etiam quia facile est in puluerem resoluendus. Consueuit autem homo gloriari de originis nobilitate Oseæ 9 *Gloria eorum in partu, & ab vtero, & a conceptu.* Sed Dominus ad hanc gloriam tollendam, dedit partum hominis cum apertionis dolore, & vterum cum corruptionis fœtore, & conceptū ex humoris putredine, & cum libidinis pudore: Ergò gloriatio verę nobilitatis non debet sumi à carnis generatione, quia quocunq; parente homo sit natus, semper genitus est ex putredine. Vnde vera nobilitas hominis non attenditur ex origine carnis, sed virtutis. Quid ergò habet nobilis degener, in quo glorietur? Si de pulchritudine? cum corpus hominis sit plenū putredine, simile est sepulchro dealbato: Si de sepulturæ solennitate? Certè corpori defuncti nihil fecit plus esse in alto, quā in imo sepultum esse, tamen quasi putredo cōsumendus est, Iob 13. Quantum vero ad animā,

Hominis vita triplex.

Corruptio hominis triplex.

Origine ...

si illa gloria fieret, tibi obesset, maximè si pro hominum gloria procurasses, & puniendus acriter. Sepultura enim cadaueris non est opus ostentationis & elationis, sed potius deiectionis & detestationis. Et nemo comitabitur eum, Isai. 14. dicitur morienti. *Quasi cadauer putridum, non habebis consortium.* Iterum nota: Generatio vilis quæ procedit ex corruptione: quia, *filius hominum vermis*. Et sicut homini est duplex generatio, ita duplex corruptio. Fit enim in anima corruptio spiritualis per peccatum. vnde, Psal. 13 de peccatoribus: *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis*. Et de tali corruptiōe oritur vermis spiritualis, sc. cōscientiæ remorsus, scil. ex putredine peccati, qui animam affligit. Isai. 66. *Vermis eorum non moritur.* Corruptio corporalis fit, quando corpus putrescit, & ex eo vermes generantur, qui etiam ex ipso pascuntur, Isa. 14 *Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.* Secundum malum. Homo per mortem priuatur nobilitate naturali. Quia homo dicit quiddam cōpositum ex anima rationali & corpore, & ita proprie loquendo, anima sola non est homo, sed pars hominis, & multo magis corpus quod est pars minùs principalis, & de hoc principaliter dic. *non homo*, sc. de corpore mortuo. Nota etiam quod homo deficiat ab esse humano spirituali morte peccati, qua perdita assimilatur bestijs, & dicitur quasi non esse homo: corporali autem morte dicitur non esse homo, quia deficit ab humana integritate. Sed principalis dignitas hominis in ratione consistit, qua ab alijs animalib. distinguitur; & quando illa nō vtitur recte fit bestię similis. Ps. 48. *Homo cum in honore esset.* Vide autē primo hominis dignitatē. Non.n. homo poterat fieri ad pulchrius exemplū, quā ad exēplū imaginis diuinę, super hoc pręposuit illū omnib. creaturis. Ideo dicit S. Trinitas Gen. 1. *Faciam⁹ hominē ad imaginē, & simil.* Peccatores autē pro honore reddūt Deo iniuriā, & beneficiū dominationis sibi datę cōtēnunt. Quia imaginē Dei in se nō verētur deformare per peccata varia. Rom. 1. *Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum.* In volucribus superbi, in quadrupedib. luxuriosi, in serpentib. de puluere terrę viuentibus auari designantur. In eo aūt quod præposuit Deus hominem bestijs, ostenditur quale debet esse dominiū rationis in homine. Sed Eccl. 39. *Pro honore & beneficio reddit illi contumeliam.* Cæcitas hominis: Quia non intellexit. Cùm sit animal intellectuale, & per intellectū eleuari possit vsq; ad cōtemplationem diuinorum, quomodo regere poterit & proficere? Interdum enim sancti viri ex tali delectatione capiuntur, vt quasi nō aduertāt, si sint in corpore, an extrà corpus, sicut D. Paulo factum est. 2. Cor. 12. E contra. Sap. 13. *Vani sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei.* Nā ex his, quę videntur bona nō potuerunt intelligere eū qui est, neq; operib. attendētes agnouerūt, quis esset artifex. Præterea homo est animal disciplinæ preceptiuū propter vsū rationis. Vnde homo, qui non vult studere, nec facit filios suos aliquā scientiā discere, nō intelligit dignitatē suā. Itē homo est animal amicabile secūdū omne genus amicitię, eo ꝙ amicitiæ est tātū solatiū, quod sine amicis nullus vellet viuere, etiā reliqua bona habens, in quo etiam a brutis differt. Item est animal coniugabile, eo quod legibus ordinatus faciat honestas nuptias: quod est contra bestias & homines luxuriosos, quibus dicitur. Psal 31. *Nolite fieri, sicut equus & mulus.* Nam & diabolus habet potestatem super tales Tob. 6. Vilitas. Quia *comparatus est iumento*, non ex natura à Deo data, sed ex culpa contracta. Nam cum homo sit medius inter Deum & bestias, cùm dimittit dignitatem humanam non viuendo secundum rationem, sed secundum aliquam inordi-

Generatio & corruptio duplex. *Nobilitate naturali.* *Hominis dignitas & excellentia.* *Hominis cæcitas.* *Hominis vilitas.*

inordinatam passionem cum in diuinã naturam transire non possit, restat, vt in bestias, secundùm diuersas passiones transeat. Tertium malum. Quia homo mortuus repudiatur à communitate sociali. Vnde in persona defuncti dicit: *Opprobrium sum hominum & abiectio plebis.* Ratione putredinis & fœtoris, cui competit illud Psalm. 30. *Factus sum opprobrium vicinis meis valde. Qui videbant me, foras fugiebant à me, & oblitus sum.* Attende qui viuus erat honorabilis, post mortem efficitur opprobrium putredinis. Ille cuius societas, dum viueret, præstabat securitatem, cùm est mortuus incutit timorem etiam notis suis. Dum viuebat, cùm desiderio videbatur ab his, qui fugiũt ne mortuũ videant. Et qui erat celebris in hominũ fama & recordatione, postquam defunctus est datur obliuioni, à corde suorũ charorũ. Hæc etiam possunt exponi de conditione flebili, cuiuslibet peccatoris quando erit in vltimo iudicio. Vbi erit opprobrium ex peccatis quæ omnibus manifesta erunt tanquam vicinis & præsentibus. Item ex sententia maledictionis: *Discedite à me maledicti.* Deinde erit coditio formidabilis propter tormentum, scil. *ignem æternum*, ideo dic. *Timor notis meis.* Tertio, Detestabilis propter delictum. *Qui videbant me, foras, fug. à me.* Sicut Sancti, qui fugiunt videntes peccatorem male agere. Vltimò miserabilis propter despectũ qui erit à Deo & omnibus Sanctis eius, quod videbitur ab eis perpetuæ obliuioni traditus, tanquam mortuus æterna morte. Oseæ 1. *Non addam vltrà misereri; obliuione obliuiscar eorum.* Sed iterum corpus hominis mortui ratione fœtoris abijcitur à plebe & consortio hominum, dum sepelitur, ne fœtore suo inficiat. Ideò dicitur vltimo, *abiectio plebis.* Vnde qui olim sequebantur eum, nunc abijciunt, tanquam aliquod abominabile, & inutile, & abscondunt in sepulchro, ne ampliùs videant illum. Vnde competit ei illud Ionę 2. *Abiectus sum à conspectu oculorum.* Sed talis abiectio hominum nil obest his, qui nõ abijciuntur, sed recolliguntur à Deo in cælo. Nam in talibus Deus inhabitat per gloriam, & non abijcit eos ad pœnam. Leuit. 26. *Ponam tabernaculum in medio vestri, & non abijciet vos anima mea.*

Cõmunitate sociali.

Mutationẽ aduerte hominis.

Peccatoris detestabilitas.

Peccator miserabilis

Abiectio plebis.

De vigilantia viuentis, & nuditate morientis.

Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet. Apoc. 16.

De primis parentibus scribitur Gen. 2. quòd *erant ambo nudi, & non erubescebant*, quia puritas innocentiæ non sinebat aliquid turpitudinis imaginari. sed post culpam, perdita innocentia cognouerunt se esse nudos, & de nuditate sua erubescere cœperunt. Si ergò erubescẽdum de nuditate corporis, & in aliorũ conspectu: quanto magis de animæ nuditate, quando est sine vestibus gratię & virtutum. Nuditas corporalis potest esse sine culpa, vel propter inopiam, vel Matth. 25. *Nudus eram, & cooperuistis me.* vel propter latrones Iob. 24. *Nudos dimittunt sine [illegible] homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in die frigoris.* Sed nuditas animæ, quæ est priuatio gratiæ & virtutũ, semper includit culpam vel originalem, vel actualem, & culpa semper est erubescibilis. & longè ampliùs quàm nuditas corporis, quia hæc confusio solùm in conspectu hominum est, sed illa in conspectu Dei & sanctorum Angelorum, ad quorum fœlicitatis consortium nullus admittitur sine gratiæ vestimento, nullusque eo vestitus excluditur, ideo benè dicitur in verbis propositis, *Beatus qui vigilat.* Spondetur præmium gloriosum, quia *Beatus.* Studium fructuosum, dic. *Qui vigilat, & custodit vest. su.* Præcauetur

tur opprobriū, ne nudus ambulet. Præmium gloriosum est pręmium beatorū, quia beatitudo est illud summum bonū, in quo omnis boni ratio cōtinetur. Aut beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Videmus autem naturaliter, quòd per remotionem vnius contrarij peruenitur ad perfectionē alterius. Sicut res afficitur frigida per remotionem caloris, ideo per remotionem mali peruenitur ad perfectionem boni. Malum autem culpę plus habet de ratione mali, quàm malum pœnæ: vnde culpa facit hominem malum, nō pœna. Et ideo non potest homo peruenire ad bonum perfectissimum, quod est beatitudo, nisi per remotionem omnimodā peccati, quod est malum culpæ, Ideo Ps. 1. *Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum; et in via peccatorum non stetit: & in cathedra pestilentiæ.* Vbi triplex negatio ponitur, quę perfectam innocentiam comprehendit & omnimodam remotionem peccati. Cùm enim loquendo de peccatis, omne quod est in mundo, sit concupiscentia carnis & concupiscentia oculorū & superbia vitę. 1. Ioan. 2. Peccatum carnalis lasciuiæ auaritiæ & superbię. Primum carni. Secundum mundo. Tertiū diabolo appropriatur. Prima negatio nō abire in consilio impiorum, excludit peccatū superbiæ, quod propriè dæmonib. imputatur. Ipsi enim sunt impij, quorum peccatum fuit consilium post creationē à Deo recedere per elationē, iuxta illud Isa. 14. *Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris, corruisti in terram qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo: In cælum conscendam, &c. similis ero altissimo.* & Gen. 3. *Eritis sicut dij.* Christus autem amicus prudentissimus est, dans consilium humilitatis. Matth. 11. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Diabolus autē inimicus noster maximus, est stultissimus, quia ibi stare nequiuit, vnde nūquam aliquis, vt ipse cecidit. Si ergo elationem nobis consulit aut quisquis alius, spernatur eius consilium, & Dei audiatur. Tob. 4. *Consilium semper à sapiente perquire, & omni tempore benedic Deum, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant.* Secunda, In via peccatorum non stare, excludit peccatum auaritię, quod mundo appropiatur. Est enim mundus via peccatorū, quia quamdiu in ipso sumus, peregrini sumus. Vitare peccatū totaliter nō possumus, caueat tamen quilibet, ne in eo stet. Arena iuxta mare in locis pluribus currentes supportat, stantes absorbet. Tertia. In cathedra pestilentiæ non sedere, excludit peccatum luxuriæ, quod carni attribuitur. Quia enim caro locus est animæ, in quo quidem residet, quando in ea delectatur, ideò per cathedram intelligitur, quæ conuenienter dicitur pestilentiæ. Est enim pestilentia contagium quoddam, quod dum vnum apprehendit, celeriter transit ad plures. Dicitur pastulentia, scil. à pastu. Sic fuit de infectione carnis in primis parentibus, & transiuit ad posteros à pastu ligni vetiti. Remedia sunt exiccatiua, motus, vigiliæ & nutrimenti paucitas. Et contra pestem carnis ne inficiatur spiritus corpus exiccetur laboribus & vigilijs & ieiunijs. Studium fructuosum scil. vigilandi & custodiendi. Custodes portarum ciuitatis solent vigilare ne hostes ingrediantur & per eorum negligentiam ciuitas amittatur. Certè Dominus abiens tradidit cuilibet custodiam sui, ideò debet quilibet vigilare, vt possit dare bonam rationem officij sui. Marc. 13, *Ianitori præcepit, vt vigilet.* Ecce commissa custodia dic. *Ianitori.* Obedientia iniuncta, *vt vigilet.* Sollicita diligentia dic. *Vigilate ergo.* Suspecta ignorantia, dic. *Nescitis quando Dominus veniet.* Ianitor est ratio, quæ debet custodire & regere totum hominem. Fortallitio enim capto, facilè aperiuntur portę. Ita quando per negligentiam hominis eripitur, aut per consensum, facillimè capiuntur & aperiuntur portę, & intrant hostes, & os ad dicen-

Premium gloriosum est premium beatorum.

Malum culpæ.

Negatio triplex.

Peccata tria animaduertenda.

1. Negatio. Non abire in consilio impiorum.

2. In via peccatorum non stare.

3. In cathedra pestilentiæ non sedere.

Pestilentia quid.

Pestilentia dicitur à pastu.

Studium fructuosum.

Simile de custodibus portarū.

Ianitoris officium.

dicendum verba mala, & oculi ad vidēdum male, & aures ad malè audiendum & manus ad male tangendum, & sic de alijs. Et sicut inimici intrantes ædificiū polluunt & destruunt, & incendunt, sic peccata hominem. *Simile de inimicis occupātib.* Et sicut quando aliquis suspectus venit ad portā, priùs debet inquiri à ianitore, quis sit: sic quando vnà tentatio venit, & pulsat, quid sit, vtrum bona vel mala, & tunc claudere ianuam, scil. consensum, 2. Par. 35. *Ianitores verè singulas portas obseruabant, ita vt nec puncto discederent à ministerio.* Præterea tēpore pacis dormiunt securè omnes in lectis, secus tempore belli: Sic faciunt homines habentes pacem cum diabolo, viuunt in delitijs & fecibus peccatorū suorum: secus est, vbi recesserunt à seruitute diaboli. Figuram habes 1. Mach. 12. de Ionatha. Insuper quando dominus recedit, familia expectat sollicitè etiam cum lumine. Sic cum lumine gratiæ expecta Dominum non dormiens, sed vigilans, in quacunque vigilia. *Nescitis quando veniet*, ideo occultum voluit tempus mortis, vt magis sollicitè vigilaremus. *Vestimentum custodiendū est triplex.* Vestimentum custodiēdum est triplex. *Generale.* Generale est corpus & custodiendum, ne luto inquinetur. Apoc. 3. *Habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua.* Et de præmio talium additur: *Ambulabunt mecum in albis*, scil. glorificatis corporibus. De cuius custodia dicitur 1. Timoth. 6. *[illegible] custodi.* *Nuptiale.* Nuptiale & festiuum est charitas, sine qua quis excluditur à nuptijs [illegible] custodiendum à sentibus auaritiæ ne laceretur. Quia amor mundi & diuitiarum, quæ per spinas intelliguntur, dissipat amorem Dei. 1. Ioan. 2. *Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo.* Pro. [illegible] *[illegible]*, sic ob [illegible] rapina & vsura, quæ aliena bona [illegible] concupiscit. *Ministeriale.* Ministeriale, quo vestiuntur omnes serui Dei, est meritum bonorum operū, quod ex varijs virtutibus conficitur. Hoc præcipuè custodiendum est ne corrodatur à tinea vel vermibus, ex vestibus nascentibus, vt est superbia vel inanis gloria, quæ ex bonis operibus oritur, & perdit ipsa tandem. Eccl. 42. *De vestimentis procedit tinea.* & tamen ipsa bona destruit, & eorum meritum perdit. Opprobrium [illegible] est, ne nudus ambulet, scil. [illegible] ad Dei iudicium. Apoc. 17. *[illegible]* sic peccatoris animam, *& nudam [illegible] eius manducabunt*, sic vermes, *& ipsam [illegible]* animam, *igni concremabunt*, sic dæmones. Vbi attende quomodo peccatoribus [illegible] per peccata sua, omnia in contrarium conuertentur. Nam primum *[illegible]* est. Contra consolationem [illegible] & honorum, *& nudam*, contra [illegible] diuitiarum & honorum, *& [illegible] eius carnes*, contra [illegible] & ciborum, *& ipsam igne concremabunt*, contra abusum & libidinē carnalium delectationum. Nuda est etiam anima spoliata omni fulcimento & opulentia diuitiarum & possessionum. Vt autem vestiamur vestimento virtutum & gratia, vt deinde etiam vestiamur indumento gloriæ 2. Cor. 5. *Scimus, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur,* Sequitur, *nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cælo est superinduere cupientes, si tamen vestiti, non nudi inueniamur.*

De vili conditione hominis in vita & post mortem.

Puluis es, & in puluerem reuerteris. Genes. 3.

PVlchra Philosophia est, sui ipsius cognitio. Quod testatur D. Bernar. [illegible] *[illegible]*

complexiones hominum, naturas animalium, & [illegible] cælestium & terrestrium haberes scienti- [illegible] quàm improbus est homo [illegible], & Deo qui ostendit homini, quid sit, vel quæ futura sit vita homi- [illegible] superbit, delitijs & di [illegible] perpetuò [illegible], ecce [illegible] ecce hu- [illegible] mo- [illegible] Sicut vi- [illegible] corporis [illegible] aduersita- [illegible] percutitur, modò vento ten- [illegible] mouetur, modò vento prospe- [illegible], modò vento mortis dis- [illegible] Vnde Psalm. 34. *Fiant tanquam [illegible] venti.* Et quia Deus varietatem [illegible] corporis nostri recorda- [illegible] facilius miseretur, Psal. 102. *[illegible] quoniam ipse cog. [illegible] [illegible] pulius [illegible]* &c. [illegible] diuinæ pietatis narratur. Quia *[illegible]*. Humana item fra- gilitas. *[illegible]*. Defectus [illegible] calamitatis, quia *Recordatus est.* Pri- mò, Timentes diuinam iustitiam rede- unt ad veram pœnitentiam, recipiunt diuinam misericordiam: quia remittit eis Deus omne peccatum actuale: Ori- ginale enim per Baptismum purgatur. Et licet in omni opere relucet Dei iu- stitia & misericordia, tamen principa- lior est Dei misericordia. Primo, Sicut [illegible] in generalibus rebus tenet locum [illegible], quasi pater, & terra materiæ, id- [illegible] sicut pater & sol sunt nobiliores ad generationem, ita & principaliores: [illegible] Deus est actor, homo subiectum, & Deus tenet locum formæ, scil. miseri- cordiæ, quæ mouetur aduersus homi- nem, & iustitiæ, vt [illegible] proportionabi- [illegible] robur naturalia. Vnde sicut sol in generatione est principalior, ita mi- sericordia est principalior in diuina o- peratione, eo quod attenditur penes Deum inclinatiue, quàm sit diuina iusti- tia quæ attenditur penes hominem ter- minatiue, Iacob 2. *Misericordia superexaltat iudicium*, scilicet præeminet in iudicio. Quia est velut agens potentior ad agen- dum per misericordiam, quam sit ho- mo velut patiens ad suscipiendum iu- stitiam. Psal. 144. *Miserationes eius super om-*

nia opera eius. Secundò, licet in miraculis relucea Dei omnipotentia, tamen ma- 2
gis misericordia, quæ mouetur ad mira- cula facienda. Nam vt educeret popu- lum suum de miseria seruitutis, vide quid fecerit. Exod 13. & 17. 14. Deut 29. Iosue 3. 12. Et in nouo testamento, dæmo- nia expellendo, noctem illuminando nascens, diem obscurando moriens, vẽ- tis [illegible] imperando, &c. Tertio, pro- 3
pter virtuosam communicationem vt nos ad fidem perduceret, *sine qua impossi- bile est placere Deo.* Heb. 11. quæ omnia pro- lixum esset enarrare, signa de cælo gra- tiam sanitatum, prophetiæ, manifesta- tionem spiritus ad vtilitatem misero- rum, & sic magis ad confidentiam est misericordia, quàm iustitia ad timorẽ. Quartò propter gratiosam conuersio- 4
nem. Omnipotentiam parcendo maxi- mè & miserando manifestat: dum pec- cata remittit ostendit se parcere, & po- tentiam dum hominem remouet a mi- seria culpæ & promouet eum ad fœli- citatem. In tali peccati remissione Deus facit quattuor. Primò, remouet culpam maculantem, quia per peccatum anima denigratur. Secundò, remittit pœnam sc. gehennæ a regno Dei excludentem. vnde remouendo reatum efficit homi- 1
nem dignum vita æterna. Tertiò, Infun- 2
dit gratiam iustificantem, quæ gratia 3
excedit omnes naturales virtutes, scili- cet operatione quæ est infinita. Quar- 4
tò, Dat vitam beatificantem & glorifi- cantem. Hæc rogabat Dauid Psalmo quinquagesimo, *Miserere mei Deus secun- dum magnam misericordiam tuam.* Defectus humanæ infirmitatis. *quoniam ipse [illegible]* Nouit, quàm ex

Ddd 2 [illegible]

Marginal notes (left): [illegible] / [illegible] / [illegible] / *[illegible] hominis.* / [illegible] / *[illegible] de sole.*

Marginal notes (right): *In remissione peccati Deus facit quatuor.* / *Infirmitas [illegible] humana [illegible]*

se infimum sit, quod lapsum sit per culpam, reficiendum per pœnitentiam, adoptandum per gratiam, ditandum per gloriã. Defectus variæ calamitatis, dic. *Recordatus est*, &c. Loquitur ad similitudinem nostri, cùm ipse omnia sciat & cognoscat. Psalm. 138. *Tu cognouisti omnia nouissima & antiqua, tu formasti me*, &c. vt misereatur nostri. Vbi quatuor notãtur. Nostra ariditas, quoniã *puluis sumus*, sc. terra sicca secũdo fragilitas nostra. *Homo sicut fænũ*. Tertiò vanitas nostra: quia *dies eius, tanquam flos agri*. Mortalitas nostra, quia *Spiritus pertransibit*. Nos itaque qui sumus factura Dei, facti sumus ratione animę, ariditate peccati puluis, leuis, aridus, sterilis. Leuis sine pondere virtutis. aridus sine humore compunctionis sterilis sine fructu operis meritorij. Humana fragilitas est sicut fœnum, quod habet nascendo virorem, crescendo decorem vltimo florem, sed tandem desiccatum solis ardore redigitur in puluerem. Itẽ fœnum præcisum & siccum nutrimento est animalium deputatum Sic homo habet nascendo virorem vitæ, crescẽdo decorem formæ, & post augmentum quandoque florem fortunæ, & temporalis gloriæ, sed solis ardore, scil. grauis infirmitatis vel tribulationis siccatus aut adustus redigitur in puluerem mortis vel infimæ deiectiõis. Et corpus hominis per mortem vel aliam priuationem siccatum, & quando est in sepulchro efficitur esca vermium. Item fœnum, quãto altius stat & minus profundum, radices inferius deprimit, tanto minus crescit, & citius arescit, sicut super tecta. Sic homo, quanto est in altiori statu, si radices cordis eius nõ profundantur in humilitate, scil. in sui humili cognitione & custodiæ sedulitate parum proficit. Vanitas humanæ gloriæ declaratur in diebus eius, tanquam flos agri. Gloria enim mundana Primò cõsistit in delectatione voluptatum quod floribus exprimitur, quia fluunt delectationes sensibiles, vt in epulone Luc. 16. Secundò, in possessione diuitiarum, 2
sed homo tandem diues, *quasi flos egreditur, & conteritur*. Iob 14. Sicut enim flores sunt ad ornamentum, sic diuitiæ: sed pauperes ornabunt cælum. Matth. 5. *Beati pauperes spiritu*; Sicut diuitiæ mundum. Tertio, in sublimitate dignitatum. Flo- 3
res sunt in alto in arboribus, & cito cadunt & deficiunt: sic homo. Mortalitas humana dic. *Spiritus pertransibit*. Mors autem affert tria per quę videbitur odibilis. Primò, vitalem spirationem in separatione animæ. Anima enim dicitur spiritus, 1
quia vitam corpori spirat. Ioan. *Spiritus est, qui viuificat*. Sic est periculum spiritui exire de domo proprij corporis, eo quod in ipso exitu ruat corpus in mortem, & ipse spiritus exeat nudus, & omnia bona perdat quæ possidebat in corpore, sicut sunt potentiæ & actus potentiarum, &c Secundò naturalem conser- 2
uationem: quia homo post separationem spiritus non subsistit, & ipsum corpus non est amplius corpus hominis, secundum naturam. Sed adoranda sunt sanctorum corpora, non solum quia ipsorum fuerunt, sed quia adhuc erunt, & quæcunque partes vel cineres ad eorum corpora redibũt ex ordine diuinæ prouidentiæ. itaque propter spem futuræ resurrectionis, quam fides prædicat, colenda etiam sunt. Alias de aliis dic. Iob 7. *Ecce in puluere dormio*, &c. Tertiò, Corpo- 3
ralem habitationem quia non cognoscet amplius locum suum Quia vita spiritus longè est à vita carnis. Nam sicut corporea & incorporea sunt diuersa genere, ita sunt distincta cognitione, vt docet, Gregorius. Et Augustinus in lib. de cura pro mortuis: Quod animæ mortuorum ibi sunt vbi ea, quæ hic fiunt scire non possunt. Sed de hoc [illegible]. Sed secundum glossam exponitur hic locus. Quod nõ reuertetur amplius ad lo-

Calamitatis defectus.

Ex loco Dauidis 4. notantur.

Fragilitas humana sicut fænũ.

Gloriæ humanæ vanitas [illegible] 1.

Mortalitas [illegible]

[illegible]

ad locum huius mundi, & ad hanc vitam corporalem. Psalm. 78. *Vadens, & non rediens.* Psalm. 36. *Quæsiui, & non est inuentus locus eius, &c.* [illegible] Miseria humana. quantum ad statum post obitum. *Et in puluerem reuerteris.* Hæc est generalis sententia. Quamuis ab hac resolutione quidā sancti exempti sunt ex gratia speciali, sicut Christus, beatissima Virgo, Ioannes Baptista, & alii, de quibus dicitur Pfalm. 11. *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.*

De misera conditione hominis viuentis, & morientis.

Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri. Iob. 30.

[illegible] DEus condidit aliquam naturam purè spiritualem, sc. angelicam, & aliquam purè corporalem, vt elemētorum & mineralium, & aliquam ex vtroque compositam, sc. ex spirituali & corporali: qualis est humana, quæ licet ex parte animæ, scil. spiritualis naturæ habet nobilitatem, ex parte tamen materiæ corporalis habet quandam ignobilitatem: quod præfiguratum fuit in statua, quā somniauit Nabuchodonosor. Dan. 2. [illegible] Ideò & Iob in persona sua vilitatem hominis tripliciter describit quantum ad principium dic. *Comparatus sum luto,* quia ex luto factus, quantum ad medium, sc. vitæ durationem, *assimilatus sum fauillæ,* quantum ad terminum, sc. resolutionem: vnde Iob 10. dic. *Memento quæso, quod sicut lutum feceris me:* & lutum habet coinquinare: sic anima ex vnione ad corpus infecta est peccato originali. Et quando per animæ adhæret luto corporis, vt velit sequi carnis desideria, tota profectò vita hominis fit immunda. Sap. 15. *Vilior luto vita eius.* Et licet lutum dicatur impurum, tamen non ingerit hominum aspectui pudorem vel horrorem, vt corruptio luxuriosorum, quæ est fœtida & horrenda, & fugiens latibula. Item lutum aggrauat ex mixtione aquæ & terræ. Sapien. 9. sic, *Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Et quanto plus ipsa anima voluptatibus ipsius corporis delectatur, tanto maiori sarcina vitiorum grauatur. Abacuc 2. *Vsquequo aggrauatur contra se densum lutum.* Lutum debilitat, sicut videmus vasa lutea fragilia, ita est de corpore hominis, quod per mortem facile frangitur. Ierem. 18. *Dissipatum est vas quod ipse faciebat ex luto.* Ecce fragilitatem, quia *dissipatum.* Vtilitatem, quia vas non solum animæ, sed & Dei. Vilitas, quia *ex luto.* Vas luteum, quod alias per multa tempora subsisteret, vel casu frangitur. Sic etiam corporis nostri vas ex impulsu tentationis, & diaboli, & casu hominis primi in peccatum, dissipatur per mortis corruptionem. Rom. 8. Vel ex aliqua percussione: sic ex leui percussione infirmitatum, casuum malorum, & flagellorum Dei, homo moritur. Vel ex collisione vnius ad alterum. Vnde monet Ecclesi. 13. vt pauper & impotens sibi caueat, ne quid commune habeat cum diuite & potente, neve litiget, ne opprimatur ab eo. Eccl. 13. *Ditiori te ne socius fueris. Quid communicabit cacabus ad ollam,* &c. Vtilitas corporis ostenditur in similitudine vasis. Licet enim sit fictile, tamen continentium thesauri pretiosi, scil. virtutum, præcipuè continentiæ, ob hoc propter liquorem pretiosum vas custoditur, sic etiam corpus. Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, 2. Cor. 4 scil. in fragilibus corporibus, videamus ne corrumpatur per vitium luxuriæ, & perdatur thesaurus continentiæ. Vas immundum inutile est ad aliquid pretiosum locandum: sic immundum vas

vas corporis propter peccata in talia non [illegible] aliquid meriti [illegible], quia nec ieiunia, nec alia opera cunque superrogatoria prosunt ei ad meritum vitæ æternæ; sanctificatum autem per munditiam valet. 2. Tim. 2. *Si quis emundauerit se ab his*, sc. peccatis, *erit vas in honorem sanctificatum, & vtile Domino [illegible] paratum.* Vilitas corporis humani consistit in materia luti ex qua formatum est. Et licet ex 4. elementis compositum est, & apparet virtus ignis in cordis & stomachi calore, & virtus aeris in respiratione, & aquæ virtus in corporis humiditate & fluxibilitate, tamen magis apparet terræ proprietas, scil. ariditas in ossibus, grauitas in omnibus membris eius, & grossities in ipsa corpulentia. Parum ergo Deus posuit de igne, vt homo [illegible] inflammaretur igne iræ, auaritiæ, vel concupiscentiæ, & tamen videntur aliqui facti quasi de igne, quia in talibus vitiis sunt valde inflammati. 1. Ioan. 5. *Totus mundus in maligno positus est*, scil. in malo igne dictorum vitiorum. Parum de aere, vt homo parum haberet de superbia, & tamen sunt, qui pascantur vento vanitatis. Oseæ 12. *Ephraim pascit ventum.* Parum de aqua, quæ mollis & instabilis, ne esset homo mobilis & inconstans. Multum autem accepit de luto vel elemento terræ, quia terra est elementum frigidum, & infimum, & firmum, vt homo habeat frigiditatem contra ardorem iræ, auaritiæ, & luxuriæ, inferioritatem contra tumorem superbiæ, & firmitatem contra inconstantiam. Vnde debet homo dicere illud Isa. 64. *Nunc Domine pater noster es tu, nos vero lutum.* Quantum ad medium hominis, duratio vitæ assimilatur fauillæ, quæ est ignis modicus ex instinctione scintillantis materiæ derelictus. Vnde sicut talis materia modica est, & talis fauilla cito tollitur à vento, ita vita hominis modica, & à morte tollitur. Iob. 21. *Erunt sicut paleæ ante faciem venti, & sicut fauilla, quam turbo dispergit.* Fragilitas vitæ corporalis, quæ non potest resistere aduersitatibus propter earum [illegible] nem & magnitudinem, vel propter hominis malam dispositionem, [illegible] paleæ propter [illegible] ventorum, [illegible] etiam vita spiritualis non potest resistere tentationibus, sicut [illegible] bini. Vbi attende [illegible] hominis debilitatem in Diabolo, [illegible] bilitatem in [illegible] uisibilitatem. Nisi enim [illegible] xiliatur, nec ad resistendum [illegible] ad faciendum bonum est potens, & si aliquid sine Dei gratia operatur, [illegible] quidem apud homines bonum apparenter, sed apud Deum [illegible] torium. Isa. 1. *Erit fortitudo vestra [illegible] & opus vestrum [illegible].* [illegible] tudine fauilla [illegible], [illegible] humana diabolica [illegible] natur. Dispergitur: [illegible] tionis diabolicæ [illegible] & diuidit per varia vitia, & hanc partem superbia, aliam luxuria occupat, & sic de aliis. Sed à Deo [illegible] animæ ad cogitationes gratuitas, & opera bona. Ex his potest videre homo fragilitatem considerare in fauilla, & [illegible] in cinere: & sic se humiliare cum Iob, dic. cap. 42. *Ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere*, scil. in corpore meo, quod est fragile vt fauilla, & [illegible] lubile in cinerem. Quantum ad terminum, sc. corporis resolutionem, cineri assimilatur. Omnis res iudicatur secundum finem suum sicut in medicina, cuius finis est, sanitas iudicatur bona vel mala, iuxta id quod prodest vel obest, sic arbor bona vel mala secundum fructus suos, ideo quia vilis finis est, humanæ vitæ, ideo & illa vilis iudicanda. Iob 34. *Homo in cinerem reuertetur.* Prima causa illius est, quia homo [illegible] ab humo, scil. ab humida terra. Secunda, ex humilitate termini, quia [illegible] nerem. Quidam, licet habeant vile

Vilitas corporis humani consistit in materia luti.

Homo habet parũ de aliis elementis, sed de terra multum.

Fragilitas vitæ corporalis.

Homo [illegible]

pat-

principium, habent tamen finem nobilem, vt aurum ex sulphure & argento viuo, sed generatio ista terminatur ad aurum, quod est metallum nobilissimum. Sed non est ita de homine, qui habet vile principium & finem. Attamen aduerte, licet homo ita sit conditionatus, tamen per donum gratiæ potest mereri tantam gloriam, vt angelis [illegible] secundum singulos angelorum gradus, quod est homines assumi ad angelorum ordines. Nota etiam quod homo duobus modis reuertitur in puluerem, scil. corporaliter per mortem, & spiritualiter, quando homo [illegible] superbus ad humilitatem pœnitens in se conuertit.

[illegible margin note]

De Vigilantia necessaria propter ignorantiam temporis.

Vigilate, quia nescitis diem neque horam. Matth. 25.

SAnctus Gregorius dicit. *Iacula quæ prævidentur, minus feriunt.* Quia si homo non potest euitare omnino ictum, tamé potest facere, vt minus lædatur. Vnde Ephes. 6. *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.* Sic licet homo mortem effugere non possit, dum tamen abstinet a peccatis, & [illegible] se ad hoc necessarijs, læsio ad animam non pertinget. Sap. 3. *Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget eas [illegible].* Et quia nescit quando, ideo semper debet esse sollicitus & paratus. Admonetur ergo ad diligentiam operis, dic. *Vigilate*, Allegat ignorantiam hominis, dic. *Nescitis.* Determinat circumstantiam, sc. *diem neque horam.* Hic est Vigilans qui absolutus est a vinculo soporis, scil. peccati. Item qui habet apertos oculos ad aspectum veri luminis, & qui excutit a se somnum negligentiæ. Ad hanc vigilantiam hortatur nos Dominus Matth. 26. *Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem,* &c. Debemus ergo primo somnum peccati per pœnitentiam expellere. Circa infirmum enim curatur, ne cibum sumat appetitus, & aggrauet infirmitatem, & vt remedia quæ infirmitatem alleuient, procurentur, vel per medicinam, vel sudorem, vel per minutionem, vel per scabiem. Sic spiritualiter infirmus debet curare, & vigilare, donec purgata sit conscientia per medicinam pœnitentiæ, quæ facit sudorem in contritione, minutionem in confessione, scabiem in satisfactione, alioquin moritur: Et si ita faciat, euadit mortem. Apocalyp. 3. *Esto vigilans, & confirma cætera quæ moritura erant.* Ecclesiast. 31. *Vigilia honestatis tabefaciet carnes*, scil. carnalitates. Deinde inducit ad illud, quo mentis oculi illuminantur, scil. ad orationem, qua oculus intellectus aperitur & aspicit verum lumen, scil. Deum, ideò dic. *Orate.* Si enim infirmus facit fieri orationes & oblationes, cur non æger peccator? Sed nihil valebit, nisi dimittat peccatum, & sit in charitate Dei, quæ est tanquam ignis vel incensum, vt ascendat oratio Psalm. 140. *Dirigatur oratio mea.* Ecclesiast. 3. *Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione dierum exaudietur.* Insuper tangitur illud, quo oculus mentis obfuscatur, quod est tentatio. Vnde dic. *Non intretis in tentationem.* Nam qui tẽtatur, nõ est adhuc in loco periculi, sed quando intrat in tentationem per consensum. Luc. 8. *Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.* Ecclesiast. quadragesimoquarto, *In tentatione inuentus est fidelis*, quia *beatus vir, qui suffert tentationem.* *Et spiritus quidem promptus est.* Homo infirmitate grauatus, non est promptus ad operan-

Somnum peccati per pœnitentiã debemus expellere. Simile de infirmo.

Oratio nihil valet nisi dimittatur peccatum.

Tentatio.

perandum, sic nec spiritus pressius infirmitate peccati. Et ita nunc omnes spiritus videntur pigri, quia omnes sunt peccatis aggrauati. Ezech. 21. *Infirmabuntur omnes spiritus.* Nota etiam quòd non sufficit promptitudo ad volendum tantùm, nisi sit etiam promptitudo ad bonam voluntatem perficiendam. Deinde caro infirma est: hinc torpor generatur: non est ergò concors societas spiritus & carnis, ille est nobilissimus & valens, hæc vilissima. Ideo Galat. quinto, *Caro concupiscit aduersus spiritum.* Et si sequitur spiritus carnem, malè accidit. Rom. 7. *Si secundum carnem vixeritis, moriemini.* & Rom. 13. *Curam carnis ne feceritis in desiderijs.*

Ignorantia hominis. Secundò, tangitur ignorantia hominis, qua hora vel die sit moriturus, & hoc ideò, quia nescit mensuram durationis vitæ suæ. Iob 32. *Nescio quamdiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.* Hæc autem mensura nescitur ex viuentium diuersitate, & ex Dei potestate, vti Iob ait. *Ex viuẽdi diuersitate, & ex Dei potestate.* Nam si omnes homines haberẽt vniformem durationem vitæ, tunc esset possibile scire, quamdiu deberet homo subsistere. Sed nescit ex multis casibus & accidentibus, quæ hominem enecant. Eccl. 9. *Nescit homo finem suum.* Sicut nec ille stultus, Luc. 12. animam suam impiè consolans de abundantia. Iob 24. *Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent.* At qui pœnitenti veniam promittit, viuenti diem crastinum non spopondit. *Pœnitenti qui veniã promittit, crastinum non spopondit.* Deinde pendet mensura durationis hominis ex Dei potestate: & non est hominũ scire, quæ Deus reseruauit in potestate sua, Act. 1. *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit.* Iob 1. Nota quòd omnis peccator cõtradicit Deo factori suo per culpam: & qui non subditur ei finaliter per pœnitentiam, tolletur ad pœnam ignis æterni. Isa. 45. *Væ qui contradicit factori suo.* & de tali dicitur Iob 27. *Tollet eum ventus vrens,* sc. mors ad incendium perducens. *Peccator contradicit Deo per culpam.* *Nescitur,* dicitur. Sicut si seruus grauiter offendens Dominum suum, recedit ab eo, & confert se ad locum, vbi securitatem sperat, sed dum minimè cogitat, venit Dominus, facit eum capi, ligari, & ad supplicium trahi: sic dum peccator putat se in mundanis diuitijs & delitijs securum, Deus illum capit per mortem, & ducit ad supplicium. *Simile.* Ideo Matth. 24. *Veniet dominus serui illius, in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, vbi erit fletus & stridor dentium.* Comminatur ergo dominus primò vindictam peccatori. Si ignis [illegible] ratus fuisset, & dominus [illegible] præscius fur furtum in alium locum [illegible] portâretur, ne cum illo caperetur & [illegible] sponderet? Sic debet facere peccator [illegible] ejicere furtum peccati de domo conscientiæ, asportare per pœnitentiam & ponere in aure confessoris. Et quando veniet dominus in morte, non inuenietur in domo animæ suæ, qui rapiat ad patibulum inferni, sed eudat, Luc. [illegible] *Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus,* &c. Sed quidam faciunt sicut Rachel, Gen. 31. quæ veniente patre ad requirendum idola, quæ furata fuerat, abscondit ea, & sedit super illa, vt pater non inueniret: sic nolunt omnia confiteri sacerdoti, & occultant vel totum peccatum, vel circumstantiam necessariam. Sed decipiunt seipsos, non sacerdotem, sed Deum, cui aperta sunt omnia. 1. Cor. 4. *Veniet Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Sed verò se præparant, vt singulis horis Dominum aduenientem expectent securi. Luc. 12. *Et si venerit in secunda, & si in tertia vigilia.* Tres vigiliæ sunt tres ætates hominum, scil. augmenti, virilis ætas, & senilis. Ostenditur præterea culpa hominis contemnentis diem mortis, & negligentis pœnitentiam, dies [illegible] qua non sperat. 1. Thess. 5. *Cum dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus,* Et Isa. 30. *Subito dum non speratur, veniet contritio eius.* Et hoc fit vel ex ignorantia [illegible] temporis. Matth. 24. *De die illa nemo scit,* & [illegible] [illegible]

qualis quisq; in die mortis egressus fuerit, tale tunc iudicium habebit. Gen. 27. dic. Isaac, *Vides quod senuerim, & ignorem diem mortis meæ:* & ideò magis debet peccator præparatus esse, quia dies omnis suspecta est. Vel ex magna stultitia, quod eo ipso, quod homo ignoret, quando dies illa debeat adesse, nunquam eam adesse speret, sed semper differendam, cùm ex infirmitate se euasurum credat, & interim moritur & damnatur imparatus, Matth. 24. *Sicut fuit in dieb. Noe, ita erit & aduentus filij hominis:* Ideo & vos estote parati ad intrandum ad cœlestes nuptias. Pœna postremò declaratur, quia [illegible] eum, sc. à consortio bonorum, [illegible] ad consortium malorum, & dabit afflictionem æternorum suppliciorum, *vbi erit fletus & stridor dentium.*

Vel ex magna stultitia.

Pœna malorum.

De comparatione vitæ ad mortem.

Melior est dies mortis die natiuitatis Eccl. 7.

MVlti decipiũtur propter defectum cognitionis, & iudicant bonum, malum vtile inutile, & è contra. Sicut Saul & populo expugnato Amalech, visum est melius reseruare meliora pecora ad sacrificandum ea, quàm occidere & proijcere, sicut præceperat Deus. Vnde ait Saul Samueli: *Pepercit populus melioribus ouibus & armentis, vt immolarentur Domino Deo tuo, reliqua vero occidimus.* Et tamen Samuel ostendit, quod fuit deterius, dicens 1. Regum 15. *Nunquid Dominus vult holocausta & victimas, & non potiùs, vt obediatur voci Domini? Melior enim est obedientia, quàm victimæ: & auscultare magis quàm offerre adipem arietum.* Sic est de consilio, quod dedit Chusi Absoloni contra consilium Achitophel. 2. Regum 17. Sic videtur hominibus communiter, quòd melius sit esse diuitem, quàm pauperem, cum in Psalm. 36. dicatur contrarium: *Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas.* Et Prouerb. 15. *Melius est parum cum timore Domini, quàm thesauri magni & insatiabiles.* Sic multi putant sæculariter viuentes, vitam meliorem esse morte, quia nihil diligitur, nisi bonum & magis bonum, tamen contrarium asserit Salomon in his verbis.

Bonum iudicant malum, & malum [illegible]

Homines putant melius esse diuitè, quàm pauperem.

Aduertendum autem, quod quando quis scit, sibi imminere periculum certo certius, & nõ præmunit se, cùm possit, magnum sibi ipsi tunc infert, & è contra. Sic est de morte, quando imparatum præoccupat, priuat illum vita corporali & æterna, paratum autem non multum offendit, quia solùm priuat corporali. Ideò dies mortis semper timenda. Figura est in Isaac Genes. 27. qui dixit Esau filio suo, *Vides, quod senuerim, & ignorem diem mortis meæ: sume arma tua, & pharetram, & arcum, & egredere foras.* Ecce quibusdam est propinquus, vt senibus, licet subinde iuuenes citius moriantur, tamen non secundum communem naturę cursum. Ecce item occultus ille dies, ideò prudentibus est ad maiorem cautelam, secus stultis. *Stulte hac nocte,* Lucæ 12. Nescit homo, quid sibi ante mortem debet euenire, nec quando debet esse tempus mortis, nec post mortem, quid sibi sit futurum. Insuper dies ille est mirificus. Primo, quia stabilit voluntatem hominis, quæ fluctuat inter diuersa bona, & appetendo bonum post bonum, & sic in nullo tali bono firmari potest, nisi per mortem, siue iam sit in bono vel malo. Secundo, satiat cor, quod nunquam satiari potest, bona namque temporalia animam replere non possunt: sicut nec sapientia bursam: *Satiabor cùm apparuerit gloria tua* Psalm. 16. Tertio, ordinat, quod in mundo nõ potest ordinari. Quia peccatores, qui deberent esse in imo

Simile.

Isaac.

Dies mortis mirificus. 1. 2. 3.

Ecce-

imo aduersitatis, sunt in alto prosperitatis, & è contrà Psalm. 36. *Vidi impium superexaltatum.* Ierem 12. *Quare via impiorum prosperatur*, bene est omnibus qui præuaricantur & iniquè agunt. Quarto, quia punit, quæ hic non possunt puniri. Est securus his qui se benè præmunierunt armis pœnitentiæ, quod dicitur ibi, *Sume arma, ô anima, ante mortem.* Per pharetram contritio, in qua sunt remorsus & dolores de peccatis commissis intelligitur, Ierem. 51. *Acuite sagittas, & implete pharetras.* Per arcum confessio, qua peccatum proditur. Psalm. 11. *Ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra*, &c. Quando habetur in solo proposito, tunc est arcus extensus, sed tunc emittitur, quando acta confitetur. Tunc pœnitens foras exit, quando ad opera satisfactionis prodit. Nota quoque erroneum esse dicere, quod à stella vel planeta dominante in natiuitate hominis, vita eius necessariò disponatur. Sic enim liberum arbitrium nihil valeret homini ad vitam suam. Inclinant, sed non necessitant, quia sapiens dominatur astris. Euenit autem secus, quando vel plures homines passiones corporales sequuntur, vel quando dæmones se immiscent. Quod verò dicitur Oseæ 2. *Statuam eum secundùm diem natiuitatis eius*, Intelligitur non de vita humana, sed de gente illa Iudaica, cui propter peccata sua minatur, quòd statuet eam secundum diem natiuitatis suæ, scil. quod reducet eam ad statum miserum, quem habuit in suo primordio, scil. quando erat in Aegypto in seruitute & oppressione. Vel homo, secundùm natiuitatem spiritualem sc baptismum, si peccauerit & pœnituerit, reducetur ad illam gratiā & puritatem, in qua erat post baptismū statim. Vel secundùm corporalem, sicut nudus & cum luctu natus est, ita oportet quod moriatur. Et hic habes necessitatem moriendi, quia statuit. Item qualitatem nascendi, scil. secundùm diem

Vanum est planetarum iudicium.

natiuitatis suæ. Et hæc duplex est. Nam dies natiuitatis primo dolorosus est propter partum, Gen 3. *In dolore.* quorum tamen post partum obliuiscitur, si [illegible]dat, propter gaudiū de filio nato. Ioan. 20. Secundo, laboriosus est propter ingressum, ad vitam laboriosam, Iob 5. *Homo nascitur ad laborem.* Sed quidam propter angustias maledicūt illi diei, quod prohibetur Eccles. 23. *Indisciplinatæ loquelæ non assuescat os tuum.* Sequitur: *Ne forte [illegible] fiduitate infatuatus, improperium patiaris, & [illegible]luisses non nasci, & diem natiuitatis tuæ [illegible]cas.* Ad quæstionem an melior sit dies mortis, quàm natiuitatis, considerando sunt tria. Primo, mors & vita possunt comparari, quo ad entitatem, & sic non est dubium, quin vita melior sit morte. Ecclesiast. 9. *Melior est canis viuus, leone mortuo* Secundo, quātum ad æqualitatem, & sic potest præferri diei natiuitatis. Quia ille qui nascitur, cum infectione peccati originalis nascitur, & etiam cum possibilitate peccandi. Sed ille qui moritur, posset mori sine infectione alicuius peccati, si sc immediatè post baptismum, vel martyrium, vel perfectè pœnitens moreretur: Item per mortem efficitur impossibilis ad peccandum. Et hoc modo est dies mortis melior die natiuitatis. Vnde de martyribus & aliis sanctis celebramus diem mortis, & non natiuitatis, quo contraxerunt peccatum originale. Ionæ 4. *Melior est mihi mors quam vita.* Tertio, quantum ad consequentem vtilitatem. Et tunc in hominibus reprobis peior est dies mortis die natiuitatis, qui optant potius cum quacunque præsenti pœna viuere, quam mori. Iudith. 3. *Melius est, vt viuentes [illegible], quàm morientes [illegible] nostro [illegible] dum [illegible]* Item homo peccator curat de bonis, quæ videt se habere dum viuit, seu post mortem nescit, quid futurum sit, de se [illegible] illud Eccles. 6. *Melius est videre, quod cupias, quàm desiderare, quod nescias.* Sed quantum ad [illegible]

[illegible] laboriosum.

Item laboriosus.

Maledicentes ibi [illegible].

Dies mortis [illegible]

Conclusio. electos, est dies mortis die natiuitatis potior. Propter quod iustus dicit illud Eccl. 30. *Melior est mors, quàm vita amara: & requies aeterna, quam languor perseuerans.*

De comparatione status viuorum & mortuorum.

Laudaui magis mortuos, quàm viuentes. Eccl. 3.

Sapiens laudat, quòd à sapientibus putatur melius, vti Salomon sapientiam Prouerb. 8. *Accipite disciplinam, & non pecuniam: & doctrinam magis, quàm aurum eligite.* Ideò commendauit postea sapientiam. Sic statum mortuorum elegit, praeponendum statui viuorum. Eccl. 7. quod *melior est dies mortis quàm dies natiuitatis*, vti dicit in verbo proposito, quod viri sapientes appetebant mori propter miserias huius vitae, sicut Elias dixit 3. Regum 19. *Tolle animam meam, non enim melior sum, quàm patres mei.* & Roman 7. *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Sub qua intentione dixit Salomon verba allegata. Vbi notatur commendatio, dic. *Laudaui.* Praelectio, dic. *magis mortuos.* Comparatio, dic. *quàm viuentes.* Commendatio est in hoc, quod sicut arbores laudantur ex bonis fructibus, sic homines ex bonis operibus. Ideò laudandi sunt mortui ex operibus bonis, quae fecerunt viuentes. Prouerb. vltimo. *Laudent eam in portis opera eius*, sc. in exitu vitae, vel diuino iudicio. Laudari autem potest ille defunctus securè, cuius vita fuit bona & virtuosa. Aliud enim est laudari ab hominibus, aliud ab operibus. Quia saepè laudatur homo peccator in desiderijs animae suae, & diligunt similes sibi. Vel propter ignorantiam, quia simplex homo laudat hypocritam. Vt autem non laudentur, sed laudabiles sint, sapientes magis appetunt, quia melior est actus, quam potentia, & laus actualiter facta est in laudante, & non in laudato, sed laudabilitas est in laudato, quia potentia est in eo, cuius est potentia. Item quia laudabilem esse in paucis reperitur, scilicet in his solùm, qui digni sunt laude, ideoque bonum nobile & pretiosum. Item quia laus iustorum, licet sit potentialis in mundo, est tamen actualis in coelo, quia laudatur à Deo, ab angelis, & beatis, tanquam melioribus, etsi quis laudaretur ab Imperatore, vel Papa, sed haec maior est.

Commendatio mortuorum. *Simile.* *Laudari securè qui possit.* *Non laudari, sed laudabilē esse sapientes appetunt.* *Laudabilitas est in laudata.* *Laus iustorum.*

Nota deinde, quia dicitur, *In portis.* Vnde apud antiquos in portis iudicia reddebantur, & sic ibi malefactorum opera damnabantur, & opera iusta approbabantur, & laudem consequebantur. Est autem porta misericordiae alia, alia iustitiae Dei. Per patientiam peccator recipit misericordiam Dei, & veniam peccati, per quam egreditur à statu culpae peccator poenitens. Et hęc quidem est angusta à principio poenitentiae, quia sentit amaritudinem doloris, propter commissum culpae, timoris, propter reatum poenae, laboris, propter difficultatem poenitentiae, quia laboriosum sibi videtur relinquere consueta, & inchoare insolita, sed post ingressum huius portae, inuenit latitudinem dilectionis & quietis conscientiae suae. Alia porta iustitiae est, per quam ingrediuntur & egrediuntur morientes ad examen diuini iudicij. Materia laudis est bona opera hominis, quia dicit: *Laudent eam opera eius*, scilicet bona, scilicet quae ex virtute procedant, non quae fiunt apparenter. De praelectione est hoc obseruandum, quòd solùm saluati praeferantur

Mors antiquorum in reddendis iudicijs. *Porta misericordiae & iustitiae.* *Laudis materia est bona opera.* *Praelectio*

rantur viuentibus, de quibus Apocal. 4. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur: amodo iam dicit spiritus, vt requiesc. à labor. suis.* Quia primo sunt omni bono dotati, ideò beati, & dotibus gloriosis omnibus gaudent, & habebunt, secundum Boetium in consolatione philosophiæ, quinque, quorum vnũ est sufficientia, quam promittunt diuitiæ, iocunditas, quam promittit voluptas, celeritas quam promittit fama, securitas quam promittit potentia, & reuerentia quam promittit dignitas, & tunc vere poterit dici illud Psal. 143. *Beatum dixerũt populum, cui hæc sunt.* & Ps. 83. *Beati, qui habitant in domo tua Domine* Deinde mortui sunt tuti ab omni periculo. Sicut qui ad portum peruenit, alias in periculis latronum & fluminũ, &c non est securus in quiete. Præterea quia sunt liberati ab omni malo innato, quod est peccatum, illato scil. ab extrà, & a contracto, sc ex natura corrupta & destituta, siue respectu culpæ, sicut est fames, qua a bono ad malum declinamus, siue respectu pœnæ, sicut est passibilitas & mortalitas, & ægritudines, & similia. Vltimò consideranda est comparatio, ad quos quia mortui plus sunt laudabiles, quàm viuentes in hoc mundo. Quia bona de quibus possunt laudari viuentes, sunt transitoria & vana, sed quibus fruuntur, mortui sunt immutabilia & vera, ideoq; viuentes non possunt in laude mortuis æquari. Psalm. 38. *Vniuersa vanitas omnis homo viuens.* & omnia bona quibus vtitur, vana sunt, quia non præbent fructum laboranti; sicut agricolæ fieret, si terra culta fructum non redderet, quia non præstant fulcimentum innitenti, quia non dant plenitudinem continentis. Vanum enim idem, quod vacuum. Et quia bona huius vitæ subiacent vanitati, & homo efficitur similis, quia diligit ea. Ierem. 2. *Ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt.* Psalm. 143. *Homo vanitati similis factus est,* Ideo homo iustus, & tantæ vanitati subiectus, dicere potest illud Ionæ 4. *Melius est mihi mori, quam viuere.*

Boetius.

Beatorum quinq; bona.

Mortui sunt tuti ab omni periculo.

Comparatio viuorũ & mortuorum.

De solutione animæ & corporis.

Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Psalm. 145.

VIdens Deus, quòd ex parte vitæ immortalis, quam quidem in paradiso primis parentibus concesserat, et illi per peccatum corruperant aut perdiderant, multa malitia esset in terris cogitantiũ, vel se nõ morituros, quia neminem mori viderãt, vel ideo, quod à Deo ad similitudinem suam factos nouerat, corripuit illos primo per sententiam verbi, dic. per Noe Gen. 6. *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est.* quasi dic. Non decet eum viuere in æternum, neque ex parte spiritus, qui est a corpore separabilis, neque etiam ex parte carnis, quia caro est corruptibilis, & in terram resolubilis. Quam sententiam Propheta per experientiam cognoscens, expressius ponit verbis iam allegatis, & mori homines, & frustrari tum cogitationes eorum. *Exibit* autem primo *spiritus*: ecce animæ separatio. *Reuertetur in terram suam.* ecce carnis resolutio. *Peribunt cogitationes*: ecce intentionum frustratio. Quoad primum. Exitus spiritus, vel separatio animæ à corpore tanto est amarior, quanto anima magis adhæsit carni, & magis dilexit eam, & opera eius, 1. Regum decimoquinto dixit Agag pinguissimus: *Siccine separat amara mors?* Et hinc idem, quia dulcissima est vnio animæ ad carnem. Vnde in vitis patrum dicit

Abbas

Deus corripuit illos ce gigantes [illegible] non morituros.

1.
Per [illegible] [illegible].

Exitus animæ à corpore amarus.

Tres res timendæ in morte.

Abbas Helias: *Tres res timeo: vna est quando egressura est anima à corpore, alia quando occurrerit iudici, tertia quando proferetur contra me sententia.* Qui exit alio vt breui reuertatur, non dolet: at secus qui vt exul dimittitur. Sap 6 *Homo per malitiam occidit animam suã, & cum exierit spiritus eius, non reuertetur.* Vbi duplex mors notatur spiritualis & corporalis. Sicut autem malitia grauis infirmitatis occidit corpus, sic & malitia peccati occidit animam: Et quia peccatum voluntarium est, qui peccat, idem est ac si ipsum occidat: sicut fecit armiger Saul irruens in gladium suum 1. Reg vlt. Tob. 12. *Qui faciunt iniquitates & peccata, sunt hostes animæ suæ.* De morte carnali inueniuntur duo. Primũ quia formidabilis propter recessum quia cõsanguineos, amicos & omnia chara debet relinquere Et est similis homo diues somnianti bibere, vel thesaurum acquirere, & dum excitatur, inuenit se miserum. Iob. 27. *Diues cum dormierit, nihil secum afferet; aperiet oculos suos, & nihil inueniet.* Psal 75. *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis*, Iob. 1. *Nudus egressus sum.* Propter ingressum, quia exiens ingreditur nouam regionem Psal. 80. *Ioseph cum exiret de terra Aegypti*, sc. de mundo figuratè. *linguam quam non nouerat, audiuit.* Et erit quod Iere. 15 *Si dixerint ad te, quo egrediemur? dices: Qui ad mortẽ, ad mortẽ. & qui ad gladium, ad gladiũ: & qui ad famem, ad famem, & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.* Non exibunt nisi soluerint *extremum quadrantem*, Matth. 5. quem quia in inferno propter pœnitentiam neglectam soluere non possunt, in æternum non exibunt. Propter occursum dæmonum, ad rapiendum ipsam animã. Deut. 31 *occurrent vobis mala*, scil. dæmonia, *in extremo tempore.* Præterea exitus mortis est irreuocabilis hoc quidem communi lege naturæ *Non est reuersio finis noster.* Sap. 2. Psal 77. *spiritus vadens, & non rediens*: Sed aliud est quod fit ex speciali priuilegio gratiæ, & per miraculum diuinæ omnipotentiæ, vt in resuscitatis. Spiritus autẽ reuertetur ad corpus in generali resurrectione. *Qualis tandem quis hinc exibit, talis ante iudicem Deum præsentabitur*, vt ait Gregorius. Ideò pœnitentia primò facienda Iob 10 *Dimitte me vt plangam paul.*

Mors duplex.

Mors carnalis formidabilis.

Homo diues similis somnianti.

Propter ingressum.

Propter occursum dæmonum.

Exitus mortis irreuocabilis.

Secundo, De corporis resolutione in terram è qua formatum fuit. Omnia redeunt ad suum principium. Vapores resoluũtur in aquam, semina reddunt semina, &c. *spiritus itaque redit ad Deum*, Eccles. vlt. *& corpus ad terram.* Ex quo vilitatem hominis propter materiã cognoscimus, & animæ nobilitatem, quia ad Deum reuertitur. Ex parte termini, quia puluis est terminus vltimus resolutionis humani corporis. Nam puluis est materia vilis, quia est terra humore desiccata, quæ terra est fex elementorum, & est puluis coadunatus a modica vi disiungibilis, à fructu sterilis, & licet cumulatus parum, tamen durabilis: & talis est homo saccus fecis, modica violentia infirmitatis vel percussionis moritur, in senectute inutilis, modico tempore viuit, licet habeat diuitias cumulatas Sancti viri se puluerem ad ostensionem humilitatis libenter vocarunt. Genes. 18. *Loquar ad Dominum Deum meum, cùm sim puluis & cinis.* Mutantur tandem a sua pulchritudine in deformitatem à potentia ad impotentiam, à dignitate in vilitatem, à diuitijs in paupertatem: nascitur ex putredine, resoluitur in putredinẽ. 1. Mach 2. *Gloria viri peccatoris, stercus & vermis est.* Eccles. 10. *Cùm moritur homo, hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes.* Nam vt refertur, de cerebro corporis hominis fit bufo post mortem, de renibus serpens, de ventre lumbrici, de carne vermes, de lingua attelabus. Ioel. 1. eruca, & de pelle tinea. Hæc de nobili corpore hominis nascuntur, & id consumunt. Bernard. *Quid prosunt diuitiæ, quid delitiæ, quid honores? Diuitiæ non liberant hominem à morte, delitiæ non liberant à verme, honores non liberant à fætore.* Et hęc ex parte medij.

Resolutio corporis in terram.

Mutatio mortuorũ.

Bernard.

dij Ex parte principij, Reuertitur in terram, vnde formatum erat. Ex parte animæ hominis nobilitas colligitur. *Spiritus hominis reditus duplex.* Primò ex parte finis, quia ad Deum, ad iudicandum & præmiandum redit. Et iste reditus spiritus hominis est duplex.

1 Vnus quando peccator pœnitens redit ad eius misericordiam, est sacrificium Deo spiritus contribulatus. Est autem modus redeundi, vt primo reuertatur peccator ad cor suum, considerando & detestãdo præuaricationes suas. Isa. 40. *Redite præuaricatores ad cor.* Postea a corde redeat ad Deum contemplandum, placandum, & diligendum. Et debet redire sicut sponsa ad sponsum, scil. cum munda puritate cum decora venustate, induta virtutum varietate, opulenta meritorũ fœcunditate, quæ sunt thesauri spirituales. Et quia paucæ animæ redeunt ad Deum hoc modo, ideò dicitur Luc. 17. *Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.*

2 Alius reditus est post mortem ad suam iustitiam, quando anima post mortem reducitur ad Dei iudicium, & isto modo omnis humanus spiritus redibit ad Deum, vt ponderetur in statera iustitiæ suæ, vt secundum pondus meritorum suorum damnetur vel saluetur. Prouerb. 16. *Spirituum ponderator est Deus.* Item ex parte originis, quia Deus dedit illam, scil. creando & corpori infundendo. Non enim anima hominis est ex traduce vel ex materia educta, sed est forma a Deo creata, & corpori data. 2. Mach. 7. dixit mater septem filijs suis: *Neque ego animam & spiritum donaui vobis,* &c. *Frustratio intentionũ.* Frustratio vltimo est intentionum. si quis inueniret thesaurum magnum & cogitaret multa facere de illo & fur postea auferret: Sic homo vitam habens, cogitat de diuitijs congregãdis, de honoribus, delitijs, &c. fur venit, scil mors 1. Thess. 5. & aufert thesaurum vitæ. Tunc dicet peccator Iob. 17. *Cogitationes meæ dissipatæ sunt:* sed hoc nõ contingit viris sanctis, Sapient. 5. *Cogitatio eorum apud altissimum,* scilicet à quo recipiuntur, & remunerantur in gloria cælesti.

Cur sæpè & subitò homines moriantur, etiam constituti in dignitatibus.

Mirabilia opera tua Domine. Ps. 138.

ILlud mirabile reputatur, quod maximè apparet, eius tamẽ causa ignoratur sicut multi mirantur, quando vident eclipsim solis & lunæ, quando vident monstra & portenta maxima, & hoc propter ignorantiam causæ, sapientes autem, qui causam sciunt non miratur. *Eclipsis.* Et secundùm hunc modum mirabile potest videri hominibus, quod ita sæpius & subito homines moriuntur ac præcipue in dignitatibus constituti, sed si diligenter attendimus, non hoc contingit à casu, nec à fortuna, sed potius a diuina iustitia. Et hoc propter cõseruationem vniuersi, propter punitionem delicti & propter terrorẽ aliorum. *In dignitate cõstituti quare subitò & sæpè moriuntur.*

1 Primò, Quia bonum quanto communius tanto diuinius atque eligibilius. *Propter conseruationẽ vniuersi.* Vnde bonum partis dimittitur, propter bonum totius. Sicut medicus abscindit membrum putridum vt conseruet totum subiectum. Et abijcitur ouis morbida, ne totus grex inficiatur. Et in ciuilib. videmus, quod Magistratus suspendit latronẽ propter bonum ciuitatis. Et natura etiam permittit res corrumpi, vt possint augmentari, sicut frumentum. Matth 5. *Nisi granum frumenti cadens in terram,* Et secundum hunc modum diuina iustitia multos perimit, propter bonum totius populi, vt de Dathan, Abiron, qui murmurabant contra Moysen, ideo orauit, vt subita morte perirent & sic pateret eis quod Deus misisset Moysen. Ideo aperta est

terra

terra & deglutinit Dathan, & aperuit super congregationem Abiron, & descenderunt in infernum viuentes cum quadrigis. Hoc autem fecit iustitia diuina, quę posuit malos, propter conseruationem bonorum. Vnde Dominus præcepit Moysi dic. *Maleficos ne patiaris.* Permittit Deus mortem corporis, propter vitam animæ. Secundo, propter punitionem delicti. Licet modo non sit tempus iustitiæ, sed misericordiæ, tamẽ quia peccatores non cessant Deum offendere & eius patientiam prouocare ad iram, interdum Deus rigorem suæ iustitiæ exercet in peccatores acrius. Valerius Maximus dic. *Lento enim gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditatemque supplicij grauitate compensat.* Augustinus. *Deus non permitteret in rebus malum esse, nisi esset adeo potens, vt de qualibet malo sciret eligere bonum. Et secundum hunc modum omnem pœnam ordinauit per culpam, vt nihil sit inordinatum.* Ideò in diuina scriptura reperimus, quod propter diuersa peccata occisi sunt homines ex diuina iustitia. Nam propter peccatum luxuriæ homines perierunt in diluuio. Vnde dic. Deus Gen. 6. *Repleta est terra malitia eorum, & ego dispergam eos cum terra, pœnitet enim me fecisse hominem.* Et Genes. 19. propter peccatum contra naturam destruxit Sodomam & Gomorram. Vnde pluit super eam ignem & sulphur, vt pœna respondeat culpæ, quia in peccato illo est ardor & fœtor. Propter peccatum superbiæ percussit in castris Assyriorum 8000. 4 Reg. 19. & in Actibus Apostolorum ca. 12. de Herode, qui vestitus veste regia sedit pro tribunali, & concionabatur ad populum. Populus autem acclamabat, *Dei vox est, non hominis. Et statim percussit eum Angelus Domini, eo quod non dedisset honorem Deo, & consumptus vermibus expirauit.* Tertiò, propter terrorem aliorum, vt de Anania & Saphira, qui ad argutionem Petri expirauerunt simul, & factus est timor magnus in vniuersa terra, & super omnes qui audierunt. Nam ex timore Domini recedit homo à malo Eccles. 1. *Timor Domini expellit peccatum.* Causa naturalis huius defuncti erat iste morbus, sed diuina quæ fuerit, prouidentiæ & ordinationi diuinæ committamus.

2 *Propter punitionem delicti.*

August.

3 *Propter terrorem.*

Mors est melior quàm vita.

Melior est dies mortis, die natiuitatis, Eccles. 7.

VOs debetis scire, quòd res, quæ est melior omni re, rectè potest dici bona, sed talis est vita, quia omnia inferiora videntur ordinari ad vitam. Nam elementa sunt propter mixta, & mixta propter plantas, & plantæ propter animalia, & animalia propter vitam humanam, sed mors est melior vita, licet illa destruat naturam, vincat potestates, deijciat excellentiam. Quia coniungit fini, paci & veritati. In vnaquaque re optimus est finis. Vnde omne agens agit propter finem & finis mouet agentem, & nullus aliquid ageret non venturus ad finem, sicut nauta ad portum, miles propter victoriam, agricola propter messem. Sed vtilior finis est hominis Deus, ad quem non possumus peruenire, dum sumus in hac vita. 1. Corinth. 5. & sic vita impedit nos peruenire ad finem, & non solum nos, sed etiam quæ sunt in nobis. Sunt enim in nobis principia materialia, quæ omnia desiderant peruenire ad suos fines, sed mors frangit creationem & omnia coniuncta dissoluit, & quodlibet elementorum vadit ad proprium locum, sicut ad finem suum. Nam anima vadit ad De-

Bona res quæ.

Mors coniungit fini.

ad Deum, qui eam creauit, si tamen decedit sine peccato mortali. Caro ad terram, de qua sumpta est Genes. 2. Secun-
2 Paci. do Paci. Nam dum viuimus, in cõtinua pugna sumus, propter elementa, humores & partes essentiales: Ex pugna elementorum ducimur ad mortem, ex pugna humorum ad infirmitates, ex pugna partium essentialium, ad peccatum inclinamur, eo quod caro repugnat regulæ rationis. Roman 7. *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.* Quia simile inclinatur ad simile, & quia caro est in iniquitatibus concepta, Psal. 50. ideò ad iniquitatem inclinamur, & in omnibus discordijs sumus, dum viuimus in hac vita Sed mors ab omnibus istis nos absoluit, si sine peccato decedimus & coniungit nos paci, Psal 75. *In pace factus est locus eius.* Psal. 4. *In pace in idipsum*
3 Veritati. *dormi & requiesc.* Tertio, Veritati. In hac vita falsitati coniungimur. Psal. 10. *Diminutæ sunt veritates a filijs hominum* Et ratio est, Quia omnis cognitio perfecta. Sed omnis veritas a prima veritate, sicut omne bonum à primo bono. Sed in hoc mundo non cognoscimus primam veritatem, eo quòd omnino vera cognitio est à sensu. Vnde intellectus, cuius obiectum est verum, accipit à phãtasia, & hæc ab imaginatione & imaginatio à sensu communi, & sensus communis à sensibus particularibus, & sensus particulares a rebus materialibus. Sed istæ videntur esse veræ, & tamen sunt falsæ & vanę. Rom. 8. *Vanitati creatura subiecta est.* Sicut res quæ videtur pulchra & vana est, iuxta illud Pro. 31. Vana est pulchritudo. Fornicator est delectabilis, sed detestabilis. Diuitiæ videntur esse stabiles sed sunt fluxæ. Sed in agnitione est talis processus, sc. de primo ad vltimũ, à sensu ad intellectum. Et quia prima acceptio est falsa, ideo & vltima Et propter hoc dum sumus in via, inuoluimur tenebris falsitatis, & parum cognoscimus de veritate. Sed animæ quæ sine peccato decedunt, coniunguntur perfectæ veritati, & in illa veritate cõtemplantur omnem veritatem Quia animę videnti Deum orta est omnis creatura. Gregorius. *Qui intus claritatem Dei habet, nihil est foris quod ignoret,* & sic qui perfecte diligunt per consequens perfectè delectantur Hæc autem omnia per mortem habentur. & ab his omnibus impediuntur per vitam, ergò melior est dies mortis.

Item mirabile est, quod omnes in natiuitate gaudeant. & in morte doleant Si dixero tibi, quod nix sit alba & carbo niger, probat oculus. Si dixero, quod mel sit dulce, fel amarum, hoc probat gustus, nec eget alia demõstratione Sed quando dico tibi, quod melior est mors quam vita, non credis, quia omnes naturaliter fugiunt mortem & quærunt vitam. Melior autem est finis, quam ea, quę ad finẽ sunt, id est, melior est res finita perfecta, quã illa quæ debet perfici, vt ait Salomon. Et melius est colligere seu metere, quàm seminare, quia seminamus ad hunc finem, vt colligamus. Sic est de morte & natiuitate hominis. Homo enim nascitur vt mereatur bonũ seu malum, pœnam seu gloriam Hoc autem homo in morte recipit. *Opera enim illorum sequũtur illos* Et hoc quod allegatũ est probatur. Primò, propter incertitudinem humanæ conditionis. Nam in natiuitate hominis nescitur, qualis debeat esse homo, sed in morte scitur, qualis fuerit, Eccles. 2. *Ne laudaueris hominem in vita sua.* Si non debes laudare & magnificare, ergo nec debes gaudere perfectè de natiuitate eius vel vita, vel de aliquo statu eius, sed solũ post mortem. Natura prudẽns ostendit, quod quamdiu merces sunt in mari, nec gaudet, nec secura est, propter infortunia. Sic est de homine, priusquam ad portã optatum deducitur. Nam & fructus, qui nascuntur in testa vt nux, &c. quamdiu sunt in testa non possunt laudari vel vitupera-

Mirabile, gaudere, natiuitate, dolere in morte.

1 Propter incertitudinem humanæ conditionis.

superari licet pondus sit signum bonitatis, tamen aliquando vermis est intus corrodens eos & sic decipiunt multos. Sic est de homine.

2 Secundò, propter euasionem multorum periculorum. Est enim dies natiuitatis hominis ingressus ad omnes miserias, dies autem mortis est egressus.

Propter euasionem periculorũ.

3 Tertiò, propter acquisitionem æternæ beatitudinis Phil.12. *Cupio dissolui*, 1. Mach.1. Pueri Aldxandri regis magni. imposuerunt sibi omnes diademata post mortem, & filij eorum post eos Ex hoc datur intelligi, quòd homo nullus regis æterni, non potest coronari, nisi post mortem.

Propter acquisitionem beatitudinis.

Homo si ijregis æterni nõ potest coronari nisi post mortem.

4 Et ideò iterum est vna causa, scil propter apparentiam diuinæ claritatis. Quia mors sequitur claritatem, claritas beatitudinem, beatitudo fœlicitatem, fœlicitas securitatem. Ex hoc probatur, quòd mors est optima. Quia id est bonum, quod facit bonum, sed mors facit bonum, quia facit videre Deum, qui est optimus & melior omnibus bonis & in cuius visione solum requiescit appetitus humanus, quia qui videt Deum, recipit in se Deum, quia res visa recipitur intus a vidente, sicut lux ab oculo secũdum suam essentiam. Et qui videt Deum, videt omne bonum, iuxta illud, *Ostendam tibi omne bonum*. Et ideò in hoc solum appetitus sanatur & conquiescit, quia non potest plus appetere, sicut nec visus corporalis potest clarius videre, quàm lumẽ lucis. Et hoc quærebat Philippus, dic. *Domine ostende nobis patrem*. quasi dicat, quicquid aliud dares, non sufficeret. Et propter vitam impedimur ab hac visione. Quia ait Deus Mosi. *Non videbit me homo, & viuet*, scil. suam essentiam. Secundò, propter beatitudinem fœlicitatis humanæ. In hac enim vita nullus potest esse beatus, quia in nulla re temporali cõsistit fœlicitas, sed tãtum in diuina visione. Ioan.17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deũ*. Sed ad hanc non possumus peruenire, nisi per mortem, ergò. Tertiò, propter confidentiam perfectæ securitatis. Quia omnia temporalia sunt incõstantissima, Luc.12. dicebat ille diues. *Anima mea habes multa bona, & ecce*. &c. Cygnus, quãdo vult mori, cantat dulciter, Leo vero, quia vixit è rapina, plorat. Sic erit de homine. *ibunt hi, sc. mali in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.*

Propter apparentiam diuinæ claritatis.

Simile de Cygno.

O mors, bonum est iudicium tuum. Eccles.41.

PRimò ratione communitatis. Quia omne bonum est diffusiuum & communicatiuum sui. Et res, quanto plus habet de bonitate, tanto amplius se diffundit. Corporalis lux videtur optima, sed videmus, quod carbũculus plus diffundit de claritate, quàm crystallus; & cãdela plus, quam carbunculus: & stella plus, quã cãdela: & luna plus, quã stella; & sol plus, quã luna: & Deus plus, quam sol. Sed mors cõmuniter diffundit se ad omnia inferiora sensibilia, quæ corrũpũtur quodãmodo, eo quod mors est quędã priuatio. propter quod dicitur Eccl 9. *Communiorem mortis suo*. Sed posset aliquis dicere, quòd quanto est cõmunior, tanto est peior. Hoc esset verum, si ex hoc consequeretur malũ quia ex malo procedit malum. Sed ex morte sine peccato contingit sequi summũ bonum Apoc. 14. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur*. & Phil.1 *Cupio dissolui*.

1. Communitatis.

Secundò, Ratione æquitatis. Quia est institiaria ęterni regis vel iudicis. sicut rex in regno suo habet ad remunerandos bonos, & puniendos malos. Et sic mors in omnes procedit iuste, nulliqúe parcit, nec est acceptio personarum apud Deũ, nec recipit pro redemptione dona, nec precib. acquiescit, quia moriuntur iuuenes & senes. Eccles.2. *Moritur doctus & indoctus*. 1. Reg 14. *Omnes morimur*. Et mors est iustissima, quia reddet vnicuiq; iuxta opera sua. Propter quod dicitur, *mors peccatorũ pessima*: &, *mors sanctorũ pretiosa*.

2. Ratione æquitatis.

Tertiò, Ratione virtutis

3. Ratione virtutis.

tutis sanatiuæ quam habet, & secũdum hunc modum, sicut res, quæ sanant morbos corporales sunt amarę, etiam mors ad morbos spirituales sanãdos est amara valde. Eccl. 41. *O mors, quàm amara est memoria tua* Sed quia sic est amara, liberat à culpa. Eccl. 45. *Memorare nouissima*, &c.

Vtilitas mortis.

Memorare nouissima tua & in æternum non peccabis. Eccl. 7.

NOnnulli libenter sustinent iacturas aliquas, propter vtilitatẽ quã ex eis consequuntur: vt infirmus incisionẽ vulneris in mẽbris vel propter vtilitatem corporis vel propter Deũ, vt martyres, ideò & mors est valde vtilis ex eius consideratione. Primo, Quia habet notitiã perpetualem. Valde.n. vtile est vt homo seipsum cognoscat. Multi.n. sunt, qui astra & secreta etiã quæq; sciunt seipsos ignorant. Sed cõsideratio mortis habet notitiã meliorẽ, quia tale est cõpositũ, qualia sunt componẽtia, sed per mortẽ resoluitur homo in sua cõponentia, & in tali resolutione apparet, quòd fœtores, putredines & abominatiões sint, ex quib. homo cõponitur. Vnde dic. Bern. Quid fœtidius humano cadauere, quid horribilius homine mortuo, cuius erat in vita gratissimus amplexus, fit in morte horribilis aspectus. Quid igitur sunt delitiæ, quid diuitiæ, quid honores? Diuitiæ non liberant à morte, nec delitiæ à verme, nec honores à fœtore. Et sic per mortem venit homo ad notitiam suæ vilitatis:

Mors vtilis ex eius consideratiõe.

1 Propter notitiã perpetualem.

Bernardus.

Post hominẽ vermes, post vermẽ fœtor et horror:
Sic in non hominem vertitur omnis homo.
Forma, fauor populi, feruor iuuenilis, opesque
Surripuere tibi noscere quid sit homo.

Itaque vt *sciant gentes, quoniam homines sunt*, Psal. 9. bona est memoria mortis. Secundo, propter regulã generalem. Quia ea quę ad finem ordinantur, secundum ordinem ordinãtur ad finem, in artificialibus domus est propter habitationem, in naturalibus arbor propter fructus, quos producat & conseruet, in ciuilib. pugna propter victoriã & acies instruuntur secundùm ordinem Et sic ex consideratione mortis, quæ est finis hominis, debet vita dirigi Iob. 12. *Interroga iumenta, & docebunt te: & volatilia cæli, & indicabunt tibi, loquere terræ, & respondebit tibi: & narrabunt pisces maris*, quia cauda, tanquam fine reguntur, vt nauis temone. Tertiò, propter doctrinam salutarem, quia ex inde habetur cognitio vltimi finis, qui est causa causarum. Quia omne agens agit propter finem, & finis mouet agens. Vnde, *melius est ire ad domum luctus*, &c. Vnde quilibet mortuus dicit omni viuenti Eccl 38. *Memor esto iudicij mei. Sic enim erit & tuum.* Luc. 12. *Estote parati.*

2 Propter regulã generalem.

3 Propter doctrinam salutarem.

Memor esto iudicij mei. Sic enim erit & tuum. Eccl. 38.

COnsideratio mortis est valde vtilis. Primò, quia per eam vitamus id quod ad salutem impediendam est efficacius, quia est radix totius & principium charitas est radix in meritorijs, in terra nascentibus est radix ad fructificandum. In operibus vitiosis mundana malitia est radix omnium malorũ & efficax ad impediendum bonum. Hęc malitia consistit in tribus, sc concupiscentia, auaritia & superbia. Superbia inordinata erigit in altum & quo magis elauat, tanto magis deprimit, & talis qui erigitur assimilatur vaporibus terrestribus, qui postquam ascenderint sursum, iterum deprimuntur, & eorum locus non inuenitur amplius. Psal. 35. *Vidi impium super exaltatum.* Ab hoc impedimento mors liberat. Elias cum sic isset comminatus mortem Achab, dixit Dominus ad Eliam: *Nonne vidisti Achab humiliatum coram me:* Eccl. 10. *quid superbis terra* ...

Mortis consideratio vtilis.

1 [illegible]

re & tinu. Auaritia etiam deprimit, quia bonis terrenis affectus, à statu dignitatis suæ eijcit tales, qui debent terrenis dominari, efficiuntur terrenorum bonorũ serui, ab hoc quoque liberatur homo per mortis considerationem. Cõcupiscentia deijcit magis quam alia, quia hominẽ obtenebrat, & reddit sicut belluã & ab hac liberatur homo per mortis cõsiderationẽ. Secundo, Acquiritur per eã illud quod est ad plagã curandã virtuosius, sc. pœnitentia, vt Niniuitæ. Io. 3. Tertiò, Confertur illud quod ad adipiscendum salutem est vtilius, sc perseuerantia. *Qui perseuerauerit in finem.* Apoc. 3. *Esto vigilans, & confirma cætera, quæ erant moritura,* sc. peritura. *Quòd si non perseueraueris vigilando, venio ad te.* Item Deus volens nos omnes saluos fieri, & in tribulationib. consolari, & multæ personæ tristes sunt circa defunctum nostrum, ideò in eius persona loquitur nobis cõsolatoriè, & dic. Primo *Memor esto iudicij mei,* priuati & generalis: estote & vestri, & extremi iudicij. Primò ad cauenda peccata. *In omnibus operibus tuis memorare nouissima* Eccl. 7. Secundo ad temporalia contẽnenda, quia non potest illa secum portare. Iob. 1. *Nudus egressus sum,* Prou. 2. *Nec tunc diuitiæ proderunt,* sc. in die iudicij. Ne autẽ dicas, quare ego debeo me affligere & cogitare? Addit: *Sic erit & tuũ.* & hoc certissimè. *Tunc tua res agitur, paries cũ proximus ardet.* Est magna diuersitas inter morientes quantũ ad locũ, tempus & modum. Et est similitudo etiã quantũ ad oẽs. Primò, quantum ad animam: quia quilibet moritur per separationem animæ a corpore, ita tamẽ quod anima remanet incorruptibilis. Sap. 1. *Moritur doctus & indoctus.* Secũdò, quãtũ ad corpus quia omnia omniũ personarum corpora putrescũt, & corrodũtur à vermibus, nisi Deus per miraculũ aliqua cõseruet. Eccl. *Cùm moritur homo, hæreditabunt eũ serpentes & vermes.* imò diuitum corpora plus fœtent, quã pauperum. Tertia similitudo est, qui in recipiendo, sicut meruerunt bona vel mala. Sap. 6. *Non enim subtrahit personam cuiusq; Dominus quoniam pusillum & magnum fecit ipse.* Tertio, Dicet aliquis, scio quod moriar, sed viuam ad huc 60. annos, & ideò cur oportet me esse sollicitum & anxium? Contra quod dicitur: *Hodie mihi, cras tibi.* Nolite ergo quasi de longinquo considerare mortem, sed quasi ceruicibus vestris iamiam inhærentem. Augustinus super Ioannem. *Qui pœnitenti veniam promisit, dissimulanti diem crastinũ non spopondit.* Qui in cursu de monte versatur, non potest tam facile subsistere, nisi cursum expleat, alias esset cum periculo. In tali cursu vos estis, videte ergo periculum, & currendi necessitatem, vt benè possitis cursum consummare.

2 Acquiritur illud quod ad plagam curandam virtuosius confertur.

3 quod ad salutem est vtilius.

Memor esto ad cauenda peccata & ad tẽporalia contemnenda.

Inter morientes magna diuersitas quantum ad locum, tempus & modum.

1. Quantum ad animam.

2. Quantum ad corpus.

3. In recipiendo.

August.

Hominem peccatorem esse deteriorem bestijs.

Vos autem sicut homines moriemini. Psal. 81.

EX ipsa hominis sapientia, eiusq; ratione ac mente, nemo est, qui non assequatur, hominem excellentissimum esse Dei opificium: Cui cognitioni suffragatur præcipuè ipsa fides Christiana, qua perpetuam immortalemq; animam esse edocemur, quod etiam experimur & scimus: propterea etiam mortuis atque in puluerem suum corporibus abeuntibus, animas adhuc viuere, signa plurima edita fuisse compertum est. Nã & morientium animæ egredientes visæ sunt, vel in supernum perpetuęque gloriæ regnum ascendere, in anteactæ vitæ præmium, vel in pœnarum loca mitti si purgandũ in illis aliquid fuerit, aut in ignes Tartareos, si ita turpis vita exegisse videatur. Etsi anima sit inuisibilis vt nõ possit videri, attamẽ operatione Dei reuelatur eius meritũ aut demeritũ aliqua visibili specie. Nam sanctus Benedictus, cùm longè à Capua esset, Germa-

Homo excellentissimum Dei opificium.

S. Benedictus videt

Germani Episcopi animam. in eiusdem vrbis Episcopi animā nocte media in globo igneo ad cælū ferri ab angelis conspexit. Greg. Dial. l. 2. c. 35. & *Aliud ex Gregor.* l. 4. c. 7 Quo loco & animam speciosi ab alijs quibusdā apud Tarracinā, cū è corpore egrederetur, conspectam testatur. *Aliud.* Quin c. 10. idē Greg. scribit, Abbatis cuiusdā animā visam, cui nomen Spes, qui per 40 annos cæcus, restituto oculorū lumine, prædicatione verbi Dei sedulā nauabat operā, patientię dono mirè exornatus. Moriētis igitur anima egrediēs corā pluribus, columbæ forma in cælū *Malorū exempla.* tetēdit, nō procul à Nursia. E cōtrà verò animas eorū, qui turpi vita ducta aut ab Ecclesię vnitate diuisi fuere, visę sunt in ea loca demergi, quibus eorū demerita *Theodoricus Arrianus.* digna fuissent. Nā quoniā Theodoricus Arianus Rex Ioānem Papam afflixerat, quem & in carcere mori compulerat. Symmachū quoq; virū Patritiū & pium occiderat, cùm moreretur à Liparitano quodā Anachoreta visa est anima eius in Vulcani incendium mitti, Ioanne & Symmacho comitantibus, cuius rei testimoniū tulit Iulianus Rom. Ecclesiæ *Gemmæ ex serpentibus* defensor. Adeò hominis peccatoris deterior causa ferarū, cùm ex ipso serpēs, ex ijs gemmæ fiant. & multa in ijs vtilitas. Et sicut bona innumerabilia data sunt homini, quib. frui posset, sic etiam mala, quę caueret. Nā si malū nullum sit periculūq;, nihil deniq; quod lędere hominē possit, tollitur omnis materia sapientiæ, nec erit homini necessaria. Et nulla res est, de qua possit dici, quod sit *Homo à bestijs in quibus nō differat.* animal rationale, nisi homo. Cū ergò ab alijs animalibus differat homo per rationem, cùm dimittit rationē per peccatū & sensualitatem, nihil differt à bestijs; & sic efficitur animal tantū sensuale & rationale: quia cui nō cōpetit definitio, nec definitū. Nunc verba allegata prosequamur. Nota aliud esse mortē, aliud *Mors & finis differūt* esse finem. Nam mors est defectus quidā cuiusdā perfectionis. Omnia autē animalia ordinata sunt ad hominē, tanquā ad finem suū, homo verò ad Deum, & ad nihil aliud. Vnde quando animalia moriūtur, comedūtur ab hominibus, quib. in cibū data sunt, & cito cōiungūtur cū suo fine, nullā amittūt perfectionem, & nulla re carent, quæ sibi deberetur, sed hoc ipsis debetur. Nā ex carne irrationalium animaliū fit caro hominis rationalis: & quādo occiduntur vel moriūtur, impropriè mori dicuntur. Sed nō ita est cum homine, quādo moritur, nō cōiungit se cū suo fine, ex ea parte qua moritur, sed datur esse vermibus, qui longè inferioris deterioris q; naturæ & cōplexionis sunt, quā homo: In hoc sensu & Philosophi & Apostol. benè loquuntur, quod homo propriè dicatur mori & mortalis sit & nō aliæ creaturæ viuētes. Aliud est quod ad explicationē verborū istorū spectat. Admonemur per hoc miserrimæ vitæ nostræ, quodq; mortis tempore, simus longè miseriores alijs viuentibus. Omnia animalia tā volatilia, quā in terra & aqua habitātia, habēt vitæ suæ certū terminū, ita quod ferè omnia defectu naturæ pereant, iuxta cōstitutionē cuiuslibet. Nam Elephas diutius viuit, quàm ceruus, ceruus diutius, quàm leo, & hic quàm equus, equus, quā canis & sic de alijs. Sed homo non habet vitæ vel mortis suæ terminū, omni tempore, in omni ætate moritur & pauci eorū moriuntur deficiente natura, plures infirmitatibus grauissimis ante senectutē occiduntur, vel in pueritia. Testabūtur hoc parentes, qui dicent se plures habere in cælis liberos, quàm in terris. Philippus rex Macedo, magni Alexādri pater habebat famulum, qui illi ex professo dieb. singulis diceret: *Philippe, memento, quod homo sis.* Et hoc, ne superbiret in sua dignitate sublimi. Et Ferdinandus Cæsar habebat hoc vbiq; scriptum, & sibi dictum: *Memento mori.* Ideo & vobis dic. Apostolus: *Vos aūt sicut homines moriemini.* Et nō sicut cætera animantia. Iterum S. Augustinus, dic. *Mors à morsu nomen accepit.* *S. August.*

[Mors in ... hominem ... alijs viuentibus] *Philippus qui ... seruū ...*

pit: *Non ideò quod actu semper mordeat, sed quod particula vnius rei mordeatur.* Hinc dicuntur morselli, frustum panis, buccella panis, morsus pomi, relicta reliqua parte. Et quia hoc propriè conuenit homini, & non animantibus, ideò & propriè conuenit dici homini, quòd moriatur. Nam cùm moritur homo, non commoriuntur omnia simul, sed pars aliqua, morsellus aliquis, corpus sc. non anima mordetur, quæ immortalis est: sed quando mordetur bestia, tota absumitur cum anima, quia educitur e potētia materiæ, vt dicunt Philosophi, & non immediatè à Deo creata est. Adde, homo duplici modo vel morte moritur, corporali & spirituali. Prima moritur ex infirmitatibus, casibus, &c. Secunda, ex peccato, quali morte animantia mori non possunt, nec mortem æternam subire. Dauid autem hæc verba dicebat ijs, qui se Deos faciebant, & filios Dei, nec volebant agnosci homines, vt deponerent superbiam, & cogitarent se morituros, & corporaliter & spiritualiter. *Vos autem sicut homines moriemini*, non sicut bestiæ, quamuis aliqui sint deteriores bestijs. Et sicut vnus de principibus cadetis, id est, sicut diaboli & principes huius mundi, cadetis in mortem æternam.

Homo duplici morte moritur.

Iterum aduerte, quòd non solùm mori nos oporteat, & omnes nemine excepto, sed & saluo corpore semper sine intermissione. Quid enim aliud est mors, quàm priuatio vitæ? propterea cùm nascimur, mori incipimus, & quo magis viuimus, magis consumimur, propiùs ad mortem tendimus omni die, omni hora, & illud quod viximus, iam est perditum. Mulier Thecuitis dicebat Dauid, 2 Regum 14. *Omnes morimur, & sicut aquæ dilabimur.* Non dicit, moriemur, sed *Morimur*, in fluxu sumus, & in morte continua, donec animam exhalamus Sap. 5. *At nos nati, continuò desinimus esse.* Vita nostra est sicut clepsydra in mensa, quæ semper fluit, & semper in vitro deficit, vsq; quò per foramen vltima arena cadit, ibi finitur hora, & videtur arena tota in vitro inferiori, quæ erat prius in superiori: sic vita nostra currit à natiuitate vsq; ad extremum halitum, & tunc cessat, & ibi omnis arena, hoc est, omnis transacta vita à morte absorbetur per illud foramen exitus vitæ, in inferiori vita. Hinc Horatius dixisse videtur: *Mors vltima linea rerum Puluis & vmbra sumus*, sc. in horologio picto. Et hæc est causa, cur mors cum horologio pingatur, quia omni anno, omni mense, omni septimana, omni die, hora & momento aliqua pars vitæ diminuitur. Item vita nostra vasi vini comparatur. Cùm primum nascimur, incipit mors potare vitam nostram, & tam diu bibit, donec omnem exhauriat. Et sicut fieri solet, dum ordinariè vas per tres menses durare debet, conueniunt strenui potatores tres vel quatuor, vel conniuæ, ita vt intra duas septimanas ebibatur, & nihil supersit, sic vita nostra, quæ ordine cursuque naturæ septuaginta vel octuaginta annos continuari deberet, à potatoribus, hoc est, febribus ardētissimis, vel alijs morbis grauissimis intra duas hebdomadas consumitur. Et sicut cùm eiusmodi vas bibi incipitur, non dicitur, Hoc vinum bibetur, sed iam bibitur hoc vinum. Sic est de homine nato, quem mors statim aggreditur, & incipit mori. Hinc Sanctus Gregorius, Quotidianus defectus corruptionis, quid est aliud, quàm proximitas mortis. Et sanctus Augustinus super Ioannem, *Illo die Adam & Eua mori cœperunt, quo mortis legem acceperunt.* hæc ille. Quia statim immortalitas illis adempta fuit, & mortalitas incepit Rursum considerate quid Iob dicat cap. 9. *Dies mei pertransierunt, quasi naues poma portantes.* Vita naui comparatur. Nam in naui siue vigilent, cantent, quicquid faciunt

Mori nos oportet saluo corpore semper sine intermissione.

Vita nostra sicut Clepsydra.

Horatius.

Mors cur pingatur cū horologio.

Vita nostra vasi vini cōparatur.

Simile.

Simile.

Gregor.

August.

Vita naui cōparatur.

Simile.

ciunt, procedunt ad portum: sic in hac vita, sicut Lactant. Firm. lib. 6. instit. ait, *Siue vigilantes, siue dormientes, siue tacentes, siue ambulantes, siue nolentes, siue volentes per momenta temporum quotidie ad finem ducimur.* Seneca Epistola 24. *Quotidie morimur, quotidie enim demitur aliqua pars vitæ, & nunc quoque cùm crescimus, vita decrescit: hunc ipsum, quem agimus diē, cum morte diuidimus.* Stultū etiā est, cū quis nauigat vel curru vehitur, & putat se stare, alios verò naui vehi, maximè quando in tempestatibus nauis naui occurrit: sic est de ijs, qui vident alios mori, & de se non cogitant. Nauis relinquit vestigium, sed non diu: sic est de vita hominis. Sap. 5. *Transierunt omnia tanquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius, cùm præterijt, non est vestigium inuenire.* Nauis pomifera etiam post se relinquit odorem, sed non diu. Et qui vehunt poma propter mercantiam & negotiationem, non diu subsistunt, quia materia corruptibilis est; sic quando è portu ventris humani progredimur, nunquam in eodem statu permanemus vsque ad tempus vitæ concessum, & ad mortem deuenimus. Defunctus noster benè sciuit, quòd homines sese in mores bestiarū vltrò transmutent, & transmutauerint in lupos voraces, in canes latrantes & inuidentes, in asinos pigros, in porcos helluantes, & in similia, quos ipse valdè detestatus est, sed perrexit in hac sua naui, nec ad dextram, nec ad læuam, sed dextro flumine, & eo citius, ne quid corrumperetur in eo, quod veheret, ne iacturam faceret earum rerum, quas veheret, sed & solutionem & remunerationem in cœlis acciperet.

Nauis pomifera.

In funere peccatoris malè viuentis.

Mors peccatorum pessima. Psalm. 33.

SIcut omnes fluuij currūt ad mare continuò, ita omnes homines ad mortē. 2 Reg. 14. *Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram.* Iustus tamen, quacunque morte moriatur corporali, benè moritur. Quia à peccatis abstinendo, vel in vita sua à peccatis purgando, & bona operando, semper est quasi præparatus. Sap. 4. *Si morte præoccupatus fuerit iustus, in refrigerio erit.* Peccator autem semper malè viuendo, vel malam vitam non corrigēdo est semper imparatus, ideo quādocunque vel qualitercunque peccator moritur, habet mortem nequissimam. Ecclesiast. vigesimooctauo, *Iugum illius, iugum ferreum est: & vinculum illius, vinculum æreum, & mors illius mors nequissima est.* Quinque mala tanguntur, quæ facit peccatum in homine peccatore. Primū, quia mētem grauat, ideò dicitur *Iugum*, quod deprimit ceruicem bouis. Psalm. 28. *Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus*, &c. Qui portat onus, properat, vt deponat onus. Sic per pœnitentiam debet festinare peccator, vt deponat peccata. Qui volunt euadere periculum maris, proijciunt onera, vt alleuient nauem: sic onus peccatorum, qui volunt euadere periculum mortis. Item boues cum iugo attrahunt aliud onus post se: quia peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit. Eccl. 28. *Beatus qui non attraxit iugum illius, & in vinculis eius non est ligatus.* Istud iugum soluitur maximè operibus misericordiæ & pietatis. Isa. 10. *Computrescet iugum à facie olei.* Secundum malum, quia cor indurat, ideò nō tantùm iugum vocatur,

Iustus benè moritur, qualicunque morte [illegible]. Ran.

In eo [illegible]

1. *Quia [illegible] grauat.*

2. *Quia cor indurat.*

catur, sed & ferrum, quia ferrum durius est cæteris metallis. Et sicut incus ferrea ex assidua malleatione magis induratur, ita peccatoris cor induratur ex assidua peccandi consuetudine. Iob 41. *Cor eius indurabitur quasi lapis: & stringetur quasi malleatoris incus.* Sed lapis quantumcunq; sit durus, aliquando tamen à calore ignis soluitur. Iob 28. *Lapis calore solutus.* Et patet in lapidibus, ex quibus fit calx. Ferrum etiam quantumcunque durum, mollescit in igne. Et sic duritia peccati aliquando soluitur igne vel calore tribulationis vel contritionis. Quod si non fit, erit ad maius iudicium. Rom. 1. *Secundum duritiam tuam & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.* Tales sunt omnes infideles. Ieremi. *Iugum ferreum posui super collum gentium.*

3\. *Animam ligat.* Tertium, Animam ligat, & dicitur vinculum, Ligat enim detinendo per voluntatis obstinationem. August. *Ligatus eram, non cathena ferrea, sed mea ferrea voluntate.* Trahit illã diabolus ad infernũ, quasi plaustrum oneratum, Isa. 5. *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri, peccatum.*

4\. *Fructum linguæ euacuat.* Quartum, Fructum linguæ euacuat, vnde vocatur æreum. Quia tollit charitatem, sine qua locutio linguæ non valet ad meritum, 1. Cor. 13. *Si linguis hominum loquar, & angelorum*, &c.

5\. *Damnat.* Quintum, Damnat. *Quia mors peccatoris est nequissima*, sc. quando impœnitens moritur. Nequam enim est corrosione conscientiæ, nequior ex mentis desperatione, & nequissima ex æterna damnatione. Sed ista mors nequissima procedit ex vita nequissima peccatoris, qui fuit nequam in peccati perpetratione, nequior in continuatione, nequissimus in obstinatione. Vnde talis perdit sensum & moritur sicut fatuus. Ecclesiast. 22. *Nequissimi nequissima vita, super mortem fatui.*

Transgressio peccatorum detestabilis. Detestabile quid. Secundum, Peccatorum dicitur, quia transgressio peccatorum debet omnibus esse detestabilis. Detestabile enim est illud, vnde incurrit odium Domini sui: & tanto amplius, quanto maior est Dominus & altior: & hoc est peccatum, quod facit homines exosos altissimo. Eccl. siast. 12. *Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus.* Ecce immensitas potentiæ, d. c. *Altissimus.* Ille enim in mundo est maioris potentiæ, qui est in altiori dignitate. Sed aduertendum, quod res grauis, quanto ab altiori cadit, tanto tardius descendit, sed fortius percutit. Sic vindicta Dei altissimi tardius venit, sed grauius percutit vel punit. Ecclesiast. 5. *Ne dixeris, peccaui: & quid dit, tamen accidit mihi triste? altissimus enim est patiens redditor.* Ecce seueritas iustitiæ, quia odio habet peccatores, non conferendo gratiam, sicut illos quibus confert, dicitur diligere, Malach. 1. *Iacob dilexi, Esau autem odio habui* vel inferendo malum, sc. pœnæ propter malum culpæ. Eccles. 12. *Altissimus odio habet peccatores, & impijs reddet vindictam.* Et nota quod dicat, odio habet peccatores, non homines, Sap. 11. *Nihil odisti eorum, quæ fecisti.* Homines enim ipse fecit, non peccatores, ideò homines diligit, peccatores odit. Psalm. 5. *Odisti omnes qui operantur iniquitatem.* Ecce liberalitas gratiæ, quia misertus est pœnitentibus. Remittendo culpam, sc. per contritionem cum proposito confitendi. Psalm. 31. *Dixi, Confitebor.* Matth. 18. *Misertus est Dominus serui illius.* Deinde relaxando pœnam, sicut Niniuitis, Ion. 3. Et conferendo gratiam, sc. iustificantem & dirigentem, Ecclesiast. 17. *Pœnitentibus dedit viam iustitiæ.* Tertio, Dicitur mors pessima, quæ debet esse omnibus formidabilis, quia meretur damnationem. In cuius figura dicitur 2. Mach. 6. *Pessima autem, & vniuersis grauis erat malorum incursio.* Quadruplex pœna hic notatur, quam incurrunt peccatores. Prima, Mala propter expoliationem bonorum præsentium. Psalm. 48. *Ne timueris, cùm diues factus fuerit homo.*

Immensitas potentiæ, quia potentius, quanto ab altiori cadit. *Res grauis quanto ab altiori cadit tardius descendit.* *Seueritas iustitiæ.* *Odio habet peccatores Deus.* *Liberalitas gratiæ remittendo culpam & pœnam, & conferendo gratiam.* *Mors peccatorum pessima.* *Peccatores quadruplicem pœnam incurrunt, quarum prima est mala.*

Sed peior propter incursionem malorum sequentium, scil. infernalium tormentorum. Pessima propter priuationem bonorum in æternum permanentium.

2. Secunda, Magna intensiuè, quia grauis, licet vnus alio grauius affligatur secundùm exigentiam & gradum culparum.

Magna intensiuè.

3. Tertia, Magna, sc. extensiuè, quia vniuersis, sc. peccatoribus damnatis. In mundo enim isto neque omnia bona vel mala proueniūt vniuersis, sed in alio sicut vniuersis beatis aderunt bona omnia propter suauitatem diuinę fruitionis, in qua sunt omnia bona. Psalm. 144. Suauis est Dominus vniuersis. Sic in inferno aderit vniuersis afflictio omnium malorum.

Magna extensiuè.

4. Quarta, Magna multiplicatiuè, quia ibi non erit vnum tantùm, sed omnium malorum incursio: malum culpæ, & malum pœnæ: pœna damni & sensus. Ierem. 11. *Inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt.*

Magna multiplicatiuè.

Sepulchri conditio & memoria.

Solùm mihi superest sepulchrum. Iob 17.

ATtendite iam tandem quotquot adestis, quid portarunt secum hinc omnes diuites, superbi, Tyranni, auari, delitiosi, & quomodocunque vocati fuerunt, quid lucrati fuerunt, quid vos ex omnibus quæ habetis, lucrabimini, nisi sepulchrum? Hic hortus, hæc domus, hoc palatium, hæc possessio, hoc castellum, hæc ciuitas, hoc regnum, hæc prouincia fuit huius vel illius, quādo mortuus est, non autem est istius, vel illius mortui. Cùm verò loquimur de sepulchro, tum non dicimus, siue viuat, siue non, hoc est Petri, Pauli, &c. quia locus illius proprius est, vbi manebit vsque ad diem nouissimum. In quo sensu Iob loquitur. O quàm fœlix, qui se tali cogitatione incinerat. Propterea vocatur & monumentū, quasi monens mentem. Olim quando Cæsares coronandi in medio actu solennitatis erant, veniebat lapicida, offerens aliquot genera marmoris, & interrogabat, quod genus ad sepulchrum suum eligeret. S. Ioannes Episcopus Alexandriæ, quando erat in die solenni, toto clero & hominū multitudine circumdatus, habebat quendam, qui illi tenebatur dicere: *Sepulchrū tuum nondum perfectum est.* Pauo luxurians pennis suis, quando pedes nigros respicit, tristem clamorem emittit, & pennarum rota decidit; sic cogitate pedes vestros, vnde sint, quid sint & finem vestrum. Thren. 1. *Sordes eius in pedibus eius.* qui sunt infima & postrema pars humani corporis, qui primo quasi emoriuntur, & finis vitæ humanæ sordescit, & est abominabilis: hæc deberet homo considerare, & certè triste clamaret. Itaque nihil melius facies o diues, o superbe, &c. Eccles. 3. *Quanto maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam:* quod fiet in contemplatione mortis. Sicut occasio facit homines in peccata turpissima prolabi, ita meditatio mortis facit illos emergere. Videte statuam percussam à lapide. Medici remittunt infirmos ad patria loca, vt ad meliorem sanitatem redeant, patria nostra cœlum est. Venimus ex terra, infirmamur per peccatum & culpam nostram in ... a, reuertamur ad patriam nostram meditatione mortis, & sanabimur. Eccles. 7. *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Memento, *quia cinis es, & in cinerem reuerteris.* Nauta nec in frontispicio, nec in medio, sed in fine nauis dirigit nauim: ita homo non debet meminisse, ex quanta familia sit oriundus, & quantus sit, sed quis erit in fine. Sanguisugæ, ne amplius sugant carnem, cinerum consper-

Sepulchrū est hominū vltima possessio.

Sepulchrū cur dicatur monumentum.

Consuetudo quondam Cæsarum.

Simile de pauone.

Occasio perdit, meditatio mortis facit emergere.

ſperſione auelluntur: ſanguiſugæ animæ, quæ exugũt virtutes, vt charitatem, fidẽ, ſpem conſtãtiam, pietatẽ, deuotionem, compaſſionem, ieiuniũ, eleemoſynam, orationem, &c. Sunt ſuperfluæ cogitationes, curæ & ſollicitudines huius mundi. Recorderis ſepulchri, mortiſque, & decident ſtatim. Iob 3. *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Et quia de ſepultura loqui cœpimus, latius quid de illa tractabimus, & primo eſt meditanda; & quiſque libenter debet adeſſe ſepeliendis hominibus. Eccleſ. 38. *Fili in mortuum produc lachrymam, & quaſi dira paſſus, incipe plorare, & ne deſpicias ſepulturam eius.* Commendatur ob id Tobias cap. 12. *Cùm orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos, ego detuli orationem tuam Domino* ſc. cum lachrymis compaſſionis & feruore orationis. Intereſſe autem debet, ad pietatis officium exercẽdum, ad orationis & Eleemoſynæ ſuffragium impendendum, ad communis caſus naufragium meditandum, ad amicorum ſuſpirium conſolandum, ad vanæ gloriæ diſpendium deteſtandum, ad humanæ vitæ compendium cogitandum. Monet enim pietas naturalis, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, & è contrà. Sententia eſt Iuriſperitorum, quòd affectionis & ſanguinis habẽda eſt ratio. Qua ex re concludi poteſt, licitum eſſe mortem amici ſui deflere, dummodò ille fletus non excedat limites rationis, & ratio conſentiat voluntati diuinæ. Vnde Gen. vlt. duodecim Patriarchę cũ magnis lachrymis ſepelierũt Iacob patrẽ ſuum. Similiter Act. 8. *Sepelierunt Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum ſuper eum.* Dominus quoque noſter fleuit Lazarum mortuum, quod videntes Iudæi, dicebant: *Ecce quomodo diligebat eum.* Ioan 11. Amicus enim debet communicare, & ſentire commoda & incommoda amici ſui. Eccl. 7. *Ne deſis plorantibus in cõſolatione.* Gal. 6. *Alter alterius onera portate.* Et, *Flete cum flentibus, & gaudete cum gaudentibus.*

Sepultura Chriſtianorum commendatur.

Gentiles olim non curabant ſepulturas. Nam Romanos olim ab ortu vrbis, defuncta corpora humi condere, neque cremare conſueuiſſe, illud argumẽto eſt. (Hęc ex Alexandro ab Alexandro) quod Numæ Pompilij corpus in arca lapidea, poſt multa ſæcula à Cneo Terentio in Ianiculo inuẽtum, vetuſtiſſimi authores tradunt. Poſtea cùm longinquis bellis defunctos erui cognouiſſent, vt igne cremarentur, decreto ſanxerunt. Primus ex patricijs Cornelius Sylla traditur, qui decedens igni ſe cremari voluit, veritus Taliónem. Nam ipſe corpus Marij & eruta oſſa ſubuertit, & in Anienem miſit. Inde manſit diu defunctos cremandi conſuetudo. A qua ſecutis temporibus, dum Antonini Cæſares imperitarent, deſitum fuit. Tunc enim illo more abrogato, denuò corpora humi condere cœpêre, ex inſtituto Thaletis, qui cum omnia ex aquis conſtare dicat, defunctos terræ mandare iuſsit, vt humore diſſoluantur. Heraclitus verò igni, tanquam ad originem ſuam reuertantur, quippè cùm omnia ex igne conſtare diceret. Carthaginenſes verò cùm prius terra obruerent fato defunctos, poſtea à Dario admoniti, mutato conſilio, igni tradidere. Apud Syros & Aegyptios condendi non cremandi corpora, medicataq; cadauera aſſeruandi in loculis, vetuſtum morem inualuiſſe accepimus. Condiebant enim cadauera myrrha, aloe, cedro, melle, ſale, cera, bitumine, & reſina, odoribus & vnguentis delibuta. Ex ſucco enim cedri exanimum corpus ſeruari, ſicut viuentia corrumpi, haud dubiè perſpectum eſt. Sudore quoq; ligni tædæ conciſæ, & furnis adactæ, apud eoſdem mortuos delibutos ſeruari prodiderunt, ita lineamentis integris, vt viui apparerent: quod ab exteris regibus vſurpatum accepimus, vt eorũ corpora non cremarent, ſed differta odoribus tumulo inferrent, aut humi conderent.

Sepulturas Romani nõ curabant.

Numa Pompilius.

Cornelius Sylla.

Heraclitus.

Corpora incorrupta conſeruare.

derent. In tantum odores ad defunctos pertinere creditum est, vt quamuis cremarentur, vnguenta tamen & odores flammæ inijcerent. Pythagoræi non vnguentis, sed folijs populi, myrti & aloes stipati, humi mandabant, sicut M. Cato humari voluit. Lycurgum legimus nihil cum mortuo sepeliri mandasse, sed puniceo amictu velatum, & oleæ fronde circumdatum, terræ mandari voluisse. Albanis pecuniam cum mortuis sesepelire in loculis, mos erat. Taxilis, Brachmannis & Iberis defuncta corpora vulturibus obijcere. Barchæis, quæ apud Colchos & Iberos gens est, agnatos morbo extinctos, velut ignauos & degeneres igni tradere: in bello autem absumptos tanquam fortes & strenuos obijcere vulturibus. Parthi & Magi procul à nostro orbe siti, honestissimam sepulturam vulgò auium vel canum laniatus putauêre, nudaque tantum ossa quæ supererant, terrę mandare assuerât. Sicut apud Hyrcanos, quorum inculta & vita est horrida, aliasque gentes indomitas, canes pro sepulchro fuêre, qui sepulchrales dicti. Hos affluenti cibo nutriebant, & suos quisque canes parabant in vita, à quibus mortuus laceraretur, atque hoc eximium & solenne putabatur funus. Persæ fato defunctos, cera circumlitos, vt maximè diuturni essent, domi condebant. Assyrij in melle, regum vero in paludibus. Humi verò tradere aut igne cremare capitale fuit. Essedonum traditur mos, vt parentum funera cantibus prosequâtur, mox cætibus propinquorû aduocatis, quod auditu dictuque fœdum est, ipsis cadaueribus immistis ouillis carnibus vescantur. Id quod ab Indis & Massagetis vsurpatum ferunt, quorum prodigiosa immanisque natura est. Nam senio confectos in frusta cædere, illorum carnibus, immistis pecudibus vesci assueuêre. Id quoque apud Derbices Persarum gentem, & [illegible]m Hybernis efferatis hominibus commune fuit, vt parentes & affines, qui succubuere, comedisse, maximę pietatis & honestatis munus putarent; quod Chrysippus Philosophus probauit, & literis prodere non dubitauit. Fuitq; proditum, eosdê Derbices in more habuisse, viros etiam progressos ætate, more hostiarum immolare ad aras, mulieres verò senescentes præfocare. Tradunt Hyperboreos illos penitissimos, qui in extimo orbis tractu siti sunt, homines rigentis barbariei & omni generi humano insociales, eos qui longo æuo vixerût post epulas & familiare conuiuium sertis redimitos, ex rupe abrupta in mare dare præcipites, quę lex in Co insula ad Hellespôtum fuisse traditur, vt post 60. annos nati, aconito vitam finire cogantur, ne ipsi desides & ignaui, fortium virorum cibaria absumerent, locum & partes aliorum occuparent. Quod de Caspijs quoque memoriæ proditum est. Nam filij parentes septuagenarios domi clausos, aut in loca inculta & deserta, intimasque solitudines expositos, vel fame enectos, siti & inopia conficere, celebre funus putarût. In Scythia gens est, quæ parentum cadauera inter niues & glaciem truncis affixa arboribus detineant, illa terræ mandare pro scelere, proq; flagitio arbitrati. In Phrygia mortuos sacerdotes non defodiunt, sed super lapidibus decem cubitis erectos, sublimes constituunt, sicut Nasamones, qui sedentes mortuos statuebant. Thraces quoq; fama est & Indos, ætate confectos, illos præcipuè, quibus studium sapientiæ fuit, incensis rogis [illegible]ortem oppetere, & sine aliquo fun[illegible]um apparatu, lætos se in flammas inijcere, nô refugere, nec formidare. Alios inibi homines in alio tractu orbis intrusos & incultos vltra Arabes & Aethyopes parentes & sibi coniunctissimos, in littoribus, ita vt fluctibus sepeliantur, sepelire: ipsosq; Aethyopes ad certos annos vitam producere,

Pythagoræi. Lycurgus. Brachmâni Barchæi. Parthi. Hircani. Persæ. Assyrij. Essedones. Indi. Chrysippus philosophus Hyperborei. Caspij. Scythæ. Phryges. Nasamones. Thraces. Indi. Aethyopes.

cere, qua exacta, diuerso quisque fungatur fato, exanimaque corpora vel in flumen projicere, vel vitro operta, vt integra spectentur, & posteris spectaculo sint, asseruare. Pæones in stagna, Ichthyophagi in mare defunctos abjiciunt. Troglodytæ Paliuri virgis, mortui ceruicem cum pedibus alligantes efferunt, deinde cadaueri lapides aggerentes cornu capræ ibi ridentes apponunt, hoc pro exequiali pompa, proque funere existimantes. Quod a Gymnesiarum incolis vsurpatum legimus, incisa & desecta cadauera in vrnam imponant, & desuper ingentia saxa accumulent. Arabum vero mos proditus est, vt Regum & summorum Ducum elata cadauera, in terra loca & inculta stercore obruant, ac cœno & fimo aggesto terræ imponant. Panebij, si quando rex moritur, corpus quidem defodiunt, caput vero in templo augustissimo consecrant, dicantque. Sicut Saitanis Reges, qui imperitarunt intra septa tépli sepelire, assuetum erat: hoc sepulturæ genus optimum, & pietatis officium vltimũ æstimantes. Lotophagis nulla sepulchrorum habetur cura, sed defunctos in mare projiciũt, parum referre arbitrati, vtrum igni, terra, an aqua dissoluantur. Apud Athenienses, & omnem ferè Græciam corpora non cremare, sed terrę condere & sepeliri cum funebri veste. Phrygibus vero igni imponere, antiquissimus mos fuisse proditur. Sed in humandis corporibus Athenienses Orientem versus, Megarenses & Phœnices ad Occidentem vertere solebant. Aphri vero & Græci sepeliunt. Maxima autem sepeliẽdorum corporũ cura Atheniensibus fertur fuisse, præcipuè bello peremptorum, ita vt qui illos inhumatos relinquerẽt, quouis supplicio dignos putarent. Idcircò summos Duces, quia nauali pugna cæsos in mare deiecerant, grauib. pœnis & supplicio capitis affecere, quibus cum peremptorum corpora assequi nequirent, illorũ ossa & disiecta membra passim strata exquirere, & humo tegere, defunctosq; in acie, tumulo publicè extructo, quotannis pro concione laudare, magnæ curæ fuit, adeo vt Nicias cum exercitu iter faciens, ne duorum militum inhumata corpora relinqueret, totum subsistere agmen, donec humarentur, iusserit. Et Cimon Miltiadis filius, vt pater sepulchro conderetur, captiuũ se præbere non dubitauit. Traditum quoque est, Cares morte sublatos milites, armatos sepelire. & Sindos, tot pisces in sepulchris mittere, quot hostes confecisset, qui humaretur. Et Stobæus scribit de ijsdem, quòd Chij combustis cadaueribus & ossibus collectis in mortario ea omnia contundunt, deinde nauigio imponentes in altum nauigant, eaque per cribrum ad ventorum flatus dispergũt, donec omninò dissipentur & aboleantur. Et Tauri gens Scythica cum regibus extinctis, gratissimos eorum amicos vna sepeliunt. Si vero amicus quispiam regis interierit, pro illius dignitate & merito, auriculam vel totam, vel eius partem amputat. Colchi defunctos ex arboribus suspendunt. Iberi pro hostium interfectorum numero tot obeliscos apponunt, hoc insigne testimonium virtutis & expertissimũ decus arbitrati. Condebant enim prisci corpora vel arcis lapideis, vel fictilibus cum funebri tunica, quia nudum iacere cadauer, pro flagitio erat. Reges verò externis differtos odoribus, in mõtibus sepeliunt: vnde deductum, vt illorum sepulchris pyramides apponant aut colũnas. Romani verò in domib. quas singuli incolebat, dolijs aut vasculis: qua ex causa lares, quos domesticos vocant Deos, colere cœperũt. Postea lege duodecim tabularum, ne in vrbe sepelirentur, neue vrerentur, graui documento fuit sancitum. Cineres tum eius qui triũphasset, aut Imperatoris, qui hostes bello domuis-

Pæonei. *Troglodytæ.* *Gymnesiarum incolæ* *Arabes.* *Panebij.* *Saitani.* *Lotophagi.* *Athenieñses* *Phœnices.* *Athenien.* *Cares.* *Sindi.* *Chij.* *Tauri.* *Colchi.* *Iberi.* *Romani.*

muisset, vel armis Rempubl. auxisset, in vrbem ferre licebat, quibus hoc honoris causa, vt in foro conderentur, tributum est. Licet apud Spartanos, longè secus seruatum sit lege Lycurgi, quibus in vrbe & secus templa Deorum sepelire permissum. Non sic Athenis: Nam in campo extra vrbẽ tumulus erat, in quo columnæ extabant, in quibus defunctorum nomina per singulas tribus, qui illic conditi erant, continebantur. Corinthi quoq; maximorum virorum monumenta extra vrbem fuere. Inter quæ Diogenis Synopensis, quem Græci canem cognominarunt, sepulchrum visebatur. Reliqui verò in agris quisq; suis, aut in fundo suburbano seu auito, & patrio solo ex senatus consulto, Cneo Duilio consule, Romæ humari consueuere. In quibus sepeliendi licet toto generi & familiæ ius erat à principio, postea vt in familiam ius sepulchri nõ descenderet, recentiore cura prouisum fuit. Frequentius in Flaminia, in via Latina, in suburbijs & anfractibus viarũ, Romanorum gentilitia sepulchra fuere. Ibique Calatini, Scipiones, Seruilij, & Metelli, aliorumque honestissimę familiæ condebantur: ad quæ vasa figulini operis, nonnunquam arma militaria ensesque & libellos, aliaque quæ defuncto in vita cordi erant, quorumque efficaci studio tenebatur ferre, & humo tegere eodem sepulchro assuerant, vt ea, quæ viui dilexerant, vnà conderentur. Romani solebant sepulchrum ornare floribus, & sacrificio, & epulis parentare defunctis, nonnunquam thure & mero supplicare, sine tibicine, quibus in acie læsis, fuit tam ara quàm annua parentatio constituta. Celebratur inter cætera Argiuum forum sepulchro Donabi, qui insigni prudentia & astu præcedentes Reges anteisse fertur, in quo lupus æreus cum tauro pugnans, fatum Pyrrho Regi prædixere, & Magnetum sepulchrum Themistoclis, sicut forum

Spartani. *Corinthi.* *Diogenes Sinopensis.* *Via Latina* *Romani solebãt sepulchrũ ornare floribus.*

Antiochiæ, Germanici funere insigne fuit, & Megarensium sepulchro Corębi, in quo mirum proditur, vt oleaster longo ęuo suspensa diu arma intra corticem admiserit, mox incisa, ocreas & galeas pepererit: Et Celenarum, vbi Marsyæ pellis detracta ab Apolline, appensa videbatur. Mirúmque prodi de Aricię foro ingẽti chasmate in profundo hausto magno & exitiali portento calamitatis futurę. Tradunt Taletem in loco Milesij agri vili & contempto sepeliri voluisse, prædiuinantem animo, in illo Milesiorum forum quandoque celebre futurum. Sepulchra pro dignitate & opibus cuiusque erant admissa. Sed cum profusissimæ impensæ & magnæ moles sepulchrorum quotidie fierent, secutis inde temporibus, ne ampliori opere excitari sepulchrũ, quàm quod quinque diebus absolueretur, nec maiori lapide, quàm qui laudes sepulti & honorum titulos acciperet, lege cautum fuit. Cętera in Giraldo, vel Alexandro ab Alexandro.

Tales.

Irrationabile autẽ est, vt conclusiuè dicam, mortuorum corpora sepulturæ nõ tradere. Nam Gen 13. laudatur Abraham de pietate, quia sepeliuit Saram vxorem suam mortuam in aruo Ephron, in terra Chanaan in spelunca duplici. Et Gen 25. quòd Isaac & Ismael sepelierunt Abraham patrem suum in eadem spelunca. Genes. 35. quòd Esau & Iacob sepelierunt Isaac patrem suum, & posuerunt in eadẽ spelunca. Gen. 49. quòd Iacob in extremo vitæ suæ præcepit filijs suis, dic. *Ego congregor ad populũ meum: sepelite me cũ patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron in terra Chanaan, quam emit Abraham*, in qua sepultus est Adam & Eua, Abraham & Sara, Isaac & Rebecca, Iacob & Lia, & postea Ioseph filius eius. Et Iosue vlt. habetur, qualiter eo mortuo sepelierũt eum filij Israel in finibus possessionis suę. Ibidẽ etiã dicitur, quòd *ossa Ioseph, quæ tulerãt ex Aegypto, sepelierunt in Sichem.*

Sepulturę non tra- re[illegible] m[illegible] irra[illegible] b[illegible] Sepu[illegible] laudatur per totam

Sichem. Item quod Eleazarũ filiũ Aaron sepeliērũt in Gabaat, fratres & filij ei⁹. Iudicum quoque 6. fit mentio de sepultura Samsonis. Et 1. Reg. 15. de sepultura Samuelis. 1. Mach. 9. de sepultura Iudæ Machabæi. 2. Reg. 2. dixit Dauid viris Iabes Galaath: *Benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam hanc Domino vestro Saul, & sepelistis eum.* Tobias quoque laudatur, quia sepeliebat corpora mortuorum; 1. & 2. c. Et præcepit filio suo, vt eum mortuum sepeliret, & vxorem suam matrē eiusdem filij prope eum. Tob. 4. Laudatur quoque Iudas Machab. interfectorũ corpora sepeliens 2. Mach. 12. & discipuli Ioannis eum sepelientes Marc. 6. & Matth 14. Saluator quoque noster vnguentum sepulturæ suæ seruari iussit. Ioan. 12. Commendatur etiam Ioseph ab Arimathia cum Nicodemo quia Christum sepelierunt, Matth 28. leges quoque ciuiles approbant, & priuilegijs decorant sepulturas mortuorum, adeò quòd si ossa mortui sepeliantur in agro alieno, non potest Dominus agri eijcere ista, nec extrahere sine licentia principis vel Pontificum, aliter contra eum potest agi actione iniuriarum. Valerius Max. 1. tit. de somnijs narrat, qualiter Simonides Poeta peregrè vadens, cùm nauis, in qua erat, applicuisset ad littus, & corpus inhumatum iacens vidisset, sepulturæ tradidit. Quo beneficio, is qui sepult⁹ fuerat, motus, nocte sibi in somnis apparuit, eumque ne proximo die nauigaret, admonuit. Qui somnio parens, in terra remansit. Illi verò, qui inde recesserunt nauigantes in eius conspectibus, procel[lis] & fluctibus absorpti sunt & suffocati. Et ipse lætatus est, quia vitam suam magis somnio, quam naui commiserat. Plura apud eundem & alios, vbi opus est. Cur autem meritò sepeliantur, fit. Primò, propter astruendam futuram resurrectionem, propter quam Paulus appellat mortuos dormientes. 1. Thess. 4. vt ergo subleuetur spes

Sepulturarum ratio.

1 *Propter astruendā resurrectionem.*

ad resurrectionem verè fiendam, corpora sepulturæ traduntur. De qua resurrectione dicitur Daniel. 12. *Qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in vitam æternam, alij verò in opprobrium sempiternum.* Dicuntur autem mortui dormientes trib. de causis. Primò, propter spem resurrectionis: quia sicut de dormiēte spes est, quod debeat euigilare, sic de mortuo spes est, quod debeat resurgere, & ideò dic. Apostolus 1. Thess. 4. *Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent.* Secundò, propter facilitatem resurrectionis. Augustinus. *Dominus tanta facilitate excitat de sepulchro, quanta tu excitas dormiētem de lecto.* Tertiò, propter meliorationem immutationis. Sicut enim dormientes surgunt meliorati, id est, in melius mutati, sic & mortui resurgent in melius mutati. 1. Corin. 15. *Seminatur in corruptione, resurget in incorruptionem.* Et ideò nemo debet nimium cōtristari de morte amicorum, cùm eos non amittamus, sed præmittamus. Vnde in iure dicitur, quod qui nimis tristatur de piorum morte, videbitur desperare de futurorum bonorum resurrectione, quia talis contristatio & luctus inordinatus prouenit ex pusillanimitate. Secūdò, propter amouendum horrorem. Tertiò, propter meritationem, vt illos sepelientes propter talem misericordiam, magnam in cælesti gloria retributionem mereantur. Augustinus 1. de Ciu. Dei. c. 14 *Prodest autem in charitate morientibus Ecclesiastica sepultura, quando habent aliquid purgabile:* hoc est, non per sed per accidens. Primo, propter inspicientium excitationem, in quantum proximi & amici ipsorum mortuorum conuenientes ad Ecclesias, in quibus sepulti sunt, & inspicientes sepulturam eorum, de his recordantur & Deum pro illis deprecantur, & ideò dicitur monumentum, quasi monens mentem. Sciendum tamen est, quòd cultus exequiarum & ceremoniæ, quæ in eis fiunt, non

Mortui dicuntur dormientes 3. de causis.

1

2

3

2 *Propter amouendū horrorem.*

3 *Propter meritum. August.*

Exequiæ prosunt defunctis.

Tho. Aqui. parum prosunt defunctis. Thom. in 4.
dist. 45. *Cera & oblatum pro defunctis, in quantum offertur Ecclesiæ, vel pauperibus datur, & in quantum in reuerentiam Dei expenditur. Vnde dictæ ceremoniæ, quod velut quoddam holocaustum sunt Deo acceptæ, secundùm Damascenum.*
2 Secundò, prosunt eis circundantia pheretrum, in quantum ex ipsis Ecclesia decoratur, quia fiunt ex eis paramenta, vel pauperes ex ipsis fructum capiunt, vnde & ad rogandum Deum, pro defuncto
3 obligantur. Tertiò, pecuniæ distributæ in sepulturis, in quantum ex eis Ecclesię ædificantur vel restaurantur, aut ministri Ecclesiæ sustentantur, & pro hoc ad orandum pro defunctis ipsis incitan-
4 tur. Quarto, incensum, in quantum per hoc apparet, quod sacrificium defuncti & Orationes pro eo factæ sunt acceptæ in conspectu Domini, & ad illum diriguntur. Ps. *Dirigatur Domine oratio mea, sicut*
5 *incensum in conspectu tuo.* Quintò, Aqua benedicta, in quantum per aspersionem e-
6 ius a peccatis venialib. purgatur. Sextò, Campana pulsans, vt populus audi-
7 ens, oret pro defuncto. Septimo, Amici associantes corpus & pro defuncto orãtes. Nam quia caro est pars hominis, Aristot. 2. de anima. Ideò naturaliter homo ad carnẽ suam afficitur, iuxta illud Ephes. 5. *Nemo vnquam carnem suam odio habuit.* & similiter afficitur ad carnẽ amici, & videns eam mortuam, ad compas-
8 sionẽ cõmouetur. Octauò, prædicator, in quantum per eius prædicationem ho-
9 minis incitantur. Nonò, Propinquos plorans pro anima & pro corpore, licet in domo defuncti post ablationem corporis remanens. Lachrymę enim moderatę & ex pietate effusæ, sunt Deo gratę. Ideo dicitur Eccl. 7. *Modicum super mortuũ*
10 *plora.* Decimò, Officiũ ab Ecclesia ordina-
11 tũ sepultura & deuotè adimpletũ. Vndecimò, Cruces quæ ante pheretrũ por-
12 tantur. Duodecimo, Clerici funus associantes. Nam omnia hæc videntes incitant ad deuotionem & ad orandũ pro defuncto. Nota hic defectus eorum, qui ceremonias istas non adhibent, quicũq; comitantur funus, non orant, sed blaterant & clerici & laici, & non faciunt quæ dicta sunt. Secundò, Principaliter prodest mortuis sepeliri in locis sacratis, maximè vbi sunt deuoti ministri, ra- *Sepeliri in locis sacris prodest.*
tione impetrationis. Licet enim omnes 1
clerici teneantur orare pro mortuis, omnesq; Christiani, tamen magis particulariter tenetur ministri Ecclesiarum, *Ratione impetrationis.*
siue religiosi, orare pro defunctis sepultis in cœmiterijs eorum. Quanto autem ipsi fuerint deuotiores, tanto facilius exaudiuntur à Deo, & citius liberant à pœnis purgatorij animas defunctorũ, pro quibus deprecantur. Tertiò, ratione interuentionis, quia sancti ad quorũ honorem fabricatæ sunt Ecclesiæ, orant pro illis, qui sepeliuntur in suis Ecclesijs, vel cœmeterijs. August. Priuantur *Ratione interuentionis.*
autem Ecclesiastica sepultura. Primò, Omnis infidelis vel hæreticus, etiam si post mortem appareat. Secundò, Moriens in torneamento vel hastiludio, quãdo probabiliter imminet periculũ mor- *Sepultura Ecclesiastica qui priuantur.*
tis. Tertiò, Qui se occidit ex desperatio- 1
ne vel iracundia. Quartò, Qui non fuit 2
cõfessus, nec cõmunicauit semel in an- 3
no, termino ab Ecclesia cõstituto. Quin- 4
tò, Monachus inuentus proprietarius. 5
Sextò, Blasphemus Dei. Septimò, Quili- 6
bet notorius peccator, decedens in ipso 7
notorio mortali. Octauò, Manifestus v- 8
surarius, nisi pœniteat & cautionem faciat. Nonò, Interdictus nominatim, & 9
hoc sub pœna excõmunicationis. Deci- 10
mò, Excommunicatus maiore etiã iniustè, & excõmunicatus minore notoriè.
Vndecimo, Cui interdict' ingressus Ec- 11
clesiæ. Duodecimò, Qui sacerdotem fi- 12
lijs suis tutorem statuit. Lege summam in angelicam. Videant posteà executores testamentorũ, quę pœnæ cõprehendant illos, ꝙ animæ patiantur in purgatorio propter non expletam satisfactionem, quod ipsi sibi cumulant pœnas etiam maiores,

maiores, quia dabũt rationem Deo magnam, experientur idẽ in filijs & in dispositionibus suis, faciunt contra charitatem Dei & proximi, sunt impij, & ex meritis bonis subinde merẽtur damnatione. Vt autem sepeliatur quis in loco sacro, & maximè vbi sancti requiescũt, monet B. Maximus in quadã Ho. dic. *Ideò namq; à maiorib. nostris prouisum est, vt sanctorũ ossib. corpora nostra sociemus. Vt dũ illos Tartarus metuit, nos pœna nõ tangat. Dum illos Christus illuminat, à nobis tenebrarũ caligo diffugiat. Cùm sanctis igitur martyrib. quiescentes, euadamus pœnas inferni, & si nõ proprijs meritis, tamẽ tãti cõsortij sanctitate.* Hęc ille. Aduerte, quòd cũ sepulchra sint pro hominib. verè & propriè, non autẽ pro animalibus, quę in corpore nostro per comestionẽ sepeliũtur. Omnia erant in suo genere viua quibus vtimur, pane, vino, animalib⁹, fructibus: & quãdo illis victitamus, debemus cognoscere eã nõ esse in statu suo, sed emortua, vt mortis sim⁹ memores, & recordemur, quod illarũ rerũ sepulchrũ nobiscũ portem⁹. Seneca: *Quicquid auiũ volitat, quicquid piscium natat, quicquid ferarũ discurrit, nostris sepelitur ventribus: quare non subitò morimur, quia mortui viuimus.* Hæc ille. Quòd autem homo cogitet ex omnibus istis, procul esse mortẽ, fit propterea quod putet illã esse rem exilẽ & paruam, sicut nos stellas & planetas, qui maiores sunt toto mundo: sic nos lõgè distantẽ mortẽ reputamus, quã in sua potestate non videmus. Iere. 6. *Væ vobis, quia longiores factæ sunt vmbræ vestræ vesperi.* vbi per vesperam intelligit mortẽ. Sic. n. intelligitur, Iere. 13. *Ponet eã in vmbrã mortis.* Quare sic procul illam fugitis, cũ sit breuissima. Gregor. *Homines carnales nihil aliud cogitant, nisi in hoc mũdo qualiter adhuc viuant, relinquendo omnia, quę possidendo disponunt, quia spes viuendi nõ frangitur, etiã cũ vita terminatur.* Hæc ille. Cicero: *Quis est, quãuis sit adolescens, cui sit exploratũ se ad vesperã esse victurũ?* O miseria ergo nostra, vltra alias miserias, & verè miser qui hęc nõ cogitat. Certè defuunctus noster in se nõ sepeliuit bestias pretiosas, aut multas, sed recõdidit quod oportuit, quid enim laboraret tantũ vt vltimo sepulchrum dilataret & impinguaret, quod sibi solũ restare videbatur? Cũ n. dormitũ iret, aut ad mensam accũberet, vel per cœmeteria ambularet, semper sibi sepulchri fecit memoriam, donec & iam illud, ingressus est, & aditum ad cælos inuenit.

Exhortatio B. Maximi ad sepulturam in loco sacro.

Sepulchra sunt pro hominib. non pro animalibus.

Seneca.

Sequuntur Themata breuiora.

Estote parati. Matth. 24. Leuit. 12.

DEsiderans misericors Deus cõtinuè salutẽ nostrã, & videns quod nũquã cogitemus de morte, & nõ cogitando nõ faciamus aliquã præparationẽ, nec aliquod bonũ, quo operemur salutẽ in timore & tremore, reducit nobis in memoriã hæc omnia dicẽs verba allegata, vt simus parati. Primò, propter incertitudinẽ mortis, in qua ętate vel tempore simus morituri. Iob 32. *Nescio quamdiu subsistam, & si potest modicum tollat me factor meus.* Ideò Matt. 25. *Vigilate quia nescitis diem, neq; horam,* sc. vt semper homo dubitet, & ne desperatione homines peius viuerent, aut cum scirent, quando deberent mori, tum demũ vellent pœnitere. Ergò iam benè viue, vt scias vbi eris posteà. Secundò, Loci incognitio, Pro. 10. *Nesciũt homines vbi corruãt.* Vtq; homo cognoscat Dei potentiam & virtutem. Psal. 138. *Quò ibo a spiritu tuo? tenebit me dextera tua.* Vbiq; ergò expecta eam. Tertiò, Modi mortis ignoratio Eccl. 9. *Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, aues laqueo, sic homines in tempore malo.* Nescit si in gratia, an in peccato moriatur, si diues an pauper, sanus an infirmus, laqueo, gladio, aqua, igne, casu &c. vt cognoscat homo Dominum esse mortis domitorem. Videmus enim quando quis habet dominium alicuius rei, vtitur ea re, vt vult.

Parati ad mortem.

1. Propter incertitudinem.

2 Loci incognitionem.

3 Modi mortis ignorationem.

Et si quis habet equum, vtitur illo aliquando equitando, aliquando vehendo ligna,&c. Sic Deus varijs vtitur ac pluribus modis mortis. Quod in martyribus patet Heb. 11. *Alij autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent resurrectionem. Alij ludibria experti, insuper & vincula,& carceres,* &c. Hic N. fuit semper paratus omni tempore & loco,vt & modum non curaret..

Notum fac mihi finem meum:. Psal. 38..

QVilibet homo iustus & peccator libenter vellet scire finem suũ, quantum deberet esse in hoc mundo peccator,vt posset liberius peccare,iustus, vt se melius posset præparare per veram pœnitentiam,non dicere sicut peccatores,habeo adhuc multos annos quos viuam, vtar annis meis, Deus est misericors,postea faciam pœnitentiam. Notificatur autem aliquid alicui tripliciter per verba,per verbera,& exempla. Per verba. Verba enim Magistri instruunt ignorantes, vt in Grammatica, Musica, &c. Per verba sc. scripturæ significat nobis Deus finem nostrum. Vis scire finem tuum. Lege Iob. 14. vbi ait, *Breues dies hominis sunt,* sc. Vita hominum in breui habet finem suum. Apoc. vltimò: *Ecce ego venio citò,& merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua.* Qualis autem erit vita vniuscuiusque,talis & finis, sed vita breuis. Vide de epulone Luc. 16. ecce finis. Vide Lazarum patientem, & postea in sinu Abrahæ. Secundò per verbera. Sic patet de Magistris circà discipulos,de parentibus circa filios, de dominis circa seruos. Sic Deus,vt nobis finem nostrum notum faciat, verberat nos infirmitatibus,tribulationibus, angustijs,pressuris, tormentis, febribus, &c. Matth. 24. Vigilate in bona & vera pœnitentia. Ex quo enim nescis finem tuum præparate in occursum Domini, ô anima Christiana, & ne tardes de die in diem conuerti,quia nisi sic feceris,ille præparatum te non inueniet. Tertiò, per exempla. Hoc patet in scriptoribus, pictoribus &c. qui videntes aliorum opera instruuntur ad operandum similia. Deus autẽ benignus quotidie nobis ponit ob oculos de termino & fine vitæ nostræ,non parcendo diuitibus,pauperibus,potentibus,sapientibus,robustis, iuuenibus,&c. Eccl. 7. *Moritur doctus similiter,& indoctus.* Nec eget res probatione. Hodie enim vnus occiditur gladio & nõ potest dicere, *Deus adiuua me.* Vel, *Iesus,* vel quid simile. Et ita in naufragio,in lecto &c. suffocatur,submergitur,occiditur &c. Et propheta clamat: *Emendate in melius,quæ ignoranter* peccastis,ne fortè quæratis pœnitentiam, & inuenire non possitis..

Notificatur aliquid alicui tripliciter: per verba, verbera & exempla.

Oportet mortale hoc induere immortalitatem. 1. Corinth. 15.

QVæstiones tres mouebimus & probabimus ad consolationem vestram, vt intelligatis, quare noster N. defunctus sit & quare vos minime lugere debeatis. Prima, Corpus humanũ est mortale propter elementi compositionem. Secunda,Corpus humanum est mortale propter delicti commissionem. Tertia, Corpus humanum resurget incorruptibile, propter boni operis retributionem. Prima probatur.. Omne quod est compositum ex quatuor elementis,est mortale. Sed corpus,ergò. Item omne compositum ex diuersis humoribus & contrarijs est mortale.Sed,ergo. Secun- 2
da. Omne corpus humanum traxit principium ab Adam, sed corpus Adæ factũ est mortale propter peccatum, ergo. Minor probatur. Genes. 2. *Quacunque hora come-*

[illegible] ... no lugẽdi.

1. Probatur

comederis. Sap.2. *Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum.* Ioel.2. *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* ergo consequ. est vera.
3 Tertio. Ad iustitiam pertinet reddere vnicuique mercedem operis sui, secundum quod quis operatur, sed talis retributio non dabitur, nisi quando corpus resurget. Ergo omne corpus resurget propter talem retributionem 1 Tim.5. *Dignus est operarius mercede sua.* Minor probatur authoritate S. Athanasij in symbolo ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corp.suis. *& qui bona egerunt ibunt in vit. æter.* &c. ergo propter talem mercedem oportet hoc mortale resurgere, & resurgendo dabitur ei sui operis retributio quæ erit multiplex: & sunt dotes animæ, siue corporis glorificati, 1.Cor.15. *Canet tuba, & mortui resurgent incorrupti:* ad talem vocem resurgent his dotibus ornati, leuitate, subtilitate, impassibilitate, luciditate, visione, odoratione, dulci voce, pulchritudine. Sunt enim illa beata corpora ita leuia, quod transeant in momento, quocunque volunt, vt de Christi corpore glorificato. Subtilitate sua penetrabunt iubar solis, qui penetrat vitrum & non frangit. ita Christus penetrauit ostio clauso: *Et cognouerunt eum Dominum in fractione panis.* Paulus: *Seminatur corpus animale, & resurget spirituale.* Præterea, nulli detrimento passionum sunt subiecta, vt in primis verbis allegauimus. Item sunt gloriosa clariora sole. Matt.13. *Fulgebunt iusti, sicut sol in regno patris sui.* & sol habet leuitatem, agilitatem ab oriente ad occidentem, subtilitatem & impassibilitatem. Item corpus beatū ab omnibus videbitur, & ipsum omnes intuebuntur. Visus enim corporis glorificati differt a visu corporis præsentis. Primo, Quia corpus nostrum solummodo videt exteriora, glorificatum etiam
1 interiora. Secundo, Quia si hoc corpus
2 respicit superius, non potest videre in-
3 ferius glorificatum vtrumq; simul. Tertio, Nostrum corpus non adeo benè cernit ea, quæ à longè sunt, sicut ista quæ prope. Glorificatum vtrumq;. Quarto, 4
Glorificatū respicit ante & retro simul.
Quintò, Glorificatum omnes videt si- 5
mul. Item corpora glorificata effundūt odorem suauē & diuersum, prout erunt virtutes. Item corpora glorificata erūt pulcherrima & pulchritudo vnius erit diuersa ab alijs His dotibus ornatur solum corpus illius, qui vixit virtuose in hoc præsenti sæculo, & vltimo anima recessit ab illo in fide Ecclesiæ & in gratia Dei, sicut fuit iste noster N. Hic fuit vas virtutum multarum, sapientia decoratus, cōuersatione honestus, sermone discretus, temperantia modestus, constantia magnanimus, iustitia prælucidus, patientia armatus, fide perfectus, charitate feruidus, spe robustus. Hic *accipiet benedictionem à Domino,* Psal.23. *& misericordiam à Deo salut. suo.* Et ideò vocat animam illa Dominus, *Veni electa mea.* Et quia vocata est a Domino & ita ornata, quare amici doleretis? Ille magis dixit illud Tob 12. *Tempus est, vt reuertar ad eum, qui me misit. vos autem benedicite Dominum, & enarrate omnia mirabilia eius,* & confitemini Domino coram omnibus viuentibus, quod hic mihi fecit misericordiam per gratiam, & in alio dabit gloriam. Amen.

Visus corporis glorificati differt a visu corporis præsentis.

Vocabis me, & ego respondebo tibi. Iob 13.

QVilibet vocatus de loco malo ad bonum, debet libenter ire vt Loth, qui vocatus fuit ab Angelo dic. *Exi ciuitatem,* scil. mundum: intellige tu mortalis, *& saluum te fac in monte,* scil. in vita beata. iste autem exitus fit per mortem; ideo hæc melior quàm vita. Omnis anima debet relinquere libenter vitam præsentem, & mundum istum, vt dictum est Abraha Genes.12. *egredere de terra tua,* ô Abrahe, ô anima de hoc corpore, quod est terra.

Gen. 3. *Memento quia cinis es* Iere. 22. *Terra, terra, terra, audi verbum Domini Dei tui.* Et veni ad aliam patriam, & ibi te crescere faciam, scil. sociabo te angelicis choris & sanctis. Et anima vult respondere & libenter parere, sed rogat, operi manuum tuarum porrige dexteram. mihi me illo corpore solueris, non possum venire ad te, de mutabilitate ad immutabilitatem, de seruitute ad libertatem Psal. 22. *laqueus contritus est* de labore ad requiem, Psalm. 72. *In labore hominum non sunt*, de paupertate ad thesaurum multiplicem. Psal. *Gloria & diuitiae in domo eius*, de fame ad saturitatem, Isai 65. *Serui mei comedent, & vos esurietis*, de vilitate ad honorem. Luca 2 *Vos estis qui mecum mansistis in tribulationibus.* Et in Ecclesia, [illegible] de moerore ad gaudium Psal 49. *Exultabunt sancti in gloria*, de bello ad continuam pacem Isa 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciae, & in requie opulenta.* Sed primò videte dignitaté vocantis Apoc 19. *Rex regum & dominus dominantium.* Paulus [Quos vocauit, illos & iustificauit] scil. a peccato per gratiam suam, [quos auté iustificauit, illos & magnificauit.] vt de Petro & Paulo, Andrea, Matthaeo, qui fuerunt vocati, & iustificati & venerunt cito relictis omnibus. Et ego respondebo tibi per praeparationem, quia iustificata & contenta ire.

Vocantis dignitas.

Vocati praemiatio.

Secundò propter vocati praemiationé. Quaelibet anima libéter debet ire quando à Deo vocatur. Quia dum anima non vocatur à Deo per mortem corporalé, est in custodia pro per hoc cũ carne daemone peccato & mũdo. Tertiò, propter viae longitudinem & chaos quod est inter coelum & mundum. Viatores plerisquá recedunt, comedunt, vt melius possint peruenire ad terminum, quo intendunt 3. Reg. 19 de Elia. Sic anima surge è corpore comede corpus Christi, Ioan 6. *Ego sum panis viuus.* Quartò, propter humanae vitae breuitatem Iob 7. *Memento quia ventus*, *quia ventus vita mea* adeo quilibet paratus debet esse, vt cum vocetur possit dicere, *Ecce venio* Hoc praecipit Christus Matth. 24. *Estote parati* poenitentiam agendo, sacra sacramenta accipiendo, &c. Quintò, propter loci turpitudinem. Locus in quo homo habitat, malus est, & plenus laqueis diaboli, scil. peccatis quibus ligatur anima. Prou. 5. *Funibus peccatorum suorum constringitur.* Isa. 52. *Solue vincula colli tui*, [illegible] Ier. 3. *Tu fornicata es cum amatoribus multis, sed tamen reuertere ad me* [illegible] quando anima est separata à corpore, scil. ab ista vita [illegible], amplius non potest pollui, & praecipue quando moritur in fide, sicut fecit ille, qui post omnem sacram praeparationem, dixit, *Pacem [illegible] vobis*, sicut dixit Apostolus 2. Cor. 13. *Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum.* Ego autem relinquo mundum & vado, ad gloriam aeternam. Amen.

Viae longitudo.

Vitae humanae breuitas.

Cupio dissolui, & esse cum Christo. Phil. 1.

OMnes qui confoederati & conglutinati sunt aliquo vinculo, vel matrimonij, vel Religionis, vel sanguinis, societatis aut seruitij, possunt & debent rogare Deum, vt educat de custodia animam, Psal. 141. quia cupiunt dissolui, vel liberetur aliquando ab hoc carcere, errore & irrationabili amore, qui semper modo tendit ad malum, item á peruerso & prauo consortio. Liberat enim à mundo, qui nos continet de prosperitate in aduersitate, & [illegible] mutatur mundus, [illegible] sunt. Nam in mundo [illegible] tuum qualitates [illegible] temporum vicissitudines [illegible] partes anni, hominum aetates [illegible] res & conditiones. Secundò, à [illegible] 1. Ioan. 1. [illegible] Tertiò, à [illegible] sortio. [illegible] pli. [illegible]

Homo aūt bonus per mortem transit à consortio malignorum, ad consortium beatorum & angelorum.

Timor mortis conturbat me. Iob. 4.

CVm mors sit finis omnium terribilium, ideo merito ab omnibus timetur. Quaedam non timentur, quia aestimantur longinqua vel quando sunt multum propinqua [illegible]. Vnde [illegible] decollantur, [illegible] pericula, quia sunt ita propinqua, quod [illegible] non possit apponi. Et licet [illegible] pericula contrahebant hominem, [illegible] illum pallescere in timore, & [illegible] calorem interius, tamen [illegible] omnis. Primo, quia destruit esse. Augustinus, Considera qui bonum sit esse [illegible], quod beati desiderant [illegible] destruitur per mortem. Homo enim definitur, quod sit substantia animata, sensibilis, rationalis. Substantia autē est, quod per se subsistit, & talis subsistentia tollitur per mortem. Psalm. 103: *Spiritus pertransibit in illo, & non subsistet.* Item substantia est animata, sed animatum extinguitur, cum anima à corpore separatur. Item substantia est animata sensibilis, sed nihil est sensibile sine calore, mors autem extinguit calorem, quia cum moritur homo in extremitatibus infrigidatur donec totus calor expiret. Item substantia rationalis est, sed mors extinguit rationem. Tanta enim est mortis acerbitas, quod nihil permittat cogitare. Vnde Ecclesia: *Memento creatoris, ante quam veniat tempus afflictionis.* Secundo destruit bene esse, quia destruit pulchritudinem quae consistit in iuuenili aetate, in membrorum aequalitate, & in colorum viuacitate. Haec omnia mors destruit. Tertio, Destruit potentias hominis, scilicet animales per quas sentit, & vitales per quas viuit, & potentias naturales

Mors timetur.

1 *Quia destruit esse. August.*

Homo quid.

2 *Destruit bene esse.*

3 *Destruit potentias hominis.*

per quas agit naturaliter. Quia potentiae animales sunt in capite, vitales in corde, naturales in hepate. Sed in morte totum corpus destruitur, & in sua elementa resoluitur. ergo. Ideo timenda est Primo, propter incertitudinem accessus, quia subito dum speratur, venit contritio eius. Ratio est quia infinitis modis mors superuenit homini, aliquando per tristitiam, vbi ita clauditur vt spiritus vitales & virtutes egredi nequeant, ita homo desiccatur & debilitatur Prouerb. 17. *Spiritus tristis exsiccat ossa.* Aliquando per laetitiam vbi aperitur cor, spargitur calor & infrigidantur membra. Aliquando per violentiam, quia omnis creatura eum impugnat, aqua, terra, ignis, bestiae, &c. Aliquando per naturam, quae est principium motus. motus autem abstrahit partes. Item motus est in tempore in quo omnia senescunt, ideo prope sunt interitum. Aliquando per nimiam repletionem, vbi suffocantur virtutes naturales. Eccles. 7. *Propter crapulam multi perierunt.* Aliquando propter euacuationem, per quam natura debilitatur, quod non possit ei subueniri per quampiam medicinam Psal. 72. *Defecit caro mea, & cor meum.* Et sic mors timenda. *Nescit homo finem suum* Eccles. 9. Secundo, Ratione similitudinis ingressus. Nā ingressus hominis ad vitam respondet ingressui hominis ad mortem, & ē contra. Sed cum homo ingreditur ad vitam plenus est miserijs, cum vero moritur, priuatur diuitijs, quia nihil secum fert in ingressu, nec in recessu. Psal. 75. *Nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis.* 1 Tim. 6. *Nihil intulimus in hunc mundum.* Iob. 1. *Nudus egressus sum.* Tertio, Ratione impossibilitatis sui cursus, quia contra mortem non potest dari remedium vllum, quia nihil ibi prodesunt omnia temporalia, quia contra diuinam sententiam non potest esse repugnantia.

Timenda mors. 1

2

3

Melior est mors, quàm vita amara: & requies æterna, quàm languor perseuerans. Eccl. 30.

Mors vtrū melior sit, quàm vita. *Bernard.*

QVæstio est inter Theologos, Vtrum *melior sit mors, quàm vita amara.* Opinio prima sentit cum vita dic. quia per mortem totum corpus destruitur, & in nihilum redigitur. Bernard. de miseria corporis humani. dic. *In morte hominis facies pallescit, nasus frigescit: dentes nigrescunt, aures surdescunt, oculi tabescunt, nerui & venæ corrumpuntur, corpus nimio dolore scinditur.* In domo nō custoditur, ne domestici domus nimio fœtore moriantur: ad aërem nō suspenditur, ne aer corrumpatur, in aquas non projicitur, ne aquæ nimio fœtore inficiantur. Sed quid fit? terra foditur, & in terram dejicitur, & tanquā venenum pestiferum, ne amplius appareat, terra cooperitur. Altera est contraria allegans figuram de Moyse, qui potius elegit cum populo Dei mori, quàm cum filia Pharaonis delectari. Daniel. 13. Susanna dic. *Melius est mihi incidere in manus hominū, quàm derelinquere legem Dei mei,* scil. mori Eccl. 7. *Melior dies mortis die natiuit.* quia homo nascitur ad multas miserias Iob. 14. *Homo natus de muliere.* Iob 10. *Tædet animam meam vitæ meæ.* Psal. 119. *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.* Iob 10. *Quare de vulua eduxisti me?* Et hæc opinio tenenda est. Primo, propter beatitudinē

Melior dies mortis.

1 quæ nullo modo consistit in his temporalibus, quia beatitudo excludit omne malum, & includit omne bonum, nec subjicitur mutationi aut variationi. Eccles. 1. *Est alia infirmitas, quam vidi sub sole.* & Eccl. 12. *Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Ierusalem,* &c. Itaque beatitudo solum consistit in bono increato quod est Deus, ad quod bonum perfectum peruenire non

2 possumus, nisi per mortem, ergo. Secundo, ratione honoris qui in hoc mundo perfectus esse nequit, licet eum homo valde appetat. Honor autem secundùm Tullium est reuerentia exhibita in testimonium virtutum, sed homo variatur, & *nunquam in eodem statu permanet.* Iob 14. hodie est virtuosus, cras vitiosus. Et licet perseueraret homo in virtutibus, in quibus sequitur honor, tamen non ab omnib. honoraretur, præcipuè à malis quia mali odio habent bonos & eos vituperant. Vel homo honoraretur in vno loco, tamen non in alio, vbi non esset cognitus, nec eius virtutes. Per mortem autem corporis, anima recipit honorem à Deo & à mundo. A Deo, quia descēdunt Angeli & Sancti ad animam sibi sociandam, & glorificandam. Vnde in officio mortuorum cantatur. Subuenite sancti Dei, occurrite Angeli Domini. Deinde à mundo, scil. à clericis & populo. Eccles. 7. *Ego magis laudaui mortuos, quàm viuentes.* Tertiò, Apperit scientiam,

3 scil. scire tanquam perfectionem suo esse 1. Metaph. *Omnes homines scire desiderant.* Sed ad illam scientiam non possumus nisi per mortem peruenire: 1. Corinth. 13. *Nunc cognoscimus per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem:* quod de bonis & iustis in hoc sæculo intelligitur, qui virtuosè vixerunt. De istis dicitur Ezech. 18. *Vita viuet, & non morietur.* Sapient. 5. *Iusti autem in perpetuum viuent: & apud Dominum est merces eorum.* Et quia in Christo viuit & quiescit, ideo non debetis dolere de eius obitu, quoniam preciosa est in conspectu Domini mors sanctorum. Et si præsens defunctus posset loqui, vere expostularet vobis luctum, dic. Filiæ Hierusalem, nolite flere super me,

&, Melior est mors quàm vita amara.

(.)

Honor quid. *Mortis honor.*

Beati

Bene omnia fecit. Matth. 7.

Diuersæ causæ habent diuersos effe-ctus. Homo enim generat homi-nem, oliua oliuam, &c. & si causa est bona generat bonum effectum, & econ-tra, Matth. 12. dic. Saluator. *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona.* & Matth. *Non potest arbor bona malos fructus facere.* Si defunctus fuit bonus, & sequitur, quod bona opera fecerit. & primò cau-sa vocationis. Quia finis semper mo-uet agentem, & si finis bonus laudabile totum. Auarus, superbus, luxuriosus, & eorum sua temporalia, & deci-piuntur a tali apparente bono. Pro. 14. *Est via quæ videtur homini iusta: nouissima au-tem eius ducunt ad interitum.* Bonum autem verum est ipse Deus, qui continet omne bonum, & extra quem nō est bonum. Phi-lippus dicebat *Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis.* & auarus esset, cui non sufficeret Deus. Istud bonum debet mo-uere ad bene operandum. Quia qui scit bonam remunerationē, omnem etiam grauissimum laborem libenter recipit. Gregor. *Consideratio præmij minuit vim labo-ris.* Iacob seruiuit Laban patruo suo se-ptem annis pro Rachel, *& videbantur illi dies pauci præ magnitudine amoris.* Genes. 29. Iste ergo ieiunauit, Eleemosynas dedit, &c propter Deum. Sciebat quæ mensa, quæ bona sibi præparata sint in nuptijs, Luc. 14. & quod dicitur Moysi, Exod. 33. *Ego ostendam tibi omne bonum.* Secundo, ra-tione dilectionis Pro. 24. *acceptus est Regi minister intelligens.* Et Saluator, Matth. 12. *Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui est in cœlis, ipse est frater, soror, & mater mea.* Ecce quanta dignitas, si Deum dilexeritis, vl-tra omnem dignitatem sæcularem, ado-ptiui filius Iesu Christi, ideò cre-dendum, illum cum Chri-sto regnare in cœlis.

Greg.

Modicum plora super mortuum. Eccl. 22.

SVnt multi qui longè mortem suorum filiorum aut eorum maiorum, vt non velint recipere consolationem, quasi dicant illud, Gen. 37. *Descendam ad filium meum lugens in infernum.* Vt autem remit-tentur a tali amaritudine, debent cogi-tare primo voluntatē diuinam, & suam illi conformare, & cum Seneca: *Placeat homini, quicquid placet Deo.* Cumque ille vult honorare suos, & auocat in cœlum, obnitimur & more seruorum ad con-spectum Domini cum tristitia deduci-mur. August. de vera Religione dic. *Qui perfectè Deum diligit, non afficitur morte ali-cuius.* & Hieronym. *Vnicus raptus est filius: durum quidem, sed tolerabile, quia hunc ille sustu-lit, qui dederat.* Nec possumus illum reuo-care, vt Dauid dicebat de filio suo 2. Re-gum 12. August. *Sæpe offenditur Deus, ne of-fendatur amicus.* Et sunt qui nimis carnali-ter suos amant, quos Deus subtrahit. Secundo, consideratio diuinæ largita-tis, quam nobis Deus præparauit post hanc miserabilem vitam. Confer has miserias vitæ cum æternis gaudijs, & fa-cile concludes, modicum esse ploran-dum super piè mortuum, qui in cœlis speratur esse. Si malè & malus mortuus est, vanus est luctus & omnia.

Voluntas diuina.

Largitas diuina.

Vado ad eum, qui me misit. Ioan. 15.

PAterfamilias quando à filijs & cog-natis vult recedere, paulò antè illis ante abitum suum, vt assuescant, & non tristentur postea tam vehementer, sic Christus fecit, sic quilibet moriens, qui sentit se moriturum, aut qui præparat se ad mortem, & monet ad mortem Vado. Docet autem Christus discessum suum

Longū nil, quod finitur.

Cicero de senect. ait: *Nihil longum videtur* [illegible], quod absoluitur. Cùm [illegible] iste accesserit, iam totū illud spatium quod præcessit, nihil efficitur, adeò vt tota vita humana vel ad innumerabiles annos propagata, nihil aliquod sit, cuius breuitatem nos non nisi iam elapsam & absolutam quimus aduertere. Breuissima sunt priora, nam qui etiam mille annos vixerit, non nisi miseriarum, laborum & dolorum recordabitur. Et ipsæ partes temporis atomi sunt, quia præteritum iam abijt, futurum nihil, ergo & partes temporis nihil. Præterea celeritas rei cuiuspiam circumstantijs tribus circumscribitur. Primò, vt naturâ [illegible] ingrediamur. Secundò, inchoatam pertinacissimè persequamur. Tertiò, quantum fieri potest celeritatem adhibeamus vsque in finem. Homo enim nunquam nisi sepultus motu cessat: Et vitam [illegible] mors [illegible] vmbra corpus [illegible] que vita nostra propriè vita nunquam [illegible] da, sed mortis dimidium. Thales Milesius, ait Laert. hoc indicare voluit, cum nullam admodum inter mortem & vitam differentiam assignare posse doceret, & à non nemine cur non moreretur interrogatus respondit, quia nihil vita à morte differret, & qui etiam viuendo moreretur. Item [illegible] finis vitæ, qui mortis, imò mortis est, qui finis vitæ. Omnes quippe humanæ actiones, præter mortem, [illegible] mittunt: discurre per omnia: paulatim Musicus, quiescit cursor, & cæt. Et tempus ipsum quasi rotis celerrimis vehitur. Currus iste temporis [illegible] xus est, auriga temporis, cursores [illegible] temporis celeritas & passus multo quàm velocissimus, quorum omnium Magister tempus omnia fluxa [illegible] ca in occasum [illegible] hospitum, quisquid peregrinorum est, ex intricato huius vniuersitatis labyrintho ad stationem securissimam deducit. Cæli motus seminarium & origo temporis, hinc celeritas [illegible] quia nec ratio potest assequi celeritatem motus cælestis, quæ etiam [illegible]

[illegible] breuia.

Temporis partes sunt atomi.

Celeritas in 3. consistit.

Homo sepultus motu cessat.

Vita & mors nil differunt.

Mors sola [illegible] non admittit.

Currus temporis deducitur.

Cæli motus origo temporis.

perat

Peccati [illegible] cū de morte non cogitare.

perat motum animæ. Peccato ergò ascribant mundani, quod de morte non cogitent, cùm nec cælestem motum assequatur, ideo nec celeritatem temporis, nec mortis, in terram defigunt etiam oculos non in cælum. Celeritatem mortis, vt dixi, non considerant, quia eam eminus intuentur & volubilitatem illam temporis nunquam contemplantur, oculos intellectus perdiderunt & sensualitatis retinuerunt. Et sicut motum cæli tardum arbitrantur, sic & mortis. Interim mors vti Saturnus filios suos deuorat. Quid superest ergò? Negligentia benefaciendi parit obstinationem. Ideò quò magis hostis semper appropinquat, hoc magis tu pergræcaris, luxuriaris, inebriaris, in aurem vtramque obdormis, nec arma sanus contra hostem, nec insidias ipsius perhorrescis. Sed prudentia intempestiua est mera stultitia. Tunc voles facere, cum amplius non possis.

Prudentia intempestiua mera stultitia.

Tria equidem sunt, propter quæ aliquid magni momenti esse possit quis arbitrari. Primum, Cùm in eo bona fortunæ vertuntur, quæ possessiones, honores, dignitates appellamus. Secundum, Cùm corporis bona [illegible], scilicet sanitatem, libertatem, aut vitam. Tertium, Cum animi bona attingit, artes, scientias, virtutes [illegible]. Sed homo mundanus hæc curat. Secus autem iustus cælum appetens. Vertitur in eo possessio non alicuius exigui dominij aut terrestris, sed cælestis, vertitur in eo gloria æterna, vita immortalis & fœlicitas sempiterna. Ibi libertas sine exilio, sanitas sine infirmitate aut languore, sic de reliquis. Ibi non tantum scientia summa, sed & qui omnia scit, videt & cognoscit, cui tandem debes reddere de omnibus rationem, quæ cogitasti, fecisti etiam in abscondito. *Omnia mea mecum porto*, dicebat Bias succẽsa patria, ita cõflagrato hoc mundo, aut vitæ tẽpore

Momenti magni esse aliquid propter 3.

Omnia mea mecū porto.

consummato, omnia tua tecum portabis, bona & mala, hæc voles abscondita aut nulla, illa omnibus manifesta, vt gloriam impetrares. Nunc nunc enitere, vt malum diluas pœnitentia, aut in bona conuertas, *fac bonum, declina à malo*, vt coram DEO securè possis comparere, & quæ tecum fers, sint tibi meritoria ad salutem. Non sine graui causa Monarchæ, leges salutares morte cauerunt, quem quidem rigorem Aristoteles reprehendit, sed in Republ. bene constituta valdè necessarius est, vt qui vitam diligit, diligat & virtutes, & detestetur flagitia. Ad hæc, cum vitam vt donum cæleste & præclarum acceperimus, digna est, vt eam diligenter custodiamus, quia lex diuina id præcipit, aut saltem permittit. Et suprema bonitas timorem ingenerauit, vt ab eo omnia vitæ & sensus expertia intelligant, quomodo cum ijs confligere, & quæ nocent pro viribus propellere debeamus, & quos ratio à vi facienda absterrere non posset, formido mortis, vt equos furibundos & effrenos coerceret. Homo immortalis creatus, factus autem ob culpam mortalis, ideo solus mortalis dicitur, vltra omnes alias creaturas, quæ etiam moriuntur. Et quemadmodum à scorpionibus morsi eiusdem oleo sanantur: Sic homo a morte ictus, sola mortis recordatione. Prætereà omni tempore celeberrima quæque sacrificia cum mortis memoria sunt persoluta legis naturæ & Mosaicæ: vt Abel in mundi limine, Noe renascente genere humano, & detecto rursus orbe. Moyses & Hebræi hoc modo inseruierunt Deo, vt hominem mortis commonefacerent, & illius mortem præfigurarent, qui nostram occisurus & vitam perditam collaturus. Deinde senescente mundo Christianorum sacrifi-

Morte cauētur leges.

Vita custodienda.

Timor à Deo.

Homo solus mortalis dicitur.

Sacrificia omnia cum mortis memoria.

Mors quo modo oppugnanda. sacrificium, veritas omnium sacrificiorum institutum. *Hoc facite in meam commemorationem.* Si autem cum morte confligere oportebit, non speciosa verba, sed arma bona requiruntur, quibus illam in carcerem retrudere possimus, aut potius omni vi adhibita iugulare. *Mortem timere quid.* Mortem item metuere nil aliud est, quàm timere ne vitam perdas, vt qui oculis orbatus non est, metuit cæcitatem, aut qui luminibus priuatus est, ne propter hoc molestia afficiatur, &c. Et quemadmodum mortem timere nil aliud est, quàm metu quodam perfundi, ea tibi ne noceat, ita cum ea congredi, vtrinque hanc lædendi & nocendi depellere, significare, captiuam ducere fructum ex ea reportare; occidere verò, ita omni vitæ suæ cursum moderari, vt aliquando nec animæ, nec corpori imperet, quamuis ad tempus dum in mundo hoc moramur, illius sibi possessionem vindicarit. *Corpus exuendum.* Vbi opus est, exuamus hoc corpus, saccum hunc excrementorum, vt gloriosum induamus, quod aliter fieri nequit, ideo & optemus. Improbi, sicut iusti mori volunt, vt Baal. Numerorum decimotertio, sed non more iustorum viuere: *Impij volunt mori vt iusti sed non ita viuere.* nolunt se ... superuehiri, recta in cælum ascendere, non prius in sepulchrum descendere: quod est valde contrarium & impossibile. Quid faciendum iustis? *Mors magno animo excipienda.* Oportet animo imperterrito mortem in se ruentem excipere, licet tantum tormentorum secum trahat, quantum omnino perferri possit ad honorem Dei, salutem suam & proximi incolumitatem, dicendo, *Non mea voluntas fiat, sed tua.* O quam magna ars, quam magna virtus, quam magna consolatio ... abrenunciare mundo, & omnibus pompis eius & illius planè obliuisci. *Alexandri exemplum Magnus in Indiam proficiscens.* Alexander Magnus in Indiam exercitum mouens, dominia sua vniuersa amicis elargitus, nec vnicum sibi reseruans, admiratis talem prodigalitatem, ait: *Spem mihi reliquam ... ge ... spem ... sibi propter ...* Sic ... begus cum pro rege Ioanne ad ... sequendum regnum Neapolitanum pugnaret, sic alij, qui ... ferunt, quando mare traiecerant, ad locum pugnæ peruenerant, ne militibus spes vel occasio esset redeundi: Sic faciendum mortalibus, *Verba ... ...* relinquenda mundana, explanda peccata, & exercendæ Christianæ perfectiones, scilicet bona opera, quæ sunt gladij vel arma spiritualia, ... numero, qui ibi valent. Exemplo sint Hebræi egredientes Ægyptum, qui citrà magnam difficultatem Ægyptum non deseruerunt. *Hebræi ... Ægyptum ...* Secundò, pro viatico farinam secum apportarunt. Tertiò, omne aurum & argentum, quod ab Ægyptijs mutuari potuerant, abstulerunt. Terra nobis promissionis cælum est, Ægyptus mundus & peccata, vnde nobis maiora obstacula, quàm Pharao faciebat terram promissionis intrare volentibus. Difficultas, qua egressi, significat ... cum ... facturn, sed nec ... imbecillitatis, verum diuinæ ... gratiæ, peccato scilicet liberati & seruitute Pharaonis, scilicet ... Farina significat vires exiguas nobis à natura datas, quæ non ... Deus manna pluat in deserto. Aurum & reliqua significant opera bona ... in base sanctæ Crucis & fundamento charitatis, quæ sibi principes tenebrarum vendicant & non valent, nisi demum ad honorem diuinum expensa. Luc. 11. *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Quæ quidem sunt vera ... gola,

[illegible] *[illegible]* *lapsa.*

gula, si in meditatione mortis siut. Mortis haec meditatio est lorica & armatura validissima contra omnia genera vitiorum. [illegible] Deus omnia abundanter [illegible], [illegible] ore autem & comminatione [illegible] peccato deterreret, [illegible] [illegible] [illegible], & misericordiam Dei [illegible] homines plus [illegible] cum amore quam timere, idcirco & peccata cum diabolo execrari. [illegible] autem [illegible] sub metu maiorum, & [illegible] conseruatur, & ideo dixit [illegible]: *[illegible]*, &c. [illegible] [illegible] epulis funeralibus [illegible] laboris, sudoris, pulueris, maledictionum, spinarum, carduorum, &c.

[illegible] *funera* *[illegible]*

[illegible] terra labore & sudore tuo [illegible], cinerem & terram te esse memento. [illegible] sepulchri [illegible], in quo [illegible]. Cum carduos [illegible], &c. tibi germinabit, ornamenta tui sepulchri puta, & etiam quantum [illegible] a paradisi floribus & delitijs [illegible] quae per peccatum amisisti, & ex hoc acerbitatem peccati cognosce. Indutam pelle tandem eiecit Deus Adamum cum Eua, heu quanta ignominia, qualis dolor, quanta lamentatio, atque haec propter peccatum, quod abominabile est in conspectu Dei & angelorum, imo & iustorum, eosque proiectos [illegible] ex nobilibus fecit plebeios.

[illegible] *humanae* *contemptus*

Ecce tua antiquitas, o homo, tua stirps, tua nobilitas. Ex illis natus es, qui Regem regum offenderunt, atque eius praecepta pedibus conculcarunt, qui ingrati [illegible] & benefactori suo paradisi hereditatem inexplicabilem, & caelestem patriam desiderabilem perdiderant, qui in se & nos omnes filios suos tot maledictiones, tot aerumnas & afflictiones promeruerunt, &c. & tu adhuc ex illis omnibus gloriaris: *[illegible] etiam vero laudem, [illegible] reportas.* Pudeat te potius, cum illa animo recogitas. Vide te insignia tua quibus superbis: Cum tibi Deus omnia subiecerit, & tantum imperium concesserit, quid habes exinde in armis? [illegible] vt pueri, aurum, herbam, [illegible] pictum, aquas, viros, &c. Nihil quod viuat, quod tibi seruiat aut prout cognomen a loco, qui in rerum natura non est, & si est, tuus non est, aut a [illegible] vita [illegible]: neque herbae [illegible], quia & viticauit, neque [illegible], multae, neque maiora animalia. Et sic de reliquis.

Vestes fac- *ti mortis.*

Insuper [illegible] filiorum Adae, [illegible] sunt alia, quam parentum [illegible] doloris atque maestitiae, & testimonia paupertatis nostrae, textura eque ex mortuis spolijs, ac excrementis, & omnia ornamenta ab vna morte profecta. Quanto autem quis ardentius ea confectatur, tanto se pauperiorem & morte plus [illegible] esse profitetur. Nam qui pluribus rerum indigus est, re vera pauper est.

Ditissimus est pauperrimus. *Funera superba despiciuntur.*

Nota in funere, quomodo glorientur de mortibus bestiarum, quando vexilla & alia portant, & hic se pauperiores ostendunt ipsis pauperib. in funere quia pluribus illi indigent, sic & per omnem vitam.

Nobilis [illegible].

Quis nobilitauit & restituit te & genus humanum, cum ipso etiam Adamo, nisi Christus, cur ergo non gloriaris inde & cum Christo, quomodo ille pauper natus, vixit, mortuus & sepultus est, & nunc viuit in gloria sua sempiterna: Nos autem gloriari oportet in cruce Domini nostri Iesu Christi, in quo salus, vita & resurrectio nostra, &c.

Adae anima erat vestita.

Adam erat nudus corpore in paradiso, sed anima exornata omnibus virtutibus cumque nullius egeret, pauper non erat: nunc autem secus est cum filijs suis.

Gemmarum gloriatio.

Qui gemmis, margaritis, &c. vtuntur, glorientur de vitris, de [illegible] maris, &c. qui vestibus, pellib. bestiarum, &c. quaenam conuenientia est inter corpus viuentis & putrefactas particulas, quibus contegitur? quae similiter [illegible] ter artem affectatam & naturam simplicem [illegible] nostrum decemus ridere, in vestitu nostro ex quamplurimis

[illegible] vestitu nostro

bus

bus desumpto, sicut rideremus simiam braccis indutam, vel similibus, quæ tamen nihil promeretur. Verum si omnes bestiæ, absurditates nostras notare, insolentiam in habitibus a nobis vsurpatis & excogitatis capere possent, eodem modo ridere, & propter vestimenta nos exibilare valerent, quæ eorum dorsis detraximus, nostrisque imposuimus, quid obsecro dicturas illas arbitrareris? quanto iustiore ob causam cachinnum tollerent, hominem bestia vestitum cōspicantes? Oues balarent vellere suo quempiam mirifice superbientem videntes. & sic alia animalia, & si hæc sua detraherent, quid pauper homo esset, cuius pelle animalia non vestiuntur? quid de vestibus fenestratis, scissis, &c. quid de auribus traiectis, annulis flauentibus, crinibus intortis, calceis suffartis, &c. hoc est pœnitentiam in terra exilij facere? quid dicet Christus in iudicio, quid angeli, & sancti de his ineptijs tuis? nonne omnes te deridebunt & diaboli subsannabunt. Pulex ditior te est, quia tuis non eget, nec canis, nec porcus, &c. lilia neque nent, neque laborant, & tamen quanto splēdore & vsu prodeunt? Tria sunt, quæ in quolibet vestimento considerare solemus, facilitatem, vtilitatem, & pulchritudinem: hæc habent ipsa lilia ipso incremento, maxima facilitate absq; mutuatione, absque molestia, non accedūt textorem, sartorem, &c. Vtilitatem habent, quia folia crassa a frigore defendunt. Pulchritudo in materia & forma consistit, quæ excellentissima Sed vestimenta Salomonis erant propria mendicorum, magna cum difficultate facta à natura mutuata, & arte elaborata: nec defendebant illum a frigore aut calore sola, & mensuram iustam excedebant. Habitus liliorum vitalis est, noster autem mortalis. In vestibus etiam Christus derisus fuit, quid ergo homo in tuis risibilibus non debes derideri? At sit quod cum filijs, qui in carcere nascentur, sunt hilares, & non curant alia, non autem sic parentes, qui se captiuos norunt, sic nos in his mundi angustijs nati, non sumus sollicit[illegible], quid & vbi, & quare sumus, facimus quod mundus facit. Interim mors vti lunatica est, quæ nullo [illegible] hor[illegible] aut [illegible] supplicia sua à mortalibus exigit, quosdam sub aurora vt pueros quosdam sub initio diei, vt iuuenes. &c. Adde quemadmodum fere in causis criminalibus fieri solet, vt reus eodem die, quo condemnationis sententiam excepit, morte afficiatur, ita iuxta Iustinum Martyrem nullus omninò secundum Calendarium Dei integrum diem vixit, post mortis sententiam in Adamum prolatam. Nemo enim vixit mille annos, vt Psalm. [illegible] *Mille anni sicut dies hesterna*, nec quisquam [illegible] dam ipse. Qui etiam nunc ad centesimum currunt annum, abijcientes ceterum scipionem suum & hospitium sub magnæ Falcis intersignio ingredientes, vbi hospitem præter morem [illegible] argillaceam inueniunt, quæ tametsi nihil eis ad manducandum apponit, symbolum tamen solui sibi vult non [illegible] menta sed pelle: Qui hæc non cognoscit, insipiens est, quia, non cogitatio, communis omnium imprudentium excusatio est. D. Macarius Alexandrinus [illegible] integram noctem in sepulchrum [illegible] didit, cùm in deserto nocte oppressus alio diuertere non posset, meditationi mortis inuigilans, & diabolus [illegible] pedire, nil proficere potuit, licet ossa mortuorum collidens. Philotimus [illegible] cerdos Galatin. [illegible] annos in sepulchro agere non dubitauit. Sic fac ô mortalis & disces, quid sit mori, si nil de hoc prius etiam cogitasti. Et ex inde peccatum enorme quid esse, conuincet mors & horror ipsius: tu autem & hunc [illegible] persuadeas velim, brachia & manus

Vestium abusus.

Pulex ditior homine.

Vestis habet tres considerationes.

Christus in veste derisus.

Nati in carcere [illegible]

Mors lunatica.

Die eadem [illegible]

Nemo [illegible] vixit iuxta Calend. Dei.

Mors [illegible]

Non cogitatio [illegible]

Sepulchra qui habitarunt.

Peccatum enorme quid esse [illegible] morte.

Homo imperfectus cur nascatur.

præcipua metiri, gloriæ & vituperij instrumenta, inter reliqua hominis membra. At dicet quis, cur homo ergo ita imperfectus nascitur? dico primò. Cùm Deus solus sit immutabilis, homo paulatim ad perfectionis culmen ascenderet & accederet, mirum hoc, quod à leui principio quiddam ad finem nobilissimam perduceretur. Secundo, vt Deus potentiam, gloriam & virtutem suam ad nostram instructionem & vtilitatem declararet. Tertiò, vt homo cùm se ex puluere creatum cognosceret, humilitatem amplecteretur. Quarto, vt parentes hominem à miseriis tuerentur, atque studiosissimè educarent, quod in bestijs est cõtrarium. Tanto maior habenda est hominis ratio, qui singulariter appellatur creatura, vltra alios omnes, sicut frater Regis Dominus nominatur, quia coronæ & sceptro proximior. Est enim homo nobilissima creaturarum, in quo & sancta Trinitas, cælorum ornatus, mundique constitutio elucet, & secundum Augustinũ, inter omnes creaturas mortales Regi suo quàm maximè coniunctus, imago Dei, & imago vniuersi, quippe qui mundum vniuersum ingenio complecti, memoria sepire, & omnes illius partes voluntate ambire possit & contingere, & si nulla essent amplius animalia, in cerebro hominis inuenirentur, & omnium animalium industriam potest facere nobiliorem, videns ab hirundine ædificandi rationem, ab anatibus natandi, &c. non autem inuidiam à cane, voracitatem à lupo, fraudem à vulpe, &c. Homo enim mundi finis, sic quoque mundum vniuersum concludere dignissimum videtur, ideoque à peccato valde debet sibi cauere, quia peccatum est insignis iniuria Dei, & homo sic Dei imaginem & animam suã deformat, & ex toto ingratus Deo. Qui quidem corpus hominis non ab-

Hominis dignitas.

Peccatum iniuria magna Dei.

[illegible] bo- [illegible] tur

non absolutè immortale.

solutè fecit immortale. Primò, vt corresponderet animæ iuxta facilitatem agendi. Secundo, ne vel nimium diu peccaret, vel nimium pateretur angustiarum in hoc mundo, si iustè ageret. Tertio, vt suæ immortalitatis quodammodo author fieret, benè agendo, & gratias impertitas ad eum finem dirigeret, quem constituit Deus, & negotiaretur rectè, vti Matthæ. 23. auris audiret audiendo, &c. ideo habet homo liberum suum arbitrium. Peccatum autem est quod corpus in cinerem redegit, quod terræ debebat dominari, & postea etiam cælo. Peccati auus diabolus est, domicilium infernus, mater nox, sorores tenebræ, & quicquid denique in hac vita truculentum & terribile habetur, id illi affinitate & consanguinitate coniunctum est, & vultis adhuc illi seruire, vt vobis dominetur. Sanctissimi quique maluerunt mori, quàm peccare, testantur vitæ illorum. Prouocat namque peccatum Dei iram grauissimam, vt homines, vrbes, & orbem destruat, prout fecit primis parentibus, & tempore Noe, & miramur adhuc pestem, sterilitatem, bellum, & aduersa omnia? miremur potius, quod non veniat nouum diluuium, ignis, fulgura, tonitrua, quod non iterum cælum claudatur, & orbis pereat? Peccatum vitam animæ eripit, quæ gratia diuina est, vt mors hæc fœdior existimanda est, quò nobilius subiectum corrumpit, & mors peccati viua effigies est, & opposita pulchritudini nobilissimæ, quæ occæcat intellectum, voluntatem deprauat, memoriam corrumpit, cornua dat passionibus, sensum communem & imaginationem lædit, & denique præter ingentem confusionem vnicuique parti malignitatis suæ turpitudinem imprimit, & pedissequa matrifamilias dominatur, scilicet ratione. Hinc peccatores etiam bestia-

Peccati detestatio.

bestiarum nomine & effigie notantur, vt Herodes vulpes, alij Tygrides, porci, &c. Pugnandum itaque & vincendum. Imperatores nunquam triumphassent gloriosè, nisi habuissent hostes potentissimos, illosque magna vi debellassent, quos deinde in triumpho captiuos [illegible] imperfecti homines, & peccata infecta in triumpho producenda, quæ prius [illegible] oportet, alijs gloriam non consequimur; sic [illegible] Catharina, sancta Barbara, &c. procos suos exulceratos ostenderunt. Ostendite & vos, quot, quos, & quantos exantlastis? Psalm. 109. *Dominare in medio inimicorum tuorum.* Gloriemini itaque, quando habetis hostes, afflictiones, tentationes, &c. Montes & colles multi superabunt, non autem sic voluptates, fœminas, &c. isti sunt carduí, spinæ, quibus magis delectamini, & mortis obliuiscimini. Conatur enim & adhuc diabolus meditationem mortis homini eripere, dicendo, Nequaquam nocebit, nequaquam moriemini. Pugnare autem oportet contra eum, quod est opponere voluntatem nostram illius, qui nocere nobis non potest, nisi ipsi velimus, sicut nec canis alligatus mordere potest eos, qui non accedunt eum. Quocirca, &c.

Triumphantium gloria vnde.

Meditationem mortis conatur diabolus homini eripere.

Hæc e valedictione animæ deuotæ:
R. P. Ludouici Richeomi
hinc inde decerpta sunt.
(?)

De causis longioris & breuioris vitæ naturalibus.

Notum fac mihi Domine, finem meum, & numerum dierum meorum, quis est, vt sciam quid desit mihi. Psalm. 38.

Singularis Dei gratia est, quæ homini diem & horam discessus sui aperit, pro qua omnes boni Deum rogare deberent assiduè, & vt idem, qui illa manifestat, etiam animam è corpore suo [illegible] obuijs vlnis excipiat. Sunt quidem signa vitæ longioris, quibus tamen minimè confidendum, quia sicut Domino placuit, ita factū est. Ex istis signis [illegible] corpus magnum, sed membrorum omnium proportione constans, corpus quadratum. Optima præcipuarum partium constitutio & affectio, [illegible] quam, iecoris, cerebri, mutuaque inter eos proportio, ceruix crassa, [illegible] plum & latum, incurui humeri, partes superiores, maiores, caro solida & minimè spongiosa, vox magna, [illegible] suauis, color nec nimium albus, nec omnino niger, sed inter vtrumque medius, non tamen plumbeus, verum cum quodam quasi nitore, qui optimæ coctionis & purioris substantiæ [illegible] aures magnæ & omnes [illegible] atque inter eas summi digiti [illegible] dentes crebri, solidi, magni, candidi & multi, hoc est minimum [illegible] etiam plures. Quibus enim plures, hæc viuaciora magna ex parte sunt, quibus pauciores & rariores, hæc magna ex parte vitæ sunt breuiora, quia dentium raritas, os mandibulæ, [illegible] capitis densum indicat: Quare cum non facile expirare possit, [illegible] breuique tempore putrescet. Linea [illegible]

Gratia Dei [illegible]

[illegible]

manus vitæ sunt indices, binæ illæ, quæ per mediam volam ducuntur, si longiores fuerint, & per totam manum productæ, si etiam profundæ, latæ, rubicundæ & omnino benè formatæ, minimeq; interruptæ. Vniuersè articulata omnia membra longioris vitæ sunt. Breuioris vitæ sunt, qui partem vmbilico subiectam vsque ad ilia maiorem habent, quam superiorem, quæ ad pectus pertinet, quia propter angustum & frigidum ventrem minus coquunt, & plurimis excrementis abundant. Denique longæ vitæ signum existimatur esse mediocris statura corporis, & eadem non festina ætate matura, sed tarda accretio, post hoc est parum & tarde crescere, tam multum & cito, postremò parum & citò. Hoc enim breuem planè vitam significat. Impendentis mortis indicia ex tota primum facie sumi possunt, quam magnopere immutatam videamus, atq; a naturali statu & conditione recessisse, quæ sanitatis tempore esse consueuerat, & liuidi nigrove colore occupatã, præsertim vero inter initia morbi, nec externa vlla vrgente causa. Deinde ex faciei partibus hæc habentur. Nares acutæ, collapsa tempora, aures frigidæ & contractæ, fibræque earum versæ, cutis circa frontem dura, tensa & arida, oculi concaui. In oculis quoque spectandum est, an refugiant lumen & lachrymentur: an alter altero fiat minor debilitata, scil. virtute eum regente. Num in ijs liuidæ aut nigræ appareant venulæ, qui color ex sanguine ob caloris defectum, extinctamque virtutem refrigeratum prouenit: an instabiles sint & tremuli, an vehementer subsideant, an in somno palpebræ coniungantur, an verò inter illas albi quippiam conspiciatur, an obtutus squallidus sit, & sine splendore, an palpebræ, labia, nares, vngues, digiti liuida sint an nigra: hæc enim calorem innatum, qui ex corde proficiscitur, extingui significant. Tum in decubitu animaduerti potest, an supinus cubet, ceu resolutus, & ita debilitatus musculis, vt in latus cubare nequeat an plurimum extendat aut contrahat genua, an ad pedes corporis pondere delabatur, an brachia & crura nudet, & inæqualiter huc atque illuc dispergat, an ita ante pectus coniungat, vt vnum imponat alteri, caputque in dextram & sinistram partem, virtute scil. debilitata flectat: an hiante ore dormiat aut vigilet, an in lecto residere aut omnino surgere velit. Denique in toto corpore attendendum est, an vniuersa illius virtus ita dissoluatur, vt retinere amplius excrementa non possit, an propter imbecillitatem & organorum dissolutionem aspiciat, audiat, & cæteris fungatur sensibus, an aures, pedes, manus, & omnino partes extremæ refrigerentur, an dentibus præter consuetudinem strideat, neruorum enim origo affecta est. Et si vlcus sit in corpore, euadat siccum, nutriente virtute debilitata, & aut pallidum, si biliosus abundet humor, aut liuidum, si ater. Videndum etiam est an manus circa vultum moueat, quasi venetur muscas, aut de veste pilos, sicut & de lecto, aut de pariete festucas carpat. Etenim ob suffusionem à capite in oculos factam id euenit, quasi extra videat id quod est in oculis: an crebrò & frigidum respiret, an frigidum sudet, an circa caput dumtaxat, vultum & ceruicem: an magni duri & cum dolore tumores insint in hypocondrio vniuerso. Quæ cùm ita sint, mors violenta, & in primis voluntas Dei priora omnia tollit, posteriora sunt certa etiam fortissimis, adeò vt nemo habeat, quod cogitet, nisi Deum precetur, vt a peccatis omnibus absoluatur, in gratia Dei viuat & moriatur, ibi enim habebit vitam sempiternam, nec est, quod de signis longioris vitæ, neque de iudicijs mortis impendentis ambigat in perpetua securitate constitutus. Hæc omnia defunctus

Vitæ breuioris signa.

Mortis impendentis signa.

noster N. piè & assiduè secum voluit animo hæc & illa N. faciens, vt piè speremus illum consecutum vitam illam in cælestibus immortalem, quæ finem & dubietatem nullam habet.

Hæc ex R. P. Dandini Cæsenatis Soc. Iesu libro primo de corpore animato.

De sepultura.

Mortuo non prohibeas gratiam. Eccl. 7.

EX consilio & inspiratione Spiritus sancti loquitur Ecclesiasticus, monens beneficium sepulturæ non denegandum mortuo: Iterum & c. 38. *Secundum iudicium* (ius quod ei debetur) *contege corpus illius* (mortui) *& non despicias sepulturam illius.* Sic Iacob patriarcha Gen. 49. præcepit filijs suis congregatis, vt se sepeliant cum patribus suis Deut. 21. lex talis lata est de suspenso in patibulo. *Non permanebit cadauer eius in ligno, sed eadem die sepelietur.* Tobias quoque c. 4 dixit filio: *Cùm acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli, & honorem habeas matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. Cùm autem & ipsa compleuerit tempus vitæ suæ, sepelias eam circa me.* Sic Sara sepulta a filijs Heth in spelũca duplicis agri. Gen. 23. & Gen. 25. Abraham, Isaac, Rebecca, Lia, in eadẽ. Iacob item à Ioseph & fratribus suis in terrã Chanaan delatum est, Genes. 50. Sic Samuel, Saul & Ionathas Propheta a leone occisus, rex Iosias & alij honorificè sepulti 1. Regum 25 & 31. 3. Regum 13. [illegible] c. 35. Tobias c. 1. beneficium sepulturæ corporibus fidelium à Tyranno sibi nihil timens benignè exhibuit. Ioannis Baptistæ ab Herode occisi corpus discipuli sepelierunt. Matth. 14. sic corpus Christi Ioseph ab Arimathia, Matth. 27. [illegible] laudatur hoc opus velut pium & meritorium. 2 Regum 2. Cum viri Iabes Galaad sepelissent corpus Saulis occisi, per nuntios rex Dauid locutus est hæc verba: *Benedicti vos a Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul, & sepelistis eum. Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam & veritatem: sed & ego reddam gratiam, eo, quod fecistis verbum istud.* Angelus Raphael laudauit ob hoc Tobiam c. 12. quod tunc cum sepeliret, obtulisset orationem suam Domino. [illegible] Christus Magdalenam, Matth. 26. quod [illegible] & toto mundo hoc erit prædicandum. Dices, cur ergo iuueni illi non permisit Christus sepelire patrem suum? Respondetur. Nullam maiorem esse posse grauitatem, quam Christum ipsum sequi, eam ne patrem quidem, nisi propter [illegible] sepelire debeamus. [illegible] scil. vel infideles, secundum [illegible] in Matth. vel peccatores secundum Augustinum de ciu. Dei, qui non de [illegible] sto, sed de huius mundi rebus cogitant. *Sepe[lire] mortuos,* scil. verè vita [illegible] *suos,* scil. suum quemque patrem, filium, vxorem, vt loquitur Abraham Gen. 23. *Date mihi ius sepulchri vobiscum, vt sepeliam mortuum meum.* Accedit & sanctorum patrum authoritas. Lactantius Firmianus sexto institutionum libro dic. [illegible] *illud & maximum pietatis officium est, peregrinorum & pauperum sepultura, quod illi virtutis iustitiaque Doctores* (Ethnici) [illegible] *gerunt. Nec enim poterant id videre, qui [illegible] omnia officia metiebantur. [illegible] quærimus nunc, [illegible] vtiis, nec [illegible] æstimant) tantum [illegible] apud homines bene & humanè [illegible] nimus enim quæritur & [illegible] enim patimur [illegible] voluntatem in prædam iacere, [illegible] terræ, vnde ortum est: & [illegible]*

Iacob patriarcha.
Lex de suspensis.
Tobias.
Sara. Abraham & alij.
Ioannes Baptista.
Corpus Christi.
Dauid laudat eos qui sepelierunt Saul.
Raphael laudat Tobiam.
Christus laudat [illegible] eam.
Mortui sepeliant mortuos quid.
Authoritas SS. patrum de sepultura.
Lactantius.

[illegible], necessariorum munus implebimus, in quorum locum, quia desunt, succedat humanitas, & vbicunque homo desiderabitur, ibi exigi officium nostræ pietatis. S. Ambros. l. de Tobia: *Tobias, inquit, vir iustus, misericors, hospitalis, dum conuiuia exercentur, nunquam in epulis corpora reliquis [illegible], nec putabat [illegible], vt ipse publice [illegible], cùm in publico corpus [illegible] ex[illegible]. Hoc est quasi donum pium & magnum [illegible]. Nam si viuentes operire nudos lex præcipit, quanto magis debemus operire defunctos? Si viuentes ad [illegible] de luce [illegible], quanto magis [illegible] æternam domum [illegible], vnde non [illegible]? Nihil hoc officio præstantius, ei [illegible], qui tibi iam non possit reddere, vindicare [illegible], vindicare a bestiis consortē naturæ. Feræ [illegible] humanitatem defunctis corporibus [illegible] produntur, homines negabunt?* S. Hieronymus in vita Pauli Eremitæ primi, narrat, cùm sancto Antonio sarculum deesset, quo sepulchrum effoderet, pro S. Pauli corpore humando, venerunt duo leones ex interioris Eremi parte & humum eruerunt pedibus, vt deponeret cadauer. Et quia sepultura res Christiana, & pietate Christiana digna, ideo & ritus sacri adhibiti. Quorum primus, Lotio corporum defunctorum, vt Act. 9. de Tabitha post mortem lota. Surius in vita S. Vincentij Ferrerij scribit, quod aqua illius ablutæ valuit ad sanandos ægros. Secūdus, Vnctio lotorum de Christo a Nicodemo. Ioan. 19. de Iacob patriarcha Gen. 50 de Asa rege Iuda, 2. Paral. 16. & hic mos etiam fuit apud Ethnicos. Tertius, Inuolutio linteo funebri, vt Christus in sindone munda, Ioan. 19. quæ nunc seruatur Taurini. Et sudarium, quod fuerat super caput eius, (ostenditur Moguntiæ,) & tale quid cum linteo, quod fuit supra vultus, in Ecclesia Metropolit. Pragen. Sanctus Hieronymus de muliere septies icta dic. *Clerici, quorum id officij erat, cruentum linteo cadauer obuoluerunt.* Idem ad Paulam super obitu Blæsillæ dic. *Ex more parantur exequiæ, & nobilium ordine [illegible] auratum [illegible] velamen [illegible]*

Ambros.

Hieron.

Ritus sepeliendi primum.

Lotio.

2. Vnctio.

3. Inuolutio.

obtenditur. Quartus, Funeris elatio & comitatus, vt de patriarcha Iacob, Genes. 50. & apud Lucam c. 7. de viduæ filio in Naim. Et Hieronymus ad Eustochium de obitu Paulæ Romanæ dic. *Tota ad funus eius Palæstinarum vrbium turba conuenit.* Quintus, Cereorum accensio. Sanctus Hieronymus in epistola ad Hebræos dic. *Dic mihi quid sibi volunt lampades illæ tam splendidæ nonne sicut mortuos athletas comitamur? quid etiam hymni, nonne vt Deū glorificemus?* Theodoretus Ecclesiasticæ historiæ l. 5. scribit in translatione corporis S. Chrysost. Bosphori ostium ad Propontidem prorsus luminarib. fuisse completum. Accendimus autem cereos, vt indicemus animas viuere, & defunctos fuisse filios lucis, aliquando ad æternam lucem resurrecturos. Sextus, Psalmodia. Ita enim iubent Apostoli apud Clementem Romanum Constitutionum Apostolicarum lib. 6. Gregor. Nyssenus ad Olympium indicat sacerdotes in funere maximè Psalmos concinuisse. Chrysostomus ad populum: *quænam de causa quæso presbyteros [illegible], & psallentes, nonne vt te consolentur, nōne vt defunctum honorent?* Eodem pertinet pulsus campanarum, quo populum solere conuocari ad funerum deductionem docet Beda lib. 4. de tintinnabulis. Item tibicines & lamentatrices. Septimus Humatio in locis sacris. Iacob & Ioseph in terra Aegypti mortui voluerunt sepeliri in terra promissionis, vnde erat Christus nasciturus, & vbi templum Domini erat futurum. Octauus, Sacrificium Missæ pro liberanda anima è purgatorio, & aliæ orationes cum Eleemosynis. Hinc dies septimus, trigesimus, & anniuersarius dies. Nonus, Eleemosynæ. Tob. 4. *Panem tuum & vinum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus,* sc. institue conuiuium & voca fideles pauperes, vt ipsi post acceptam Eleemosynam orent pro anima defuncti. Decimus, Laudum defunctorum cele-

4. Funeris deductio.

5. Cerei.

6. Psalmodia.

7. Humatio in locis sacris.

8. Sacrificia.

9. Eleemosyna.

10 Laudatio.

cele-

11. celebratio. Vndecimus, Florum super
Florum conspersio. tumulos respersio. S. Ambros. in Oratione funebri Valentiniani: *Non ergò,* inquit, *floribus tumulum eius aspergam, sed spiritum eius Christi odore perfundam.* Duodecimus,
12. *Tituli & Epitaphia.* Titulorum & Epitaphiorum iuxta sepulchra erectio, vt de Rachel Gen. 35. & de monumento magnifico erecto à Simone super sepulchrum patris sui & fratrum. Et Act. 2. ait Petrus: *Et sepulchrum eius, sc. Dauidis, est apud nos vsque in hodiernum diem.* Sepulturæ autem & rituum
Rituum vtilitas duplex. vtilitas est duplex. Primo, prodest vita
Prodest defunctis defunctis, quia voto & desiderio, quod dum viuerent, habuerunt, potiuntur. Cùm enim homo propensione & lege
1. naturali diligat seipsum, & Apostolus ad Ephes. 4 testetur, neminem esse, qui carnem suam odio prosequatur, optat quoque corpus suum honestè post mortem tractari. Vnde & *Mortui quidam,* inquit S. August. in l. de cura pro mortuis gerenda, *feruntur vel in somnis, vel alio quocunque modo apparuisse viuentibus, atque vbi eorum corpora iacerent inhumata nescientibus, locisque monstratis admonuisse, vt sibi sepultura, quæ defuerat, præberetur.* Deinde verisimile est animam ipsam, quæ post mortẽ retinet naturalem suam inclinationem ad corpus, quod extremo die est receptura, idẽ optare, quo cum tanquam fido comite & adiutore diuino cultui vacauit. Secũdo prodest, quod & honori ipsorum
2. apud posteros, quibus cum vixerunt, cõsulatur. Nam præterquam, quod experientia doceat, eos infames haberi, quibus ius sepulturæ negatum est, vt suspẽdiosis vel in rogum actis scriptura ipsa pro ignominia reputat destitui sepultura, Ecclesiastæ verba sunt hæc cap. 6. *Si genuerit quispiam centum liberos, & vixerit multos annos, sepulturaque careat, de hoc ego pronuntio, quod melior illo sit abortiuus.* Et, *In regnorum libris,* inquit August. de cura pro mortuis
Sepultura carere est maledictio 3. Reg. 13. *inuenitur, Deum per Prophetã minari alteri Prophetæ, qui eius transgressus est verbum, quod non inferretur cadauer eius in sepulchrum patrum eius.* Et Iere. 22. *Hæc dic. Dominus ad Ioacim regem Iuda. Non plangent eum Væ Domine, & væ inclyte. Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem.* Ter-
3. tio, prosunt animabus eorum, sacrificia, quæ offeruntur, orationes & eleemosynæ. Accedit, quod si in templis Martyrum, aliorumve sanctorum humentur, sæpè homines memoria loci excitati, eorum quoque patrocinium pro defunctis implorẽt, vt August. vbi supra. Quo *Viuis prodest.*
ad viuos, vtilitas prima est, quòd pia
1. pars funebris luctum tẽperet eorum, qui funus ex officio curarunt, mœstisque solatium afferat. [illegible] *Apostolus,* 1. [illegible] dic. August. [illegible] *vt non* [illegible], [illegible] *sicut cæteri, qui spem non habent.* [illegible] *go nos non in nostrorum mortibus, nec* [illegible] *tendi, sed cum spe recipiendi. Inde angimur,* [illegible] *consolamur: inde infirmitas afficit,* [illegible] *cit. Inde dolet humana conditio,* [illegible] *promissio. Proinde pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulturæ,* [illegible] *rum opulenta constructio, viuorum qu*[illegible] *sunt solatia, non adiutoria mortuorum.* Secunda,
2. Quòd hęc pompa sit quasi speculum mundi vanitatum, quę omnes morte quasi sepeliuntur, & in terram retruduntur, deinde memoria nouissimorum. [illegible] *Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij.* Quare? *In illa enim* [illegible] *monetur hominum, & viuens cogitat, quid* [illegible] *sit.* Tertia, Quòd opere hoc homo profi-
3. teatur palam fidẽ suam, quam habet de animæ immortalite & futura resurrectione. Quid enim aliud significãt varia lumina prælata, & crucis effigies, nisi lumen fidei? Deinde quod profiteatur quoque contra hæreticos huius æui fidẽ Catholicam Romanam. Nam crucẽ, lumina, hymnum & preces mortuorum, eleemosynas, aquam benedictam, Missæ sacrificium, aliasque funebres ceremonias Ecclesiasticas, Nouatores omnes detestantur. Quarta, Quòd homo Chri-
4. stianus in gratia existẽs hoc officio charitatis verè promeretur vitam æternam,

nam, exemplo Tobiæ c. 11. & Mariæ Magdalenæ, Matth. 26. Quocirca, &c.

Hæc è Viridario R. P. Busæi.

De reprobatione impiorum.

Spreuisti omnes discedentes à iustitiis tuis, quia iniusta est cogitatio eorum. Psal. 118.

Sperni à Deo grauissimum.

Sanè sicut est iucundissimum, amari ab omnibus maximè bonis & potentibus, præsertim verò & ante omnia à Deo, sic durissimum est contemni à similibus, grauissimum autem à Deo. Ecce est *horrendum incidere in manus Dei viuentis, quod nemo possit corrigere, quem ille despexerit.* Quare autem spreuisti, ò Domine? Quia iniusta est cogitatio eorũ, quia iustus Dominus, & iustitias dilexit Ps. 118. *Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda hominũ.* Et è conuerso odit iniustitiam Ps. *Odisti omnes qui operantur iniquitatem.* Vel cogitant forsitan excusare peccata sua per naturæ infirmitatem: & est sufficiens causa discedendi, cogitatio iniusta, quia est fons & radix omnis peccati. Vnde Matth. 15. Ponitur quasi principium & causa aliorum cum dicit: *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta,* &c. Sapient. 1. *Peruersæ cogitationes separant à Deo.* Sunt autem quatuor Dei iudicia, à quibus discedentes spernuntur à Deo, scil. iudicium confessionis, conscientiæ, Ecclesiæ, & correctionis. A iudicio confessionis recedunt recidiuantes. Iob 34. *Nunquid, qui non amat iudicium, sanari potest?* A iudicio cõ-

Iudicia Dei quatuor à quibus discedentes spernuntur à Deo.

1 scientiæ recedunt negligentes. 1. Cor. 2.
2 *Si nosipsos iudicaremus, non vtique iudicaremur.* A iudicio Ecclesiæ recedunt contu-
3 maces & inobedientes, dicentes illud,
4 Act. 25. *Cæsarem appello.* A iudicio correctionis discedunt impatientes & accidiosi. Iob. 5. *Increpationem Domini ne reprobes.* 1. Petr. 4. *Tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei.* Ab his iudicijs Dei magis discedunt maiores quàm minores, teste Ieremia dic. *Omnes isti principes declinantium* scil. sunt de numero declinantiũ. Ideò Dominus spernit multos eorum. Iob 12. *Effundit despectionem super principes.* Quare? Respondetur Psal. *Quia effusa est contentio super principes, & errare fecit eos in inuio, & nõ in via.* Non sic autem despicit paruulos, quia non sic declinant. Vnde Psal. subiungit. *Et adiuuit pauperem de inopia:* Et alibi. *Et vinctos suos non despexit.* Et iterum *Qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.* Iudica tu, ò Dauid secundũ iudicium tuum, de hoc ipso? sed reliquisti scriptum in psalmo tuo 36. *Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua, in homine facien-te iniustitias: quoniam qui malignantur, exterminabuntur. Sustinentes autem Dominum, hæreditabunt ipsi terram. Nouit Dominus dies immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit. Iniusti punientur, & semen impiorum peribit. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce non erat, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Iniusti autem disperibunt, simul reliquiæ impiorum interibunt.* Quid? Non est hoc sperni à Deo, & grauissimè? Idem Psal. 58. *Intende ad visitandas omnes gentes, non miserearis omnibus operantibus iniquitatem.* Quid ò Dauid? eheu, quid dicis ò Dauid? Sunt qui vsuras exercent propter vitæ conseruationem, & quid tu ad hæc? *Non misereraris omnibus operantibus iniquitatem.* Sunt qui non audent fieri Catholici sunt qui coguntur manere in hæresi propter multas rationes? *Non miserearis,* &c. *Conuertantur ad vesperam & famem patientur, vt canes. Et tu Domine deridebis eos, & ad nihilum deduces omnes gentes.* Hoc non est sperni à Deo? & qui sunt illi qui spernuntur? *Præuaricatores reputaui omnes peccatores terræ,* dicit Dauid. Omnes superbi inuidi auari, luxuriosi, iracundi, gulosi, accidiosi, blasphemi, hæretici, periuri, Magi, homicidæ, fures, latrones, & di-

Iudicium Dauidis.

Præuaricatores qui.

 uersi

uersi generis peccatores, quorum nō est numerus, qui omnes præuaricati sunt contra legem Dei, ecce, in quem contéptum, in quam abiectionem, in quam damnationem ex hoc spernere deueni- unt. Et nemo erit qui compatietur, qui à Deo gratiam pro illis postulabit. Dicit enim Propheta. Psal 57. *Lætabitur iustus, Cum vi erit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatorum: & dicet homo: Si vtique est fructus iusto, vtiq; est Deus iudicans eos.* Psal. 2. *Qui habitat in cælis, irridebit eos, & Dominus subsannabit eos.* Psalm. 1 *Non sic impij, non sic: sed tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ. Ideo non resurgunt impij in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum. Quoniam nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit.* Psalm. 5. *Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es, neque habitabit iuxtà te malignus.* Psalm. 9. *Periit memoria eorum cum sonitu: & Dominus in æternum permanet.* Psalm 17. *Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo*, dicit regius Propheta: *& iustitias eius non repuli à me, & ero immaculatus ab eo, & obseruabo me ab iniquitate mea: & retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum, in conspectu oculorum eius. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris.* Psalm. 4. *Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium.* Psal. 2. *Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta: Cum exarserit in breui ira eius: Beati omnes, qui confidunt in eo.* Psalm. 96 *Qui diligitis Dominum, odite malum.* Grauissimæ sunt comminationes Dauidis in secus facientes. Psal. 20. *Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui. Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.* Psalm. 30. *Odisti obseruantes vanitates superuacue. Erubescant impij & deducantur in infernum: muta fiant labia dolosa.* Quid vos speratis, canes sitientes sanguinē, & circumuenientes iustum? Psalm. 54. *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus.* Quid vos viri diuitiarum? Psalm. 62. Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: *Diuitiæ si affluant nolite cor apponere.* Quid vos, qui multa dicitis vos contribuisse Domino Deo? At dic quid dicat nobis infidelibus, & inutilibus. Psalm 49. *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos, quoniam meæ sunt omnes feræ siluarum, iumenta in montibus, & boues. Si esuriero, non dicam tibi. Meus enim est orbis terræ & plenitudo eius.* Quid ergo miser, habes quod non accepisti à Deo? Et quid gloriaris, de tuo dedisse, quod Deo aes pauperi? Quia in hoc spernis Deum, sperneris & tu. Isai. 33 Isai. 1. *Ipsi autem spreuerunt me* & Psalm 51. *Quoniam Deus spreuit eos.* Psalm. 49. *Existimasti inique quod ero similis tui: arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Hoc non est spernere? Auditores? Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum, *ne quando rapiat, & non sit, qui eripiat.* Quid vos in omni malitia versutissimi expectatis, nisi reprobationem? Quid dicit Propheta Psalm. 51 *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate. Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti dolum, dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis quam loqui æquitatem, dilexisti omnia verba præcipitationis lingua dolosa.* Quid? hoc non est spernere Dominum? Sed respicite quid sequatur: *Propterea Deus destruet te in finem, & euellet te, & emigrabit de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt & dicent: Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum* Psalm. 111. Peccator ideo videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet, desiderium peccatorum peribit. Psalm 9. *Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur Deum.* Heu quam graue est sperni à Deo. Et quis succurrere poterit

Omnes lætā ur in interitum reproborum.

Comminationes Dauidis.

Viri sanguinum.

Viri diuitiarum

Infideles et inutiles gloriantes.

Gloriantes in malitia.

Nemo poterit succurrere

rete reprobatus.

Dauidis humilitas.

Dei bonitas.

Dei punitio.

teris? Nemo, nemo planè. Psalm 145. *Nolite confidere in principibus, in filijs hominum, in quibus non est salus. Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.* Quàm sanctè dixit Dauid. Psalm. 61. *Nonne Deo subiecta erit anima mea, ab ipso enim salutare meum. Nam & ipse Deus meus & salutaris meus, susceptor meus non mouebor ampliùs.* Psalm 113. *Domus Israel, Domus Aaron, & omnes qui timent Dominum, sperauerunt in Domino,* non autem spreuerunt Dominum, *adiutor eorum & protector eorum est.* Ille est, qui Psalm. 104. *Propitiatur, ò anima, omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus, qui replet in bonis desiderium tuum, miserator & misericors Dominus, longanimis & multum misericors: cuius misericordia ab aeterno vsque in aeternum, super timentes eum,* & tu audes ab eo recedere, nec times, nec confunderis? Deut. 32. *Deus fidelis & absque vlla iniquitate, iustus & rectus, peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus. Generatio praua atque peruersa, haeccine reddis Domino, popule stulte & insipiens?* Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? *qui facit mirabilia.* Psalm 135. *magna solus,* qui percussit AEgyptum cum primogenitis eorum, qui eduxit Israel de medio eorum in manu potenti, & brachio excelso, & excussit Pharaonem, & virtutem eius in mari rubro, qui percussit reges magnos & occidit reges fortes Seon regē Amorrheorum, & Og regē Basan, & omnia regna Chanaam, & dedit terram eorum haereditatem, haereditatem Israel populo suo. Psalm. 91. *Quàm magnificata sunt opera tua Domine, nimis profundae factae sunt cogitationes tuae.* Vir insipiens non cognoscet & stultus non intelliget haec. *Quoniam ecce inimici tui Domine peribunt, & dispergentur omnes, qui operantur iniquitatem.* Psalm. 39. *Beatus vir, cuius nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas.* Multa fecisti tu Domine Deus meus, mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est, qui similis sit tibi. Psalm. 118. *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum,* ideoque *longè à peccatoribus salus, quia iustificationes tuas non exquisierunt.* Quomodo ergo sanctissime Rex, declinasti tu reprobationem illam, quomodo nec tu spretus es? *Custodit dominus omnes diligentes se* Psalm. 144. *Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum.* Psalm. 1. *& in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit, sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Psalm 25. *Non sedi cum consilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Ego autem in innocentia mea ingressus sum.* Psalm. 138. *Si occideris Deus, peccatores, viri sanguinum declinate a me: quia dicitis in cogitatione, accipiant in vanitate ciuitates suas. Nonne qui te oderunt Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi.* Psalm. 100. *Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meae non proponebam ante oculos meos rem iniustam, facientes praeuaricationes odiui ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat: Non habitabit in medio domus meae, qui facit superbiam, qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.* Psalm. 83. *Quia misericordiam & veritatem diligit Dominus, non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia.* Psalm 24. *Vniuersae viae Domini misericordia & veritas, requirentibus testamentum eius & testimonia eius.* Psalm. 118. *Non enim qui operantur iniquitatem in vijs eius ambulauerunt. Verùm particeps ego sum omnium timentium te & custodientium mandata tua.* Ostende ergò & nobis, pijssime rex, viam mandatorum Dei, ne simus praeuaricatores, ne discedamus, ne spernamur à Deo? Quaesiui, respondet idem vir desideriorum Dei, quaesiui se-

Dauid quomodo reprobationem effugit.

Dauid celitus edoctus, quomodo reprobationem possit homo effugere.

mel à Domino hoc ipsum, quis habitaret in tabernaculo suo, aut quis requiesceret in monte sancto suo. Et respõsum dedit, prout Psal. 14. decantaui *qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam, qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua, nec facit proximo suo malum; & opprobrium non accepit aduersus proximos suos: Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem Dominum glorificat: qui iurat proximo suo, & non decipit: qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentes non accepit*. Et simpliciter Psal. 23. *Innocens manibus & mundo corde*. Psal. 5. *Iustitia te ci[illegible] omnes qui operantur iniquitatem, quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei [illegible] Dominus orationem meam suscepit*. Psal. 144. *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos*. Psal. 66. *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam a me*.

Deus spernit discedentes quia iniusta est cogitatio eorum.

Spreuit itaque, Auditores, & etiam nũc spernit Deus omnes discedentes a iustitijs suis, atque etiam ideò, quia iniusta est cogitatio eorum. Ad excusandas excusationes in peccatis subministrauit diabolus primis parentibus in paradiso consilia mala & Caino, & sic omnibus peccatoribus vt peccata sua obuelent, purgent aut excusent, quin imò & ipsis præuaricatores mille excogitent, quib. sua facinora faciant speciosa, plus laborant in cogitationibus illis, quã in declinandis peccatis, & ita faciunt ea coram Deo longè atrociora & grauiora. Hinc Prouerb. 15. ait Spiritus sanctus. *Abominatio Domini cogitationes malæ*. Item. *Cogitationes impiorum eradicabuntur*. Et per Prophetam. Isai. 1. *Auferte malum cogitationum vestrarum*. item per eundem cap. 51. *Non enim cogitationes meæ cogitationes vestræ*.

Cogitationes malæ quã abominabiles.

O bestia abominabilis cogitatio mala, quot tu seduxisti, infecisti, enecasti, cùm anima & corpore ad profundum inferni præcipitasti! Et illa bestia adhuc quotidie vos singulos, vnum tamen magis quam alium infestat, resistite obsecro, elidite illã, quia insidiatur ad mortẽ, & hanc sempiternã. Et Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. De iniustis cogitationibus illis conqueritur propheta regius pluribus in locis Psalm. 35. *Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius, quoniam dolose egit in conspectu eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere, vt bene ageret. Iniquitatem meditatus est in cubili suo, astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit*. Psal. [illegible] *[illegible] in Domino, et [illegible] in corde suo, [illegible]*. Psal. 13. *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis, non est, qui faciat bonum, non est vsque ad vnum*. Psal. 72. *Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelso locuti sunt: posuerunt in cælum os suum, & lingua eorum transiuit in terra. & dixerunt, quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso? Quia ecce qui elongant se à te peribunt: perdidisti omnem qui fornicatur abs te*. Psal. 73. *Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul, quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra. Signa nostra non vidimus, iam non est propheta, & nos non cognoscet amplius. Vsquequo Deus, improperabit inimicus, irritat aduersarius nomen tuum in finem*. Psal. 77. *Et male locuti sunt de Deo: dixerunt, Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto; quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Nunquid panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Ideò audiuit Dominus & distulit, & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel. In omnibus his peccauerunt adhuc & non crediderunt in mirabilibus eius*. Psal. 93. *Et dixerunt, non videbit Dominus, nec intelliget Deus Iacob, intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Et reddet illis iniquitatem ipsorum, & in malitia eorum disperdet eos, disperdet illos Dominus Deus noster*. Psal. 74. Verum enimuerò. *Dixi iniquis, nolite inique agere: & delinquentibus, nolite exaltare cornu, nolite extollere in altum cornu vestrum, nolite loqui aduersum*

Dauidis consilium.

uersum Deum iniquitatem: quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque tum desertis montibus, quoniā Deus iudex est. Non fit equidem hodie quod dicitur Psalm. 7. *Cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis festum diem agent tibi.* aut quod psalmista de seipso Psalm 37. *Quoniam iniquitatem meam annunciabo & cogitabo pro peccato meo.* & Psal. 31. *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Psalm. 38. *Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Dominus, & substantia mea apud te est?* Quę omnia iniquus docere non potest, neque omnes qui descendunt in infernum, quoniam Deus spreuit eos. Psalm. 20. *Cogitauerunt consilia quæ non potuerunt stabilire.* Quare Psal. 5. *decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine, & lætentur omnes qui sperant in te, in æternum exultabunt & habitabis in eis, & gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedices iusto.* Si præuaricati estis, Auditores, conuertimini ad Deum, & vos reos agnoscite, & fateamini, veniam misericordiamque deprecantes. Psalm. 31. *Multa flagella peccatoris, sperantem autē in Domino misericordia circundabit.* Psal. 88. loquitur Deus ipse: *Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea.* Sic agite, ne & hic & in futuro a Deo spernamini. sic fecit defunctus noster N. qui dilexit & timuit Dominum, & ideo non est confusus.

Cogitatio bona quæ.

De misericordia.

De miseria humana.

NAturæ humanæ fœlicitatem laudibus gloriosis extollat, quisquis absynthium illius amarissimum nō degustauit, ego verò dulcedinem illius, præ nimia miseriæ, calamitatis, fragilitatis & interitus amaritudine nec libare vnquam potui, nec nunc quidem vobis animo securo propinare audeo. Etenim si formationem primi parentis cōtemplemur, ex vili luto cōpositus est, & quę potest luti vel esse iucūditas vel gloria? Sed quod magis deterret, est ipsa maledictio creaturæ data à creatore optimo maximo. Sic enim mulieri dixit. *Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Nec absimile quod dixit Adæ: *Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ: spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es. & in puluerem reuertaris.* Heu quam nequiter mentitus est diabolus. parentibus simplicibus inquiens: *Scit enim Deus, quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij, scientes bonum et malū.* Heu quāta confusione & erubescentia audire debuit Adam, exprobrantem Deum: *Ecce Adam, quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum.* Imò vnus qui omnes ex se natos adeoque totum genus humanum traxit in perditionem. *Nonne si benè egeris, recipies.* dixit Domin⁹ ad Cain fratricidā. *Si autem male, statim in foribus peccatum tuum aderit.* Vtique in foribus Adæ adfuit, vnde in posteros omnes fuit propagatum, vnde subiunxit paulò post Creator noster; *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, eritq; que dies illius centum viginti annorum. Videnſque Deus, quod multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore,* prout alio in loco idem affirmat, *& sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua, pœnituit eum, quod hominem fecisset in terra.* Et quæ tantæ rei causa tam efficax? Audite quæso verba scripturæ: hoc ipsum lamentantis: *Quoniam melius erat non dare terram Adam, vel cum iam dedisset, coercere eum, vt non peccaret.*

Genes. 3.

Genes. 4.

Genes. 6.

Ibidem

Genes. 8.

4. Esd. 7.

ret. Quid enim prodeſt hominibus, in præſenti viuere in triſtitia, & mortuos ſperare punitionem? O tu quid feciſti Adam? Si enim tu peccaſti, non eſt factus ſolum tuus caſus, ſed & noſter, qui ex te aduenimus. Quid enim prodeſt nobis, ſi promiſſum eſt nobis immortale tempus, nos autem mortalia opera egimus? Et quoniam prædicta eſt nobis perennis ſpes, nos verò peſſimi, vani facti ſumus. Et quoniam repoſita ſunt nobis habitacula ſanitatis & ſecuritatis, nos verò male conuerſati ſumus. quoniam repoſita eſt gloria altiſſimi, protegere eos, qui tardè conuerſati ſunt, nos autem peſſimis vijs ambulauimus. Et quoniam oſtendetur paradiſus, cuius fructus incorruptus perſeuerat, in quo eſt ſecuritas & medela, nos verò non ingrediemur: in ingratis enim locis conuerſati ſumus. Et quoniam ſuper ſtellas fulgebunt facies eorum, qui abſtinentiam habuerunt, noſtræ autem facies ſuper tenebras nigræ: non enim cogitauimus viuentes, quando iniquitatem faciebamus, quod incipiemus poſt mortem pati. Et cap. 8.

4.Eſd. 8. *Hoc ſæculum fecit altiſſimus propter multos, futurum autem propter paucos. Dicam autem coram te ſimilitudinem Eſdra. Quomodo autem interrogabis terram, & dicet tibi, quoniam dabit terram multam magis, vnde fiat fictile, paruum autem puluerem, vnde aurum fit: Sic & actus præſentis ſeculi. Multi quidem creati*

4.Eſdr. 8. *ſunt, pauci autem ſaluabuntur.* Idem alio ſimili explicat. *Sicut agricola ſerit ſuper terram ſemina multa, & plantationes multitudinis plantat, ſed non in tempore omnia quæ ſeminata ſunt, ſaluabuntur, ſed nec omnia, quæ plantata ſunt, radicabunt: Sic qui & in ſæculo ſeminati ſunt, non omnes ſaluabuntur.* Ehou quænam eſt iſta miſeriarum miſeria, & humani generis miſeria, & quæ poteſt eſſe maior miſeria? lugebat illa in teſtamento veteri filium ſuum vidua, qui è thalamo ceciderat vitamque finierat, vt ſine intermiſſione mallet plangere & ieiunare & mori, quam conſolationem admittere. At reſpon-

4.Eſd. 10 ſum fuit illi: *Stulta ſuper omnes mulieres, non vides luctum noſtrum, & quæ nobis contingunt? Quoniam Sion mater noſtra omni triſtitia contriſtatur, & humilitate humiliata eſt, & luget validiſſimè. Et nunc quoniam omnes lugemus & triſtes ſumus, quoniam omnes contriſtati ſumus, tu autem contriſtaris in vno filio? Interroga enim terram & dicet tibi, quoniam hæc eſt, quæ debet lugere caſum tantorum ſuper eam germinantium. Et ex ipſa ab initio omnes nati, & alij venient, & ecce pene omnes in perditionem ambulant, & exterminium fit multitudo eorum. Et quis ergo debet lugere magis, niſi hæc, quæ tam magnam multitudinem perdidit, quam tu, quæ pro vno doles? Et autem dices mihi: Quoniam non eſt planctus meus ſimilis terræ, quoniam fructum ventris mei perdidi, quem cum mœroribus peperi, & cum doloribus genui: terra autem ſecundum viam terræ, abijtque in ea multitudo præſens, quo modo euenit: Et ego dico tibi, ſicut tu cum labore peperiſti, ſic & terra dat fructum ſuum homini ab initio, ei, qui fecit eam. Nunc ergo retine apud temetipſam dolorem tuum, & fortiter fer, qui tibi contigerunt, caſus. Si enim iuſtificaueris terminum Dei, & conſilium ſuum recipies in tempore & in talibus laudaberis.* Et iterum alio in loco:

Nunc ergo diſpone domum tuam, & corripe populum tuum, & conſolare humiles eorum, & renuncia corruptelæ, & dimitte a te mortales cogitationes; & proijce a te pondera humana, & exue iam te infirmam naturam, & repone in vnam partem moleſtiſſimas tibi cogitamenta & feſtina [illegible] *à temporibus his: Quæ enim vidiſti nunc* [illegible] *mala,* [illegible] *horum deteriora facient. Quantum enim inualidum fiet ſæculum à* [illegible]*, tantum multiplicabuntur ſuper inhabitantes mala.* Videtis Auditores quanta ſit mortalium omnium miſeria, quantis obnoxij ſemper ſunt periculis, & ſalutis diſcriminibus, tam in vita, quam in morte, & poſt mortem, vt & Ieremias & Iob male imprecati ſunt natiuitati ſuæ dicentes: *Male-* 4.Eſd. 14 Iere. 20. Iob 3.

ſta

lla dies in qua natus sum, dies, in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. Maledictus vir qui annunciauit patri meo, dic. Natus est puer masculus & quasi gaudio lætificauit eum. Sit homo ille, vt sunt ciuitates, quas subuertit Dominus, & non pœnituit eum, audiat clamorem mane, & vlulatum in tempore meridiano, qui non interfecit me à vulua, vt fieret mihi mater mea sepulchrum, & vulua conceptus æternus. Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei? Sic & alios instruens idem Propheta loquitur: *Docete filias vestras lamentum, & vnaquæque proximam suam planctum, quia ascendit mors per fenestras, ingressa est domum vestras, disperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis. Loquere, Hæc dic. Dominus: Et cadet morticinum hominis, quasi stercus super faciem regionis, & quasi fœnum post tergum metentis, & non est qui colligat. Hæc dic. Dominus: Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitiis suis, sed in hoc glorietur, qui gloriatur scire & nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam, & iudicium, & iustitiam in terra. Hæc enim placent mihi, ait Deus.* Quod idem Baruch videtur innuere his verbis: *Disce vbi sit prudentia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus, vt scias simul, vbi sit longiturnitas vitæ & victus, vbi sit lumen oculorum & pax.* Quod si præcepta Dei, gloriam Dei, amorem Dei non colueritis, actum est de omni vestra inani gloria & desiderio in hac vita. Verbum factum est ad Ieremiam: *Surge & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea. Et descendi,* inquit ille, *in domum figuli, & ecce, ipse faciebat opus super rotam, & dissipatum est vas, quod ipse faciebat è luto manibus suis, conuersusque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis eius, vt faceret. Et factum est verbum Domini ad me dicens. Nunquid sicut figulus iste, non potero facere vobis domus Israël, ait Dominus. Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israël,*

Ier. 9.

Bar. 3.

Ier. 18.

Hæc ibi. Itaque solus Deus est, in quo viuimus, mouemur, & sumus, & nemo est, qui audeat illi dicere, cur hæc facis? *Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, ad mortem, & qui ad gladium, ad gladium, & qui ad famem, ad famem, & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem.* Causam alteram miseriæ nostræ, idem Propheta adducit, inquiens, *Quod si dixeris in corde tuo: Quare venerunt mihi hæc? Propter multitudinem iniquitatis tuæ, reuelata sunt verecundiora, polluta sunt plantæ tuæ.* Idem alibi: *Quod si dixeritis, Quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia? dices ad eos: Sicut dereliquistis me, & seruistis Deo alieno in terra vestra, sic seruietis alienis in terra non vestra. Annunciate hoc domui Iacob, & auditum facite in Iuda, dicentes: Audi popule stulte, qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis, & aures, & non auditis. Me ergò non timebitis, ait Dominus, & à facie mea non dolebitis?* Ideoque domus Israel debuit laudem & gloriam dare Deo nolens volens, dic. *Ecce nos venimus ad te, tu enim es Dominus Deus noster. Verè mendaces erant colles, & multitudo montium. Verè in Domino Deo nostro salus Israel. Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra, greges eorum & armenta eorum, filios eorum & filias eorum. Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra: quoniam Domino Deo nostro peccauimus nos & patres nostri ab adolescentia nostra vsque ad diem hanc, & non audiuimus vocem Domini Dei nostri.* Huc spectat, quod per alium prophetam loquitur Dominus: *Hæc dic. Dominus: Quod & si quatuor iudicia mea pessima, gladium, & famem, ac bestias malas, & pestilentiam immisero in Hierusalem, vt interficiam de ea hominem & pecus, tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias: ecce ipsi ingredientur ad vos, & videbitis viam eorum, & adinuentiones eorum, & consolabimini super malo, quod induxi in Hierusalem in omnibus, quæ importaui super eam. Et consolabuntur vos, cum videritis viam eorum & adinuentiones eorum, & cognoscetis quòd non frustrà fecerim*

Ier. 16.

Ier. 13.

Ier. 5.

Ier. 3.

Ezech. 14

omnia, quæ feci in ea, ait Dominus Deus. Hæc i-
bi: Etenim multo tempore non sinere peccatori-
bus ex sententia agere, sed statim vltiones adhi-
2.Mach.6 bere, magni beneficij est indicium. Non enim sic-
ut in alijs nationibus Dominus patienter expe-
ctat, vt eos cum iudicij dies aduenerit, in plenitu-
dine peccatorum puniat, ita & in nobis statuit,
vt peccatis nostris in finem deuolutis, ita demum
in nos vindicet. Propter quod nunquam quidem,
à nobis misericordiam suam amouet, corripiens
verò in aduersis populum suum, non derelinquit.
Isai.1. Ideoque verè, Væ genti peccatrici, populo gra-
ui iniquitate, semini nequam, filijs scelera-
tis, dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt
Isai.22. sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Et
vocabit Dominus Deus exercituum in die illa
ad fletum, & ad planctum, ad caluitium, &
ad cingulum sacci, & ecce gaudium, & lætitia oc-
cidere vitulos, & iugulare arietes, comede-
re carnes, & bibere vinum. Comedamus & bi-
bamus. Cras enim moriemur. Et reuelata est
in auribus meis, dicit Isaias, vox Domini ex-
ercituum, si dimittetur iniquitas hæc vobis,
donec moriamini, dic. Dominus Deus exerci-
Epist.Iud. tuum. Iterum væ illis, qui in via Cain abie-
Genes.4. runt, & errore Balaam, mercede effusi sunt,
Num.22. & in contradictione Core perierunt. Hi sunt
in epulis suis, maculæ, conuiuantes sine timo-
re, semetipsos pascentes, nubes sine aqua, quæ
à ventis circumferuntur, arbores autumna-
les infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, flu-
ctus feri maris, despumantes suas confusio-
nes, sydera errantia, quibus procella tenebra-
Osee 10. rum seruata est in æternum. Arastis impie-
tatem, messuistis iniquitatem, comedistis frugem
mendacij, quia confisus es in vijs tuis, in multi-
Zach.1. tudine fortium tuorum. Conuertimini igitur
de vestris vijs malis, hæc dic. Dominus exerci-
tuum, & de cogitationibus vestris pessimis,
& non audierunt, neque attenderunt ad me, di-
cit Dominus. Patres vestri vbi sunt? & Pro-
Soph.2. phetæ nunquid in æternum viuent? Quid
sentitis de vobis? Idem vobis eue-
niet, quod apud Prophetam scribitur.
Hæc est ciuitas gloriosa, habitans in confidentia,
quæ dicebat in corde suo: Ego sum, & ex-
tra me non est alia amplius. Quomodo facta
est in desertum cubile bestiæ? Omnis qui tran-
sit per eam, sibilabit, & mouebit manum su-
am. O abominandam iuuenum pa-
riter, diuitumque & tyrannorum su-
perbiam, ô adolescentum hominum-
que lasciuientium luxuriam, & gu-
lam, ô virilis ætatis iram effrenem, ô
senum auaritiam & accidiam intole-
rabilem, ô hominum omnium & sin-
gulorum dementiam væsanam, & cæ-
citatem, qui cum è limo sint, vilita-
tem suam non considerant, cùm ad i-
maginem Dei creati sunt, creatoris
maiestatem, suamque propriam di-
gnitatem non obstruent aut ce-
lant, cùm, si præcepta Dei custodi-
rent, bona omnia in terris, quan-
tum quidem Dei voluntas esset,
consequerentur, mala autem innu-
mera malint perpeti, cùm vias bonas
ambulare possint, eligant pessimas,
mortem vitæ præferant, pœnas gau-
dijs, infernum cælo, gratiam indigna-
tioni, æternitatem supplicij æ-
ternitati præmiorum, gaudiorum,
& beatitudini sempiternæ? Quis
ex vobis est, qui aberrans à via,
non pateretur se ad viam rectam de-
duci? Ita monet diuus Ioannes, Me- Apoc.2
mor esto. vnde excideris, & age pœniten-
tiam, & prima opera fac: sin autem, venio
tibi, & mouebo candelabrum de loco suo, nisi
pœnitentiam egeris. Quis ex vobis est,
qui cum duceretur ad supplicium
horrendum, non vellet redire ad ea
quæ sunt libertatis, lætitiæ & fœlici-
tatis optatissimæ? In hoc statu
mortales omnes versamini, vt qui de-
beretis redire a consortio prauo, à con-
uentu malignantium, à vijs pessimis
quæ ducunt ad mortem perpetuam
& mauultis in ijs subsistere & cur-
rere vsque ad interitum? Quæ est
gloria illa, duci sceleratos ad sup-
plicia, hæc vestra est eritque pecca-
toris.

mortes ad inferrum deductio. In mundo immundo, in cinere, puluere, luto, & sterquilinio ad modicum tempus habitatis omnes peccatores terræ, & non attenditis quid, vbi, quales, quamdiu, cum quibus conditionibus sitis, quo exitu discederitis, ad quem iudicandi prodibitis, quid dicturi, facturi sitis, quæ vestra post mortem conditio futura, quæ pœnæ, tormenta, opprobria & cruciatus æterni vos expectant, & sine dubio, nisi conuersi fueritis, excipient ad custodiam in sæcula, & adhuc potestis insanire in insanijs falsis, donec veniat interitus? 2.Pet.3. *Adueniet dies Domini*, vti D. Petrus scribit, *vt fur, in quo cæli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur, terra aūt, & quæ in ipsa sunt opera exurentur. Cùm igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationib. & pietatib. expectantes & properantes in aduentum diei Domini, per quem cæli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent. Nouos verò cælos, & nouam terram secundùm promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Propter quod charissimi hæc expectantes, satagite immaculati & inuiolati ei, inueniri in pace: & Domini nostri longanimitate salutem arbitremini.* Prou. 9. *Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ.* Tob. 3. *Non est enim in hominis potestate consilium suum. Hoc autem pro certo habet omnis, qui te colit, quod vita eius si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in corruptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum, exultationem infundis.* Ier.10. *Scio Domine, quia non est hominis via eius, nec viri est, vt ambulet & dirigat gressus suos.* Ille autem paratissimus est, vt deducat vos in semita sua recta, in semita mandatorū suorum, in vobis est, vt velitis reuerti, & à vijs malis recedere: Quod si secus facitis, audite quid per Prophetam comminetur: Ezech.7. *Hæc dicit Dominus Deus terræ Israel: Finis venit, venit finis super quatuor plagas terræ. Nunc finis super te, & immittam furorem meum in te, & iudicabo te iuxta vias tuas, ponam contra te omnes abominationes tuas. Et non parcet oculus meus super te, & non miserebor, sed vias tuas ponam super te, & abominationes tuæ in medio tui erunt, & scietis, quia ego Dominus.* Quæ sunt illæ viæ, abominationes illæ? Respondeat D. Paulus scribens ad Galatas: Galat.5. *Manifesta sunt opera carnis, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia.* Addite vos vsuras, Tyrannides, oppressiones pauperum, persecutiones fidelium, blasphemias templorum destructiones, & prophanationes, exactiones, & omnia similia, quæ nec dicere, nec cogitare permittit pudor honestus, in quibus amodo vos non erubescitis; erubescetis autem tunc, quando videbitis vos propter illa a regno Dei eliminatos, & illa in confusionem, in pœnam & damnum, ob oculos vestros perpetuò versari, & à dæmonibus vobis exprobrari. Nonne hæc miseria magna est, tum eorum qui coguntur illa perpeti, tum eorum, qui non verentur illa impiè exercere, vt vtrumque calamitosum & infœlicem pronunciare nolens volens compellaris. Illi quidem qui sufferūt, possunt dicere illud: 1. Mach.2. *Moriemur omnes in simplicitate nostra, & testes erunt super nos cælum & terra, quod iniustè perditis nos.* At qui agunt talia, tandem exclamabunt cum damnatis: *Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Transierunt illa omnia, tanquam vmbra, & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere: in malignitate autem nostra consumpti sumus.* Deploranda sanè & miseria & dementia mortalium tanto tempore vitæ perditis istis reculis, nugis, somnijs & phantasmatibus insudare, vnde nec odor bonus, nec gloria, nec præmium redundat, & ad opprobrium tormentumque sempiternum

nam vltro citroque festinare, quam túc dabit homo commutationẽ pro anima sua? Nunc nunc doceat vos epulo ille diues, qui in flammis illis vehementissimis vidit Lazarum in sinu Abrahæ, vidit quæ & quanta perdiderat, quæ & quanta in inferno acceperat, & negatum fuit etiam id, quod de fratribus suis admonendis, ne in eandem perditionem deuenirent petierat. Adiuro vestras conscientias, animasque vestras, Auditores mortales, nunquid qui dormit, non adijciet vt resurgat? Heu quàm grauis sopor, quem tantus timor, tantæ comminationes, tanta tonitrua & fulgura, tanta mala perpetuò duratura non excitant? Intuemini exemplũ Eleazari, viri constantissimi, qui compulsus carnem porcinam manducare, & contra leges patrias agere, gloriosissimam mortem magis quàm odibilem vitam amplexatus est. Ita de illo scribitur:

2. Mach. 6

Eleazarus de primoribus scribarum, vir ætate prouectus, cogitare cœpit ætatis ac senectutis suæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem: atque à puero optimæ conuersationis actus, & secundum sanctæ à Deo conditæ legis constituta, respondit citò, se præmitti velle in infernum. Non enim ætati nostræ dignum est, inquit, fingere, vt multi adolescentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam atque execrationem meæ senectuti cõquiram. Nam etsi in præsenti tempore suppliciis hominum eripiar, sed manum omnipotentis, nec viuus, nec defunctus effugiam. Quamobrem fortiter vita excedendo, senectute quidem dignus apparebo, adolescentibus autem exemplum forte relinquam, si prompto animo ac fortiter pro grauissimis & sanctissimis legibus honesta morte perfungar. Et iste quidem hoc modo vita decessit, non solum iuuenibus, sed & vniuersæ genti memoriam mortis suæ ad exemplum virtutis & fortitudinis relinquens. Hæc ibi. Ita pie viuere, ita sanctè mori cogitate, ita miseriam hanc miserrimam, infœlicitatem summam cõmutare satagite, vt quod semper vobis erit iucundum & gratum, breui temporis spatio, modicaque vitæ huius miseria, quæ respectu æternitatis illius exigua aut plane nulla est, lucrari valeatis. Exijt enim iam nunc edictum à Domino Dominorum Domino Deo, vt & orbis vniuersus & quisque pro se daret rationem in iudicio illo generali & tremendo, quisque prout gessit, officiumque suum adimpleuit, & conditiones seruauit, & qui in libro vitæ scripti erunt saluabuntur, qui secus, damnabũtur. Damnari autem & damnatum esse, est omnis miseriæ, quæ excogitari aut dici potest, abyssus imperscrutabilis. *Deus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri, vt cognoscamus in terra viam suam, in omnibus gentibus salutare suum.*

Dominus interrogat iustum & impium, qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. Psal. 10.

FIT inter nos mortales, quod regius Propheta conqueritur Psalm. 13. *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus: corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus, non est qui faciat bonum. Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam,* vt cibum panis &c. *quia confusi sunt, & Deus spreuit eos?* & quare hoc? quia *qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Matth 16. *Qui amat animam suam, perdet animam suam,* scil. in vita æterna: quia amauit illam in hac vita propter voluptates terrenas, & noluit eam expẽdere in gloriam Dei, suamque ipsius salutem, vti fecerunt omnes Apostoli, martyres, confessores, virgines, viduæ, & omnes electi Dei. Interrogat autẽ Dominus in vita per morbos, tentationes, & varia rerum discrimina, & si iudicaret se homo, non iudicaretur, & qui probatus inuentus est, fit illi ad salutem. *Beatus vir qui suffert tentationem,*

tionem,

tentationem, quia cùm probatus fuerit, accipiet coronã vitæ, quam Deus promisit his, qui diligunt illum. Vnde patientia & voluntaria obedientia in religionibus, & in omni conuersatione sancta coronabitur. Interrogat deinde in morte, & ibi côscientia mala pauet, quæ non habet quod respondeat, anima timet exitum, quia fecit iniquitates multas & varias, & tormêta quæ restant, nisi pœnitentia interueniat: secus autem fit de anima iusti, quæ ad interrogata potest confidenter respondere, & securè ex hoc sæculo commigrare. Ibi dolebunt & lamentabûtur bona proposita & desideria, quæ effectum suum non sunt sortita, occasiones bonorum operum euanuêre, quæ exprobrabit aduersarius diabolus, vt inducat in desperationem & damnationem. Interrogat postea in iudicio particulari & generali, vbi nullus planè erit respectus personæ & parcetur nemini, & discutientur præcepta Decalogi, Ecclesiæ, ordinis, status, gradus, sexus, ætatis, conditiones, locus, tempus, occasio, tempus, contemptus & omnes circûstantiæ, & quis ad ea omnia respondere poterit, si & de omni verbo otioso reddenda est ratio? Quocirca homines non deberent tam inconsideratè, contumaciter, & impiè cogitare, loqui, agere, sed cogitare illud Ioan. 1. *Tu quis es?* & illud Ps. 1. *Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorũ, & in via peccatorũ non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit: sed in lege Domini voluntas eius*, &c. *Quoniam nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorũ peribit. Qui habitat in cœlis, irridebit eos, & Dominus subsannabit eos.* Nô erat autē talis N. defunctus noster, qui legem Dei, Ecclesiæ, naturæ, &c. ita côseruauit, ita se interrogauit de suis, alios ædificauit doctrina & exemplo, monumêta pulchra virtutis, pietatis & religionis post se reliquit, ieiunauit, confessus est, communicauit, & hoc sæpè, prout & Eleemosynas distribuit, & similia fecit, &c. Quòd si autē propter fragilitatē humanam plenè nô potuit satisfacere, adiuuemus eum orationib. & modis omnibus quibuscunque possemus, parati aliquando passuri & experturi. O vtinam possetis a Deo habere hanc gratiam, vt saltem animo conciperetis pœnas illas purgatorias (quas hæretici credere nolunt, æternas autem malût experiri) ôes capilli præ horrore in altum surgerent, & clamarent côtra vos, ne eò loci deueniretis. Oculi vestri nô possunt cernere tot flamas, tot pœnas & tormêta vestrorum confratrum, nam vel lachrymis vel fuligine, vel côpassione, vel doloribus ipsis destruerentur. Aures vestræ nec clamores miserorum, nec insultationes & exprobrationes amicorum, inimicorũ, sodalium, confœderatorum, parentum, filiorum, &c. contra se inuicem, imò & dæmonũ. Sed cûm videtis supplicia mûdana, cogitate qualia sint illa in purgatorio, cûm auditis tinnitum in auribus vestris qualemcunque, recogitate, quomodo ebulliant aquæ purgatoriæ, quomodo ignis faciat motus suos & strepitus, & fragores, & sic de alijs, ac si autes haberetis planè illis admotas. Os vestrũ non deberet aliud loqui, relinquendo nugas omnes, & verba otiosa, impudica impia, &c. nisi de pœnis illis, de compassione, de suffragijs & modis quib. animæ Christi fidelium possint iuuari. Collum vestrum quod erectum superbit, debetis cogitare, quomodo aliquâdo in tormêtis humiliabitur, & torques pêdulæ erût torturæ igneæ fulgurantes, & sicut sinũ vestrum ostentatis apertũ, ita manifestè ostendetis scelera vestra propter punitionē. Manus vestræ nô possunt tangendo tolerare, quod nimis friget, vel nimis calet, huc reuocate animum, vbi erunt ligatæ, nũc extêdite per Eleemosynas & adiutorium quod potestis, quia tûc pœnitebit accepisse illicitum, quod licitũ nũc potestis distribuere. Pedes vestri, vt & manus erunt ligati, quos nûc ad effundendũ sanguinē & voluntatē vestrã malã adimplendã dirigitis, imo stimulatis quos

quos nunc ad Ecclesiam, ad visitandos infirmos, liberandos captiuos, eruendos innocentes, & similia debetis accómodare, & si possetis etiam confratres nostros in purgatorio visitare & adiuuare, & quod nunc non potestis viribus humanis, animo vestro proponite, facultate vestra spirituali & temporali explete, cogitantes semper, quia iustum & impium iudicabit Dominus, & impius quasi iam iudicatus est, si autem iustus vix saluabitur, videtis quomodo in timore & tremore Domino viuere & seruire debeatis, rogantes semper: Deus esto propitius nobis miserrimis peccatoribus. & vos rogo, qui hæc legitis, orate pro me miserrimo peccatore.

De miseria vitæ humanæ.

Pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si bene fecerimus. Tob. 4.

SI cogitaremus quid Tobias innuat, inueniremus, quàm pauperem & miseram vitam ducamus, nec opus est nisi seipsis, testibus. Pindarus aiebat: *mortalia mortales decent.* Quis autem ante oculos ponens originem suam pudendam, ignorantiæ cæcitatem, paruitatem vitæ, infirmitatem pariter, fragilitatem, mutabilitatem, & innumera vitæ huius calamitosę discrimina, & malorum mare, quibus nemo mortalium exceptus est, audeat se in æstimatione propriæ illius virtutis extollere. Vnde Apollinis oraculum: *Nosce teipsum*: quod difficillimum inter omnia dicebat Philosophus Chilo: Nam si homo se cognosceret, non tam miseri essemus omnes. Macrobius in 1. super somniũ Scipionis tradit Delphicum oraculum cuidam consulenti, quonam itinere posset ad fœlicitatem peruenire, respondisse: *Si te ipse cognoueris.* Quod necessarium innuitur Marci 10. *Rabboni, vt videam* Quapropter phœnicum sapientes, hominem in serpentis specie mordicus caudam pertrahentis pingere sunt soliti, quia homo principium & finem suiipsius cognoscere deberet. Tum autem se cognoscit homo, quando agnoscit, quæ sint agenda, quæ cauenda, quid desit, quid abundet, quid emendandum, quid laudandum, quid se potissimùm deceat, quid ad omnem sexum, & ad omnes hominum cõditiones referri possit: maximè autem quid ipse sit respectu Dei, & quid illi ex omnibus debeat. Per hoc, primò à bestiali conditione erit remotissimus. Secundò, illuminabitur. Augustinus 4. l. de symb. ad Catech. *Vis nosse quale sit, vide factum & factorem, perscrutare quæ fecit, & intellige eum, qui omnia creauit.* Ita feruentius creatura rationalis Deum diliget. Vnde Mercurius Trism. scripsit, hominem transire in naturam Dei, tanquam sit ipse Deus: & l. 6. de sapientia & potestate Dei, humanæ naturæ potentiam eximiam stupens, audet dicere; hominẽ quidem terrenum, & Deum esse mortalem: Deum verum cælestem, immortalem hominẽ. Plato meliorem hominum partem, animas rationales, à quibus omnis hominum dignitas est, specula quædam esse aiebat nitidissima, in quibus diuinitatis summæ explendescat imago. Algazel hominem abbreuiatam mũdi tabellam & epitomen nominauit. Morales autem quidam, brutalem gulæ explendæ voluptatem grauiùs insectantes, corpus humanum tartarum quendam, pistrinum, ac mortuorum conceptaculum appellarunt. Vide ergo quàm pauper sis, si etiam male feceris. Nisi cognoueris temetipsum, iuberis egredi. Cant. 1. *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres,* &c. sed animas.

Vita misera vnde.

Nosce teipsum.

Homo quando se cognoscit.

Hominis definitio explicatur.

Hominis dignitas.

Corpus humanũ quid.

anima. Homo est animal rationale, quo differt à bestijs, ne viuat bestialiter: mortale, vt non extollat se, neve incurrat mortem sempiternam cum sit ad fruendum summo bono creatus, itemque Dei simulachrum à Lactantio vocatur.

Miseria hominis vnde cognoscitur.

Miseria hominis ex formatione, nuditate & fletu cognoscitur.

Homo vacuus.

Vacuus est propter peccandi assiduitatem, *Terra inanis & vacua.*

Vanus.

Vanus, Psalm 61. *Ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt.* Vanus in essendo, quia ex nihilo est, vanus in transeundo, quia in nihilum transit.

Nihil.

Nihil prætereà. Omne enim quod ex nihilo esse cœpit, in nihilum potest redigi: sed omnis creatura à Deo producta est ex nihilo, ad aliquid esse est producta: ideò si ei comparabitur, nihil esse probatur. Isa. 40. *Omnes gentes, quasi non sint, sic sunt coram Domino: & quasi nihilum, & inane reputatæ sunt ei.* Nihil sunt omnia respectu Dei & æternitatis. Iob. 7. *Nihil sunt dies mei.* Vide quid dicatur Sap. 2. *Ex nihilo nati sumus,* &c. Psalm. 14. *Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus.* Porrò peccatum nihil est: omnes vero sumus peccatis obnoxij: Quid igitur erimus? Certe pauperem vitam gerimus. Deinde Seneca ait, de breuitate vitæ: *Quando in tria tempora diuiditur, quod est, quod actum, & quod futurum est: ex eo, quod agimus, breue est: quod acturi sumus, dubium: quod egimus, certum.*

Tempus cur breue.

Tempus itaque breue est. Primò, respectu itineris peragendi. Dicit enim se tempus habere exiguum, qui longum iter emetiri debet peregrinando breui tempore. Psalm. 38. *Aduena ego sum & peregrinus, sicut omnes patres mei.* Gen. 47. *Dies peregrinationis vitæ meæ, centum triginta annorum sunt, parui & mali.* Secundo, respectu criminis abluendi. Nam pro peccato mortali pœna nobis debetur æterna: quamuis enim actus ille, qui peccatum dicitur, finitus sit intrinsecè, cum tamen contra obiectum fiat infinitum Deum, infinitum censetur. Ergo quia iuxta mensuram delicti pœna esse debet, vnde pœnam infinitam commeruimus. Et constitutiones patrũ pro vno mortali irrogant pœnam septennalem, aut pœnitentiam, nos vero pro nostra innata fragilitate, non modo vno die, sed vna plerunque hora in peccata mortalia incidimus, quot ergo anni pro sufficienti pœnitentia desiderarentur? Tertiò, respectu temporis præteriti & futuri. Tempus enim præteritum longos annos habuit, vt nongentos & circiter. Sed nos nec crastinum nobis polliceri possumus. Ps. 89. *Mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna quæ præterijt. Anni nostri, sicut aranea.* Iob 17. *Dies mei breuiabuntur, & solum mihi superest sepulchrum.* O ergò vitam pauperem gerimus.

Pulchritudo corporis vana.

Gloriatur aliquis de pulchritudine corporis? & ver & æstas & Autumnus transit, licet omnes delectent. Et quid tandem illa pulchritudo est? Vana & vmbratilis. Primò, quia citò deficit. Secundò, vt venenum inficit. Est enim honestatis inimica & malorum occasio. Nam rarò pudicitia & pulchritudo sub vno lare habitant, ait Petrarcha.

Res duæ nõ possunt exornari.

Scribit Plautus, duas res esse, quæ nunquam satis possunt exornari: nauem scil. & fœminam. Hinc quod mulieri occasio & excitamentum esse deberet laudandi Deum, id plerunque ansam præbet offendendi Deũ. Tertiò, velut præstigiatrix decipit, Eccl. 9. *Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via,* &c. Vera pulchritudo cælestis est. Itaque pauperem vitam gerimus.

Tribulationes huius sæculi.

Quis nescit tribulationes huius sæculi, per quas oportet intrare in regnum Dei? Actor. 14. Et sic intrare oportuit Christum, Lucæ vltimo. Quantus metus, quanta calamitas ab orbitatibus, atque luctu, a damnis, deceptionibus, mendacijs, suspicationibus falsis, sceleribus, captiuitate, vinculis, exilijs, cruciatibus, æstibus, frigoribus, periculis, casibus, & mille similibus?

Tribulationes vtiles

Sed sunt tribulationes vtiles. Primo, quia signa amoris diuini erga nos. Psalm. 118. *Bonum mihi, quia humiliasti me, vt discam,* &c. Secun-

cundo, vt Dei non obliuiscatur homo, quod illi esset periculosissimum, Deut. 32. *Deum, qui te genuit, dereliquisti*, &c. Psal. 9. *Intelligite hæc, qui obliuiscimini Deum, ne quando rapiat, & non sit qui eripiat me*. Psal. 15. *Multiplicatæ sunt infirmitates, postea accelerauerunt*. Tertio, per eas delicta delet Deus. Gen. 42. *Meritò hæc patimur, quia in fratrem nostrum peccauimus*. & Iudith. 5. *Semper dati sunt in prædam, & in gladium, quoties alium Deũ coluerunt*. Quarto, per eas gloria augetur, vt videndum est in Lazaro. Lucæ 16. 2. Tim. 3. Omnes qui pie in Christo viuere volunt, persecutiones patiantur necesse est. Siue ergò tribulationes patimur, quod quidem bonum est, siue nõ, vitam pauperem gerimus. Videamus originale peccatum, quid nobis attulerit. Primò, de gratia repentè decidit in iram. Secundo, de eminenti statu immortalitatis ad mortalem nostra culpa. Tertio, de luce sapientiæ in ignorantiæ tenebras: Et nemo renascitur, nisi generante spiritali gratia. Hinc circumcisio, Baptismus, & nunc pœnitentia. O ergo pauperem vitam. Itaque ex nobis nihil possumus, sed ex gratia sola Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, qua sola homines liberantur à malo, & sine qua nullum prorsus siue cogitando, siue volendo & amando, siue agẽdo faciunt bonum: *Neque enim*, 1. Cor. 3. *qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus*. Ioan. 15. *Sine me nihil potestis facere*, &c. nec velle, nec incipere, nec perficere. Vt ergò velimus, sine nobis operatur, cùm autem sic volumus, vt faciamus, nobiscum cooperatur. Per hãc primam gratiam præuenientem illuminatur ratio, vt conscientia statum suum agnoscat. Isa. 36. *Redite præuaricatores*. Secundo, facit recogitare bona perdita, vti in filio prodigo, dic. *Mercenarij in domo patris abundant panibus*. Tertio, facit cogitare damna: hoc est quod dicebat: *Ego autem hic fame*, &c. Per gratiam consequentem illuminatur & inflammatur ad Dei cognitionem & dilectionem. Et tria bona præstantur. Primò, homo iam iam incipit cognoscere Deum, *à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum*. Iacob. 1. Secundo, peccatoris cor conteritur. Intrauit enim iam in Apothecam, vbi de optimo puluere pigmentario, aromatibus myrrhæ & thuris, & alijs odoriferis pulueribus thymiama conficitur. Exod. 30. Tertiò, incipit humiliari cum filio prodigo. *Iam non sum dignus*. Per gratiam subsequentem primo homo resurgit cum effectu, qui priùs iacebat supinus in luto peccatorum. Secundo, facit cõfiteri peccatum. *Pater peccaui*, &c. Tertio, efficit satisfactionem peccatorum. Prima gratia bonam respicit cogitationem. Secunda, bonum velle. Tertia bonum perficere. Peccatores igitur multis ærumnis concupiscentias suas explentes, nihil aliud faciunt, quàm quod temporalibus cruciatibus sibi æternos præparent. Pauperem ergo vitam gerimus. Mortales omnes sumus peccatores, & quotquot sunt peccatores, cæci sunt. Misera res est cæcitas corporalis, miserior cæcitas spiritualis: Oportet igitur, vt humores de rore gratiæ diuinæ sint semper illæsi. *Non est auditum, vt quis aperiret oculos cæci*. Ioan. 9. Item cæcus absque ductore progredi nequit. Deut. 32. *Dominus solus dux eius fuit*. Deinde cæcus perinde viuit, quasi maneat in tenebris. Soph. 1. *Ambulauerunt vt cæci, quia Domino peccauerunt*. Apud illos sunt *tenebræ super faciem abyssi*. Gen. 1. Omne peccatum natum est animam occæcare spiritualiter. Primo, excæcat superbia, pre sua nimia claritate. Sol est pompa gloriæ mundanæ, & figuratur per Pauli cæcitatẽ. Act. 9. August. Vitia cætera in peccatis, superbia verò etiam in rectis factis timenda est, ne illa quę laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur. Secunda cæcitas est inuidia, quæ figuratur per cæcitatem Heli sacerdotis. 1. Reg. 3 Tertia, Ira. Psalm. 6. *Turbatus est à furore oculus meus*.

Originale peccatũ quæ damna attulerit.

Gratiæ tres quid operētur.

Homo peccator cæcus

Superbia excæcat.

Inuidia.

Ira.

Quar-

Accidia. Quarta, Accidia, quæ figuratur per cæcitatem Tobiæ, Tob. 2. qui dormiendo cæcitatem incurrit. Quinta, Cupiditas, quæ homines talpis similes facit, semper in terra fodientibus, & figuratur per cæcitatem mendici prope Iericho, Luc. 18 *Gula.* Sexta, Gula, quæ hominem spiritualiter & corporaliter occæcat. Prou. 22. *Cui væ, cuius patri væ*, &c. & signatur per cęcum natum. Ioan 9. *Luxuria.* Septima, Luxuria. Amorem cęcum pinxerunt antiqui. Hęc significatur per cæcitatē Samsonis. Iud. 16. *Ambitiosa periculosa.* Pauperem ergò vitam. Quod si ambitionem & affectum potentię respiciamus, perinde est, malè quæritur, malè obtinetur, malè finitur. Et primo breuis est, Eccl. 10. *Omnis potentatus breuis est.* Vita enim nostra æternitati comparata vix punctum est. Et fortuna cum principibus ita ludit, vt primò abblandiatur, & gloriæ sitibunda in dignitatum culmina euehat: verùm vix benè eos circumspicere sinit, protinus insolentem deijcit, & quo cumulatiùs eos honoribus adauctarit, eo diriùs postea nouercatur, & in sortem abiectiorem detrudit. Crœsus est testis, & innumeri alij. Item potentatus noster alienus est. Rom. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas nisi à Deo.* Denique quocunque modo sceptra deponant, perinde *Gloria huius mundi vana.* est, ac si primum susceperint. Pauperem itaque vitam. Vana itaque omnis huius mundi gloria. Primo, quia instabilis. Psalm. 48. *Ne timueris, cùm diues factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius.* Cùm enim interierit, non omnia sumet secum, neque descendet cum eo gloria domus eius. 1. Pet 1. *Gloria eius tanquam flos fœni.* Secundò, despectam remunerationem præstat. Ester 12. de Aman. Tertiò, inanis est, & non durat, quātumcunque ardenter eam expetamus. Non tibi, sed nummis gloria tota datur. Neq; natalibus, atauis, &c tribuenda 1. Cor 1. *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Gaudium verò mundanum, licet dicatur, Prou. 17. *Melior est buccella sicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio*, nunquam tamen *Gaudium mundi vanum.* purum est, sed semper mixtū, sicut omne elementum, & habet pœnitētiam comitem & anxietatem. Pauperem vitam ge- *Diuitiæ vanæ.* rimus. Si diuitias magnifacitis, verum est quicquid inter homines geritur, pecuniarum fit gratia. Eccl. 10. *Pecuniæ obediunt omnia* Eccl. 13. *Diues locutus est, & omnes tacuerunt.* Tamen vanitatem illarum detestatur Ecclesiastes 4. Qui biberit ex hac aqua diuitiarum, iterum sitiet: sicut Mydæ factum. Omnes deos gentiles detestarentur, tantum si haberent Deum Aurum & Argentū. August. *Infernus quantoscunque deuorauerit, nunquam dicit, satis est. Sed* *August.* *& si omnes thesauri confluxerint in auarum, nunquam satiabitur.* Quanto prudentiùs facerent hæc diuitiarum mancipa, si ad naturam viuerent, & non ad opinionem. Isa. 5. *Væ qui coniungitis domum ad domū*, &c. Mich. 6. *Tu seminabis, & non metes.* Auarus clamat, infixus sum in limo profundi. Viscatæ enim diuitiæ. August. *Respice, &* *August.* *vide quàm multū intersit inter pecuniam tuam, & Deum tuum: Pulchrior est iste sol, quàm pecunia tua, & tamen iste sol non est Deus tuus. Porro si pulchrior est lux ista, quàm pecunia tua, quantum pulchrior est qui hanc fecit lucem. An fortè vis comparare pecuniam tuam luci. Ecce occidit sol, ostende mihi pecuniam tuā. Nitet & nocte, subtrahe lucernam. Ecce diues es, ostende mihi diuitias tuas: iam si lumine priueris, tam si non habeas, vnde quod habes, videas, vbi sunt diuitiæ tuæ?* Hæc ille. Nemo enim nascitur diues. lacte & panno debet esse contentus. 1. Timot. 6. *Nolite sperare in incerto diuitiarum. Quid enim prodest homini*, Marc. octauo, *Si mundum vniuersum lucretur*, &c. Itaque Psalm. sexagesimoprimo, *Diuitiæ si affluant.* Melius est ergo exiguum cum Dei timore, quàm magni thesauri sine amore eius. O pauperem vitam. Verum est prouerbium: Auro loquente nil pollet quæuis oratio. Et vulgaris iocus, Tin- *Tinnulæ orationes persuadent.* nulæ orationes præcipuam habent vim ad persuadendū, sc. pecunia. Sed Eccl. 2.

Quid proderit homini de vniuerso labore suo, & afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est: cunctis diebus eius laboribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit, & nonne vanitas est? Item Eccles. 6, *Est aliud malum*, &c. Diues enim habet diuitias, sicut piscis hamum, homo febres, mures muscipulam, auis laqueum: habet enim suum malum, suam perniciem, nó Dominus, sed seruus diuitiarum, qua seruitute nil fœdius: Omnis certè seruitus miserabilis est. Nec Saluator aliquid possidebat in mundo, cum sit mundi Dominus. Nocumenta itaque afferunt diuitiæ. Secundò, Reddunt possessorem monoculum, imò cæcum. Diuitiæ namque faciunt, vt quis Deum non agnoscat. vide de homine diuite, Luc. 12. & de horreo suo Diuitiæ trahunt secum pestem adulationé, non paupertas. Tertiò, Faciunt hominem à regno Dei alienum. Eccl. 31. *Beatus vir, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abijt*, &c. Et nihil bonum, nisi æternum, reliqua inter bona non numeranda. 1. Tim. 6. *Qui volunt diuites fieri.* Luc. 12. *Nolite soliciti esse animæ vestræ, quid manducetis*, &c. Pauperem ergò vitam gerimus, cùm ad omnem rem simus attenti, & in quauis multum periclitemur. Et quamuis homines ab humanitate mutua vocati natura sociales & mansueti, adeò quòd naufraganti manum porrigere, erranti monstrare viam, esurienti pané diuidere, ac mutua dilectionis officia impédere debeamus, cùm simus vnius capitis membra, nósque cognatos natura edidit, vt simus homini Deus, nó lupus, tamen non est Respublica, non est domus, non est angulus habitabilis, qui non alat intra se inuidiam, æmulationem, contentionem, quibus ex affectibus simultas potissimum, & exinde iactura rerum & famæ nasci consueuit. Videmus hoc in fratribus Ioseph, Gen. 37. & in Ierusalem, quæ mota fuit audito Christi ortu. Inuidia enim irrequieta est, alienæ laudis inimica, virtutis æstimatrix cæca, omnia in deteriorem partem detorquens. Inimicus etiam in scirpo nodum quærit, festucam alterius videt, non autem trabem propriam, *Talpa in proprijs, lynx in alienis.* Omne autem vitium in actu voluptaté aliquam aucupatur, sola inuidia perpetuo est mœrori dedita, quæ quo maior est, eo peius, qui inuidet, afficitur, minúsq; sui compos est, res dira, cæterùm fœlicitatis pedissequa, etsi diuersi affectus. Vnde primo vita hominis inuidentis tristitiæ nubilo obtenebrescit. Secundo, Inuidi vita est putrida & intoxicata. Psalm. *Tabescere fecisti, sicut araneam, animam eius.* Veruntamen vanè conturbatur omnis homo. Bernard. scribit, Inuidiam esse animi tineam, quę sensum comedit, pectus vrit, mentem afficit, cor hominis quasi quædam pestis depascit, & cuncta bona ardore pestifero deuorat; & sicut rubigo ferrum, ita inuidia hominem consumit, & sicut ærugo frumenti est calamitas, ita inuidia intestinus quidam amicitię morbus. sicut muscæ integras corporis partes prætereút, & ad vlcera se conferunt, ita inuidus labeculis delectatur alterius. Aut sicut Ciconia, quæ viuit colubris & bufonibus, & semper rostrum volutat in stercore velut sus. Tertiò, Inuidia est inanis: nam inuidus sese consumit occultis intra viscera dentibus: illi verò cui inuidet, prodest nó rarò. Sæpè enim quod inuidi fuerat, fit eius cui inuidetur. Diabolus homini inuidit, & homo expectat sedes ab illo priùs occupatas, nisi negligens sit, inuidens ipse sibi. Quia tamen nemo tam inculpatæ vitæ, nemo tam circumspectus, vt liuoris telum queat effugere, pauperem certè vitam gerimus. Quamuis etiam homo præ cæteris animantibus sit animal placidum, clemens & mansuetum, & Salomon moneat: *Fili mi, in mansuetudine serua animam tuã.* Christus itē doceat, *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*, promittatq;

Omnis seruitus miserabilis.

Diuitiæ nocent.

Homines ab humanitate mutua dicũtur

Inuidia vbique.

Inuidia quid.

Inuidia nocet sibi.

Mansuetudo laudatur.

præ-

præmium Matth.5. *Beati mites*,&c. multi tamen pro lana caprina lites concitant, & ad iracundiam concitantur. Ira vitiosa fit ex causa leui, & illa cholericis cōmunis est. Aliquando ex amaritudine, & illa Melancholicis tribuitur. Aliquādo ex ferocitate, crudelitate seu feritate Primi cito remittunt: secundi diutius retinent, tertij diutissimè vsque ad vindictam. Tullius: *Vbi fortitudo est, ibi ratio pro... vbi ira est, ratio ... iacet*. Hinc irati dicuntur exisse de potestate. Quæ cum mala multa faciat & illi tam facile non resistere quis potest, colligitur, quam misera sit ... vita. Arbitramini fortassis voluptarios fœliciter viuere? Miserè ac perditè viuunt. Ventricolæ, voluptatum milites sacramentarij in Epicuri decreta iurant, homines conclamati, qui & corpus & animam occidūt, sues & canes ad vomitū reuersi, de quibus 2.Petr.2. *Hi velut irrationabilia pecora*, &c. *equi sunt, & muli*. Secundò, Vitam vanam ducunt. Eccles.2. *Vadam & affluam deliciis*, &c. Tertiò, Vitam amaram habent. Rom 8 *Si secundum carnem vixeritis, moriemini*: Hi noctem vertunt in diem. Prou. 5. *Nouissima amara, quasi absynthium*. Eccles. 37. *Propter crapulam multi perierunt, qui autem abstinens est, vitam adiiciet*: In nostro arbitrio est Lazarum sequi, vel diuitem. Sed ratio secundum prohibet & ita pauperem vitam gerimus. Primò enim per eam sensus illuduntur Psalm 37. Lumbi mei impleti sunt illusionibus. Facit pœnitere voluptas, quamuis care ematur: Apis primo mel, postea dat aculeum. Secundò, Vires eneruantur. Tertiò, Nō satiant præcipuè carnales. Quomodo ergò fœlicem viuent vitam? Feliciorē vtique, qui abstinerent à nimijs, etiam à licitis. Quæ maior miseria quàm ebriosi? Nox & amor vinumque nihil moderabile suadent. Omnia euomunt & secretissima quæque: ad luxuriam proni sunt, quia non est aliud ebrietas, quàm manifestus dæmon: Ebrietas multarum

Ira arguitur.

Voluptarij reprehenduntur.

Ratio debet dominari.

infirmitatum, litium, bellorum, conuitiorum & malorum causa est. Quòd si vitia pro virtutibus laudantur, certè pauperem vitam gerimus. Præterea, si sanctum est quod 1 Pet 3. docetur. *Qui vult vitam diligere & dies videre bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia sua, ne loquantur dolum* Eccles.3. Est tempus tacendi, est tempus loquendi. Garrulitas autem odiosa est & fuit gentibus: Quæ autem per linguam malam fiunt, sub qua homo viuere cogitur & illa vita nō est nisi misera. Omnes nitimur mundo sapere, & insipientes efficimur. Eccles.1. *Stultorum infinitus est numerus*. Et lingua plerumque non sonat aliud præter stultitiam: cumque loquela nos manifestos faciat, potiùs vel taceamus, vel apud Deum stulti videamur, qui vult docere quid loquamur Psalm 50 *Domine labia mea aperies*, &c. aliàs vita nostra est miserrima. Taceo de tumultibus bellicis, vbi inimici hominis domestici eius, & frater contra fratrem pugnat, &c Nam bellū primò est res terra & contra naturæ dictamen Pax verò fons, parens ac nutrix est rerum omnium, quæ vel in cælo sunt vel in terra, vel in elementis Secundò, Est contra bonos mores, & tollit omnem iustitiam. Tertiò, Est contra diuinum institutum. Ioan.14. *Beati pacifici* Ps. 121. *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis* Quę potest esse in bellicis miserijs fœlicitas. Eheu quàm miserè viuitur? Nihil dico, quòd vita humana instabilis: homo nunquam in eodem statu permanet Iob 14. Sed Deus est, qui dicit Malach 3. *Ego Dominus & non mutor*. Creata autem omnia sunt mutabilia. Hieronymus in proœmio commentariorum Ezech 14 *Nihil longum est, quod finem habet & omnis ... praeteritis ... non procedit, nisi ... viaticum præparamentis, qui ... ad futura mundi æterna ... sunt, & nullis ... mutr*. Hæc ille. Sed quis ignorat illa? Pauperem ergò vitam. Omnes cupiunt multum

Lingua procax damnatur.

Stultitia hominum accusatur.

Bellici tumultus arguuntur.

Vita humana instabilis.

Senectus vituperatur.

consenescere, pauci mori. Apud Lacedæmonios quidem semper senectus venerabilis fuit, sicut & Magistratus. At vide quid dicat Innocentius. *Considera homo, quisquis es, quia mortem indubitanter expectas, quæ si distulerit, miseram senectutem inferres, quæ dum aderit, statim cor affligitur, spiritus languet, fœtet anhelitus, crines effluunt, aures desluunt, caligant oculi, vacillant articuli, mores surdescunt, dentes marcescunt, tremit tactus, deperit cutis, facies nigratur, statura curtatur.* Hæc ille. Et hæc ætas malorum agmen secum trahens, furtim subintrat, cùm minimè expectatur, non sentitur venire, sed venisse. Senectus primò pueros facit, tamen alij sunt infantes, alij pueri, alij senes. Secundò, morbos inducit. Tertiò, hominem rebus gerẽdis facit inutilem. 2. Reg 19. de Bercellai. Apud Ciceronem de senectute causæ quatuor enumerantur, cur senectus misera videatur. Vna, quod auocet a rebus gerendis. Altera, quod corpus faciat infirmum. Tertia, quòd priuet ferè omnib. voluptatibus. Quarta, quòd haud procul absit à morte. Et quam misera est hęc vita. Inde vrget terror mortis: ob quam fugiendam trepidant etiam viri Constantissimi. Propterea legitur quod Noë arcam intrauerit. Genes. 7. ne diluuio periret. Loth Sodomam exiuit. Genes. 19. Iacob suo fratri Esau munera præmiserit. Genes. 32 Ezechias vitam prorogari petierit. 4. Reg. 20 Petrus Christum negauerit. Matth. 26. Ioannes Sindone relicta fugerit, Marc. 14. Et Christus ipse mortem horribilem ex imbecillitate humana extimuit, Matth. 26. sanguinem in monte Oliueti sudauit decurrentem in terram. Luc. 22. quid quod in Cruce clamauit: *Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti?* Et licet plurima sint, quæ mortem homini terribilem facere videantur, tres tamen causas dicam. Prima est, incertitudo temporis. Secunda, quia cõmunis tyrannis illa. *Statutũ est omnibus hominibus semel mori.* Hebr. 9. & fortes, & sapientes, & diuites, &c. morientur. Tertia, Quia homo regionem ignotam inuisere cogitur. Dicitur enim homini morienti: *Egredere de terra tua, & de cogn. tua.* Itaque audite fratres, quid sanctus August de vanitate sæculi ca. 1 dicat: *In hac vita positi fratres, ita agite, vt cũ hinc migraueritis, & caro vestra ceperit à vermibus deuorari in sepulchro, anima ornata bonis operibus, cũ sanctis omnib. lætetur in cœlis. Retrahat vos à malis operibus, vel peccatis miseria eorũ, quos præmisistis. Attendite calamitates, considerate diuitum sepulchra, vel eorum, qui ante pauca tempora vobiscum erant, quid sunt, vel quid fuerunt, vel quid eis diuitiæ, & cupiditas seculi profuerunt. Ecce nihil ex eis, nisi soli cineres remanserunt, qui si modo loqui possent: hæc vobis dicerent: Et quid infelices tantum pro seculi vanitate discurritis? Et quid vos criminibus & vitijs repletis? Considerate ossa vestra, & vel sic horreat vobis cupiditas & miseria vestra. Quod vos estis, nos fuimus. & quod nos sumus, vos eritis. Itaque per omnia fratres charissimi sollicita consideratione persiste & hæc considerantes expauescite, diem mortis semper ante oculos ponite, ad emendationẽ quantum potestis, festinate.* Hæc Augustinus. Et hæc ex centuria homil. 1. Ioannis Fabri de miseria vitę humanæ, magno studio & breuitate huc transposui. vt videatis. quam pauperem vitam geramus, meliorem autem & æternam, si benè fecerimus, quod & Salomon ait, nihil superesse, nisi lætari, scil. in Domino & benefacere: *Qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum.*

Senectus cur misera.

Terror mortis.

Terribilitatis causæ tres.

Exhortatio S. Aug.

Quod vt benè faciamus, ex toto,
adiuuet, & benedicat nos
Deus Pater, & Filius,
& Spiritus sanctus. Amen.
(.:.)

Finis huius Libri Secundi.

LIBER.

LIBER TERTIVS DE MORTE ECCLESIASTICARVM PERSONARVM A SVMMO VSQVE AD MINORES.

Argumentum Libri Tertij.

Sit liceat Cleri super omnia, magna potestas.
Vincere me nulla Clericus arte potest.

Testamentum Sancti, & diuino afflati spiritui Patris nostri, Ephrem Syri.

EGo Ephrem morior. notum igitur vobis sit omnibus, ô viri Edesseni Testamẽtum enim vobis relinquo, monumenti Symbolũ doctrinæ veritatis, ex ea, quæ mihi gratia & dono impartita fuit, vt in oratio nibus meæ memoriã faciatis, scientes & cognoscentes me.

Hei mihi, quòd laquei mortis præuenerunt. Hei mihi, meæ vitæ dies defecerunt me, & vestimentum corporis mei præcisum est, & tela perfecta est, & omninò ablata. Defecit olñ terrestris lucernæ, & pyratæ schaphæ prope facti sunt. Mercenarius enim cùm essem, meos impleui annos, & incola, cùm meum perfecerim tẽpus, abeo. Circũdederũt me vtrinq; populares, qui seueri sunt inquisitores & subiecere ceruice meam graui supplicio, tanquam homines malefici.

Quid igitur? plorem? at nõ est, qui attendat. Clamem? at vbi est qui me exaudiat? Hei mihi ab expectatione increpãtis iudicij, cùm adstitero ante tribunal formidabile Domini. ibiq; dijudicabũt me vtrinquè circumcedentes, qui nouerunt me. Verè enim ibi est horrenda confusio. Væ autem erubiscenti. Domine IESV CHRISTE ne intres in iudicium cum seruo tuo, & ne des alteri iudicium meum, sed ante gloriosum tribunal tuum, fac vt dignè astare queam. Quem enim Dominus iudicat, misericordia dignus existimatur. Cùm audiuerim autem hoc à sapiẽtibus, inquam, & prudentibus Apostolis sanctis, nempe quòd quicumque Regem viderit, quamuis peccator extiterit, hic misericordia dignus existimatur. Væ autem mihi fratres. Quid est quod me coarctauit? Plorate, vlulate propter contritionem meam. Appropinquauerunt enim custodiæ, ex spelunca eijcientes me in regionem, suscipientem homines à sæculo. Magniuocus prophetarum Osee valdè me terret. Obiurgans enim clamat, & dicit mihi: *Canities dealbauit Ephrem, ipse autem ignorauit, neque reuersus est.* Et rursus: *Ephrem iuuenca furere agitata, dedit diligere victoriam.* Et rursus: *Ephrem tanquam auis euolauit.* Si quis dicat de Ephrem, qui fuit filius Ioseph. prophetam hæc dicere: at & ego idem sum. Quando enim propheta hoc lamentabatur pacto, non distinxit Ephrem alterum ab altero. Dauid rursum vicissim admonet me, dicens; *Ephrem robur capitis mei.* Et rursus: Osee 7 & 9. Ps. 59 79.

Coram Ephrem, Beniamin & Manasse. Non arrogantia elatus hoc dico, neque ad me accedet. Nam testis mearum cogitationum est dominus.

Petit pro se defuncto orari assidue. Et nunc volens, fratres mei, admonere vos, & firmiter stabilire, vt post transitum meum assiduè in vestris orationibus mei memoriam faciatis, accedentes nunc claudite mihi oculos, super eos manus vestras imponentes. Deficit enim in me spiritus. Iam me deficiente, & ea quæ de me sunt, finē habent, & verus adest iam terminus. Per vestram enim vitam & meam ex lectulo hoc, in quo detentus sum, non descendam. Et ex omni parte langueo, & non possum ferre, & doloribus sum confectus. Memoriam autem vobis omnibus relinquam, & speculum immaculatum, in quo diligenter prorsus inspicientes, omneque studium adhibentes, semper hanc assimilantes diligenter curate.

In tota autem vita mea nemini maledixi in vniuersum, & cum nemine ex notis contendi. Etenim cum Apostatis omnibus docens & obiurgans omnibus diebus meis, & admonens, nō tempus in memoria sanctorum. Scitis enim & ipsi fratres, quòd si quis paterfamilias canē habeat ouile negligentem, vel intuentem lupum in ouium septa irruentem, ac minimè latrantem, aut ipsum non insequentem, prorsus hunc percutit & tāquam inutilem eijcit longè à domo.

Simile de cane.

Igitur scitis fratres, quòd sapiens vir neminem odio prosequitur, & insipiēs neminem diligit. Quòd si diligat, similem sibi diligit. Vos autem charissimi, nolite mirari de ijs, qui mihi rebelles facti sunt, propter obedientiæ disciplinā. Nam inter duodecim Apostolos vnus fuit proditor Iudas. Scitis autem, quòd etiam inter vineam rubus præter intentionem germinare consueuit, & spinæ inter rosas nutriuntur. Firmentum autem fidei in vos corroborari velim, tanquàm legitimos & concordes fratres. Immutabilem autem & firmam fidem facio per iuramentum.

Inobedientia.

Volo enim vos de incomprehensibili, & indissolubili & vnica fide optimè sentire. Et iuro vobis per eum qui in natura ignis descendit in montem Sina, & per eum, qui in aquæ fusione, de petra durissima locutus est, & per illud verbum, quod dictum fuit in Cruce ad Exemplum nostrum: *Eloi, Eloi, lam mazabathani*, & on nes fin ium terræ renes coarctati sunt per illum, qui in Iudæa à proditore venditus fuit & flagellatus in medio Hierusalem, per maiestatem ab iniquis se conspui æquo animo ferentem, & per ineffabilem potentiam, ab hominis manu alapis cæsam, per ignem trinonymum diuinæ maiestatis, & per infinitam & solam Dei potentiam, per tres nouelli ignis substantias, quæ sunt altitudo & voluntas, in nulla re separatus sum ab vniuersa Ecclesia, neque dubitaui de Dei potentia.

Exod. 19. *Exod. 17.* *Matt. 15.* *Matt. 16. 17.* *Hic locus manc...*

Si autem in meo templo Deum & patrem plusquàm ipsius filium magnificauerim, non respiciat ad me in pietatis miserationibus. Sin ex Deo Spiritu sanctum imminui, logè ab eius aspectu me tenebrosum reddat. Et nisi nunc etiam dico, sicut in principio confessus sum, mittar in tenebras æternas & caliginosas. Et si per hypocrisin hæc loquar, in gehennæ igne portio mea computetur. Si etiam adulans hæc subseminem, in iudicio non mei misereatur dominus.

Per vestram veram vitam, qui necum perseuerastis discipuli, & per vitam ipsius immutabilem filij Dei, marsupium Ephrem nequaquam habuit, non baculum, non peram, non argentum, vel aurum, vel super terrā alias adeptus sum possessiones. Audiui enim bonum magistrum in euangelijs dicentem suis discipulis: Nihil super terram possideatis: neque cum affectu huiusmodi quicquam habui. Accedentes igitur fratres mei, pacem tandem mihi date, & dimittite

Paupertas voluntaria laudi ... Matth. 10

tite me, propterea quòd deficiens ab eo. Reminiscamini autem mei abiecti in vestris pijs sanctisque orationibus. Etenim in vanitate & iniquitate vitam meam peregi.

In timore auté vestro adiuro vos viri Sancti, & habitatores ciuitatis Edessæ, per immutabilem fidem immortalis Dei, ne obliuiscamini præceptorum meę paruitatis, neque aspernemini, pro nihilo habentes mea verba. Nam hæc ex diuina dicta sunt gratia. Et ne permittatis me in domo domini poni sub altari. Non enim hoc decet vermem putredinem emittentem, sed neque alibi me poni permittatis. Nam neque homo dignus habeatur templo gloriæ regni cælorum, qui contumax hoc fecerit. Vana enim gloria homini indigno nihil prodest, & cui non conuenit. Quapropter nudi omnes creati sumus, similiter etiam resurgentes, nudi sumus apparituri. Et omnes astantes ante Christi tribunal, ibi eorū quæ in vita gessimus, rationem reddemus.

Rom. 14.

Vt quid vos igitur me afficitis honore, qui actionū appellatione meipsum non honoraui? Qui enim seipsum bonis operibus & bonis actionibus non exornauerit, quælibet hominum vita huic addita existimationi, quam nō est adeptus, nihil prodesse poterit. Omne autem creatum, esse etiam corruptibile, fratres, secundum illud, quod scriptum est, per Deum audistis. Quapropter & flens dico, sicuti percepistis, dissoluitur & corrumpitur hoc templum manu factum, & templum corporale spiritualiter suscitatur, non corporale & transitorium, corruptum secundùm carnis cōcupiscentiam, sed ipsum corporale, spirituale, incorruptibile suscitatum, vt ampliùs ad corruptionem nequaquam conuertatur, quando Christi tuba sonans à somno excitabit à sæculo ibi dormientes. Non enim iudicium erit propter lapidea tēpla, neq; lapides Deus iudicabit, sed templa, quæ sunt in corpore, quæ sapiunt naturā humanam, in templis continentibus vnumquenq;. Dico autem: hominem secundum proprias actiones iudicabit Deus, & secundùm vniuscuiusq; certamen & laborē, præmium etiam pro meritis reddet.

Honorari non vult.

1. Cor. 15.

Iudicium Dni.

1. Cor. 3.

Attendite autem, charissimi, ne pannos meos tanquā reliquias monumenti gratia habeatis. Memoriæ enim habetis præceptum Saluatoris nostri Dei, quod acceptum ab ipso didicistis, vt ipsius reditū expectetis. Cur enim præter cætera, laborem & onus graue mihi imponitis, ne quando in inquisitionis iudicium veniam, (nō enim melior sum hominibus a sæculo sanctis) & pœnæ propter vos subijciar? & redarguens meam stultitiam dominus, dicat ad me: *O Ephrem, in te plus, quā in me, homines crediderunt.* Si enim ex te monumenta sibi suscipere velint, fortassè non crediderunt in mandatorum obseruationes, quas illis tradidi. Propterea tua magis memoria, quam mea delectantur.

Hæc vir S. modestia causa dicit, non vt reprehendat reliquiarū venerationem.

Præterea hortor vos, ô mea desideratissima viscera, quemadmodū a Christi doctrina accepistis, ne me inter sanctos referatis. Sum enim peccator, & minimus, & stultitiæ meæ causa timeo illis appropinquare. Si enim lignum sarmentitium appropinquat igni, vel etiam aggeritur, totum combustum ab ipso consumetur. Hæc autem non eo dico, quod eorum societatem & coniunctionē asperner, sed respiciens ad infinitam multitudinem peccatorū meorum, horreo & contremisco. Audio enim propheta dicentem, quod quidem Noe & Iob & Daniel non liberabunt filios suos & filias, frater non redimit, nō redimet homo. Sic etiā Giezi à lepra non liberatur.

Nota tanti viri mirabilem humilitatem.

Ezec. 14.

Psal. 48.

Ne quis vestrū satellitij munere fungens, in pompam progrediens, ad ostētationem me circumferat, sed super humeros tollentes me, & cursim comitantes funus curantes sepelite, tanquam op-

Sepultura viri sancti quomodo instituenda.

probrium despectum, proptereà quòd in doloribus dies vitæ meæ præteriere. Ne quis vestrum me præconijs extollat, vel etiam laudet. Abiectus etenim sum coram Deo, & meis confusus operibus. Et valde timeo, quia coram Deo sum, vt eorum aliquis, qui fari nō audent. Quis enim mihi ostendit debita mea, nisi omnes horrueritis meam ruditatem? Et quę collatio putredinis cū virtute. Vel quæ peccatoris, vt appropinquet iusto? Quæ collatio est inter lucem & tenebras? Si enim senseritis odorem actionum mearum, omnes vtiq; fugam arripietis, inhumatum me relinquentes, fœtorē non ferētes peccatorum. Qui autem me vestimento indutū ornato deponet, in tenebras proijcietur exteriores. Si quis autem myrrha me condiet, horū pars erit in ardentem fornacem, & in ignem gehennæ. Sed in mea tunica, & in meo pallio deponite me, in quibus fui toto tempore vitæ meæ. Nam peccatori non cōuenit cultus, & vermi, & pleno putredine. Neq; lætificat, neq; exornat peccatores qui sunt in terra, viuentiū gloria. Peccator autem sum, sicuti dixi.

Vilitatem suā exponit

2. Cor. 6.

Nemo igitur me beatum appellet. Omnes enim meæ actiōes notæ sunt Deo, omnesq; meæ prauitates, quas gessi. Inquinatus sum propter iniquitates meas & abiectus sum propter scelera mea. Quæ enim iniquitas non est à me perpetrata? Vel quale, vel quod in me non extitit peccatum? Quia omnes iniquitates & peccata assidue extitere in meo mortali corpore.

Hæc dicuntur ex incredibili humilitate à viro sanctissimo.

Cæterùm omnes, qui patrum munere fungimini, & filiorū & fratrum & discipulorum, viri qui habitatis Edessam, ferte fructum iustitiæ vestræ, quia tamq; constituistis ponere mecum quod habet in perpetuam vestram memoriam, vt ego precio his statuto, parato ex his vase aliquo pretioso, mercede conducam operarios, dignos vestro fructuoso proposito. Dico autem pauperes, & orphanos & viduas & egenos, & peregrinos, nudos, famelicos, & omnes laborantes, vt vestrum salutis monumentū fiat perfectum in regione viuentium. Nam vobis eueniet ad salutem, mihiq; e computabitur voluntaria merces consilium, quod vobis dederim, sed alia est merces, quæ operibus, & alia, quę verbis datur. Maior autem est fratres, qui dat, quā qui accipit, sicut etiam a Domino audistis. Sicut vnusquisq; vestro decreto fieri voluit, sic & faciatis. Et habeo vestrā gratiam, & abundo.

operarij — *sunt pauperes.* — *Act. 20.*

Adiuro autem vos fratres per D.N.I.C. vt omnia pauperibus distribuantur: satis mihi supérque est charitas vestra: Quia omnibus viribus me honorastis, & ego indignus sum. Verum enim qui honoratus est, ipse vobis superabūdantem mercedem reddet. Et sicut audistis sapientem præceptorem dicentem: *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedē Prophetæ accipiet.* Ipse enim Christus accipiet munus vestrum perfectum, quia in ipse propter ipsius nomen me huiusmodi affecistis honore.

Eleemosynam iubet. — *Matt. 10.*

Suscipiatur munus vestrum, sicut illud Noe iusti, & illud antiqui patris nostri Abraham, & ciuitas vestra, in qua habitatis, benedicta sit. Ipsa enim est ciuitas & mater sapientum Edessa, quæ quidem etiam palam ex ore Domini benedicta est per suos discipulos, nostros autem Apostolos, quādo Abagarus rex, qui eam ædificauit, salutem dixit Domino Saluatori omniū, & Domino Christo cùm misisset ex Iudæa, dicens: Audiui omnia, quæ à te facta sunt, & quæcunque passus es à reprobis Iudæis. Veni igitur huc, & meo vtere hospitio. Habeo enim hanc satè paruam ciuitatē, quæ mihi & tibi satis erit. Cuius fidem Dominus admiratus, mittens per nuncios perpetuò benedixit ciuitatem, firmans ipsius fundamēta. Benedictio illa hic inhabitans permanebit, donec è cęlo sanctus apparebit I.C. Filius Dei, & deus ex Deo.

Genes. 8. — *Genes. 15.* — *Edessa mater sapientum & benedicta à Domino.*

N8

Act. 5. Ne quis vestrum à proposito deficiens, infructuosus recedat. Qui enim quippiam afferre instituerit, & illud deferet, iniusti Ananiæ mortē patiatur, qui voluit homines latere, & redargutus est incidens in eorum pedes.

Cùm adhuc ea ipse loqueretur, vir ex illic astantibus valde illustris, & correptus à spiritu immundo, statim cecidit ad lectum, & clamans volutabatur. Qui dixit ad illum: O homo dic, quod a te factum est. Et in verbi præcepta exurgēs ille, respondit: Statueram (inquit) in animo meo quoddam preciosissimi vestimentum afferre, & tecum deponere. Quia vero vetuisti, ne quicquam ampliùs tecum tumularemus, hoc mecum ipse cogitabam, dicens: Si prorsus in ijs non deponitur, quid opus erit, vt etiam proferatur? Si autem præcipit, vt pauperibus aliquid demus, aliarum diuites rerum egentibus dabimus, quæcunque ipsis opus erunt.

Hic rursus ex sola humilitate nō vult sibi defuncto cereum accendi.

Respondens autem beatus, dixit ad eum: *Abi, & perfice quod te facturum decreueras.* Et cùm pro eo orasset, & manus super eum imposuisset, eum sanum reddidit à spiritu immundo. Et rursus ad omnes is dixit: si quis cereum mihi in exitu accenderit, ipse consumetur in æterno igne. Quid enim proderit homini corruptibilis splendor ignis qui à proprio comburetur igne? Quando enim ille terrificus apparebit ignis, illi obnoxius in eo consumetur. Satis igitur sit mihi meus dolor, neque alia mihi à vobis superinducatur pœna. Et plorate fratres mei super me. Dies enim mei in doloribus præteriere: & illic me circumdedit laqueus, quem non animaduertebam. Et venit inquisitor meus, & laqueis molestis vexātes me, adducunt ad pœnam, tanquam satellites, & trahunt me in terram mortuorum, & regionem quam ignoro.

Oratio ad Deum.

Obsecro te Saluator [illegible] meus, ne reijcias me, miser[illegible], & conterens me cōdemnes. Si enim dignè de ijs, quæ à me gesta sunt, perscruteris, timor vtrinque me circumdabit. Quando enim hæc omnia recēseo, intolerabilis super me irruens tremor me conterit, & graui quodam conficior horrore, & cōprehendor tremore propter pœnarum expectationem, quæ in illo conspiciuntur sæculo, & nequaquam ferre possum. Et palam dentes mei perturbant me, illic propter dolorem stridentes.

Aromata etiam prohibet.

Hortor vos, ne me cum aromatibus tumuletis. Nam neque stultitiam delicię decent, sed neq; gloria ingloriam, neq; alius boni odoris fumus illum, qui est putredo & terræ puluis. Sed date vaporationē fumi boni odoris in domo Dei, & pro me orate. Potiùs autem simul comitamini, & aromata date Deo: me autem fletibus sepelite in doloribus conceptum. Et hortor vos, vt loco suauis aromatum odoris, vestris me adiuuetis orationibus, in ipsis continuè mei memoriam facientes.

Suffragia petit.

Qui enim proderit suauis odor mortuo, sensu carenti? Vestra autē incensa adolete in domo Domini ad ipsius laudem & honorem, quoniam & ipse ibi inhabitat. Cur autē induis corpus corruptibile splendida & egregia veste, quę quidē illud nequaquā calefaciet? Sed terrestre corpus relinquite ipsius matri terrę, quandoquidem ex ea sine spiritu confectum est. Et illud sequitur vana gloria. Virū autē inclytum decent diuitiæ. Pauperi conuenit humilitas. Generosos quidem decet regnum, infimos autem militię cōsolatio, agnoscens consolationis gratiam.

Monumentum quasi reijcit.

Neque me in vestris deponite monumentis. Nam neque loculi vestrorum monumentorum ex meis me eripient captiuitatibus. Rationem autem habeo cum Deo meo habitare cū hospitibus: quandoquidem sum aduena, quemadmodum & illi. Cùm illis igitur quiescere me faciatis. Quia omnis caro, fratres mei, adhæret ei, cuius est particeps.

Vult in cœmeterio sepeliri. Et quilibet homo suo gaudet consorte. In cœmeterio (inquam) vbi iacent contriti corde, ibi me tumulate: vt quando Dei filius resurgere illos fecerit & reformauerit, cum illis me suscitari faciat.

Oratio ad Deum. Respice Domine ad humilitatē supplicationis meæ, & precor te, vt miserearis mei. Dignum me reddas vnigeniti filii Dei, neq; iuxta ea, quę in vita gessi, mihi retribuas. *Si enim iniquitatem obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit?* *Psal. 129.* si etiam secundum maiestatem tuam reddes nobis, quis in tuo iudicio misericordia dignus existimabitur? Etenim (vt ait scriptura) *quodlibet os obdurabitur, & totus mundus Deo fiet subditus.* *Rom. 3.* Non hoc dico, gratiā contemnens Dico enim ea, quæ scripta sunt clementissime Christe: Quæ vtilitas in sanguine meo, si in ignem ardentem mittor? Fac igitur mecum iuxta miserationes tuas. Et in hoc gratia tuæ dignosceretur pietatis Si verò totam iudicabis terram, sicut remuneratio tua manifesta, vnus non saluabitur ex millibus, & ex decem millibus duo non redimentur.

Obiectio. Quid igitur? Ego enim infœlix Ephrē præ dolore deficiens loquor. Sic aliquis afferens dicit, mortalium non fieri iudicium, sed æquabuntur iniusti & peccatores iustis & probis & veridicis: & humiles & boni, improbis & impijs.

Genes. 4. Non possunt hæc inter se adæquari. *Responsio.* Lux enim obfuscat tenebras. Qui enim fieri potest, vt iustus Abel & fratricida Cain adæquetur? Vt hoc euidentius fiat: Qui cohabitare faciet iustos & iniustos in eodem loco? Clamantes enim, intolerabiles dabunt voces. Precor te Saluator, ne exæques peccatores iustis, te oro probitatis fili: sed miserationes tuas extendere digneris super me, & super pauperes meos.

Miseratio Dei sola saluat. Quod igitur prius dixeram, dicam rursus, neque ab eo recedam. Quia nisi tuas super nos extēderis miserationes, nemo videbit vitam. De vno enim Deo omninò perhibetur, quod vnus sit bonus ex omnibus, qui mortali sortiti sunt corpus. Non autem quod sim peccator, hęc dico. Consueuit enim diuina scriptura ea, quæ a me dicta sunt, sparsim dicere. Quiesce ô Ephrem, angelus apprehēdes me, & redarguens, mihi dicit: Continua suspiria non tibi proderunt, quādo acres satellites ad te missi, non corrumpentur donis. Et asperè respondens, dicit ad me: *Os tuum obtura.* Nō enim consortes tui perditi sunt. Inter hominum generationes peccator omnes sibi similes esse existimat, & cæcus sibi ipsi similes existimat propinquos.

Accedite igitur ad me fratres, & componentes collocate me. Spiritus enim meus defecit fortiter. Et comitamini me psalmis & orationibus vestris, & assidue pro mea paruitate offerre dignemini: & cùm tricesimum diem compleuero, mei memoriam faciatis. Mortui enim beneficio afficiuntur in oblationibus recordationum sanctorum viuentium. *Nota quæ hic de oblationibus et die 30. dicuntur.*

Videtis exemplum ex particularibus Dei creaturis, veluti in fœtu vitis. Vua acerba in agro, & vinum quod in dolijs positum est. Quando igitur racemus in vite viget, tunc de statu suo mouebitur, quod est immobile in domo. Vinum mei simile intelligitur.

Cepa etiam quæ posita est in agro, cū tempore suo virescere inceperit, arida quæ est in domo, germinat Si igitur rerum fœtus sic inter se consentiunt, quanto magis mortui in memorijs vestrarum oblationum oblectantur? Etsi quis diceret, ô sapiens, redde rationem quare hoc ita naturaliter fiat: nosces teipsum esse quandam creaturarum in Dei primitiam, & nisi exemplum compertum habeas, nisi testem tibi adducam, patienter audi ea, quæ scripta sunt. Et si quidem volueris, prudenter suscipe ea quæ dicuntur. *Mortui in memorijs vestrarum oblationum.* *Deut. 33.*

Seruus

Seruus Dei Moyses in benedictionibus, Ruben ad tertiam vsque generationem nonne benedixit? Si igitur non redimuntur mortui, qua ratione benedixit Ruben Moyses? Et si non est resurrectionis memoria, audi quid Paulus dicat: Si prorsus mortui non resurgent, cur baptizantur pro mortuis? Qui enim erant sub lege, ad expectationem resurrectionis in mysterio occlusi detinebantur in fidem, quæ reuelanda erat. Sicut legistis, quod in oblationib. diuini cultus sacerdotes in lege mūdabant, & qui in bello in inquinationibus vulnerati, pleni actionibus orāt inquinati, ijs quæ scripta erant, tenebantur: Quomodo non magis noui testamenti sacerdotes Christi delere possunt, quum verisimiliter debita iam præterierint in sanctis oblationibus, & suarum precationibus linguarum.

1. Cor. 15. *Galat. 3.*

Quum autem ad memoriam faciendam accesseritis, cauete fratres, ne quis in sancta peccet, sed attentè, & reuerenter, & humiliter, & sanctè & purè inuigiletis. Non quia grauiori damnatione dignum existimatum sit peccatum, propter lubricam carnem commissum, suprà cætera. Siquidem sunt longè hoc grauiora. Sed hoc mihi impendet miserabile, nè quando pro memoria, honorum gratia pro vobis rationem reddam Deo meo. Fortasse etiam in iudicio objiciet mihi hoc: O Ephrem horum omnium author fuisti tu, vtpotè qui congregaueris eos ad lasciuiendum. Scriptum est enim: *Adulteros & mœchos iudicabit Deus.* Et quid dicemus in hoc, fratres mei charissimi? Quod anteà dixi timore detentus, & nunc dicam, quod scilicet quem Deus iudicabit, venia dignus existimatur. Iudicati autem à Domino corripimur, nè cum hoc mūdo iudicemur. Et hoc dicente Apostolo: Sicut enim parum fermēti totam massam corrumpit, sic malorum cogitatio diffusa, comburit totum corpus. Et quemadmodum ferri rubigo ipsum consumit, sic etiam ex hominibus peccatum perpetratum repugnat grauioribus eorum institutis & moribus, & perpetratum consumit corrumpens eos, qui ipsius adimpleuē re viam. Qui autem ipsum non perpetrauerit, est veluti permanens paradisus, & postquam manserit in quodam diuersorio, abit, simili modo moratum apud eum aliquandiu exilium recedet. Præterit enim hoc mortale corpus, & induit immortale & cæleste. Quando corruptionis periculum fecerit, tunc strenuè incorruptibile resurget, omnis corruptionis expers.

Memoria quomodo facienda. *Heb. 13.* *1. Cor. 11.*

Ecce clara & potens Ecclesiæ lucerna Paulus, ex vobis imbecilles his alloquitur verbis, & dicens asserit: Quod seminatur in corruptione, colligitur in incorruptione. Sed enim huc agite. Quod mihi relinquitur, discipuli, sitis benedicti in fortitudine boni pastoris, & magistri sancti D.N.I.C. qui quidem est Deus ex Deo. Et ego quamuis non sim vt Noe, vos tamen sitis benedicti, & efficiamini vt Sem & Iapheth. Et quamuis non sim ego Melchisedech, at vos efficiamini vt Abraham. Et quamuis non sim ego vt Isaac, vos tamen accedentes, sitis benedicti vt Iacob. Et quamuis non sim ego Moyses, vos sitis vt Iesus Naue. Et quamuis non sim ego vt Elias, petentes vos eum duplicem recipite spiritū, vt Elisæus petijt. Veniam autem ad vos, mei discipuli, vestri causa. Abba vir admirabilis, Christus magnificet monumentum tuum, & fiat persona tua prope angelos maiestatis Dei: Et fias similis magno Moysi, vt omnes inspicientes intelligant, quòd seruus es Dei electus. Et tu Abraham, quia libens adhæsisti mihi, Deus Abraham exaudiet te in orationibus & deprecationibus, & priusquā aperias os tuum, illud implebit sapientia & intellectu. Sicut dicit Propheta: *Aperi os tuum, & implebo illud.* Simeon, exaudiat te Deus, & in supernam ciuitatem egre-

Paulus Ecclesiæ lucerna. *1. Cor. 15.* *Benedicit.* *Gen. 9.* *Gen. 14.* *Gen. 27.* *Deut. 31.* *4. Reg. 2.* *Psal. 80.*

egrediaris. Impleatur eius Ecclesia, sicut poculum mixtum populorum non credentium in saluationem. Ingrediantur sponsæ in visionem tuam, inclusæ doctrinam tuam. Quarum quidem sponsæ sunt matres, clausæ verò in iugo aduersarij detinebantur. Cùm venisset autem Christus, has obscurauit, audientes à te parabolas prudentiæ, vt perciperent à te doctrinam vitæ Spiritus sancti. Consequentur à te salutem sapientium, & sicut sapiens medicus in parabola inopum, sic in creatura auditus tuas percurrat. Maras vir Galilæus, mansuetus non natura, sed libera voluntate, tanquam certans in spe Dei, in meis adiuuisti me passionib. Ipse igitur Deus reddat tibi mercedē tuam inter pios, quam accipies cum sanctis omnibus.

Maras laudatur.

Zenobius vir Ziparcus, vir exercitatus, inter fortes bellator, sermo tuus fiat tanquam ignis, & consumat iniquorum multitudinem. Et sicut flamma pertransiens syluas condensas, sic disciplina tua ipsos insequetur. Sapienter etiam doctus sis quamcunque Dei scientiam. Et vt Dauid illustris aduersus sceleratum Goliath declaratus est, tu etiam parta victoria vinces errātium animas. Induere armaturam sanctorum, galeam spem salutis, forte scutum sanctorum, quæ sanctorum armatura, est Spiritus sanctus, & ipsorum roboris galea, est digitus Dei: sit tibi comes & auxilium, quod nunquam in aliqua re deficiat.

Zenobius item.

1. Reg. 17.

Væ tibi Apollo, mater tua ex mulieribus maledicta. Væ ventri, qui te peperit, quia perditionis omnium hæresum factus es particeps, & quamlibet extremitatum ingredieris ianuam. Opera sunt enim cuiuslibet laboris tui. Denudatus, proiectus factus es à gratia, tanquam Iudas proditor, & ex omnibus ipsius studijs confusus. Colūna enim huius sedes est, quam dereliquisti. Horribilem autem finem ostendet in corpore tuo ipse, qui cœlum sustinet, & in quo quidem cuiuscunq; creaturæ natura posita est. Nam quælibet natura in ipso fundata est, mare & eius plenitudo. Confisus es etiam in arundine fracta, derelinquens Christi baculum, quod infirmos consolidat, & quamlibet medicatur passionem, & animarum, & corporum.

Apollo maledicitur hæreticus.

Igitur vir perdite, quia voluisti congregationes Dei Ecclesiarum, à Spiritu sanctissimo congregatarum, perdere ex ea, quæ sub cælo est, extinguetur memoria tua, & non inuenietur in libro viuentium. Quia dereliquisti vinum vitæ, hoc est, sanguinem Christi, & panem cælestem, hoc est, corpus Dei & Saluatoris nostri, & comedisti cibos victimarum fœdatarum, & bibisti fęcem peccatorum, fel turbidum.

Verbum Dei, & filius Patris, in quem os tuum impium insultauit, subtili inquisitione exquirat à teipso exprobrationem in se factam, & similiter ab omnibus hæresib. Arrianis inquam, & Manichæis, & Catharis, & Ophitis, Marcionistis, Eunomianis, & Euchitis, & Cauchitis, & Paulianis, & Vitalianis, & impuris Borianis, & ab omnibus reliquis nefandis, qui lignis & lapidib. sacrificant, & soli, & lunæ, & augures, & astronomi, qui segregati sunt diuersimode aduersus diuinam Maiestatem æternæ Trinitatis, Patris & Filij, & Spiritus sancti.

Benedictus qui elegit Catholicam ipsius Ecclesiā, veluti S. Agnam, quam lupus depopulator non contriuit, & immaculatam colūbam, quam nūquam apprehendit insequens opprimēdi causa, & cò cucurrit venator accipiter. Nam poculū in manu Domini est vini fœculenti: & ex eo bibunt omnes apostatæ Christi, diuisores Sanctæ & omni principio carētis Trinitatis, & veritatis hostes. Iudæorū, inquam genus, cùm bibissent euomuerunt, & immaniter imperiū fece-

Ecclesia Catholica.

Psal. 74.

Hæretici apostatæ Christi.

fecerunt aduersus Saluatorem nostrum Christum. Et nihil mirum. Siquidem rabidus canis, quum furore percitus est, proprium mordet Dominum. Nos verò glorificabimus exaltatū Deum omniū, cui appropinquare nequeunt apostatarum germina. Nam si illis fuisset aliqua opinionis ratio, quod in cælum ascēdere possent peccatores omnino dissentientes, ibi etiam discordiam disseminassent in domo pietatis in cælestibus tabernaculis: quemadmodum priscis temporibus horū Maiores in Chalanes, turris ædificatione, omni studio in cælum ascendere contenderunt & à gratia repulsi sunt, ignari quid agerēt, ac frustrà iniquè agentes, posteaquā in composita separatione diuisæ sunt omnium eorū linguæ. Si igitur eos, qui hoc facinus ausi sunt, tam vehemēter inuasit calamitas volētes ascendere in chorum cælestium sanctorum & vigilātium diuersorum, & merces eorum sic manifeste in eorum capita recidit: quanto grauiore supplicio digni iudicabuntur, fratres, qui Apostasiæ separationem cogitāt dissemināre in cordibus hominum, aduersus Deum Patrem, & Spiritum sanctum. *Gen. 11.*

Exhortatio ad fidem Catholicam Mea igitur præcepta consideratote discipuli mei, & nè a Catholica defeciscatis fide, quam & ego à pueritia acceptam, immobilē seruaui, neq; ab illa deflectamini in aliquo schismate. Si quis autem dubitauerit, & separatus fuerit cōtra Deum, & sanctam eius Ecclesiam, spirans & viuus in inferno detrudatur: particeps etiā hęreditaris maledictionis Cain, gemens super terrā & tremens erit. Et quicunq; patre filium minorem fecerit, inhumatus & ipse pariter in terram descendat. *Gen. 4.*

Qui verò dissenserit aduersus Spiritū sanctum, hic in iudicio misericordiam non consequatur. Et si quis separatus fuerit aduersus Catholicam Ecclesiam, leprosus fiat, haud secùs ac fuit ille Giezi. Quicunq; reliquerit rectam fidē, suspēdatur iniquitatis funiculo proditoris Iudæ. Et quam ego noui fidem, hanc accepi ab Apostolis sanctis, hanc didici, & ipsi cum hanc à Deo percepissent, omni creaturæ prædicarunt. Intolerabilis igitur & cauenda iniquitas est, in Deum blasphemiis, cuius estis, fugite ò mei discipuli. In Deum enim proterius apostasiam prædicatis, qui blasphemat, vtpotè euertens fundamentum verbi Dei. Nos graui mole oppressi, erigere nos non possumus sub ea, quæ serui est carne, veluti sub pædagogo constituti. *4. Reg. 5.* *Fides Catholica vnde.*

Ne igitur addamus nobismetipsis peccata propter iniquitates nostras. Expectationem autem habeo spei in hoc, & consolationem coram Domino, quòd nunquam in tota vita mea Dominū maledictis incessi, & sermo stultus nō exijt ex labijs meis. Qui enim oderunt te Domine, perfectè odio habui, & inimicos tuos prorsus abominatus sum. Eorum quæ dico, fratres, memoriam infigite in cordibus vestris. Nam eorum mihi ab initio author extitit Deus. Et hoc opus in Deū agricolationis vobis esto, vt vigilias assiduè, cantusq; & ieiunia, & fidē diligatis: Speretis atq; expectetis Dominū omnium, & Saluatorem nostrum Christum. *Contra loquaces stultos.* *Psal. 138.*

Habere nos oportet præterea hospitū suscipiendorū curā. Nam qui peregrinū suscipit, prorsus is Deū ipsum suscipit. Videte nè quis peregrinū hic appellet. Sed singuli ex vobis, potius estote proprium alter alterius membrum. Et estote maximè in fide constantes, cauentes ab aduersarijs, ab ijs inquam qui contraria vobis operatur, vaniloquis & deceptoribus. Quod quidē Apostolus etiam docere non neglexit, sic dicens. *Scio enim, quod post discessum meum venient ad vos lupi graues, non parcentes gregi, loquentes peruersa, vt auellāt discipulos post se.* Et alio in loco: *Qui veniunt ad vos in vestimentis ouiū, cùm sint ipsi lupi rapaces: verba quidē dulcia habētes, cor autē plenū felle & amaritudine.* Et veste quidem induti lugubri, *Hospitalitas sectāda* *Act. 20.* *Matth. 7.*

Matt.13. gubii, cùm sint ipsi discipuli ab initio decipientis nos diaboli. Quapropter & illius sunt zizaniorum semina.

Omni igitur cauentes diligentia fugite horum consuetudinem. Hoc autem perspicuum do vobis exemplum, quod vos etiam scitis: Quod quilibet peregrinus si stans inuentus fuerit in loco regio, licèt nihil mali visus fuerit perpetrasse, nihilominus vt temerarius malè plectetur. & in iudicium ductus, correptione corripietur illa, quę est secundùm leges, tanquam peregrinus huiuscemodi loci. Ne igitur stetis in consessu vanitatis eorum, & ne inuestigetis viam cogitationis eorum. Nihil enim interest, vtrum cum dæmone quis habitet, an cum viro inconstanti & iniquo. Vocitus enim in contubernium dæmon timens aufugiet, eo quòd non possit manere, vbi Christus contra illum nominatur. *Vitandi hæretici.*

Tu verò ô homo, cùm foris in Christi corpore sis, si intus etiam in spiritu eius es, perfectus homo es Dei. Quoniam vir qui non accepit baptisma, similis est cuidam domui paratæ Regi, quam neutiquam habitauit Rex. At si adiuraueris iniquum & infidelem, dupliciter hic vtetur sua malitia, neque de insania sua quicquam remittet. *Nota.* Adiurari autem potius possunt scelesti dæmones, quam persuaderi iniquitatis filij. Siquidem *Luc.4.* dæmones fatentur: *Tu es Christus filius Dei.* *Matth.8.* Et vide obstinatos & amaros eorum mores *Luc.8.* Princeps apostasiæ eorum exclamat & dicit: *Quid nobis & tibi Iesu fili Dei?* Et ipsi negant assiduè. Si ergo fieri potest, vt sterilis salix in loco arido germinet, fieri etiam potest, vt apostata aliquádo erudiatur. Consilia enim mentis elatæ suo loco humiliabuntur, quemadmodum Prophetæ Isaiæ videtur dicenti: *Isa.40.* *Omnis mons & collis humiliabitur.* & erunt praua in directa, & aspera in vias planas.

Si igitur sterilis salix germinabit vnquam, propheticus etiam sermo confirmabitur vobis. Et ijs plura contingent, Et accedent sponte iniusti ad discendam veritatem. Sicut verò coruus albus nunquam fiet, ac si is inalbuerit, malus etiam efficietur bonus, & accedens quod rectum est discet. Euenit autem aliquando, vt hyberno tempore cadente niue, aliquandiu candens apparuerit coruus, tametsi suapte natura is niger esset. Cæterum vbi se ad volatum incitauit, tota à se niue excussa, eodem quo prius colore apparuit. Similes huic sunt peccatores, cum enim ad breue tempus compuncti ostenderint pœnitentiæ temporariæ fructus, territi ex comminatione futuri iudicij, propterea quod in proposito stabiles non permanserint, haud ita multo post omnium obliti, in pristinum suorum vitiorum detrahuntur locum. *Peccatores coruo comparantur.*

Audite præcepta mea discipuli, eaque assidue memoria tenete. Neque excedatis à via veritatis, neq; monita mea fugiatis. Quum autem bella audieritis, & tumultus in creatura, scitote, quod in ianuis adest. Et spem vestram constanter retinete. Scriptum est enim, fore vt omnia fiant, quæ in ea scripta sunt. *Cælum enim* (inquit) *& terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* *Luc.21.* *Matth.5.* Iota quoque vnum, atq; vnus apex de lege præterire non poterit: Quemadmodum magister noster iurauit per semetipsum, & dixit. Scitis autem eum veracem esse, & nunquam mentiri. Vt igitur astare valeamus ipsi immutabili iustæ sententiæ iudici, operam demus, vt nosmetipsos per bona opera in patientia confirmemus.

Interim autem dum hæc cum lachrymis præciperet & mandaret beatus vir, & vniuersa ciuitatis multitudo circumstaret ac fleret, mulier quædam nomine Lamprotate, filia magni Aristidæ, summota hinc inde turba virorum & mulierum,

Vides sanctorum reliquias esse venerabiles.

lierum, procidit, & ait illi: *Per Deum tuũ, quem à iuuentute tua ad senectutem vsque dilexisti, permitte mihi ancillæ tuæ, vt minutum loculum, quemadmodum mandando adiurasti nos, faciam, atque in eo venerabiles tuas reliquias reponam.* Porrò ille probato illius propositi feruore, dixit ad illam: *Mulier, vade: fac quemadmodum statuisti. Et alias hoc volentes facere, nè impedias. Ex marmore autem caue, nè mihi facias monumentum. Nihil enim mihi prodeit vana gloria.*

Mandatum autem hoc grauissimum mando tibi, quod vide vt serues. Ne sedeas omninò in lecticis. Neque enim pium vel fas est, vt homo ceruicem ad lecticam reclinet, & satellites circumferant super humeris perniciosum nebis & mortis authorem. Siquidem Christum, ad cuius adoratione venis, ipsum iugo subijcis. Nunquid non audisti & legisti, quòd cuiuslibet viri caput est Christus? Et cùm quid alicui metiris, memento resurrectionis, & actionum nostrarum retributionem fore nobis à Deo. In qua enim quis metietur mensura, eadem remetietur illi. Fortè & ipsum Deum audisti dicentem: *Quemlibet iuxta vias vestras iudicabo vos, & secundùm studia vestra, domus Israel, dicit, Viuo ego, dicit Dominus.*

1.Cor.11.

Matth.7
Ezech.18.

Tunc iurauit puella coram circumstante populo, dicẽs. Per Deum, cui constanter seruiuisti à iuuentute tua ad senectutem vsque, in posterum nõ ingrediar lecticam, & non subibit homo gestaturus lecticam meam. Quòd si mentita fuero, veniat romphæa resolutionis in illa hora in iuuẽtute mea, & in æternum ignem gehennæ portio mea cum iniquis computetur. Et si mandata tua transgressa fuero, in exemplum ostendar coram Christi Ecclesia.

Beatus vir respondens, dixit ad illam: O filia, antequam moriar benedicam tibi secundum desiderium tuum. Non deficiat ex semine tuo sanctorũ doctrina vsq; in sæcula. Cùm venerit Christus ad mutandum cœlum & terram, ipse inscribet memoriam tuam in libris viuẽtium in regno cælorum. Et pax Dei, quæ sanctos coronat sertis immaculatis, præmium tribuat tibi. Quoniam Deo & Patri gloria, & Filio adoratio, & S. Spiritui maiestas ante omnia sæcula, & nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

In funere summi Pontificis.

Pater noster mortuus est.
Num. 27.

VIs amoris, hominibus est causa doloris. Quia quanto quis plus quod habet, diligit, tanto de eius amissione plus dolet. Ita pater plus vnigenitum luget, quàm si plures haberet. Dauid amarè plorauit Ionathan, quem multum diligebat. 2. Reg. 1. *Doleo super te frater mi Ionatha, decore nimis & amabilis super amorem mulierum. Sicut mater vnicum diligit filium suũ, ita te diligebam.* Ier. 6. *Luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum.* Vnde amor est causa doloris. Et filij debent patrem amare naturaliter. Mal. 1. *Si ego pater, vbi est amor meus,* sc. quo me debes diligere: ideò & dolere filius patrem. Quoad patrẽ carnalem dolendum legitur, Gen. 50. Mortuo Iacob in Aegypto fleuerũt eum filij eius, simul cum Aegyptijs 70. diebus, & in exequijs suis in terra Chanaan, vbi sepultus est, planxerũt cum ploratu magno septem diebus. Quoad patrem spiritualem exemplo Moysi vel Aarõ, quia fleuerunt filij Israël mortem Moysi in cãpestribus Moab 30. dieb. & Deut. vlt. & in morte Aarõ qui erat summus sacerdos & pater spiritualis, Num. 20. Fleuit eam omnis multitudo filiorũ Israel 30. dieb. Ex verbis allegatis excitamur ad

Luctus vnigeniti

Pater amandus.

Pater carnalis in morte dolendus. Iacob.

Moyses & Aaron.

effectum amoris, quia dic. *Pater noster*, & ad dolorem, *quia mortuum est*.

Papa pater patrum. Tanta autem est excellentia dignitatis in Pontifice SS. Catholicæ Romanæ Ecclesiæ, quod nō solum pater vocatur, sed Papa, quasi pater patrum. Quia Dei vicarius est, *à quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur*. Eph. 3. Et quia Papæ paternitas non est per carnalem generationem, sed per Prælationis iurisdictionem, illorū Papa propriè dicitur pater, quia eius iurisdictioni subduntur, scil. eorum qui sunt de Ecclesia Iesu Christi. Sicut ergo Abrahā pater generalis fuit totius populi Israelitici, ita Papa pater est generalis, sed tamen specialiter populi Christiani, qui fuit in ipso populo Israëlitico figuratus. Ideò talis Pontifex dicere potest illud Ierem. 31. *Factus sum Israeli pater*. *Simile de patre carnali.* Sicut enim ad patrem carnalem pertinet cura totius familiæ & dispensatio rerum domesticarum, ita ad Papam pertinet cura totius Ecclesiæ, & dispēsatio Ecclesiasticarum rerum. Dicit autem primo, *Factus sum*, sc. ex inspiratione diuina. Vtinam & nunc fierent non vi, non metu, non largitionibus, & viri boni, viri timorati, vt de tali electo possit dici illud Gen, 2. *Spirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem*, sc. *Collegium Cardinaliū dicitur Facies.* Spirauit Deus in faciem eius sc. Ecclesiæ, sc. in Collegium electorum summi Pontificis, sc. Cardinalium, quorum collegium rectè facies dicitur, ex eo quod facies est eminentior & nobilior pars corporis, & sic pars eminentior Ecclesiæ, & etiā nobilior est ipsum collegium Cardinalium. Vnde in ista facie debet esse visus prouidentiæ, auditus obedientiæ, olfactus prudentiæ, os eloquentiæ, dentes iustitiæ, & gustus sapientiæ. Debet etiam esse hæc facies munda à macula auaritiæ, luxuriæ, & superbiæ, alioquin dicitur: *Faciem tuam laus*. Nec dubium, quando si facies hæc munda esset, quòd susciperet ad eligendum bonum pastorem & idoneū à Deo spiraculum vitæ, ita quòd fieret pastor, qui esset homo in animam viuentem, qui esset homo, non brutum per insipientiam, & habens animam, scil conscientiam, & esset viuens non mortuus. Secundò, per Israëlem signatur Ecclesia militans, & primo ratione pugnæ. *Israël significat Ecclesiam militantem.* Hoc enim nomen Israël impositum fuit Iacob post luctam & victoriam, quam habuit in itinere de Angelo, quando dic. *1. Ratione pugnæ.* Gen. 32. *Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel. Quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra Deum præualebis.* Et in hac lucta & victoria figuratur impugnatio, quam debebat habere populus Israël, ne ingrederetur terram promissionis, & etiam victoria, quam debebat contra hostes habere. Et vlterius figurabatur in hoc impugnatio Ecclesiæ Christi, & victoria de inimicis. Exod. 17. *Venit Amalech, & pugnauit contra Israel*, &c. Secundo, ratione victoriæ, quia solis fidelibus *2. Ratione victoriæ.* in Ecclesia data sunt arma potentia ad expugnandum & vincendum diabolum & peccatum. Figurā habes de Moyse, Exod. 17. Tertiò, ratione hæreditatis promissæ. Deinde nota, quia pater est, ad quem spectat cura omnis & dispēsatio. *Paternitas 3. importat Prioritatem.* Paternitas tria importat, Prioritatem sc. vt quia prior ordine, etiam præcedat exemplo, & ostendat cuius filius sit & nos erimus. Deinde vnitatem, quia *Vnitatem.* vnus pater potest bene habere plures filios, sed vnus filius non potest habere plures patres. Tertiò, communicabilitatem. *Communicabilitatem.* Sū Pontifex etiam spirituale & virtuosum, quod in se habere debet, etiam filijs suis & subditis communicare debet per doctrinam & bona exempla, prouidere pauperibus de necessarijs, sicut B. Greg. vt possint dicere illud Iob 29. *Pater eram pauperū*. Secūdo dicitur, *Noster*, *Pater noster prælatione, affectione, humilitatis subiectione.* propter affectū charitatis ad nos: vt verè possimus dicere illud Isa. 63. *Tu enim pater noster es*, sc. Pater prælatione, noster affectione, & etiam humilitatis subiectione, Deut. 32. *Ipse est pater tuus, qui posse-*

ditio, sc. iure Prælaturæ: Ergo illi obediẽdum magis quàm carnali. Heb. 11. Patres carnis nostræ habuimus eruditores, & obediebamus, vel reuerebamur eos. Et noster ex speciali affectione: at quia amicus noster dormit, Ioan. 11. scil. dormitione mortis, non obliuiscamur illius. Tertiò, *Mortuus est*: ecce defectus corruptibilitatis: sed quia mors non est appetibilis, nisi quantum perducit ad vitam æternam, sicut nec medicina amara, nisi quantum ad sanitatem consequendam, ideò potest nobis dicere illud Galat. 3. *Mortuus sum, vt ego viuam*. Et ex morte consecutus est triplicem libertatem. Primò, à peccato, à quo non ampliùs poterit maculari. Secundò, à mundo, vt de cætero non possit ab eius prosperitate decipi, vel ab eius aduersitate turbari. Mutabilitas enim & varietas naturæ, sicut est in mundo, ita & fortunæ. Tertiò, à prauorum consortio. Vltimò, vt Deo viuam. Mundo enim mortuus est, & *mors illi vltrà non dominabitur*. Rom. 6. Et vita beata est, quam habet in Deo. Abacuc 3. *Ego autem in Domino gaudebo*, sc. gaudio interiori videndo diuinitatem, & exultabo in Deo Iesu meo, sc. exultatione etiam exteriori, videndo Iesu humanitatem. Sicut autem habet excellentiam magnam & potestatem in terris, ita habet rationem magnam reddendam de animabus sibi commissis, & de tota dispensatione, & erit illi gloriosum iucundumque, quando dicere poterit, hanc & illam gentem, hoc & illud regnum seruaui, hæreses exterminaui, simoniam omnem actiuè & passiuè caui, nepotes meos non promoui ex affectu sanguinis. Dic. cum Psalm. *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero*. Et vbi omnia rectè administrauerit, audiet Christum hilariter dicentem: *Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, suprà multa te constituam. Intra in gaudium Domini tui.*

Mors defectus corruptibilitatis.

Libertas triplex ex morte.

In funere Papæ.

Summus Pontifex de Ierusalem venit in Bethuliam. Iudith 15.

QVando sol recedit à nostro hæmisphærio relinquit tenebras. Sed descendens ad locum oppositum inducit lucem, & ita occubitus solis, licet in diuersis locis & lumen facit & tenebras. Ita rectè præsens transitus mortis sanctissimi patris nostri summi Pontificis, qui est occubitus eius, hodie repræsentatur. Ipse enim velut sol noster in cœlo, siue in culmine Ecclesiæ militantis constitutus, non nobis tantùm, sed etiam toti SS. Catholicæ Ecclesiæ tam scientiæ, quàm gratiæ lumine præfulgebat. Qui licet nobis propter suum discessum magnas tristitiæ tenebras offudit, ipse tamen ad lumen vitæ atque fruitionem transijt lætitiæ sempiternæ. In quo etiam fœlix transitus eius ascensioni Saluatoris nostri assimilari potuit, qui licet ratione recessus, suis quos relinquebat Apostolis, fuerit luctuosa, cùm viderunt, vt dic. S. Bernardus, Dominum à se tolli, & tolli in aëra, eratque dolor nimius, cùm videbant illum, propter quem reliquerant omnia, à suis conspectibus tolli, vt non possent, ablato sponso filij sponsi non lugere. Timor verò, quia orphani relinquebantur in medio Iudæorum. Veruntamen si considerassent tum rectius Apostoli, quòd ad paternæ gloriæ dextram conscendebat, vnde inde omnes aduersarij sui subderentur scabello, securitatis gaudijque materiam inuenissent: prout ipse dixit eis Ioan. decimoquarto, *Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem.* Sic etiam transitus

Lux & tenebræ vnde

Papa sol.

Papæ mors ascensioni Christi comparatur.

Bernard.

situs beatissimi patris nostri, licet resp ectu nostri, quos reliquit, sit pluriminum luctuosus, respectu tamē sui, qui ad fœlicem vitam transijt, potest esse plenus gaudio, quod figuratur in verbis allegatis, quod de Ecclesia militāte profectus sit ad triumphantem. Dignitas ipsius elucet ex hoc verbo Summus, & verè est respectu Christianorum & potentum, siue iurisdictionum respectu. Respectu enim Prælatorum est vertex & caput omnium, quocunq; nomine censeantur. Ioan. 1. dixit Dominus Petro, cuius vicem summus Pontifex gerit, *Tu vocaberis Cephas*, quod vocatur Caput. Et sicut Petrus est caput omnium Apostolorū, ita Papa caput omnium prælatorum, cui debent esse, sicut membra capiti: & solius voci obediendum, si etiam S. Petrus aut Paulus viueret, scil. quoad administrationem. Secundò, Summus est respectu Christianorum, quia omnes illi subsunt, ille nemini saltem ratione peccati. Vnde Dominus dixit Petro, & Petro in successoribus suis. *Quodcunque ligaueris super terram*, &c. Tertiò, Respectu potestatum siue iurisdictionū. Nam ille maior est in dignitate, qui vniuersalior est in potestate sicut sol habet vniuersaliorem potestatem, quàm luna, ita etiā habet naturam digniorem & altiorē, vnde in altiori loco positus, quia ordo situū correspondet ordini naturarū: sic est de Papa, qui habet in spiritualib. & temporalib. at in temporalibus dūtaxat Imperator potestatem & gladium. Ad talem dignitatem peruenit defunctus Pōtifex noster, vt ad ipsum referri possit, quod dicitur 1. Mach. 14. Consenserunt eum esse summum sacerdotem, & vt constitueret præpositos. Consenserunt, ecce legitima electio per veros & legitimos electores, & sine muneribus, aliàs esset simonia: & de tali electo vel eligentibus dicit Dominus, Leuit. 20. Succidam ipsum & omnes qui consenserunt. Item elegerunt vnanimiter, ne esset pertinax

Papæ dignitas, quia est vertex & caput omniū Christianorum, & 1. summus.

2. *Summus.*

discordia. Ps. 54. *In domo Dei ambulauimus cum consensu*, sc. liberali, concordi & prudenti.

Præterea status præteritus commendatur Sanctissimi ex præterita prælatione, quia constat fuisse eum summum sacerdotem. Sacerdotes autem dicuntur, quasi sacra dantes, id est, dispensantes. Sunt enim dispēsatores sacramentorū. Vnde & ille, qui est principalis & summus sacramentorū dispensator, hic dicitur summus sacerdos, & hic inter fideles est vnus tantū, sc. Papa, quodámodo maior homine, minor aūt Deo. Et ille est habens plenitudinē potestatis, alij verò partem sollicitudinis. Et sibi sunt reseruata in in omni sacramentorū genere aliqua, ad quæ nulla aliorū sacerdotū potestas se extendit aliquatenus, sicut & in sacris mysterijs fidei, cuius determinatio ad solum spectat Papē, & in sacris operibus, vt sunt vota: in quibus omnibus Papa dispēsat, & canonizat sanctos. Sed videte mutationem mirabilē, quia iste heri viuēs erat summus, hodie mortuus factus est infimus, & qui heri regebat orbem, hodie factus est, vt redigatur in puluerem vilissimum. Commēdatur itē præsulatus illius ex prouida gubernatiōe, quia prouidè electus est ad summum Pontificatum, vt esset illi cura pro sanctis, vt cōstitueret præpositos. Quia enim salus populorum fideliū ex manu Ecclesiarum dependet, seu ministrorum Ecclesiæ, & ministrorum salus ex sufficientia prælatorum, ideò summo Pontifici specialior cura debet esse de sanctis, sc. de clericis & ministris Ecclesiæ, qui sancti esse debent: Quia ipsi specialiter sunt electi, vt diuinis sint mācipati officijs. Ita dicitur de leuitis, qui clericorum figuram gerebant. Num. 16. *Sanctos applicabit sibi, & quos elegerit, appropinquabunt ei.* Itaque non immundos, simoniacos, &c. Debet etiā eidem summo Pontifici specialior cura esse ad præpositos scil. Episcopos, de quibus 1. Tim. 3. *Oportet Episco-*

Status præteritus Sāctissimi ex præterita prælatione.

Sacerdotes sacra dātes

Papa maior homine, minor Deo.

Papæ potestas.

Mutatio viui & mortui.

Pōtificatus cōmendatur ex illius prouida gubernatione.

Episcopum esse modestum, &c. ne dicatur, quod 1. Esdræ 8. *Præpositi & Magistri erant participes iniquitatis.* Sed potius quod Isai. 60. *Ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos iustitiam: non audietur vltra iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis.* Officium ipsius laudatur, quia Pontifex fuit & Pontificatus requirit omnē sanctitatem. Quia omne agens agit sibi simile. & quod in naturalib. videtur esse necessitatis, in moralibus & spiritualibus est congruitatis. Licet enim sacerdos immundus peccatores potest mundare, adhibendo sacramenta quæ mundant vt est Baptismus & pœnitētia quæ non in virtute sacerdotis immundi, sed ex virtute Dei, qui mundissimus est, habent purificare: ex debito tamē congruitatis est, vt studeat ipse mundus esse, qui alios debet mundare, alioquin peccat mortaliter, dum actum sibi incongruū agere præsumit. Et ideò congruum est, vt Pontifex, qui alios habet consecrare, & sanctificare, sit ipse sanctus perfectè. Ita Hebr. 7. dicitur: *Talis decebat, vt nobis esset pontifex sanctus* scil in mente, *innocens*, scil. in opere, *impollutus*, scil in carne, *segregatus à peccatoribus*, ex munda conuersatione. Transitus fœlicitatis consistit in termino recessus. Primò, qui fuit Hierusalem, per quem præsens Ecclesia, designatur. Primò ratione veritatis: quia veritas fidei non inuenitur extra Ecclesiam Catholicam Zach. 13. *Vocabitur Hierusalem ciuitas veritatis*: quæ veritas introducta est per sanctorum Apostolorum doctrinam. Acto. 5. *Repleſtis Hierusalem doctrina vestra.* Secundò ratione sanctitatis, quia sacramenta per quæ homo purificari debet, nō sunt nisi in Ecclesia Christi. Apoc. 21. *Vidi Hierusalem ciuitatem sanctam*, &c. Tertiò ratione libertatis: quia *qui peccatū facit, seruus est peccati*, & alterius seruus diaboli: Vnde expulso peccato, fit liber homo ab vtraque seruitute. Sed non sunt remedia ad expellenda peccata, nisi in Ecclesia Christi: In hac ergò habebat Pontifex noster summam potestatem. Eccles. 24. *In Hierusalem potestas mea.* Sed videte, ista potestas non diu durauit, quia *omnis potentatus, vita breuis*. Eccl. 10. & nunc ex toto per mortem annihilata est, quantum ad honores, diuitias, delitias & quia primò videbatur habere omnium potestatem, nullam habuit contra mortem. Eccl. 8. *Non est in hominis ditione prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec sinitur quiescere ingruente bello, neque saluabit impietas impium* Motus medius: quia Venit. Nos videmus in igne, quod durante materia combustibili durat ardor eius & flammæ splendor, sed deficiente materia & ardore deficit lumen & splendor. Sic fuit in isto patre nostro, quia durante valetudine corporis & vita splendebat toti mundo gloria & honore, nunc autem de corpore extincta vita corporali, omnis splendor deficit pariter gloriæ mundanæ. Ezech. 7. *Finis venit, finis venit*, scil. vitę & mundanæ gloriæ. Sed quia homo ignorat finē suum, sc mortis suæ tempus, ideo frequenter mors ex insperato superuenit, & imparatum deducit ad loca inferni. Thess. 5 *Dies Domini sicut fur in nocte ita veniet.* Terminus accessus vltimò tangitur in Bethuliam, quæ secundum Hieronymum interpretatur, *Domus dolens Domino*, & quātum ad hoc significat locum pœnalem purgatorij: quia qui ibi sunt, in doloribus quippe sunt, quamdiu sint purgati; vt doleat de pœnitentia hic non completa & satisfaciat Domino. Sed secura est tandem venire ad vitam æternam. Iterum secundum Hieronymum Bethulia interpretatur *Manens in Deo*, & quantum ad hoc notat statum beatorum, qui semper manent in Deo eius visione beatissima perfruentes. 1. Ioan. 2. *Vos in filio & patre manebitis.* Iudit. 15. *Hi qui victores extiterant, reuersi sunt in Bethuliam*, sc. vitam æternam.

Pontificis officium quia sāctū.

Transitus fœlicitatis in quo consistat.

Motus medius.

Terminus accessus. Hierony.

Hieronymus.

Nota: quod summus Pōtifex accepit simul cælestis & terreni imperij iura.

Et tandem huius orbis dispositio dirigitur ad instar cælestis monarchiæ, cui vnus præsidet, & hic in terris est de quo Sapiens: *Ecce sacerdos magnus, qui in tempore iracundiæ factus est reconciliatio* Et tanto fœlicior est, quanto alios fœliciores potest facere. Sed eorum miseria non est parua propter detractores, quos etiam Gregor. magnus habuit, propter rationem reddendam & quia à quiete ad labores ascenderunt, magis descendisse videntur, dum sibi nõ satisfaciunt: Interdũ & indignos promouent, & ingratos habent hæredes. Et liber esse nequit, qui seruus esse maluit. Et quod vltimũ est, quia breui moriuntur. Exaltatus citò, consummatus in breui expleuit tempora multa, scil. quibus viuere debebat. Et per hoc despiciendam vitæ tempora lis gloriam consideret. Et arbor humani generis, dum cacumen & verticem suum tam facilè corruisse conspicit, flatu concussa formidinis, in suis vndique ramusculis considerat. Aduerte tamen, quod quolibet rege defuncto, solum regnum eius destituatur administratione. Cùm verò sedis Apostolicæ Pontifex moritur, vniuersus veluti communi patre mundus orbatur, & ita eius obitus magis latè quàm regum diffunditur, sicut si sol eclipsin patitur, tenebras totus mundus sentit. Et sacerdotium incepit à Melchisedech, dominium verò temporale à Moyse, ergò illud antiquius. Sicut aurum excellit plumbum, sic authoritas Papæ Imperialem. Sicut sol dicitur pater omnium planetarum & Dominus, ita Papa pater omnium dignitatum. Et sicut luna recipit lumen à sole, ita Imperialis dignitas à Papa. Hæc in laudem Pontificis.

Gregor. habuit detractores.

Pontifices citò moriuntur.

Ratio inter mortem regis & Pontificis.

Genes. 4. Sacerdotiũ vbi incepit

In funere Cardinalis.

Vidi Dominum stantem super altare, & dixit: Percute cardinem, & commoueantur superliminaria. Amos 9.

Videntes Philisthæi, quod mortuus esset fortissimus eorum Goliath, fugerũt, 1. Reg. 17. Et cap. 31. *videntes filij Israel, qui erant trans vallem, & trans Iordanem, quòd mortuus esset Saul, & tres filij eius, reliquerunt ciuitates suas, & fugerunt.* Hoc est, quòd quando fortiores, & meliores prosternuntur, nec valent resistere hostibus, alij terrentur & fugiunt. Constat autem, quod post summum Pontificem, potentiores & maiores sunt in Romana Ecclesia Cardinales: ideò quando quis illorum moritur, velit, nolit, eijcitur ab omni gloria sua, nec morti resistere potest, quin priuet eum capello: Inferiores prælati commoueri debent ad compunctionem, ad fugam peccati, ad contemptum mundi, ad præparationem sui: Et hoc figuratè in verbis allegatis dicitur. *Percute*, scil. morti dicit, sc. fecit vt percuteret, quia Dei dicere est facere, Cardinem, sc. cardinalem, & commoueantur superliminaria, scil. cæteri Prælati. De isto Cardinali ergò quatuor dicuntur. Primum officium sanctitatis, quod est circa ministerium altaris deseruire. Et quale sit ostendit. Psal. 25. dic. *Lauabo inter innocentes*, &c. *vt audiam vocem laudis*, Primò, Quales debent esse in operatione, scil. vt habeant opera mũda. *Lauabo manus meas*, sc. pœnitendo & cõfitendo si inquinẽtur & maximè caueant sibi à Simonia Isai. 33. *Qui proijcit auaritiã ex calumnia, excutit manus suas ab omni munere.* Sequitur, *Hic in excelsis habitabit.* Secundò, In conuersatione. Quia inter innocentes debet cõuersari. & nõ inter malos familiares, cõsiliarios deceptores, blandientes, &c. Ps. *Cũ sancto sanctus.*

Fortioribus fugatis timent alij.

Cardinaliũ dignitas.

Cardinales quales debent esse in operatiõe. 1.

2 *Cõuersatiõe*

3 sanctus eris, &c. Tertiò, In interiori com-
In interiori compositione. positione. *Circundabo altare tuum*, sc. de in-
teriori altari cordis intellige, quia de-
bet circundari, sc. ornari virtutibus va-
rijs, Psal. *Astitit regina à dextris tuis.* alioquin
4 non dignè ministraret ad altare Christi
In Dei veneratione. exterius. Quarto, In Dei veneratione,
Vt audiam vocem laudis tuæ, non meæ, non
mulierum, cantilenarum mundanarũ,
&c. Sed Psal. 123. *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.* Et Psal.
5 118. *Septies in die laudem dixi tibi.* Quintò, In
In prædicatione. prędicatione, *Et enarrem vniuersa mirab.* sc.
prædicando verba, & opera Dei quę sũt
mirabilia. Psal 18. *Cæli enarrant gloriam Dei.*
quia ita dicuntur propter altitudinem
dignitatis & couersatiõis. Phil. 3. Nostra
Cardinalis status. conuersatio est in cælis. Secundò, Status
ipsius describitur: Capellum enim rubrum & ignei coloris, ostendit cor inflammatum & feruidum flamma diuini amoris: quod quidem capellum eleuatur in medio & ad latera dimittitur, quia eorũ charitas feruẽs est, & eleuari debet per timorem Dei, & dimitti ob amorem & obsequium proximi. De talibus cardinibus, sc. cardinalibus dicitur, Deut. 30. *Si ad cardines cæli fueris dissipatus, inde te retrahet Dominus Deus tuus, & assumet atque introducet in terram, quam possiderunt patres tui.* Si ergò ad Cardinalatus dignitatem assumptus fueris. Sunt cardines terræ, qui omnia ad terrenam pompam conuertunt & ad consanguineos magnificandos. 1. Reg. 2. Domini enim sunt cardines terræ, subiecti sc. per potentiam, & illi omnipotentiæ Dei. Et posuit super eos orbem, sc. dum viuunt Cardinales sunt quasi positi supra orbẽ. Sed quãdo se demergunt ad infima & terrena, demerget illo meritò vt sint sub toto orbe, vel sub omnibus elementis vel in inferno. Cardines cæli dicũtur illi qui habent affectum ad cælestia & circa tales Deus deambulare dicitur. Nam sicut de diabolo scriptum est Iob 1. quod dixit: *Circuiui terram & perambulaui eam.* Ita è cõtrario de Deo dicitur, Iob 22. *Circa cardines cæli perambulat*, sc. circa cardines cælestes perãbulat eos dirigẽdo, protegẽdo, & perficiendo. Protegit vt maneant, dirigit vt perficiãt, perficit vt gaudeãt. Isti enim proximi sunt post Pontificem & eodem summi Pontificis splendore coruscant, & nemo membra à corpore, ramos ab arbore separabit. Truncata *Similia.* quidem altissima Cedro rami arescunt, eclipsato sole radij densantur, mortificato corpore, membra motu frustrãtur, sed in Cardinalibus mystici corporis Ecclesiæ eclipsato morte Põtifice, illorum officium non decrescit, sed dignitas virescit, non confunditur sed magis diffunditur, quinimò in seipsis tota penè Ecclesię authoritas refunditur. Dum tamen agit in humanis, illius & illorũ tanquam capitis & membrorum vna est laus, quorũ vna est virtus, vna excellentiæ gloria, eadem inseparabilis vnitas, & vnum corpus reputãtur. Hi sunt præclara Ecclesiæ luminaria & candelabra, *Cardinalium laus & dignitas.* de quibus scriptum est: *Quia luminaria cardinum dederunt lucem.* Hi sunt de quibus Zacharias Propheta loquitur, quia tanquam filij splendoris assistunt dominatori vniuersæ terræ. Hi sunt columnæ Ecclesiæ Sacrosanctæ, qui suorum virtutibus meritorum, Vicarij Iesu Christi latera tenent, & illius amplissimi ostij sunt firmissimi cardines, quibus totus voluitur orbis. Hi sunt sacerdotes Leuitici generis, qui excellentiore iure, quam Leuitico, id est, diuina auctoritate in executione Põtificalis officij, Romani Præsulis & Apostolici throni coadiutores existunt. Hi sunt, qui vt nubes volant per altitudinem status & eminentiam dignitatis, & quasi columbæ per puritatẽ ad fenestras suas, sc. ad sensuũ corporaliũ coercitionẽ. Hi sunt magni cõsiliarij summi Põtificis, quorũ sapiẽtia mũdus regitur, qui ex obscuris aperta faciũt, ex paruis magna: qui in priuato publicũ agũt negotiũ & plus vacãdo

vtilitatis afferunt, quàm alij actiones exercendo, veluti nauem gubernantes, licet quieti sedeant in puppi, tamen multo maiora & meliora agunt cæteris nauigantibus, & cuncta corporis membra mouentibus. Hi ex toto orbe terrarum, pauci ex multis, singulares ex omnibus assumuntur, atque à vulgaribus officijs educti, ad ipsius orbis regimen euehuntur & in marcido corpore exercent mentis vires, eo sapientiæ & prudentiæ magis apti negotijs, quo in corporis exercitijs minus possint. Hos gentilitas præsignabat, quos & prothoflamines appellabat, quorum nomina aureis literis scripta erant, apud quos erat auctoritas omnium gerendorum, & à cæteris Reip. ducibus differebant. Hi sunt principes nominati in orbe, principes Leuitarum, offerētes sacrificia. Hi sunt principes congregati cum Deo Abrahā, patre multarum gentium. Hi sub nostro Christo optimo imperatore, principes constituti sunt super omnem terram, non super aliquam hanc vel illam villam aut prouinciam vt Episcopi. Hi ad statum perfectum assumpti Christi Vicario assistunt, in quo assistentiæ genere Apostolorum typum repræsentant, atque assistendo sanctitatē participant, quia scriptum est: *Quos elegit, appropinquabunt ei, & sanctificabuntur in his qui sibi assistunt.* Et veluti in cœlesti Hierarchia Cherubin & Seraphin cæteraque cælestium spirituum agmina singulari quadam assistentiæ prærogatiua cæteris angelis missis excellentiora sunt: nec aliter in Ecclesiastica hierarchia Cardinales statum assistentium tenentes, cæteris Episcopis & Ecclesiæ Prælatis, qui missorum statum gerunt, dignitate & gradu meritò præcedunt. Duplex est cardinum genus, superius & inferius: sic hi habent duplex ministerium vel administrationē spiritualium & temporalium. Hi sunt vigiles hi custodes pro omnium salute, quia dormientibus nobis, ipsi peruigilant quasi rationem reddituri pro nobis. Hi anticipant consilia malignantium, deprehendunt laqueos, eligunt tendiculas, retiacula dissipant, iniqua impiorum consilia frustrantur. Hi tandem omnia tolerant orantes pro populo & pro sancta ciuitate. Propheta ait: Super muros tuos constitui custodes. Iterū humilitas mortis Cardinalis notatur. Cū fueris dissipat⁹, dissipatur anima per peccatū, sed per pœnitentiā potest reparari hic, alias non de impœnitentibus dicitur, Psal. 34 *Dissipati sunt, nec compuncti*, ergo. ad infernum dissipatur homo secundùm corpus, scil. per obitum. Isa. 24. *Dissipatione*, scil. mortis, *dissipati sunt*: Rursus beatitudinis fœlicitas describitur Quia anima iusti recipit primò gratiam eductionis, scil. à miserijs corporis & mundi, quantum ad animam in morte, quantum ad corpus in resurrectione gloriosa. In homine autem peccatore fit retractio à libertate in seruitutē. Secundò, Deductionis animæ, scil. tanquam sponsæ ad nuptias viri, cum gloria ab Angelis. Tertiò, Introductionis ad gloriam. Psal. 141. *Portio mea in terra viuentium* Prętereà obitus humilitatis quia dicit morti percute eum. Deus ad correctionem percutit infirmitate & leuiter, aliquando fortiter ad occasionem. Aliquādo fortissimè ad damnationem. Quartò, Exemplum vtilitatis: Quia commota sunt superliminaria, sc. prælati de morte talis Domini. Psal. 47. *Ipsi videntes sic, admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos.* Et sunt quatuor effectus ex morte istius Domini. Primus, Admiratio ex omnimoda annihilatione diuitiarū, scientię, potentiæ, &c. illius. Secundus, Turbatio amicorum propter dilectionis affectum, vel propter damnum proprium, quod ex eius morte consequuntur. Tertius, Commotio, scil. ad compunctionem: quia videndo mortem alicuius inducūtur ad considerationem mortis propriæ,

Protoflamines.

Cardinum genus duplex.

Cardinalis mortis humilitas.

Beatitudinis fœlicitas.

Obitus humilitatis.

Exemplum vtilitatis.

Effectus ex morte Cardinalis.

1

2

3

priæ, ex qua consideratione sequitur timor, & ex timore sequitur compunctio de peccatis, propter quæ magis timet homo mori, & talis commotio valet ad sanitatem animæ, Psal. 59. *Sana contritiones eius, quia commota est.* Quartus Trepidatio, dic. *Timor apprehendit eos* Natura enim inducit ad mortis horrorem & timorem, quia est destructiua vitæ hominis, sed fides inducit ad timorem, quia credimus omnibus hominibus semel statutũ esse mori & post hoc ad iudicium. Et quia defunctus Cardinalis fuit insignis columna in domo Domini, statuetur in cælis cũ gloria in sempiternum, & quia seruiuit Deo prout vita, officium & vestitus requirebat, ita nunc laboris præmium & stolam aureã in gloria est consecutus. Qui desideratis in officio succedere, videte primò an illi vitæ meritis successistis, an in laboribus possitis succedere, non attendentes dignitatem tẽporalem, sed officij maiestatem & rationem reddendam.

In funere alicuius Episcopi vel Archiepiscopi.

Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum. Heb 9.

ALMA mater Ecclesia Romana, eminentiam potestatis super vniuersas Ecclesias a Christo assecuta, cùm dixit Petro Principi Apostolorum, *Tu es Petrus* Matth. 16 *Et si diligis me, pasce oues meas*, Ioã. 20. vices suas elargiri alijs dignata est, vt in partem sollicitudinis vocarentur & onera gradatim distribuerentur teste Gregorio. Primò, In partem huius sollicitudinis vocati sunt sanctissimi Episcopi, quos Deus opt. max. elegit in oculus & columnas Ecclesiæ Romanæ, vt illam sustinerent & proprijs humeris portarent. Vnde Apostolus scribit Act. 20. Episcopos tanquam positos à Spiritu sancto, regere Ecclesiam Dei sanguine suo acquisitam. Et viri Pontificij iuris & sacrarum literarum consultissimi, Episcopos in eorũ diœcesibus, Vicarios Dei & locum tenentes, sanctissimos Iesu Christi legatos, oculos Domini, specula, ora, thronos, ministros & sacerdotes Dei, pupillas oculi Christi. Fratres summi Pontificis, Coepiscopos, columnas Ecclesiæ Romanæ. Illustres, principes, serenissimos & vbiq; patres & pastores nostros appellarunt Vicarios supremi Iesu Christi, successores & Vicarios Apostolorũ, Pontifices & summos sacerdotes in diœcesibus eorum, eosdẽque ordinem cælestis hierarchiæ referre in terris & supra omnes dignitatis gradus constitutos & iurisdictione roboratos affirmat S. Tridentina synodus. Cæterum Episcopatus non tantum honoris est quantum oneris secundum Apostolum ad Tim. 3. atque adeo grauis & humeris etiam angelicis formidadis, vt si pro rei magnitudine expendatur, nunquam satis cautum de eo videatur. Non enim ad propria commoda, nõ ad diuitias aut luxum: Sed ad labores & sollicitudines pro gloria Dei sunt vocati, inquit SS. Concil Trid. Vnde Apostolus 1 Timot. 3. *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, & animæ hominum illis creditæ sunt adeò, vt de manu eorum sanguis subditorum sit requirendus.* Ideò & verba quæ supra posita sunt & hoc officium declarant dum viuit, & difficultatem propter rationem strictissimam reddẽdam pro animabus commissis sibi. Dicitur Pontifex quasi pontẽ faciens, Antistes, quasi ante alios stans. Præsul, quasi præsidens solio nostro, vel quasi præ alijs stãs vel quasi præ alijs sedens, vel prę alijs saltans, Episcopus ab epi quod est supra, & scopin, quod est speculari vel intendere Ex his colligitur, quod debent esse diligẽtes in operando,

Margin notes: *Episcopi vnde.* — *Episcopi sunt oculi & commendatio.* — *Episcopatus non est ita honoris quantum oneris.* — *Conc. Trid.* — *Pontifex.* — *Antistes.* — *Præsul.* — *Episcopus.*

rando, quod notatur in nomine Pontifex, qui dicitur quasi Pōtis artifex, quia isti artifices debent esse industrij, laboriosi & curiosi ad faciendum sibi & subditis suis pontem virtutum, per quem tute transeant violentam huius mundi voraginē. Ideò dic Hieronymus super illud, *Qui erat pontifex desiderat*, quòd tanta debet esse conuersatio Pontificis, quòd gestus, ornatus, affatus totum sit eruditio subditorum. Item debent esse eminentes in imperando, quod notatur in dictione Antistes, scil. ante alios stans. Quia prælatus in dignitate & honore alios antecedit. Ipse enim permanet cū sole & ante lunam, scil. cum Deo & ante subditos. De pastore etiam dicitur Ioā. 10. quod ante oues vadit & sequuntur eum. 2. Par. 23. dicitur, quod fecerunt Leuitæ & vniuersus Iuda omnia, quæ præceperat Ioiada Pontifex. Item debēt esse præcedentes in laborando, quod ostenditur in nomine Præsulis quasi præ alijs saltans. Quia ad prælatum pertinet alios per bona exempla præcedere, præ alijs anteire, & præ alijs per bona opera currere & saltare, sicut pastor gregem, alias non debet suscipere gregem. Item debent sapientes esse in contemplando, quod ostenditur in nomine Episcopi, vt diximus, quia superintendentes. Isti debent in cælestibus esse speculantes, & ibi continuè per desiderium intēdentes. Nam vt dic. Chrysost. super illud, *Ascendit Iesus in montem. Nemo potest in terra stare, & de monte loqui, vbi stas, inde loquere: aut vnde loqueris, ibi sta. In cælo ergo consiste, si de illo loqueris.* Et breuiter iuxta verbum Apostoli Heb. 7 *Talis decebat, vt in nobis esset pontifex innocens, impollutus, & segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus.* Ex his videtur, quod debeant illi quatuor virtutes esse. Debet enim esse mediator omnis diuersitatis, quod subintelligitur, dic. *Pontifex*, sc. pontem faciens de seipso. Nam sicut pons est illud, quod solet duas ripas seu littora coniungere, & inter duo medium esse, & communem participationem vnius cum altero facere, viamque tutam super fluuium ministrare. Sic Prælatus inter Deum & populum debet esse medius apud Deum pro populo intercedendo, & apud populum pro Deo & pro diuina iustitia allegando. Mediator enim quando loquitur vni parti, semper debet allegare excusationes vel iustitiam alterius partis, & è conuerso, sic verè Pontifex, qui est inter Deum & populum mediator, quando Deo loquitur in oratione, semper debet populi causam & fragilitatem prætendere. Quando verò populo loquitur in prædicatione semper debet Dei causam, sc. offensam eius & iustitiam allegare & per ipsam etiam correctionem apud eos exemplariter demōstrare, exemplo Moysi post adorationem vituli conflatilis. Et si sic fecerit, ista duo littora contraria, scil. Deum & populum coniungit & per amorem inuicem colligabit, ita quod eo mediante alter alteri participabit, & populus ad Deū transibit & huius pontis auxilio se saluabit. Et ita loquitur de tali Pontifice. Heb. 5. *Omnis pontifex ex hominibus assumptus.* Vbi nota quod talis mediator seu Pontifex debet habere splendorem magnæ discretionis, quia debet esse assumptus ab hominibus, sc. ex personis per humilitatē mortalibus, & per sagacitatē rationabilibus. Homo enim est animal rationale mortale. Item debet habere amorē magnæ dilectionis, quia pro hominibus constituitur. Ipse enim debet habere curam de omnibus suis. Item feruorem magnæ deuotionis in his quę sunt ad Deū. 1

Secundo, Debet esse abdicator omnis iniquitatis, quia dicitur, *Innocens & impollutum.* innocēs in corde, impollut' in corpore. *Innocens* per iustitiam, *impollutus* per munditiā. *Innocēs* quantū ad proximū, *impollutus*, quantū ad seipsū, Psal. *Innocēs manibus, & mūdo corde*, & c. Inter apes illæ, quæ sūt reges & maiores, sunt cæteris innocentiores. 2

Hieronym.

Prælati debēt præcedere.

Chrysost.

Simile de ponte.

Mediat.

Mediator talis qualis debet habere.

ores.

ores. Inter elephantes, qui cæteris animantibus sunt maiores, sunt cæteris castiores. Sic de Episcopis. 1. Tim 3. *Oportet Episcopum esse irreprehensibilem, vnius vxoris virum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, Doctorem, non vinolentum, non percussorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum.* Ecce conditiones quales Episcopi. Tertio. Debet esse detestator prauæ societatis Segregatus inquit a peccatoribus. sic Paulus se vocat. Rom. 1. *Paulus seruus Iesu Christi vocatus Apostolus segregatus.* Act. 13. *segregate mihi Barnabā & Paulū* Leuit. 16. *Nullus sit in tabernaculo, quando ingreditur Pontifex sanctuariū.* Nullus sc. peccator vt dicat illud. Ps. *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiā, qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu ocul. meorū.* Vide quæso, qualē familiam alant Episcopi detractores, amicos blandientes, mendaces, &c. & inuenies quod dicitur, Ioan 11. *Collegerunt pōtifices & Pharisæi conciliū, vt Iesum tenerent, & occiderent* Quia volūt habere cōsiliarios, non ad populū regendū, sed fraudes & exactiones instituendas. Ezec. 11. *Fili hominis, vnt isti cogitant iniquitatem & tractant consiliū pessimū in vrbe hac.* Quarto, Debet esse contemplator summæ fœlicitatis, quia dicitur, *excelsior cælis factus* Quia Pontifex talis debet per contemplationē cælestium supra cælum mentaliter habitare, & non terrena, sed cælestia diligere. Heb 4. *Habentes ergo Pontificē magnū, qui penetrauit cælos.* vt ille dicat illud, Isa. 60. *Cælū mihi sedes est, terra autē scabellum pedum meorum.* Et sic dicitur Heb. 8. *Talē habemus Pontificē, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis.* Quod est contra multos, qui cor habent tantū in terrenis, nō ad cæli fœlicitatē, sed ad mūdi prosperitatē. Itaq; vt primo ad allegata verba redeam. Pōtifex quia medius, debet aliquid Deo, aliquid populo. Populo vt sciat, ad omnes se habere debere, & vt studeat indigentib. misericorditer subuenire, & sibi cōmissa fideliter custodire. Quo ad Deū, debet esse totus deuotus, & ad eius beneplacita

Pontifex quia medius

feruēter intentus. De his omnib. dic. Apostolus Hebr. 2. loquendo proprie de Christo, cuius præcipuē Pōtifices & pastores Ecclesiarū suarū debent esse imitatores in istis. *Debuit*, inquit, *per omnia assimilari fratribus, vt misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum.* Ex quibus Primo docetur, quod Episcopus debet oēs subditos suos, siue clericos, siue laicos per humilitatē, nō vt seruos, sed vt fratres reputare exemplo Christi, *qui nō cōfunditur*, Heb. 2. *fratres vocare eos*, sc. Christianos, & etiā debet diligere oēs tanquā fratres per charitatē & quia amor siue dilectio secundū Dionys. habet virtutē assimilatiuā, quia assimilat amantem rei amatæ, propter quod dicit. Hugo de S. Victore. *Scio anima mea, quia in illam rei, quā diligis, similitudinē trāsformaris*, Ideò dic. quod *Pōtifex per omnia deū et fratribus assimilari.* Quod facit, quādo se debite ad omnes scit se habere, & cum omnibus honestè cōuersari, ita quod omnib. prosit, nō solū præsit. Quia illud quod est cōmune multorū, debet ita haberi, vt ad eorū vtilitatē applicetur Episcopus autē est persona cōmunis, ideoq; debet se ad oēs habere vt oēs ædificet & omnib. prosit. 1. Cor. 9. *Omnibus omnia factus sū, vt oēs facerē saluos.* Vbi dicit glos. quod *Apostolus ita omnib. cessit, vt forma virtutis nō quā excesserit.* Idē 1. Co. 10. fine. *Sine offēsione estote* Et post, *sicut ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant.* Vel assimilari fratribus sanctis Episcopus eorū sanctitatem imitando, per omnia & bona opera, licet defuncti sint, vt si esset illis assimilatus in vita, nunc esset similis illis in gloria Eccl 45. *Similem fecit illū in gloria sanctorum* In miserorū cōpassione, qualis esse debeat ostenditur: quia misericors, quasi miserum cor habens, scil. per compassionē afflictorū, vel misericors dicitur quasi ex corde misereatur, sc. cū multo cordis affectu indigentibus subueniendo. Sed videte quis est hic & laudabimus cū? Pauci sanè. cōsanguinei

quæ debet, quo ad Deum.

Quo ad populum.

Episcopus debet suos per humilitatem vt fratres reputare.

Dionys.

Amoris vis.

Hugo de S. Victore.

Episcopus quomodo potest suos iuuare.

eo tum caueant, ne dicat eis Deus illud, Isa.3. *Rapina pauperũ in domo vestra:* eo quod bona Ecclesiastica sunt pauperũ. Potest autem Episcopus suos iuuare, non vt ditiores fiant, sed ne egeant. Viderint illi qui & pauperibus subtrahunt, vt thesaurum vel possessionem Ecclesiæ possint augmentare. Maior debet esse pauperũ in necessitate cura, quam Ecclesiarũ locupletandarum.

Episcopus qualiter in administratione se debet gerere.

In commissorum conseruatione, vel dispẽsatione debet esse fidelis, vt plus curet de ouibus, quam de lana, plus de salute animarum, quam de acquisitione pecuniarum. Dixit Dominus Petro, *Pasce oues meas*, non dixit, Emũge. Vnde si aliter facit, infidelis est. Est commissa cura non tantum spiritualiũ bonorum, sed etiam temporaliũ, 1.Cor. 4. *Iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* In sui gregis deductione debet esse Pontifex, scil. pontem ei faciens ad transeundum per hanc lachrymarum vallẽ & mundi fluuium a bonis præsentibus ad bona futura. viam faciens, scil. exempla benè viuendi & contemnendi mundum eis exhibendo. Heb 9. *Assistens Pontifex futurorũ bonorum.* Ad Deũ debet esse deuotus, & attentus vt Deo magis obediat, quam hominibus, vt fideliter in omnibus suis operibus ad ipsum intentionem dirigat, vt familiariter orando & contemplando ei frequentius assistat cum Ps.72. *Mihi adhærere Deo bonum est.*

Mors Episcopi.

Secundò, Iste defunctus habuit ineuitabilem exitum, sc. mortis, per quem ex hominibus est assumptus ad aliam vitã & separatus ab omnibus suis amicis & familiaribus hic viuentibus, & ab omnib. sibi ministrantibus. Dan 4. *Eijcient te ab hominibus.* Item assumit mors, scil. ad aliũ statum. Deut.32. *Sicut aquila prouocans ad volandũ pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas, & assumpsit eos.*

Mors in quinque describitur

Mors describitur in quinq;. Primò, assimilatur aquilę

1 Aquilæ assimilatur.

Nã mortis officium est educere vinctum de carcere, sc. spiritũ de corpore, & hunc exitũ optant sancti. Sicut Dauid: *Educ de custodia*, sc. carcere, *Deus animam meam.* Mali autem istum expauescunt, ne post exitũ deducantur ad suppliciũ, unde nolunt egredi, sicut Ioab de tabernaculo, vt nõ occideretur 3 Reg.2. Figura aquilæ est Ezech 17. quod volauit ad Cedrũ, & tulit medullam Cedri. Cedri sunt Episcopi, medulla latens est spiritus, dicit aũt, quod velit non medullam, sed de medulla. Secundò, tangitur beneficiũ mortis, quia prouocat, &c. Pulli mortis dicuntur peccatores, qui sunt filij mortis siue temporalis, siue æternæ. Quasi ergò volatus pullorum est velox conuersio peccatorum. Ergò aquila, sc. mors per sui considerationem & terrorem prouocat pullos suos, sc. peccatores ad volandum, scil. vt velociter conuertantur & non differant. Auis enim stulta, quãdo videt arcum extensum contra se ad sagittandum, tantum differt fugere & volare à loco, quod tangatur & occidatur. Sic homo videns cõtra se arcũ mortis extensum, præcipuè si sit infirmus vel senex non deberet differre auolare à peccatis ad pœnitentiam. Timor mortis & timor gehennæ sunt alæ duæ, quæ prouocant ad auolandum cito. Isai 16. *Erit sicut auis fugiens, & sicut pulli de nido auolantes.* Tertio, Mortis iudicium, dic. *super eos volitans.* Quando miluus diu volitat super locũ, vbi sunt pulli gallinarũ, signum est, quod se deijciet ad aliquẽ capiendũ, sed nescitur super quẽ, nisi quãdo descendit & rapit eũ. Sed mors cõtinuè volitat super capita nostra, vt capiat nunc istum, nunc illũ, sed nescitur, quis primus sit rapiendus a morte, quia multoties moritur citius iunior quã senior, & ille qui videtur firmus, citius quã ægrotans. Sed pulli timentes miluũ fugiunt ad matrẽ, quæ protegit eos sub alis suis Sic homines & præcipuè peccatores, vt sint securi à læsione mortis, debent fugere ad pœnitentiam, vt sub alis suis, quæ sunt remissio culpæ, & pœnæ protegantur & saluentur. Quartò, tanguntur

Mortis in- tur inſtrumenta mortis, quæ ſunt illa-
ſtrumenta tio violentiæ & defectus naturæ, quia expandit alas ſuas Duæ alæ mortis ſunt duo modi moriendi, ſcil. per mortem naturalem quæ eſt ab interiori, vel per mortem violentam, quæ eſt ab exteriori. Quælibet illarum alarum habet multas pennas, ſc. cauſas & varios modos, & extendunt ſe illæ alæ mortis ſuper omnes viuentes in terra. Quintò, Benè morientium præmium tangitur. Quia *aſſumpſit eos*, ſcil. quos inuenit bonos ad gloriam: quos vero malos ad ſupplicium. Tertiò Oſtenditur in themate, quòd iſte defunctus peruenit ad formidabile iudicium ſc. Dei, vbi conſtituitur omnis defunctus poſt mortem, ſed ſpecialiter, quod reddat rationem pro omnibus ſibi commiſſis, in his quę ſunt
Epiſcopi in pertinentia ad diuinum iudicium. Et
primis exa- tria potiſſimum erunt in Epiſcopis ex-
minandi. aminanda, ad curam animarum ſpecia-
1. liter ſpectantia. Primò, Quomodo intrauerunt ad Eccleſiaſticam dignitatem & curam animarum, an canonicè, an ſimoniacè, ne dicatur illi: *Amice quomodo*
2. *huc intraſti*, &c. Matth. 22. Secundò, Quomodo gregem ſuum cuſtodierunt, & dicet vnicuique eorum iudex ipſe, illud Ieremi. 3. *Vbi eſt grex qui datus eſt tibi, pecus inclytum*, & implebitur de his, qui malè curam habuerunt ſui gregis, Ezech 34. *Væ paſtoribus Iſrael*, ſcil. populi fidelis, ſc. Chriſtiani. Et hoc propter duo, ſcil propter omiſſa circa gregem, & propter commiſſa. Quantum ad omiſſa, dicet illud: Quod infirmum fuit non conſolidaſtis, & ægrotum non ſanaſtis, quod confractum eſt, non alligaſtis, quod abiectum eſt, non reduxiſtis. Item quoad commiſſa examinabit eos, ſi malo exemplo ſuos ſubditos corruperunt aut ſcandalizauerunt, & omnia mala iniquè geſta. Tertiò,
3. Quomodo ſe & alios rexerunt. Ideò Abacuc cap. 2. loquens in perſona prudentis Epiſcopi, dic. Contemplabor, vt videam, quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me. Fœlix ergò erit Epiſcopus, qui in eius iudicio inuenietur fidelis diſpenſator, & prudés Luc. 12. vt conſtituatur ſuper omnia bona quæ poſſidet Dominus. At nunc Epiſcopatus venantur, non vt fructum faciant in populo, ſed vt ipſi honorificè & quiete viuant in ſæculo, quibus clauſæ manus, ne poſſint quicquam facere, attrita Moyſis cornua, pedum paſtorale confractum, pedes podagrici ad Euangelizandum bona & pacem, qui ſedent, aures habent, & non audiunt, nec volunt audire, oculos habét, & non vident, aut nolunt videre, aut vident abominationes, quas auertere non poſſunt cum deberent, os habent & non loquuntur præ timore, vel non non poſſunt aut nolunt loqui, etiam ſi videant ſummam neceſſitatem, manus habent, eaſque promiſcuè omnibus imponunt, facientes eos ſacerdotes, & conſtituentes eos ſuper oues Chriſti, manus habent, & nolunt elargiri eleemoſynas, ſed potius eas extendunt ad vanitates, ad munera, & innumera ſimilia, quæ videmus, & ita cum Epiſcopis & Epiſcopalibus cultus Dei, Religionis feruor, animarum ſalus, fundationes bonorum, & omnia ſimul corruunt & intereunt. Horum ſimilis non fuit defunctus noſter Reuerendiſſimus Dominus.

(?)

In funere Præpositi vel plebani.

Percussit Dominus plebem plaga magna. 1. Reg. 6.

QVando Deus caput populi aufert, totus populus est desolatus & prostratus, visum est in Holoferne & Iudith, & indies verum cernitur: sic quando pastorem vel præpositum, caput spirituale populi tollit, populus patitur & affligitur in his quę ad Deum sunt, & caret duce, doctore, pastore, rectore animarum, quid his potest fieri miserabilius? Et hoc nunc vobis accidit, qui partim rem intelligitis, partim verò casus huius grauitatem ignoratis: at verum est quod in verbis allegatis protuli, quacunque tandem de causa factum est, at scimus ita Deo placuisse, ideò patienter ferendæ. Primo, Quia Deus percutit bonos & malos. Malos ad correctionem: sicut Chyrurgus vrit & scindit carnem hominis vt sanet, & hoc est misericordiæ. sicut Isa. 19. *Percutiet Dominus Aegyptũ,* id est, peccatorem, *plaga, & sanabit eum, & reuertentur ad Dominum, & placabitur eis.* Aut percutit malos ad eorum damnationem, sicut carnifex percutit malefactorem, & hoc est iustitiæ. Thren 3. *Percussisti nos, occidisti, nec pepercisti.* Hoc dicitur ex persona damnatorum, quos Dominus percussit viuentes, & occidit morientes, & non pepercit ab æternis supplicijs. Signum autem, quòd percussio præsens sit initium damnationis æternæ, quando percussionibus præsentibus non corriguntur percussi, sicut Ierem. 2. *Frustrà percussi filios vestros, disciplinam non receperunt.* Sed viri boni percutiuntur interdum non ex odio, sed amore: sic filius à patre percutitur, quia *meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis.* Prouerb. 27. Vnde non percutit eos Deus ad interitum, sed ad virtutis profectum, sicut miles vrget & percutit calcaribus equum suum, quem amat, vt melius ambulet, Quia igitur ista percussio, quam patimur ob mortem defuncti nostri patris, à Domino est, qui ex amore hoc fecit, vt ipsum ad meliorem vitam perduceret, debemus sustinere patienter. Ad quod referri potest illud Iudith 9. *Percuties eum ex labijs charitatis meæ.* Vbi triplex ratio assignatur huius percussionis. Prima est respectu Dei dic. *Percuties,* sc. tu Deus Ezechiel 7. *Scietis, quia ego sum Dominus percutiens.* Iob 1. *Dominus dedit, Dominus abstulit.* Secundo, Respectu sui. Granum enim nisi trituratum & percussum, & à palea exutum fuerit, non portatur ad horreũ, nec homo nisi per mortẽ exuatur à corpore, & percutiatur. Voluit autem hoc hoc Deus, vt defunctum remuneraret propter labores suos, & ille potest dicere vobis illud Ioan. 14. *Si diligeretis me, gauderetis vtique.* & Luc. 1. *Vicini & cognati eius, congratulabantur ei, quia magnificauit Dominus faciens misericordiam suam cum illa.* Tertio, Respectu nostri, dic *Labijs charitatis,* sc. superiori & inferiori, sci. dilectione Dei & proximi. Vtraque ergo dilectio ad habendam in hac casu patientiam nos inducit. Secundo, nominatur plebs, ideo vt pastore remoto suo, oportet habere curam & prouidentiam de alio idoneo successore, de quo possit dici illud Eccl. 30. *Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus.* Reliquit enim similem sibi, imo si fieri poterit etiam meliorem. Qualis autem necessarius sit plebi, ostenditur Eccl. 37. *Est sapiens animæ suæ, & fructus sensus illius laudabiles sunt, vir sapiens plebem suam erudit:* Vbi quatuor de illo dicuntur. Primum, sapientis est ordinare. Ideo ille est sapiens animæ suæ, qui scit animam suam debitè ordinare, scil. respectu sui per consciẽtiæ puritatem, respectu Dei per

Deus percutit bonos & malos.

Malos.

Percussio præsens initium dãnationis æternæ.

Bonos.

Percussio triplex ratione.

1. *Respectu Dei.*

2. *Respectu sui.*

3. *Respectu nostri.*

Plebs successore egere.

Sapiens est animæ suæ.

per obedientiæ humilitatem, & respectu proximi per iustitiæ æquitatem. Tūc anima est benè ordinata in se, cùm habet conscientiam mundam, non remordentem. Purgatur autem per confessionem rectam. Iob 15. *Sapientes confitentur, & non abscondunt peccata sua.* Item post confessionem abstineat à peccatis. Eccles. 3. *Cor sapiens & intelligibile abstinebit se à peccatis,* sc. nè posteriora fiant peiora prioribus. Item qui sapiens est, ordinat eam ad Deum per obedientiæ humilitatem. Nam dum homo Deo obsequeretur, omnes creaturæ erant illi subiectæ: at cùm cepit rebellare, multæ creaturæ factæ sunt, quæ illi resisterent. Sic Deus, quamdiu fuit obediens Salomon, dedit illi pacem, 3. Regum 11. vt autem incepit malè viuere, excitauit illi aduersarios. Itaque quicunque vult habere plebem suam pacificam, debet esse obediens Deo & humilis, Exod. 35. *Quis vestrum sapiens est, veniat & faciat quod Dominus imperauit.* Item sapiens ordinat eam ad proximum per iustitiam, vt suū cuique tribuat, spiritualia sacramenta verba & exēpla salutifera, & hæc non pretio, sed gratis. Rector item plebis debet esse vitæ laudabilis: cui dicitur, quod fructus sensus illius laudabiles sunt. De sensu hominis accidit, sicut de arbore. Nam sicut est arbor bona & mala, ita hominis sensus bonus aut malus est, & sic malus aut fructus bonus. Est ergò sensus aliquis malus, à quo procedunt fructus illaudabiles, scil. opera inconuenientia, Roman. 1. *Tradidit illos Deus,* sc. tradi permisit, *in reprobum sensum, vt faciant illa, quæ non conueniunt.* Fructus illaudabiles, quoad arbores, dicuntur insipidi, vel amari, vel pontici, indigesti, frigidi, crudi & duri, corrupti & putridi. Fructus ergo insipidi referuntur ad accidiosos, qui spirituālia opera non faciunt, cum sapore delectationis, sed cum tristitia cordis. Habent enim infectum palatum cordis de febre iniquitatis. Prouerb. 15. *In fructibus impii conturbatio.* Fructus amari referuntur ad inuidos, acetosi & Pontici ad iracundos, qui pungunt. Sunt enim duri & stiptici, indigesti ad gulosos, frigidi & crudi ad auaros, corrupti & putridi ad luxuriosos. Tertiò, Requiritur in Rectore tali, vt sit sufficiens, quoad scientiam, & tales vulgo nominantur sapientes, & satis est quod habeat competentem & ex sacra scriptura: Et sicut viator sitibundus veniens ad fontem, auide bibit, sic Prælatus affectuose debet ad studium diuinæ scripturæ tendere, vt potetur aqua sapientiæ salutaris. Ecclesiast. 5. Sed contra facientes dicitur Iere. 2. *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas,* scil. salutares. Item quod talis Rector sit sanæ & fructuosæ doctrinæ. Quòd erudit plebem suam, scil. verbo & exemplo. Ecclesiast. decimooctauo, *Docet & erudit quasi pastor gregem suum.* Sed exemplo plus proficit, quia simile generatur a simili, sicut homo ex homine. Vltimò, ponitur aliqua tristitia ex hac hac percussione, quando maximè rexit populum, vt debuit, tunc reputat se populus percussum propter magnum damnum ex carentia eius. Sicut mortuo Moyse eum planxerunt omnes filij Israel triginta diebus Deut vlt. Item mortuo Samuele, qui fuerat iudex populi, congregatus est omnis Israel, & planxerunt eum nimis 1. Regum vigesimoquinto. Et mortuo Iuda Machabæo in prælio, qui fuerat dux inclytus populi sui, fleuit eum omnis populus Israel planctu magno, & lugebant dies multos, 1. Machab. nono. In percussione ergo & plaga mortis istius patris spiritualis, qui sua misericordia erat sustentator egenorum, sua sapientia eruditor indoctorum, sua

[...]ctus illaudabiles [...]i.

Rector debet esse sufficiens quoad scientiā.

Simile de viatore sitibundo.

sua potentia defensor oppressorum, sua prudentia director deuiatorum, sua iustitia corrector vitiorum, sua gratia & beneuolentia cōcordator inimicorum. Id, ò hodie impletum est, quod dicitur 1. Reg. 6. *Lætati sunt, eo quod perrexisset Domini p[illegible] [illegible] magnanimus.* Huic potentiæ addit pastoris commendatio. Ezech. 34. Greges pascuntur à pastoribus. Vbi primò consideratur nexus vnitatis per vinculum concordiæ. Grex enim de natura sui significat pluralitatem insimul aggregatam. Animalia enim mansueta solent gregatim viuere, pasci & manere. Inter animalia gradientia patet de bobus & ouibus, de columbis & apibus inter volatilia, de formicis inter reptilia, atq; sic & nos volumus à Deo prædicatore vel homine pastore pasci, debemus esse vniti charitate. Tales enim à Deo per gratiam & à pastore spirituali per doctrinæ pabulum nutriuntur. Natura enim non nutrit membrum, nisi quamdiu in eodem corpore alijs est vnitum: si enim ab alijs diuiditur, nunquam à natura pascitur & nutritur. Sic Deus illos solum pascet pabulo sc. gratiæ, gloriæ & doctrinæ, quos cum alijs membris corporis sui aggregatos inueniet, & quos per vinculum charitatis in grege aliorum reperiet. Gen. 37. *Ioseph pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer.* Hæretici autē qui recedunt à grege Religionis, Ecclesiæ vel congregationis à Deo, per gratiam non pascuntur, nec ab eo per gloriam nutrientur. Zach. 11. *Dixi, non pascam eos.* Sed ecce pastor noster defunctus, quomodo nos ad vnitatem reduxit fidei, nos in illa erudiuit & conseruauit, quomodo ille nos, nos illum dileximus. Iam nos illum commendemus Deo propter sua merita ad gloriam capessendam, ille commēdabit Deo nos oues suas, pro quibus etiam in iudicio tanquam lucratas respondebit. Secundò, consideratur largitatis irrogatio, quia pascuntur, quod est pluralis numeri, & præsentis temporis, per quod intelligitur, quod illi qui pascunt alios, debent præsentialiter, citò & sine dilatione eos pascere, & non solum vnum, sed plures. De præsentia quidem 1. Pet. 5. *Pascite, qui in vobis est gregem.* E contra Ezech. 34. dicitur: *Gregem meum non pascebatis.* Pascuntur autem pauperes per temporalem subuentionem, deuoti per sacramentalem refectionem, simplices per exemplarem inspectionem, ignorantes per scientificam instructionem, beati per æternam fruitionem. Sed nūc porci huius mundi pascuntur, & pascunt se pastores, gregem dei relinquentes. Quod non fecit pastor noster defunctus, sed omnes vt dixi pauit, Eleemosynis, verbo, exemplo, consolatione, amore, & quibuscunque modis debuit & potuit. Tertiò, Quantum ad pascentem dignitas & regimen. Pastor enim est nomen excellentiæ, potentiæ, sapientiæ, præsidentiæ, prouidentiæ. Pastor debet gregem excellere virtutibus, ita dicitur pastor excellens. Debet gregem corrigere, ne vagetur, & dicitur pastor corripiens. Debet gregi præsidere, ne fugiat, sic dicitur pastor præsidens. Debet gregem in agilibus dirigere, ita dicitur pastor sapiens. Debet gregi prouidere, ne indigeat, ita dicitur pastor prouidens. [illegible] debet gregem excellere per vitæ eminentiam, sicut pastor bestias, vt videtur differentia. D. Gregor. in pastorali. *Tantum debet actionem populi præcedere actio præsulis, quantum distare solet à grege vita pastoris. Caput enim multum excedit alia membra in sensuum viuacitate, quia sicut caput loquitur, alia sunt muta. Caput videt, alia membra sunt cæca. Caput audit, alia sunt surda.* Sic pastor vel Prælatus debet esse sine defectu, debet per prædicationem scire verba proferre, per prudentiam debet videre, per iustitiam audire. Et sic de excellentia illius dicitur Ezech. 34. *Suscitabo super eos pastorem vnum, seruum meum Dauid, ipse pascet eos, & ipse erit eis in pastorem.* Nota emphasin in

Pastoris commendatio.

Hæretici non pascuntur à Deo.

Largitatis irrigatio.

Pastoris nomen excellentiæ.

Gregor.

sicut in istis dictionibus, *Suscitabo, super vos pastorem unum*. Secundò, debent protegere per potentiam, & in casu necessitatis animam pro grege ponere, & a periculis liberare. Contra Tyrannos, hæreticos & dæmones tueri. Isa.31. *Fugit leo, cùm occurrerit ei multitudo pastorum*: ne sint sicut mercenarij. Ioan.10. Tertiò, dirigere per prudentiam, nunc ad domum, nunc ad pascua hæc vel illa. Sic Lucæ 2. *Pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum.* Et hoc petebat Moyses Num.27. *Prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc, & possit intrare & exire ante eos, & educere, & introducere, ne sit populus Domini sicut oues sine pastore.* Nunc autem defectus est magnus, quia pastores magis sunt ignorantes, quàm subditi. Et comparantur idolo. Zach. 13. quia habent apparentiam, non existentiam. Idolum etiam non habet scientiam, neque vitam. Sic nec isti. Ideò dicitur Ieremiæ 10. *Stultè egerunt pastores, Dominum non quæsierunt, & dispersus est grex eorum.* & Zach.11. *Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti: quia ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit,* &c. Sed defunctus noster habuit eminentiam & prudentiam. Quartò corrigere per iustitiam. Primo, errantem oviem corrigere verbo, nolentem baculo. Sic Prælatus est pastor. Michææ 7. *Pasce populum tuum in virga tua.* Vt autem alios corrigant, debent esse iusti, audaces, constantes, potentes, & virtute alios præcellentes dicentes Genes. 46. *Viri pastores sumus serui tui. Væ autem pastoribus.* Ierem. 23. *qui dispergunt & dilacerant gregem pascuæ meæ.* Quinto, porrigere per clementiam, quia debet subditos pascere & fouere, pabulo sustentationis temporalis, & pabulo eruditionis & prædicationis verbalis. Ecclesiast. 18. *Qui misericordiam habet, docet et erudit, sicut pastor gregem suum.* Sed contra fit, quia pastores omnia deglutiunt. Ioel.1. *Mugierunt greges armentorum, quia non est pascua eis.* Ezechiel.34. *Væ pastoribus, qui pascunt semetipsos. Lac comedebatis, & lana operiebamini,* &c. Ecce vita malorum pastorum, qui neglexerunt honorem Dei, officium suum, salutem animarum, non pauerunt, nisi seipsos, vnde depascentur è contrario in inferno. Sed defunctus noster seipsum neglexit, vt pasceret nos verbo diuino, & sacramentis sacrosanctis, nudos, famelicos, & alios operibus misericordiæ, & sic ad pascua, quibus beati in cælis perfruuntur, secessit, nos ad eadem inuitans, primo, & nunc expectaturus. Diligenter ipse fungebatur officio suo, sacratissima sacramenta administrans, confessionem etiam ab ægroto accipiens, quam singulis annis circa festum Paschatis ex præcepto Ecclesiæ excipiebat, & confitentibus sacram communionem porrigebat, infirmos visitabat, consolabatur, reficiebat cœlestibus alimonijs, & vngebat, pro illis defunctis & viuis Deum deprecabatur, populumque ad hæc & alia pro concione hortabatur. O quàm bonus pastor in populo, sic placuisti Domino. Certè quo magis eius merita & studia in nos prædicamus, eò magis carentiam eius dolere debemus, illi autem eò magis gratulari, quia propter nos pastos, conseruatos, & ad Christum deductos, inenarrabilem consecutus est gloriam.

(?)

In funere Prælati.

Mementote Præpositorum vestrorum. Heb. 13.

IN primis necesse est memorari creatoris nostri potentiam & mirabilia, quæ Deus facit in continua mundi gubernatione, quæ faciet etiam in iudicio extremo, in mundi renouatione. Psalm. *Memor ero ab initio mirabilium tuorum.* Eccles. 12. *Memento creatoris tui.* Secundò, Clementiam Redemptoris, scil. omnes passiones eius, quas pro nobis redimendis sustinuit, & hæc per compassionem & gratiarum actionem. Heb. 12. *Recogitate eum, qui talem in corpore suo sustinuit contradictionem.* Sola enim memoria sanguinis Christi ad præliandum contra dæmones, & vitia, deuotos excitat & fideles. Sic illud Thren. 3. dicit Christus cuilibet: *Recordare paupertatis meæ.* Et talis iterum. Psalm. *Memor fui tui super stratum meũ, in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus.* Et, *Propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonij à monte modico.* Tertiò, Iustitiam correctoris, quanta sit diuinæ iustitiæ seueritas, iudiciorum suorum obscuritas, & futuræ sententiæ authoritas. Psalm. *Memorabor iustitiæ tuæ solius.* Neem 4. *Domini Dei magni & terribilis mementote.* Hæc præcipuè de Deo. Quæ verò de nobis. Sunt vilitas conditionis nostræ. Psalm. *Memorare, quæ mea substantia Domine, quàm vanè constituisti omnes filios hominum:* quam viliter generati, difficulter nutriti, fragiliter constituti, peccata quæ commisimus, qualiter in his Deum offendimus, qualiter paradisum amisimus, & infernum acquisiuimus, quàm subita, aspera & occulta sit mors. Item memorari, quanta fuerit perfectio prædecessorum, quomodo illi salui facti sunt, & in memoria æterna, quomodo alij damnati, & quæ nostra debet esse erga benefactores affectio. Vnde in verbis allegatis dicitur *Mementote.* Sed quia Deus instituit & ordinauit Magistratum suum spiritualem cuilibet, vt in his instituatur, dirigatur, conseruetur & saluetur, itaque *Mementote præpositorum vestrorum,* sc. vobis constitutorum, vt quæ vos monent, docent & terrent, seruetis, nec aliter sub amissione salutis faciatis. *Obedite præpositis vestris, tanquam ipsi rationem reddituri de vobis.* Et si fecerunt vobis quod debuerunt, & iam ad eum redierunt, à quo ad vos missi fuerunt, *Mementote præpositorum vestrorum,* etiam defunctorum, & qui etiam pro vobis rationem reddituri sunt, adiuuate eos, orationibus, Eleemosynis, sacrificijs &c. Nam & Paulus in loco citato, priusquàm diceret: *Mementote præpositorum vestrorum,* præmisit: *Charitas fraternitatis permaneat in vobis,* scil. sicut in vita, ita & in morte. Item mementote vinctorum tanquam simul vincti: Vincti estis vinculo charitatis, vincti estis fragilitate & in morte, & post mortem eritis & vincti amore, & incarcerati fortaisis etiam in purgatorio, ideo mementote incarceratorum talium, bene precando, bene de ipsis loquendo, quod & subiungit. Salutate omnes præpositos vestros. Salutem & bona omnia precemini, tam in viuis, quàm post mortem, Domino Deo illos commendantes iugiter. Vt de præpositis dicamus, certè etiam Deus in illa cœlesti hierarchia constituit præpositos, vt de Sancto Michaele canimus: Michael præpositus Paradisi, quem honorificant angelorum ciues. & Daniel. 10. *Nemo est adiutor meus, nisi Michael princeps vester.* Fit enim mentio ibidem de Rege Persarum & Græcorum, & constat secundùm Doctores, quòd ibi loquatur de angelis regnorum & prouinciarum præfectis. Et de regimine angelico super prouincijs & regnis dicitur

Sanguinis Christi memoria quid valeat.

Vilitas conditionis nostræ.

Perfectio prædecessorum.

Dem... Magistratum ... constitutum.

Memento...

dicitur, Ecclesiast. 17 quòd *Deus in vnamquamque gentem præposuit rectorem, & pars Dei Israel manifesta facta est.* Sed iam de Præpositis, Canonicis, qui in dignitatibus collocantur, agendum est. De Rege Antiocho legitur, 1 Machab. 6. Quod ipse vocauit Philippum vnum de amicis suis, & præposuit eum super vniuersum regnum suum. Ex quibus constat, quòd omnis præpositus, vel prælatus debet esse Dei prouidentia constitutus. Primò, quia dicit, Vocauit. Nullus enim debet se ingerere, nisi vocetur vt Aaron. Vapores enim non ascendunt superius, nisi solaribus radijs attracti. 1. Paralip. 28. *Conuocauit Dauid præpositos turmarum.* 2. Paralip. 23. *Constituit autem Ioiada præpositos in domo Domini.* Sed quomodo iam currunt misereatur illorum Deus. Secundò, debet esse sapientia præditus. Philippus interpretatur os lampadis. Os loquitur, lampas splendet, vt notetur requiri in prælato splendor sapientiæ & discretionis. In ore verò locutio bonæ doctrinæ & prædicationis. Tertiò debet esse vnus, ergo iustus. Isai. sexagesimo, *Ponam præpositos tuos iustitiam, nec audietur vltrà iniquitas in terra.* Tertiò, debet esse amicus omnium, & omnia quæ agit in subditos, fieri debent ex charitate. Heb. 13. *Charitas fraternitatis maneat in vobis.* Quartò, debet esse superior, scil. vt ostendat se superiorem, gestu, vultu, & habitu, Genes. 41. dicitur de Ioseph, quòd ante ipsum præco clamabat, quod omnes coram eo genua flecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ terræ AEgypti. Cùm enim superior se debitè regit, melius ei obeditur. Heb 13. *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim pro vobis vigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Quintò, debet esse valdè diligens, quia debet laborare super vno facto & vigilare, Ieremiæ 2. dicitur de illo, qui erat præpositus super viros bellatores. Et Actor. 7. de Ioseph, Quòd *constituit eum Pharao præpositum super AEgyptum.* Ita enim dicitur Psalm. 6. *Ego autem constitutus sum,* &c. Hæc vox debet esse Prælati cuiuslibet, vt possit verè dicere. *Ego* scil. cum pondere, quasi dic. præstantior: sicut dicitur de Saul, quando Rex debuit constitui, 1. Regum 9. *Non erat vir de filijs Israel maior illo, ab humero & sursum eminebat super omnem populum.* Per humerum operatio, per sursum contemplatio designatur. Quia in vtroque debet alios superare, qui alijs vult præesse. Vnde Gregor. de Prælato dicit: [Præ cunctis sit actione præcipuus: præ cunctis contemplatione suspensus. Qui hoc non habet, non potest signanter dicere Ego, quasi qui nullius substantiæ est.] Quoniam lucerna significat prælatos, vt dicitur Psalm. 17. *Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas.* Lucernæ sunt vniuersitas prælatorum bonorum, candelabrum, Ecclesia. Matthæ. 5. *Vos estis lux mundi.* Quoniam, in quantum ita facis prælatis bonis, etiam vsque ad subditos extende beneficium: hoc est, illumina subditos. Sicut enim subditi respectu Prælatorũ grex vocantur, & prælati pastores, ita vocantur tenebræ respectu prælatorum, & prælati vocantur lux, quia alijs debẽt supereminere vita, scientia & gratia. Matth 6. *Si lumen, quod in te est, tenebræ sint, ipsæ tenebræ, quantæ erunt?* & debẽt vitam alijs in se ostendere, scientiam Dei ex se eos docere, gratiam à Domino eis impetrare. De primo dicitur Matth. 5. *Sic luceat lux vestra coram hominibus,* &c. De secundo Mal. 2. *Labia sacerdotis custodiant scientiam, & legem requirent ex ore eius.* De tertio Psal. *Suscipiant montes* sc. prælati, *pacem populo.* Sunt enim videntes, & oculi Ecclesiæ. Regunt illi, vt Rex regnum vel vrbem. Apocalyp. 19. *Rex regum, & Dominus dominantium.* Vt nauta nauem, Psalm. *Deduxit eos in portum voluntatis eorũ.* Vt sessor equũ, 1. Cor. 6. *Glorificate & portate Deum in cord. vest.* Vt dux bellum siue exercitum, Pro. 20. *Gubernacula tractãda*

Omnis præpositus debet esse Dei prouidentia constitutus.

Debet esse sapientia præditus.

Debet esse iustus.

Debet esse amicus omnium.

Debet esse superior.

Debet esse diligens.

Ego autem constitutus sum, debet dicere prælatus.

Gregor.

Grex & pastores.

Lux & tenebræ.

Pastores regunt vt Rex regnum.

visitatio iustitiæ à Deo & eripitur & ducitur ad locum quietis æternæ, Ps. *multæ tribulationes iustorum, & de his omnibus liberabit eos Dominus.* Sic factum est isti defuncto nostro, qui dum cepisset visitare alios, visitatus à Deo per mortem ereptus & ad tranquillitatem pacis æternæ translatus; ad quod faciunt verba allegata. Vbi Primum ad tempus certitudinem promissionis, dic *ponam.* Sunt enim certa tempora quibus sedent iudices ad examinandas & decidendas causas cum earum meritis in curijs dominorum. Ita facit Deus, qui est iustus iudex, fortis & patiens, adueniente mortis vel iudicij tempore, vt reddat vnicuique secúdum merita & demerita, secundum mensurá iustitiæ iuxta id quod Matth. 25. scribitur, de illo, qui seruis suis tradidit bona sua scil. gratiæ, fortunæ, & naturæ, abijt & redijt, & rationem exegit. Et quia videmus quod nec mala sufficienter puniantur, nec bona remunerentur in hoc mundo, conueniens est, vt aliquádo hoc fiat, scil. in morte occulte & in fine mundi manifeste. Isai. 28. *Ponam in pondere iudicium, & iustitiá in mensura, & subuertet grando spem mendacij, & protectionem aquæ inundabunt, & delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno.* Ex his verbis primo vide æquitatem iudicis, quia *Ponam in pondere.* Fit enim aliud iudicium in morte de his qui fecerunt mala, & qui fecerunt bona. De malis dicitur, *Ponam in pondere iudicium.* Peccata namque ponderosa sunt, & alia alijs grauiora & sicut pondus trahit ad imum, sic peccata ad infernum. Et sicut qui portat pondus graue, currit, vt cito deponat, sic debet facere omnis peccator, & currere ad pœnitentiam ne in infernum demergatur. Hebr. 12. *Deponentes omne pondus & circunstans peccatum per patientiam curramus.* Túc ergò ponitur in pondere iudiciú, quando est grauitas pœnæ inflictæ secundúm grauitatem culpæ. Ista ponderatio culpæ & pœnæ fit in morte in statera Dei scil. in æquitate diuini iudicij Pro. 16. *Pondus & statera iudicia Domini sunt.* Quátum verò ad iudicium eorum, qui bona fecerunt, dicitur: *Et iustitiam in mensura.* Nam iustitiæ hominum dicútur opera bona debito modo facta, de qua iustitia dicitur Matth. 6. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* Talem iustitiam ponit Deus in mensura, quando secundúm operum merita reddit vnicuique præmia. Marc. 6. *In qua mensura mensi fueritis, remitietur vobis.* Secundò, Mortis veritas ponitur dicendo, *subuertet grando,* scil. impetus mortis, *spem mendacij,* quam habebatis de vita longiori, *& protectionem,* scil. vitæ vestræ, quicquid faciebatis ad protegendam & conseruandam vitam vestram. Et ita veritas mortis manifestabit mendacem fuisse spem vestrá, & nihil valere protectionem vitæ vestræ. Figura habetur Luc. 12. in illo diuite, cui dicebatur: *Stulte hac nocte.* Et tales omnes dicere poterunt, cum ad mortem peruenient, illud Isai. 28. *Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.* Et de illa grandine scil. mortis impetu dicitur. Apoc. 6. *Grando magna, sicut talentum, descendit de cælo in homines.* Descendit vtique de cælo in homines ex sententia Domini Genes. 2. *Quacunque hora comederis ex eo.* Et venit cum tanto impetu, quod omnem hominem prosternat. Isai. 28. *Sicut impetus grandinis, turbo confringens,* &c. Dicitur magna quia magnæ potestatis, à qua se nemo hominum tueri potest. Magna sicut talentum scil. sicut peccatum primi parentis, quod ratione grauitatis talento comparatur. Itaque sicut peccatum illud se extendit ad omnes homines, ita & mors. Tertio, Punitionis immensitas contra peccatorem ostenditur, quia æquæ tribulationum & pœnarum inundabunt. Multæ vndæ sunt multæ pœnæ propter abundantiam culpæ, Oseæ 4. *Maledictum & mendacium & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt.* Sed de vndatione pœ-

[Margin notes: Tempus iudicij. — Iudicis æquitas. — Mortis veritas. — Punitionis immensitas.]

narum dicitur Genes. 3. *Inundauerunt aquæ super caput meum.* Vel sicut abundat fluxus aquarum, scil. concupiscentiarum, ita inundabunt torrentes pœnarum, dicente Domino. Apoc. 18. *Quantum se glorificauit & in delitijs fuit, tantum illi date tormentum & luctum.* Ps. *Fluxerunt aquæ & torrentes inundauerunt.* Assimilantur pœnæ infernales torrentibus, quia aliquando sunt torridi, scil. à calore desiccati, aliquando aquis pleni, in quo figuratur, quod damnati Iob 24. *transibunt ab aquis in viam ad calorem nimium.* Quarto, Deceptionis claritas quia dic. *deleb[itur] fœdus nostrum cum morte.*

Malorum securitas. Nam eo ipso quod peccatores non timent mortem nec infernum; videtur fecisse pactum cum vtraque, sicut homo non timet hostem, cum quo habet pacta pacis seu induciarum. Mortem enim non timent, quia sperant diutius viuere, infernum etiam non metuunt, quia etiam malefacientes sperant finaliter conuerti & ad ipsum non ire, vnde neutrum timent, ac si essent cum vtroq; cōfœderati Isa. 28. *Dixistis enim Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactū.* Sed tunc istud pactum apparet irritum, quando peccator morte præoccupatur, & impœnitens ad infernum deducitur: & tunc miser sentit, quàm misere deceptus fuerit.

Eductio amicabilis. Secundò, Ponitur eductio amicabilis, quia dic. *Visitationem tuam.* Visitauit nos Deus veniendo per incarnationem, quod genus humanum petebat.

Visitatio Christi. Psal. *Memento nostri Domine in beneplacito populi visita nos in salutari tuo.* Fuit visitatio verè mirabilis, quia rex totius vniuersi in hospitali huius mundi dignatus est hominem infirmum visitare: Quod admirans ait Dauid. *Quid est homo, quod memor es eius?* Et vtilis, quia a cunctis malis voluit nos saluare. Iob 10. *Visitatio tua custodiuit spiritum meum.* Visitat nos spiritualiter influendo. Sicut enim amicus amicum visitat per amicos & munera. Sic Deus influendo munus gratiæ, & deuotionis visitat amicos suos, aut mittendo angelos, mittendo xenium spiritualis scientiæ & reuelationis. Hoc petebat Dauid, *Respice de cælo, & vide, & visita vineam istam, & perfice eam, quā plantauit dextera tua.* Visitat tēporaliter succurrēdo, sicut dominus seruo suo obsesso aut tribulato. Hinc petebat Dauid misericorditer visitari & temporaliter consolari Psal. *Probasti cor meum, & visitasti nocte.* Visitat affligendo corporaliter, sicut pastor oues errantes reducit: Sic Deus virga temporalium tribulationum oues suas visitat, reducit ad salutem, & saluat à diabolo, Psal. *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo.* Et hoc est signum saluationis. Visitat vel puniendo vel præmiando in sero noctis, scil. mortis. Ideò benè consulit 1. Petr. 5. *Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet, in tempore visitationis.* Et hæc est visitatio pacifica: Isa. 60. *Ponam visitationem tuam pacem.* Item vtilis, Psal. *Visitasti terram, & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.* Visitatio autem Prælatorum debet esse consolatiua Iacob. 1. *Religio munda & immaculata hæc est, visitare pupillos & viduas, in tribulatione eorum.* Matth. 25. *Infirmus fui, & in carcere, & visitastis me.* Correctiua, 1. Reg. 17. *Fratres tuos visitabis si rectè agant* scil. odiū exterminare, quia fratres, subditos examinare, quia Visitabis, Discretè deliberare, quia, *Si rectè agant.* De primò est illud Genes. 13. *Ne quæso sit iurgium, inter me & te, fratres enim sumus.* De Secundò illud. Ezech. 34. *Ego ipse requiram oues meas,* &c. De Tertio 4. Regum 4. *Rectè ne agitur circa te.* Sin minus ecce illud Oseæ 9. *Venerunt tibi dies visitationis, venerunt tibi dies tribulationis.* Sed de visitatione domini dicitur illud Genes. vltimò, vbi dixit Ioseph ad fratres suos, *Deus visitabit vos.* Quia mors sanctorum est amicabilis visitatio Dei, quod beneficium petebat Dauid, *Educ de carcere animam meam, vt confit. nom. tuo.* In qua visitatione licet deficiat corpus, tamen custoditur spiritus, Iob 10. *Visitatio tua cust. spirit. meum.*

Visitatio Prælatorum [illegible]

Deinde

Deinde præmium *Quia ascendere vos faciet à terra ipsa*, scil. ad terram viuentium. Psalm. *Portio mea in terra viuent*: scil. non inferorum, quæ est terra miseriæ, Psal. *Quis autem ascendet in montem Domini*. Vltimò meritum, quia promisit Abrahæ &c æt. Exod. 33. *Eduxisti populum tuum in terram, quam iuraui Abraham, Isaac, & Iacob*, &c æt. Postremò, proponitur quies desiderabilis. Dicunt iura: Bellamus, vt pacem habeamus. In mundo habemus varias pugnas spirituales, sed in fine habebimus pacem. Habet autem homo duos fines. Vnus est glorificatio animæ post mortem corporis, & hic est finis vita æterna, hunc finem assequitur homo per meritum bonæ vitæ. Rom. 6. *Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam*: Et hæc consistit in cognitione sanctiss. Trinitatis. Psalm. *In pace in idipsum, dormiam & requiescam*. Homo non potest quiescere, donec habeat, quod appetit. Alter est glorificatio corporis in fine mundi in resurrectione, quæ fiet virtute Christi secundùm illud 1. Cor. 15. *Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ resurgentium*, &c. Et tunc erunt in pace perfectissima, quam *corruptibile hoc corpus induet incorruptionem & immortalitatem*. Ibi, *pacis non erit finis*. Isai. 9 O Deus visita nos salutari tuo, & quando nos visitas, recordare Domine, quod dixisti per psalmistam: *Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo ei in veritate mea*: alias sicut ventus disperges nos cineres & puluerem & non subsistemus.

Quies desiderabilis.

In funere Abbatis.

Clamamus Abba pater. Rom. 8.

Necessitas sola causa est, vt clamemus, & quidem nunc ad Deum, nunc ad hominem. Ad Deum sicut pupilli clamāt ad tutorem, vt defēdamur, quia ecce pater noster tutor & defensor mortuus est. Sicut discipuli ad Doctorem, vt instruamur, quid nobis desolatis ampliùs facto opus est: sicuti pauperes ad benefactorem, vt nutriamur, verbo, alimento, consolatione, gratia, spiritu, qui toto corde sumus afflicti, sicut vim patientes ad adiutorem, vt eruamur: quia *non est alius modo, qui pugnet pro nobis nisi tu Deus noster*, cui clamamus, *Defensor noster aspice, insidiantes reprime, guberna tuos famulos, quos sanguine mercatus es*. Clamamus ad vos, ô fratres, ô socij, ô mortales, vt compatiamini, vt misereamini, vt auxiliemini, quia Abbate nostro defuncto vires nostræ omnes consumuntur. Propter multa erat iste vtilissimus, ideo magis dolendus & sapientia facit vtilem in consilijs, potentia in auxilijs, amicitia in aduersis, misericordia in indigentijs ideoque quia quilibet abbas vel prælatus est persona communis, qui debet non sibi tantum esse vtilis, sed etiam multis prodesse, sicut 1 Cor. 10. *Non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis*. Ita prædicta sunt ei multum necessaria, vt sit sapiens in consulendo, potens in defendendo amicus in auxiliādo, misericors in subueniēdo. Hæ sūt causæ quare lamentamur. Et licet in talib. toleretur clamor doloris, est tamen magis laudabilis clamor officij diuini & sanctæ orationis, quæ fieri debet ad Deū, vt animā istius patris defuncti misericorditer suscipiat, & vt lugentibus & tri-

Clamādum ad Deū & ad hominē.

Ad Deum quomodo.

Ad hominē quomodo.

Oratio debet esse auida.

& tribulatis de morte ipsius summum auxilium & consolationem infundat. Scriptum est enim Psal. 106. *Clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos.* Debet esse oratio

Alta.

auida, ideò, *clamauerunt.* item alta, quia *ad Dominum* Psal. 44. *Ego autem ad Dominum clamaui, & Dominus saluauit me.* Item opportuna, quia *cum tribularentur.* Psalm. 119. *Ad Dominum cum tribularer clam. & exau. me.* Itē impetratiua: quia *de necessitatibus eorum liberauit eos.* Psalm. 30. *Saluasti de necessitatibus animam meam.*

Opportuna.

Impetratiua.

Abbatis dignitas.

Abbatis dignitas consistit in multis, vt videre est de eius officio, sed maximè quia conuenit ei nomē Dei patris, quod est in Syro sermone, & *inuocamus eum abba*, ex inspiratione Spiritus sancti Gal. 4. *Misit Deus Spiritum filij sui in corda nostra clamantem, abba pater*, scil. facientem nos clamare. Primò dicit quod misit Deus sc. pater, spiritū. Nā Spiritus S. ab eo mitti dicitur, a quo procedit. Secundò, ponitur inspiratio humana, cùm dicitur, in corda nostra, sc. in mentes nostras per inuisibilem inspirationem siue per gratiæ suæ infusionem. Tertiò, Inuocatio, quia facientem clamare, sc. cum effectu inuocare, *Abba pater.* quod idem est ac Pater. & hoc nomen tribuitur Prælatis maioribus monachorum, quia aliquid participant de Dei potestate. Nam Deo patri appropiatur potentia. Marc. 14. *Abba pater, omnia possibilia tibi sunt.* Ergò quia talis prælatus participat aliquid de Dei potestate ratione prælationis, ideò secundum regulam S. Benedicti, *ea quæ sunt dispensabilia secundum regulam, omnia sunt posita in potestate Abbatis.* Vltimò affectus dilectionis demonstratur, cùm dicitur *Pater.* Quia enim pater est amantissimus filiorum, ratione etiam charitatis, quia debet subditos tanquam filios diligere, rationabiliter vocatur Pater. Ioan. 16. *Ipse enim pater amat vos.* Sed Deus dicitur pater ratione creationis, [illegible] honorem. Exo. 20. *Honora patrem tuum.* Et iste honor consistit in tribus. Primò, In laudis deuotione, quo ad ipsum Deum dicentem. Psal. 49. *Sacrificium laudis honorificabit me.* quia laus debet esse in ore & in corde. Secūdò, in corporis puritate, quo ad seipsum 1. Cor. 6. *Glorificate & portate Deum in corpore vestro.* Tertiò, In iudicij æquitate quo ad proximum. Psal. 98. *Honor regis iudicium diligit.* Item Deus dicitur *Pater noster*, ratione gubernationis. Sapient. 14. *Tu pater omnia gubernas prouidentia.* Et licet omnia gubernet suo mundo, nos tamen quasi Dominus. Sapient. 12. *Tu autem dominator virtutis, cùm tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos.* Hac autem ratione debemus Deo tria, primò subiectionem obedientiæ, Hebr. 12. Patres carnis nostræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos, ergo multo magis Deum. secundò imitationem. Ier. 3. *Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis.* Imitari autem debemus in munditia virginitatis. Ierem. 3. *Amodo voca me pater meus, dux virginitatis meæ, & in misericordia.* Luc. 6. *Estote misericordes*, &c. Tertiò, Humiliationem, vt humiliter recipiamus & portemus ipsius castigationem. Hebr. 12. *Quis enim filius, quem non corripit pater.* Item Deus dicitur pater ratione adoptiōis, quia alijs dedit quasi munuscula, nobis autem hæreditatem. *Quod si filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi* Heb. 1. *Quem constituit hæredem vniuersorum*, &c. Et post, *Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.* Ex hoc sequitur, quod proximos nostros diligere debemus intimè, quia fratres nostri & cohæredes sunt, Malach. 2. *Nunquid non pater vnus omnium nostrum?* Iste autem Abbas noster, quibusdam erat pater spirituali prælatione, scil. monachis suis, qui nunc eo subtracto dicere possunt illud, Thren. 5. *Pupilli facti sumus absque patre.* Quibusdam spirituali affectione, sicut de quodam dicitur 2. Mach. 14. qui pro affectu pater Iudæorum appellabatur. Quibusdam pater beneficiorum collatione, vt paupe-

Abbas idē quod pater.

Affectus dilectionis.

Honor patris Dei cō-

[illegible] in tribus.

Deo debemus subiectionem, [illegible].

Imitationem.

Humiliationem.

ribus

bus religiosis & miserabilibus personis, eo modo dicitur, Eccl.4. *Esto pupillis, vt pater* Iob 29. *Pater eram pauperum.* Ideò tales non debent obliuisci animæ eius, Hebr 13 *Beneficentiæ nolite obliuisci.* Iste pater præerat piè & diligenter, prouidebat sapienter, audiebat benignè, castigabat paternè, amabat intimè, faciebat omnia, quæ erant tanti patris, ideo magis clamamus, *Abba pater*, quia talem virum in te amisimus, clamamus ad Dominū vt tui misereatur, vt nobis de tali patre prospiciat, tuiq; recordabimur, quamdiu vixerimus & quamdiu stabit monasterium. Vtinam adhuc viueres Abba pater. Sed quia te in cælis cum Christo viuere speramus age ô pater dilectissime, nos Domino commenda, vt nobis det patrem successorem, qui sit ad nominis sui gloriam, nostram salutem, ordinis incrementum, & sit secundùm desideria cordis diuini, &c.

In funere Prioris.

Venit prior ad monumentum. Ioan.20.

ORdo naturę videtur requirere, vt seniores citius moriantur, quam iuuenes, nam Heb 8 scribitur, quod antiquatur & senescit, prope interitum est; tamen ex alijs causis sæpe contingit cōtrarium, quod figuratè ostenditur Ioan, 20 vbi dicitur, quòd Ioannes qui iunior erat, venit prior ad monumentum, quàm Petrus, qui erat eo antiquior. Sed rursus ad ostendendum ordinem & debitum naturę dicitur etiam ibi, quod in ipsum monumentum Christi priùs Petrus quam Ioannes intrauit. Est item ordo alius diuinæ prouidentiæ, potestatis & iustitiæ, vocare quē velit, atque insuper quem sors primo vbicunq; tetigerit, quod etiam in nostro Priore defuncto poterimus allegare. Et primò tangitur ipsius præeminentia. Nam quicunq; prælatus, cui animarum cura incumbit, sicut excedit alios in dignitate & prælatione, ita quoque deberet præcedere in virtutum perfectiōe, sicut pastor excedit gregem non solum vitæ gubernatione, sed etiam naturæ perfectione Sit ergo, vt ait S.Gregorius cogitatione mundus, actione præcipuus, discretus silētio, vtilis in verbo, singulis cōpassione proximus, præ cunctis contemplatione suspensus, benè agentibus per humilitatem socius, contra delinquentes per zelum iustitiæ erectus, internorum curam exteriorum occupatione nō minuens, exteriorum prouidentiam interiorum sollicitudine non relinquens. Genes.49 *Prior in donis, maior in imperio.* Dicitur ergo. Prior non ex tempore, sed ex dignitate, quasi principalior. Ioan 1. *Post me venit vir, qui ante me factus est, qui prior me erat.* Bonus Prælatus & Prior ordinat vitam suam & conscientiam, & postea dirigit vitam subditorum, non autem allegat onera grauia & importabilia. Math 24. Vnde dicitur Eccles 32. *Præcurre prior in domum tuam*, id est, in mentem tuam ab exterioribus sollicitè redeas, *& illic aduocare*, scil intentionem tuam totam ibi congrega, *& illic lude*, scil. attentè cogita vt illud facias, quod Deo placeat, & quod proximum ædificet, & tibi lucrum pariat, sicut ille qui ludit studet placere, & alios recreare, sibi lucrum conquerere, & illic age conceptiones tuas, scil ibi ordina, qualiter facias bona, quæ erga alios facere concepisti. Secundò, In priore ratione donorum debet esse sufficientia bonitatis, ad regimen aliorum. Rom.12. *Habentes, donationes secundùm gratiam, quæ data est nobis, differentes, siue*, Supple, sit habens, *ministerium.* Ecclesiasticum, sc. dispositionem sacramentorū, vtatur eo ad vtilitatē fidelium, *in ministrando*, sc. ipsa sacramēta dispensando, non simoniacè, sed gratuitè; non

Prioris præminētia in virtutū perfectione. 1.

Gregor.

2 *In donis.*

sua potentia defensor oppressorum, sua prudentia director deuiantium, sua iustitia corrector vitiorum, sua gratia & beneuolentia concordator inimicorum. Ideò hodie impletum est, quod dicitur 1. Reg. 6. *Luxit populus, eo quod percussisset Dominus plebem plaga magna nimis.* Huic potenti addit pastoris commendatio. Ezech 34. Greges pascuntur a pastoribus. Vbi primò consideratur nexus vnitatis per vinculum concordiæ. Grex enim de natura sui significat pluralitatem insimul aggregatam. Animalia enim mansueta solent gregatim viuere, pasci & manere. Inter animalia gradientia patet de bobus & ouibus, de columbis & apibus inter volatilia, de formicis inter reptilia. Itaque si & nos volumus à Deo prædicatore vel homine pastore pasci, debemus esse vniti charitate. Tales enim à Deo per gratiam & à pastore spirituali per doctrinæ pabulum nutriuntur. Natura enim non nutrit membrum, nisi quamdiu in eodem corpore alijs est vnitum: si enim ab alijs diuiditur, nunquam à natura pascitur & nutritur. Sic Deus illos solum pascet pabulo sc. gratiæ, gloriæ & doctrinæ, quos cum alijs membris corporis sui aggregatos inueniet, & quos per vinculum charitatis in grege aliorum reperiet. Gen. 37. *Ioseph pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer.* Hæretici autē qui recedunt a grege Religionis, Ecclesiæ vel congregationis à Deo per gratiam non pascuntur, nec ab eo per gloriam nutrientur. Zach. 11. *Dixi, non pascam eos.* Sed ecce pastor noster defunctus, quomodo nos ad vnitatem reduxit fidei, nos in illa erudiuit & conseruauit, quomodo ille nos, nos illum dileximus. Iam nos illum commendemus Deo propter sua merita ad gloriam capessendam, ille commēdabit Deo nos oues suas, pro quibus etiam in iudicio tanquam lucratas respondebit. Secundò, consideratur largitatis irrogatio, quia pascuntur, quod est pluralis numeri, & præsentis temporis, per quod intelligitur, quod illi qui pascunt alios, debent præsentialiter, cito & sine dilatione eos pascere, & non solùm vnum, sed plures. De præsentia quidem 1. Pet. 5. *Pascite qui in vobis est gregem.* E contra Ezech. 34. dicitur: *Gregem meum non pascebatis.* Pascuntur autem pauperes per temporalem subuentionem, deuoti per sacramentalem refectionem, simplices per exemplarem inspectionem, ignorantes per scientificam instructionem, beati per æternam fruitionem. Sed nūc porci immundi pascuntur, & pascunt se pastores, gregem derelinquentes. Quod non fecit pastor noster defunctus, sed omnes vt dixi pauit, eleemosynis, verbo, exemplo, consolatione, amore, & quibuscunque modis debuit & potuit. Tertiò, Quantum ad pascentium dignitas & regimen. Pastor enim est nomen excellentiæ, potentiæ, sapientiæ, prudentiæ, prouidentiæ. Pastor debet gregem excellere virtutibus, ita dicitur pastor excellens. Debet gregem corrigere, ne vagetur, & dicitur pastor corripiens. Debet gregi præsidere, ne fugiat, sic dicitur pastor præsidens. Debet gregem in agilibus dirigere, ita dicitur pastor sapiens. Debet gregi prouidere, ne indigeat, ita dicitur pastor prouidēs. [illegible] debet gregem excellere per vitæ continentiam, sicut pastor bestias, vt videatur differentia. D. Gregor. in pastorali: *Tantum debet actionem populi præcedere actio præsulis, quantum distare solet à grege vita pastoris. Caput enim multum excellit a sua membra in sensuum viuacitate quia sicut caput loquitur, alia sunt muta. Caput videt, alia membra sunt cæca. Caput audit, alia sunt surda.* Sic pastor vel Prælatus debet esse sine defectu, debet per prædicationem scire verba proferre, per prudentiam debet videre, per iustitiam audire. Et sic de excellentia illius dicitur Ezech. 34. *Suscitabo super eos pastorem vnum, seruum meum Dauid, qui pascet eos, & ipse erit eis in pastorem.* Nota emphasin in

Pastoris commendatio

Hæretici non pascuntur à Deo.

Largitatis irrigatio.

Pastor est nomen excellentiæ.

Gregor.

sin in istis dictionibus, *Suscitabo, super vnum.* Secundò, debent protegere per potentiam, & in casu necessitatis animam pro grege ponere, & à periculis liberare. Contra Tyrannos, hæreticos & dæmones tueri. Isa. 31. *Fugit leo, cùm occurrit ei multitudo pastorum:* ne sint sicut mercenarij. Ioan. 10. Tertio, dirigere per prudentiam, nunc ad domum, nunc ad pascua hæc vel illa. Sic Lucæ 2. *Pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum.* Et hoc petebat Moyses Num. 27. *Prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc, & possit intrare & exire ante eos, & educere, & introducere, ne sit populus Domini sicut oues sine pastore.* Nunc autem defectus est magnus, quia pastores magis sunt ignorantes, quam subditi. Et comparantur idolo. Zach. 13. quia habent apparentiam, non existentiam. Idolum etiam non habet scientiam, neque vitam. Sic nec isti. Ideò dicitur Ieremiæ 10. *Stultè egerunt pastores, Dominum non quæsierunt, & dispersus est grex eorum.* & Zach. 11. *Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti: quia ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit,* &c. Sed defunctus noster habuit eminentiam & prudentiam. Quartò, corrigere per iustitiam. Primo, errantem autem corrigere verbo, nolentem baculo. Sic Prælatus est pastor. Michææ 7. *Pasce populum tuum in virga tua.* Vt autem alios corrigant, debent esse iusti, audaces, constantes, potentes, & virtute alios præcellentes, dicentes Genes. 46. *Viri pastores sumus serui tui.* *Væ autem pastoribus.* Ierem. 23. *qui dispergunt & dilacerant gregem pascuæ meæ.* Quinto, porrigere per clementiam, quia debet subditos pascere & fouere, pabulo sustentationis temporalis, & pabulo eruditionis & prædicationis verbalis. Ecclesiast. 18. *Qui misericordiam habet, docet, & erudit, sicut pastor gregem suum.* Sed contra fit, quia pastores

Item nomē potentiæ.

Item nomē prudentiæ.

Pastores ignorantes quib. comparantur.

Item nomē iustitiæ.

Item nomē clementiæ.

omnia deglutiunt. Ioel. 1. *Mugierunt greges armentorum, quia non est pascua eis.* Ezechiel. 34. *Væ pastoribus, qui pascunt semetipsos. Lac comedebatis, & lana operiebamini,* &c. Ecce vita malorum pastorum, qui neglexerunt honorem Dei, officium suum, salutem animarum, non pauerunt, nisi seipsos, vnde depascentur è contrario in inferno. Sed defunctus noster seipsum neglexit, vt pasceret nos verbo diuino, & sacramentis sacrosanctis, nudos, famelicos, & alios operibus misericordiæ, & sic ad pascua, quibus beati in cælis perfruuntur, secessit, nos ad eadem inuitans, primo, & nunc expectaturus. Diligenter ipse fungebatur officio suo, sacratissima sacramenta administrans, confessionem etiam ab ægroto accipiens, quam singulis annis circa festum Paschatis ex præcepto Ecclesiæ excipiebat, & confitentibus sacram communionem porrigebat, infirmos visitabat, consolabatur, reficiebat cœlestibus alimonijs, & vngebat, pro illis defunctis & viuis Deum deprecabatur, populumque ad hæc & alia pro concione hortabatur. O quàm bonus pastor in populo, sic placuisti Domino. Certè quo magis eius merita & studia in nos prædicamus, eò magis carentiam eius dolere debemus, illi autem eò magis gratulari, quia propter nos pastos, conseruatos, & ad Christum deductos, inenarrabilem consecutus est gloriam.

(?)

In funere Prælati.

Mementote Præpositorum vestrorum. Heb 13.

IN primis necesse est memorari creatoris nostri potentiam & mirabilia, quæ Deus facit in continua mundi gubernatione, quæ faciet etiam in iudicio extremo, in mundi renouatione. Psalm. *Memor ero ab initio mirabilium tuorum.* Eccles. 12. *Memento creatoris tui.* Secundò, Clementiam Redemptoris, scil. omnes passiones eius, quas pro nobis redimendis sustinuit, & hæc per compassionem & gratiarum actionem. Heb. 12. *Recogitate eum, qui talem in corpore suo sustinuit contradictionem.* Sola enim memoria sanguinis Christi ad prœliandum contra dæmones, & vitia, deuotos excitat & fideles. Sic illud Thren. 3. dicit Christus cuilibet: *Recordare paupertatis meæ.* Et talis iterum. Psalm. *Memor fui tui super stratum meũ, in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus.* Et, *Propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniij à monte modico.* Tertiò, Iustitiam correctoris, quanta sit diuinæ iustitiæ seueritas, iudiciorum suorum obscuritas, & futuræ sententiæ authoritas. Psalm. *Memorabor iustitiæ tuæ solius.* Neem 4. *Domini Dei magni & terribilis mementote.* Hæc præcipuè de Deo. Quæ verò de nobis. Sunt vilitas conditionis nostræ. Psalm. *Memorare, quæ mea substantia Domine, quàm vanè constituisti omnes filios hominum:* quam viliter generati, difficulter nutriti, fragiliter constituti, peccata quæ commisimus, qualiter in his Deum offendimus, qualiter paradisum amisimus, & infernum acquisiuimus, quàm subita, aspera & occulta sit mors. Item memorari, quanta fuerit perfectio prædecessorum, quomodo illi salui facti sunt, & in memoria æterna, quomodo alij damnati, & quæ nostra debet esse erga benefactores affectio. Vnde in verbis allegatis dicitur *Mementote.* Sed quia Deus instituit & ordinauit Magistratum suum spiritualem cuilibet, vt in his instituatur, dirigatur, conseruetur & saluetur, itaque *Mementote præpositorum vestrorum,* sc. vobis constitutorum, vt quæ vos monent, docent & terrent, seruetis, nec aliter sub amissione salutis faciatis. *Obedite præpositis vestris, tanquam ipsi rationem reddituri de vobis.* Et si fecerunt vobis quod debuerunt, & iam ad eum redierunt, à quo ad vos missi fuerunt, *Mementote præpositorum vestrorum,* etiam defunctorum, & qui etiam pro vobis rationem reddituri sunt, adiuuate eos, orationibus, Eleemosynis, sacrificijs, &c. Nam & Paulus in loco citato, priusquàm diceret: *Mementote præpositorum vestrorum,* præmisit: *Charitas fraternitatis maneat in vobis,* scil. sicut in vita, ita & in morte. Item mementote vinctorum tanquam simul vincti: Vincti estis vinculo charitatis, vincti estis fragilitate & in morte, & post mortem eritis & vincti amore, & incarcerati fortassis etiam in purgatorio, ideo mementote incarceratorum talium, bene precando, bene de ipsis loquendo, quod & subiungit. Salutate omnes præpositos vestros. Salutem & bona omnia precemini, tam in viuis, quàm post mortem, Domino Deo illos commendantes iugiter. Vt de præpositis dicamus, certè etiam Deus in illa cœlesti hierarchia constituit præpositos, vt de Sancto Michaele canimus: Michael præpositus Paradisi, quem honorificant angelorum ciues. & Daniel. 10. *Nemo est adiutor meus, nisi Michael princeps vester.* Fit enim mentio ibidem de Rege Persarum & Græcorum. & constat secundum Doctores, quod ibi loquatur de angelis regnorum & prouinciarum præfectis. Et de regimine angelico super prouincijs & regnis dici-

Sanguinis Christi memoria quid valeat.

Vilitas conditionis nostræ.

Perfectio prædecessorum.

Deus ordinauit magistratum suum spiritualem.

Mementote præpositorum.

dicitur, Ecclesiast. 17. quòd *Deus in vnumquamque gentem præposuit rectorem, & pars Dei Israel manifesta facta est.* Sed iam de Præpositis, Canonicis, qui in dignitatibus collocantur, agendum est. De Rege Antiocho legitur, 1. Machab. 6. Quod ipse vocauit Philippum vnum de amicis suis, & præposuit eum super vniuersum regnum suum. Ex quibus constat, quòd omnis præpositus, vel prælatus debet esse Dei prouidentia constitutus. Primò, quia dicit, Vocauit. Nullus enim debet se ingerere, nisi vocetur vt Aaron. Vapores enim non ascendunt superius, nisi solaribus radijs attracti. 1. Paralip. 28. *Conuocauit Dauid præpositos turmarum.* 2. Paralip. 23. *Constituit autem Ioiada præpositos in domo Domini.* Sed quomodo iam currunt misereatur illorum Deus. Secundò, debet esse sapientia præditus. Philippus interpretatur os lampadis. Os loquitur, lampas splendet, vt notetur requiri in prælato splendor sapientiæ & discretionis. In ore verò locutio bonæ doctrinæ & prædicationis. Tertiò, debet esse verus, ergo iustus. Isai. sexagesimo, *Ponam præpositos tuos iustitiam, ne audietur vltrà iniquitas in terra.* Tertio, debet esse amicus omnium, & omnia quæ agit in subditos, fieri debent ex charitate. Heb. 13. *Charitas fraternitatis maneat in vobis.* Quartò, debet esse superior, scil. vt ostendat se superiorem, gestu, vultu, & habitu, Genes. 41. dicitur de Ioseph, quòd ante ipsum præco clamabat, quòd omnes coram eo genua flecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ terræ Ægypti. Cùm enim superior se debitè regit, melius ei obeditur. Heb 13. *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim pro vobis vigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Quintò, debet esse valdè diligens, quia debet laborare super vno facto & vigilare, Ieremiæ 2. dicitur de illo, qui erat præpositus super viros bellatores. Et Actor. 7. de Ioseph, Quòd *constituit eum*

Omnis præpositus debet esse à Dei prouidentia constitutus

Debet esse sapientia præditus.

Debet esse verus.

Debet esse amicus omnium.

Debet esse superior.

Debet esse diligens.

Pharao præpositum super Ægyptum. Ita enim dicitur Psalm. 6. *Ego autem constitutus sum,* &c. Hæc vox debet esse Prælati cuiuslibet, vt possit verè dicere. *Ego* scil. cum pondere, quasi dic. præstantior: sicut dicitur de Saul, quando Rex debuit constitui, 1. Regum 9. *Non erat vir de filijs Israel maior illo, ab humero & sursum eminebat super omnem populum.* Per humerum operatio, per sursum contemplatio designatur. Quia in vtroque debet alios superare, qui alijs vult præesse. Vnde Gregor. de Prælato dicit: [Præ cunctis sit actione præcipuus: præ cunctis contemplatione suspensus. Qui hoc non habet, non potest signanter dicere Ego, quasi qui nullius substantiæ est.] Quoniam lucerna significat prælatos, vt dicitur Psalm. 17. *Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas.* Lucernæ sunt vniuersitas prælatorum bonorum, candelabrum, Ecclesia. Matthæ. 5. *Vos estis lux mundi.* Quoniam, inquam, ita facis prælatis bonis, etiam vsq. ad subditos extende beneficium: hoc est, illumina subditos. Sicut enim subditi respectu Prælatorũ grex vocantur, & prælati pastores, ita vocantur tenebræ respectu prælatorum, & prælati vocantur lux, quia alijs debẽt supereminere vita, scientia & gratia. Matth. 6. *Si lumen, quod in te est, tenebræ sint, ipsæ tenebræ, quantæ erunt?* & debẽt vitam alijs in se ostendere, scientiam Dei ex se eos docere, gratiam à Domino eis impetrare. De primo dicitur Matth. 5. *Sic luceat lux vestra coram hominibus,* &c. De secundo Mal. 2. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius.* De tertio Psal. *Suscipiant montes* sc. prælati, *pacem populo.* Sunt enim videntes, & oculi Ecclesiæ. Regunt illi, vt Rex regnum vel vrbem. Apocalyp. 19. *Rex regum, & Dominus dominantium.* Vt nauta nauem, Psalm. *Deduxit eos in portum voluntatis eorũ.* Vt sessor equũ, 1. Cor. 6. *Glorificate & portate Deum in cord. vest.* Vt dux bellum siue exercitum, Pro. 20. *Gubernacula tractãda*

Ego autẽ constitutus sum, debet dicere prælatus.

Gregor.

Grex & pastores,

Lux & tenebræ.

Pastores regunt vt Rex regnum.

visitatio iustitiæ à Deo & eripitur & ducitur ad locum quietis æternæ, Ps. *Multæ tribulationes iustorum, & de his omnibus liberabit eos Dominus.* Sic factum est isti defuncto nostro, qui cum cepisset visitare alios, visitatus a Deo per mortem ereptus & ad tranquillitatem pacis æternæ translatus, ad quod faciunt verba allegata. Vbi primo a iudice certitudinem promittunt ... *ponam.* Sunt enim certa tempora quibus sedent iudices ad examinandas & decidendas causas cum earum meritis in curijs dominorum: ita facit Deus, qui est iustus iudex, fortis & patiens, adueniente mortis vel iudicij tempore, vt reddat vnicuique secudum merita & demerita, secundum mensurā iustitiæ, iuxta id quod Matth. 25. scribitur de illo, qui seruis suis tradidit bona sua, scil. gratiæ, fortunæ, & naturæ, abijt & rediit, & rationem exegit. Et quia videmus quod nec mala sufficienter puniuntur, nec bona remunerentur in hoc mundo, conueniens est, vt aliquādo hoc fiat, cum in morte occulte & in fine mundi manifeste. Isai. 28. *Ponam in pondere iudicium, & iustitiam in mensura, & subuertet grando spem mendacij, & protectionem, quae inundabunt, & delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno.* Ex his verbis primo vide æquitatem iudicis, quia *Ponam in pondere.* Fit enim aliud iudicium in morte de his qui fecerunt mala, & qui fecerunt bona. De malis dicitur, *Ponam in pondere iudicium.* Peccata namque ponderosa sunt, & alia alijs grauiora & sicut pondus trahit ad imum, sic peccata ad infernum. Et sicut qui portat pondus graue currit, vt cito deponat, sic debet facere omnis peccator, & currere ad pœnitentiam ne in infernum demergatur. Hebr. 12. *Deponentes omne pondus & circumstans peccatum per patientiam curramus.* Tūc ergo ponitur in pondere iudiciū, quando est grauitas pœnæ inflictæ secundūm grauitatem culpæ. Ista ponderatio culpæ & pœnæ fit in morte in statera Dei scil. in æquitate diuini iudicij Pro. 16. *Pondus & statera iudicia Domini sunt.* Quātum verò ad iudicium mortis eorum, qui bona fecerunt, dicitur: *Et iustitiam in mensura.* Nam iustitiæ hominum dicūtur opera bona debito modo facta, de qua iustitia dicitur Matth. 6. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* Talem iustitiam ponit Deus in mensura, quando secundum operum merita reddit vnicuique præmia Marc. 6. *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* Secundò, Mortis veritas ponitur dicendo, *subuertet grando,* scil. impetus mortis, *spem mendacij*, quam habebatis de vita longiori, *& protectionem,* scil. vitæ vestræ, quicquid faciebatis ad protegendam & conseruandam vitam vestram. Et ita veritas mortis manifestabit mendacem fuisse spem vestrā, & nihil valere protectionem vitæ vestræ. Figura habetur Luc. 12. in illo diuite, cui dicebatur: *Stulte hac nocte.* Et tales omnes dicere poterunt, cum ad mortem peruenient, illud Isai. 28. *Posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.* Et de illa grandine scil. mortis impetu dicitur. Apoc. 6. *Grando magna, sicut talentum, descendit de cælo in homines.* Descendit vtique de cælo in homines ex sententia Domini Genes. 2. *Quacunque hora comederis ex eo* Et venit cum tanto impetu, quod omnem hominem prosternat Isai. 28. *Sicut impetus grandinis, turbo confringens,* &c. Dicitur magna quia magnæ potestatis, à qua se nemo hominum tueri potest. Magna sicut talentum scil. sicut peccatum primi parentis, quod ratione grauitatis talento comparatur. Itaque sicut peccatum illud se extendit ad omnes homines, ita & mors. Tertio, Punitionis immensitas contra peccatorem ostenditur, quia æquæ tribulationum & pœnarum inundabunt. Multæ vndæ sunt multæ pœnæ propter abundantiam culpæ, Oseæ 4. *Maledictum & mendacium & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt.* Sed de vndatione pœ-

Marginal notes: *Prima ... ponendi.* — *Mortis veritas.* — *Iudicis æquitas.* — *Punitionis immēsitas.*

narum dicitur Genes. 3. *Inundauerunt aquæ super caput meum.* Vel sicut abundat fluxus aquarum, scil. concupiscentiarum, ita inundabunt torrentes pœnarum, dicente Domino. Apoc. 18. *Quantum se glorificauit & in delitijs fuit, tantum illi date tormentum & luctum.* Psal. *Fluxerunt aquæ & torrentes inundauerunt.* Assimilantur pœnæ infernales torrentibus, quia aliquando sunt torridi, scil. à calore desiccati, aliquando aquis pleni, in quo figuratur, quod damnati Iob 24. *transibunt ab aquis in viam ad calorem nimium.* Quarto, Deceptionis claritas quia dic. *delebitur fœdus nostrum cum morte.* Nam eo ipso quod peccatores non timent mortem nec infernum; videtur fecisse pactum cum vtraque, sicut homo non timet hostem, cum quo habet pacta pacis seu induciarum. Mortem enim non timent, quia sperant diutius viuere, infernum etiam non metuunt, quia etiam malefacientes sperant finaliter conuerti & ad ipsum non ire, vnde neutrum timent, ac si essent cum vtroq; cōfœderati. Isa. 28. *Dixistis enim Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactū.* Sed tunc istud pactum apparet irritum, quando peccator morte præoccupatur, & impœnitens ad infernum deducitur: & tunc miser sentit, quàm misere deceptus fuerit.

Malorum securitas.

Secundo, Ponitur eductio amicabilis, quia dic. *Visitationem tuam.* Visitauit nos Deus veniendo per incarnationem, quod genus humanum petebat. Psal. *Memento nostri Domine in beneplacito populi visita nos in salutari tuo.* Fuit visitatio verè mirabilis, quia rex totius vniuersi in hospitali huius mundi dignatus est hominem infirmum visitare: Quod admirans ait Dauid. *Quid est homo, quod memor es eius?* Et vtilis, quia a cunctis malis voluit nos saluare. Iob 10. *Visitatio tua custodiuit spiritum meum.* Visitat nos spiritualiter influendo. Sicut enim amicus amicum visitat per amicos & munera. Sic Deus influendo munus gratiæ, & deuotionis visitat amicos suos, aut mittendo angelos. mittendo xenium spiritualis scientiæ & reuelationis. Hoc petebat Dauid, *Respice de cælo, & vide, & visita vineam istam, & perfice eam, quā plantauit dextera tua.* Visitat tēporaliter succurrēdo, sicut dominus seruo suo obsesso aut tribulato: sic petebat Dauid misericorditer visitari & temporaliter consolari Psal. *Probasti cor meum, & visitasti nocte.* Visitat affligendo corporaliter, sicut pastor oues errantes reducit: Sic Deus virga temporalium tribulationum oues suas visitat, reducit ad salutem, & saluat à diabolo, Psal. *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo.* Et hoc est signum saluationis. Visitat vel puniendo vel præmiando. in sero noctis, scil. mortis. Ideo benè consulit 1 Petr. 5. *Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet, in die visitationis.* Et hæc est visitatio pacifica: Isa. 60. *Ponam visitationem tuam pacem.* Item vtilis, Psal. *Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam.* Visitatio autem Prælatorum debet esse consolatiua Iacob. 1. *Religio munda & immaculata hæc est, visitare pupillos & viduas, in tribulatione eorum.* Matth. 25. *Infirmus fui, & in carcere, & visitastis me.* Correctiua, 1. Reg. 17. *Fratres tuos visitabis si rectè agant* scil. odiū exterminare, quia fratres, subditos examinare, quia Visitabis, Discretè deliberare, quia, *Si rectè agant.* De primò est illud Genes. 13 *Non sit quæso iurgium, inter me & te, fratres enim sumus.* De Secundò illud. Ezech. 34. *Ego ipse requiram oues meas,* &c De Tertio 4. Regum 4. *Rectè ne agitur circa te.* Sin minus ecce illud Oseæ 9. *Venerunt tibi dies visitationis: venerunt tibi dies tributationis.* Sed de visitatione domini dicitur illud Genes. vltimò, vbi dixit Ioseph ad fratres suos, *Deus visitabit vos.* Quia mors sanctorum est amicabilis visitatio Dei, quod beneficium petebat Dauid, *Educ de carcere animam meam, vt confit. nom. tuo.* In qua visitatione licet deficiat corpus, tamen custoditur spiritus. Iob 10. *Visitatio tua cust. spirit. meum.*

Eductio amicabilis.

Visitatio Christi.

Visitatio prælatorū debet esse cōsolatiua.

Deinde

Deinde præmium *Quia ascendere vos faciet à terra ista*, scil. ad terram viuentium. Psalm. *Portio mea in terra viuent:* scil. non inferorum, quæ est terra miseriæ, Psal. *Quis autem ascendet in montem Dom. in.* Vltimò meritum, quia promisit Abrahæ &cæt. Exod. 33. *Educ sti populum tuum in terram, quam iuraui Abraham, Isaac, & Iacob*, &cæt. Postremò, proponitur quies desiderabilis. Dicunt iura: Bellamus, vt pacem habeamus. In mundo habemus varias pugnas spirituales, sed in fine habebimus pacem. Habet autem homo duos fines. Vnus est glorificatio animæ post mortem corporis, & hic est finis vita æterna, hunc finem assequitur homo per meritum bonæ vitæ. Rom. 6. *Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam:* Et hæc consistit in cognitione sanctiss. Trinitatis. Psalm. *In pace in idipsum, dormiam & requiescam.* Homo non potest quiescere, donec habeat, quod appetit. Alter est glorificatio corporis in fine mundi in resurrectione, quæ fiet virtute Christi secundùm illud 1. Cor. 15. *Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ resurgentium*, &c. Et tunc erunt in pace perfectissima, quam *corruptibile hoc corpus induet incorruptionem & immortalitatem.* Ibi, *pacis non erit finis*, Isai. 9. O Deus visita nos salutari tuo, & quando nos visitas, recordare Domine, quod dixisti per psalmistam: *Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo ei in veritate mea:* alias sicut ventus disperges nos cineres & puluerem & non subsistemus.

Quies desiderabilis.

In funere Abbatis.

Clamamus Abba pater. Rom. 8.

Necessitas sola causa est, vt clamemus, & quidem nunc ad Deum, nunc ad hominem. Ad Deum sicut pupilli clamāt ad tutorem, vt defēdamur, quia ecce pater noster tutor & defensor mortuus est: Sicut discipuli ad Doctorem, vt instruamur, quid nobis desolatis ampliùs facto opus est: sicuti pauperes ad benefactorem, vt nutriamur, verbo, alimento, consolatione, gratia, spiritu, qui toto corde sumus afflicti, sicut vim patientes ad adiutorem, vt eruamur: quia *non est alius* modo, *qui pugnet pro nobis nisi tu Deus noster*, cui clamamus, *Defensor noster aspice, insidiantes reprime, guberna tuos famulos, quos sanguine mercatus es.* Clamamus ad vos, ô fratres, ô socij, ô mortales, vt compatiamini, vt misereamini, vt auxiliemini, quia Abbate nostro defuncto vires nostræ omnes consumuntur. Propter multa erat iste vtilissimus, ideò magis dolendus & sapientia facit vtilem in consilijs, potentia in auxilijs, amicitia in aduersis, misericordia in indigentijs ideoque quia quilibet abbas vel prælatus est persona communis, qui debet non sibi tantum esse vtilis, sed etiam multis prodesse, sicut 1 Cor. 10. *Non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis.* Ita prædicta sunt ei multum necessaria, vt sit sapiens in consulendo, potens in defendendo amicus in auxiliādo, misericors in subueniēdo. Hæ sūt causæ quare lamentamur. Et licet in talib. toleretur clamor doloris, est tamen magis laudabilis clamor officij diuini & sanctæ orationis, quæ fieri debet ad Deū, vt animā istius patris defuncti misericorditer suscipiat, & vt lugentibus & tri-

Clamādum ad Deū & ad hominē.

Ad Deum quomodo.

Ad hominē quomodo.

bus religiosis & miserabilibus personis, eo modo dicitur, Eccl. 4. *Esto pupillis, vt pater.* Iob 29. *Pater eram pauperum.* Ideò tales non debent obliuisci animæ eius, Hebr 13. *Beneficentiæ nolite obliuisci.* Iste pater præerat piè & diligenter, prouidebat sapienter, audiebat benignè, castigabat paternè, amabat intimè, faciebat omnia, quæ erant tanti patris, ideo magis clamamus, *Abba pater*, quia talem virum te amisimus, clamamus ad Dominũ vt tui misereatur, vt nobis de tali patre prospiciat, tuiq; recordabimur, quamdiu vixerimus & quamdiu stabit monasterium. Vtinam adhuc viueres Abba pater. Sed quia te in cælis cum Christo viuere speramus age ò pater dilectissime. nos Domino commenda, vt nobis det patrem successorem, qui sit ad nominis sui gloriam, nostram salutem, ordinis incrementum, & sit secundùm desideria cordis diuini, &c.

In funere Prioris.

Venit prior ad monumentum. Ioan. 20.

ORdo naturę videtur requirere, vt seniores citius moriantur, quam iuuenes, nam Heb 8. scribitur, quod antiquatur & senescit, prope interitum est; tamen ex alijs causis sæpe contingit cõtrarium, quod figuratè ostenditur Ioan, 20. vbi dicitur, quòd Ioannes qui iunior erat, venit prior ad monumentum, quàm Petrus, qui erat eo antiquior. Sed rursus ad ostendendum ordinem & debitum naturę dicitur etiam ibi, quod in ipsum monumentum Christi priùs Petrus quàm Ioannes intrauit. Est item ordo alius diuinæ prouidentiæ, potestatis & iustitiæ, vocare quẽ velit, atque insuper quem sors primo vbicunq; tetigerit, quod etiam in nostro Priore defuncto poterimus allegare. Et primò tangitur ipsius præeminentia. Nam quicunq; prælatus, cui animarum cura incumbit, sicut excedit alios in dignitate & prælatione, ita quoque deberet præcedere in virtutum perfectiõe, sicut pastor excedit gregem non solum vitæ gubernatione, sed etiam naturæ perfectione. Sit ergo, vt ait S. Gregorius cogitatione mundus, actione præcipuus, discretus silẽtio, vtilis in verbo, singulis compassione proximus, præ cunctis contemplatione suspensus, benè agentibus per humilitatem socius, contra delinquentes per zelum iustitiæ erectus, internorum curam exteriorum occupatione nõ minuens, exteriorum prouidentiam interiorum sollicitudine non relinquens. Genes. 49. *Prior in donis, maior in imperio.* Dicitur ergo. Prior non ex tempore, sed ex dignitate, quasi principalior. Ioan 1. *Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat.* Bonus Prælatus & Prior ordinat vitam suam & conscientiam, & postea dirigit vitam subditorum, non autem allegat onera grauia & importabilia. Matth. 24. Vnde dicitur Eccles 32. *Præcurre prior in domum tuam*, id est, in mentem tuam ab exterioribus sollicitè redeas, *& illic auocare*, scil intentionem tuam totam ibi congrega, *& illic lude*, scil. attentè cogita vt illud facias, quod Deo placeat, & quod proximum ædificet, & tibi lucrum pariat, sicut ille qui ludit studet placere, & alios recreare, sibi lucrum conquerere, & illic age conceptiones tuas, scil ibi ordina, qualiter facias bona, quæ ergà alios facere concepisti. Secundò, In priore ratione donorum debet esse sufficientia bonitatis, ad regimen aliorum. Rom. 12. *Habentes, donationes secundùm gratiam, quæ data est nobis, differentes, siue*, Supple, sit habens, *ministerium*. Ecclesiasticum, sc. dispositionem sacramentorũ, vtatur eo ad vtilitatẽ fidelium, *in ministrando*, sc. ipsa sacramẽta dispensando, non simoniacè, sed gratuitè;

Prioris præeminẽtia in virtutũ perfectione. 1.

Gregor.

2. *In donis.*

non pigrè, sed sollicitè: nō irreuerēter, sed deuotè, non immūdè, sed purè & castè. *hęc qui docet*, sc. qui gratiā docendi habet, eā ad vtilitatē aliorū erogando, vt moueat. Debet n. illuminare intellectū, inflāmare affectū, & mouere ad actū. *Qui exhortatur*, sc. qui habet gratiā exhortādi, vtatur ea etiā ad vtilitatē aliorū in exhortando. Nā sicut *colloquia praua corrumpunt bonos mores*, ita exhortationes etiā simpliciū hominū ædificant. *Qui tribuit*. sc. Eleemosynas tribuat, sc. *in simplicitate*, sc. simplici intētione, in sua intētione vitæ æternę, vt *nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua*. *Qui praeest in sollicitudine*. sc. præsit. Sollicitudo n. annexa est Prælaturę & dominio. 2. Cor. 11 *Instantia mea quotidiana, sollicitudo omniū Ecclesiarū*. *Qui miseretur*, sc. qui opera misericordiæ impēdit in charitate sc. hoc faciat, quia *hilarē datorē diligit Deus*. Tertiò, Obserua. Qui in Ecclesiasticis officijs maior est authoritate & potestate imperādi, ille debet esse minor in humilitate se reputādi, & in charitate seruiēdi. Sic Christus præcepit Mat. 20. *Quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister*. Gen. 25. *Maior seruiet minori*. Apostol° ad Philemonē dic. *Multā fiduciā habens imperādi tibi, quod ad rē pertinet, propter charitatē magis obsecro*. Iterū mortis instantiā nota, quia venit, sc. ad monumentū. Mors. n. annihilat omnia ex quib. homo superbire cōsueuit. ꝙ de Antiocho 2. Mach 9. dicitur, qui ex graui superbia deductus ad agnitionē sui venire, *diuina admonitione plaga*, sc. mortis instātia, quę prouenit ex diuina sentētia. Gen. 2. Casus vel descensus superbi ęest in ignominiosam culpā vel grauē pœnā, ideò sequitur quod grauis sit culpa. De ignominioso casu patet: quia Deus excellos viros propter superbiā permittit cadere in turpia peccata. Vnde Ro. 1. *Philosophi propter elationē cordis traditi sunt in reprobū sensum, vt faciāt ea, quæ nō conueniunt*. Pro. 29. *Superbū sequitur humilitas*. Ier. 13. *Putrescere faciā superbiā Iuda*. Itē grauitas superbiæ facit ruere in pęnas pro-

Maior in potestate debet esse minor in humilitate.

Mortis instātia quæ annihilat.

Casus superbiæ quis.

Grauitas superbiæ.

fundissimas sicut patet de Lucifero Isa. 14. *Detracta est ad inferos superbia tua* & c. 23. *Dominus exercituū excogitauit hoc, vt detraheret superbiā omnis gloriæ*. Item mortis instātia est illuminatiua intellectus, quia facit hominē cognoscere suā imbecillitatē, quia nō potest morti resistere, & nuditatē suā, & iniquitatē suā. Nuditatē quidē, quia mors cōpellit hominē exire de hoc mundo, sicut ingressus est. Iniquitatem, quia mors est quædā citatio hominis ad diuinū iudiciū: *statutū n. est n. omnib. hominib. semel mori*. Heb. 9. & hoc cognoscim per fidē. Ps. 139 *Cognoui, quia faciet Dominus iudiciū*. Et quia debet cogitare, quæ fecit, venit cū tremore ad iudiciū Sap 4. *Venient in cogitatione peccatorū suorum*. Item est correctiua per admonitionē, sc. ad pœnitētiā & correctionē vitiorū, antequā homo recedat de vita ista. Vnde dicitur, *diuina admonitione plaga*. Sap. 12. *Hos qui errant ex partib. corripis, & de quib. peccant admones, & colloqueris vt relicta malitia credant in te Domine*. Imò etiā morte alterius admonetus homo de fine suo, vt cogitet, quid futurū sit de se Eccl 7. *Melius est ire*. Vltimò notatur monumentum, quod admonet mentē, non solū de memoria mortis habendā, sed etiā pœnitentia peragenda. quod in M. Magd exprimitur Io. 20. Per Mariā cōtritio notatur, quæ requirit 3. sc. peccati discussionē diligentē, quod est mane, cùm essent adhuc tenebræ, sc. peccatorū in cōscientia, quæ & pudorē ingerūt & horrorē Secūdò, abominationē peccati, quæ prouocat ad vomitum cōfessionis, cū amaritudine cordis Tertiò pœnitētiæ cōtinuationē. ideò dicitur stabat, sc quia nō recidiuabat. In Lazaro etiam ostenditur, quando Christus Lazaro clamauit, *Lazare veni foras*, & statim prodijt. Dicit eis Iesus. *Soluite, & sinite abire*. Vbi primo figuratè præmittitur confessionis inspiratio, in eo, quod clamauit Iesus. *Lazare veni foras*. Secundò inspirati confessio, quia statim prodijt, qui fuerat mortuus. Sic Maria Magd. ha-

Mors est illuminatiua.

Heb. 9.

Mors ... cur.

bat foris. Deinde innuitur confessi absolutio. *Soluite & finite abire.* Sed quia confessio debet esse lachrymosa: ecce Maria stabat foris plorans. Humilitas satisfactionis, quia inclinauit se & prospexit in monumentum. Ps. 118 *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas,* sic per opera satisfactoria, quibus homo iustificatur a peccato. Debet etiam prospicere ad monumentum, sc. ad cōscientiam, vtrū ibi sit mortuus, sc. aliquod peccatū mortale, quod propter obliuionē nō fuerit confessus, vel a quo nō sit purgatus per satisfactionem. Angeli autem sunt puritates, quæ annūtiant resurrectionem a morte culpæ ad vitam gratiæ, per quā peruenitur ad vitam gloriæ. Hic defunctus erat Prior in hoc monasterio dignitate, sed & verè Prior erat in virtutibus exercendis, Deum colendo, proximum ædificando, prior in templo & postremus, & sic in omnibus bonis actib. Ipse prior se accusabat, culpam suā fatendo Pro. 18. *Iustus prior est accusator sui.* Prior se macerabat cibis abstinendo. Eccl. 31. *Super mensam magnam sedisti, non aperiens super illam faucem tuam prior, ne extendas manum tuā, nec prior poscas bibere.* Et ibidem: *Cessa prior causa disciplinæ.* Prior obtemperabat maiori parēdo 1. Mach. 2. *Princeps & maximus es, &c. Accede prior, & fac iussum regis.* Accelerabat bonum faciēdo. Quilibet enim debet velle esse prior ad faciēdū bonū, nec debet alter alterū expectare. Quia sicut dicitur Io. 5. *Ille, qui prior intrabat in piscinam sanus fiebat; Nocuit enim differre parata.* Quia reuera feruens acceleratio est sæpissimè aliorum præuentio & in meritis anticipatio. Itē præparabat se hostes inuadendo: Audaces enim solet adiuuare fortuna, eosq; qui priùs alios inuadūt, multoties releuare. De Iuda Machabæo dixerunt inimici 1. Mach. 5. *Si transierit ad nos prior, non poterimus sustinere eū.* Ita autem fuit, quia Iudas torrentem transiuit, & alios superauit. Prior verba sonabat fidem edocendo. Eccles. 36. *Locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores.* Prior emundabat culpam confitendo. Mat. 23. *Munda prius, quod intus est calicis, & paropsidis, &c. vt fiat id, quod foris est mundum.* Prior pacificabat se reconciliando. Matth. 5. *Si offeres munus tuum ad altare, & frater tuus habet aliquid aduersum te, vade priùs reconciliari fratri tuo, & veniēs offeres munus tuum.* Prior facta tractabat prudenter agendo, vt ille, Luc. 14. qui turrim volebat ædificare, priùs sedens computat, &c. Prior loqui cessabat verba moderando. 1. Cor. 14. *Si aliquid sedenti reuelatum fuerit, prior taceat.* Dan. 11. *Non erit prior similis nouissimo.* Talem priorem amisimus per mortem, vt maximè inter nos contendere debeamus, quis prior nostrū pro illo præces, sacrificia, ieiunia, & id genus alia, in salutem animæ suæ offerat, ad quæ & vos Auditores fideliter cohortor.

In funere alicuius sacerdotis.

Stetit ante iudicium, causam reddens facti sui, & moriatur sacerdos. Ioan. 10.

SOlent Domini exigere rationē ab officialib. suis, & maiorum, quibus maiora cōmiserūt. Sed sacerdos est præcipuus officialis Dei, cui Deus officiū maximum cōmisit, sicut est pertractare corpus & sanguinem suum, & animas hominum posse soluere & ligare, quas ita charas habet, vt pro eis suū corpus tradiderit, vnde Deus citat eū per mortē ad iudicium suum, vt reddat rationem factorū suorū, quod nūc de nostro defuncto verificatur. Citatur ergò & vt reddat rationē. Nā 1. Cor. 11. *Si nosmetipsos iudicaremus,* sc. ad iudiciū pręparem⁹, *nō vtiq; à Domino iudicaremur,* sc. iudicio condemnationis. Ideò debet homo consiliū sapientis amplecti dicentis, Eccl. 18. *Ante*

Sacerdotis officiū quia est officialis Dei.

Citatur.

languorem adhibe medicinam, & ante iudicium interroga teipsum. Medicus enim consulit abundanti humoribus malis vt purget, sic spiritualis medicus peccatori consulit, vt purget se a peccatis, quia semper potest habere medicinam commodam, quam ille habere non potest. Item qui malam habet causam, citatus libenter placat iudicẽ & eos, ad quos spectat: sic peccator scit se ire ad iudicium, debet videre peccata sua & interrogare seipsum, & mundum facere Deo. Sap.1. *Incogitationibus impij interrogatio erit.* Eccl 18. *Ante iudicium para iustitiam, & inuenies propitiationem* Eccl.17. *Magna misericordia Domini, & propitiatio illius conuertentib. ad se.* Nota quòd in iudicio post mortem agitur solum causa animæ, quia sola anima iudicatur, sed in finali iudicio ventilabitur nõ solum causa animę, sed etiam corporis: & hæc omnia mentaliter magis. Dãnabuntur reprobi, quia transgressi sunt pręcepta iustitiæ, & quia non redimerunt peccata per opera misericordiæ. Sacerdos autem si curatus est, non tãtum de factis proprijs, sed & alienis, sc. de animabus sibi commissis rationem tenetur reddere. Ideò Heb.13. *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, non gementes.* Exinde notatur sententia iudicis, sc. Moriatur, sicut solent iudices pronunciare secundùm legẽ contrà reos ad mortem Et talem sentẽtiam tulit Deus contra naturam humanam. Genes.2. *Quacunque die comederitis.* Hebr 9. *Statutũ est omnibus hominibus,* &c. Sãcti quidem viri mori desiderant, cuius figura habetur Ionæ 4. *Percussit sol super caput Ionæ.* Sol enim est prosperitas mũdi, quæ mẽtem hominis percutit vulnere inordinati amoris & tunc æstuare facit ardore auaritię vel ambitionis Corrũpit mundus hominẽ vel in prosperis per superbiam, in aduersis per impatientiã. Itaq; Primò volunt sancti, vt liberẽtur à corruptiõe mũdi, quæ caput percutit. Secũdò, vt securẽtur à periculorũ trepidatione, vnde dicitur in allegata authoritate, *Pro securitate animæ suæ.* Vel petiuit animæ suæ. Tertiò pro præmiorũ assecutione Vnde Ionas petiuit, vt moreretur. Ostẽditur prætereà dignitas sacerdotum, quẽ angelũ nominat scriptura sacra. Mal 3 *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legẽ requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituũ est.* Sacerdos debet esse cautus in verbi prolatione: quia *labia eius custodiũt scientiã.* Secundùm Hierony. vt congruo tẽpore verbũ enunciet. sicut Ioseph custodiuit frumentũ, vt proferret illud in tempore opportuno. Vbi in primis cõsidera locutionis instrumentũ, sc. labia & sunt velut ostia oris ad custodiã interioris cordis, & custodiũt thesaurũ, sc. scientiã quæ recondi debet in arca memoriæ, vt non deficiat, & proferri aliis vt proficiant. Est enim magnũ officium summi ministerij Dei, & quãto est altius ministeriũ tãto quoq; requirit ministrũ suum magis idoneũ. Cuius actus principalis respectu capitis, sc. Christi est cõsecrare corpus Dominicũ. & quo ad hũc actũ est summus minister, quia nõ depẽdet a potestate superiori nisi diuina. Alter respectu membrorũ, quod est præparare fideles ad dignã sacramenti perceptionẽ, sc. ligãdo vel soluẽdo. In primò actu ostendit, quãdo vadit ad altare omnib. sacris vestib. & ceremonijs passionẽ Christi, & eius mysteria. Debet sacerdos esse perit⁹ propter aliorũ instructionẽ, quia legẽ exquirẽt ex ore eius. Itẽ debet esse mũdus in cõuersatione, quia *Angelus Domini exercituũ est* S. August. dicit de isto nomine sacerdos & de qualibet litera. Sacerdos debet esse sapiẽs in omni actione sua, Amãs Deũ & proximũ absq; dissimulatione. Castus absq; peccati inquinatiõe. Exemplũ præbens in sua cõuersatione. Regula regulãs in sua prędicatione Deuotus in sua sancta Oratione. Obediẽs Deo sine murmuratiõe simplex & humilis in diaboli deceptiõe. Itẽ debet

Simile de medico.

Citati conditio.

Causa animæ solùm post mortẽ agitur.

Reprobi damnantur cur.

Iudicis sententia.

Sacerdotis dignitas.

Sacerdos [illegible]

bet esse sacerDux per sanctę vitę cōuersationē. Sacra dans, per sacramentorū ministrationem. Sacra docens, per sanctæ doctrinæ prædicationem. Talis vtique pie defunctus noster, in quo fuit & misericordia & veritas. Præterea octo sunt necessaria sacerdoti, iuxta verba Psalm 61. *Si dormiatis inter medios Cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri.*
1. Primum est quies mētis, quod notatur per *Dormiatis*. Cant. 3. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Ioan. 14. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.*
2. Secundum, Constantia siue pax cum alijs, scil. *Inter medios*, Mar. 9. *Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos.* 1. Cor 1. *Obsecro vos fratres, per nomen Domini Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, in eadem scientia.*
3. Tertium, Scientia duorum testamentorum, sc. Cleros, Psalm. *De medio petrarum dabunt voces* Matth. 13 *Omnis scriba doctus in regno cælorum de thesauro suo profert noua & vetera.*
4. Quartum, Volatus contemplationis, scil. Pennæ, Isa. 60. *Qui sunt isti, qui vt nubes volant.* Psalm. *Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo.*
5. Quintum, Simplicitas, scil. Columbæ, Matthæ. 10. *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.*
6. Sextum, Eloquentia, scil. deargentatæ. Vnde Moyses excusat se, Exod. 4. *Obsecro Domine, non sum eloquens.* & Ierem 1. *A, a, a, quia puer sum, & nescio loqui* Ioannes Baptista interrogatus, quis esset, respondit, *Ego vox clamantis.* Num. 10. *Fac tibi duas tubas argenteas.*
7. Septimum, Compassio ad proximum, sc. *Posteriora dorsi.* Nam in dorso portatur onus. Gal. 6 *Alter alterius onera portate.* 2. Cor. 10. *Quis infirmatur*, &c.
8. Octauum, Charitas, sc. *in pallore auri*, Eccl. 28. *Aurum tuum, & argentum tuum confla*, scil. pacifica Sap 3. *Tanquam aurum in fornace probauit illos.* Hæc octo verè fuerunt in defuncto nostro. Insuper quis baptizabit, absoluet, communicabit, copulabit, inunget, & consolabitur infirmos, quis verba vitæ dat vobis, quis est mediator vester inter Deum & homines, nisi sacerdos? Ecce & hæc defunctus noster præstitit vobis, 1. Cor. 3. *Dei adiutores sumus, Dei agricultura estis.* Præterea Lucæ 24. dicitur de Christo, quia *potens erat in sermone & opere.* Hanc potestatem dedit Christus Apostolis & sacerdotibus, non autem potestatem oppressionis, de qua Ezech. 34. *Cum austeritate imperabitis eis, & cum potentia.* De hac volebat Dominus, vt sibi cauerent prælati, quando dicebat Apostolis Matth. 20. *Scitis quia principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt, potestatem exercent in eis.* Moraliter etiam sacerdotes dicuntur angeli, Mal. 2. *Labia sacerdotis*, &c. Sacerdotes angeli. Isti debent benedicere Domino, scil. ipsum laudare bene viuendo, Psalm *Benedicam te in vita mea.* Vel prædicando, Tob. 12. *Benedicite Deum cæli, & coram omnibus viuentibus confitemini, quia fecit vobiscum misericordiam suam.* Vel à psallendo & cantando in Ecclesia, Tob. 12. *Benedicite Dominum, & enarrate omnia mirabilia eius.* Ipsum benedicite, & cantate ei nō nummo, Psalm. *Deo nostro sit iocunda decoraque laudatio.* Tunc est iocunda, quando est deuota & attenta. Tunc est decora, quando est integra & discreta. Psalm. *Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis, cantabo & psalmum dicam Domino* Daniel. 3. *Benedicite sacerdotes Domini Domino.* Talis erat defunctus noster.

Vnctos suos prohibuit Christus tangi vel offendi, quod fit vel manus inijciendo, 2. Regum 1. *Quare non timuisti mittere manum, vt interficeres Christum Domini?* Detrahendo item illis & maledicendo, Exod. 24. *Dijs non detrahes, & principi populi non maledices* Item bona eorum malè tractando, Isai. 26. *In terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini.* Item iura illorum diminuendo. Vnde in hoc dicit Dominus seipsum tangi, Mal. 3 *Si affigat homo Deum, quia vos configitis me & dicitis, in quo configimus te, in decimis & in primitijs, & in penuria vos maledicti estis* Itaque non vult Deus sacerdotes iudicari, nisi ab

ab ipsomet. Vnde dicitur hic in allegatis verbis, Moriatur, vt recipiat præmium vel pœnam, prout benè dispensauerit, & multos secū ad Christum duxerit, vel non. Quia verò sacerdos iste piè & plenè functus est officio suo, speramus illum auditurū. Euge serue bone & fidelis, &c.

In funere Prædicatoris.

Cœpit Iesus prædicare, & dicere; Pœnitentiam agite. Matth. 4.

NOn alia de causa venit Saluator noster in hunc mundum, nisi vt saluos nos faceret, & hoc verbo & exemplo cœpit Iesus agere, & deinde docere. De
Prædicatio Christi qualis explicatur. cuius prædicatione loquitur Dauid in persona Christi, Psalm. 39 dic. *Annunciaui iustitiam tuam in Ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti.* In quibus ne-
1. cessitatem & vim prædicationis ostendit, & quomodo prædicator imitari debet Christum. Eloquentem declarat fuisse, dic. *Annunciaui* sc. faciliter dixi & aperte, Ioan. 7. *Nunquam sic locutus est homo, sicut hic loquitur.* Hoc etiam necessarium est prædicatori: Vnde ne talis fieret Moyses dic. Exod. 4. *Obsecro Domine, non sum eloquens*, &c. Deinde quid annunciauit,
2 vbi, quomodo, & quid, sc. iustitiam tuā, sc. pœnitentiam, qua iustificatur homo, & quæ punit peccatorem, de qua dic.
3. *Tuam.* Quia ad honorem Dei debet fieri, & non ad inanem gloriam: vnde in verbis allegatis dicitur: *Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum.* Vbi scil. in
4. Ecclesia magna, sc. in templo. Clamabat Iesus in templo, sc. in congregatione fidelium, sc. vt magna fiat. Psalm. *Apud te*
5. *laus mea in Ecclesia magna.* Quomodo sc. *Ecce labia mea non prohibebo Domine.* q. d. libenter prædicabo: labia Christi dicuntur duo testamenta, de quibus dicit. *Ecce* sc. manifestum est. Quia non prohibebo ea. Quia nouum testamentum in aperto dedit, & vetus aperuit quę ante prohibita erāt, quia nec nouū habebatur, nec vetus intelligebatur. sed *Christus agnus occisus* 6.
aperuit signacula eius. Apoc. 5. Similiter prędicator debet annūciare iustitiā, non stultitiam aut fabulas, Pro. 8. *Aperientur labia mea, vt recta prædicent*, 1. Cor. 1. *Nos prædicamus Christum crucifixum.* Item *Tuam*, sc. Dei, 7.
non illius qui prędicat sicut gloriabundi faciunt, 2. Cor. 4. *Non nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum.*
Item *in Ecclesia magna*, non in conuenticulis, vt hæretici, & locis occultis, sed vbi omnes conueniunt, Psalm. *Confitebor tibi* 8.
in Ecclesia magna. Item voluntariè prædicare, non prohibere labia, 1. Cor. 9. *Væ* 9.
mihi, si non euangelizauero, si autem volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Prohibet labia sua, qui 10.
quod prædicat, operari non curat. Tu scisti, quia prædicta vera sunt, 2. Cor. 2. *Sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur. Iustitiam tuam non abscondi*, sc. ius, q. d. Iustitiā, quam cognoui, non per negligentiam, aut per nimiam humilitatem prædicare dissimulaui. Veritatem tuam & salutare tuum dixi: veritas cōsistit in promissorum adimpletione, salutare in sanctorum glorificatione. Prædicare ergò debemus iustitiam, vt opere perficiatur, veritatem, vt credatur, salutare, vt diligatur. Primum respicit spem, secundum fidem, tertium charitatem. Iustitia prædicanda est iniustis, veritas ignorantib. salutare desperantibus. Vt autem commoueat corda fideliū, & inducat timorem Domini, qui est initium sapientiæ, necessarium est primò, vt ipse sit perfectus moribus, in quo etiā imitetur Christum, qui magis mouet vita prædicatorum quàm doctrina. & tunc sicut Petro 1.
dictum est, fiet: *Ex nunc eris homines capiens.* Luc. 5. Et tunc audacter poterunt corrigere,

gere, iuxta illud Ier. 1. *Loquere ad eos omnia,*
quæ præcipio tibi, & ne formides à facie ipsorum.
2. Secundò debet esse literatus, & præci-
puè in illis quę Dei sunt beneplacita in-
formatus, quæ sit *voluntas Dei beneplacens*
& perfecta. Rom. 12. Psal. *Doce me facere vo-*
luntatem tuam, quia Deus meus tu es. Et quare?
audi Psal. *Mihi autē adhærere Deo bonū est, &*
ponere in Domino Deo spem meam: Vt annunciem
3. *omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.* Ter-
tiò, vt sit nuncius supernæ maiestatis,
Isa. 52. *Quàm pulchri super montes pedes annun-*
tiantis & prædicantis salutem. Ita dicitur cui-
libet prædicatori, 2. Tim. 4. *Prædica verbū*
insta opportunè importunè, &c. Debet ergo
verbū sc. Dei non alia prædicare, Act. 13.
legitur, quod verbum Dei disseminabāt.
Prædicatio debet esse primo ad diuinæ
potentię commendationem, Dan. 3. Pla-
cuit ergo prædicare signa eius, quia ma-
gna sunt & mirabilia eius, quia fortia.
Secundò, ad carnis macerationē, 2. Par.
20. *Prædicauit ieiuniū in vniuersa terra.* Tertiò
2. ad prouocationem diuinę clementię, &
etiam humanæ, Isa. 61. *Vt prædicarem capti-*
uis indulgentiam, & clausis apertionem. Quartò
ad inuitationem gloriæ, Luc. 9. *Misit illos*
3. *prædicare regnum Dei.* Prædicator etiam de-
bet suauiter mouere, quod per opportu-
nè intelligitur, scil. dulciter, suauiter &
maturè, vt conuersus possit dicere illud
Psal. *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, su-*
4. *per mel ori meo. Insta,* inquit, *opportunè.* Eccl.
8. *Omni negotio tempus est & opportunitas.* In-
super debet vrgere seueriter iuxta illud
2. Tim. 4. *Argue, obsecra, increpa* aliquando,
Dei misericordiam *collaudando,* & ad cœ-
lestem gloriam inuitāndo, aliquando
peccata vituperando, Dei iustitiam al-
legando, & æternā miseriam cōminan-
do. A talibus ergo cōsolationes diuinæ,
oracula diuina, & quæ ad saluté nostræ
animæ, hic & in futuro nō tantum pro-
sunt, sed etiam necessaria sunt, petere
oportet, quia Dei adiutores, coopera-
tores, instrumenta, legati, & mediatores
nostri sunt, vade & illi veneran di, dili-
gendi, & omni amore, obsequio & obe-
dientia prosequendi, vt & participes
fiamus donorum cælestium, quæ illis
tanquam dispensatoribus pro nostris
conceduntur. Talis noster fuit defun-
ctus N. prout scitis omnes, & tu scis
Domine. Fuit communis fons, in quo *Prædicator*
abluamus sordes vitiorum. Pons, in quo *est fons.*
transeamus fluctus aduersorum. Mons, *Pons.*
in quo colligamus flores exemplorum. *Mons.*
Communis lex, in quo videamus metas *Lex.*
mādatorum. Rex sub quo vincamus vi- *Rex.*
res malignorū. Lux per quam videamus *Lux.*
clausa secretorum. Dux sub quo cauea- *Dux.*
mus damna nociuorum. Regula, vt com *Regula.*
ponamus motus animorum. Commu-
nis formula, in qua capiamus mores an- *Formula.*
tiquorum. Cordula, qua coniungamus *Cordula.*
corda diuersorum. Virgula, qua feria- *Virgula.*
mus excessus paruulorum. Ferula, qua *Ferula.*
corrigamus actus peruersorum. Vltimo
dicit in verbis allegatis, *Pœnitentiam agite.*
Quod & S. Ioannes in deserto pœniten- *Pœnitentia*
tiam agens, exemplo & verbo docuit. *prædicāda.*
Ita debent omnes peccatores facere. Ita
debent omnes Christiani hæc verba at-
tendere, vt qui delicta habēt, & peccata
fecerunt, dum tēpus est gratię & miseri-
cordię ea sacra pœnitentia expient, ad
quem spectat, contritio, confessio &
satisfactio. De hoc clamant damna-
ti neglecto, imò planè contempto.
De hoc lamentantur, quia non ple-
nè & benè fecerunt, vti debuerunt
& potuerunt existentes in Purgato-
rio. De hoc lætantur omnes ange-
li Dei, quia peccatores, vt Maria Mag-
dalena, Dauid, Zacchæus. Petrus, &c.
hic pœnitentiam egerunt, & recta
ad cœlum peruenerunt. Hoc docuit
nos defunctus N. verbo & opere, ne
quid ignoretis, ne quid negligatis,
& tandem morte sua, quæ homini
propter peccatum originale est im-
posita. Et quia hæc vos docuit,
& for-

& forsan propter venialia peccata, vel non completam: hic in se pœnitentiam in Purgatorio detinetur, agite & vos pœnitentiam pro vobis, agite & pro illo ieiunijs, Eleemosynis, precibus, sacrificijs, &c. vt indulgentiam, quam semper optauit. pijs supplicationibus consequatur. Amen.

Pro Religioso.

Glorietur frater humilis in exultatione sua: Iac.1.

Scribitur Matth.18. *Qui se humiliauerit, exaltabitur*, quod innuit etiam verbum vel testimonium allegatum, quod est ad commendationem huius fratris defuncti, in quo primò notatur nexus dilectionis, quia Frater. Et fratres magis se diligunt secundùm Philosophum, propter quod ab eodem patre & matre, & de eodem sanguine, quia simul nutriti, & secundum eosdem mores, quia simul diutius conuersati magis, & quia magis similes, ideò magis amant. *Omne enim animal diligit sibi simile* Eccl.14. Secundùm prædicta fratres spirituales debent se magis diligere; quia habent maiorem conformitatem professionis, nutritionis & conuersationis. Et ideò ad modum carnalium fratrum se debent habere. Primò, propter mutuam dilectionem. Eccles.25. Tria sunt, quæ probata sunt coram Deo & hominibus, sc. concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier benè consentientes. Secundò, mutuam subuentionem. Pro 14. *Frater qui adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma.* Gal.5. *Fratres, si præoccupatus fuerit frater in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, in spiritu & lenitate instruite illum.* Eccl.4. *Væ soli, quia si ceciderit, non habet subleuantem se, & si dormierint simul mutuo fouebuntur.* Tria autem

Frater notat nexum dilectionis.

Fratres spirituales magis debent se diligere, quàm carnales.

1.

2.

sunt emolumenta bonæ societatis. Primum, victoria. Ecclesiast.4. *Si quis præualuerit contra vnum, duo resistent ei*, vt in Golia, 1 Regum 3 Secundum, ad bonum exercitatio. *Ferrum enim ferro acuitur, & homo exacuit faciem amici sui*, scil. ad bonum confortando, Prouerb.6. Tertium in tribulatione consolatio, vel in consilijs directio, Prouerb.21. *Vnguentis & varijs odoribus delectatur cor.* Tertio, mutuam compassionem, qualis fuit in Ioseph, Genes. 43. cùm vidisset fratrem suum tentum, *Commota sunt viscera eius super fratre suo.* Et si vnũ membrum compatitur alteri, & sic omnia membra, multo magis fratres spirituales debent compati. Præterea in verbo proposito notatur status perfectæ religionis, cùm dicitur frater humilis, scil. frater minor. Circa quod notandum, quòd iste frater fuit humilis in tribus, scil. corde. *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Psalm. 50. Secundò, ore in responsione, Prouerb.13. *Responsio mollis frangit iram.* Tertiò, in operatione, vilia officia non recusans, Eccles.3: *Quanto maior es, humilia te in omnibus.* Tertiò, In verbo proposito notatur fructus æternæ cõsolationis, cùm dicitur, *In exaltatione sua Qui enim se humiliat exaltabitur.* Exaltatus autem creditur vsque ad cælos.

Societatis bonæ emolumenta tria.

1. *Victoria.*

2. *Ad bonum exercitatio.*

3. *In tribulatione consolatio.*

3.

Humilis frater in tribus.

Fructus æternæ consolationis.

Pro Religioso.

Cursum consummaui, fidem seruaui, 2.Tim.4.

Dominus noster assimilat vitam præsentem cuidam peregrinationi, vnde ait Ioan.16. *Exiui a patre, & veni in mundum, & iterum relinquo mundum, & vado ad patrem*, quod ipsum potest dicere. Frater noster defunctus, in quibus verbis ad eius commendationem duo notantur. Pri-

Vita præsens peregrinatio.

Primum, peregrinatio vitæ præsentis, quæ est cursus quidam, quem frater noster compleuit, Velociter, tum quia satis iuuenis decessit, tum quia quilibet velociter currit ad mortem, Iob 9. *Dies mei velociores fuerunt cursore.* Cursor enim quandoque quiescit, sed cursor ad mortem nunquam, ideò sine intermissione debemus benefacere, Gal 5. *Dum tempus habemus, operemur bonum.* Sicut qui nauigant in mari, cùm tempus habent bonum, non expectant. Item prudenter. Seipsum exonerauit, pondera diuitiarum deposuit, Heb 12. *Deponentes omne pondus, curramus ad propositum nobis certamen.* Secundo, lutum vitauit, scil. delitias, quæ inquinant, 1. Cor. 10. *Ego sic curro, non quasi in incertum, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* Tertio, quia vitauit offendicula superbiæ, & duritiam cordis per obedientiam. Psalm. *Viam mandatorum tuorũ cucurri, cum* &c. 2. Cor. 2. *Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet.* Tertiò, cucurrit laudabiliter, quia perseuerauit vsque ad finem. Nauigans si in portu deficeret, vel miles in fine, cùm non detur corona nisi victori, vel currens ad brauium: *Omnes quidem currunt, sed vnus accapit brauium, sic currite, vt cõprehendatis,* 1. Cor. 9. nihil facerent, nihil obtinerent. Sed iste frater ab initio vsque ad finem fœliciter cucurrit. Secundò, Notatur adimpletio exhibitæ promissionis, cùm dicitur, *Fidem seruaui.* Tribus autem fides est seruanda, scil. Imperatori, Regi & Prælato. Imperatori sicut vniuersali Domino. Hanc fidem debent seruare Deo omnes homines, quia sunt eius serui, ratione creationis & recreationis. Regi debet seruari fides, propter eius dignitatem. Hanc debent seruare omnes homines cum magna reuerentia & honore, Petrus in Canonica: *Regem honorate,* sc. corde, ore & opere. Prælatis item ratione professionis, in qua promittunt seruare obedientiam, paupertatem & castitatem. Hæc seruauit diligenter frater iste defunctus, ita vt piè credamus, quod ille audiet à Saluatore nostro pijssimo illud Matth 24. *Euge serue bone, quia in pauca fuisti fidelis, intra in gaudium Domini tui.* Amen.

In funere Religiosi.

Consummatus in breui, expleuit tempora multa: Placita enim erat anima eius, propterea properauit educere illum de medio iniquitatum. Sap. 4.

Sicut sunt fructus quidam, qui citius alijs in arboribus maturescunt & maturi facti cito colliguntur, ne ibi putrefiant. Ita in religione sunt quidam, qui in ipso nouitiatu sunt, vel in ætate iuuenili, mirabiliter in ipsa religione per modicum temporis spatium proficiũt, quos Deus, qui nouit omnia & præsentia, & futura, non permittit in vita præsenti diutius permanere, sed colligit illos maturos conspectui suo gratos, ne fortè si diutius viuerent, ab ipso bonitatis suæ feruore deficerent. Ideò *consummatus,* &c. Primo videtur vitæ modicitas, quia *consummatus in breui.* Ignorantiam illius & desidiam deploret necesse est, qui se videt longo tempore negotiari, & nihil lucrari, alium verò breuiori profecisse plurimum. Sic nos sumus positi ad artem benè viuendi & negotiationem vitæ æternæ, qui autem ita viuit vt nihil mereatur, sed & perdat gratiam Dei, tempus suum, & lucrum vitæ æternæ, certè breuis vita boni hominis condemnat longam vitam istius, Sapien. 4. *Condemnat iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius consummata longam vitam iniusti. Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent.* In primis est magna contrarietatis differen-

Marginalia (left): Cursus velociter. / Prudenter. / Lutum vitauit. / Vitauit offendicula. / Currit laudabiliter. / Fidem seruauit. / Imperatori. / Regi. / Prælatis.

Marginalia (right): Simile à fructibus. / Vitæ modicitas. / Simile. Negotiatio.

Differentia inter iustū mortuum & impium viuum. rentia inter iustū mortuum & impium viuum. Nam vita iusti comparata ad vitam impij maximè condemnat eam, quia maximè facit apparere suā impietatem. Nam iustus quamdiu viuit iustè, dicitur tenere viam rectam, quia rectū dicitur, cuius medium non discrepat ab extremis. Vnde quia actio iusti à principio suo, quod est voluntas, & à fine suo, qui est intentio, minimè discrepat, ideo dicitur iustus in sua actione recta via ambulare. Impij verò in circuitu, sc. per obliquum, & tamen nolunt vocari impij, vel eandem viam peccatorum reiterant, & nolunt resurgere per pœnitentiam, & amittunt omnia merita acquisita, quę iustus acquirit. Sap. 10. *Tulerunt iusti spolia impiorum.* Si autē iustus aliquando fuit impius, & postea ad pœnitentiam conuersus factus est iustus, tūc sui comparationis exemplo condemnat viuos impios nolentes conuerti, Matth. 12. *Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista,* &c. Deinde notatur iudicium inter breuem vitam iuuenis iusti, & longam iniusti. *Iudicium inter breuē vitam iuuenis iusti & iniusti.* Iuuentus enim pronior est ad peccādum, quàm aliæ ætates: Iuuenes enim habent magis de concupiscentia alliciente, & plus de ira impellente, & minus de ratione refrænante, vt ait Philosophus 2. l Rhet. Laudabilior ergò est qui in iuuentute bonus est, talis multum condemnat miserum suæ comparationis exemplo, qui in longa ætate malus, & iniustus existit, Matth. 19 *Omnia* sc. mādata Dei, *custodiui à iuuentute mea.* Item iuuenis, cuius iuuentus celerius per mortem consummata fuit, & in illo modico tempore vixit iustè, & benè se habuit & comparatione vitæ suæ condemnat illū qui longo tēpore iniustè vixit. Quando aliquis inuenit bonum liquorem positū in malo vase, timēs ne ibi destruatur, festinat extrahere ipsum maximè, si sit liquor, qui facile permutaretur, vt vinum vel oleum. *Simile.* Sic Deus quando iuuenem bonum cito extrahit de hoc mundo, qui totus in maligno positus est, ne permutetur a sua bonitate vnde festinat cōsummatur vita & iuuentus eius. Sap. 4. *Consummatione cum festinatione faciens.* Sed aduerte, sicut non obest iusto, ita obest iniusto & impio, quod vita eius diutius *Vita longa* prolongetur, quia malitia semper crescit. Vnde iniustus siue tarde, siue cito moriatur, damnatur. Sap. 3. *Si longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit nouissima senectus illorum.* Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem. Iterum sumitur iudicium ex ignorantia cæcitatis mentalis. Videbūt insipientes peccatores finem. Finis sapientis duplex est, corporalis sc. secundū sensum, quo moritur doctus & indoctus: alter spiritualis secundum animam, qui est tatum intellectu perceptibilis, & iste est vita æterna. Rom. 6. *Habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.* In hoc fine differt sapiens à stulto. Eccl. 6. *Quid amplius habet sapiens à stulto, & quid pauper, nisi vt pergat illuc, vbi est vita?* Sapiens dicitur, *Sapiens quis* qui non tantùm cognoscit, sed amat & desiderat Deum, stultus autē qui nescit prouidere in posterum, vel ignorans appetenda & vitanda. Pauper autē qui est humilis spiritu, recognoscens defectum suum, & de peccatis contritus. Itaq; stultus pergit illuc vbi mors est. Benè autē coniunguntur sapiēs & humilis vel pauper, quia ibi humilitas, ibi est sapientia. *Humilis & pauper ...* Aduerte secundò fœcunditatem meritorum, quia expleuit tēpora multa. Ille enim explet tēpora multa in breui, qui in modico tempore quo viuit, acquirit multa merita. Sicut cursor explet itinera multorum temporum, sc. quæ in diebus multis expediri consueuerunt. Sed istā velocitatē merendi & operādi facit amor charitatis, quia secundum Grego. *Nunquam est amor Dei otiosus, operatur enim magna si est.* Item quia secundum August. *Omnia sunt facilia & amanti tolerabilia, & pene nulla esse.* Vnde Bernar. *Qui amat ...* *Bernardus.*

fuit, currit velociter, & peruenit citius. Hinc potest dici ei, qui sic velociter currit ad Deum, & ad vitam æternā bene operando illud Ezech 16. *Tempus tuum, tempus amantium* Dicuntur etiam iusti explere multa tempora: quia licet eorum bona operā in modico tempore expleantur, tamē ipsorum merita operum per multa tempora remunerabuntur, sc. in die iudicij plena remuneratione, sicut patet de Eleemosynis & operibus misericordiæ. Eccl. 11. *Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post multa tempora inuenies illum* Hic quinque conditiones describuntur Eleemosynæ. Prima, vt hilariter, quia dicitur, *Mitte.* 2. Esdræ 9. *Mittite munera his qui non habent.* Secunda, vtiliter, sc. illud ei cui datur, sit vtile. Tertia, Aequiter, sc. de proprio, & non de alieno Tob. 4. *De substantia tua fac Eleemosynam.* Quarta, clementer. ideo *super transeuntes aquas*, sc. sustinētes tribulationes, a fame, siti & nuditate. Per aquas enim tribulationes significantur. Psal. 60 *Transiuimus per ignem & aquam.* Per ignem verò feruor tentationum. Quinta, ordinabiliter, sc. propter Deum & æternam retributionem: ideò ait: *Post multa tempora inuenies illum*, sc. in futuro. Nec agricola statim metit quando seminat. Gal. 6. *Bonum facientes non deficiamus, tempore autem suo metemus non deficientes.* Postremo, meritorū gratiositas, *Quia placita erat Deo anima illius.* Nota quod per religionem anima coniungitur Deo, sicut sponso suo. Vnde sicut *sponsa sollicita est, vt sit placita viro suo.* 1. Cor. 7. sic & anima boni religiosi, vt Deo placeat. Differentia autem est inter lasciuum virum & honestum: quia homini lasciuo placet vxor propter pulchritudinem, vnde maximè propter illū diligit, sed honesto placet propter virtutē & bonitatem. Vnde de Phinees, qui significat virū religiosum, dicitur Eccl. 45. *In bonitate & alacritate animæ suæ placuit Deo.* Vt autem anima religiosi sit sponsa grata Dei, necesse est primo, vt sit virtuosa, & studeat ad ornatum mentis non corporis, hic est pretiosus, ille virtuosus. August. *Virtus est bona qualitas mentis, qua rectè viuitur, qua nemo malè vtitur, quam Deus in nobis sine nobis operatur.* Secundo, Debet esse læta, ideò dic. *in alacritate*, sc. vt virtutum opera alacriter prosequatur, quia ex alacritate exterioris operis manifestatur interior habitus virtutis. De fide quæ virtus est præcipua, dicitur Iacob. 2. *ostende mihi ex operibus fidem tuam.* Vnde quod virtus sit in anima habitualiter firmata, in exterioribus bonis operibus iuxta S. Thomam cognoscitur, si operatur stabiliter celeriter, & delectabiliter, vel cum gaudio. Tertio, grata, vnde dicitur, *Placuit Deo*, sc. quia sæculi negotia reliquit, 2. Tim. 2. *Nemo militans Deo, implicat se negotijs sæcularibus.* Item quia carnalia desideria repressit, Rom. 8. *Qui in carne sunt, Deo placere non possunt.* Item quia Deo fideliter & inseparabiliter adhæsit, Heb. 11. *Sine fide impossibile est placere Deo.* Adhuc obserua mortis celeritatem. *Quia properauit educere eum.* vbi triplex notatur gratia. Prima in accelerando, ne ab hostibus raperetur insultantibus, positus est in locum securum, 4. Reg. 4. *Propera ne mihi moram facias*, siquidem periculum est in mora. Item, ne ex diutina expectatione cœlestis gaudij diutius affligeretur. Secunda, in educendo à corporis carcere, quod petebat Dauid Psal. 141. *Educ de carcere Deus animam meam.* Tertia, in eripiendo de medio iniquitatum, Psal. 56. *Animam meam eripuit de medio catulorum, leonum.* Catuli sunt iniquitates & peccata, quæ leones sc. diaboli suggerunt, nutriunt per delectationem & deceptionem.

(?)

Marginalia (left): Eleemosynæ conditiones. — Meritorum gratiositas. — Differentia inter virum lasciuum & honestum. — Anima religiosi sponsa grata.

Marginalia (right): Anima religiosi sponsa Dei, debet esse 1. virtuosa. August. — 2. Læta. — 3. Grata. — Mortis celeritas. — Gratia triplex.

In funere militis religiosi.

Militia est vita hominis super terram. Iob 7.

ECce nunc tempus acceptabile, scil. quo seruitium militiæ Christi erit acceptum Deo. Nec locus alius est ad militandum, quàm mundus. Damnati enim qui sunt in inferno, non militant, quia sunt turpiter deuicti ab hostibus. In purgatorio existentes non militant, quia seclusi satisfaciunt pro delictis suis. In paradiso iam quiescunt à laboribus suis. Ideò hic militandum est, & sunt milites multi, multorum etiam sanctorum, qui solum militiam profitentur. Habet autem Deus duo loca pro militibus suis, vnum in quo probantur, hoc est super terram, alium in quo coronantur, scil. in cœlis. Ergo rectè dicitur, Militia est vita hominis super terram.

Mundus est locus militiæ.

Deus habet duo loca pro militibus suis.

Nota quod vera probatio militum est in exercitio bellorum, & laboriosum est semper durare in armis militię, ita fit cum homine, vnde alia litera habet: Tentatio est vita hominis super terram. De his armis 2. Cor. 10. *Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum.* Commendantur primo à necessitate, arma cōferunt audaciam, si est inermis, non est securus. Inuasiua non semper portantur, sed solum defensiua. Spiritualiter autem arma, quibus diabolus impugnatur à nobis, sunt opera virtutum, quę non oportet semper habere, sed sufficit hæc habere loco & tempore: sicut viso paupere, tunc est tempus dandi Eleemosynam, & quando occurrit materia operandi. Arma defensiua sunt habitus virtutum, quibus homo securus stat, ne lædatur, Ephes. 6. *Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli.* Nudus enim homo gratia & virtutibus, quandoque ictu tentationis sic percutitur, quod moritur. Et si arma virtutum haberet, euaderet & resisteret periculo. Vnde Roman. 13 *Induamur arma lucis*, & dicit *lucis*, quia reddunt nos illuminatos & cautos contra insidias hostis. Secundo, à congruentia. Nota, militia nostra est militia Dei, quæ habet pugnare contra exercitum diaboli, qui constatus est ex sua, carnis & mundi militia. Militia diaboli est congeries peccatorum spiritualium, scil. capitalium. Milites sunt diuersæ species, & modi dictorum vitiorum. Et talis militia vocatur militia cœli, quia diabolus cum talibus vitijs de cœlo cecidit. Quando ergò miles Dei omnibus tentationibus talium vitiorum spiritualium fortiter resistit, tunc militia cœli, id est, dæmonum, qui de cœlo ceciderunt, scil. omnis virtus eorum tabescit & cadit, Isa. 34. *Tabescet omnis militia cælorum, & omnis militia cælorum defluet.* Militia carnis est, cuius milites sunt desideria carnalia, hæc militia vincit abstinendo ab ipsis, 1. Pet. 2. *Obsecro vos abstinere à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam.* Militia mundi est, cuius milites sunt concupiscentiæ prosperitatis, scil. diuitiarum, delitiarum & honorum. Item timores aduersitatis, vnde prosperitas & aduersitas sunt duo latera, siue acies militiæ mundi. Qui ergo tam magnanimus est, quòd prospera despiciat, & aduersa non timeat, talis potest dicere de mundo illud Iudith sexto cap. *Gladius militiæ meæ transiet per latera eius.* Gladius ille est magnanimitas. Tertiò, Commendantur arma ex durabilitate, quia non sunt carnalia, quæ cum carne pereant, sed cum ipso spiritu remanent. Non autem sunt carnalia. Primo, respectu subiecti, quia

Militum probatio.

Arma commendantur primo à necessitate.

2. *A congruentia.*

Militia diaboli quæ

Timores aduersitatis.

3. *Ex durabilitate.*

quia habitus virtutum, qui sunt arma animæ defensiua non sunt in carne, quæ infirma est. Matth 26. *Spiritus promptus est*, &c. Sed sunt in mente quæ stabilis est, anima enim non deficit, & non perdit anima arma virtutum, nisi voluntaria. Secundò, Quia opera virtutū quæ sunt vt arma offensiua non sunt pro carnali commodo, sed spirituali facienda 2. Cor. 10. *In carne ambulantes non secundùm carnem militamus*, sc. secundum glossam non
4 pro carnali commodo. Quartò, ex virtute commendantur arma spiritualia, quia sunt potentia, scil. fortia Deo, scil. per Deum Ioan 15. *Sine me nihil potestis facere*, & 2. Cor 3. *Sufficientia nostra ex Deo est.* Et sunt ad destructionem calliditatum hominum vel dæmonum. Secundò ostenditur vita humana esse breuis & calamitosa. Non enim inuenitur homo, qui non habeat suam miseriam. Iob 14. *Homo natus de muliere* &c. & magna Dei misericordia est, quod vita hominis sit breuis. Nihilominus tamen homo diligit magis vitam miseram, & metuit mortem. ergò multò magis debet amari vita beata, & magis timeri mors æterna. Et cùm non sit in potestate hominis retinere vitam corporalem, nec vitare mortem temporalem, tamen in eius arbitrio positum est habere vitam æternam, & mortem æternam euadere. Eccl. 15. *Ante hominem vita & mors, bonum & malū: quod placuerit ei, dabitur illi.* In quibus verbis primo datur differētia præmij, quia bonorū vita est, malorum mors. Et ista posita sunt per fidem & sacram Scripturam, vt homo contempletur ea. De vita beata, Deut. 33. *Erit vita tua quasi pendens ante te.* Certe filius prodigus Luc. 15. Surgebat & ibat ad patrem, vbi pinguior erat vita. Ita est de vita cælesti. Secundo, positum est præmium malorum. Abacuc. 3 *Ante faciem eius ibit mors*, scil. gehennæ, quæ comparatur violentæ morti, quæ est horribilior morte naturali. Iere. 42. *Morientur in gladio, & fame, & peste, & non effugient à facie mali, quod ego afferam super eos.* Spiritualiter gladius est diuinæ vltionis sententia. Fames carentia omnis boni. Pestis omnis mali copia. & illa sunt ibi perpetua, ne quis posset effugere, nec habere consolationem. Ponitur etiam differentia meriti, quia Bonum & Malum, & vtrumque potest facere. Sed monet Apostolus. Rom. 12 *Odientes malum, adhærentes bono.* Et quia homo rationalis est, quod illi proprium est, non debet otiari, sed agere opus rationis, sc. opus bonum & virtuosum. quòd scil. factum est secundùm rationem rectam. Quia sicut nihil diligitur, nisi sub ratione boni, ita nihil oditur nisi sub ratione mali. Isa. 9 *Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum.* Et separatus à Deo, qui est fons bonitatis, non potest esse bonus. Psal. 96. *Qui diligitis Dominū, odite malum*, scil. peccati. Ponitur & facultas liberi arbitrij, sed tamen non sine gratia Dei, cùm dicitur. *Quod placuerit illi*, Ios. 24. *Optio vobis datur, eligite vobis hodie, quod placet.* Postremò ostenditur quòd vita hominis sit ignominiosa, scil. ratione loci, quia super terram vbi sunt viliora & ignobiliora Sed dicitur Eccles. 7. quòd *Deus fecit hominem rectum.* Rectum autem dicimus, cuius medium non discrepat ab extremis. Principium autem hominis fuit ex terra & finalis resolutio, eius erit in terram. Vnde conueniens medium fuit, quod vita eius etiam esset in terra. Dicitur tamen militia eius super terram, quia non pro terrenis, sed pro his, quæ supra terrena sunt, scil pro supremis & cælestibus bonis debet homo militare. Col 3. *Quæ sursum sūt sapite, & non quæ super terram*, sc. immediatè, Eccles. 51. *Exaltasti super terram habitationem meam.* Psal 72 *Quid enim mihi est in cælo, & à te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* Dicit, *Deus cordis mei*, & non dicit. Quid, vt multa ponamus, Christus enim est exemplum nostrum secundùm illud

Ex virtute

Vita humana breuis et calamitosa

Præmium bonorū vita, malorū mors.

Præmium malorum.

Differentia meriti.

Arbitrium liberum.

Vita hominis ignominiosa.

Rectum quid.

Militia super terram quomodo.

Christus est exemplum nostrum.

1. Petr. 2. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum.* Item Socius, Isa. 41. *Ne timeas, quia ego tecum sum.* Medicus Iob. 5. *Ipse vulnerat & medetur.* Merces Genes. 15. *Ego protector tuus, & merces tua magna nimis.* Pater, Hebr. 12. *Quis enim filius, quem non corripit pater.* Actor, de amatore sapient. 11. *Nihil odisti eorum quæ fecisti.* Visitor, Psalm. *Visitasti terram*... Doctor, Psalm. *Doce me*... Oseç 3. *Loquar ad cor eius.* Amor, Ioan. 4. *Deus charitas est.* Spes, Psalm. *Quis enim mihi est in cælo.* Laus, Psalm. *Fortitudo mea & laus mea Dominus.* Patientia, Psalm. *Quoniam tu es patientia mea.* Virtus, Psalm. *Deus refugium nostrum & virtus.* Et, *Pars mea Deus in æternum.* Mea scilicet, non impiorum, qui se à Deo elongant. Ideò idem dic. Psalmo septuagesimosexto, *Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum.* Bernardus dicit, *Delicata est diuina consolatio, nec conceditur admittentibus alienam.* Sunt autem septem, quæ consolantur tristitiam. Munera Tob. 1. *Consolabatur eos Tobias, diuidebatque vnicuique prout poterat de facultatibus suis.* Verba 1. Thess. 4. *Itaque consolamini inuicem in verbis istis.* Fides, Psal. *Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.* 1. Petr. 1. *Credentes exultabitis lætitia inenarrabili.* Præsentia amicorum. Isa. 39. & 4. Reg. 20. *Lætatus est Ezechias in aduentu eorum.* Rumor nouorũ. Genes. 40 dictum est Seni: *Ecce filius tuus Ioseph venit ad te, qui confortatus sedit in lecto.* Amor. Nullum enim maius est solatiũ, quàm amari & amare. Genes. 24. *Isaac in tantum dilexit Rebeccam, vt dolorem, qui ex matris morte acciderat, temperaret.* Spes, Hebr. 6. *Fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem.* Consolationẽ autem habuit in contemplatione, Dei enim memor fuit, & delectatus in Dei memoria. Et quid mirum? quia sapida est valde. Oseæ vlti. *Memoriale tuum, sicut vinum Libani.* Eccles. 24. *Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum: memoria mea in generatione & generationem.* Et ex contemplatione descendit in actionem, quia secundum Gregoriũ, *Probatio dilectionis, est exhibitio operis.* Hoc decet omnes milites, tam seculares, quàm spirituales, qualiter & fecit defunctus noster.

Socius. Medicus. Merces. Pater. Actor. Visitor. Doctor. Amor. Spes. Laus. Patientia. Virtus. Pars mea. Bernardus. Tristitiam consolantur septem 1. Munera. Verba. Fides. Præsentia amicorum. Rumor nouorum. Amor. Spes. Grego.

In funere alicuius Religiosi.

Qui mortuus est, iustificatus est à Peccato, Rom. 6.

EST mors spiritualis & virtualis, quæ aliud non est, quam sui ipsius deiectio, maceratio, & ad humilitatem & patientiam reductio, & hæc appetenda à perfectionem amantibus. Nam sicut mortuus ad voluntatem portantis regitur, non se mouet nec recalcitrat, si pungitur non sentit nec reclamat, sed omnia in patientia sustinet: sic verè perfectus & maximè religiosus, ad voluntatem alterius permittit se regi per obedientiam & omnia tolerat: vt de eo benè dicatur verbum superius allegatum. De tali morte vel mortificatione intelligitur illud. *Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Et tales mortui sunt per exteriorem afflictionem, quia dicuntur cadere in terram per inferiorem deiectionem, quia dicũtur mortui. Per vberiorem conditionem, quia dicuntur multum fructum afferre quod suam carnem affligant & mortificent, & ob id nominantur obedientes. *Mortui audient vocem filij Dei.*

Mors spiritualis quid. Simile. Ioan. 12. Ioan. 5.

bi Deo, & qui audierint, viuent. Item deuoti & sapientes prius, qui a comparantur, secundo *Abraham pater vester mortuus est & Prophetae mortui sunt*. Et sic omnes boni in hoc mundo habentur pro mortuis & despectis. *Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace.* Vnde ipsi dicunt illud, Psal. *Propter te mortificamur tota die, aestimati sumus sicut oues occisionis.* Et ita est de nostro defuncto. Primò, namque mortuus, non inquietatur tumultibus, sic neque vir perfectus *Exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes* Et, *Beati mortui, qui in Domino moriuntur* Quia, *amodo dicit spiritus*. In quo pessime faciunt, qui se post ea in saeculo negotijs saecularibus immiscent, se & alios perturbant. Secundo, Hostis tentationibus spiritualibus nō impugnatur. Sicut enim hostis persequitur inimicū suum vsque ad mortem, sed si inuenit eū mortuum, dum tamē sit vir nobilis cordis, non solet eum amplius laedere nec contra eum saeuire. Sic diabolus persequi solet hominem, quamdiu sentit eū proficiendo viuum & spirantem, quando verò inuenit eum ex toto mortuum, hoc est virtutum plenitudine a motu vitiorum alienum, tūc cessat illi amplius insultare. Sic vt viderunt Christum iam mortuum, non fregerunt eius crura. Tertiò, Mortuus est semotus ab omni cura & appetitu bonorum temporaliū, quibus amplius non indigent. Sic vir perfectus omnia mundi bona abdicat quo ad affectum. Ecclesiasticus ait, *Mortui autem nihil nouerunt amplius* quasi dicat. Nō amplius cogitant in terrenis Quartò, spiritibus motus magis sociatur Cōstat enim quod mortui mole mortalis corporis liberati melius solent cognoscere caelestia, & etiam spiritualem naturam intelligere & sibi familiares & notos magis esse, quam antea. Sic viri perfecti caelestibus per contemplationem se applicant, & beatis etiam spiritibus famulantur. Vnde apud Lucam dicitur: *Quod in resurrectione à mortuis neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei.* Tales enim sunt viuentes cum mortuis. Non est hic, surrexit, scil. ad contemplanda caelestia. Quinto, Mortuus nullo modo diuexatus tristatur neque murmurat, omni sensu priuatus Sic vir perfectus in sua patientia omnia tolerat, voluntarie etiam currens ad supplicium, ac si nihil esset. Hinc Petrus de illis dicit, *Mortificatos in carne, viuificatos autem spiritu*. Sexto, Mortuus non copulatur viuis hominibus, sed mortuis. Sic viri perfecti, solent se à mundanis negotijs segregare, vt & a consortijs, & cum viris sanctis & mortificatis habitare. Psalm. *Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber*, & Iob. *Ipse ad sepulchrum ducetur & in congerie mortuorum vigilabit*. quasi dicat. Habitabit cum mortuis, & non cum viuis. Septimò, Non laetatur verbis inanibus, nec loquitur, nec audit loquentes: Sic viri perfecti silent, abstinent a vanis locutionibus, imò ob loquentes & mala loquentes blasphemantes, &caet. redarguunt. Vnde Propheta, *Multi morientur, in omni loco proijcietur silentium*. Octauò, Conculcatur à cunctis gentibus, & contemnitur etiam à nunc viuentibus: Sic verè peccatores & mundo viuentes contemnunt, & abominantur virum iustum. Sicut & Lazarus proprijs sororibus foetebat, & tamen Christus ipsum amicum & mortuum appellabat. Psalm. *Obliuioni datus sum, tanquam mortuus à corde.* Nonò, Recipitur à manibus licet formatur a viuis: Sic vir perfectus ab alijs iustis & mortificatis. Sicut enim manes & mortui praecedentes, secum recipiunt alios nouiter morientes: Sic viri iusti & sancti libenter suscipiunt illos, quos mundani fugiunt, quando ipsos sibi simi-

Margin notes (left): Sap. 3. Mortuis cō-[?] Rom. 6. Apoc. 14. Ioan. 19. Eccles. 9. — numbers 1, 2, 3, 4.
Margin notes (right): Luc. 20. 1 Pet 3. Iob 21. Amos 8. Ioan. 11. — numbers 5, 6, 7, 8, 9.

similes & mortuos spiritualiter videret.
10 *Sinite mortuos sepelire mortuos suos.* Decima,
Matth. 8. Adornatur pulchris vestimentis. Nam
mortui ponuntur in pheretro, pannis
aureis vel sericeis exornato. Sic ille,
qui spiritualiter est mortuus, pannis
aureis, id est, honesta & exteriori con-
uersatione velatur & bonis actibus &
moribus & vestibus adornatur. De tali
coopertura honestæ conuersationis
potest dici illud Psal. *Cooperuit nos vmbra*
11 *mortis.* Vndecima, Illustratur claris lumi
nibus ? Sic plura bona exempla & do-
cumenta circumstant, & circumeunt
virum iustum. Luc. 1. *Illuminare his qui in*
12 *tenebris.* &c. Duodecima, Circumdatur à
multis cantantibus, & campanas pul-
santibus : sic multi sunt qui vltimò de
vita & perfectione viri iusti cantant, i-
psumque magnificant & laudãt, Eccl. 4.
13 *Laudans magis mortuos, quàm viuentes.* Deci-
matertia, Frequentatur à viris egenti-
bus, vt eleemosynas recipiant. Sic tales
spirituales mortui, solent indigentes
nutrire eisdemque dare eleemosynas.
14 *O mors, bonum est iudicium tuum homini indi-*
Eccles. 41. *genti.* Decimaquarta, Sepelitur tandem
templis patentibus, loco sacro, &c. &
ab humana visione occultatur. Sic vir
perfectus in loco sacro paradisi recon-
ditur. *Mortuus est igitur Helisæus, & sepelie-*
4. Reg. 13. *runt eum.* De talibus scribit S. Iacobus. *E-*
Iacob 1. *stote factores verbi, & non auditores tantum, fal-*
lentes vosmetipsos. Quia si quis est auditor verbi
& non factor, hic comparabitur viro, consideran-
ti vultum natiuitatis suæ in speculo. Item; *si quis*
putat se religiosum esse, non refrenans linguam su-
am, sed seducens cor suum, huius vana est Religio.
Religio munda & immaculata apud Deum &
Religio munda. *Patrem hæc est : Visitare pupillos & viduas in*
tribulatione eorum, & immaculatum se custodire
ab hoc sæculo. Talis per omnia fuit defun-
ctus noster. O Deus Deus meus, quot
millia hominum sunt in inferno, qui
hæc omnia contempserunt, & iam mal-
lent se monachos & pauperes & despe-
ctos mortuos, ad euitãdam illã terribi-
lem damnationem, & ad consequen-
dam vitam æternam, quam si voluis-
sent, habuissent. At ecce, quantum in ar-
bitrio cuiuslibet hominis positum est?

In funere religiosi.

Factus est obediens vsque ad mor-
tem. Phil. 2.

CVM habitus non faciat monachum, sed professio regularis & naturalis præsumpta solennizet votum, & communis forma regularis professionis sit promittere obedientiam vsque ad mortem, illaque forma sumpta sit ab exemplo Christi, qui *pro nobis factus est obediens vsque ad mortem*, vt habent verba allegata, ideò exemplum hoc defunctus noster non solum verbo in sua professione promisit, sed etiam efficaciter in suo opere adimpleuit laudabiliter, vt verba superiora possint secundario de eo dici. Notatur autem in verbo *Factus*, quod demum factus sit, & antea non fuerit. Sap. 4. *Placens Deo factus est dilectus, & viuens inter peccatores, translatus est.* Tunc dicitur aliquis habere gratiam alicuius, quando factum suum placet illi, & ad hoc sequitur, quod ab eo diligatur, quia homo non diligit nisi ea, quæ placent sibi. Et ita diuina gratia, quando est in religioso vel in alio homine facit duo, primum ipsum Deo placitum, secundum à Deo dilectum. Oportet enim vt sui Domini, non alterius officia prosequatur & iussa 2 Tim. 2. *Nemo militans Deo, implicat se sæcularibus negotijs, vt ei placeat.* Eccl 35. *Beneplacitum est Deo recedere ab iniquitate*, scil. negotiorum spiritualium, & specialiter religiosum, qui magis Deo debet esse dedicatus. Secundum, quod facit gratia Dei in homine, est, quod facit eum esse dilectum à Deo Diligit enim Deus eos qui sibi placent, ideò

Nota verba.

Factus.

Gratia [illegible] duo.

ideò benè dixit: *Placens Deo factus est dilectus*. Nō enim potest esse dilectus à Deo, nisi habeat puritatē & charitatem. Quia dilectio siue amor vnit amantem amato. sed Deus non cōiungitur animę, nisi sit pura à peccato. Propter quod benè dicit Gregorius Nazianzenus, quod *prima sapientia est vita laudabilis, & apud Deum pura mens per quam puri puro iunguntur, & sancti sancto vniuntur*. Ideò perfecti viri, qui multū habent de amore charitatis, & splendore sapientiæ viuendo inter peccatores non solum peruertuntur ab eis, imo etiam eos conuertunt. Tertiò, Nota quia *translatus est*, scil. ad vitam æternam. Sic enim fit quod Lazarus è minima paupertate ad magnam dignitatem transferatur & sic alij, vt & Ioseph è squalore carceris ad AEgypti dominium. Col. 1. *Eripuit nos de præsenti sæculo nequam, & transtulit nos in regnum dilectionis filij sui*. Secūdò, Notatur obedientia per verbum *Obediēs*. Et est alia necessaria vt Religionis & voti, alia perfecta, qua quis obedit in omnibus licitis, alia indiscreta, qua quis indifferenter omnibus obedit. Illa autem est necessaria quæ Deo debetur. act. 5. *Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus*. Et necessaria dicitur dupliciter. Vno modo vt seruetur ordo diuinitus. Nam sicut actiones rerum naturalium procedunt ex potentijs naturalibus, ita etiam operationes humanæ procedunt ex humana voluntate: Et in rebus humanis inferiora subiecta sunt motioni superiorum. Arguebat Dominus Pharisæos Matth. 23. qui obseruabant minora mandata legis, de decimandis oleribus transgrediebantur mandata maiora legis. Secundo est opportuna ad assequendas multas vtilitates, quarum prima est diuina inhabitatio, Luc. dicitur, *Dominus intrauit in domum Simonis, qui interpretatur obediens*. Item tunc filius Dei in vtero virginis conceptus est, cum Maria verbo Angeli obediuit, dic. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum*. Secundo, impetratio, vnde cæcus natus dixit Ioā. 9. *Qui Dei cultor est & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Obedienti enim obediunt omnia*, sc. creator & creatura. De creatore dicitur Iosue 9. *Non fuit antea & postea tam longa dies, obediente Domino voci hominis*. Secundo, Congruitas obedientiæ notatur, quia dicitur *Deo*. Vnde si homo perciperet aliquid quod esset contra iustitiam vel charitatem, non esset ei obediendum, sed non sic est de Deo, quia Genes. 24. Dominus præcepit Abraham, quod occideret filium suum innocentem: Et Exod. 12. præcepit Iudæis, quod furarentur res AEgyptiorum, quæ videbantur esse contra iustitiam. Item præcepit Oseæ, quod acciperet mulierem adulteram, quod videbatur contra castitatem. Sed præceptum Abrahæ factum de filio innocente occidendo non fuit contra iustitiam, quia Deus est auctor mortis & vitæ. Sic nec illud quod mandauit Iudæis de rebus AEgyptiorum furandis, quia *eius sunt omnia, & cui voluerit dat illa*. Sic nec contra castitatem fuit præceptum factum Oseę de accipienda muliere adultera, quia ipse Deus est humanæ generationis ordinator, & ille est debitus modus mulieribus vtendi, quem Deus instituit. Ergò in omnibus est Deo obediendum, secundum illud Deut. 26. *Obediui voci Domini Dei mei & feci omnia sicut præcepisti mihi*. Ostenditur etiam quantitas obedientiæ, quantum debeas seruire Deo, hoc est, magis Deo quam hominibus, scil. humiliter, celeriter & reuerenter. Postremò dicitur *vsque ad mortem*. Sicut mulier est alligata viro, & cum mortuus fuerit vir, soluta est illa lege, Rom. 7. Sic est de professo homine. Eccles. 18. *Non verearis ad mortem iustificari*. vt scil. post mortem merearis beatificari, scilicet in æterna beatitudine,

Amen.

Gloss. | *Gregor. Naz.* | *Translatus* | *Obedientia* | *Necessaria.* | *Opportuna per v. utilitates.* | *Obedientiæ congruitas.*

In funere Religiosi.

Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Tren 3.

Inter iugum spirituale & corporale differentia est. Quia iugum corporale est quod imponitur bobus & est iugum mundi. Luc. 14. *Iuga boum emi quinque.* Iugum verò spirituale est iugum Domini, quod imponitur hominibus, de quo Christus dixit discipulis Matth. 11. *Tollite iugum meum super vos* Hoc intelligi potest iugum obedientiæ & vitæ regularis, sub quo sancti religiosi laborant in agro Dominico, sc. in Ecclesia Christi sub quo ille frater defunctus ab adolescentia laborauit Dicit autem Ieremias iugum illud esse bonum, quia facit ipsū bene esse Quia sicut illud quod adhæret fonti caloris scil. igni efficitur calidū, ita qui adhæret fōti religionis, sc. Deo, efficitur religiosū Illud autē quod maximè facit hominem adhærere Deo, est iugum vitæ regularis. Quia religio remouet ista, quibus homines communiter impediuntur, ne possint inhærere Deo, superbiam per obedientiam, auaritiam per abdicationem proprietatis, & luxuriam per continentiam. Adhæret autem anima Deo per charitatem & contemplationem. Et religio non tantum cōiungit hominem Deo, sed etiam multos in vnum in magnum bonum ipsorum Psal. 132. *Ecce quàm bonum, quàm iocundum habitare fratres in vnum.* Ex quibus verbis constat. Primò, quod Religio ponat suos in statu valde vtili dic. *Ecce quàm bonum,* scilicet vtile, & meritorium & mirabiliter bonum. tùm respectu eorum à quibus religio abstrahit, tum eorum, ad quæ religio attrahit. Mirabiliter bonum propter Christum, quia hominem in carne viuentem facit præter carnem viuere, quod est angelicum Bonum item & laudabile in homine sæculari, abstinere ab illicito concubitu fornicationis vel adulterij vel aliarum specierum luxuriæ & sit contentus vxore sua: sed religio per votum continentiæ, etiam ab omni concubitu matrimoniali abstrahit. 1. Cor. 7 *Bonum est homini mulierem non tangere dico autem non nuptis,* &c. Laudabile est seruare ieiunia & abstinentias ab Ecclesia indictas, sed religiones habent generalem abstinentiam, & variam iuxta ordinum dispositiones. Item quædā religiones ordinātur ad opera vitæ actiuæ. quædā ad contemplatiuę.

Iugū spirituale & corporale differunt.

Iugū Christi bonum.

Religio ponit suos in statu vtili.

1

2 Secundò, in statu delectabili & iocundo, quia habent iocūditatem cordis oris & operis. Iocunditatem cordis ab interiori iustificatione: quia habent cor interius iustificatū à peccatis præteritis, & custodientes se à futuris viuunt in magna alacritate mentis. Eccles. 1. *Religiositas custodiet & iustificabit cor, & iocunditatem & gaudium dabit.* Habent & iocunditatem cordis à superiori, scil. ex diuinorum cōtemplatione, quia *hauriet iocunditatem a Deo.* Pro. 18. Habent ab exteriori, quia propter bonum obedientiæ patienter portat ad tempus corporalem laborem. Eccles. 1. *Vsque ad tempus,* sc. mortis *sustinebit patiens, & postea redditio iocunditatis fiet ei.* Habent item iocunditatem oris siue in verbis consolatorijs quibus alios lætificant secundum Psalm. 103. *Iocundum sit ei eloquium meum* Siue in diuina laude, in qua ad deuotionem & spiritualem lætitiam frequentius exhortantur. & talis laus debetur Deo Psal. 46. *Deo nostro sit iocunda decoraque laudatio.* Tertio, Habent iocunditatem operis, sc. in operibus vitæ actiuæ, vt sunt opera misericordiæ Psal. 111. *Iocundus homo qui miseretur.* 2. Cor 9. *Hilarem datorem diligit Deus.* Insuper religio ponit. Tertiò, in statu vniformi, quia habitant in vnum, scil. quia sunt vnius religionis, vniformis professionis vinculo colligati, vniformis coloris habitu induuntur, ad vniformem obseruantiam regularis vitæ tenea-

In statu delectabili.

Religiosi habent iocunditatem cordis vtrique.

3

In statu vniformi.

tenentur, vt sit vniformitas animorum, quæ in corde esse debet. Quartò In statu amicabili, quia vocat eos fratres Ro. 12. *Charitate fraternitatis inuicem diligentes.* & imitatores Apostolorum. Matth. 23. *Omnes enim vos fratres estis.* Secundò, facilitas oneris, scil. iugi domini. Iugum mundi est status sæcularis vel mundi, & est durum, in quantum infert laborem in acquirendo, durius in quãtum infert dolorem in amittendo, durissimũ in quantum aliquibus infert perditionem æternam: De tali conquerebantur filij Israel dic. 2. Reg. 12. *Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis:* Sic facit mundus his, qui diligunt ipsum. Est etiam graue quod deprimit mentem, ad terrena & infima diligenda, Eccles. 40. *O cupatio magna creata est hominibus, & iugum graue super filios Adam.* *Iugum autem Domini suaue, & onus ipsius leue.* Matth. 11. Quatuor hic rationes ponuntur, quare iugum religionis libẽter est portandum Primò, propter coniunctionis nexum: quia fratres eum cõbinati sẽper, & frater, qui iuuatur à fratre quasi ciuitas firma. Eccles. 4. item propter testimonium honestæ conuersationis. Matth 18. *Adhibe tecum vnum vel duos testes.* Luc 10. *... suam* Et sic sunt velut boues sub iugo exeuntes ad seminandum. Osee 11. *Iugum imponetur eis simul.* Secundò, propter imitationis exemplũ Quia dic. *Iugum* Quia ego in vestrum exemplum illud ante tuli, scil. continentiæ paupertatis & obedientiæ. *Tollite iugũ meum super vos* Tertiò. propter deuotionis affectum. Ideò dic *quàm suaue.* scil. dulce & commune. Dulce intrinsecus propter varias consolationes & commune: quod in communi portatur est leuius & suauius. Sa. 8. *Disponit omnia suauiter.* Quartò, propter dilectionis affectum Gal 3 *alter alterius onera portate,* &c. &, *hæc est charitas* Postremò obserua diuturnitatem temporis, quo portauit iugum illud sc. ab adolescentia. Attende autem primò quod adolescentia est ætas apta ad assumendum religionis iugum. Ratione inchoationis quia est sicut cera mollis, & videndum vt statim bonis moribus imbuatur, & retrahatur à malis. Ratione inclinationis: quia tum præcipuè incipiunt esse proni ad vanitates. Eccles. 12. *Adolescentia & voluptas vana sunt:* itaque tum debent refrenari. Ratione fœcũdationis, quia iuuenes mulieres fœcũdiores sunt in filijs producendis, quàm vetulæ: Sic adolescentes religiosi fœcundiores sunt, bonisque operibus magis abundãt, quàm senes. Secundò, prosecutionis conformitas commendatur, quia iuxta viam suam, quam ceperat semper ambulauit, quæ fuit vita religiosa & religionis obseruantia quam iste iuuenis intrauit. Vt mores suos in meliùs commutaret & mandata consiliaque Dei perfectius obseruaret. Psal. 118 *In quo corrigit adolescentior viam suam? in custo ser. tuos.* Primum facit religio per rigorem disciplinæ secundum per subiectionem obedientiæ. Tertiò, continuationis firmitas, quia etiam cum senuerit non recessit Atque ne apostataret, vt multi, dixit Deo, timens religiosus frequenter illud Psalm. 70. *Vsque in senectam & senium Deus ne derelinquas me* Et iterum, *Ne proijcias me in tempore senectutis.* Cui potest dici illud, Deu. 33 *Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua est.*

(.·.)

Margin notes: 4 In statu amicabili. — Iugum Religiõis portãdũ propter 4. — 1 Propter coniunctionis nexum. — 2 Propter imitationis exemplum. — 3 Propter deuotionis affectum. — 4 Propter dilectionis affectum. — Adolescentia est apta ad perferendum iugũ. — Prosecutionis conformitas. — Continuationis firmitas.

In funere Religiosi.

Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est, immaculatum se custodire ab hoc sæculo. Iac. 1.

Religiosorũ vocatio mirabilis.

RElig̃iosorum vocatio est mirabilis, vt & vita, quamuis hæc imitabilis, qualẽ primo professus est S. Ioannes in deserto & Christus, post quem infiniti, quorum duces fuerunt vel S. Benedictus, vel sanctus Augustinus, vel S. Dominicus vel S. Bernardus, aut similes alij quam plurimi. *Laus illorũ.* Hi sunt in vera fide stabilitati: in illa credunt Deum inspectorem criminum, timent altorem, amant bonorum remuneratorem, ideò abdicant se à sæculo, ne contaminentur. Habent spem firmam de fœlicitate æterna, ob quam talia patiuntur & in meditatione illius perpetuo exardescunt, scientes quòd totus mundus in maligno sit positus, ne cum illo demergantur & pereant. Habent charitatem erga Deum, cui diebus & noctibus deseruiunt, terrena respuentes, & ergà proximum, ieiunantes & pro peccatis populorum orantes, multaque opera bona facientes. Angelorum vitam imitantes in paupertate, castitate & obedientia. Cardinales virtutes amplectuntur, iustitiam scilicet, vt Deo quæ Dei sunt tribuant & corpori tributum suum, vt Deum ament ex toto corde mente & anima, vt benedicant Domino omnia, quæ intr hominem sunt, & omnia membra corporis, seseque pro peccatis affligant. Prudentiam, vt anteuertant iram Dei vita & conuersatione sua sancta, operentur dum lucem habent, oleum pro lampadibus ante nuptias comparent sibi, vigilent, vt cum venerit Dominus inueniat eos vigilantes. Fortitudinem, vt tam strenuè contra diabolum carnem & mundum pugnent. Temperantiam, qua simul à peccatis, & ab omni occasione peccandi, imò sæpissimè à licitis sibi temperent. Quibus omnes beatitudines Matthæi quinto à Christo prolatæ rectè competunt, & veraciter eueniunt, vti Religiosis veris. De vita hac Religiosorum, vel statu illorum, dic. Dauid Psal. 47. *Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eam in æternum.* Ciuitas Dei Religio est, in qua est ciuium vnitas corporum & mentium, victus & vestitus. *Religio [illegible] [illegible]* Est etiã mons sanctus per eminentiam sanctæ vitæ. *Mons sanctus.* In tali religiõe habetur Dominus magnus, quia omnia quæ sunt in mundo, pro nihilo reputant, vt Deum possint habere: vnde Phil. 3 *Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christũ lucrifaciam.* *In illa be[illegible] [illegible]* Ibi etiam est Dominus laudabilis nimis, & habetur ab ipsis, qui vt cum liberè possint laudare, corde, ore, opere, ab omni cura sæculi se exuunt vt dicere possint: *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo*, sc. vel in prędicatione, vel in oratione, vel in lectione. *Contra mũdanos.* Illi autem qui tẽporalia ita amplectuntur, quod de Domino parum vel nihil curant, & qui ita curis sæculi se implicant, quod laudi diuinę non possunt vacare, Dominum nec magnum, nec laudabilem se reputare ostendunt. Dicit etiam psalmista: *Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, cõuenerunt in vnum*, scilicet cum alijs fidelibus ex Iudæis, vt fieret ex eis vna ciuitas Dei regis, vnum ouile Christi pastoris. *[illegible] Religionẽ.* Actor. 4. *Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna.* In vnum scil. in Deum, Psalm. *Vnam petij à Domino.* Luc. 10. *Vnum est necessarium.* Psalm. *Ecce quam bonum, & quã iocundum, habitare fratres in vnum.* Et quomodo accidit, quòd ita conuenerunt in v-

in vnum? Quia Deus per gratiam suam illuminauit corda eorum ad cognoscendam veritatem. Vnde sequitur: Ipsi Reges videntes, qui prius fuerunt cæci, videntes Dei bonitatem & seueritatem, Roman. 11 scil. bonitatem & seueritatem Dei, in eos quidem, qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate. Item videntes mundi vanitatem, Naum. 3. *Omnis qui viderit te, resiliet à te.* Item videntes sua peccata, Ierem. 5 *Leua oculos tuos in directum, & vide vbi nunc prostrata sis.* Sicut audiuimus ab his qui nos hortabantur ad ingressum Religionis. Vidimus in ciuitate Domini nostri, scil. in Religione, qualiter 3. Regum 19. dicebat Regina Saba: *Non credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni & vidi oculis meis & probaui, quod nec media pars mihi nunciata non fuit. Deus fundauit eam in æternum.* Quia semper inuenietur paupertas in Religione, quæ fundamentum suum non relinquit, sc. paupertatem & humilitatem. In hac Religione militauit defunctus noster. Sed & Religio comparatur deserto. In illa est lignum illud, scil. de quo Exod. 19. *Dominus ostendit ei lignum, quod dulcorauit aquas Marath,* scil. crux Christi. Item latex fluens de petra Christo, Exod. 17. *Percuties petram, & exibit ex ea aqua.* De hoc habetur Numer. 20. Item latebræ, 1. Regum 24. *Ecce Dauid latitat apud nos, & viginti quatuor eiusdem Dauid, & viri eius in interiori speluncæ parte latebant.* Item lex data in deserto, Exod. 20. *De cælo locutus sum vobis.* Item mons, scil. contemplatio, Exod. 19. *Mons Synai fumigabat.* Item mel, quia habetur Matth 13. *Ioannes mel syluestre edebat.* Item manna, de qua Numer. 11. & Sapien. 16. Racemi. Quòd sint racemi in deserto, est contra naturam: tamen inueniuntur ibi, similiter contra naturam est, quòd homo terrestris ascendat in cœlum, Oseæ 9. *Quasi vuas in deserto, inueni Israel,* hoc est, nasci ex tribulis ficus, & de spinis vuas, scil. ex peccatore cælicolam. Item visio, Exod 3. *Vadam, & videbo visionem hanc magnam.* Et 3 Regum 19 *In Sylo Dominus.* Item panis, 3 Regum 19. *Elias reperit panem subcinericium ad caput suum.* Ioan. 6. *In deserto pauit quinque millia hominum.* Item certamen, scil. tentationum, Matth. 4. *Ductus est Iesus in desertum.* Item angelus custos existentium in deserto, Exod. 32. *Præcedet te angelus meus.* Item herba, qua sancti vescuntur, 2. Machab. 5. Iudas secesserat in desertum locum, ibique inter feras cum suis in montibus vitam agebat, & fœni cibo vescentes demorabantur, ne participes fierent coinquinationis. Ecce in quam pulchro deserto vixit defunctus noster.

Religio comparatur deserto.

Imò quid doletis illum mortuum? Iamdudum mortuus erat. Sepulchrum enim est locus mortuorum, & significat Religionem, in qua habitant, qui mortui sunt mundo, Coloss. 3 *Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est in Deo.* Psalmo 61. *Qui habitant in sepulchris.* Item Iob 3. *Gaudent vehementer cùm inuenerint sepulchrum.* Sed hodie in multis sepulchris non inueniunt, nisi linteamina & sudarium, sicut dicitur Ioan. 20. Quia multi sunt, qui non habent, nisi habitum Religionis. Quod de defuncto nostro dici non poterat. Deinde fuit ipse in loco securo & munitissimo, qualis est Religio vel claustrum. Ibi enim murus est, de quo Isai. vigesimo sexto cap. *Saluator ponetur in eo murus.* Dentales, Can 3. *Turris Dauid, quæ ædificata est cum propugnaculis.* Cant. 8. *Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea,* scil. de sacro eloquio. Turres sunt Doctores, Cant. octauo, *Vbera mea sicut turris.* & 7. *Nasus tuus sicut turris libani, quæ respicit contra Damascum.* Vigiles sunt prælati, Hebræor. vltimo, *Obedite præpositis vestris: ipsi enim peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus vestris.* Tuba scil. prædicationis, Num. 10.

Religio sepulchro assimilatur.

Claustrũ locus securus.

Muri.

Turres.

Vigiles.

Tuba.

[illegible] latebræ.

Fac tibi duas tubas argenteas, scilicet promissionis & comminationis. Scuta sunt orationes Sapien.13. *Proferens scutum seruitutis suæ orationum.* Mons scil. eminentia & arduitas vitæ, Matthæ 5. *Non potest abscondi ciuitas super montem posita.* Aqua scil. lachrymarum, Iosu. 15. *Irriguum superius & inferius.* Saxa, scil. duritia vitæ in lectorum duritia, cibi asperitate, & disciplinarum rigore, Isai.33. *Munimenta saxorum sublimitas eius.* Cibi scil. lectionum & meditationum, 1 Mach.1. *Polluerunt ibi animam & escas.* Machinæ scil. ieiunij contra carnem, orationis contra superbiam, eleemosynæ cõtra auaritiam, 1. Machab 6. *Fecerunt & ipsi machinas contra machinas eorum.* Fossata scil. confessio & paupertas. Confessio enim detegit & eijcit terram peccati, & paupertas abijcit temporalia. Viri strenuè operantes non sicut fœminæ molles, 2. Timoth.2. *Labora sicut bonus miles Christi.* Quod fecit & defunctus noster. Et lætatus est pro diebus, quibus humiliatus est, & annis quibus vidit mala, Psalmo 89 scil propter quæ alij dolent, nimirum quia fuit expositus alterius voluntati, & dicit Bernardus: Tolle propriam voluntatem, & non erit infernus. Item quia inediæ, paupertati, & multis alijs miserijs subiectus fuit. Et hæc sunt secundum Gregorium, quæ ad Deum ire compellunt. Vnde Lucæ decimoquarto dictum est a Domino patrifamilias, vt exiret in vicos, & plateas, & claudos, debiles, pauperes duceret in domum suam. Tales nos reputare debemus, *cum omnia fecerimus.* Psalm. *Vide humilitatem & laborem meum, & dimitte vniuersa delicta mea.* Sic enim saluantur Religiosi. Psalm.116. *Vota mea Domino reddam*, scil. intrando religionem, quia *pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum eius*, scilicet ipse ingressus religionis, in quo spiritualiter moriuntur sancti, & voluntariè amittentes motum & sensum. Quia in religione non mouentur secundum propriam voluntatem, nec secundum proprium sensum reguntur aut diriguntur. Hæc mors licet contemptibilis sit in conspectu hominis, tamen plena magno pretio, quod sufficiat coram Deo ad omnium peccatorum abominationem, & ad regni cælestis & iudiciariæ sedis emptionem. De primo 1. Regum 5. *Melior est obedientia, quàm victimæ.* Et Salomon, Eccles 4. in fine, postquam disputauit de vanitate, concludit sic: *Sed & hæc vanitas & afflictio spiritus.* Et statim dat consilium de ingressu Religionis sic: *Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua, vt audias. Multo enim melior obedientia, quàm victimæ stultorum. Stultorum enim infinitus est numerus.* Ecclesiast. 1. qui multas causas affingunt, non esse intrandam Religionem. Nota quod ingressus religionis plus valeat ad peccatorum remissionem, quàm aliqua pœnitentia in mundo. Quia quantumcunque peccauerit homo, & dicat se velle intrare Religionem non iniungitur ei alia pœnitentia. Secus fit si velit loca sancta frequentare. Nuditatem, castitatem, & obedientiam, quam accepit à natura, ignorans voluit sciens offerre Deo defunctus noster, vt veniat non à mundo, sed à Deo glorificandus, ideò custodiuit se immaculatum ab hoc sæculo.

Scuta. Mons. Aqua. Saxa. Cibi. Machinæ. Fossata. Bernard. Gregor. Religiosi saluantur. Religio [illegible] mors videtur contemptibilis. Consilium de ingressu Religionis.

Oratio

Oratio funebris communis, Ecclesiastico accommodanda.

DVM oculis meis intueor immutatos vultus vestros, Auditores, adeoque ad terram propendentes, capita obnubilata, oculos madentes lachrymis, manus complicatas, incessum languidum, dum audio suspiria, gemitus, singultus, querelas iustas & lamenta vestra & ipse deficio viribus, & quid dicam, aut faciam amplius, ignoro. Idem dolor, idem mœror & luctus, qui vos conficit acerbissimus, me exanimat, quę ex morte mœstissima patris nostri communis N. charissimi, viriq; incôparabilis concepi, quē quacũq; ex parte côtēplor, inuenio omni laudum genere, memoriaq; perenni dignissimũ, ideoq; magis ac magis lamentandum. Verum enimuero mentem meam erigit, viresq; ad dicendum corroborat Ecclesiasticus ille diuinus, sic inquiens c. 11 *Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum, qui cùm venerint, vanitatis arguentur prȩterita. Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum, in diebus iuuentutis tua, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum, & scito, quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium.* Et alibi cap. 41. *Noli metuere iudicium mortis. Memento, quæ ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi. Hoc iudicium à Domino omni carni. Et quid superueniet tibi in beneplacito Altissimi? siue decem, siue centum, siue mille anni. Non est enim in inferno accusatio vitæ*: Sed facile est, eodem teste, cap. 11. *coram Deo in die obitus retribuere vnicuique secundum vias suas.* Eccles. 18. *Numerus dierum hominum, vt multum centum anni, quasi guttæ aquæ maris deputati sunt, & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui.* Psalm. 89. *Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna, quæ præterijt.* Idem Ecclesiasticus tandem concludit, dic. cap. 11. *Finem loquendi pariter omnes audiemus: Deum time, & mandata eius obserua: hoc est enim omnis homo. Et cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum sit.* Consolatur prӕterea nos timor Dei, qui fuit in eo, dum viueret, qui est radix & plenitudo sapientiæ, Ecclesiast. 1. qui delectauit cor, & dedit lætitiam & gaudium in longitudine dierum: quia omnes viæ eius in conspectu Dei. & Psalmo centesimo decimooctauo, non recessit cor eius, Psalm. quadragesimotertio, nec declinauit Dominus semitas eius à via sua, Psalmo decimotertio, Meditatio cordis eius in conspectu Dei semper. Accedit & vocationis suæ legitimæ executio diligentissima. Memor namque erat iugiter monitionis illius Diui Pauli, Ephes. 5. *Videte fratres, quomodo cautè ambuletis*: & 4. *Vt dignè ambuletis in vocatione, qua vocati estis*: itemque Galat. sexto, *Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis.* Galat. sexto, *Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus.* 1. Thessalon. 4. *Rogamus vos & obsecramus in Domino Iesu, vt quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat nos ambulare, & placere Deo, sicut & ambulatis, vt abundetis magis.* Coloss. quarto, *In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt.* Quæ omnia & exemplis & scripturis diuinis illustrabimus, pariterque patrem nostrum communem N. omnium dilectissimum, & in via mandatorum Dei ambulasse, Deum timuisse, & sic ad patriam cælestem in fide & spe peruenire potuisse, declarabimus.

Luctus signa. *Mortui laus.* *Mortis recordatio.* *Vita dierum numerus.* *Vitæ summa summarum.* *Timor Dei* *Vocationis cura.*

Iosue filius Nun, minister Moysis, à Deo exaltatus, Dux super filios Israel fœlicissimus, priusquam vitæ suæ periodum absolueret, cohortatus est maiores natu, & principes ac Duces & Magistros suos his verbis cap. 23. *Ego senui, & progreßioris ætatis sum, vosque cernitis omnia, quæ fecerit Dominus Deus noster*

Ambulare coram Deo quid sit, aut in vijs eius Iosue.

nister cunctis per circuitum nationibus, quomodo pro vobis pugnauerit: tantum confortamini, & estote solliciti, vt custodiatis cuncta, quæ scripta sunt in volumine legis Moysi, & non declinetis ab eis, neque ad dexteram, neque ad sinistram. Sequitur: *En ego hodie ingredior viam vniuersæ terræ, & toto animo cognoscetis, quod de omnibus verbis quæ se Dominus præstiturum vobis esse pollicitus est, vnum non præterijt incassum.* Pari

David. modo 3. Reg. 2. *Cùm appropinquassent dies Dauid, vt moreretur, præcepit Salomoni filio suo dicens: Ego ingredior viam vniuersæ terræ: confortare, & esto vir. Et obserua, vt custodias mandata Domini Dei tui, vt ambules in vijs eius*, &c. *Vt confirmet Dominus sermones suos, quos locutus est de me, dic. Si custodierint filij tui vias meas in omni corde suo, & in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israel.*

Attendite quæso per Deum, Auditores, quid sit ambulare in vijs Domini, nec hoc quidem satis est, sed oportet & solicite, quod verbis istis exprimitur, in omni corde suo, & in omni anima sua, non ad oculos hominum duntaxat, vti hypocritæ, aut vt saltem videantur legem impleuisse.

Salomon. Ad hæc Salomon ait ad Deum in somnos apparentem; & quid petere iubentem: [Tu fecisti cum seruo tuo Dauid patre meo misericordiam magnam, sicut ambulauit in conspectu tuo, in veritate & iustitia, & recto corde tecum. Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum & malum. Placuit ergo sermo coram Domino, quòd Salomon postulasset huiusmodi rem. Et dicit Dominus Salomoni:

Voluntati diuinæ omnia resignanda. Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti sapientiam, ad discernendum iudicium, ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens & intelligens, in tantum, vt nullus ante te similis tibi fuerit, nec post te surrecturus sit. Sed vt hæc, quæ non postulasti, dedi tibi, scilicet diuitias & gloriam, vt nemo fuerit similis tui in regibus, cunctis retrò diebus. Si autem ambulaueris in vijs meis, & custodieris præcepta & mandata mea, sicut ambulauit pater tuus, longos faciam dies tuos.] De Ezechia memorat scriptura sacra, Eccl. 48. 1. Machab. septimo, quod fecerit Ezechias, quod placuit Deo, & fortiter iuit in via patris sui, quam mandauit illi Isaias Propheta magnus & fidelis in cōspectu Dei. Hoc quippe est quod per Prophetā monet Dominus, Mich. 6. *Indicabo tibi homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te, vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitè ambulare te cum Deo tuo.* Non autem, vti dicit Propheta regius Psal. 77. *Cor autem eorum non erat rectū cum eo. Iosaphat filius Asa regnare cœperat super Iudam anno quarto Achab regis Israel, & ambulauit in omni via Asa patris sui, & non declinauit ex ea, fecitque quod rectum erat in conspectu Domini*, 3. Regum 22. Iehu autem 4. Regum 10. non custodiuit, vt ambularet in lege Domini Dei Israel in toto corde suo: non enim recessit à peccatis Ieroboam, quæ fecit in Israel, & in bello cecidit. At testimonium longè præstantius habet Ezechias rex Isa. 38. & 4. Regum 20. qui orauit ad Dominum, & dixit: *Obsecro Domine, memento quæso, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim, & fleuit & eiulatu est.* Namque oculi Domini, Eccl. 34. *super timentes eum, protectio potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, & vmbraculum meridiani, deprecatio offensionis, & adiutorium casus, exaltans animam, illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam, & benedictionem.* Sed proh dolor fit, quod Eccl. 40. scribitur: *Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ in matrem omnium. Cogitationes eorum & timores cordis, adinuentio expectationis, & dies finitionis: à præsidente super sedem gloriosam, vsque ad humiliatum in terra & cinerem ab eo, qui vtitur hyacintho, & portat*

corō-

Ezechias. Iosaphat. Iehu. Ezechias. Oculi Domini super timentes. Occupatio hominum.

coronam, vsque ad eum, qui operitur lino crudo. Furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracundia perseuerans & contentio, & in tempore refectionis, in cubili somnus noctis immutat scientiam eius. Modicum autem tanquam nihil in requie, & ab eo in somnis, quasi in die respectus. Conturbatus est in visu cordis sui, tanquam qui euaserit in die belli. In tempore salutis suæ exurrexit, & admirans ad nullum timorem cum omni carne, ab homine vsque ad pecus, & super peccatores septuplũ. Ad hæc mors, sanguis, contentio, & romphæa, oppressiones, fames & contritio, & flagella, super iniquos creata sunt hæc omnia, & propter illos factus est cataclysmus. Omnia enim quæ de terra sunt, in terram conuertentur, & omnes aquæ in mare conuertentur. Omne munus & iniquitas delebitur, & fides in seculum stabit. Timor Domini sicut paradisus benedictionis, & super omnem gloriam operuerunt illum. Eccl. 15. *Oculi Domini ad timentes eum, & ipse agnoscit omnem operam hominis. Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spatium peccandi. Non enim concupiscit multitudinem filiorum infidelium & inutilium,* quod vellem maximè notaueritis, Auditores. Hæc est causa, cur multi damnentur in suis opinionibus & vijs peruersis, quia non habent gratiam in conspectu & vijs peruersis, quia non habent gratiam in conspectu Dei, vti rebelles semper & contumaces, non verò resipiscentes, quorum mortem nõ vult Dominus: *Melior est vnus timens Deum,* Eccl. 16. *quàm mille filij impij.* Quid ita, Auditores? ita loquitur per Prophetam. Psalm. 100. *Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeãt mecum, ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam, qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.* Facessat ergo hinc præsumptio illa hominum malignantium nequissima qui gloriantur in simulachris suis, in adinuentionibus suis, in desiderijs & concupiscentijs suis, in omnibus vanitatibus & iniquitatibus suis. Non enim

Fideles & inutiles [illegible]nitur Deo.

qui operantur iniquitatem, in vijs Domini ambulauerunt, Psal. 118. quia mandauit mandata sua custodiri nimis. Nõ incedendum est charissimi per superbiam, quæ est montana, excelsa, & cum præcipitio via, sicut 4 Regum 8. ambulauerat domus Achab, qui 3 Regum 15. ambulauit in omnibus peccatis, quæ superbiæ nomine designantur, & in vijs regum Israel, 2. Par. 21. & in consilijs eorum. Neque per ocium, quæ via delicata & lubrica, quam detestatus est Iob 31. Nonne ipse considerat vias meas & cũctos gressus meos dinumerat si ambulaui in vanitate. Neque per gulam, quæ pomerium dæmonis, sicut Dominus per Prophetam conqueritur. Bar 4. *Delicati mei ambulauerunt vias asperas: ducti sunt enim vt grex direptus ab inimicis.* Neque per luxuriam viam Sathanæ regiam, prout illi, de quibus Dominus Mich. 6. *Ambulasti in voluptatibus eorum, & secundùm carnem,* 2. Cor. 10. *per loca inaquosa,* Luc. 8. *Similes his,* 1. Pet 4. *qui ambulauerunt in luxurijs.* Neque per iram, viam desertam satanæ, habentem loca arida. Matth. 12 & Tob. 13. neque cum his, qui in leuitate ambulant. Neque per inuidiam, viam impeditam & obscuram: illi enim ambulant per vias tenebrosas. Prouer. 2. *Qui odit fratrem suum,* 1. Iac. 2. *in tenebris ambulat.* Neque per auaritiam, viam spinosam: illi enim Prou. 51. ambulant fraudulenter, qualis fuit Ioram rex Israel, filius Iosaphat, cui Elias Propheta scripsit: *Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui. Quoniam non ambulasti in vijs Iosaphat patris tui, & in vijs Asa regis Iuda, percutiet te Dominus plaga magna:* quod factum est. Nam direpta est omnis substantia eius regia, vxores etiam & filij, & tandem percussus alui languore insanabili, vt egereret etiam viscera sua. Ideò arguit alius Propheta, Neem. 5. *Quare non in timore Dei ambulatis,* & Psalm. 77. in lege eius noluerunt ambulare, sed secuti sunt desideria carnis, & opera carnis perfecerunt, quæ sunt Galat. 5.

Viæ pessimæ omnium quæ.
Otium.
Gula.
Luxuria.
Ira.
Inuidia.
Auaritia.
Iorã malus

Carnis via quae. Fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, Idolorum seruitus, veneficia, contentiones, aemulationes, irae, rixae, dissensiones, inimicitiae, sectae, inuidiae, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. *Viae peccatorum non sunt viae Domini.* Non sunt, Auditores, viae peccatorum, viae Domini, ideo impossibile est, quantumcunque laboriose ambulent, eo peruenire, quo volunt, licet omnes salutis viam se calcare inaniter iactitent: Apertis oculis hi omnes caeci sunt, quod in figura illis contingit, quod illis missis a Rege Syriae, vt caperent Elisaeum, *Elisaeus figurat.* quibus percussis caecitate, ad preces suas dixit: *Non est haec via, neque ista est ciuitas, & duxit eos in Samariam*, praeter opinionem. Quapropter *conuertimini, conuertimini ad Dominum Deum vestrum.* Ioel. 2. *qui benignus & misericors, & patiens, & multum misericors, & praestabilis super malitiam.* Psal. 1. *Nouit Dominus viam iustorum, & iter impiorum peribit.* *Superbi male ambulant.* Superbi namque nimis alte grandiuntur iuxta Psalmistam, *Qui ambulant super pennas ventorum*, & 113.3. *Ambulaverunt filiae Sion erecto collo.* *Auari.* Auari autem nimis profunde, scilicet circa terrena, Eccl. 24. *In fluctibus maris ambulasti.* *Delitiosi.* Delitiosi vero nimis molliter, Mich. 6. *Ambulastis in voluptatibus, vt darem te in perditionem.* *Iactabundi.* Iactabundi nimis leuiter, Iob 6. *Ambulabunt in vacuum, & peribunt.* *Proditores.* Proditores, nimis tortuose, 2. Par. 21. *Ambulauit Ioram non recte.* *Obstinati.* Obstinati, retrograde valde, Ioan. 6. *Multi discipulorum abierunt retro*, & multi cum eo etiam nunc non ambulant. Ideo Ps. 118. *Maledicti qui non ambulant in vijs Domini.* *Maledicti qui declinant a mandatis tuis, Domine.* Ita ne Dauid? Ita certe, Psal. 1. *Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit, sed in lege Domini voluntas eius:* prout gloriatur idem de se, Psal. 25. *Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, non sedi cum consilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo: Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Pes meus stetit in directo.* Nam Psalm. 11. *In circuitu impij ambulant.* Et fortassis pauci sunt ex illo numero, Psal. 13. *Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem*, ita vt paucissimi habeant quod glorientur, imo magis quod pertimescant, *contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt. Non custodierunt testamentum Dei.* Psal. 77. *& in lege eius noluerunt ambulare. Fiat via illorum tenebrae*, Ps. 34. & lubricum, Psalm. 48. Haec via illorum scandalum ipsis. *Impij molestant iustos.* Et licet non ambulauerit viam illam Dauid, tamen impij illum perturbare non sunt veriti. Sic enim de se loquitur, Psal. 141. *In via hac, qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi*, Psal. 139. *Qui cogitauerunt supplantare gressus meos, & funes extenderunt in laqueum, iuxta iter scandalum posuerunt mihi.* Hinc laudat Dominum in voce exultationis, Psalm. 55. *quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu, vt placeam coram Deo in lumine viuentium: nec conclusisti me*, Psalm. 30. *in manus inimici, statuisti in loco spatioso pedes meos. deduxisti me*, Psalm. 60. *quia factus es spes mea, turris fortitudinis a facie inimici. Attamen nisi conuersi fueritis*, Psalm. 7. *gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis.* Intelligitis haec Auditores, *intelligite & erudimini*, qui versamini super terram, *ne quando irascatur Dominus*, Psal. 2. *& pereatis de via iusta, ne quando rapiat, & non sit qui eripiat.* *Timentes Deum beati.* *Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum.* Et qui timent Deum ex toto corde & anima, hi cum propheta regio dicunt: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis, iuraui & statui custodire iudicia iustitiae tuae. In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Auerte oculos meos ne videant vanitatem, in via tua viuifica me. Vtinam dirigantur viae meae ad custodiendas iustificationes tuas. Vias tuas demonstra mihi, & semitas tuas doce me. Viam iustificationum tuarum instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis.* Dico itaque vobis Auditores, *Viae Domini misericordia & veritas.* quod omnes viae Domini sunt misericordia & veritas, viae pulchrae, viae planae, viae iucundae, viae salubres & plenae gau-

gaudijs, in ingressu, progressu, & egressu. Iacob patriarcha Gen. 28. cum vidisset in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælos, angelosque ascendentes & descendentes, & audiuit verbum Domini, votum vouit, dic. *Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prospere ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum: & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei.*

Iacob.

Dominus Deus semper est cum suis.

Vtique Auditores, Dominus Deus erit vobiscum, & custos vester, si ambulaueritis in via Domini, quocunque perrexeritis, & reducet vos in regionem fœlicitatis æternæ, nec dimittet nisi compleuerit vniuersa quæ dixit, dabit victum, amictum, & omnia necessaria: *Non vidi iustum derelictum*, ait Dauid, *nec semen eius quærens panem.*

Viæ Dominique. Veritas. Charitas.

Est via Domini. Veritas, quam calcauit Ezechias rex dic. Isa. 38. *Memento quomodo ambulauerim coram te in veritate.* Est & charitas, Isa. 40. *Ambulate in lumine ignis.* Item puritas, Psal. *Perambulabam in innocentia cordis mei*, & Roman. 8. *In nouitate vitæ ambulemus.* Ecce & æquitas, Mal. 2. *Pactum meum fuit cum Leui* dic. *Dominus exercituum in pace, & æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate.*

Æquitas. Simplicitas. Sedulitas. Prudentia. Iustitia. Concordia. Tristitia spiritualis. Humilitas.

Insuper via Domini est simplicitas. Prouerb. 11. *Voluntas Dei est in his qui simpliciter ambulant*, & qui simpliciter ambulant, ambulant & confidenter, vt ibi dicitur. Item sedulitas, Mich. 6. *Sollicitum ambulare cum Deo tuo.* Præterea prudentia, Prouerb. 9. *Ambulate per vias prudentiæ.* Iustitia etiam, Prouerb. 8. *In vijs iustitiæ ambulo.* Ad hæc concordia, Psalm. *In domo Dei ambulauimus cum consensu.* Accedit huc & spiritualis tristitia, Mal. 3. *Ambulauimus tristes coram Domino.* Et tandem humilitas via quietissima & sanctissima, Genes. 5. *Ambulauit Enoch cum Deo.* Hoc est, quod Iosue 6. dixit suis, *vt ambulent in omnibus vijs eius.* & Dominus per prophetam,

Iosue.

Psalmo octuagesimo, [Si populus meus audijsset me, Israel si in vijs meis ambulasset, pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, & super tribulantes eos misissem manum meam.] Hæc sola est, quæ Deum reconciliat, & laqueos omnes, prout reuelatum fuit S. Antonio, per totum mundum à cælo vsque ad terram extensos, effugit aut annihilat. Vias has tam sanctas, tam odoriferas, tam faciles & gratas, pater noster N. diligenter inquisiuit & frequentauit, nec latum vnguem ab eis vnquam discessit, vt negotio minimo per omnia possem demonstrare, si tempus me non deficeret.

Laqueos mundi quis vincit.

Obseruate etiam, Auditores, quod homo ire soleat [illegible]nde ex vi præceptorum, vti Mich. secundo cap. scribitur: *Surgite & ite, quia non habetis hic requiem.* Lucæ 19. *Ite in castellum, quod contra vos est.* Sic homo pius ex mandato Dei debet ire aut per viam pœnitentiæ, Exod. 5. *Ite ad onera vestra*, ait Rex Aegypti ad populum Israeliticum. Aut diligentiæ, Matth. secundo, *Ite, interrogate diligenter de puero.* Aut compassionis, Matth. 22. *Ite ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias.* Aut discretionis, Matthæ. 27. *Ite, custodite, sicut scitis.* Aut confessionis, Lucæ 27. *Ite, ostendite vos sacerdotibus.* Aut contemplationis, Mich. 2. *Ite, quia non habetis hic requiem.* In mundo pressura est & mola perpetua actionum passionumque diuersarum. In contemplatione verò cælestium & contemptu mundi est vera animi tranquillitas. Præcepta sunt hæc Dei & Ecclesiæ, ideò obseruanda omni diligentia. Vrget etiam ipsa necessitatis lex & amor sociorum ad operandum fortiùs, ad resistendum firmius, ad diligendum veriùs, ad intuendum clarius, ad contemplandum altiùs. Hæc fuerunt, quæ patrem nostrum N. ad eundum easdē vias & libentiùs & diligentiùs, & deuotiùs im-

Ire solet homo vi præceptorū. Diligentiæ Discretionis Cōfessionis. Contemplationis. Necessitatis.

impulerit, vt diceret: [Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarũ, & exquiram eam semper: da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo: Deduc me in semita mandatorum tuorum, quia ipsam volui. Viam mandatorum tuorũ cucurri] Ecce zelus & feruor in diuinis. Addit idem: Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisiui. Latum est iter, Auditores, ad paradisum charitas. Prou. 15. *Iter pigrorum, quasi sepes spinarum.* Rectum est veritas, Eccl. 51. *Ambulauit pes meus iter rectum, à iuuentute mea inuestigabam sapientiam.* Sunt enim qui Pro. 2. relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas. *[...]iter dentium*, Prou. 12. *ducit ad mortem.* Curtum est paupertas, quod Christus & iuit & docuit, Mich. 2. *Ascendit ante eos pandens iter.* Luc. 13 Iesus perambulabat ciuitates & castella, docens & iter faciens in Ierusalem. Arctũ est Asperitas, & est reliquis securius. Filij Israël in itinere solitudinis ad terram promissionis iuerunt, Exod. 15. *Illic Israel custodiebat, vbi iter angustum esse poterat inter montes.* Iudith 4. & Ioan. 4. *Iesus autem fatigatus ex itinere sedebat secus fontem.* Qui in itinere pœnitentiæ fatigantur, potantur tandem fonte diuinæ gratiæ. Per illud iter ducit nos Dominus ipse ad paradisum. Psal. *Dux itineris fuisti in conspectu eius.* At carni & mundo dediti minus hæc respiciunt, de quibus in figura dicitur Num. 21. *Tædere cœpit populum itineris & laboris*, scil. qui manna nauseabat. Iter planum est simplicitas, quod non habet peccati offendicula. Isa. 62. *Planum facit iter.* Et hoc est valdè prosperũ. Prou. 28. *Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quàm diues prauus itineribus.* Impij ab hoc animis auersis recedunt, de quibus Ier. 18. quòd ipsi ambulauerunt per vias in itinere non trito. Iter purum est synceritas & castitas. Isa. 57. *Possidebit montem sanctum meum, & dicam: Viam facite, præbete iter.* Hic contrarium faciunt luxuriosi, quia dicitur Prouerb. 9 de illa mala muliere, quod sedeat ipsa in foribus domus suæ super sellam, in excelso vrbis loco, vt vocaret transeuntes per viam, & pergentes in itinere suo: de quibus etiam Thren. 4. *Lubricauerunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum.* Iter placidum, est pietas, quale erat Samaritani, Luc. 10. quòd crudeles, auari, contentiosi, & similes valdè abhorrent, Prouerb. 12. *Iter impiorum decipiet eos.* De crudelibus autem potest dici illud Act. 9. de Paulo, cùm iter ageret, contigit, vt appropinquaret Damascum, quod est sanguinis potus, quem amant crudeles. Ecce itinera & viæ, & semitæ, quæ ex seipso inuitant, alliciuntque hominem rectum, vt in ijs versetur, & se occupet, vt regnum cœlorum possit ingredi. Itaque Psalm. 127. *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius.* Psalmo 118. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Sic gloriatur Dauid Psalm. 15. *Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua vsque in finem* & 17. *Deus, qui præcinxit me virtute, & posuit immaculatam viam meam.* Gaudium ergò magnum, ambulare in via Domini? Vtique: *In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs.* Iterum Psalm. 137 *Et cantent in vijs Domini, quoniam magna est gloria Domini.* Psalm. 67. *Benedictus Dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis Deus salutarium nostrorum.* Et securum est ambulare in via Domini. Psalm. 120. *Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum ex hoc nunc & vsque in sæculum.* Psalm. 137. *Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me.* Psal. 22. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala*, quoniam tu mecum es. Et si aliquo modo via laboriosa videtur vobis, cogitate quid dicat Psalm. 125. *Euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua: Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipu-*

Marginal notes: *Iter ad paradisum. Latum est charitas. Rectum veritas. Curtum paupertas. Arctũ asperitas. Dux itineris Christus. Contra mundanos. Planũ simplicitas. Purũ synceritas. Placidum pietas. Via Dei omni exceptione maxima. Via Domini non est laboriosa.*

alpules suos. Itaque agite dicentes, Psal. 41. *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum ita desiderat ad te anima mea Deus.* Ps. 141. *In deficiendo ex me spiritum meum, & tu cognouisti semitas meas.* Psal. 49. *Sacrificium laudis honorificabit me, illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.* Psal 93. *Si dicebam, motus est pes meus, misericordia Domini adiuuabit me.* Psal. 117. Aperite ergò, aperite mihi portas iustitię ingressus in eas cōfitebor Domino: hæc porta Domini, iusti intrabunt per eā, Ps. 99. *Intro te portas eius in confessione, atria eius in hymnis: Confitemini illi in sanctitate & iustitia.* Luc. 1. *ambulare coram ipso omnibus diebus vestris.* Ps. 5. *Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos, dirige in conspectu tuo viam meā.* Quid desideras homo, quid times adhuc? quid deest tibi? Psal. 31. *Intellectum tibi dabo, & instruam te in via, qua gradieris, firmabo super te oculos meos. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus nō est intellectus.* Ps. 39. *Exaudiuit preces meas Dominus, & eduxit me de lacu miseriæ, et de luto fecis, & statuit supra petrā pedes meos, & direxit gressus meos.* Et quod magis est, Ps. 90. *Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnib. vijs tuis, in manibus portabunt te, ne offendas ad lapidem pedem tuum: super aspidem & basiliscum ambulabis & conculcabis leonem & draconē.*

Mortales mouentur.

Quid ergò statis otiosi, ô mortales, quid desides lāguescitis, aut latam viam quæ ducit ad infernum vltro citroq; curritis? Manus habetis & non palpatis, pedes habetis, & non ambulatis, non clamatis in gutture vestro, simulachra estis, & Idola. Psal 33. *Accedite ad Dominum & illuminamini, & facies vestræ nō confundentur.*

In cælis quis habitabit.

Interrogauit Dominum sollicitè regius Propheta Dauid: *Quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in mōte sancto tuo?* Et respōdet: *Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam; qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua, nec facit proximo suo malum & opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Qui iurat proximo suo, & non decipit, qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentes non accepit.* Psal 14. Et. Ps 23. *Quis ascendit in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius?* Et sequitur responsum: *Innocens manibus, & mundo corde: qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo: Hæc generatio quærentium Dominum. Audite nunc, quis est homo, qui timet Dominum?* Psalm. 24. *legem statuit ei in via, quam elegit.*

Saluationis & damnationis causa

Nolite mirari, cùm audiatis alios damnari, aut damnatos esse, neque vobis nouum quid accidere opinemini, si nec benedictionem, nec misericordiam, nec salutem, nec fœlicitatem, tam in præsenti, quam in futuro consequamini: ratio est, quia nec hos gradus scanditis nec has vias ingredimini, quæ debetis, nec itinera ista cōtinuatis, licet bene cogitaueritis aut ceperitis: maluistis ambulare in tenebris errorum & iniquitatum, cùm tenebras exteriores fugiatis, ita vt veniatis illuc, vbi lumen non erit in æternum, & dicetis tandem Sap. 5. *Ambulauimus vias difficiles.* & locus vbi permanebitis erit longè difficilior ad habitandum, ad quem per tantos sudores & labores cucurristis, cum negotio longe minori ad æterna illa palatia, plena iucunditate, iubilatione & exultatione peruenire potuissetis, vnde augebitur cruciatus vester & miseria inexplicabilis.

Semitæ ad cælum.

Attendite iterum Auditores, offero vobis semitas, vt has ingrediamini meliores tamē ex his, quæ sunt triplices. *Breuis.* Prima est breuis quędam, quam omnes mortales currunt, de qua Iob 16. *Semitam, per quam reuertar, ambulo:* *Suauis.* altera est suauis, quam omnes virtutibus dediti amplectuntur. Pro. 4 *Iustorū, quasi lux splendens.* *Grauis.* Tertia grauis est, quam carnis & mūdi amatores possidēt Iob 23. *Nunquid semitam sæculorum custodire cupis, quā calcauerunt viri iniqui?*

Suauem amauit Christus & docuit.

Harum alterā Christus ambulauit, docuit, & commendauit. Isa 2. *Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius.* Quod & vo-

vobis dictum velim, Auditores. Venite, ascendite, audite Dominum & ambulate in semitis eius. Semita autem, vt nostis omnes est via electa breuis, non vulgaris, & citò ducit ad locum desideratum: sic est charissimi via perfectionis, iuxta viam publicam huius mundi posita, quam quidem pauci intelligunt pauciores subintrant. Matth. 7. *Arcta via est, quæ ducit ad vitam æternam*, & verè paucissimi, quia perfecti duntaxat ingrediuntur per eam, Christo Saluatore nostro Ductore præeunte, comitante, sequente & remunerante. Sic orabat David Psalm. 118. *Deduc me Domine in semita mandatorum tuorum, quia ipsam volui.* Iob 28. semitam ignorauit auis, nec intuitus est eam oculus vulturis. Superbi etenim aues volantes, vultures ponderosi & luxuriosi nesciunt viam istam, quàm nec libenter frequentant. sicut animalia vias fugiunt publicas propter venatores & eligunt solitarias: ita & nos à tumultu & strepitu sæculi periculoso debemus recedere, ne canes & dracones inferni nos obruant & interimant. Prouerb. 12. *In semita iustitiæ vita.* Prouerb. 3. *Viæ eius*, scilicet sapientiæ, *viæ pulchræ, & semitæ eius pacificæ omnes*; ita vt cuilibet possit dici illud, Psal. *In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis.*

Semita quid.

Et attendite Auditores, in tali semita debet esse amaritudo pœnitentiæ, quia in mari, quod amarum est, vnde difficile ad potandum, & vtile ad manducandum. Ita plane pœnitentia grauis ad ascendendum in cælum, & tamen penetrabilis, quia in mari. Isai. 43. *Dominus dedit in mari viam, & in aquis torrentibus semitam.* Hanc abundantes delitijs minus curant, sicut de muliere carnali dicitur. Prouerb. 5. *Per semitam vitæ non ambulat, vagi sunt gressus eius, & inuestigabiles.* Curant autem, & currunt eam quicunque Religiosam vitam transeunt.

In semita debet esse amaritudo pœnitentiæ.

Præterea semita breuis est & recta, quæ quanto breuior, tanto est rectior. Luc. 3. *Dirigite vias Domini, rectas facite semitas Dei nostri.* eo scilicet modo, vt nunquam à iustitia declinetur. Isai. 26. *Semita iusti recta est, rectus callis ad ambulandum.* Aliud est, quod de malis iudicibus & prælatis dicitur, Isai. 59. *Semitæ eorum incuruatæ sunt.* quorum semita est, sicut fluminum & aquarum, quæ semper in gyrum se torquet, propter dolos & fraudes & falsas practicas, longa autem per prolixitatem. Genes. 49. *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semitis.* Sic non sunt iusti, sed veneno infecti, qui hanc ambulant, & videntur dicere illud Isai. 30. *Auferte a me viam, declinate à me semitam, cesset a facie nostra sanctus Israel.* Sed debet esse semita iustitiæ rectitudo, iuxta. Prouerb. 8. *In viis iustitiæ ambulo, in medio semitarum iudicij, vt ditem diligentes me.* Vt & eis dicat Dominus, Prouerb. 4. *Ducam te per semitas æquitatis, quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui.*

Semita quanto breuior tanto rectior.

Insuper in semita perfectionis debet esse munditiæ splendido, quia in aquis multis, scilicet quæ tollunt immunditiam. Et vt semita natura sua debet esse munda, sic vita bonorum. Isai. 44. *Dedit Deus in aquis torrentibus semitam.* Mundicia etiam exterior & interior sit necesse est. Prouerb. 3. *Viæ eius, viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ*, Psalm. 1. *semitas tuas edoce me. Deduc me in semita mandatorum tuorum.*

In semita debet esse mundicia.

Semitæ aliæ sunt per montes, & in montibus, quales sunt superborum. Iudith. 15. qui erant de exercitu Holofernis, fugiebant per vias campiorum, & semitas collium. Auarorum sunt tortuosæ Isai. 59. *Semitæ eorum incuruatæ sunt:* Tendunt enim ad rapinam. Prouerb. 1. *Semitæ omnium auari animas possidentium rapiunt.* Inuidorum sunt tenebrosæ quia nolunt videre bonū alicuius successum. Iob. 6. *Inuolutæ sunt semitæ gressuum eius.* Immundorū lubricæ, sicut limacū Iob 41. *Post eum lucebit semita.* Deceptorum tandem periculosæ. Iob. 18. *Decipula eius super semitam.* Audite auditores & attēdite, quā difficiles sunt

Semitæ superborum.

Auarorum.

Inuidorū.

Immundorum.

Deceptorū.

Peccantia. sunt peccatorum semitæ. *Via peccantiū*, ait Eccl. 21. *Complanata lapidibus, & in fine illorum inferi & tenebræ & pœnæ. Consummatio timoris Dei, sapientia & sensus. Scientia sapientis, tanquam inundatio abundabit, & consilium illius, sicut fons vitæ, permanet.* Et Eccles. 8. *Ne festines recedere a facie eius*, scilicet Dei, *neque permaneas in opere malo: quia omne quod voluerit faciet, & sermo illius potestate plenus est: nec dicere ei quisquam potest. Quare ita facis? Omni negotio tempus est & opportunitas, & multa hominis afflictio, quia ignorat præterita, & futura nullo scire potest nuncio. Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec sinitur quiescere, ingruente bello, neque saluabit impietas impium. Vidi impios sepultos, qui etiam cum adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate, quasi iustorum operum: Sed & hoc vanitas est. Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala.* Vt quid dixisset Dominus ad Noe. Genes. 7. *Ingredere tu, & omnis domus tua in arcam.* Quare o Domine? *Te enim vidi iustum coram me in generatione hac.* Ergo tu es Domine, qui dinumerasti omnes gressus meos, & ita iubes, vt tui tantum, & qui corā te ambulauerunt in innocentia & æquitate, regnum fœlicitatis æternæ ingrediantur. Ergò omnes qui declinant à mandatis tuis, sunt maledicti? Eccles. 1. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, & afflictio spiritus. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole?* & 2. cap. *Quid proderit homini de vniuerso labore suo, & afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est? Cuncti dies doloribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctem requiescit, & hoc nonne vanitas est?* & cap. 3. *Et cognoui quòd non esset melius, nisi lætari, & benefacere in vita sua.* Quid hoc est benefacere, nisi in conspectu Domini in vijs eius, quas enumerauit, perseuerare, vt possit quis dicere illud, Psalm. 138. *Intellexisti cogitationes meas de longè, semitam meam & funiculum meum inuestigasti, & omnes vias meas præuidisti, quia non est sermo in lingua mea. Et vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna.* Hoc non attento, *vmbræ transitus est tempus nostrum.* Sapient. 2. *& non est reuersio finis nostri, quoniam consignata est & nemo reuertitur.* & cap. 4. *Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius consummata longam vitam iniusti. Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent, quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus. Videbunt enim & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit, & erunt post hæc decidentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam disrumpet illos inflatos sine voce, & commouebit illos à fundamentis, & vsque ad supremum desolabuntur, & erunt gementes, & memoria illorum peribit*, prout & 5 cap. querela damnatorum satis prolixè exprimitur. & Eccles. 9. *Hoc est pessimum inter omnia quæ sub sole fiunt, quia eadem cunctis eueniunt, vnde & corda filiorum hominum implentur malitia, & contemptu in vita sua, & post hæc ad inferos deducentur. Viuentes sciunt se morituros esse, mortui vero nihil nouerunt amplius, nec habent vltrà mercedem, quia obliuioni tradita est memoria eorum.* Quid ergo mones o sapientissimè Ecclesiastes? Hoc ipsum auditores. *Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.* & idem cap. 7. *Quid necesse est homini maiora se quærere, cùm ignoret, quid conducat sibi in vita sua, numero dierum peregrinationis suæ & tempore quod velut vmbra præterit: Aut quis poterit ei indicare, quid post eum futurum sub sole sit? Ne dicas, quid causæ est, quod priora tempora meliora fuere, quàm nunc sunt? Stulta enim est huiuscemodi interrogatio. In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue. Sicut enim hanc, sic & illam fecit Deus, vt non inueniat homo contra eum iustas querimonias. Ne impiè agas multum, & noli*

Tēpus nostrū est vmbræ transitus.

Operandū benè continuo.

Tēpora priora cur fuerint meliora, nō quærendum.

esse

esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. Ecce hoc inueni: vnum & alterum, vt inuenirem rationem, quam adhuc quærit anima mea, & non inueni. Solummodo hoc inueni, quod fecerit Deus hominem rectum, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. Quis talis, vt sapiens est? & quis cognouit solutionem verbi? Et c. præcedenti, *Quid habet amplius sapiens à stulto? & quid pauper, nisi vt pergat illuc, vbi est vita?* Sed ad vitam nemo perueniet, nisi in vijs mandatorum ambulauerit. Psal.36. Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? Vnde idem vir desideriorum Dei Psal.118. de se fatetur, *Ab omni via mala prohibui pedes meos. Posuerunt peccatores laqueum mihi, & de mandatis tuis non erraui. Cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua:* Et quare. Psal.66. *Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum.* *Vt videam virtutem tuam & gloriam tuam* Psalm. 62. *Expecta Dominum, & custodi viam eius, & exaltabit te, vt hæreditate capias terram.* Psal.83. *Ibunt de virtute in virtutẽ, videbitur Deus Deorum in Sion. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.* Psalm.22. *Vt inhabitem in domo Domini in longitudine dierum.* Psal.15. *Dominus pars hæreditatis meæ, tu es qui restitues hereditatem meam mihi.* Psal.26. *Vnã petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam voluntatem Domini, & visitem templum eius. Credo videre bona in terra viuentium,* Psal.117. *Vox exultationis in tabernaculis iustorum.* Psal.30. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te.* Psal.33. *Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus.* Psal.35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Psal.45. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Isa.12. *Haurietis aquas in gaudio de fõtib. Saluatoris, & dicetis in illa die: confitemini Domino, & inuocate nomen eius.* Ps.83. *Quã dilecta tabernacula tua Domine virtutum. Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini: quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia. elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Quia misericordiam & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus. Non priuabit bonis eos, qui ambulãt in innocẽtia, domine virtutũ, beatus homo, qui sperat in te.* Psal.111. *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Psal.25. *Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.* Psalm 144. *Regnum tuum, regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omni generatione & generatione.* Psal.102. *Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te,* ô anima mea, *in misericordia & miserationibus: qui replet in bonis desiderium tuum, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Notas fecit vias suas Moysi, & filijs Israel voluntates suas. Miserator & misericors Dominus, longanimis, & multum misericors.* Ad quid Auditores? *Ad videndum in bonitate electorum tuorum,* ad lætãdum in lætitia gentis tuæ: *vt lauderis cum hæreditate tua.* Sed quis eo perueniet interrogabit aliquis. *Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Psal.129. *Quia apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.* Psal.134. *Quia ego cognoui, quod magnus est Dominus, & Deus noster præ omnibus dijs.* Ideò concludit. Psal.141. *Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo, me expectant iusti, donec retribuas mihi.* Psal.146. *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.* Hæc sunt secreta Dei, Auditores, hæ viæ, hæc mãdata, in his salus & vita nostra, si nõ fecerimus, peribimus. Ex parte Dei, Psal.144. *Iustus est Dominus in omnibus vijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis.* Et iterum: *Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, et sanctus in omnibus operibus suis.* Superest ex parte tua, vt non desis tibi quicunque salutem æternam appetis. Si malè graderis, aut via non recta, reuertere, reuertere, & gressus tuos meliùs dirige. Num. 21. *Non declinabimus per agros, aut vineas, aut bibemus ex puteis aquas: sed via regia gradiemur, donec transeamus terminos terræ tuæ.* Ista dixerunt filij Israel Seon regi Amorrhæorum.

Viæ ad Deũ cur [illegible]

Deus verus & sanctus.

Homo sit directus.

rum. Ita dico vobis, relinquite carnis voluptates, quicunque in mundo versamini, & viam regiam, in qua Christus præcessit, sequimini. 1. Reg. 12. *Nunc rex graditur ante vos.* quam & viri sancti calcarunt, nec deseruerunt scientes gressus suos fœliciter, licet in angustijs & miserijs positi, regere, Psal. Apud Dominum gressus hominis dirigêtur, & viam eius volet. Sunt affectiões animæ & illi sunt dirigendi. Primò, quò ad se, vt sanctè viuat. Secundò, quo ad Deum, vt ipsum timeat. Tertiò, quo ad malos, vt eos puniat. Quartò, quo ad iustos vt eos promoueat. Pro. 16. *Domini est dirigere gressus eius.* Ps. *Dirige gressus meos in semitis tuis.* Itaq; orandus Deus, audiendus, sequendus, & timendus Corrigendi sunt gressus operationũ malarum: quia peccatores sicut cancer retrograde ambulant. Gen. 3. *Super pectus tuum gradieris, & terrã comedes omnibus dieb. vitæ tuæ:* Super pectus ait, propter pectoris affectioné, Leui. 11. dicitur, quod omne animal quadrupes, quod super pectus gradiebatur, immũdũ erit. Ideò dicit psalmista Ps. 72. *Quã bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde: mei autẽ penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei, quia zelaui super iniquos, pacem peccatorũ videñs. Quia ecce qui elongant se a te, peribũt, perdidisti omnẽ, qui fornicatur abs te. Mihi autem adhærere Deo bonũ est, ponere in Dom. Deo spem meam, vt annunciem omnes prædicationes tuas, in portis filiæ Siõ.* Si inuenisset decẽ iustos in Sodoma, Gẽ. 19. Deus nõ deleuisset quinq; vrbes illas pessimas: sic si Deus in anima tua aliquid pietatis cognosceret nõ perderet te. sicut & dictũ est Abrahamo volẽti immolare filium suum. *Nunc cognoui, quod timeas Dominũ, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me:* ita etiam tibi dicetur, si carnẽ & voluntatem tuã immolaueris Deo. Gen. 22. & sic benediceris in omnib. actionibus tuis. *Timor enim Domini gloria & gloriatio,* Eccl. 1. *& lætitia & corona exultationis. Initiũ sapientiæ, timor Domini, & scientiæ religiositas. Plenitudo sapientiæ est timere Deũ, & plenitudo*

Exhortatio ad mortales.

Pedes quid & quomodo dirigẽdi.

Gressus corrigendi.

Timor Dñi laudatur.

à fructib. illius. Corona sapiẽtiæ timor Domini replens pacem & salutis fructum. Radix sapientiæ, timere Dominũ: rami illius longæui. Timor Domini expellit peccatũ: nam qui sine timore est, nõ poterit iustificari. Execratio peccatoris, cultura Dei. In summa, timẽti Dominũ bene erit in extremis. Talis est verè sapiens, de quo Eccl. 24 *Sapiens laudabit animam suam, & in Deo honorabitur, & in medio popul. sui gloriabitur, & in Ecclesia altissimi aperiet os suum, & in conspectu virtutis illius gloriabitur, & in medio populi sui exaltabitur, & in plenitudine sancta admirabitur, & in multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur.* Quid clarius quid melius, quid efficacius de hoc nostro patre dici potest? Sic & in capite 25. *Quàm speciosa veteranis sapientia, & gloriosus intellectus, & consilium? corona senum, multa peritia: & gloria illorum, timor Dei. Timor Dei, initium dilectionis eius Timor Dei super omnia se supposuit. Laudemus viros gloriosos.* dicit Eccl. 44. *& parentes nostros in generatione sua. Et illi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuerunt, cum semine eorum permanẽt bona; hæreditas sancta nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum, & filij eorum propter illos vsque in æternum manent, semẽ eorum & gloria eorum non derelinquetur. Corpora ipsorum in pace sepulta sunt, & nomen eorum viuet in generationem & generationem: sapientiam ipsorum narrant populi, & laudem eorum nunciat Ecclesia.* Hic erat, de quo idem quod de Iosepho memoratur, Eccles. 49. qui *natus est homo, princeps fratrum, firmamentũ gentis, rector fratrum, stabilimentum populi.* Et de Moyse Eccles 45. *Dilectus Deo & hominibus cuius memoria in benedictione est, glorificauit illum in conspectu Regum, & iussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne.* Similiter de Abraham, Genes. 15. *Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona.* Item de Elia, Eccles 48. *Beati sunt, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt. Nam nos vita viuimus tantum, post mortem autem non erit tale nomen nostrum.* Et tandem de Simone Oniæ filio sacerdote magno

Mortuus præsens cõmendatur exemplis.

Eccles. 50. *qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroborauit templum. In diebus ipsius emanauerunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui curauit gentem suam & liberauit eam à perditione, qui præualuit amplificare ciuitatem, qui adeptus est gloriam in conuersatione gentis, & ingressum domus, & atrij amplificauit. Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis lucet, & quasi sol refulgens: sic ille effulsit in templo Dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis, quasi ignis refulgens & thus ardens in igne, quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso: quasi oliua pullulans, & cypressus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolam gloriæ, & vestiri eum in consummatione virtutis,* &cæt. In quo & gratulari possum successori, & dicere illud, Ecclesiast. 30. *Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus. Similem enim reliquit sibi post se. In vita sua vidit, & lætatus est in illo, in obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis. Reliquit enim defensorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam.* Audite itaque auditores, *non est census super censum salutis corporis, & non est oblectamentum super cordis gaudium. Iucunditas cordis, hæc est vita hominis, & thesaurus sine defectione sanctitatis, & exultatio viri est longæuitas.* & Sapient 6. *Initium sapientiæ verissima est disciplinæ concupiscentia. Cura ergò disciplinæ dilectio est, & dilectio custodia legum illius est, custoditio autem legum, consummatio incorruptionis est: incorruptio autem facit esse proximum Deo: concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum perpetuum*, scilicet quo omnes viæ supra nominatæ tendunt, ostendunt, & ducunt. & cap. 16. *Tu autem Deus noster suauis, & verus es, patiens, & in misericordia disponens omnia. Etenim si peccauerimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam: & si non peccauerimus, scientes, quoniam apud te sumus computati. Nosse enim te, consummata iustitia est, & scire iustitiam, & virtutem tuam, radix est immortalitatis.*

Gratulatio ad successorem.

De Purgatorio.

Petrus quidem seruabatur in carcere, oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo. Act. 12.

Sicut reges terreni habent suos carceres ad puniendum malefactores pro seruanda iustitia. Sic etiam rex cælestis, qui est *iudex iustus, & rectum iudicium eius*, vt habetur in Psalm. habet suos carceres in quibus ponit peccatores. Et licet mundus carcer sit, magis tamen purgatorius locus spiritualiter. Et ponitur persona & acerbitas pœnę, quia seruabatur, & charitas, quia orabatur Petrus autē interpretatur agnoscens, quia ipse cognouit diuinitatem in Christos. Confidens item, quia fuit confessus liberè dic. *Tu es Christus*. Tertiò, Dissolues, quia ipse habuit potestatem soluendi. Matth. 16. *Quodcunque solueris* Has proprietates habuit iste Dominus N. Nam primò peccata sua cognouit. Initium enim salutis est peccati cognitio Psal. *Iniquitatem meam ego cognosco.* Secundò peccata dolens & contritus Psal. *Dixi confitebor aduersum me*, non aduersus proximum, nec excusando, *iniustitiam meam*, nō iustitiam meam, non alienam, *Domino*, id est, sacerdoti, qui tenet locum Dei in hac parte. Tertiò erit vel fuit dissoluens in purgatorio per satisfactionem condignam. Isai. 52. *Solue vincula colli tui captiua filia Sion.* quod fit per pœnas peccatis debitas. Ideò dicitur Eccles. 9. *Quodcunque potest manus tua, operare instanter.* Secundo, Acerbitas. Tria loca habet Christus, infernum, purgatorium & limbum. Primus est impiorum, vbi nulla redemptio, quia voluntas

Simile.

Petrus agnoscens.

Proprietates defuncti.

1

2

3

Acerbitas.

luntas mala non habuit finem. Vnde Iob 10. in persona damnatorum dicitur, *Vadam ad terram miseriæ*, ecce pœna sensus. *Vbi vmbra mortis*, ecce pœna visus. *Et nullus ordo*, ecce pœna intellectus, *Sed sempiternus horror inhabitat*, ecce pœna æterni metus. Secundus est purgatorium, vbi complent animæ residuam pœnitentiam. Hic saluus erit, si transierit quasi per ignem. Hi autem habent bonam voluntatem & patientiam, è contra verò illi in inferno. Tertius limbus puerorum, qui non habent pœnam sensus, & habent consolationem maximam intellectus, quia habent infusam scientiam, in qua mundana consistit fœlicitas. 4. Eth. Cùm enim desiderium naturæ non sit frustratum, vel frustra, & omnes homines natura scire desiderãt, statim remoto corpore, quod impedit, quia non acquiritur scientia, nisi mediantibus, sensibus, qui nihil impediuntur & decipiuntur saltẽ per accidens, Deus infundit scientiam animæ. Tertiò, Charitas notatur in precibus amicorum vel Ecclesiæ, vel Sanctorum, vel Eleemosynis & id genus alijs.

Impiorum sinus. *Purgatoriũ* *Limbus.* *Charitas.*

Paulus peragratis superioribus, partibus venit Ephesum. Act. 19.

Locus allegatus competit, si superiores partes vitam præsentem, quæ superior est respectu Purgatorij, accipimus, & ita completa sua pegrinatione in superioribus huius mundi partibus venit ad Ephesum, scil. ad finem, sic interpretando. Est itaque primò videndũ de peregrinatione periculosa, peragratis partibus, &c. & deinde determinatione ærumnosa. Istius autem viri N. finis fuit Primò, Exemplaris, quia benè finiuit dies suos & dedit nobis exemplum similiter faciendi. Ioan. 13 *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci*, &c. Nam ipse pœnitentiam & alia sacramenta deuotè percepit & seruauit consilium Eccles. vlt. *Deum time & mandata eius obserua, hoc est omnis homo*, id est, ad omnes homines. Secundò fuit finis laudabilis. Finis coronat opus in bello, nauigio & omni re. In fine horarum dicimus, *Benedicamus Domino*. 1. Corinth. 9. *Sic currite vt comprehendatis*. Tertiò, Vtilis, quia ad beatitudinem terminatus, iuxta quod credere possumus. Nam de paruis ad magna, de terrenis ad cælestia venit, de temporalibus ad æterna, quibus nulla est comparatio. 1. Corinth. 2 *Quorum finis secundùm opera illorum*. Apoc. 14. *Opera enim sequuntur illos*. E contra malorum finis est vituperabilis, quia nec pœnitentiam accipiunt, nec de ea audire volunt, nec restituunt aliena, & semper vitam malam egerunt. Mori timent & male facere nõ timent, & hinc fit, vt obliuiscantur sui morientes, qui dum viuerent obliti sunt Dei. 1, Corinth. 2. *Quorum finis interitus*. Secundò, est miserabilis, quia de miseria temporali ad æternam. Matth 6. *Nolite fieri hypocritæ*: quia multi videntur, & nõ sunt boni, & receperunt mercedẽ suam. Nota iterum, quod venit ad Ephesum, quia credimus quod vel iam sit vel erit cum Deo, quia fecit quod docuit S. mater Ecclesia, & de quolibet præsumendum est bonum. Itaque iste est lum Deo, ad quiescendum, Luc. 11. *Pueri mei mecum sunt in cubili*. Apoc. 14. *Amodo dicit spiritus, vt requiescant à labor. suis*. Secundò, ad cõgaudendum, Matth 11. *Venite ad me omnes qui laboratis*, &c. Amici vocant ad consolationem. Tertiò, Ad passionem. Sumus enim hæredes Dei, cohęredes Christi, filij Dei & ita hæredes, Rom 13. & ideò quilibet potest dicere illud, Prouer. 8. *Mecum sunt diuitiæ & gloria*. Psal. *Gloria & diuitiæ in domo eius, & iustitia eius manet in sæcul. sæc.* Iustum autem est, quod benè operantes remuneret, & *dignus est operarius mercede sua*. Matth. 12.

Finis vitæ exemplaris *Laudabilis* *Vtilis.* *Finis malorum vituperabilis.* *Cùm Deo adquiescendum.* *Cõgaudendum.* *Possidẽdũ.*

Dixit Dominus Philippo, accedens adiunge te ad currum istum, Actor. 4.

ISTA conueniunt huic Domino ratione nominis & vocationis, & est primum imperium diuinæ maiestatis dic. *Dixit spiritus Philippo.* Secundum contubernium supernæ ciuitatis. *Adiunge te ad cur. istum.* Philippus interpretatur os tubæ, & hæ proprietates huic conueniunt, quia tuba vel officium tubæ fuit ordinata ad transfretandum tentoria. Numer. 4. *Fac tibi duas tubas argenteas, quibus possis conuocare multitudinem, quando mouenda sunt castra.* Tentoria nostra sunt corpora, quibus tegimur, & in quibus habitat anima nostra. Ista mouenda sunt in morte & in sepultura generaliter transfretanda. Psalm. *Sepulchra eorum, domus illorum in æternum. Non habemus hic permanentem ciuitatem, sed futuram,* &c. Ad debitam ergò translationem, per debitã dispositionem vocat nos iste N. defunctus. Vnde potest dicere nobis illud Eccles. 38. *Memento iudicij mei.* Dispone ergò domui, &c. Secundò, vocat ad animandum ad prælia. Psalm. *Buccinate in Neomenia tubæ in insigni die solennitatis vestræ,* scilicet renouationis lunæ. Ad hoc festum vocat nos iste N. defunctus, per sua exempla, eleemosynas, &c. De hoc potest exponi illud, Prouerb. 7. *Non est vir in domo sua, quia abijt via longissima,* in vitam æternam, *sacculum pecuniæ secum tulit,* scilicet eleemosynas, & alia bona opera, *in die plenæ lunæ reuersurus,* scilicet in die iudicij, quando erit lux lunæ, vt lux solis. Tertiò, ad celebrandum solennia, scilicet ad laudandum Deum. Psalm. *Laudate eum in sono tubæ.* Ad hoc inuitauit nos iste N. in morte per dispositionem debitam, corpus Christi percipiendo. Ioan. 6. *Qui manducat meam carnem,* &c.

Vocamur ad trãsfretandũ tentoria.

Ad animãdũ ad prælia.

Ad celebrãdũ solẽnia.

Ioannes, cùm impleret cursum suum, discedens ab eis, reuersus est Hierosolymam. Actorum 3.

DOminus noster comparat vitã præsentem profectioni: Vnde ait Ioan. 16 *Exiui à Patre, & veni in mundum, iterum relinq. mund. & vado ad Patr.* ita hic N. Ioannes discedens à patribus & amicis, reuersus est Hierosolymam ad patrem, in vita æterna. Dignitas in nomine finis peregrinationis mundanæ, & diuinæ visionis fœlicitas notatur. Ioannes interpretatur, scilicet in quo est gratia, & hoc nostro N. conuenit, quia fuit gratiosus in se ratione moralis cõpositionis & perfectionis. Fuit enim vir prudens, temperatus, aulicus, affabilis & benignus. Vnde quamuis, secundùm Apostolum 1. Corinth. 12 sint gratiarum diuisiones, quia est vnus Deus diuidens singulis prout vult, iste N. habuit bonam partem, quia multis gratijs fuit dotatus, vnde benè illi conuenit illud, Prouerb. 3. *Dabit capiti tuo augmenta gratiarum.* Secundò, gratiosus proximo ratione bonæ conuersationis, pacificus & benignus, & seruauit illud Apostoli, 1 Corint. 1. *Gratia vobis & pax:* Stat enim vnum cum alio: Homo enim pacificus est omnibus gratiosus. Psalm. *Iustitia & pax osc. sunt.* Qui iustus est, est & gratiosus, quia sibi reddit innocentiam, proximo beneuolentiam, superioribus reuerentiam. Tertiò gratiosus Deo per humilem subiectionem eius præcepta seruando, de quo potest exponi illud, Luc. 2. *gratia Dei erat cum illo.* Peregrinationem suam noster N. impleuit velociter, tum quia iuuenis decessit, tum quia quilibet velociter currit ad mortem. Iob. 9. *Dies mei velociores fuerunt cursore,* scilicet quia hic aliquãdo quiescit, ille nunquam

Vita præsens profectio.

Gratiosus ratione moralis cõpositionis.

Gratiosus proximo ratione bonæ conuersationis.

Gratiosus Deo per humilem subiectionem.

Currit ad mortem velociter.

equam. ideoque sine intermissione, & dum tempus habemus, operari debemus bene. Secundò, prudenter, sc. seipsum exonerando, luta declinando, offendicula cauendo. Tertiò, laudabiliter, quia vsque ad finem perseuerauit, alias nihil profecisset. Matth. 10. *Qui perseuerauerit vsque in finem saluus erit.*

Prudenter.

Laudabiliter.

Vnus ex duobus qui secuti sunt Dominum, erat Andreas, frater Simonis Petri. Ioan. 1.

Eccl. 23. scribitur, magnam esse gloriam sequi Dominum suum, quod sicut in S. Andrea, & in hoc est laudabile propter nomen & sequelam. Distinctio primò notatur. *Vnus ex duobus.* Secundò, imitatio exemplorum, dic. *Qui secuti sunt Dominum.* Tertiò, discretio nominal dic. *Andreas.* S. Andreas autem secutus est Dominum Christum. Primò, sicut seruus Dominum per viam obed. & humil. Seruitus autem est quadruplex, Naturalis. Sicut enim naturaliter necessarium est equis, quod per homines dirigantur, quia natura non deficit in necessarijs, ita carentibus prudentia, necessarium est, quod per prudentes regantur, sicut sunt homines syluestres & barbari Legalis est, quam leges statuũt, & hæc eorum, qui in bello capiuntur, qui dicuntur serui à seruando. Leges enim hoc statuerunt, vt homines animẽtur ad defensionem patriæ suæ, quam seruos fieri. Tertia est eorum, qui principaliter mercedem spectant pro suo seruitio. Ioan. 4. *Mercenarius autem videt lupum.* Quarta est eorum, qui ex amore seruiunt, consequenter ex retributione. De hoc dicit Dominus Matth. 24. *Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.* Talis fuit N. qui ex amore Dominico seruiuit, & eius secutus est voluntatem, de quo potest exponi illud Genes. 33. *Præcedat Dominus seruum suum,* & non ego. *Qui autem non facit voluntatem, vapulabit,* Lucæ 12. Talis fuit hic de quo etiam potest dici Lucæ 19. *Euge serue bone,* per dilectionem, *& fidelis, quia super pauca,* &c. Secundò, secutus est, sicut filius patrem per viam similitudinis & conformitatis, de quo potest dici Ecclesiast. 30. *Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus, similem eum reliquit post se,* scil. in humilitate, Matthæ. 11. *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.* Mitis secundùm Aristotelem 3. Ethic. tenet medium inter duo extrema, scil. iracundum, qui excedit irascendo, quibus non oportet, & quando oportet, & inter irascibilem, qui non irascitur, quando oportet, & quibus oportet. Mitis autem irascitur, quibus oportet, & non quando non oportet. Humilis autem tenet medium inter superbiam & deiectionem. Vnde humilis non appetit honores indebitos, & vult honorare virtutes. Sancti attendendo ad defectus recusabant honores, vti Christus nolebat dici Magister, Ioan. 13. Sed attendendo virtutes non recusabant. Tertiò, secutus magistrum per viam obedientiæ. Addiscentem oportet credere, & hic credidit perfectè in Christum, & impleuit illud Matth. 8. *Magister sequor te quocunque ieris.* Quartò, sicut agnus pastorem, per viam puritatis & innocentiæ, per confessionem & communionem in fine, purgans conscientiam, Ierem. 17. *Non sum confusus, te pastorem sequens.*

Seruitus quadruplex.

Naturalis.

Legalis.

Mercenaria.

Amica.

Secutus. 1.

Secutus est 2.

Mitis quis.

3.

4.

Iacob abijt in itinere, quod cæperat, & fuerunt ei obuiam angeli Dei. Gen.32.

HAEc verba nostro N. optimè conueniunt in nomine, peregrinatione & retributione inchoata. Iacobus dicitur supplantator, & debet supplantare carnem, mundum & dæmonem. Mundus allicit nos per concupiscentias terrenas, Iob 18. *Abscondita est in terra*, in terrenis diuitijs, *pedica eius.* Hanc debemus supplantare per Eleemosynas, Lucæ 11. *Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis.* Carnis delitias per abstinentiam, 1. Petri 2. *Charissimi, obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos abstinere à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam.* Diaboli fraudulentiam, vel fraudulentam verecundiam, maximè in fine confiteamur peccata nostra Gen. 2. *Ipse insidiabitur calcaneo tuo*, scil. hm, per confessionem supplantemus, Psalm. *Dixi, confitebor*, &c. Peregrinatio habet vias difficiles. Primo, montuosas, Eccles.25. *Ascensus arenosus in pedibus veterani*, qui scil. valdè est difficilis, & significat superbiam. Secundo, lutosas, Abac.3. *Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.* & significat luxuriam. Tertio, petrosas, Eccl.21. *Via impiorum complantata lapidibus.* Quarto, lubricas vel glaciales. Psalm. *Fiant viæ illorum*, scil peccatorum, &c. Mali autem spiritus obsident vias illas, vel per montes superbiæ, vel per lutum luxuriæ, vel per petras iræ, vel per lubricum instabilitatis & inconstantiæ. Per istas vias transiuit iste N. cum Dei adiutorio, & si aliquando cecidit, maximè in fine surrexit. Psalm. *Impulsus euersus sum, vt caderem, & Dominus suscepit me. Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem.* Retributio est, quando fuerunt angeli obuij. Primo, ad defendendum, Psalm. *Angelis suis mandauit de te, vt custod.* Secundo, ad præsentandum, vnde canit Ecclesia. *Sed signifer S. Michael repræsentet eas in lucem sanctam.* Tertio, ad honorandum, sicut faciunt amici amico, & ciues conciuibus suis, & sunt exempla apud S. Gregorium.

Iacobus supplantator.

Peregrinatio habet vias difficiles, montuosas, lutosas, petrosas, lubricas.

Simon dormis? Matth.14.

DOrmit noster N. euocatus de pœnis & miseria huius mundi ad æternam requiem. Simon dicitur Obediens, primo fuit præcepta Dei seruando. Dominus dixit adolescenti, quærenti quomodo vitam æternam possit ingredi. *Serua mandata*, Deut.8. *Obedire enim Deo oportet magis, quàm hominibus.* Secundo, Ecclesiæ & eius prælatis paruit, Eccl.3. *Filij sapientiæ, Ecclesia iustorum, & natio illorum obuia.* Tertio, Rectoribus & potestatibus huius mundi, Rom.13. *Filij obedite præpositis vestris. Non enim est potestas nisi à Deo, & qui resistit potestati, Dei voluntati resistit.* Fœlicitas eius lætabunda consistit in verbo *Dormis.* Per somnum enim intelligitur requies sempiterna. Terminat & corporaliter & spiritualiter labores. *Dormite iam, & requiescite.* Et quia homo hic nascitur ad laborem, ibi inueniet requiem. Secundo, dolores mitigat. Ideò discipuli dixerunt de Lazaro, *Si dormit, saluus erit.* Ioan.11. *Iam enim hyems transijt, imber abijt, & recessit*, Cant.30. Tertio, Terrores fugat. Dixit Dominus populo Iosue, Leuit.26. *Dabo pacem in finibus vestris, dormietis, & non erit, qui exterreat. In pace in idipsum dormiam & requiescam.*

Simon obediens. 1. 2. 3.

Vidit Iesus hominem, Matthæum nomine, & ait illi; sequere me, & surgens secutus est eum. Matth. 9.

Matthæum donator consilij, Matthæus interpretatur donator consilij, & iste N. habuit quatuor quæ ad bonum consilium requiruntur. 1. Primò, vt sit cōsiliarius sapiens, Tob. 4. *Consilium semper à sapiente require.* Secundò, vt sit amicus, Prouerb. 2. *Causam tuam tracta cum amico tuo.* 3. Tertiò, vt sit bonus, Ecclesiast. 25. *A consiliario malo serua animam tuam.* 4. Quartò, vt sciat, circa quæ cadit consilium. Consilia circa quæ. Et circa hoc postremum: vtrum sit res iusta vel iniusta, de qua agitur. Secundum, de pace, vel bello. Tertiũ, de alimento. Quartum, de legibus. Quintum, de custodia ciuitatis. Primum habuit in fine de iustitia acquirēda. Secundum, de pace cum Deo facienda. Tertium, de cibo Eucharistiæ deuotē sumendo. Quartum, de diuinis legibus seruandis. Quintum, de custodia mundana à tētationibus. Plura in morte alicuius consiliarij.

Ascenderunt in cænaculum, vbi manebat Bartholomæus. Actor. 1.

Cœnaculum benè dicitur vita æterna, vbi cœnant sancti, quia ibi requiescunt à laboribus, sicut homines in hoc mundo. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt, ad hanc cœnam omnes sancti, & S. Bartholomæus ascenderunt, ad quam etiam hi, qui de hoc mundo benè confessi recedunt, rectè ascendunt. sicut & de hoc N. piè sentimus, quia saltem in spe ascendit, & notatur actus virtuosus in ascendendo, & status post gloriosus. Bartholomæus interpretatur filius suspendentis aquas, scil. Dei, qui aquas producit in nubibus & suspendit. Bene ergo Bartholomæus fuit. Bartholomæus. 1. Primo, diligens filius in omnibus, quæ mādat Deus, Ecclesia, charitas. 2. Secundo, filius sapiens iuxta illud Prou. *Gloria patris est filius sapiens.* & talis, qui ordinauit præsentia, scil. animam suam, pecata præterita confessione diluit, satisfactione expurgauit, recordatus de futura gloria, substantiam terrenam disposuit, Eleemosynas dedit, pia fecit legata, &c. Tertio, filius obediens, 3. Eccl. 3. *Filij sapientiæ Ecclesia iustorum, & narratio illorum obuia.* Et benè dicit, quod filij sapientes sint de consortio iustorum. Impossibile est enim prudentem non existentem bonum. 6. Eth. Quia *virtus cum vitijs stare non potest.* Et *narratio illorum obuia*, iuxta illud Eph. 6. *Filij obedite parentibus vestris*, in his sc. in quibus estis subiecti, sc. secundùm corpus. Secundùm animam verò Deo & potestatibus vestris Rom 3. *Omnis anima potestatibus sit subiecta. Non enim est potestas, nisi à Deo* Quarto, fuit 4. filius seruiens Deo, parentibus & amicis Eccl. 4. *Qui timet Deum, honorat parentes, & quasi Dominis seruiet his, qui se genuerunt.* Et de seruitio Dei exponi potest illud Ecclesiast. 3. *Qui honorat patrem*, scilicet Deum, *iocundabitur in filijs.* De quo Matth. sexto, *Pater noster, qui es in cælis. Qui honorat patrem & matrem*, sanctam Ecclesiam, *vita viuet*, scil. longiore, scil. æterna. De qua Psalm. *Portio mea Domine, sit in terra viuentium.* Et quia iste N. talis fuit, &c.

(?)

Segregate mihi Barnabam. Actor. 13.

VT Barnabas iussu Dei segregatus est, ita angelis dictum est, vt separent hunc N. à mundo. Et est imperium gratiosum, dic. *Segregate.* Consortium lætum, dic. *mihi.* meritum fructuosum, dic. *Barnabam,* scil. filium consolationis.

Homines separantur libenter. Separantur autem homines libenter.

1\. Primò, à contagiosis, sic leprosis &c. Leuit. 6. mandabatur quod habitarent extra castra: sic debemus separari à malis hominibus, quia malis moribus & exemplis inficiunt. Psalm. *Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris.* Eccl. 13 *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam.*

2\. Secundò, ab inimicis, Eccl. 6. *Ab inimicis tuis separare* Eccl 12. *De inimico tuo non confidas in æternum.* Inimici nostri sunt dæmones. 1. Pet. 2. *Aduersarius noster diabolus, tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide.*

3\. Tertiò, à locis seruitutis. Et ideò voluit Deus separare filios Israel ab Aegypto, vbi seruiebant Pharaoni sub onere, luto & palea. Iste locus est mundus, qui totus in maligno est positus, 2 Pet. 5. in quo homines seruiunt diabolo, sub onere auaritiæ, palea superbiæ, & luto luxuriæ. *Omne enim quod in mundo est aut concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ,* 1. Ioan. 2. Propter hæc vult Deus animas à corpore separari, à contagiosis ne inficiantur, ab inimicis ne seducantur, à mundo, ne opprimantur & affligantur varijs tentationibus, & vincantur. Vnde *raptus est, ne malitia mutaret animum eius.* Sap. 4.

Consortium lætum. Consortium lætum, quia *Mihi,* qui sum sanitas indeficiens. Psalm. *Qui sanat contritos corde*, qui sum amicus subueniens, Cant. 5. *Comedite amici mei mecum,* qui sum & do locum, permanens & sufficiens, Matth. 25 *Venite benedicti patris mei, percipite regnum,* &c. Meritum fructuosum. *Barnabam,* scil. filium consolationis. Quia iste N. libenter consolatus est alios, ideò meruit consolari. In qua mensura mensi fueritis alijs, remetietur & vobis à Deo, scil. in vita æterna. Fuit filius consolationis lugentibus, Eccl. 4. *Non desis plorantibus,* &c. Rom. 12. *Gaudete cum gaudentibus.* Filius consolationis pupillis & viduis, Iob 9. *Cor viduæ consolatus sum,* 1. Tim. 5. *Quæ autem vidua desolata, speret in Deum.* Filius consolationis egentibus. Tobias pergebat per omnem cognationem suam, & consolabatur eos, diuidebatque vnicuique prout poterat de facultatibus suis, Talis fuit N. noster.

Sors cecidit super Matthiam, Actor. 1.

SOrs cecidit super Matthiam nostrum, vt euocaretur hoc die & hora, hoc genere mortis, & in hoc videmus moriendi necessitatem. Mors propter tria dicitur sors. Primò, propter dubitationem præcedentem. *Nescit enim homo finem suum.* Eccl. 21. Secundò, propter timorem comitantem, Iob. *Peccantem quotidie, timor mortis conturbat me.* Psalm. *Timor mortis cecidit super me.* Tertiò, propter certitudinem subsequentem, Heb. 9. *Statutum est omnibus hominibus semel mori.* Casus mortis vniuersalis, ineuitabilis, irrecuperabilis. Proprietas decedentis est in nomine Matthiæ, qui Deo donatus interpretatur. Fuit Deo donatus in baptismate, in pœnitentiæ & Eucharistiæ sumptione, in sua glorificatione, in spe vel in re. De primo habetur Iob 6. *De substantia vestra donate mihi.* verbum Dei appetens, vt faciant pueros baptizari. De secundo, Eccl. 25. *Da altissimo secundùm data eius.*

De

De tertio, Genes. 14. *Da mihi animas, caetera tolle tibi.* Primò, Deus petit suum, deinde relinquit quod vult non esse suum. Suum sc. animas ratione creationis, recreationis & redemptionis. Suum verò mundi sc. diuitias, honores, delitias. De primo, concupiscentiam oculorum. Psalm. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuit. in man. s. Secundò, honores, Psalm. *Homo cùm in honore esse, non intellexit,* &c. iumenta in morte non honorantur, sed in sterquilinium proijciuntur. Tertiò, delitias, & da tormentum, Apocalyp. 18. *Quantum se glorificauit, & in delitijs, immundis, fuit in carne, tantum date ei tormentum & luctum. Secundùm enim mensuram de ... erit & plagarum modus.* Dedit ergo hic N. mundo suum, & Deo suum.

Lucas est mecum. 2. Thess. 4.

VEre lux lucens Lucas h[i]c f[u]it in mũdo, multipl[ic]i[t]er operibus & exẽplis lucidis, quibus & meritus consortium diuinum iuxta illud Ioan. 12. *Qui mihi ministrat, me sequatur, & vbi ego sum, illic & minister meus erit.* & hoc modo possumus credere quod cum Deo iam sit, vel erit, dic. *Lucas est mecum.* Primo dicitur splendor gloriosæ conuersationis, quia Lucas. Secundò, dulcor gloriosæ retributionis, quia *mecum.* Iste Dominus quoad primum habuit splendorem sapientiæ, Pro. 27. *In facie prudentis lucet sapientia,* scil quantum ad honestum intuitum, & necessarium, Prouerb. 4. *Palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.* & Psal. *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem in via tu. viuifi. me.* De stultis Prouerb. 27. *Oculi stultorum in fines terræ.* Secundo, relucet in sermone, Psal. 118. *Lu[c]erna pedibus meis ver[bum tu]um ...* Splendorem operationis meritoriæ, Matth. 5. *Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est.* Hoc figuratum fuit in Iosue in lampadibus, quæ luxerunt præ lagenarum fractione, quæ significant opera laboriosa. Splendorem conscientiæ bonæ, Prouerb. 4. *Iustorum semita, quasi lux splendens, procedit & crescit vsque ad perfectum diem.* Nam splendor bonæ conscientiæ incipit interius, & crescit ad exterius, de bono in melius, quousque perficiatur. Splendorem præclaræ famæ, 2. Regum 24. Sicut lux auroræ oriente sole absque nubibus rutilat, sic iste sine obscuritate alicuius infamiæ in Ecclesia rutilauit. Curam enim habuit de bono nomine, iuxta consilium sapientis, Eccles. 12. Dulcor gloriosæ retributionis est in hoc verbo, *mecum.* Ad quiescendum, Lucæ 11. *Pueri mei mecum sunt in cubili.* Secundo, ad possidendum. *Mecum sunt diuitiæ & gloria,* quam habebunt filij Dei & cohæredes Christi. Tertio, ad congaudendum, Lucæ 23. *Hodie mecum eris in paradiso.* Si non iste est præsentialiter, est tamen sententialiter & per spem, donec a facie ad faciem videat Saluatorem suum. Amen.

In morte sancti viri.

Sperat iustus in morte sua. Prouerb. 14.

AGricola, agro benè culto, habet *Simile.* spem in messe futura, 1. Cor. 9. *Debet in spe, qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi.* Sic iustus, qui benè purgauit animam suam, & bonorum operum semina multa misit, debet sperare bonam mercedem. Tempus laboris tempus vitæ est, quia homo ad laborem nascitur, Iob 5. Sed tempus messis, tempus mortis. Vnde Galat 6. *Bonum facientes*

Tempus laboris est vitæ tẽpus.

Zzz 2

tes non deficiamus, tempore autem suo metemus non deficientes. Primò spes est, quæ confortat infirmum, sed spes mundanorum & peccatorum est mendax, Isa. 28. *Posuimus mendacium spem nostram.* Sed iusti qui ponunt spem suam in Deo, non decipiuntur, neque confunduntur, Eccles. secundo, *Nullus sperauit in eum, & confusus est.* Spes autem iustorum confortat debilitatem eorum, maximè in aduersis facit eos patientiam habere. Vnde Roman. 8 *Quod non videmus, speramus, & per patientiam expectamus: sed & spiritus adiuuat infirmitatem nostram.* Spes obiectum est illud, quod non videmus, scil. æterna beatitudo. Quia spes propriè dicitur esse non de præsenti, sed de futuro scil. bono, sicut timor est de futuro malo. Sed quia futura præexistunt in suis causis, ideo videndo apparere causas præsentes, speramus de effectibus futuris. Sicut videndo semina bene nata in agro speramus messem bonam. Sic ex seminibus eleemosynarum, & aliorum bonorum operum quæ faciunt, sperant colligere fructum æternæ beatitudinis, 2. Corinth. 4. *Illud quod est in præsenti momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum pondus gloriæ operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.* Effectus spei. Quia quamuis bonum, quod speratur, differatur, tamen facit illud patienter expectare, ideò dic. *Per patientiam expectamus*, Iacob 5. *Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ*, &c. Cor nostrum ager est Domini, excolamus eum cœlestibus disciplinis, Roman. duodecimo, *Spe gaudentes, in tribulatione patientes.* Sperantium auxilium dic. *Sed & spiritus adiuuat infirmitatem nostram.* Ephes. tertio, *Det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine.* Et quidem valdè indigemus adiuuari in omnibus membris nostris, quia caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Vnde si facimus mala, spiritus non vult: si bona, caro repugnat, Roman. octauo, *Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt.* Secundo, ponitur quod format voluntatem, scilicet dicendo, *Iustum.* Iustitia est constans & perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuens. Iustus autem multas angustias patitur, Psalm. *Multæ tribulationes iustorum sed de his liberabit eos Dominus*, scilicet per mortem, vt possit dici illud Prouerb. 11. *Iustus de angustia liberatus est.* Et in hoc apparet constantia hominis iusti, quia propter nullam causam declinat, vel diuertit a iustitia, à qua diuertere faciunt tria, modus, species & ordo. Modus fit tripliciter, scil. quando iustitia est diminuta, scil. quando magna dimittunt, & faciunt vim de modicis, vti faciebant Scribæ & Pharisæi. Vel iustitia, quando indiscretè exercetur. Iustitia autem Dei, quæ debet esse in nobis, est humilitas & obedientia, Matthæ. 4. *Sic decet nos implere omnem iustitiam.* non cum clamore, vt gallinæ ponentes oua. His dici potest illud Amos 6 *Conuertistis fructum iustitiæ in absynthium.* Nam species requirit debitam formam disciplinæ, non faciendo aliud quàm illud quod facere debet, & non alio modo quàm debet. Ordo requirit intentionem, quæ opus debet ordinare. Iustus item pœnam sustinet dum viuit. Frequenter enim est in angustia. Ex parte posteriori, vel ex motu culpæ præteritæ, ne forte sit remissa, vel vitæ suæ præteritæ, ne fuerit benè deducta. Ex parte anteriori, quia nescit homo finem suum, Ecclesiast. 9 Ex parte dextra & sinistra, quia nescit homo, verum amore, an odio dignus sit. Nam odium Dei ad sinistram, amor Dei ad dextram pertinet: & ideò dicere cogitur illud Daniel. 13. *Angustiæ sunt mihi vndique.* Psalm. 118. *Tribulatio & angustia inuenerunt me.*

Spes quid faciat.

Iusti a iustitia non diuertuntur, modo, specie & ordine.

Iustus frequenter in angustia.

me. Tribulatio ab exteriori, angustia ab interiori. Gratia præterea notatur, quam recipit dic quia liberatus est. Liberatur homo à periculis corporalibus, aut scutu, aut prece, aut pretio, aut emenda. Sic etiam liberatur homo iustus ab angustijs, aut sensu circumspectionis, scil. videns quid alijs contigerit similiter periclitantibus, aut verbo supplicationis, aut dono erogationis, aut emenda satisfactionis. Tertiò ponitur, quod fœlicitatem confert, scilicet mors iusti, per quam ad fœlicitatem illam transit, quia per eam a corporis carcere educitur, ab omni labore eximitur, & ad æternæ vitæ requiem introducitur. De eductione è corporis custodia habes figurã in pincerna & principe pistorum Pharaonis, Genes. quadragesimo cap. Solet dari post finem laboris præmium, ecce tunc euocantur per mortem ad illud ipsum, & idcircò mors illorum pretiosa, id est, gloriosa, plena pretio, Iacob. 5. *Patientes estote fratres vsque ad aduentum Domini.* Qui gubernat nauem in procella maris, habet multas sollicitudines: sic qui vitam suam, Prouerb. 14. *Qui sapiens est, multa gubernatur sapientia.* Terminus laboris est Aduentus Domini, 1. Corint. 4. *Quousq; veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum.* Manifestabit peccatoribus latebras peccatorum, & fugabit à iustis tenebras tribulationum, Iac. 5. *Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra,* &c. Ponitur item exemplum agricolæ, quoad tria, scilicet quoad longanimitatem in expectando, quoad tolerantiam in sustinendo, & quoad perseuerantiam vsque ad finem. Deinde commendatur mors sanctorum etiam ex rectitudine iudicij. Quia in conspectu Domini. In conspectu enim hominum mors quælibet videtur esse bona & pretiosa: secus autem in conspectu & iudicio Dei, Exod. 23. *Non apparebis in conspectu meo vacuus,* scil. bonis spiritualibus. Talis habet diuitias absconditas, & est locuples in conspectu Dei, iuxta illud 1. Pet. 3. *Quia absconditus est cordis homo in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples.* Interior custodia in illo dic. *Quia absconditus.* Sunt peccata propalanda, sunt abscondenda consilia propter inuidos, bona opera propter superbiam. Item spiritualis innocentia, dic. *in incorruptibilitate.* q dic. Spiritus debet manere incorruptus, quietus & modestus, 1. Tim. 2. *Tranquillam & quietam agamus vitam,* scil. tranquillam in nobis, quietam ad proximos, vel tranquillam interiùs, quietam exteriùs. Modestus autem & moderatus in actibus, motibus, in vestitu, affatu, in voce vel rixa, incessu, statu, habitu, &c. Philip. 4. *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.* Commendatur tandem vir sanctus de cœlesti abundantia, quia in conspectu Dei locuples. In conspectu mundi locuples est, qui habet multum auri, at in conspectu Domini, qui habet multam charitatem, quia amor Dei nunquam est otiosus, & operatur magna. Operando autem acquirit multa lucra meritorum apud Deum. Postremò commendatur mors iusto rum à magnitudine priuilegij: quia mors sanctorum est, quæ habet magnum priuilegium, ex eo, quod sancti viri in morte sua eximuntur ab omnibus malis, & perfruuntur omnibus bonis: ideo dicuntur beati, Apocalyp. decimoquarto, *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Primum bonum gloriæ est, cùm dicitur, Beati, quia eximuntur ab omni flagello, Psalm. nonagesimo, *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Ad hanc beatitudinem sancti viri peruenerunt, vel per opera actiuæ vitæ, scilicet per misericordiæ opera, Prouerb. decimoquarto, *Qui miseretur pauperi, beatus erit.*

Margin notes: [..]tia, quæ [..]ulus re[..]apit. — Mors iusti [fœl]icitatē [c]onfert. — Præmium [po]st finem [la]borum. — Agricolæ exemplum. — Vir sanctus commendatur de cœlesti abundantia. — Item à magnitudine priuilegij. — 1. Bonum gloriæ.

Vel per opera vitæ contemplatiuæ, quę pertinent ad sapientiam, Ecclesiast. 14. *Beatus vir, qui in sapientia morabitur, & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei*, scilicet *in sapientia morabitur*, superna contemplando, *& in iustitia meditabitur*, eam faciendo: *& cogit. circumspect. Dei*, scilicet qualiter Deus omnia circumspicit, etiam vsque ad abscondita cordis: Quia qui hoc cogitat à malo retrahitur, & ad bonum animatur. Tangitur insuper debitum naturæ, per quod exempti sunt sancti mortui ab omni periculo. Debitum autem naturæ mors est. Vltimò, donum gratiæ, per quod liberati sunt à peccato, quia in Domino, quia in gratia Domini moriuntur, Psalm. 83. *Gratiam & gloriam dabit Dominus*, scilicet his qui ad vltimum benè viuunt, Phil. 5. *Mihi viuere Christus est, & mori lucrum.* Idem de sancto Stephano Actor. 7. *Obdormiuit in Domino*, sc. in gratia Domini.

Debitum naturæ.

Donum gratiæ.

In funere Abbatissæ.

Mater mirabilis, & bonorum memoria digna. 2. Mach. 7.

Abbatissæ nomen vnde.

QVemadmodum in vita spirituali, qui præsunt viris, vocantur Abbates vel patres, ratione gubernationis, aut priores ratione prælationis, ita quæ præsunt fœminis sacris aut monialibus, eadem ratione possunt dici matres vel priorissæ. Et qui luctus est de parentibus spiritualibus amissis, meritò etiã est de matribus defunctis: nam eadem est cura, amor, authoritas & dignitas. Vnde quia inter illas aliquando inueniuntur aliquæ, quæ ita religiosè viuunt, laudabiliterque præsunt, vt se in vita reddant admirabiles, & post mortem memoria dignas, ideò de talibus possunt dici verba allegata, vt & de hac quæ verè fuit mater subditarum suarũ, quæ circa eas fuit affectuosa, argumentosa, studiosa, virtuosa & religiosa, vt talis potuerit dicere illud Eccl. 24. *Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei: in me gratia omnis vitæ.* In eo quod *mater pulchræ dilectionis*, ostenditur affectuosa, quod *timoris*, argumentosa, quia timor facit hominem sollicitum & argumentosum, quod *agnitionis*, studiosa, quod *sanctæ spei*, virtuosa, quia sicut homines vitiosi habent spem vanam, ita virtuosi habent spem sanctam, quòd in ea *gratia omnis vitæ* religiosa, vt esset alijs exemplum benè viuendi. Vel commendatur primo de charitate. Secundo de humilitate. Tertio, de sagacitate. Quarto, de securitate. Quinto, de communitate. Affectus ergo primo spiritualis non carnalis commendatur, vt diligat sorores suas misericorditer, cõpatiatur earum affectionibus, subueniat earum defectibus, piam discretamque correctionem adhibeat earum excessibus. Talis potest dicere cuilibet suorum illud, Isai. 49. *Nunquid obliuisci potest mater infantem suum, vt non misereatur filij vteri sui. Et si illa oblita fuerit, ego non obliuiscar tui.* Sed tunc Abbatissa dicitur mater, quando diligit veraciter, non simulatè, non fictè, sed vt subditarum sibi bonum amet, & intendat, & promoueat, 1. Cor. 10. *Non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis prosit.* Mater dilectionis pulchræ est, quando diligit fructuosè, scil. quando facit abundare in fructibus siue bonis spiritualibus & temporalibus, de spiritualibus per se, de tẽporalibus per accidens, & etiã moderatè. Mater timoris etiã cõmẽdatur de humilitate. Timor. n. Domini multũ humiliat mentẽ. Debent aũt sorores propter timorẽ Dei reue-

Explanatur volu...

Abbatissa commendatur in quinque.

Abbatissam debent reuereri moniales. reuereri Abbatissam tanquam superiorem, sed Abbatissa propter timorem, debet se reputare omnibus inferiorem, quia debet reddere rationem Deo. Et prælatis dicitur illud, 2. Par. 19. *Sit timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite.* Mater *agnitionis*, & commendatur sagacitas, quia debet de sororibus sibi cõmissis benè iudicare, earum actus & vitam cognoscere. Prouerb 27. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui.* Mater *S. spei*: *Spes sancta quæ.* commendatur de securitate. Spes enim sancta, id est, sancita, & firma est spes, quæ ponitur in Deum. Spes quæ collocatur in homine, non est firma. Prou. 11. *Mortuo homine impio nulla erit vltra spes, & expectatio sollicitorum peribit.* Aliud est de viro iusto, qui etiam post mortem nobis potest prodesse precibus, sed hoc non habent à se, sed à Deo. *Spes vana.* Vana spes etiam in temporalibus, quia deficiunt & decipiunt. 4. Reg 18. *Tu speras in baculo arundineo confracto?* talis est mundus. *In Deo autem*, Eccles. 2. *nullus sperauit & confusus est.* Hęc spes etiam securat in indigentia, Psalm. 44. *Oculi omnium in te sperant Domine.* In ea gratia omnis vitæ, scil. actiuæ & contemplatiuæ, vel quia eius vita debet esse exemplaris, ita vt possint dicere sorores, *In vita tua viuimus, exemplũ vitæ habemus.* Vel posset illa dicere. In me omnis gratia vitæ, quia in omni vita sua perseuerasset in gratia Dei. Et tales sũt, qui semper viuunt sine conscientia peccati mortalis. Iob 27. *Donec deficiam, non recedam ab innocentia mea: & iustificationem meam, quam cœpi tenere, non deseram, neque etiam reprehendit me cor meum in omni vita mea*: Bonum ergò est manere in gratia Dei, & sic commẽdatur talis mater de religiositate, vel vitæ communitate. Secundò, *Honestas conuersationis.* Honestas conuersationis notatur, quæ tanta est, vt possit dici mirabilis, quæ non obstante fragilitate sexus in terra posita, angelicam vitam ducit. Nam *in carne præter carnem viuere, angelicum est, non humanum*, ait: ac si aqua non extingueret ignem. Sap. 16. *Quod enim mirabile erat, in aqua plus ignis valebat.* Vbi primo laus castitatis ostenditur, quæ talis virtus est, quæ de corpore facit spiritum & de terra cælum. *Castitatis laus.* Fit enim corpus spirituale: & in cælo non nubent, neque nubentur. Incorruptio autem facit proximum Deo, sicut & cælum incorruptibile. *Fluxus carnalitatis per aquam.* Fluxus carnalitatis per aquã signatur, quæ propter sui liquiditatem fluxibilis & labilis est, sic caro nostra habet fluxibilitatẽ & labilitatem naturæ, quia omnes secũdùm carnem morimur, & *quasi aqua dilabimur in terram, quæ non reuertetur*, 2. Reg. 14. Habet etiam caro nostra fluxibilitatem concupiscentiæ. Propter quam dixit Iacob filio suo Ruben. Genes. 49. *Effusus es sicut aqua, non cresces, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius.* Virtus item charitatis describitur, quia plus valebat ignis, quàm aqua. Hoc est quando in homine continente, amor charitatis superat amorem carnalitatis, & amor spiritualis vincit amorem carnalem. Sap. 16. *In aqua* scil. concupiscentiæ, *supra virtutem*, scil. naturæ carnis, *ignis*, scil. diuini amoris, *exardebat*: Distinguit S. Bernardus quatuor modos diligendi., scil. diligere carnem carnaliter, spiritum carnaliter, carnem spiritualiter, & spiritũ spiritualiter. *Bernard. Diligendi 4. modi.* Vtrumque autem istorum vltimorum modorum pertinet ad amorem charitatis. Ezech. 15. *Vtramque partem*, scil. carnis & spiritus, *consumpsit ignis*, scil. diuini amoris: quia quando & caro, & spiritus spiritualiter diliguntur, quicquid est in vtraq; vitiosum, consumitur & purgatur. *Gregor.* Gregorius, *Tanto amplius peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor magno charitatis igne crematur.* Postremò commendatur congruitas recordationis, *Recordationis congruitas.* quia beatorum memoria digna. 1. Primò, ex parte memorantium, scil. virorum bonorum non malorum, quia horum testimonium esset ad diminutionem. Item bonorum memoria magis prodest defunctis, quam malorum, quia illa oratio

ratio est magis gratiæ impetratiua. Prouerb. 12. *Qui bonus est, hauriet sibi gratiam à*
2 *Domino* Secundo, ex parte memorabilium, quæ erant in illa, aut quia vicit bellum carnis per castitatem. Sapient. 4. *O quàm pulchra est casta generatio cum claritate!* aut bellum mundi, quia prospera contempsit, aduersa non pertimuit, aut bellum diaboli, qui quanto fortior est, tanto victoria contra eum maior. Ille autem pugnat potentia, astutia & perseuerantia. Sed habemus auxilium Dei, & vincere possumus diabolos, quia Deus pater sua potentia nos corroborat, ne ab eorum viribus superemur, filius Dei sapientia sua nos illuminat, ne eorum insidijs capiamur, Spiritus sanctus gratia sua nos sustentat, ne pugnæ diuturnitate vincamur. Maledictiones plurimæ sunt in Pontificali contra illos, qui moniales violant, satis horrendæ: Alias laudes possunt afferri ex omnibus illis, quæ de Religiosis dicta sunt, aut de virginibus dicentur: & regimen cuiusque Abbatissæ si laudabile est, materiā sufficientem subministrabit.

In funere alicuius monialis.

VT intelligatis dignitatem & honorem virginis nostræ, in Christo mortuæ, quanta gratia fuerit prædita cùm vocaretur à Domino ad hunc statum Religionis, & dum in eo vixit, & cum iam ab hoc ad statum fœliciorem commigrauit. Fingamus animo puellam cuiusdam perduellis in sterquilinio iacentem, quæ & nuda sit & omnis cibi ac potus indiga, cuius opus sit cum muscis & culicibus ludere, & se in puluere ac stercore volutare: insuper quæ posita sit in periculo, vt à iumentis transeuntibus conculcetur, & à bestijs deuoretur & occidatur. Cogitemus quoque transire Regem, qui videns puellam miserabiliter iactatam, & ex famulis proditoris filiam esse cognoscens, misericordia motus, eam leuari iubeat, & in aulam regiam deferri, vbi velut Regina nutriatur, & inter delicias & voluptates educetur. Addamus etiam, quod Rex puellam illam miserabilem regalibus cibis sustentet, vestibus pulcherrimis induat, & gemmis pretiosis exornet, ac tandem cum ad nubiles annos peruenerit, præcipiat vocari Reginam atq; eam ducat in vxorem. Certè illam fœminam nihil amplius in amorem Regis accenderet, quàm pristinam miseriam suam animo voluere, & præsentem gloriam ac splendorem meditari. Videns enim se ex sterquilinio in aulam regiam introductam, ex filia hostis, Reginam, & ex muliere miserrima, coniugem magni Regis effectam, quidni eum diligat, illi impensè obsequi & placere cupiat, cuius amore & beneficio tantam ignominiam & calamitatem euasit, tantamque honoris ac prosperitatis gloriam accepit? Idipsum vniuersis animabus Religiosis contigisse, & hoc maximum beneficium a Domino percepisse, adeo euidens est, vt planè insipiens sit atque captus oculis, qui istud donum non videat, nec tantam religiosorum fœlicitatē cognoscat. In sterquilinio iacebamus nudi & famelici, nudi, quia virtutibus vacui, famelici, quia ea cognitione diuinæ voluntatis expertes. Nam si vestes animæ sunt humilitas, castitas, mansuetudo & virtutes reliquæ, quæ animæ turpitudinem contegunt, & a frigore & æstu vitiorum defendunt, satis ignominiose nudus erat, qui virtutum decore carebat. Et si cibus est animæ, voluntas diuina secundū illud Domini: *Meus cibus est, vt faciam voluntatem Patris mei, qui me misit.* Intolerandam famem patiebatur, qui hanc voluntatem sciens & volens

Simile à puella variè cōstituta, quomodo ad honores peruenerit.

Amor fœminæ erga regē vsit.

Animæ religiosæ quā apud Deū valeat.

Vestes animæ quæ sint.

Fœtes animæ quæ.

Cibus quis.

Ioan 4.

lens ignorabat, & tam suaui epulo non saginabatur. Sed quid est sterquilinium? sine dubio, sæculum. Quia sterquilinium est receptaculum stercorum, his autem plenus est mundus, quod Paulus non cæcus, vt mundani Phil. 3. sed diuino illustratus munere, manifestissimè testatur. *omnia, inquit, detrimentum feci, & arbitror, vt stercora, vt Christum lucrifaciam.* Quid putas esse stercus, ô Apostole sancte? an argentum & aurum? an gemmæ & lapides pretiosi? an purpura & byssus & vestes pulchræ & delicatæ? an amplissimarum domorum & amenissimorum hortorum dominia? an opum & dignitatum possessio? an voluptatum & celitiarum acquisitio, stercora sunt? ita planè, stultis hæc & ignaris hominibus alicuius momenti esse videntur, sed mihi vilissima stercora apparent & omnia arbitror, vt stercora, vt Christum lucrifaciam. Nunquid non stercus est, quod abstergitur, & tanquam inutile & immundum è domo proijcitur? Sed hæc omnia Deus tanquam immunda & infructuosa, absterget ex hac amplissima domo mundi, cùm *adueniet dies Domini*, 1. Petr. 3. *vt fur, in qua cæli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur, terra autem & quæ in ipsa sunt opera, exurentur.* Nunquid non stercus est, quod in saniem, & tabem & vermes conuertitur? Sed homo præcipua mundi creatura, in cineres, vermes & fœtorem resoluitur. Quid erunt alia, quæ eius gratia condita sunt, si ipsius splendor & gloria in saniem & tabem commutatur? O quam verè & sapienter in libris Machabæorum scriptum legimus: *Et à verbis viri peccatoris, ne timueritis quia gloria eius stercus, & vermis est; hodie extollitur, & cras non inuenietur: quia conuersus est in terram suam, & cogitatio eius periit.* Machab. 2. Si ergò mundus locus est stercoribus plenus, non simus iniuriosi in illum, si fœtidum sterquilinium appellemus. In sterquilinio planè sunt animalia immunda, quæ ibi sordibus suis sedem aptam inuenerunt, at quis explicare poterit, quot huiusmodi animalia in mundo reperiantur? In eo securus iacet lupus rapacitatis, leo crudelitatis, taurus feritatis, vulpes astutiæ, hircus immunditiæ, grues somnolentiæ, equus & mulus luxuriæ, asinus pigritiæ, sedes tantorum vitiorum tam immanium peccatorum, quid .n. sterquilinio comparetur? In hoc sterquilinio iacebamus longè miseriores & infœliciores Iobo, quem dæmon ad certamina, & labores expetiit Iob. 2. Nam ille saniem testa radebat, & calamitatem suam deplorabat: nos verò, nec vermes peccatorum contritionis testa radebamus, nec nostras miserias deflebamus, quinimò ridebamus, lætabamur, cùm impuris cogitationibus ludebamus, & in tabe ac stercore peccatorum volutabamur, vt quotidie euaderemus fœdiores. Ibi non solùm instabat mortis spiritualis periculum, sed qualibet hora, inuidia nos rodebat, superbia inflabat, luxuria conculcabat, ira discerpebat, (& quod peius est) hæc erat voluptas nostra istis vitijs subiacere, tantis malis proteri, tantis miserijs dilacerari. Vidit nos Dominus in sterquilinio iacentes. Vidit, quales ante aduentum Saluatoris eramus, scilicet non in lecto, sed in ipsa malitia, in prauitate, velut in stercore proiecti, vlceribus ac fœtore pleni, squallidi, suppressi, Idolis magis quàm homines. Circumstabant nos dæmones mali, princeps ille mundi ridens insultabat. Vidit planè in stercore iacentes, vermibus scatentes, vlceribus plenos, febri & fame laborantes, omne genus morbi habentes.

Sterquilinium est sæculum.

Stercus quid.

Similes stercoribus mundanorum.

Animalia quæ in mundo.

Deus in stercore nos erexit.

Nam & febris molestabat, ea quippè est mala concupiscentia, & inflãmationes premebant, hoc enim est arrogantia & vehemens fames obtinuerat. istud namque est auaritia & putredines vndique: nam hoc est fornicatio. Et multa deformitas, hoc est malitia, molestus quidam & grauissimus morbus. Videt nos filios perduelles esse, & non dedignatus est nos, sed miseratione tactus, erexit iacentes, excitauit dormientes, ad mentem sanam reduxit errantes, & in aulam regiam, hoc est, in religionem malè meritos introduxit. Nec immeritò Religio aula summi regis vocata est. Nam sicut Hierosolymis, quæ ciuitas Dei erat populo Israëlitarum & colentium Deum attributa, templum erat exædificatum in quo Deus ceremonijs specialibus colebatur, & hostijs ac sacrificijs placabatur: ita in Ecclesia modo religiosæ vitæ status in mente sanctæ perfectionis, tanquam aula quędam Regis & templum Domini, extructus est, in quo speciali cura & priuatis quibusdam sanctarum actionum generibus adoratur & colitur. Quis videns in sancta Religione, angelos ascendentes & descendentes, id est, viros perfectos, iam contemplationem sitientes, iam ad actionem properantes, nõ clamet cum sancto Patriarcha Iacob. *Verè Dominus est in loco isto* Genes. 28. *quàm terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi domus Dei & porta cœli*. In hanc domum & aulam nos Dominus benignus adduxit, in qua fletibus & lachrymis curauit ægrotos, virtutibus tanquam indumentis vestiuit nudos, donis & charismatibus, tanquam gemmis pretiosis ditauit pauperes, sacramentorum frequentia cibauit famelicos, cælestibus consolationibus refocillauit sitibundos, lumine diuinitùs indito illuminauit cæcos, voce grandi inspirationum suarum excitauit surdos, subsidijs diuinæ gratiæ roborauit debiles, & mutans corda nostra & mores pristinos tollens, nouosque & spirituales inducens, viles & fugitiuos seruos extulit & adoptauit in filios. impleturque spiritualiter illud Oseæ 1. *Et erit in loco, vbi dicetur eis: Non populus meus vos*, dicetur eis, *Filij Dei viuentis*. Nam peccatis irretiti & serui diaboli facti eramus, non populus Dei: *nunc autem liberati a peccato, serui autem facti Deo*, ab illo statum filiorum accepimus, Roman. 6 & nomen hoc honorabile filij supra omne meritum adepti sumus: Insuper animas nostras in charissimas sponsas admisit, ex quibus non vnum aut duos, sed innumerabiles filios generat, omnes scil. illos, qui aut nostro exemplo, aut doctrina conuersi virtutem colunt, vitia derelinquunt. Ezech. 16. *Radix tua & generatio tua de terra Chanaam*. Considera o homo vilitatem tuam, quæ patria te tulit, qui parentes te genuerunt, qua miseria educatus es, & in quanta pericula protectus. Hæc est patria, hæc natalis sedes, infœlix sæculum præfiguratum in terra Chanaan. Hoc enim nomen, vt Ambrosius interpretatur, idem est, quod turbatio seu commotio. Quid autem est sæculũ, nisi locus commotionis, fons inquietudinis, seminarium turbationis? Locus commotionis, vbi homo quasi flos egreditur, egressus autem non permanet, sed statim conteritur & fugit velut vmbra, quæ mox nullo sui vestigio derelicto abit, & nunquam in eodem statu permanet. Fons inquietudinis a quo tot curæ manant, tot sollicitudines rerum temporalium fluunt, tot imbecillitates & corporis morbi procedunt, quæ animum cruciant & pacatum esse non sinunt. Seminarium turbationis. Nullus enim est amator mundi, qui aut desiderijs eorum, quæ non habet, aut timore amittendi, quæ habet, non perturbetur. Quid est sæculum, nisi vrbs iniquitatis, in qua regnat inuidia, sæuit crudelitas, dominatur ambitio, imperat libido & vitia vniuersa requiem inueniunt,

Filij perduelles nos.

Religio aula regis summi. Simile à Ierosolyma

Domin' in Religionẽ adduxit quomodo.

Filij tui homines ex terra Chanaam.

Sæculũ est locus commotionis, fons inquietudinis, seminarium turbationis.

Sæculum vrbs iniquitatis.

ueniunt. Vt enim est apud Oseam 4. *Non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra,* &c. Quid est sæculum, nisi rota quædam volubilis omnia mouens, vniuersa consumens & conterens, in qua nihil est, quod stabile & constans perseueret? *Quem [illegible] mundo,* inquit Gregor. l. 1. in Euang. [illegible] *Ad hoc crescit, vt cadat, ad hoc cadit, vt germinet, ad hoc germinat, vt quæcunque germinauerit cladibus consumat,* &c. Hodie quendam honoribus extollit, postera die ignominia & infamia deijcit. Iam opibus ac rerum temporalium fortunis auget, statim verò penuria ac miserabili mendicitate premit. Nunc amicorum & familiarium turbis circundat, & in ictu oculi solitarium & inglorium derelinquit, prout Iob de se testatur c. 30. Hinc Augustinus sermon. 31. ad fratres in Eremo: *O munde immunde, qui homines illaqueare non desinis, quiescere non permittis, rapere omnes appetis, occidere omnes quæris. Væ qui sibi credit. O munde proditor, bona cuncta promittis, sed [illegible] profers, [illegible] vitam, sed donas mortem, [illegible] stare, sed cito recedis. [illegible] transis, & [illegible], vel vt fumus euanescit.* Quod autem homo sit vilis & abiectus, est propter iniquitates suas. Ezech. 16. *[illegible] es super faciem terræ, in abiectione animæ tuæ, [illegible].* Vna est ergò causa, propter iniquitates & abominationes, quibus mundo seruit homo, vacuus à virtutibus, & boni nihil habens: Sicut enim virtus seipsa est honore dignissima & omnes in sui honorem & venerationē inducit, ita vitium in seipso est vilissimum & vniuersos in sui contemptum conuertit. Quare anima peccatis victa, vitijsque subiecta, non potest in pretio haberi, sed abiecta reperitari. Vnde Ierem. 2. *Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas, & ab AEgypto confunderis, sicut confusa es ab Assur.* Iob 13. *Contra folium, quod à vento rapitur,* &c. *Quid est homo,* ait Gregorius, *nisi folium, qui videlicet in paradiso ab arbore recidit?* &c. Altera causa, quia homo rebus sæculi inhærens, passionibus sui cordis subijcitur, estque suorum affectuum mancipium. Si autem seruus eo vilior est, quo viliori Domino seruit & in abiectioris heri transiuit potestatem, quanta erit vilitas peccatoris, qui tot affectibus vanis obtemperat & dominis vilissimis se submittit. Quanta calamitas eius, quia sibi dominantibus ad contraria cogitur & ad ea quæ simul fieri non possunt, sæpiùs simul & eodem tempore impellunt? Cupiditas iubet, vt parta custodiat, voluptas, vt in suum vsum insumat; ira imperat vt vlciscatur iniuriam, timor vetat, ne discrimen infamiæ aut mortis incurrat. Miserum autem mancipium, tanquam inter duas vias constitutum, nescit, qua pergat, aut cuius Dominus imperatum perficiat, &c. Tertia ac præcipua causa est, 3
quia omnes cogitationes & omnes affectus habet terræ affixos & [illegible] eius tum verba tum opera terram sapiunt, & in res terrenas diriguntur. Psal. 16. *Oculos suos statuerunt declinare in terram.* Phil. 3. *Quorum Deus venter est & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt.* [illegible] *sunt ipsi,* inquit Chrysostomus [illegible] *terrena curant?* Ædificemus domus. Vbi? in terra inquiunt. Possideamus agros, in terra rursus. Acquiramus principatum, in terra iterum. Potiamur gloria, in terra quoque. Ditescamus, omnia in terra, &c. Itaque hæc monialis non in terra, sed in cælo quæsiuit domum, diuitias, & gloriam, feliciterque consecuta est.

In funere mulieris religiosæ.

Mulier timens Deum, ipsa laudabitur. Pro. 31.

Mulier vnde. MVlier bona multas habet laudes & proprietates. Isidorus enim dicit, quod sumatur à mollitie, quasi mollis aer, vel à mulceo, quod apta nata homines demulcere, & sic debeat esse mollis per pietatem: aer, per puritatē: mulcens & leniens, per benignitatem. De tali dicitur Eccles. 16. *Datum Dei est mulier ta. ta & sensata.* Pro 31. *Mulierem fortem quis inueniet,* &c. Pro 11 *Mulier gratiosa inueniet gloriam.* Mulierum laus. Et de sensata, scil. vt sciat discretè nociua declarare, & proficua procurare, cui possit dici illud, Iudith 11. *Non est alia mulier super terram in aspectu & pulchritudine, & sensu verborum.* Laudatur Abigail quæ sua sapientia sciuit mitigare David 1. Reg. 25. Et Iudith quę sciuit Holofernē occidere. Iudith 13. Et mulier sapiens quæ sciuit ciuitatem de manibus Moab liberare, 2. Reg. 20. Et Ruth. 3. *Scit omnis populus mulierem te esse virtutis.* Sed vt sunt homines & vt afficiuntur erga aliqua, ita pronunciant. Mundani enim respicientes carnalia, laudant pulchritudinem, vel alia. vt Genes. 12. de Sara, quod cùm ingressus esset Abraham Ægyptum, viderunt Ægyptij mulierem, scil. Saram vxorem eius, quod esset pulchra nimis, & nunciauerunt principi Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum, non attendentes, quod *fallax gratia & vana pulchritudo sit* Spirituales autem attendentes maiora, non genus, non formā, sicut & scriptura loquitur de virtutibus, & timore Dei, dicunt, *Mulier timēs Deum, ipsa laudabitur* Talis fuit defuncta nostra, quæ fuit, scil. secundùm naturam mulier, quæ licet sit fragilis, roborata tamen fuit robore continentiæ, & cuiuslibet spiritualis virtutis: Sicut cerebrum pannicu lis & os sib. duris, & nucis auellanæ substantia duritia exterioris testę. De tali sorore dicitur 1 Corinth. 7. *Mulier innupta & virgo cogitat, quæ sunt Domini vt sit sancta corpore & spiritu.* Comparatur innupta cū vidua, & virgine quæ nunquam virum habuit Et innuptæ & viduæ & virginis castitas est commendabilis, sed magis virginis. Differentia est inter secularem viduā & religiosam, quia sæcularis potest iterum nubere licet si innupta permaneat, sit laudabilior, vt Iudith & Anna. Quia iterato nubere est signum incō tinentiæ, & viduæ existentes sunt magis expeditæ à sollicitudinib. causæ familiaris viri & filiorū & familiæ. Sic erat de Anna Luc. 2. & 1. Corinth. 7. Vidua autem in monasterio nubere non potest, quia continentia est de substantia religionis, & ad statum religionis requiritur abdicatio eorum, per quæ impeditur homo à totali seruitio Dei. At de virginitate dic. August. *Virginitas est in carne corruptibili perpetua incorruptionis meditatio,* Castitas virginum commendabilis. Virginitas quid. deò maximè dispōit ad suscipiēdū lumē sapientiæ, gratiæ & gloriæ. De lumine sapientiæ patet in Ioanne Euangelista virgine, quem Dominus impleuit maiori sapiētia & intellectu. De lumine gratię in Beatissima Maria Virgine, quę fuit gratia plena. De lumine gloriæ quanto magis quis appropinquat Deo in ipsa beatitudine, tanto maiori lumine illustratur gloriæ. Sed virginitas Deo homines proximos facit Sap. 6. *Quæ similis à virginitate suscipiet illū,* scil. Christum, qui est fons sapientiæ, lux gratiæ & splendor glorię. commendatur etiam religiositas mentis, quia cogitat quæ Domini sunt, sicut infirmus cogitat, quæ medicus præcepit, ergo magis quæ Deus mandauit, Eccl. 4. *Quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper,* scil. vt ab ipsis per propositū peccati nunquam recedat. Deut. 6. *Haec meditaberis,* &c. Cogitat Domini supplicia, quæ pro nobis pertulit, & valent contra

tentationum insultus. 1.Petr.4. *Christo in carne passo, & vos eode cogitatione armamini.* Cogitat, quæ præmia promittit Dominus, quia sunt spiritualia & æterna. Ps. 76. *Cogitaui dies antiquos, & menses æternos in mente habui.* Sicut apes sedent super flores, & mel exugunt; sic iusti de bonis æternis cogitãtes, attrahunt dulcedinem Sapiēt 5. *Cogitat o illorum apud altissimum est.* Commendatur item puritas perfecta in carne & vita, quia dicitur vt sit *Sancta corpore & spiritu.* Quia *caro concupiscit aduersus spiritum*, & è contra, debet homo sanctificare spiritum per actiones interiores, scil. per potionem compunctionis, vomitum confessionis, confectionem calidam feruentis orationis & dulcis cõtemplationis. Item sanctificare corpus per exteriores actiones, scil. abstinentias, vigilias, disciplinas & labores vitæ actiuæ. Secundò, Ostenditur qualis hæc soror defuncta fuit per gratiam. Quia *timens Deum.* Et hoc ratione debiti, quia habet sponsum non terrestrem, sed cælestem qui est potẽtissimus, sapientissimus, iustissimus. & timendus in die iræ. Ratione etiam lucri, quia per timorem illum acquiruntur multa bona, scil. merita. Tob. 4. *multa bona habebimus, si timuerimus Deum & recesserimus à peccato.* Nã timor Dei sollicitat ad benè operãdum, Eccles. 15. *Qui timet Deũ, faciet bona. Si timuerimus Deum.* præsupponit Dei subiectionem. Et timor filialis & reuerentiæ delectabilis est, quoniam ex dilectione & charitate Dei procedit, qua facit delectabiliter operari, & per consequens plus mereri, Eccles. 1. *Timor Domini delectabit cor.* Psal 30. *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentib. te*, Glossa. *Quam impius non sentit, quia de febre impietatis palatum cordis amisit.* Ostenditur exclusio peccati, vel impedimenti, quo meritum impeditur, si non à peccato recesserimus. Stando enim in peccato, opera quæ fierent de genere bonorum, non essent meritoria. Sed nec ostenderetur, quòd Deum verè timeret, si ab eius offensis, scil. peccatis, non desisteret. Eccles. *Timor Domini expellit peccatum.* Et est quasi quidam cordis ianitor, verus scil. non pictus, non seruilis. Tertiò, declaratur, quòd talis sit secundum memoriam: quia *laudabitur*, scil. etiam post mortem, Prouerb. 10. *Memoria iusti cum laudibus.* Debet autem religiosa laudabilem se reddere, vt dicere possit illud, Ps. 33. *In Domino laudabitur anima mea.* Ad quã laudem perfectam tria concurrunt. Primò, vt sit laus certa, scil. quando fit in Domino, nõ in homine, sc. in Domini iudicio. 1. Corinth. 4. *Nolite ante tempus iudicare.* Secundò, vt sit laus secura, sc. vt non laudetur in præsenti, sed in futuro. quia dic. *laudabitur.* Eccl. 11. *Ante mortem ne laudes hominem.* Quia talis laus non est tuta, nec ex parte laudantis, quia parit suspicionem: nec ex parte laudati, quia aliquando est sibi caussa elationis. *Et quem viuens tuo laudas: posuit*, ait Maximus, *qui & de præterito memoriam se habere, quod doleat, & de futuro videt sibi superesse, quod timeat.* Tertio, vt sit laus vera, non est omnino de corpore, sed de anima, vt dicit Psalmista. Quia vera laus est ex virtutibus, vel ex operibus virtutum. Virtutes autem subiectiuæ non sunt in corpore, sed in anima. Item opera virtutum æstimatur magis laudabilia ex animo, quàm ex corpore. De tali laude dicitur, Prouerb. vlti. *Laudent eam in portis opera eius.* De quibus portis dicit Psalmista: *Aperite mihi portas iustitiæ*, (scil. iudicij particulãris,) per quam anima intrat ad vitam; & generalis, per quam intrabunt & corpora.

Timor Dei necessariè lucri & debiti.

Impedimentum meriti.

Laudabitur.

Ad laudem perfectam tria cõcurrunt.

1. Sit laus certa.

2. Secura.

3. vera.

In funere sanctæ mulieris.

Facta sum coram eo, quasi pacem reperiens. Cant. 3.

Pax plena non est in mundo. NVllus in hoc mundo est in plena pace, quia si habet vnum, desiderat aliud. Sed in futuro sæculo, omne quod desiderari potest, inuenietur in Deo, qui est ipsa beatitudo, quæ est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Ideò sancta mulier, transiens ex hac vita ad æternam, potest benè dicere verba allegata. Firma enim stabilitas exprimitur in hoc, *Facta sum.* non sum

Hominis mutatio in vita ista ex tribus. amplius in Fieri, & motu imperfecto. In quanta autem mutatione sit homo in vita ista, ostendunt nobis tria, scilicet

Tempore. Tempus, quod variatur in Ver, æstatem, Autumnum, & hyemem, & nunc

Corpore. nubilum est, nunc serenum. Corpus secundùm alterationem de sanitate in

Opere. infirmitatem, de augmento in diminutionem. Opus, quia sicut voluntas in diuersa mouetur, sic & opera nostra diuersa sunt, modò eligit vnum, modò aliud. Solùm autem beata anima, quæ vltimo fini est coniuncta potest dicere, *Perfecta sum.* Et Genes. 32. *Vidi Dominum à facie ad faciem, & salus facta est anima mea.*

Beatitudo in quibus consistit. Beatitudo enim consistit in visione diuinæ essentiæ, quam visionem debet præcedere perfectissima puritas, &c. Sequitur eam iocundissima lætitia: Mat.

Beatitudinis efficacia 5. *Beati mundo corde,* &c. Deindè beatitudinis efficacia est in perfecta animæ salute: Quia *salua facta est anima mea.* Matth. 8. *Quid proderit homini, si mundum vniuersum*

Sinistra & dextera Dei quid. *lucretur?* In sinistra Dei sunt diuitiæ & gloria temporalis, Prouerb. 3. Sed tunc dicitur assistere homini à dextris, quando dat diuitias spirituales gratiæ suæ, & virtutum, Psalm. 108. *Astitit à dextris pauperis, vt saluam faceret à persequentibus animam meam,* Psalm. 15. *A dextris est mihi Dominus, ne commouear.* Salomoni dixit Regina Saba 3 Regum 10. *Beati serui tui, qui coram te stant semper.* Multo magis beati, quibus astat rex regum à dextris. Fœlicitatis status est in eo, quia beati. Psalm. 83 *Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.* Humilitatis meritum, quia serui tui, qui scilicet voluntariè & cum hilaritate seruiunt, Psalm 99 *Seruite Domino in lætitia.* Cum puritate, Psalm. 100. *Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabit.* Cum humilitate, 2. Mach. b. 9 *Iustum est subditum esse Deo.* Et super illud Matth. 3. *Decet nos implere omnem iustitiam,* dicit glossa, scilicet omnē humilitatem. Cum intentionis syncceritate, & cum perseuerantia. De omnibus his dicitur Lu. 1. *Seruiamus illi:* in quo notatur hilaritas. In sanctitate, in quo puritas, & iustitia, in quo humilitas, coram ipso; in quo intentionis synceritas, omnibus diebus vitę nostrę, in quo perseuerantia. Dignitatis verò præmiū est in hoc, quia coram te stant semper. Præmij firmitas quia stant non cadunt, nec cadere possunt. Præmij claritas, quia *coram te,* scil. Domino, Psal 55. *Placeam coram Domino in lumine viuentiū.* Res pulchra tunc placet, quando videtur in lumine. Beati autem erunt pulcherrimi, & in lumine erunt, ideoque placebunt. Psal. 114. *Placebo Domino in regione viuorum.* Præmij æternitas, quia semper. Matth. 18. *Angeli eorum in cælis, semper vident faciem patris mei,* &c. Tertiò in hoc, quòd dicat, *quasi pacem reperiens,* ostendit anima se pacem assecutam, vnitam creatori suo, vt benè possit dicere illud, Prouerb. 7. *Desiderans te videre reperi.* In eo enim reperit pacē perfectam. Psal. 4. *In pace in idipsum dormiam & requiescam.* Sed non peruenitur ad pacem perfectam, nisi post laborem bonorum operum, Ro. 2. *Gloria, & honor, & pax, omni operanti bonum.* Merces illa commendatur. Primò ex claritate, quia gloriosa. Dicitur enim secūdùm Ambrosium, *gloria, quasi clara cum laude notitia.* Solent gloriari qui coram magnis commēdantur.

de

de [illegible]ilibus operibus. At tales qui intendunt bonis operibus, coram Deo, angelis & tota cælesti curia commendabuntur. Sap 3. *Bonorum laborum gloriosus est fructus.* [illegible] quando perseuerauerit in bono opere. Iob 36. *Complebunt dies suos in bono & annos suos in gloria.*
2. Secundò ex dignitate, quia honor. Honorantur enim magni & boni artifices in curijs, at hi in cælesti curia. Non autem qui mala fecerunt opera peccatorum, Eccl. 14. *Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui operatur illud, ibit cum illo. Et omne opus electum iustificabitur, & qui operatur illud, honorabitur in illo.* Psal. 8. *Gloria & honore coronasti eum.*
3. Tertiò ex tranquillitate, quia pax. A superiori sc. Deo, qui est princeps pacis, Isa. 9. sub quo non poterit accidere perturbatio. Ab inferiori sc. mundo: quia omnis creatura mundi subiecta erit eis ad lætitiam & delectationem Psal. 36. *Delectabitur in multitudine pacis.* Ab interiori, quia impletum erit omne animę desiderium, quantum ad intellectum, sicut est desiderium sciendi, & quantum ad appetitum, sicut est desiderium habendi. Phil. 4. *Pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat vestra, & intelligentias vestras.* Ab exteriori, quia erunt ad inuicem, vt cum angelis Dei, in magna concordia, nec ab impijs vel dæmonibus possint molestari, Isa. 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.*
Quarto à congruitate, quia omni operanti bonum, Pro. 20. *Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergò æstate*, sc. in alia vita, *& non dabitur ei*, sed alij remunerabuntur, & gaudebunt, quia seruierunt Deo suo de suo officio. Pro 13. *Anima operantis impinguabitur*, scil. gratia in præsenti, & gloria in futuro. 4.

Marginal notes: 2. ex dignitate. 3. ex tranquillitate. 4. ex congruitate.

(?)

Finis Libri Tertij.

LIBER QVARTVS, DE MORTE SÆCVLARIVM, IMPERATORVM, REGVM, PRINCIPVM, &c. VSQVE AD MINORES.

Argumentum Libri Quarti.

Mors ego prædominor cunctis in partibus orbis:
Cuncta sub imperio stantq; caduntq; meo.

In funere Imperatoris.

Is qui videbatur fluctibus maris imperare & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus in terram, in gestatorio portabatur. 2. Machab. 9.



VAMVIS ambitio dominãdi Deo esset odiosa, dominorum tamen ambientium regimẽ, ad refrenandam hominum malitiam, & ad conseruandum vnumquemque in sua iustitia, & ad disponendum ciues in cõcordiam, permissum est à Deo dominiũ & prouisum. Vnde *non est potestas nisi à Deo.* Vnde Christus ad Pilatum, *Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi data esset tibi desuper.* Ioan. 19. Prouisum autem, quia qui habent dominiũ, plus vigent in natura Entis, & plus participant, quam personæ priuatæ, & gerunt quasi vices totius Entis, cui præsunt. Vnde benè præsidentes merentur quasi diuinos honores, & duplicitatis, 1. Tim. 5. *Qui bene præsunt, duplici honore digni sunt.* Quo ergo magis appropinquant ad suum principium, plus participãt. Hinc Saul assumptus in regem per Samuelem meruit spiritum prophetiæ, 1. Reg. 10. Salomon sapientiam, 3. Reg. 4. Rex Franciæ curat morbum regium. Deinde cùm Reges & principes in gubernando sint motores orbis, ergo reducere motum sui regiminis in Deum, sicut primum motorem reducere Iob 9. sub eo curuantur, qui portant orbem. Insuper omne dominium a Deo sumitur ex parte finis. Quia ad hoc Deus de eis prouidit huic mundo, vt vnusquisque statum suũ prosequatur in debitũ finem. Omnia enim naturaliter suum finem habẽt, ad quem tendunt. Vnde Rom. 14. *Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt.* Itaque *qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit.* Paulus vocat Dominatores tales, coadiutores Dei, 1. Cor. 4. Quod autem Reges iure diuino competunt, videtur in Dauid, Salomone, Saule, & pluribus a Deo approbatis. In lege etiam noua habetur de regibus, 1. Petr. 2. [illegible]

Dominium vnde.

[illegible]

timete, Regē honorificate. Et alibi, *Subditi estote omni potestati, siue Regi.* Talis erat Imperator noster defunctus, cuius sublimitas viuentis notatur ex imperio, humilitas verò ex morte, qua humiliatus fuit vt ex hac humilitate videatur, quàm periculosa sit illa sublimitas, & quam vana, si in illa spes sola collocatur. Aduerte quod hoc dominium se extendat ad omnes, qui vel mari vel terra dominantur, sed dic. *Imperare videbatur,* vt ostēdatur imperium istius fuisse temporale 2. Cor. 4. *Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ non videntur æterna.* Sap. 5. *Transierunt illa omnia tanquam vmbra,* sc. honores, delitiæ, diuitiæ, officia, comitatiuæ, &c. Et dominium terræ, inde dicitur mōtium altitudines, sc. terrenorum & sæcularium principum ponderes in statera sui iudicij appendere, qui potest de eorum excessibus iudicare, & facta eorum examinare, & absoluere, vel punire. Isa. 40. *Libanum, ... montes,* sc. maiores principes, *& valles ... terra,* sc. minores principes. Sed ille qui consueuit aliorum merita ponderare in statera iudicij sui, modo appensus est ipse in statera diuini iudicij. Pro. 16. *Pōdus & statera iudicia Domini sunt.* In hac statera multorum imperatorum inuentum est minùs habens secundū illud Dan. 5. *Appensus es in statera, & inuentus es minus habens,* sc. propter multos excessus vel defectus potius in virtutibus, quia fuerunt Imperatores & iusti & Tyranni, sobrij & ebrij; quos iudicabit Dominus. Fluctus quibus mare turbatur, sunt hostes vel rebelles eius, qui totum imperiū ipsius turbare nitebantur. Quibus quidem ipse imperauit, quia eos potenter expugnans sibi plenè subiugauit, Iob 9. *Qui graditur super fluctus maris.* Per altitudines montium intelliguntur supremę virtutes imperantium, quas iste appendit in statera, quia eas studuit habere in mēte sua, quæ verè erat statera distinctè ponderans & discernens singulorum merita & demerita: vnde potest dici de eo illud Psal. 94. *Altitudines montium ipsius sunt.* Fœlices itaque sunt qui imitantur clementiam Cæsaris, liberalitatem Vespasiani, facilitatem Tyti, comitatem Traiani, facundiam Adriani, deuotionē Theodosij, sapientiam Iustiniani, &c. Secundo, notatur flebile mortis excidiū propter sententiam diuinam primis parentibus inflictam, quia humiliatus est propter superbiam primorum parentū, qui volebant esse sicut dij, Gen. 3. Iustum autem & rationabile est, quod illi qui noluerunt indebitè extolli vsq; ad summum, deprimantur vsq; ad infimum, sc. vsque ad terram, Ps. 146. *Humilians autem peccatores vsque ad terram.* In quo consistit punientis iudicium, quia humiliat per mortem, priuat eum omnibus carnalibus delitijs, expoliatur omnibus temporalibus diuitijs, sed maximè quando deijcitur ab omnibus honoribus & dominijs. Et quanto maior fuit ipsius exaltatio, tanto & humiliatio. Vnde defunctus noster bene potest dicere Ps. 38. *Ego autem humiliatus sum nimis.* Isa. 45. *Gloriosos terræ humiliabo.* Deinde ponitur humiliationis meritū, quia peccatores: quia resolutio ista in puluerem mandata est, præcipuè propter peccatum, licet & iusti moriantur. Tertio resolutionis terminus, sc. vsque ad terram, vnde causam habet non superbiendi. Ps. 43. *Humiliata est in puluere anima nostra* sc. in consideratione pulueris, in quem resoluendi sumus, & conglutinatus est terra venter noster, sc. terræ coniunctus, quando sepelitur. Postremò ponitur humile pietatis officiū, quia portatur in pheretro. Alia ratio erat de Heliodoro, 2. Mach. 3. qui eiectus fuit è gestatorio, & alia de Pheretro defuncti nostri, vt & Tobias cōmendatur in opere suo Tob. 2. Primo propter abstinentiam, quia relinquens prandium, ieiunus peruenit ad corpus quod sustulit ad sepeliendum. Hoc ieiunium propter charitatem fuit valdè meritorium, & quo magis ex ea processit.

Imperium temporale ...

... altitudines ...

Imperatorum laudes

Mors Imperatoris quia humiliatus est.

Humiliationis meritum.

Officium pietatis.

ſit. Secũdo, ob prudentiã in obſeruando locum, ſc. in quo occultaret, ne impediretur, & tempus congruũ, ſc. quando ſol occubuiſſet. Et tanta pietate, quia licet ſub periculo mortis prohibitum fuerat, ille tamen magis timuit Deum, quàm hominem. Tertio, propter miſericordiam, ſc. de mortui ſepultura, quæ inter alia opera miſericordiæ apud illum excellebat. Vnde Tob. 12. *Quando orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos, & relinquebas prandium tuum, & mortuos abſcondebas per diem in domo tua, & nocte ſepeliebas, ego obtuli orationem tuam Domino*, ſc. qui dabit gratiam & gloriam. Pſal. 83 Quantæ ſint Imperatorum facultates, dignitates & iura, in catalogo gloriæ mundi ſcribuntur, ſed in morte, quia iſta nihil proſunt, & maximè ſi illis abutuntur, ideo nolui quicquam afferre; Imperator in viuis etiam ſubiectus eſt Eccleſiaſticæ iuriſdictioni, vti Theodoſio oſtendit S. Ambroſius, & ipſi ſunt primogeniti Eccleſiæ Romanæ, tenentur iura Eccleſiaſtica defendere, prout & alia, debent viuere ſanctè, piè, ſobriè, iuſtè, & alijs dare exempla, Regis ad exemplũ totus componitur orbis, &c. Si in his ſuis profeſſionibus peccant, multum peccant, quo maiores, eo peiores, & fiunt Deo & populo odioſi, & Deus rationem à ſuo Vicario exacturus, & debita vel delicta ſeueriſſimè puniet. Rogemus autem pro Imperatore noſtro defuncto, ſub cuius regimine in pace fuimus nos & noſtra, cultus diuinus propagatus fuit, Eccleſia S. Catholica cum ſuis libertatibus & priuilegijs conſeruata, pupilli & viduæ defenſatæ, Reſpublica in flore fuit, & Regna & Imperia, vt Deus det illi gloriam regni ſui immarceſſibilem, nobis autem defenſorem ſtrenuum quemcunque voluerit Deus Vicarium ſuum, vt Deo poſſimus etiam ſeruire, & viuere hic, & tandem in ſæcula.

In funere Regis.

Rex hodie eſt, & cras morietur. Cum enim morietur homo, hereditabit ſerpentes & beſtias & vermes. Eccl. 10.

NOn ſufficit, quod ante oculos ſitum eſt, intueri, ſed rerum exitus prudentia metitur. Quia ad prudentem pertinet ea, quæ ſunt ad finem dirigere & ordinare in finem. Sicut medicus dicitur prudens, quando ordinat medicinas, quæ ſanitatem reſtituunt. Quæ autem ante oculos ſita ſunt, ſunt vel quæ fiunt, vel ſunt in præſenti, exitus autem dicit quid futurum, ſc. finem rei. Ergo ita ſe habent ea quæ de rebus ante oculos ſita ſunt ad exitus ipſarum rerum, ſicut ea quæ ſunt ad finem. Sed non poteſt aliquis, ea, quæ ſunt ad finem, in ipſum finem dirigere, niſi ipſum prius conſideret. Vnde ad hoc vt ſagittarius ſignũ tangat, non ſufficit intueri ſolam ſagittam, ſed etiam ſignum, ad quod dirigit ſagittam. Homo ergo imprudens conſiderans ſolam vitam regis & gloriam, quam habet viuens, & exitum non reſpiciens, reputat illum omnino fœlicem. Prudens vero qui exitus metitur & contemplatur quod vita cum gloria regis habebit celerem & calamitoſum exitum, contemnendum potius ſtatum eius quam appetendum iudicat ex verbis allegatis. In quibus primo magna dignitas ponitur. Quia Rex qui tanto eſt excellentior, quanto eſt iuſtior, potentior, ſapientior & humilior. Quia rex ſubditis ſuis tanto magis eſt venerabilis, quanto magis à Regibus & ab eis mala repellit. Prou. 20. Rex qui ſedet in ſolio iudicij, diſſipat omne malum intuitu ſuo. Tunc autem ita ſedere dica-

dicitur, quando benè seruat iustitiam, vnicuique suum reddens, cohibens malum, curans bonum. Ps. 98. *Honor regis iudicium diligit.* Et Salomoni Regi dixit regina Saba, 2. Par. 9. *Idcircò posuit te Deus regem, vt facias iudicium & iustitiam.* Item quantò rex est potentior, tantò magis timetur, & quanto magis timetur, tanto in maiori veneratione habetur. Ps. 23. *Dominus fortis & potens ipse est rex gloriæ*, scil. qui glorificatur & honoratur à subditis. Præterea rex est tanto magis venerabilis populo suo, quanto per eum status bonus & pacificus stabilitur & conseruatur. Sap. 6. *Rex sapiens populi stabilimentum.* E contra, Eccl. 10. *Rex insipiens perdit populum suum, sicut Roboam.* 3. Reg. 12. Insuper rex tanto est venerabilior, quanto gratiosior. Sed sicut superbia facit hominem Deo & hominibus odiosum, sicut dicitur de Lucifero, Iob 41. quod ipse sit rex super omnes filios superbiæ, ita humilitas facit gratiosum. Eccl. 3. *Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam.* Et dato quòd virtutes omnes in illo defuncto fuerint, non apparet amplius eius iustitia, nec potentia, nec sapientia, nec humilitas. Et ideo potest quæri de tali rege, sicut figurata est Isa. 37. *Vbi est rex Emath, & rex Arphat, & rex vrbis Capharnaum, & rex Ana.* sc. propter iustitiam, potentiam, sapientiam & humilitatem. Secundò, ponitur mutatio, quia hodie est viuus, & cras morietur. 1. Machab. 2. *Gloria eius stercus & vermis est, hodie extollitur, & cras non inuenietur, quia conuersus est in terram suam.* E quibus verbis ostenditur ratio, quare homo non debet extolli de gloria præsenti, primo propter eius fœditatem, quia stercori & vermi assimilatur. Stercori, quia importat fœditatem culpæ, sc. superbiæ & vanæ gloriæ. Vermi propter remorsum conscientiæ. Iob 25. *Homo putredo, & filius hominis vermis.* Secundo, propter eius breuitatem, Luc. 12. *Sicut fœnum, quod hodie est in agro*, sc. breui tempore in mundi prosperitate florés, *& cras in clibano aduersitatis vel mortis arescés.* Tertio, propter eius vanitatem, quia citò euanescit. Isa. 22. *Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.* Ps. 36. *Vidi impium superexaltatum.* Quarto, propter vilitatem, quia conuertitur in terram. Tertiò, ponitur consequentia originalis calamitatis. Quia cum morietur, &c. sed non determinat quando vel quo tempore. Sed cũ morte extinguitur fama. Primo, sicut fracta campana cessat sonus. Ps. 9. *Quando morietur & peribit nomen eius.* Et iterum: *Periit memoria eius cum sonitu.* Secundo, tollitur opulentia, sicut fracto vase effunditur vinum, & vas euacuatur. Ps. 48. *Homo cùm interierit, non sumet omnia secum.* &c. Iob 27. *Diues cùm dormierit, nihil secum afferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet.* Tertio, replebitur opprobrio, quia hæreditabit serpentes. Nam aliquando hominem viuum serpentes occidunt, mortuũ bestiæ comedunt, sepultum vermes corrodũt. Vel referuntur hæc ad corpus mortuũ, tunc hæreditabit serpentes, &c. Deut. 33. *Dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram atque serpentium, sed vermes erunt ab intra.* Iob 21. *In puluere dormient, & vermes operient eos.* Vel moraliter de auaro, vbi dæmones serpunt, quia animam continuè torquebunt. Sed in laudem Imperatoris, Regis, & cuiusuis rectoris laudabilis potest dici illud Iere. 23. *Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit.* Sic ergo nota laudes, quia debet esse audax ad præcedendum exemplo, defensione, fortitudine, vt rex apum, leo qui ad nullius occursum pauebit, Pro. 30. & 1. Reg. 12. *Nunc rex graditur ante vos, & pugnabit bella vestra.* Fortis ad resistendum, vt est bos in labore. Prou. 14. *Ibi est manifesta fortitudo bouis.* Et rex apum dicitur duplo esse maior corpore & virtute, Isa. 19. *Rex fortis dominabitur eorũ.* Cautus ad præuidendum pericula omnium inimicorum. Act. 20. *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei.* Clemens ad indul-

[Margin notes: 3. propter vanitatem. / Originalis calamitas. / Fama cum morte extinguitur. 1 / 2 Opulentia. / 3. Implebitur opprobrio. / Regis laudes. / Audax. / Fortis. / Cautus. / Clemens.]

indulgendum, vt rex apum, 3. Reg. 20. *Reges domus Israel clementes sunt.* 1. Mach. 2. *Dauid in misericordia consecutus est sedem regni in sæcula.* Pro. 20. *Misericordia & veritas custodiunt regem.*

Iustus. Iustus ad iudicandum. Psalm. *Honor regis iudicium diligit.* Pro 29. *Rex iustus eriget terram suam*, sc. sicut sol planetas, qui est oculus mundi, iocunditas diei, pulchritudo cœli, mensura temporum, virtus & vigor omnium terræ nascentium, decor & perfectio stellarum, rex & dominus planetarum.

Diligens. Diligens ad inquirendum, Pro 15. *Gloria regum est inuestigare sermonem.* Iob 29. *Cùm sederem quasi rex circumstante exercitu.* Et sequitur: *Oculus fui cæco, & pes claudo & causam, quam nesciebam, diligenter inuestigabam.*

Humilis. Humilis ad seruiēdum. Psalm. *Reges vt seruiant Domino.* Isa. 60. *Reges eorum ministrabunt tibi.*

Astutus. Astutus ad cognoscendum. Aquila habet visum limpidissimū. Leo dicitur oculis apertis dormire. Psal. 2. *Et nunc reges intelligite*, &c.

Stabilis. Stabilis ad perseuerandum, Dan. 6. *Scito rex, quod lex Medorum & Persarum est, vt omne decretum, quod statuerit lex, non liceat immutari.*

Authenticus. Authenticus ad imperandum, exemplo leonis, qui incessu, vultu, gestu, & rugitu authoritate præcedit, 2. Par. 9. *Magnificatus est Salomon super omnes reges.*

Liberalis. Liberalis ad prandendum. Aquila & leo prædam soli non comedunt, 2. Esdræ 3. *Rex Darius fecit cœnam magnam.* Ideò & inunguntur, 2. Reg. 5. *Vnxerunt Dauid regem super Israel.* Isa. 60. *Mamilla regum lactaberis.*

Sapiens. Sapiens ad gubernandum. Isa. 32. *Ecce in sapientia regnabit rex.*

Innocens. Innocens ad operandum, 2. Reg. 14. *Rex & thronus eius sint innocens.*

Pacificus. Pacificus ad conuiuendum, 3 Reg. 1. *Viuat rex Salomon*, sc. pacificus.

Honestus. Honestus ad conuersandum, Isa 33. *Rex in decore suo videbit.*

Flebilis. Flebilis ad Deum timendum, 2. Reg. 13. *Rex & omnes serui eius fleuerunt.*

Deuotus. Deuotus ad offerendum. Psalm. *Reges Tharsis & insulæ munera offerent.*

Trāquillus. Tranquillus ad audiendum Sap. 6. *Audite reges & intelligite.*

Seuerus. Seuerus ad corrigendum, Pro. 20. *Dissipat impios rex sapiens.*

Modestus. Modestus ad loquendum, Isa 52. *Continebunt reges os suum.*

Facilis. Facilis ad consilium adhibendum. Iob 19. *Cùm sederem quasi rex circumstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.*

Parcus vini. Parcus vini. Pro. 21. *Nolite regibus dare vinum.* In summa autem dico, vt quisque regens se accommodet exemplo rectoris supremi, ne cogatur esse tandem subditus inferioris sc. diaboli. Qui autem bonus est rex, illi honor & gloria, & præmium, sicut Cicero d. de Repub. Principem ciuitatis alendum esse gloria, & Deus illos remunerat hic & in futuro.

Principi decet veritas. Illos decet veritas. Prouer. 16. *Non decet principem labium mendax.* Iustitia. Sap. 5. *Iusti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum.* Psalm. 111. *In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit.*

Affabilitas. Affabilitas, Noli te in sublime tolli.

Liberalitas. Liberalitas, Pro 22. *Gloriam & honorem acquiret, qui dat munera* &c. 18. *Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit.*

Magnanimitas. Magnanimitas. S. Thomas 2. 2. Sapientia, Eccl. 10. & de Christo dicitur Ier. 23. *Et regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra.*

Continentia. Continentia, Gen. 26. *Qui tetigerit hominis eius vxorem, morte morietur.*

Principatus Romanorum [illegible] Ex tribus adhuc laudatur Romanorum principatus, quæ sunt, syncerus amor pro patria, traditio legum sanctissima, & morum beneuolentia. August. lib. 3. de ciu. Dei. *Læta gens item, pax subditorum, cortinæ dignitas, Ecclesiarum cura & restauratio Ioiadæ exemplo.* 4 Reg. 12. & 2. Par. 24. Seueritas in delinquentes, studiorum ratio & gymnasiorum in terra sua multum commendat. Ipsis etiam principibus fidem & reuerentiam seruari oportet in principatu, dominatione, potestate, dignitate, gloria, vigore, honorificentia, & iurisdictione super inferioribus in possessionibus, diuitijs, læta gente diuersarum regionum & nationum, in palatio, in diademate, corona, sceptro, chlamyde purpurea, tunica coccinea, & alijs indumentis, quæ principem decent, & in diuersorum ordinum officialibus

suis

sibi seruientibus,&c. Et crimen incurrit sacrilegij, qui disputat de potestate principis. Talis verò fuit Dominus noster, qui virtutes omnes illas habuit & dignas qui a Deo remuneretur.

In funere principis.

Princeps maximus hodie cecidit in Israel. 2.Reg.3.

Simile.

MAximarum turrium ruinam sequitur magnus sonitus damnum & deploratio: sicut & fragor, aquæ ruentis ex magno mōtis præcipitio, vel lapidis ex alto monte, ita fit de hoc duce nostro defuncto, cuius exemplum habemus, Luc.13.de octodecim viris, super quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos. Sic post nostrum defunctū sequitur magnum damnum in populo, magnus eius eiulatus, quia hostes minātur etiam exitium, quia cum audacia insurgunt, 1.Machab.9. *Post obitum Iudæ emerserunt iniqui in omnibus finibus Israel, & exorti sunt omnes qui operabantur iniquitatem.* Et sequitur: Quod exquirebant & perscrutabantur amicos Iudæ, & vindicabant in illos, & facta est tribulatio magna in Israel. Sic est periculum, luctus & populi tristitia de defuncto nostro, quia cecidit in detrimentum suæ gentis. Erat enim princeps magnus ratione nobilitatis, maior ratione dignitatis, maximus ratione probitatis. Ideo meritò dici potest, quod ipse figuratus fuit 1.Mach.2. in Matathia, cui nuncij ab Antiocho rege missi dixerunt: *Princeps & clarissimus & magnus es in hac ciuitate, & ornatus filijs & fratribus.* Ecce princeps iste. Principatus ostendit virum, ait philosophus. Aliqui sunt indigni propter defectum prudentiæ, sicut Roboam filius Salomonis, de quo Eccl. 47. *Dereliquit,* sc. Salomon, *post se de semine suo gentis stultitiam, & imminutum à prudentia Roboam, qui auertit gentem consilio suo.* Est enim princeps sine prudentia, velut oculus sine luce, qui nescit viam rectam tenere, sicut nec imprudens rectum consilium. Quidam propter defectum iustitiæ, sunt vti lupi ad rapinam, Ezech. 22. *Principes eius in medio eius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & auarè sectando lucra.* Quidam propter defectum temperātiæ. Ioseph Psalm.104. dicitur, quòd constituit eum Dominum domus suæ, & principem omnis populi sui, dixit Gen.43. *Mecum sunt comesturi meridie.* Quidam propter defectum fortitudinis, sc. contra bella spiritualia, sc. contra tentationes & cōtra vitia, sed corruunt quoque in eis, ideò facit Deus eos plerunque corruere & in bello corporali. Oseæ 7. *Facti sunt quasi arcus dolosus, cadent in gladio principes eorum.* Secundò, commendatur ob famæ celebritatem, quia clarissimus, 1.Cor.15. alia est claritas solis, alia lunæ, alia stellarum. Isti sunt de quibus Dan 12. Qui ad iustitiam erudiunt multos, erunt sicut stellæ. Fama autem oritūr ex magna iustitia, & talis est sol. Item dicit Apostolus de Melchisedech Heb.7. qui interpretatur rex iustitiæ, deinde autem dictus rex Salem quod est rex pacis, quia sicut dicitur Esa.32. *Opus iustitiæ pax.* De tali potest dici illud Psal.88 *Thronus eius sicut sol.* sc. propter iustitiæ claritatem & firmitatem. Eccl.27. *Homo sanctus in iustitia manet sicut sol.* Tertiò, commendatur opulentia diuitiarum, quia magnus in ciuitate hac. Illi sunt magni & possunt multum iuuare Remp. & ideò non est peccatū honorare eos propter diuitias, sed propter Reip. necessitatem & vtilitatē, & propter statū. Ille aliquando tenetur bella gerere vel largiri, & dare munera militibus, vt Assuerus, Hester 2. ita oportet esse principem magnū, id est magnarum diuitiarum. Quartò, Familiæ nobilitas: Quia ornatus filijs & fratribus. Exemplum 1. Machab. 3. *Post mortem*

Principes indigni quidā propter defectum prudentiæ.

Quidā propter defectum temperantiæ.

Quidā propter defectum fortitudinis.

Famæ celebritas.

Opulentia diuitiarum

Familiæ nobilitas.

Matathiæ surrexit Iudas, qui vocabatur Machabæus filius eius pro eo, & adiuuabant eum omnes fratres eius Secundò introducitur iste dominus noster sicut deflendus. Quia cecidit, sc. per motem à statu dignitatis suæ, & sicut maiores, ita minores. Quia hæreditas transit in posteros cum onere suo, & nemo excipitur. Psalm. 81. *Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis.* Et dicit sicut vnus: quia omnes simul non moriuntur. Aduerte, quando vento impellente cadit vna arbor multum vetusta, putrida & infructuosa, tunc homo gaudet potiùs, quàm dolet, quia in loco vnde euellitur, potest ponere aliam nouã & fructuosam. Sed quando cadit arbor procera & fructuosa, tunc conqueritur. Ita quãdo per aduentũ mortis caderet princeps vnus, qui iam præ senectute nimia esset factus inutilis & desipiẽs, vel propter nimiam infirmitatem & incurabilem esset totus putridus, certè de talis principis obitu esset dolendum. Sed quando moritur princeps robustus & serenus, & Reip. vtilis, tunc est materia fletus, Thren. 5. *Defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster, cecidit corona capitis nostri.* Inprimis videamus amabilitatem eius, quia dicitur gaudium cordis nostri. Tyrannus vult timeri, quod est contrarium, & propter strenuitatem illius, quia dicitur, *Versus est in luctum,* &c. Quia antiquitùs obuiabant ei chori mulierũ & virginum, &c. ludentium & gaudentium, & habetur 1. Reg. 18. vbi dicitur, quod cùm reuerteretur Dauid percusso Philistæo, & ferret caput eius in Ierusalem, egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel, cantantes, chorosque ducentes in occursum regis Saulis, in tympanis lætitiæ & sistris, & præcinebant mulieres ludentes. &c. Ita etiã fiebat Ex. 15. de Moyse, & Iudic. 11. de Iephte. Et quãuis talia fierent, dum viuerent, tamen postea in morte ipsorum conuertebatur chorus in luctum, sicut de Moyse, Deut. 34. & de Iuda Machabæo, 1. Mach. 9. Tertiò, aduerte propter principatus dignitatem. *Quia cecidit corona,* s. *n.* quæ est gloria regni siue principatus. Ierem. 13. *Descendet de capite nostro corona gloriæ vestræ.* Vel notatur dignitas, & ita dicitur Iob 19. *Abstulit coronam de capite nostro.* Postremo periculum notatur, quod venit ex remoto principe, quod figuratum fuit 3. Reg. 22. vbi ait Michæas Propheta: *Vidi cunctum Israel dispersum in montibus, sicut oues non habentes pastorem.* Itaque bonus princeps congregabit illos potiùs, Psal. 146. *Dispersiones Israel congregabit.* Periculum enim est in dispersione, quia omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, Matth. 12. Sed nota, quod non dicat dispersionem, sed dispersiones, quia diuersa vitia faciunt in hominibus diuersas dispersiones. Ponitur autem secundo debitum vnitatis. Quia Israel dispersiones sunt, sc. populi Deum videntis, sc. cognoscentis Deum per fidem, in quibus non deberet esse dispersio, sed potiùs vnitatis congregatio. Nam sicut est in eis vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, ita deberet esse vna puritas & vna charitas. 1. Pet. 3. *In fide autem omnes vnanimes.* Tertiò, ponitur dispersionis remedium, quia congregabit, Ioan. 11. dicitur, quod Christus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui dispersi erant congregaret in vnum. Quæ quidem hic incipitur, sed consummatur ibi, de quo dicitur, Marci 13. *Congregabit electos à quatuor plagis terræ vsque ad summum cæli,* sc. cælestis gaudij.

Princeps mortuus est deflendus.

Simile de arbore.

In funere Ducis.

Dux de terra Ægypti non erit amplius. Ezech. 30.

Natura ostendit nobis ductore opus esse, grues namque non volant sine duce, examen apum stante duce nō confleuit procedere, neque cerui transnatent, & elephantes maiorem natu sequuntur. Ideo & homines non possunt se bene gubernare sine bono duce, ideò rogandus est Deus vt aliquem ipse concedat. 1. Mach. 3. *Posuit eum Ducem virtutum,* scil. virtutum charismatibus præditum, cuius prudētia regātur subditi, cuius iustitia conseruentur, cuius fortitudine defendantur, & temperantia ædificentur. Quo vtilior autem talis dux est, eo flebilior est eius sublatio, sicut & fit nobis hodie. Dignitas ipsius exprimitur, quia Dux. Et si ad conseruandam vitam propriam multum student circa cibum potum & alia, multò magis debent laborare in conseruanda vita virtuosa & spirituali, ad quod iuuat sapientia & sciētia Ducis. Sapiens enim scit sibi præcauere à periculis, abstinere à nociuis, præmunire ab inimicorū insidijs. Ideò dicitur, Prouerb. 28. *Propter sapientiam hominum & scientiam eorum quæ dicuntur, vita longior erit.* Vt bonus gubernator sit, indiget gubernari tripliciter: Respectu Dei sc. videre diuinæ volūtatis beneplacitum, à qua omnia creata processerunt. Quia *omnia, quæcunque voluit Dominus fecit,* Psalm. Et sic dicebat Christus, Ioan. 8. *Ego, quæ placita sunt ei facio semper.* Hac sapientia caruit Saul 1 Reg. 15. quando prætermisit mandatum Domini reseruando pecora meliora ne sacrificaret ea. Ita Salomon orabat, Sap. 9. *Da mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiam. Mitte illam de cælis sanctis tuis,* &c. *Et erunt accepta opera mea, & disponā populum tuum iustè,* Respectu sui, scil. vt sciat laudabiliter viuere & sine peccatis, Prouerb. 9. *Si sapiens fueris, tibimetipsi eris,* &c. Eccl. 3. *Cor sapiens & intelligens abstinebit se à peccatis.* Respectu officij sibi commissi. Dixit autem Plato, beatas fore Resp. si eas vel sapiētes regerent, vel rectores earum sapientiæ studerent. Sapientiam petebat Salomon a Domino, 3. Reg. 3. De tali dicitur Iac. 3. quod desursum est sapientia, primo quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & bonis fructibus, iudicans sine simulatione. Hæ sunt bonę conditiones in Duce. Aduerte etiam quod oportet eum iudicare secundùm scientiam. In consulēdo habere scientiam discernendi vtile ab inutili, in iudicando verum à falso, in doctrina verò ea quæ sunt in scriptura Sacra, quæ credenda, agenda, speranda, diligenda, & hæc est scientia sanctorū, de qua Sap. 10. *Dedit illi scientiam sanctorum.* De his qui eam non habent, Sap. 13. *Vani sunt omnes homines, quibus nō subest scientia Dei.* Sequitur in verbis allegatis, *Vita ducis lōgior debet esse erit.* Vbi nota, quod vita ducis debet esse nobilis, sc. nobilitate virtutum: de quibus Sap. 8. *Sobrietatem & prudentiam docet, & iustitiam & virtutem,* scil fortitudinem, quibus nihil est vtilius in vita hominibus. Quinque autem faciunt vitam homini longæuam. Primum honoratio parentum, Deut. 5. *Honora patrem tuum & matrem tuam, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tempore & bene sit tibi.* Secundum, Obseruantia præceptorum, sc. diuinæ legis, Pro. 3. *Ne obliuiscaris legis meæ & præcepta mea cor tuum custodiat. Longitudinem enim dierum & annos vitæ & pacem apponent tibi.* Tertium, Ratio pœnitentium. Sicut de Ezechia, Isai. 38. & Psal 20. *Vitam petijt à te & tribuisti longitudinem dierum* Quartū, Odium vitiorū, sed magis auaritiæ, Pro. 28. *Qui odit auaritiam, longi fient dies eius,* scil. quia nimis laborant in acquirendo, vel periculis se exponendo, vel propter opes occūbendo, vel quia participes erūt ater-

Marginalia: Respectu officij. — Ducis conditiones bonæ. — Ducis vita nobilis. — Vitā longæuā homini faciunt quinque. — 1 Honoratio parentum. — 2 Obseruātia præceptorū. — 3 Ratio pœnitentium. — 4 Odium vitiorum.

Matathiæ surrexit Iudas, qui vocabatur Machabæus filius eius pro eo, & adiuuabant eum omnes fratres eius. Secundò introducitur iste dominus noster sicut deflendus. Quia cecidit, sc. per mortem à statu dignitatis suæ, & sicut maiores, ita minores. Quia hæreditas transit in posteros cum onere suo, & nemo excipitur. Psalm. 81. *Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis.* Et dicit sicut vnus: quia omnes simul non moriuntur. Aduerte, quando vento impellente cadit vna arbor multum vetusta, putrida & infructuosa, tunc homo gaudet potiùs, quàm dolet, quia in loco vnde euellitur, potest ponere aliam nouã & fructuosam. Sed quando cadit arbor procera & fructuosa, tunc conqueritur. Ita quãdo per aduentũ mortis caderet princeps vnus, qui iam præ senectute nimia esset factus inutilis & desipiẽs, vel propter nimiam infirmitatem & incurabilem esset totus putridus, certè de talis principis obitu esset dolendum. Sed quando moritur princeps robustus & serenus, & Reip. vtilis, tunc est materia fletus, Thren. 5. *Defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster, cecidit corona capitis nostri.* Inprimis videamus amabilitatem eius, quia dicitur gaudium cordis nostri. Tyrannus vult timeri, quod est contrarium, & propter strenuitatem illius, quia dicitur, *Versus est in luctum*, &c. Quia antiquitùs obuiabant ei chori mulierũ & virginum, &c. ludentium & gaudentium, & habetur 1. Reg. 18. vbi dicitur, quod cùm reuerteretur Dauid percusso Philistæo, & ferret caput eius in Ierusalem, egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel, cantantes, chorosque ducentes in occursum regis Saulis, in tympanis lætitiæ & sistris, & præcinebant mulieres ludentes, &c. Ita etiã fiebat Ex. 15. de Moyse, & Iudic. 11. de Iephte. Et quãuis talia fierent, dum viuerent, tamen postea in morte ipsorum conuertebatur chorus in luctum, sicut de Moyse, Deut. 34. & de Iuda Machabæo, 1. Mach. 9. Tertiò, aduerte propter principatus dignitatem. *Quia cecidit corona, &c.* quæ est gloria regni siue principatus. Ierem. 13. *Descendet de capite vestro corona gloriæ vestræ.* Vel notatur dignitas, & ita dicitur Iob 19. *Abstulit coronam de capite nostro.* Postremò periculum notatur, quod venit ex remoto principe, quod figuratum fuit 3. Reg. 22. vbi ait Michæas Propheta: *Vidi cunctum Israel dispersum in montibus, sicut oues non habentes pastorem.* Itaque bonus princeps congregabit illos potiùs, Psal. 146. *Dispersiones Israel congregabit.* Periculum enim est in dispersione, quia omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, Matth. 12. Sed nota, quod non dicat dispersionem, sed dispersiones, quia diuersa vitia faciunt in hominibus diuersas dispersiones. Ponitur autem secundo debitum vnitatis. Quia Israeli dispersiones sunt, sc. populi Deum videntis, sc. cognoscentis Deum per fidem, in quibus non deberet esse dispersio, sed potiùs vnitatis congregatio. Nam sicut est in eis vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, ita deberet esse vna puritas & vna charitas. 1. Pet. 3. *In fine autem omnes vnanimes.* Tertiò, ponitur dispersionis remedium, quia congregabit, Ioan. 11. dicitur, quod Christus moriturus erat pro gente, & non tantùm pro gente, sed vt filios Dei, qui dispersi erant congregaret in vnum. Quæ quidem hic incipitur, sed consummabitur ibi, de quo dicitur, Marci 13. *Congregabit electos à quatuor plagis terræ vsque ad summum cæli*, sc. cælestis gaudij.

Princeps mortuus cur deflendus.

Simile de arbore.

Princeps mortuus quid periculum, sc. in dispersione.

Vnitatis debitum.

Dispersionis remed.

In fu-

In funere Ducis.

Dux de terra Ægypti non erit amplius. Ezech. 30.

Natura ostendit nobis ductore opus esse; grues namque non volant sine duce, examen apum stante duce nō consueuit procedere, neque cerui transnatant, & elephantes maiorem natu sequuntur. Ideo & homines non possunt se bene gubernare sine bono duce, ideò rogandus est Deus vt aliquem ipse concedat. 1 Mach. 3. *Posuit eum Ducem virtutum*, scil. virtutum charismatibus præditum sit, cuius prudētia regātur subditi, cuius iustitia conseruentur, cuius fortitudine defendantur, & temperantia ædificentur. Quo vtilior autem talis dux est, eo flebilior est eius sublatio, sicut & fit nobis hodie. Dignitas ipsius exprimitur, quia Dux. Et si ad conseruandam vitam propriam multum student circa cibum potum & alia, multò magis debent laborare in conseruanda vita virtuosa & spirituali. ad quod iuuat sapientia & sciētia Ducis. Sapiens enim scit sibi præcauere à periculis, abstinere à nociuis, præmunire ab inimicorū insidijs. Ideò dicitur, Prouerb. 28. *Propter sapientiam hominum & scientiam eorum quæ dicuntur, vita longior erit.* Vt bonus gubernator sit, indiget gubernari tripliciter: Respectu Dei sc. videre diuinæ volūtatis beneplacitum, à qua omnia creata processerunt. Quia *omnia, quæcunque voluit Dominus fecit*, Psalm. Et sic dicebat Christus, Ioan. 8. *Ego, quæ placita sunt ei, facio semper.* Hac sapientia caruit Saul 1. Reg. 15. quando prætermisit mandatum Domini reseruando pecora meliora ne sacrificaret ea. Ita Salomon orabat, Sap. 9. *Da mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiam. Mitte illam de cælis sanctis tuis*, &c. *Et erunt accepta opera mea, & disponā populum tuum iustè*, Respectu sui, scil. vt sciat laudabiliter viuere & sine peccatis, Prouerb. 9. *Si sapiens fueris, tibimetipsi eris*, &c. Eccl. 3. *Cor sapiens & intelligens abstinebit se à peccatis.* Respectu officij sibi commissi. Dixit autem Plato, beatas fore Resp. si eas vel sapiētes regerent, vel rectores earum sapientiæ studerent. Sapientiam petebat Salomon à Domino, 3. Reg. 3. De tali dicitur Iac. 3. quod desursum est sapientia, primo quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & bonis fructibus, iudicans sine simulatione. Hæ sunt bonæ conditiones in Duce. Aduerte etiam quod oportet eum iudicare secundùm scientiam. In consulēdo habere scientiam discernendi vtile ab inutili, in iudicando verum a falso, in doctrina verò ea quæ sunt in scriptura Sacra, quæ credenda, agenda, speranda, diligenda, & hæc est scientia sanctorū, de qua Sap. 10. *Dedit illi scientiam sanctorum.* De his qui eam non habent, Sap. 13. *Vani sunt omnes homines, quibus nō subest scientia Dei.* Sequitur in verbis allegatis, *Vita ducis lōgior debet esse erit.* Vbi nota, quod vita ducis debet esse nobilis, sc. nobilitate virtutum: de quibus Sap. 8. *Sobrietatem & prudentiam docet, & iustitiam & virtutem*, scil. fortitudinem, quibus nihil est vtilius in vita hominibus. Quinque autem faciunt vitam homini longæuam. Primum honoratio parentum, Deut. 5. *Honora patrem tuum & matrem tuam, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tempore & bene sit tibi.* Secundum, Obseruantia præceptorum, sc. diuinæ legis, Pro. 3. *Ne obliuiscaris legis meæ & præcepta mea cor tuum custodiat. Longitudinem enim dierum & annos vitæ & pacem apponent tibi.* Tertium, Ratio pœnitentium. Sicut de Ezechia, Isai. 38. & Isal 20. *Vitam petijt à te & tribuisti longitudinem dierum.* Quartū, Odium vitiorū, sed magis auaritiæ, Pro. 28. *Qui odit auaritiam, longi fient dies eius*, scil. quia nimis laborant in acquirendo, vel periculis se exponendo, vel propter opes occūbendo, vel quia participes erūt æter-

Margin notes: Dux necessarius. — Gubernator debet habere. Respectu Dei. — Respectu sui. — Respectu officij. — Ducis conditiones bonæ. — Ducis vita nobilis. — Vitā longeuā homini faciunt quinque. — 1 Honoratio parentum. — 2 Obseruātia præceptorū — 3 Ratio pœnitentium. — 4 Odium vitiorum.

Ideò pereūt

æternæ claritatis,ideò diu viuēt. Quintum,Vsus intellectualium virtutum,sc. sapientiæ & prudentiæ, quibus mortis pericula præcauentur & regimen vitæ debito moderamine exercetur, & remedia etiam debita contra euentus fortuitos adhibentur. Ideò Salomon, Pro. 3.postquam dixit: *Beatus homo qui inuenit sapientiam & qui affluit prudentia*: Subdit: *Longitudo dierum in dextera eius & in sinistra illius diuitiæ & gloria.* quasi dicat,si sit in dextera prosperitatis,scit eā ita tenere,quod perseueret in ea in lōgitudine dierum, vt Abraham & Iob.vltim.c. Dux debet esse audax alios præcedens exemplariter,sagax alios ordinās regulariter, viuax alios defendens virtualiter. Debet esse vir non puer,2.Par.8. *Ipsi*,scilicet filij Israël,*erant viri bellatores & duces populi.* Sæpè enim contingit, quod prudentia suppleat ætatem, Sapient.4. Senectus venerabilis est,non diuturna neque annorum numero computata. Sequitur: *Cani sunt sensus hominis & ætas senectutis vita immaculata.* Daniel.14.Dixerunt ei senes, veni & sede in medio nostrum, quia tibi dedit Deus honorem senectutis.Mat. 18.Puerum Christus statuit in medio & alijs prætulit,Matth.4.& Ioan.21.Christus vocauit Ioannem adolescentem ad Apostolatum. Et quisque in tali officio constitutus debet frequenter recogitare illud quod dicitur,3.Reg.16.*Posui te ducem super populum meum Israel.*Secundo,Notatur beneficium adeptę libertatis,quia ex AEgypto, scilicet loco angustiæ per mortem egressus est, ita quòd non erit ampliùs in ea. Potuisset ergò verè dici isti duci nostro dum moreretur vel iam mortuo & adhuc in via,scilicet fortè in Purgatorio existenti illud, Deut.11.*Terra ad quam ingrederis, non est sicut terra AEgypti de qua exiisti.* Vbi nota primò habitationē æternam. Status enim sanctorum est immutabilis,quia beatitudo sanctorum in Deo apud quem nōest transmutatio,nec vicissitudinis obumbratio,sed status noster est generationi & corruptioni obnoxius,Eccles.1. *Generatio præterit & generatio aduenit, terra autem in æternum stat*,scil. in vita ista vna generatio hominum præterit per mortem & generatio alia aduenit per natiuitatē,terra autem,scil.viuentium de qua Ps.141. *Portio mea in terra viuentium*, in æternum stat,quia semper viuit & nunquam moritur. Secundò, Promissio assequendæ fœlicitatis cum dicitur, *quam ingrederis*, quasi dicat,& si fortè in Purgatorio detentus nondum sis ingressus terram illā viuentium,tamen ingredieris. Propter fidem charitate formatam,in cuius figuram solum Caleph & Iosue,qui fuerunt creduli,ingressi sunt terram promissionis,quorum vnus significat fidem,scil. Iosue,alter scil. Caleph charitatē. Propter decentiā ministerij: Vnde qui immaculati sunt,Psal.14. *Qui ingreditur sine macula*,ingredientur domū cælestis conuiuij.Quod figuratur per Noe, qui propter iustitiam & innocentiam suam ingressus est arcam.Isai.26.*Aperite portas et ingrediatur gens iusta.* Propter gratiam Encænij.Nam illi qui portāt Encænia,permittuntur ingredi domum conuiuij: & talia sunt opera misericordiæ, quia sola misericordia est comes defunctorū. Vnde dicetur viro misericordi illud, Genes.24.*Ingredere benedicte vir Dei cur foris stas?*Matth.25.*Venite benedicti.* Tertiò, Segregatio præsentis calamitatis, quia non erit ibi calamitas,Quia terra AEgypti tenebrosa, at terra viuentium luminosa.Exod.10. *Factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra AEgypti,& vbicunque habitabant filij Israel lux erat.* Item quia terra AEgypti est terra angustiæ, Dan.13.*Angustiæ sunt mihi vndique,quia & vndique inimici tenēt nos obsessos*,Luc.19.*Circundabunt te inimici tui vallo.* Sed terra viuentium libera est,Pro.11. *Iustus de angustia liberatus est.* Præterea quia AEgyptus interpretatur tribulatio: ideò filij Iacob in AEgypto existentes dixerunt,Genes.42.*Venit super nos tribulatio:*

Sed

5 *Vsus intellectualium virtutum.*

Senectus venerabilis quæ.

Libertas adepta.

Habitatio æterna.

Promissio fœlicitatis assequendæ

Segregatio præsentis calamitatis

Sed terra viuentium remota est ab omni tribulatione, Iob 5. *In sex tribulationibus liberabit te, & in septem non tanget te malum.* Per sex tribulationes intelliguntur tribulationes huius mūdi. quia in sex diebus mundus factus est, qui sunt dies laboris & in his liberatus est homo, & purificatus à peccatis per labores pœnitentiæ & per tribulationes præsentes, sed in septimo, scil. Sabbathi, quæ significat requiem æternitatis, *non tanget te malum.*

Exemptio libertatis adepta. Quartò, exemptio adeptę libertatis d. *De quo exiui?* & ideo iam liber factus es ab eius angustijs, Psalm. 145. *Exibit spiritus meus & reuertetur in terram suam,* Quisque enim gaudet è terra misera & loco angustiæ exire in terram fœlicem locumque iocundum. Postremo dicitur, quia amplius non erit in statu temporalis potestatis, nec in eo statu, in quo fuit. Ideò antequam veniret ad istud exterminiū, debuit cum Propheta petere d. *Remitte mihi vt refrigerer priusquam abeam & amplius non ero.*

Dauid quatuor petit. Vbi quatuor petit, primò relaxationem culpæ ad beatitudinem

1 *Relaxationem culpæ.* consequendam, Psalm. 31. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates & peccata.*

2 *Remissionē pœnæ.* Secundò, Remissionem pœnę, scil. *vt refrigerer.* Mitigatur ardor, quādo in pœnitente pœna æterna in temporalem commutatur. Potest esse & tantus feruor compunctionis & ardor dilectionis in homine contrito, quod purgatur culpa & tollitur pœna.

3 *Præuentionē horæ, sc. mortis.* Tertio, præuentionem horæ, scil. mortis. Nam sicut homo prius delinquit, quam humilietur per pœnitentiā, iuxta illud Psal. 38. *Priusquam humiliarer ego deliqui.* Sic debet prius delicti veniam impetrare, quàm humilietur per mortem, & abeat ex hac vita, Iob 20. *Dimitte me, vt plangam paul. dolorem meum, antequam vadam & non reuertar.* Vnde si priusquàm abeat, per planctum pœnitentiæ peccata abluerit, tunc continget ei secundùm illud, 1 Reg. 19. *abijt & saluatus est.*

4 *Destructionem.* Quartò prædixit destructionem vitæ. Quia *amplius non,* &c. scil. in hac vita corruptibili, nec in delitijs istis, diuitijs, honoribus, bonis, &c. Apoc. 10. *Tempus non erit amplius.* Sed ibi erit pœnitentibus fœlicitas.

In funere viri litterati.

Moritur doctus sicut & indoctus, Eccles. 2.

MAgna est differentia viri docti & indocti: Primò, quātum ad vitæ solatium quia secundùm Senecam, Otium sine literis mors est, & viui hominis sepultura, 1. Mach. 12. *Habentes solatio sanctos libros,* Rom. 15. *Per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.* *Vir doctus & indoctus quantum differant.* 1

Secundò, Quantum ad literaturæ cōmodum: quia frequenter oportet aliqua legere, scribere dictare, quæ viri docti possunt commodiùs facere per seipsos, quàm per alios, quod indocti nequeunt, Eccl. 8. *Ne communices cum homine indocto.* 2

Tertiò, quātum ad scientiæ lucrum, Pro. 10. *Qui indocti fuerint, in egestate cordis morientur.* 3

Quartò, quātum ad fructū doctrinæ, quia docti possunt alios docere, non autem è contra, Prouerb. 14. *In corde sapientis requiescit sapientia et indoctos quosq; erudiet.* Pro. 13. *Vbi enim non est scientia, non est bonum.* 4

Igitur necessaria est. *Scientia necessaria.* Primò ratione perfectionis quæ perficit animam & omne imperfectum naturaliter appetit suā perfectionem, ideò quilibet affectat sciētiam. 1 Nam secundùm Philosophos anima est posita in corpore, vt scientijs perficiatur: aliàs enim est tanquam cera mollis aut tabula rasa, cui innata est omniū rerū ignorantia & intellectus est in potentia ad omnia, & non reducitur ad actū nisi per scientiā vt est secūdo de anima.

Secūdò ratione illustrationis, habitantib. in regione vmbræ mortis. 2

Tertiò ratione appetitus. 3 Quia oēs res habēt inclinationē ad operationē propriā, in qua etiā delectātur, vt aues ad volādū. Propria hominis operatio est intelligere. Vnde interrogatus Solon Atheniēs. quid esset diues sine

sine literis, respondit. *Ouis aureo vellere.* Et
Diues sine literis quis. Diogenes videns diuitem illiteratum
sedentem super lapidem dixit: *Lapis super lapidem.* Alius dixit, quod docti ab indoctis distent tantum, quantum homines à bestijs. Hinc qui eam scientiam quæserunt & acceperunt, magnum nomen sortiti sunt. Necessaria etiam est ratione fructificationis & vtilitatis innumeræ.
4 ræ. Sap. 7. *Præposui illam regnis & sedibus,* &c.
Pro. 1. *Doctrinam magis quam aurum eligite,* &c.
Bernard. Scientiæ laus. *Scientia,* dicit Bernardus in libro meditationum, *parit cognitionem amoris, amor frequentiam, frequentia familiaritatem, familiaritas fiduciam, fiducia facilem Imperatorem.* Et nullus animæ suauior est cibus, quàm perfecta
Fœlices qui cognitio veritatis. Fœlices enim sunt & beati omnes qui scientiam habent, te-
5 statur Salomon. Postremò scientia est honorabilis & gloriosa, & dat præmia & honores, Sap. 7. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per*
Artes liberales quare dicuntur. *manus illius.* In hoc conueniunt omnes quod sint 7. artes liberales, & dicuntur liberales, quia liberam mentem requi-
1 runt ad differentiam seruilium & mechanicarum, vbi artifices plus secundùm
2 corpora occupantur. Secundò, quia licitè & absq; seruitute peccati & super-
3 stitione addiscuntur. Tertiò, quia ad ipsas addiscendas pueri liberorum & nobilium tempore competenti ponebantur. Vel secundùm Patritium, quia liberos homines faciunt ab omni turpi ac sordido quæstu & ab omni voluptate ac turpitudine, & redigunt nos ad sapientiam, qua nihil præstantius mortalibus esse potest, quaque Deo coniuncti esse
Theologia inter scientias principem locum tenet. cernimur. Inter has Theologia præcipuum habet locum. Primò, ratione nobilioris subiecti quod est Deus. Tractat enim primò de Deo secùndùm rationem naturalis suæ perfectionis, eò quia infra
1 diuinam perfectionem comprehenduntur diuinæ attributa præsentiæ, personarum emanationes, & diuinæ proprietates, de quib. in primo lib. sententiarum.

Secundò, in quantum eius perfectio re- 2
lucet in operibus conditionis & sic tractat de creatione rerum, de creaturarũ distinctione & distinctorum ordinati-
one, & hoc in secũdo lib. sent. Tertiò, in 3
quantum eius operatio relucet in operibus restaurationis, & multa comprehenduntur opera facta à Christo, vt de natiuitate, passione & sic in 3 lib. sent.
Quartò, in quãtum relucet in operibus 4
sanctificationis, in quibus intelligendũ est de virtutum infusione, sacramentorum nouæ legis institutione. Secundò *Item.*
ratione certioris veritatis. Tertiò ratione dignioris materiæ. Quartò ratione nobilioris finis, qui est charitas & æterna fœlicitas. Quintò, ratione vtilitatis, Psalm. 118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum.* Sextò, ratione excellentioris Doctoris, qui est solus filius Dei. Heb. 1. *Multifariam multisq; modis olim Deus loquens patribus,* &c. Septimò ratione disciplinatus perfectionis sacræ Scripturæ discipuli fuerunt sub Deo præceptore & Doctore, Moyses, Samuel, Dauid, Abraham, Aaron, Ieremias, Isaias & alij Prophetæ. In nouo testamento fuit Ioannes Baptista maximus inter natos mulierum, Apostoli, discipuli, &c. Hanc sciuit & docuit defunctus noster: & mortuus est, tamen melius quam indoctus, qui hæc nescit, nec docet neque ob id quidquam meretur, nec habet consolationem in cognitione creatoris & redemptoris sui. Et quia Theologia præcellit omnes artes alias, ideò hic noster præferendus erat in viuis & nunc etiam in morte, & procul dubio locum habet cum Christo in cælis. Scientia iuris Canonici prima est post Theologiam, & necessaria, & ostenditur ex eius necessitate & vtilitate. Primò, quantum ad fidei munitionem, & *Ius Canoni. cõ ostenditur ex eius necessitate et vtilitate.*
Ecclesiæ S. Dei contra errores & hære-
ses subortas. Licet enim in scriptura Sa- 1
cra, quod credendum sit contineatur plenissimè, nihilominùs multi errores & hæreses subortæ sunt in Ecclesia Dei occa-

occasione peruersorum hominũ qui a-
liter sacram Scripturam interpretari
nisi sunt, quam Spiritus sanct' efflagitat.
2 Secundò, ad eorum informationẽ. Tra-
dit enim scientia Canonica plurima præ-
cepta & documenta S. matris Ecclesiæ,
quæ ad Religionem, pietatem & sancti-
moniam omnes homines maximè com-
ponunt. Iuris namque præcepta sunt ho- *Iuris præcepta quæ.*
nestè viuere, alterum non lædere, ius
3 suum cuique tribuere. Tertiò, ad discre-
tionem graduum & ordinum Ecclesia-
sticorum, & litium & iurgiorum termi-
nationem. Nam alias non sufficeret lex
Euãgelica, ideò statuta sunt quædam ab
Apostolis & eorum Vicarijs per succes-
siones temporum, quæ Canones appel-
lamus. Et inter alia quæ sacerdotib. sunt
scitu necessaria, ponuntur. Itaque ne-
cessaria est, ad seruandam vnitatem do-
ctrinæ & Religionis in Ecclesia Dei, cu-
ius vna debet esse fides, & obseruantia
pietatis, quod fieri non potest, si non ha-
beretur notitia regularum, sanctionum
sanctorum patrum, quos Christus tan-
quam operis sui Vicarios Ecclesiæ suæ
voluit præesse pastores, & Doctores. Et
Canones præcipiuntur sacerdotibus, vt
4 eos sciant, nec contra faciant. Quartò,
ad multarum quæstionum solutionem,
quæ in sacris Canonibus & sanctioni-
bus sanctorum summorum Pontificum
sunt apertæ & dilucidatæ: Illius maxi-
mè est sedis, fidei & altissimarum causa-
5 rum dubia plana facere. Quinto, Quia
in nulla alia scientia traditur nobis per-
fecta doctrina ordinum & officiorum
Ecclesiasticorum, sicut in Canonica. Ex- *Excell. iu-[illegible] Canoni-[illegible] ratione [illegible]*
cellentia huius scientię etiam probatur
ratione finis, quæ est eadem cum Theo-
logia, scil. vt ædificentur, & ad hunc tẽ-
dunt Theologi & Canonistæ. Item om-
nibus scientijs præferenda propter vi-
cinitatem Theologiæ. Probatur etiam
ex parte materiæ: quia tractat de arti- *[illegible] materiæ.*
culis fidei, de diuinis officijs, de Sacra-
mentis Ecclesiasticis & documentis. A-
lius etiam finis est huius, quàm iuris ci-
uilis. Hoc enim vt procedit à fundamẽ-
to fidei Catholicæ & doctrina Ecclesiæ,
consistit tantùm in habitu elicito ex le-
gibus gentilium & est fœlicitas huma-
na nullo habito respectu ad beatitudi-
nem alterius vitæ perpetuæ. Finis verò
scientiæ iuris Canonici, non modo est
bonum hominis in perfectionem virtu-
tum moralium, sed secundum perfecti-
onem infusarum virtutum, quæ ad bea-
titudinem supernã præparant & dispo-
nunt. Item probatur ex parte ipsarum
legum, quoniam lex & Canonica regu- *Legũ ipsarum.*
la est tanquam dirigens regulas & cor-
rigens leges iuris ciuilis. Postremò eius
excellentia probatur ex parte condito-
ris, qui est Papa, verus Dei Vicarius, vni-
uersalis Ecclesiæ pastor. Conditor autẽ *Ius ciuile.*
iuris ciuilis est Imperator, qui in prote-
ctionem Ecclesiæ Papæ minister est, iu-
rat illi fidelitatem & defensionem Ec-
clesiæ. Huic scientiæ defunctus noster
deditus fuit & sicut in alijs potuit con-
sulere & lites dirimere, sic apud se in o-
mnibus quę Religionis, pietatis & salu-
tis sunt fuit resolutus vt securè viueret,
& quia se moriturum sciuit, fecit, vt &
securè moreretur, & præmium à Domi-
no solo acciperet. Ius ciuile esse scien-
tiam & reliquas præcellere nemini du-
bium esse debet. Origo enim iuris est à *Origo illius*
Deo immortali. Cùm Adam citatus
fuisset eique data lex, ne de fructu arbo-
ris vesceretur, legem accepit quam sta-
tim violauit & iuris ordine seruato pœ-
nam sustinuit, quia exclusus fuit in lo-
co, in quo positus erat sub lege, ne de
fructu illius comederet. Qui cum ino-
bedientiæ argueretur à Domino, quasi
authori exceptionem obijciens relaxa-
tionem criminis in coniugem, imò in
coniugis authorem conuertit, dic. ser-
pens me decepit. Mulier quam mihi de-
disti sociam, ipsa me decepit & come-
di. Sicque litigandi & vt vulgariter di-
cimus, placitandi forma in paradiso vi-

datur exorta. Hæc non ignorauit regius Propheta Psalm. 88. *Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit.* Quin etiã & ipsa lex seu iustitia gloriatur, quòd semper fuerit cum Deo, Prou. 8. *Dominus possedit me ab initio viarum suarum,* &c. *Cùm eo eram cuncta componens.* Nonne etiam habetur Isai. 33. *Dominus iudex noster, Dominus legifer noster.* Iob. 36. *Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus est similis in legislatoribus.* Et est donum Dei. Ille fuit, qui leges dedit Moysi vt traderet Hebræis. Ex. 31. Deut. 10. Exod. 25. Et post hoc constituit iudices & alios pro iustitiæ administratione, ex consilio Ietronis eius soceri, Exo. 18. à quo omnes alij qui scripserunt modũ sumpserunt, qui sunt post eum secuti. Et certè leges sine Deo constitui non possunt nec debent, quod aduertant impij legislatores. Pro. 8. *Per me Reges regnãt, & legum conditores iusta decernunt:* Patri item potentiam, filio sapientiam, Spiritui sancto clementiam attribuimus, vt pulchrè reluceat, quod nos Trinitatè diuinæ assignamus, id Theologi gentiles attribuebant Apollini, Ioui & Mineruæ. Hæc tria iurisconsultus *in l. 1. ff. de iustitia & iure* eleganter significasse videtur, cũ dicit: Boni nos & æqui notitiam profiteri, ecce in hoc denotatur sapiẽtia, deinde æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, ecce potentia & tandem honos non metu pœnarum tantùm, verum & præmiorũ coarctatione fieri cupientes, in quo denotatur clementia. Quid porrò quod hæ tres dotes legum trino insuper vsu construuntur. Potentia enim tum in ipsa lege, tum in iudicio magistratus, tum deniq; in ministris esse debet. sic & de clementia & sapientia censemus. Effectus præterea illius est maioris vtilitatis, quàm omnium aliarum scientiarum. Nam & maiores nostri ciuitatis animam, legem esse dixerunt, quod sicut sine anima corpus, ita sine lege nulla ciuitas persistere, imò nec exiguus cætus hominum sine iustitia esse potest, vt ait Macrobius lib. 1. de somnio Scipionis. Quis enim furentem in arma populum frenabit, & nullo implicitus sedabit ligamine gentes, nisi iura, quæ prohibent vim, & nemini insidiari permittunt? Quis virtuosos homines faciat, inuitans eos ad bonum & prohibens eis malum, nisi iura? Quis alta dabit consilia, publica sua dabit, statuet commoda? Quis terras, maria, loca conseruent? Quis pauperi, inopi, depresso, peregrino, incolæ, ciui, suum cuique ius reddet, si legem aut ius ciuile, per quod administrator iustitia, sustuleris? Ex rapto sine lege viueretur, non esset hospes ab hospite tutus, fugeret pudor, fugeret honestas, verum & fides, (vt verbis Ouidianis vtar) in quorum locum, fraudes, doli, vis, tyrannis, substituerentur. Vnde, quid enim sunt Regna, nisi latrocinia, remota iustitia dicit D. Augustinus l. 4. de Ciuit. Dei cap. 4. Et Plato amorem legis & iustitiæ mortalibus infundendum esse consulebat, quod sine lege non vlla Resp. sed nec exiguus hominum cætus, nec parua quidem domus perduraret. Et *Lex*, vt inquit Tullius, *est vinculum ciuitatis, fundamentum libertatis, æquitatis fons, mens, animus, consilium, sententia ciuitatis.* Vt corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine lege, suis partibus ac neruis, sanguine & membris vti non potest. Quod enim stamus, quod incedimus, quod viuimus tuti, quòd dominia rerum asseruamus, quod tandem diuina & humana non violantur, id totum iuri legibusque debemus. Hæc eleganter, vt omnia Cicero significasse videtur, qui ait: *Nihil in ciuitate diligentius retinendum, quam ius ciuile, quo sublato, exploratum esse nemini posse, quid suum, quid alienum, quid à patre accepturus, quid liberis porrò relicturus foret, nihil denique inter mortales æquabile, nil concors remaneret:* proinde eum, qui ius ciuile contem-

Iuris ciuilis officium

Effectus.

Macrobius Iuris cõ lã vn.

August.

Plato.

Tullius.

Simile.

contemnat, non iudiciorum modo, sed & publicæ vtilitatis vitæque communis vincula refellere, cum & Imperator Iustinus scribat, dic lege fieri, quod *patria habeatur cauté, & propria facultates securè retineantur, iudiciorumque processus iustitia ornetur.* Legis enim imperio, vt decreta patrum sentiunt, humana coercetur audacia, tuta redditur inter improbos innocentia, infesta inimicorum iacula proteruntur, potentesque frenis manicisque ferreis constringuntur. Vt meritò dixerim, sicut à cæteris humanis disciplinis salubritatem, ita a lege ipsam peti, ipsam obtinere salutem, quod legis custodia pro Philosophi sententia, certa sit incorruptionis consummatio. Ex qua vna pendet, quicquid vitæ, quicquid concordiæ, quicquid ciuitatis, morum, honestatis, æquitatis, boni, & quicquid vsque vniuerso rei extitat, quo non succurrente omnia mundi Regna (teste Cassiodoro) pessundarentur, & pro Platonicorum assertione, ipsa vitæ humanæ compago dissolueretur. O igitur pulcherrimum Regnorum omnium decus. O singulare vniuersorum præsidium, fiduciæ priuilegium, prærogatiua securitatis perfectæ. O saluberrima nostrorum medicina morborum. O vera non ciuitatis solum, sed totius Reip. anima, vita beata, vita fœlix, aurei sæculi mater & Regina, quæ pulchrè florere facit, quandocunq; aspexerit, & quæ regalibus suis sceptris omnia complectitur, fouet, tuetur, moderatur. O pax populorum, tutamen patriæ, immunitas plebis, nutrimẽtum gentis, gaudium hominum, cura languorum, temperies aëris, serenitas maris, terræ fœcunditas. Hinc dicit Aristoteles l. 2. Top. *Iustitia Regentis est vtilior subditis, quàm fertilitas temporis, solatium pauperum, hæreditas filiorum & sibimet spes futuræ beatitudinis*, vt ait Cyprian. l. de 12. abusionibus. Et effectus eius extendit se ad nobilitatem & vtilitatem, quæ ex iure seu iuris ciuilis dispositione, & sic ex iustitia a qua ius descendit, sequitur. Quoniam ex ipsa huiusmodi scientia nobilissima homines fiunt nobiles, magnifici, luminosæ candelæ ardentes super candelabrum positæ, sicut splendor firmamenti, & veluti stellæ in perpetuas æternitates permansuræ, radij solis quibus locus opacus incipit esse plenus, item Domini, Prophetæ, parentes, patres principis & non fratres, Professores, Doctores, præceptores, sanctissimi, Doctores iuris optimi, iustitiæ & Reipubl. ministri. Et laudantur à Deo Psalmo octogesimotertio, *Benedictionem habebit legislator, ibunt de virtute in virtutem.* quoniam etiam ipse Deus legislator dicitur, Iob 36. *Ecce Deus excelsus in fortitudine sua & nullus ei similis in legislatoribus.* Iac. 4. Vnus est legislator & iudex, qui potest perdere & liberare. Hæc scientia est à Deo. Psal. 9. *Constitue Domine legislatorem super eos, vt sciant gentes, quoniam homines sunt.* Et dicuntur honorabiles, Act. 5. *Quidam erat in concilio Pharisæus nomine Gamaliel, legis Doctor honorabilis.* Talis erat Doctor noster defunctus, qui & ipse rectum ordinem vitæ seruauit, & alios viam iustitiæ & veritatis docuit, vnde meretur etiam laudem post mortem, & laus eius apud nos non emorietur, neque merces eius in cælis deficiet. Cum Orator sit vir bonus, dicendi peritus, Rhetorica verò benedicendi scientia, ex quo necessariò extollenda est, quæ bonitate constat, elegantia pollet, nitore splendescit, cuius ope & opere præclara fiunt omnia & magna. Equidem conditores vrbium, non tam Philosophica doctrina, quàm Oratoria eleganti & illicio facundiæ pellexerunt dispalatos seu disparatos homines ad ciuilitatem politicamque viuendi rationem. Et vt multa omittam, nihil est ita incredibile, quod

Marginalia: *Iustinus.* — *Cassiodorus* — *Cyprian.* — *Laus Doctorũ iuris.* — *Orator quis. Illorũ laus.*

quod in dicendo non fiat probabile, nihil tam horridum atq; incultum, quod non splendescat oratione, ait Cicero in Paradoxis. Et eloquentes pro alijs loquuntur. Vnde Exod. 4. *Non sum eloquens, impeditioris & tardioris linguæ sum.* Et sequitur. *Aaron eloquens est, ipse eloquetur pro te ad populum.* Hinc videmus conditores legũ, quibus nihil penè emunctius, nihil limatius & sententiosum magis adminiculatos fulturis eloquentiæ, leges saluberrimas eloquentissimasque condidisse. Formatores quoque Rerumpublicarum, Imperatores bellicorum exercituum regere consilijs & moderari res magnas sine docta voce & Oratoris vi nullatenus potuisse. Hinc Patritius l. 2. tit.

Patritius. 4. de institutiõe Reip. d. *Animæ medicina eloquentia est, quæ Philosophiæ rationibus ad vitia nimium elatos comprimit depressosque eleuat et ignauos fortes efficit.* Vera est enim illa Euri-

Euripides. pidis sententia, qua dicitur: *Omnia conficit ratio, quæ etiam hostile ferrum neutiquam efficere valeat.* Quæ enim alia vis, quam eloquẽtiæ potest furẽtem populum refrenare, aut metu periculsum excitare? Eloquẽtiam etiam veteres rerum Dominam di-

Eloquentia Flexanima. xerunt, eamq; Ennius Flexanimã appellauit, quod animum in quamcunq, partem vellet, raperet, & ea dulcedini mellis comparatur. Nec in pace & otio solũ vtilis habetur, sed in bello atque tumultu vires omnes alias antecellit. Quod quidem verum asseruit Pyrrus Epirotarum rex. Nam cum bellum in Italia ge-

Oratoris præstantia ex historia. reret: Comitem quasi gerẽdorum ac socium Cyneam Thessalum Oratorem, Demosthenisq; discipulum accepit, eiusq; opera impensè admodum vtebatur. Nam ad ciuitates, quas vi & armis subigere non poterat, eum Oratorem mittebat, quas magna ex parte in sententiam suam adducebat: adeò vt sæpenumero Pyrrus diceret, plures à Cynea vrbes eloquentia, in suam potestatẽ redactas, quàm à se armis esse superatas. Et si rectè iudicare volumus, ex omnib. disciplinis nulla magis congruit ciuitati quam Oratoria, quæ in triplici causarum genere versatur. Et Budæus lib. *Budæus.*
5. de asse. Vt sine aqua & igni sacrificium *Simile.* aut consecratio non rite peragitur, sic sine stylo eloquentię nullius aut principis, aut populi gesta ad posteros incalescere possunt & æternæ memoriæ cõsecrari. Meritò apud Romanos, quia Rep. nulla vnquam maior, nulla sanctior, nulla bonis exemplis ditior extitit, summa semper oratoribus dignitas fuit. *Oratorum dignitas apud Romanos.* Et vt author est Cor. Tacitus, *nullam magnam potentiam sine eloquentia est consecutus.* *Cor. Tacit.* Quod vt de alijs taceam, Nonne M. Tullius ille orandi regula & dicendi lex, *Tullius.* cuius ingenium Rom. Imperio par fuit, qui latinæ facundiæ pomerium promouit ad consulatum vsq; amplissimũ; dignitatem, ex humilitate natalium lociq; euectus est? Quo quid vtiliùs in Ro. Rep. excogitari potest? Quo suadente legem Agrariam, hoc est, alimenta abdicarunt Romanæ trib. cuius linguæ fulmen Catilinæ infregit audaciam, & ipsum proscripsit Antonium, cuius nomine supplicatiões a senatu decretæ sunt. Per eam de magnis mirè & sublimiter, de paruis propriè & subtiliter, de mediocribus iucundè & grauiter, de omnibus sententiosè & luculenter dicere quis docetur. Et Beroaldus in enarratione Epistolarum Ciceronis ait, Maximũ *Beroaldus.* Deorum munus est & quo nullũ maius excogitari potest eloquẽtia, qua vna vel maximè separauit hominẽ à cæteris animantib. Deus ille parẽs & mũdi fabricator. Quæ quia sermone carẽt, irrationabilia meritò vocãtur. Eloquentia hominis vagabũdos in agris atq; dispersos cõ- *Eloquentiæ laus.* gregauit in populũ, & ex feris atq; immanib. mites reddidit & mãsuetos. Eloquẽtia multæ vrbes cõstitutę sũt, plurima bella restincta, firmissimę societates, sanctissimæ amicitiæ cõparatę. Eloquẽtia mortales immortales efficiuntur. Meritò itaque flexanima & omnium

Regina

Regina rerum oratio à doctissimis nuncupatur, cuius tanta est dignitas, tanta maiestas, vt duce Eloquentia Dijs simillimi esse videamur. Et homines eloquëtes qui Oratores nominantur, tantum reliquis hominibus præstare creduntur, quantum homines bestijs antecellunt. Sed in oratione hæc requiruntur. Acumen Dialecticorum, sententia philosophorum, verba prope poetarum, memoria iurisconsultorum, vox Tragœdorum, & gestus penè summorum artificum, vel summo citatiorem. Et cõcludit Beroaldus in sua declamatione, quod Orator philosopho & medico est anteponendus, sic quod credibile est, vt ait, post peroratam causam a tribus fratribus coram ipsos iudices communi consensu omnibus sententijs simul pronunciasse pro Oratore, illique adiudicasse paternam hæreditatem. Sed ab Oratore etiam legendi poetę, cognoscendæ historiæ, omnium bonarum artium Doctores atque scriptores legendi atque peruoluendi, & exercitationis causa laudandi & interpretandi, corrigendi, vituperandi, disputandumque de omni re in contrarias partes. Et quicquid erit in quaque re, quod probabile videri possit, eligendum atque discendum & perdiscendum ius ciuile, cognoscendæ leges, percipienda omnis antiquitas, senatoria consuetudo, disciplina, Reipub. iura, sociorum fœdera cognoscenda, est libandus ex omni vrbanitatis genere facetiarum quidam lepos; quo tanquam sale conspergatur omnis oratio, & docet Cicero lib. de Oratore. Nec enim solùm acuenda nobis, neque procludenda lingua est, sed inenarrandum comprehendunt pectus maxima rerum suauitate, copia & vbertate. l. 2. de Orat. Oratores fuerunt Dauid, Salomon, Ieremias, &c. Prouerb. 18. dicitur, *De fructu oris viri replebitur venter eius, & genimina labiorum ipsius saturabunt eum.* Et. c. 12. *De fructu oris sui replebitur vnusquisque bonis.* Et hoc habet eruditio, & sapientia, quod vitam tribuit possessori suo, Eccles. 7. & Prou. 8. *In vijs iustitiæ ambulo, vt ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam.* & c. 11. *Anima quæ benedicit impinguabitur.* Ipsa quoque iura nimis appetunt liberatos honorari & ditari, Prou. 8. dicit sapientia, *Mecum sunt diuitiæ, gloria, opes superbæ & iustitia.*

Oratio quæ requirat.

Oratorum commendatio.

Præclarus Orator erat defunctus noster, qui erat magnæ eruditionis, multæque lectionis, & quasi quendam habebat habebat secum scientiarum thesaurum, quod ex ipsius orationibus, negotiorumq; tractationibus cognouimus, qui pauperum & diuitum causas fideliter & benè expediuit, in conuersatione erat facundus & fœcundus, vnde meruit in vita honorari, & nunc etiam in morte. Inter alia autem consueuit piè & humiliter cum Deo loqui, causam animæ suæ diligenter procurare tam apud Deum ipsum, quàm apud omnes sanctos, vt speremus piè illum habere pro anima sua iam sententiam fauorabilem: si quid tamen illi adhuc deesset in causæ promotione, adiuuate eum orationibus & Eleemosynis vestris.

Poetica in primis sacratissima est, quã antiqui primariam quandam philosophiam esse tradiderunt, quæ à cunabulis viuendi formulam nos doceret, quæ mores, quæ affectiones ostenderet, quæ res gerendas cum iucunditate præciperet. Quapropter ciuitates Græcorum eruditissimæ, liberos in Poesi inprimis erudiebant, solum poetam sapientem esse dicentes. Et vt D. August. attestatur, *Poetæ Theologi dicti fuerunt, cùm de dijs immortalibus diuinitùs multa scriberent.* Quippe artis poeticæ studia, vt scribit Cicero, adolescentiam alunt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis solatium præstant, oblectant domi, non impe-

Poetica.

August.

Poetæ Theologi.

Poesis laus

impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Huc accedat, quod decor poeticus exerecetur ab Oratore, vt testis est Cornelius, quòd Oratori lectionem poetarum plurimùm conferre Theophrastus affirmat, apud quos in rebus spiritus, in verbis sublimitas, in effectibus motus omnis, & in personis decor exprimitur. Ideóque in hac lectione ipse Cicero existimat esse quiescendum, atque omnem loquendi elegantiam expoliri augerique. Est enim finitimus Oratori poeta, suntque inter se cognatione quadam coniuncti. Denique vt Cicero ait, se à summis hominibus eruditissimisq; accepisse, cùm cæterarum rerum studia præceptis constent atque doctrina, Poetæ soli ipsa natura valent, & mentis viribus excitantur, & quasi diuino quodam spiritu inflammantur. Vnde Plato ille diuinus scribit lib 3. de legibus, *Poetarum genus esse diuinum.* Et ab eodem dicitur in lib. de furore poëtico, *Poetas diuino instinctu concitatos, eundem furorem interpretibus infundere, imitarique magnetis lapidis naturam, qui non solùm ferreos annulos trahit, sed eandem trahendi vim ipsis annulis latenter insinuat.* Origenes quoque in libris Ecclesiæ Periarchon, virtutem quandam docet esse spiritualem, quæ Poëtam inspiret, cuius inspiratione poetæ repleantur. Ennius verò sanctos poëtas appellat, qui quasi Deorum aliquo dono & munere præditi esse videantur. Hinc est, quòd Poetæ antiquitus in maxima veneratione pretioque habebantur, quod à principibus fouebantur, quòd à regibus ditabantur, quòd ab omnibus certatim amabantur, vt canit Ouidius adhuc suo tempore, & addit quod olim fuerat cura Ducum Poëtæ. Virgilium fouit Augustus, cuius versiculos, cùm in Theatro populus Romanus audisset, surrexit vniuersus, præsentem, spectantemque Virgilium, tanquam Augustum veneratus est. Horatium Mæcenas adamauit. Tibullum Mesalla dilexit. Ausonium Gratianus consulatu decorauit. Neque solùm viuentes Poetæ, qui honorificentius vates dici existimantur, sed etiam defuncti venerabiles extiterunt. Siquidem Alexander magnus, cùm inter spolia Darij Persarum regis scrinolum cepisset, auro, gemmis atque margaritis pretiosum, in eo libros Homericos reposuit, vt pretiosum humani ingenij opus ære ditissimo reseruaretur. Idem Homerum adeò diligebat, vt eius Iliada, quod diuinum poema edidicerat, quod viaticum rei militaris appellabat, noctu sub puluino vnà cum pugione subijceret, & ita cum Homero poetarum principe vigilabat, cum Homero dormiebat. Idem Pindari inter Lyricos poëtas præstantissimi familiæ ac penatibus parci iussit, cum Thebas euerteret. Alter vero Alexander, qui Romano Imperio præfuit, Virgilium adeò admirabatur, vt etiam Platonem poetarum vocaret, eiusque imaginem in Larario consecraret. Quinetiam Ælius Verus Romanus Imperator Martialem Epigrammaticum Poetam, seu Virgilium nuncupabat. Huc adde, quod etiam Dij amatores, vltoresque extiterunt poetarum. Siquidem Apollinis oraculum, vt inquit Eusebius Pamphilus, Euripidem in cælum laudibus tulit, & Archiam tanquam scelestum ac prophanum iussit exire de templo, quòd Archilochum Poetam interfecisset, Sophoclem quoque Tragici Cothurni principem, Liber pater tanquam delitias suas sepeliri iussit. Præterea poetæ quadam sua eloquentia adeò sunt dulces, vt non legantur modò, sed etiam ediscantur: quorum authoritas tanta est, vt illorum dicta pro certissimis testimonijs habeantur. Nam & Plato, & Aristoteles

Poeta Oratori finitimus.

Plato.

Origenes.

Poetæ in magna veneratione antiquitus.

Poetarum vltores Dij.

Poetarum authoritas.

les principes philosophorum, Homeri, aliorumq; poëtarum carminibus suas sententias & dicta sæpè corroborant. Quinetiam Iurisconsulti illi sanctissimi in libris Philosophorum frequenter allegant versus poëticos. In Decretis quoque Virgilij carmina afferuntur. Et Apostolus Paulus vas electionis, tuba Euangelij, & sanctissimarum scripturarum armarium Poëtas studiose legisse videtur. Qui vt habetur in Epistola sua ad Titum, illum versiculum Parmenidis poetæ recitat, *Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ & ventres pigri.* Et apud Athenienses in Areopago, hoc est, Martis curia disputans, illud poetæ Arati inducit. In quo viuimus, mouemur & sumus, habetur Actorum cap. decimoseptimo. Præterea scribitur Exod. tertio & vndecimo, & recitatur in c. legimus, 37. distinction. Dominus præcepit Israelitis, vt Aegyptios argento spoliarent. Tropologicè intelligens, vt argentum, scil. eloquentiam apud poetas inuentam colligerent, possiderent, & in vsum salutiferæ eruditionis applicarent. Dauid quoque ille psalmographus Psalterium numeris poeticis concinnauit. Quod, vt inquit Hieronymus, in morem Horatij & Pindari nunc Iambo currit, nunc Alcaico personat, nunc Sapphico tumet, nunc semi pede ingreditur. Denique Isaiæ, Iob & Salomonis luculenta volumina Hexametris versibus, vt Iosephus & Origenes scribunt, apud Hebræos composita decurrunt. Quinetiam vt Cassiodorus attestatur, recitatus in d. cap. legimus: Omnis poëtica elocutio à diuinis scripturis sumpsit exordium, adeò Musica, venustas, leposque poeticus existimatus est, omni esse suauitate refertissimus, adeò carmina moduliq; numerosi placuerunt, vt Deos existimarent placabiliores, si eos versibus adorarent, & carminibus precarentur, vt adhuc in Ecclesia sacrosancta Catholica hymni in omnibus horis canonicis adhibentur, & prosæ, responsoria, introitus, antiphonæ, versiculi, &c. carminibus constant. Denique solis penè poëtis datum est, vt ad laudandum vituperandumque pariter sint accommodati: & quemadmodum immortali laude donantur illi, quos versibus extollunt, amant; ita indelebili illi notantur infamia, quos maledicis carminibus insectantur, testis est Hypponax, qui se suspendit adactus carmine maledico, quod postea Hypponacticum dictum est. Meritò nos admonet Socrates Platonicus, vt diligenter caueamus, ne poëticum hominem quempiam nobis infensum habeamus. Et principes, quos versibus ornant, Diui seu immortales efficiuntur, quod Horatius sic exprimit. Dignum laude virum musa vetat mori, cœlo musa beat. Hoc idem de defuncto poeta nostro possumus loqui. Et cùm, vt F. Patritius scribit, nihil rariùs in omni hominum æuo optimo poëta inueniri potest, quia apud illos verborum elegantia, linguæ proprietas, suaues translationes, verborum, sententiarumque licentia, quæ orationes quasi stellis quibusdam ornant, & hæc à solis poetis inuenta, suisque locis collocata atque distincta, qualis & Poëta noster fuit, ita meritò de illo possumus dicere: Musa vetat mori, & cælo beat. *Patritius.*

In fu-

In funere Historici.

CVM omnium disciplinarum cognitio vtilis atque iucunda sit mortalibus, vt scribit Beroaldus in enarratione T. Liuij, Historiæ cognitionem mediusfidius vtilissimam iucundissimamque esse censeo, ex qua, cùm multum omnibus scriptoribus debeamus, qui nõ sibi, sed etiam posteris vixisse creduntur, plurimùm profectò historicis nos debere non possumus inficiari, quorum labore ac industria effectum est, vt omnium ætatum, omnium gentium, omniumque populorum res gestæ, omnia præclara facinora scirentur à nobis, intelligerentur & cognoscerentur, vt cũcta illustrissimorum virorum dicta factave memoratu digna contueri, ediscere & recordari liceret, qua quidem re nihil pulchrius, nihil iucundius, nihil magnificentius excogitari posse contenderim. *Etenim*, vt a Cicerone scriptum est, *nihil earum rerum scire, quæ antequã nasceris factæ sint, hoc est, semper esse puerum. Cognoscere verò res gestas, antiquitatum, exemplorumque memorabilium habere notitiam. vtile, decorum, laudabile, atque prope diuinum est.* Cicero. Senibus ideò maior authoritas & fides est, quoniam ob longam ætatem plurimas res nosse ac vidisse creduntur, & in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia, Iob 12. Ad hæc iuuenibus cognitio historiarum valet, vt etiam anteactis sæculis vixisse videantur, & illi profectò adolescentes, qui historias habent ad manum, & exempla illustrium virorum in promptu, tanto senibus sunt anteponendi, quanto plura negotia complectitur historia multarum ætatum, quam faciat hominis vita longissima. Accedat, quod qui bonus orator esse affectat, in primis abundare debet exemplorum copia, & legisse atque nosse quamplurima. Nam cùm historia sit testis temporum, lux & Euangelium veritatis, magistra vitæ, nuntia antiquitatis, nihil ambigitur, quin orator optimus esse non possit, nisi fuerit vetustatis, exemplorumque cognitione instructissimus, nisi historias perinde ac vngues suos habuerit exploratissimas: Quoniam, vt inquit Quintil. *Historias alere orationem molli quodam ac iucundo succo.* Quintil. Præterea opera pretium est, teste Liuio lib. 1. in voluminibus historicorum cuiusque exempli documento, velut in monumento insigni posita contemplari, intueri. Vt de quæ sectanda sit, depromere, ac nobis proponere ad imitãdum, quæ fugienda cauere possimus. Quia vt verè inquit Diodorus, *Pulchrum est aliorum erroribus vitam nostram in melius instituere, & quid appetendum fugiendumque sit ex aliorum exemplis posse cognoscere.* Vnde meritò Demetrius Phalereus Ptolomæum Regem subinde admonebat, vt libros de Imperio Regnoque compositos legeret sæpissimè. Quoniam quæ amici timent Principibus dicere, aut demonstrare, ea in libro scripta reperiuntur, hoc est in cognitione rerum salubre atque frugiferum scire, quibus artibus, qua disciplina, quibus moribus maxima imperia orta sint, maximi Imperatores nomen sibi immortale comparauerint. Et è diuerso, quam vitiorum sentina infecta amplissima regna collapsa sint. In summa historia, ad id quod honestum & vtile est, capessendum, inflammat, incitat, detestatur vitia, probos extollens, improbos deprimens. Defunctus hic noster probè sciebat historiam nostram patriam, dehinc reliquas Ecclesiasticas & sæculares scitu dignas, à cuius ore narrantis pendebant etiam docti, sed maximè historiam vitæ humanæ didicit & futuræ beatitudinis, vnde aliorum viuorum & defunctorum exemplis

plis edoctus, vitam suam direxit, vt de futura esset securior.

In funere Musici.

MVsica adeò delectabilis est, vt inquit Beroaldus, vt eius dulcedine cuncta viuentia capiantur, cuius origo cælestis memoratur, ipsiusque ratione mundum esse compositum Pythagorici asscripserunt. Vnde Theologi nouem musas esse dixerunt, propter octo sphęrarum cælestium musicos concentus, & vnam maximam continentiam, quæ constat ex omnibus, quam Harmoniam nominauerunt, cælumque ipsum canere asseruerunt. Musicam antiquis temporibus in maxima veneratiōe fuisse, memoriæ proditum est, ac maximos Duces fidibus tibijsque cecinisse. Quin etiam apud priscos tàm Græcos quàm Romanos in conuiuijs, post cœnam lyra circumferebatur, qua laudes atque virtutes virorum fortium canebantur, quam cùm olim Themistocles in epulis recusasset, habitus est indoctus, testis est Cicero in Tuscul. Contrà laudatus Epaminondas Thebanus, quòd cytharisare & cantare ad chordarum sonum esset eruditus. Socrates quoque iam senio confectus, instrui lyra non erubuit. Et Plato, ciuili viro, quem politicum vocat, Musicam credit esse necessariam. At Aristoteles in Politicis dicit Musicam inter disciplinas illustres esse collocatam, quam vnà cum literis & gymnasiastica adolescentes priscis temporibus discere consueuerunt. Musica antiquitùs sacrificijs ac funeribus adhibebatur, curas enim abigit, clementiam suadet, & ad mulcendos affectus plurimùm valet. Et vt inquit eleganter Canius tibicen apud Philostratum: *Musica mærentibus adimit mærorem, hilares reddit hilariores, amatorem calidiorē, religiosum ad Deos laudandos peritiorem, eademque varijs moribus accommodata, animos auditorum, quocunque vult sensim trahit.* Pythagoras & qui deinceps studia consectati sunt eadem, mundum ipsum non citrà Musices rationes concinnatum, compositumque, argumentorum subtilitate visi sunt, cùm & artium veluti prēstantissima diuinis se inseruit rebus, & quod testatur Ptolomæus, numinibus placandis adhibetur. Plato etiam gentibus cōtributam putat Musicam, præclarius quoddam prēstantiusque opus. Nam cùm sit concinnitatis inter frequentamenta varia, præcipuè artifex Musica, non ideò à Dijs data, vt ad delitias cōuertamus & aurium pruritum, sed vt quod animæ consonantiam turbat, & harmoniam, huiusce voluptatis delinimento sedari, ac ad ordinem redigi valeat. Pythagoricis etiam moris fuit, animos ad lyram excitare vel lenire, neque solùm perturbationibus animorum, sed etiam corporis morbis medetur musica modulatio, cùm ad febrem quoque ac vulnera cantiones quotidiè adhibeantur. Nam legitur quod à Pæone & nonnullis alijs medicis ægroti pene desperatæ salutis Musicæ oblectamentis curati fuerunt. Quapropter laudatus est Zenocrates, qui organicis modulis lymphaticos liberabat. Et Asclepiades, qui tubarum cantu surdissimis medebatur. Theophrastus quoque ad affectiones animi moderandas, tibias adhibuisse fertur. Quin etiam traditū est Thaletem Cretensem, cytharæ suauitate morbos ac pestilentiam fugauisse. Et in testamento veteri scriptum est, quemadmodum Dauide cytharisante, Saul refocillabatur à furore dementiæ, quo identidem corripiebatur, 1. Reg 16. in fine. Quid? nonne bella Musicis modulationibus accenduntur? Quid aliud in Romanis legionibus, litui, tubæ, cornuaque moliebantur, quorum concentus, equos,

Themistocles. *Epaminondas.* *Socrates.* *Plato.* *Aristoteles* *Musicæ vis*

militesque pariter acuebat & animabat. Ludouicus Viualdus in opere suo Regali in tractatu suo de persecutione Ecclesiæ inquit, Christum fuisse summum Musicum, & quod plus est, quod ferè totum corpus sacræ scripturæ non solùm versatur circa Musicam, sed etiam vniuersos ad cantandum in Musicis hortatur. Vnde Dauid, qui teste Hieronymo, Christum lyra personat, & in decachordo psalterio ab inferis excitat resurgentem, Psalm. 32. ait, *Confitemini Domino in cythara, in psalterio decē chordarum psallite illi, Cantate ei canticum nouum, benè psallite ei in vociferatione*. Et Psalm. 42. *Confitebor tibi in cythara Deus Deus meus, quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?* Et adhuc hortatur nos laudare Dominum scriptura sacra in Musica, cùm dicatur Psalm 98. *Psallite Domino in cythara & voce psalmi in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ*. Et Psalm. 150. *Laudate eum in sono tubæ, laudate eum in psalterio & cythara, laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo*, &c. Ideò dicitur Eccl. 40. *Vinum & Musica lætificant cor, & super vtraque dilectio sapientiæ*. Defunctus noster erat & Musicæ amantissimus & peritissimus, vti nôstis, sed maximè applicabat cor, sensus, animam, intellectum, voluntatem, omnia mēbra corporis, vt primò Deo laudes & gratias caneret pro creatione & Redemptione deinde & mereretur saluationem, & cum angelis & sanctis omnibus mereretur & sanctus, & alleluia, & grates in æuum decantare.

Christus summus musicus.

Astronomia vel astrologia duplex est. Naturalis dum exequitur solis & lunæ cursus vel stellarum, certasque temporum stationes. Superstitiosa verò, quam Mathematici sequuntur, qui in illis augurantur, quique etiam 12. cœli signa per singula animæ vel corporis membra disponunt, sydereoque cursu natiuitates hominū & mores prædicare conantur, vt ait Isidorus 3. lib. Etymologiarum c. 26. Ludouicus Viualdus in suo opere regali de persecut. Ecclesiæ Dei in 10 persec. dicit, quod Theologus ponatur scire Astrologiam, eo quia in sacra scriptura multis varijsque modis, de cœlis, de cursu solis, lunæ, & astrorū tractatur: tamen in tantum, in quantum est permissa à Doctorib. Ecclesiasticis. Laudanda verò eo modo, quo dixi, patet multis argumentis & rationibus. Primò, vna est vox Theologorū & Philosophorum, mundū inferiorem à Deo per cælum gubernari, vnde corpora inferiora à superioribus reguntur. Quis igitur dubitauerit mutationes qualescūque rerum terrenarum à motibus fieri corporum superiorum. Secundo, demonstrat experientia Cùm variatis anni temporibus ex accessu solis ad nos atque recessu, vnde viuentium quoque habitus & conditio variatur, dum temperat aura cælū, dum variat fruges, reddit, rapitque. Sed & in diurna reuolutione sol aeris qualitate immutat plus minus, tum meridie, mane, vespere, calefaciens, exiccans, humori frigorique derelinquens. Vide prætereà obseruationes nautarū, pastorū, agricolarum, & item terræmotus, comætas, &c. exinde pestilentiā, famē, bellū, & id genus alia oriri. Et cur ille ad philosophiam, alius ad alias scientias habēt singularem inclinationem, profectò à cęlo proficiscitur, vnde & multæ aliæ hominum inclinationes, mutationes & mortes. Hic autem defunctus sciebat astra inclinare non necessitare, & ex cælorum motu, stellis, sole & luna, & omni ornatu sciebat, si illa tollentur & renouabuntur, quod & ille sit periturus & renouādus, item Maiestatem supernam, splendoré, gloriam & gaudia sempiterna animo secum reputabat, vt sæpe diceret animæ suæ ex cælorum motibus, quid sibi futurum sit, quod & iam se scire & possidere piè speramus.

Astronomia duplex

Laudanda.

Sicut autem necessaria terræ est influentia cæli & stellarum, ita videtur esse

esse necessaria Reipub. sapientia & consilium, & ministerium doctorum virorum, ideo Daniel. 12. Qui docti fuerint, fulgebunt, quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt plurimos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Nota item, quod sicut lux solis in aere recepta facit plurima videre, ita scientia in homine per doctrinam facit plurima intelligere, quia tunc intelligit per seipsum, & est ab alio adiutus. Nota etiam quod qui erudiunt ad iustitiam, non ad alia quæ fiūt propter pecuniam & ad pecuniam, sed qui docent sacram scripturam, quæ diuinitùs inspirata est. Est quidam fulgor nocturnus, & talem fulgorem habent docti in peccatis, vel docti ad ostentationem, alius diurnus & nocturnus, qualem habent, qui fulgent intra se per scientiam, & extra per verborum eloquentiam puri à peccatis. Et doctrina perfectorum doctorum est fructuosa, quia erudiunt. Copiosa, quia plurimos, & non minuitur. Et qualis est homo, talem etiam imprimit virtutem alijs, sicut ignis multa corpora calefacit, sol multa corpora facit lucida, sic qui iusti multos erudiunt ad iustitiam. Est luminosa, sc. lumine sapientiæ plena. Vnde ipsi Doctores assimilantur stellis. Erunt, inquit, sicut stellæ. Stellæ enim nubatę lumine solis ipsum lumen in inferiora refundant: sic periti Doctores luce solis, sc. agnitione veritatis pleni, ipsam libenter communicant alijs, Baruch 4. *Stellæ dederunt lumen in custodijs suis, & lætatæ sunt.* Est & gloriosa doctrina, quia recipiunt gloriam in perpetuas æternitates. Psalm. *In æternum exaltabunt, & habitabis in eis.* Secundò, obserua, quod doctus & indoctus ineuitabiliter communicant in morte; Quia qui sunt similes in delicto, debent pati similem pœnam, & hoc quoad mortis terminum, nó quo ad modum, item quo ad mortem naturæ, non gehennæ. Vnde Luc. 13. *Si non pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis.* Ecce pœnitentia remedium est, quo purgatur macula culpæ, & remouetur reatus pœnæ. Itaque qui videt se in via latronum versari, non declinat, sed progreditur & occiditur, stultus est, quia non exit è via mala, insipiens, quia non vult tenere viam bonam, & ideò meritò perit & ipse, & qui cum eo pergunt. Est illa via, Lucæ 10. quæ ab Ierusalem tendit in Hiericho. Tertio, attende de indocto. Indoctus propriè vocatur, qui non didicit, qui tamen discere poterat: & hoc plerunque prouenit ex superbia. Prouerb. 21. *Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam.* Ex hoc cognoscitur, quod quidam sunt indocti, quantum ad cognitionem veritatis, & hoc prouenit ex superbia, ideo superbus, & hoc tripliciter. Primò, quia doctrinam veritatis ignorant, & hoc ex superbia. Superbus enim innititur sensui proprio, & despicit sensum alterius ideò non vult se subijcere scientibus ad discendum. ideò Tob. 4. *Superbiam in tuo sensu, aut in tuo verbo nunquam dominari permittas.* Quidam sunt indocti, quantum ad sui æstim. Ex accidia homo non curat discere, ea quæ potest & tenetur scire, quia accidia refugit spirituale bonum, in quantum est impedimentum boni corporalis. De tali dicit Dominus Oseæ 4. *Quia tu scientiam repulisti, repellam te ego te.* Quidam verò sunt indocti, quia in cognitione veritatis errant, falsa pro veris appropiantes, & hoc quandoque prouenit ex superbia, quia tumor mentis est obstaculum veritatis. Tales enim dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Quidam in doctrina falsitatis pertinaciter perseuerant, vt sunt hæretici. Magna enim superbia est, vt homo sensum suum præferat veritati diuinitùs reuelatæ. Vnde super illud Ieremiæ quadragesimo nono cap. *Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui,* & cæt. dic. glossa:

Indoctus propriè quis.

Indocti ex superbia.

Hæreticum non facit error, sed superbia. Secundò, sunt aliqui indocti, quantum ad sui reputationem, & hoc pertinet ad arrogantiam, & arrogans vocatur indoctus, & hoc propter deceptionem, quam habet arrogans in sui reputatione, quam etiam appetit esse in alijs. Sunt quatuor species arrogantium. Vel bonum à semetipsis habere se existimant, 1. Cor. 4. *Quid habes, quod non accepisti.* Vel bonum supernè acceptum pro meritis suis se accepisse putant. Tit. 3. *Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm misericordiam suam saluos nos fecit.* Vel cùm iactant se habere, quod non habent. Et in hoc etiam si credant sic esse, vt iactant, ostenduntur esse indocti & insipientes. Vel si velint alios hoc credere, quod ipsi sciunt, non esse verum, præsumunt illos indoctos. Vel quando despectis cæteris singulariter volunt videri habere, quod habent, & hoc est, quia tales præsumunt de se, ac si singulariter omnes excederent, in quo profectò decipiuntur tanquam indocti, Eccl. 8 *Ne communices homini indocto.* scil. arroganti, id est, non habeas cum illo familiaritatem, ne malè de progenie tua, sc. de operibus tuis loquatur detrahendo. Quia homo arrogans, vt videatur ipse præ omnibus excellens, de alijs malè loquitur, etiam de domesticis, Pro. 16. *Abominatio est Deo omnis arrogans.* Tertiò, quidam sunt indocti quantum ad operationem, sicut est ille, qui in ira operatur superbiam Nam ira non audit consilium, & superbia contemnit præceptum & documentum. Ideò *superbus & iratus indoctè operantur* Eccl. 7. Ne sis velox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit. Psalm. *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam.* Doctrina, quamprimum ingressa est in defunctum nostrũ, statim abijt omnis superbia, arrogantia & accidia: & virtus, & pietas, & religio incessit illum, vt nõ amplius vellet audire, discere, sapere, & docere, quàm Iesum & illum crucifixum, in quo est thesaurus omnis sapientiæ & scientiæ, à quo prouenit omne bonum, in cuius manu sunt diuitiæ, honor & gloria, quam etiam consecutum amodò piè credimus.

Indocti quantum ad sui reputationẽ.

Indocti quantum ad operationem.

In funere parentis.

QVemadmodum in Repub. qualicunque vsu venit, vbi Magistratus sorte traduntur, & eum, cui sors euenit, imperare, atq; qui eum assequi non potest non molestè, sed patienter ferre fortunam suam decet: sic & in vita nostra humana, æquum est & decens, quodcunque tandem eueniat, benignè ac facilè tolerare, nec accusare fortunam, sed sequi eam ac obedire ei necesse est. Sic mihi hodierna die accidit, Auditores, vt dum in hac ætate florida, sine tempestatibus ventisque aduersis, succrescere annitor, tempestas luctuosa, quæque omnium maxima est, me miserum obruat, pectus meũ & omnia viscera mea fortissimè commoueat. Equidem testor vos Auditores, quid grauius, quid acerbius, quid miserabilius cõtingere mihi poterat, quã (eheu vix spirare possum, nedũ quid eloqui) quàm, inquam patris mei vnice dilecti mors & exequiæ. Dum patrem appello, vnicum post Deum solatium meum nomino, vitæ meæ authorem & conseruatorem, fortunarum mearum qualiumcunque auctorem & gubernatorem, in quem mea mens, spiritus & anima erat defixa, in quem ætas mea aliquando maturior sperabat, qui erat & poterat esse omnia in omnibus meis, hic sublatus est ab oculis meis & vestris pariter, pater meus & frater vester, vel officijs vel beneficijs. Causas doloris mei vos ipsi iam tum intelligitis, ac nisi scirem vos omnes ab origine esse morti communi

Simile. *Magistratum electione.*

Pater qui

muni obnoxios, breues dies, mortuos irreuocabiles, planctum nimium esse inané & infructuosum, vix me colligerem quin ea dies quæ vitæ, esset & lachrymarum terminus. Verùm existimabat & Socrates, Si Deus aliquis infortunia omnia vnum in locum congereret, ea intentione, quòd ex æquo illa generi humano diuideret, futurum omninò vt libentiùs quisque hominum calamitate propria contentus discederet, quàm alienam susciperet. Sic mihi faciendum planè persuasum habeo, quoniam placuit Deo illa hora, illud genus mortis & ipse obitus parentis mei dulcissimi, loquar cum Iob, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Nam si lachrymæ, dolores nostros leuare possent, conueniens esset, vt profectò lachrymas auro pretiosissimo permutaremus, at quia dolor tanquam arbor aliqua lachrymas pro fructu habet, & lachrymæ iterum dolorem, & dolor lachrymas, & dolor dolorem parturit, quamdiu Deo luctui sacrificabimus, funerib. & exequijs, tamdiu ille nobis subministrabit lugendi materiam, vt Spiritus sanctus per sapientis os suauiter pronunciet: *Modicum plora super mortuum.* Non fuit tempus aliquod, quo homines nō morerētur imò potiùs quod non tempus fuit, quo in nobis ipsis adhuc spirantibus non sit mors. Cui contingit nasci, mori necesse est. Itaque cum primū nascimur, mori incipimus, & singulis ætatibus morimur, & singulis horis deficimus, & nunc cum hæc loquor vobis, morti propinquiores sumus, quàm cum ad dicendum in consessu vestro comparerem. Vnde hominis vita nihil aliud est, quàm lusus & alea fortunæ ludentis, nihil aliud quàm vmbræ somnium: quid debilius vmbra, vmbræ verò ipsius somnio inferius nihil potest excogitari. An verò nescitis, quanta negotia, quantas calamitates & miserias facesset nobis corpus hoc, esca vermium, fœtor & horror aliquando viuentium, cur non collætemur quando ex hoc ergastulo, à tanta tyrannide, à tantis sollicitudinibus & periculis tandem aliquando liberamur, ex hoc carcere dimittimur, ex hac peregrinatione ad patriam reuertimur, hoc mare magnum & spaciosum vbi pericula innumera, superamus, ex hoc profundo somno euigilamus, ex his tenebris ad veram lucem, ex hac mortalitate ad immortalitatem, ab opprobrio huius mūdi ad veram gloriam, à labore multiplici ad verā requiem, à creaturis ad Creatorem, à fide & spe ad charitatem ipsam quæ Deus est, charitate comite, à vita hac caduca ad æternam deuenimus? Sed reuocat vos aliquid Auditores Quid istud? Dicite an mors ipsa, an metus mortis? Si mors, certè nescio, quid dicā de vobis, Auditores Audite quæso quid scribat S. Augustinus, *Quid est mors?* & respondet: *Mors est relictio corporis, depositio sarcinæ grauis: sed si alia sarcina non portetur, qua homo præcipitetur in gehennam.* Hæc ille. Si itaque corpus tam molestum animæ & vobis, vt quid molem, tam ignobile, tam inutile pondus terræ non libenter deponitis, vt quia ex terra desumptum, in terram reuertatur, & anima liberius ad Creatorem suum euolet, vbi scit se in æuum sempiternum, gaudio immenso fruiturum. Vt quid corpus tam exquisitis epulis, tam delicatis poculis, tā preciosis vestibus fouetis, Denique ne lædatis corpus, offenditis, & maioribus quam par est, sarcinis vos obruitis, scelerum dico & flagitiorum execrandorum, quasi putaretis vos etiam sine illis non posse in supplicia inferni horribilissima demergi? Non multum curandū est ijs, qui necessario morituri sunt, quid accidat vt moriantur, sed moriendo quo ire cogantur. Quocirca metus peccatorum iustus & miserabilis. Amara autem mors omnibus infidelibus, qui Deum credere noluerunt, sed in I- dolo-

Socratis dictum.

Lachrymæ non possunt leuare dolores nostros.

Omni tempore morimur homines.

Vita hominum quid.

Corpus nostrum qualia negotia

nobis facessat.

Discessus ex hac vita lætus.

S. August. Mors quid.

Corporis curatio damnatur.

Mors amara infidelibus.

dololatria sua nequiter præstiterunt, amara mors omnibus hæreticis, qui quia non crediderunt vti debuerunt, condénantur, amara mors omnibus superbis, quia nihil illis proderit superbia sua, vti lamentantur apud sapientem damnati, amara mors omnibus auaris, qui temporalibus & quæ secũ ferre nõ possunt, vt si ferrent nihil proficerent, in tantum inhiant, vt scienter amittant æterna, amara mors omnibus luxuriosis, quia iudicabit illos Dominus, & nemo illorum intrabit in regnũ cælorum, amara mors omnibus inuidis, quia charitatem non habuerunt, & in cælis regnat charitas, amara mors gulosis, adhuc sitit in inferno aquæ guttulam diues ille epulo, amara mors iracũdis, quia Deus patiens & misericors dicẽs, nõ occidat sol super irã vestrã, irascimini & nolite peccare, amara mors accidiosis, quia hoc tempore oportuno gratiæ non seminarunt, vnde in fœlici illa æternitate meterent, nec se pararunt cũ lampadib. suis ad agni cælestis nuptias, amara mors omnibus peccatoribus non resipiscentibus, mors enim peccatorũ pessima. Audite hæc Auditores & intelligite, ne quando Deus vos rapiat ad iudicium & pœnam, & nemo sit qui eripiat. Iustus est Dominus & rectum iudicium illius. Sicut autem mors peccatorũ pessima, ita mors Sanctorũ pretiosa in conspectu Domini, illam fugite, hãc exquirite & custodite, si sapitis. Cogitate & hoc vobiscum Auditores, quod vocẽtur ante tempus boni, vt docet S. August. *ne diutiùs vexentur à noxijs, mali verò & impij tollantur, ne diutiùs bonos persequantur.* Tantis autem etiam malis hæc vita repleta est, vt comparatione eius mors remedium putetur esse, non pœna. Quod idem de patre meo charissimo sentiatis velim, cuius laudes si recenserẽ ego, suspectus vtique essem virtutum præco. Nostis quantam habuerit in Religione Catholica zelum & constantiam, quantam in

Superbis. *Auaris.* *Luxuriosis.* *Inuidis.* *Gulosis.* *Iracundis.* *Accidiosis.* *Peccatoribus.* *Boni ante tẽpus moriãtur.* *August.* *Parentis laus.*

cultu diuino pietatem & reuerentiam, in officijs diligentiam, in obseruatione superiorum fidem & sollicitudinem, & vt vno verbo erga quemlibet charitatẽ, quam benè vixerit, vt eum vixisse non puduerit, nec idem mori pertimuerit, sanctissimis Sacramentis, pœnitentiæ, Eucharistiæ & extremæ Vnctionis ritè præmunitus, & donec extremũ spiritũ exhalaret, Deoq; animam redderet, illa verba diuinissima S. Bernardi, toto corde & iubilo decantarit. O Iesu, &c. Ex hoc piè speramus ad Iesum Saluatorem iucundissimum peruenisse, genitorem meum amantissimũ, cuius laudes in corde & ore habuit, signisque deuotissimis declarauit: Quod si adhuc in via detinetur, iuuate obsecro vẽstris præcib', eleemosynis & pijs operibus. Vt autem vos Auditores metũ mortis excutiatis, discite, discite inquam benè agere, cessate peruersè agere. Conuertimini conuertimini ad Deum vestrum, quia mitis, patiens, longanimis & misericors, declinate a malo, & facite bonum, ne cõfundant vos inimici diaboli in porta mortis, sed Angeli vos agnoscant & suscipiant. Opera enim morientium sequũtur eos.

Bernard.

In funere equitis aurati.

Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea, Iob 14.

REges terreni diuersa habent loca, quorum quædam sunt gaudij ad cõuiuandum, quædam supplicij vt carceres, quædam exercitij, vt ad militandũ. Ita Dominus noster habet locum gaudij, paradisum, locum supplicij infernum, locum exercitij mundum, qui ad militandum nobis datus est. In quo quidem campo exercitauerunt se quidam

Loca diuersa regum terrenorũ, sic & Dei.

sub

sub armis pœnitentiæ, sicut peccatores conuersi, quidam sub armis misericordiæ, sicut actiui, quidam sub armis sapientiæ, sicut contemplatiui, quidam sub armis fortitudinis & patientiæ, sicut omnes iusti, quia multæ tribulationes iustorum. Et quia arma militiæ nostræ nō sunt carnalia, sed spiritualia, & militia sit laboriosa, tamen expectatur magnū præmium, hinc sunt verba allegata. Et primò ibi est opportunitas temporis, quæ habet diuturnitatem, Eccl. 2. *Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctem quiescit mens eius.* Secundò, quia tūc est tempus opportunum ad dimicādum. In præterito nō possumus militare Deo, quia iam præteriit. In futuro non debemus expectare, quia nullus certus est, an perueniat ad senectutem, & dubium, si attinget, & dato tamen natura erit debilior ad pœnitentiam faciendam, consuetudo procliuior ad peccandum, hostis crudelior ad impugnandum, & opera pœnitentiæ minùs grata ad recipiendum, sicut qui seruit Domino cum equo claudo cæco & sene, sic qui in senectute Domino seruit similis ei est, qui dat vestem putridam & consumptam, quia talis non habet gratiam sicut ille qui dat nouam. Vnde 2. Cor. 6. *Ecce nunc tempus acceptabile,* sc. quo seruitium militiæ Christi erit acceptum Deo. In inferno nō militant, quia ab hostibus fuerūt turpiter deuicti. In purgatorio satisfaciunt inclusi pro delictis suis. In paradiso post victoriam a laboribus requiescunt. Ergo hic mundus solus est pro certamine. Iosue 24. *Nunc ergò timete Dominum & seruite ei.* Secundò, Strenuitas operis declaratur, cùm dicitur Milito. Milites enim à millenario numero appellantur. Est ergò militum Dei & mundi, de quo 1. Tim. 1. *Milites in illa bonam militiam habentes, fidem & bonam conscientiam.* Vbi ostenditur Primo, Militare est officium difficile, quia laboriosum ex toto, sed fit leuius propter stipendium, qui quidem non est finis principalis, sed salus Reip. vel patriæ, & in primis gloria Dei. Sic in militia spirituali licitum est recipere stipēdia pecuniæ vel aliarum rerum corporalium, vt prædicatoribus, sacerdotib. & Ecclesiæ rectoribus, nō autē per modū emptionis aut venditionis, quia hoc Simoniacū esset, sed sustentationis & vt fert consuetudo approbata. Quia vt di. glossa, *licitum est accipere, vnde viuitur, sed contrarium est præbere.* non tamen venale est Euangelium, vt pro his prædicetur. Sic enim venderent rem magnam vili pretio. Ponitur deinde in verbis allegatis, vt sit militia bona ad quam necessariū est, vt sit in statu laicali, quia Clericis est interdictum, vt prælietur, sed si bellum est iustum, sc. causa iusta & intentio militantis recta, vt quærat salarium moderatum, & pro eo faciat quæ sunt facienda, nec aliud præter hoc quærat, vtque vitet militiæ abusum, vt percussiones, &c. & hoc de militia sæculari. Sed de militia spirituali scribit Apostolus 2. Tim. 2. *Labora sicut bonus miles Iesu Christi.* sc. diligenter, decenter, viriliter & salubriter. Diligentia est in labore, decentia in milite, virilitas in actiōe militis boni, sed salubritas in milita Christi Iesu. Itē vt habeat armaturam inuincibilem, sc. fidem & bonam conscientiam, quæ nil metuit, Act. 23. *Ego omni conscientia bona conuersatus sum ante Deum,* Eph. 6. *In omnibus sumentes scutum fidei.* Postremò immutatio innuitur, quæ duplex, vna in morte, altera in resurrectione, prima erat ad glorificationē animę, secunda ad glorificationem corporis. De hac expectatione dicitur, Iac. 5. *Ecce agricola expectat pretiosū fructum terræ patiēter ferens donec accipiat temporaneum & serotinum.* Tēperaneus est præmium quod reducitur animæ tempore mortis, serotinus, sc. in fine mūdi. Phil. 3. *Saluatorē expectamus Dominū nostrū Iesū Christū, qui ref. cor. hu. n.* &c. Primū immutationē expectat miles Christi magno desiderio. Primò ratiōe veritatis cognoscēdę,

Opportunitas tēporis. *Strenuitas operis.* *Militare officiū difficile.* *Militia bona.* *Immutatio expectatur ratione veritatis cognoscendæ, beatitudinis assequendæ & quietis possidendæ.*

Eccl.

Eccleſ.8. Hoc intellexi, quòd omnium operum
Dei nullam poſſit homo inuenire rationem. Secū
dò ratione beatitudinis aſſequendæ,
Eccleſ.2. Vidi in omnibus vanitatem, &c. Ter
2 tiò, ratione quietis poſſidendæ. Mich.2.
Immutatio Surgite & ite, quia non habetis hic requiem. Se-
cunda immutatio erit in reſurrectione,
Bellantes quando corruptibile hoc induet incor-
multis mo- ruptionem & immortalitatē, & tunc 1.
dis adiuuat Corinth 15. Omnes quidem reſurgemus, ſed non
Dominus. omnes immutabimur. Multis modis adiuuat
1 Dominus in bello. Primò, Virtutem ho-
2 ſtium minuendo, Iudith 9. Erige brachium
3 tuum, ſicut ab initio & alide virtutem eorum,
4 &c. Secundò, Impetum hoſtium flagel-
lis impediendo. Iudith.9. Tenuit pedes il-
lorum abyſſus & aquæ operuerunt illos, immen-
ſitas tribulationum. Tertiò, Virtutem
ad impugnandum dando Iſai.40. His qui
non ſunt fortitudinē & robur multiplicat. Quar-
tò, Audaciam impetendi tribuendo. Iu-
dith 13 Stetit Iudith ante lectum orans cum la
chrymis & labiorum motu in ſilentio dic. Confor-
ta me Deus Iſrael. Per contrarium, Oſeæ 9.
Factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta non
habens cor, quia ſcil non repugnat contra
tentationem, Prouerb.7. Propter cordis in-
5 opiam perdit animam ſuam. Quintò, longani-
mitatem in pugna tribuendo, Pſal. Poſui-
ſti vt arcum æreum brachia mea, Iſai.40. Currēt
& non laborabunt, ambulabunt & non deficient.
6 Sextò, Arma tribuendo, Eph. in fine. Ac-
cipite armaturam Dei, ſc. exemplum. 2. Ma-
chab. vlti. Accipe gladium ſanctum munus à
Deo, in quo deijcies hoſtes populi mei Iſrael: hoc
7 dixit Ieremias ad Iudam. Septimò, Co-
adiutores præbendo, Pſal Immittit ange-
lus Domini in circuitu timentium eum, Pſal. Le-
uaui oculos meos in montes, vnde veniat auxiliū
mihi ſcil. ſanctos angelos, Mar.1. acceſſe-
8 runt angeli & miniſtrabant ei. Octauò, Agili
tatem dando & in altum ponendo, Pſ.
Qui poſuit pedes meos tanquam ceruorum & ſu-
9 per excelſa ſtatuit me 9. Faciēdo decipere mū-
dum & ſeipſum, 1. Corinth 9. Omnis qui in
10 agone cōtendit, ab omnibus ſe abſtinet. Decimò,
In latitudinem ponendo, ſcil. in chari-

tatem Pſal. Eduxit me in latitudinem, ſaluum
me fecit, quoniam voluit me. Nam qui eſt in
lato, meliùs poteſt pugnare, quia poteſt
in omnes partes declinare, non ita, qui
eſt in anguſto, Thren.1. Omnes perſecutores
eius apprehenderunt eam inter anguſtias. Vnde- 11
cimo, Pro eis pugnando & in eis, Exod.
14. Dominus pugnabit pro nobis & vos tacebitis.
Duodecimo, Cadentes erigendo, Pſal. 12
Dominus erigit eliſos. Prouerb.12. Septies cadit
& reſurgit. Vulgariter dicitur, quod non
eſt adeò bonus miles, qui non cadat ali
quando in bello, Pſal. Iuſtus cum ceciderit
non collidetur, &c. Decimotertiò, Dedu- 13
cendo in bello, Pſal. Tenuiſti manum dexte-
ram meam ſicut ſcutifer tenet habenas Domini ſui
& cum gloria ſuſcepiſti me. Bernardus: Non ha Bernardus.
bitat in adiutorio altiſſimi, qui non poſuit Deum
adiutorem ſuum, ſed ſperauit in multitudine di-
uitiarum ſuarum. Aduerte etiam quod bel Bellū mul-
lum eſt multiplex. Bellum bonorum tiplex.
quod docet Deus, & malorū diabolus.
Bellum bonorum eſt contra peccata &
concupiſcentias: Caro enim concupiſcit aduer
ſus ſpiritum, Gal.5. Et hoc dicitur, Prouer.
20. Equus ſc. pœnitens paratur ad diem belli.
ſcil. tentationis, Dominus autem ſalutem tri-
buit. In hoc bello debemus ignea tela,
ſcil. ſuggeſtiones diaboli extinguere.
Epheſ.5 Aſſumite ſcutum fidei. Item portas
hoſtium, ſcil. mundanorū aſtutias ſub-
uertere. Iud.5 Noua bella elegit Dominus &
portas hoſtium ſubuertit. Item caſtra exteri-
orum, ſcil. munitiones carnalium deſi-
deriorum euertere, Hebr.11. Fortes facti
ſunt in bello, caſtra verterunt exterorum. Sic fe-
cerat iuſtus. Pſal. Confregit potentias, arcum,
ſcutum, gladium & bellum. Item diabolum
penitus expugnare, ideò dic. Dominus: In bello
[Eſtote fortes in bello.] Et in tali bello quæ neceſſa
ſunt quatuor neceſſaria. Magnanimitas ria.
in aggrediendo, vbi bellator deficiens Magnani-
per inopiam diſplicet Deo. Eccleſ.14. mitas.
& hanc dat Deus, Pſal. Deus præcinxit me Prudētia.
virtute ad bellum. Prudentia in progredien
do, Prouerb.20. Conſilijs cogitationes roborā
tur & gubernaculis tractanda ſunt bella. Et hanc
dat

Prudentia. *Constantia.* *Fortitudo.*

dat De⁹, Ps. *Deus præcinxit me virtute ad bellū.* Prudentia in progrediendo. Pro. 20. *Cōsilijs cogitationes roborantur & gubernaculis tractanda sunt bella.* Et hanc dat Deus. Cōstantia in sustinendo, Zach. 11. *Visitauit Dominus gregem suum, domum Iuda & posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello.* Fortitudo in expugnando, Isai. 30. *In cytharis, tympanis & bellis præcipuis expugnabit eos.* In prælio autem diaboli, necessaria est Dei inuocatio, & diligens ad tentationem præparatio, vt tanto hosti possit resistere propter victoriam & coronam gloriæ.

In funere magni viri.

Magnus & paruus ibi sunt & seruus liber à Domino suo. Iob 3.

Sicut cum natura mortali pariter omnes generātur, ita per actualem mortēm omnes corrumpuntur: quod in verbis allegatis apparet, quia æqualiter inuadit mors magnum sicut paruum liberum sicut seruū, hoc excepto, quod qui erat seruus ante mortem, per mortē fit liber a Domino suo. Vel qui in hac vita erant æquales secūdum magnitudinem & paruitatem prosperitatis, sublata per mortem tali prosperitate sunt ibi, scil. in alia vita, quantum ad hoc æquales, & seruus est liber a Domino suo. Et primo quidem mors est communis omnibus, quia est iustitiaria Dei ad puniendum humanæ naturæ peccatum: & diuinum iudicium, non attendit personam, Sap. 6. *Non subtrahet*, scil. a morte *personam cuiusquam Dominus, nec verebitur personam cuiusquā, quoniam pusillum & magnum ipse fecit & æqualiter est illi cura de omnibus.* Est ergo æquus & communis iudex & hoc primò propter inuariabilem primæ damnationis sententiam, qua dictum est, Genes. 2. *In quacunq; die comederis.* Et Deu. 1. dixit Moyses iudicibus qui positi erāt vice Dei ad iudicandum populum eius: *Nō erit distantia personarum, ita paruum audies vt magnū, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est.* Secundo, propter rationabilem prouidentiam diuinæ dispositionis, scil. ne mala fierent absque terrore vllo & bona sine spe remunerationis, Iob 34. *Absit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei & iuxta vias singulorum restituet eis.* Et subdit. *Qui non accipit personam principum nec cognouit tyrannum ... opera manuum eius sunt vniuersi.* Tertio propter familiarem materiā consolationis, scil. vt acerbitatem facti consolaretur æqualitas, Eccl. ... Col. 3. ... *quod a Domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino Christo seruite. Qui enim iniuriam facit, recipiet illud, quod inique gessit, & nō est personarum acceptio apud Deum.* Ostenditur etiam hic Dei potentia, Psal. 135. *Qui percussit reges magnos & occidit reges fortes.* Reputantur quidam magni propter sapientiam vt Salomon 3. Reg 4. at tamen d. Iob 36. *Ecce Deus magnus & vincens scientiam nostram*, & ideò moritur doctus pariter & indoctus. Quidam propter diuitias vt 1. Reg. 25. de Nabal Carmeli. sed & Luc. 12. dictum est diuiti: *Stulte hac nocte.* Ostenditur etiam prouidentia suæ æqualitas, quia pusillum & magnū, &c. quia & hoc in iudicio humano requirit Eccl. 5. *Iustifica pusillum & magnum similiter*, sc. æqualiter. Secundo, Mortis potestas describitur in detinendo, quia ibi sūt magnus & paruus, in carcere mortis sc. in sepulchro. Sed aduertendum, quod secundum casum mortis ita ibi vbi sunt, scil. in alia vita mortui perpetuo collocantur. Et hoc dicitur figurate, Eccl. 2. *Si ceciderit lignum ad Austrum vel ad Aquilonem, vbicunq; ceciderit, ibi erit.* Per lignum figuratur homo, scil. per lignum inutile ad opus bonum homo peccator, Ezech. 15. *Fili hominis, quid fiet de ligno vitis, ex omnibus lignis nemorum quæ sunt inter ligna syluarum. Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunque vas? Ecce igni datum est in escam.*

Mors est cōmunis omnibus, quia est iustitiaria Dei. *Iudex communis & æquus Deus.* 1 2 3

Dei potentia. *Dei prouidentiæ æqualitas.* *Mortis potestas.* *Lignū quid significet.*

Fructuosissimum est lignũ vitis, quam diu inhæret viti, inutilissimum, quando ab ea separatur: Et sic est de peccatore, quando à Christo separatus est gladio iniquitatis. Quia *iniquitates vestræ diuiserunt inter nos & Deum nostrum.* Isai 59. Itaque inter fideles Ecclesiæ, aut qui sunt in diuersis statibus efficiuntur inutiles, tam respectu sui, quantum ad meritum, quia non procedit ab ipsis actus meritorius, nec ex illis fabrica mansionum cælestium fieri potest, quàm respectu aliorum, quia non potest fieri paxillus, scil. paruus palus, scil. prælatus humilis rectus & firmus, ex quo dependent vasa Domini, scil. animæ subditorum, quia neque paruus per humilitatem, neque rectus per charitatem vel iustitiam, neque firmus per constantiam & patientiam peccator est. Per viride & fructuosum lignum figuratur homo iustus, qui est in charitate radicatus, influẽtia gratiæ diuinæ vel sapientiæ irrigatus, disciplinæ maceratione siue castigatione putatus, & folijs sacræ doctrinæ gratiosus, & fructibus operum bonorum plenus, Psal. 1. *Erit tanquam lignum, quod plantatum est.* Notatur & hominis morientis anima, sc. cùm ceciderit. Vas vile non curatur si frangatur, at secus de vase pretioso. Homo habet duo vasa, luteum, sc. corpus, & non multum curatur, si per mortem frangatur, quia reparabitur in resurrectione, alterum est nobile, scil. anima, quod in morte cadit & irreparabiliter frangitur, quando homo impœnitens & in peccato moritur, quia nequaquam potest ampliùs per pœnitentiam reparari, & tales semper erunt perditi, Ier. 25. *Cadetis, quasi vasa pretiosa.* Sed *iustus cum ceciderit*, scil. per mortem *non collidetur*, scil. quãtum ad animam. Item morientium differentia ponitur, dic. ad austrum vel Aquilonem. Qui cadit ad Austrũ moritur in gratia, cadit ad Aquilonem qui in frigore malitię moritur, Eccl. 43. *Frigidus ventus Aquilo flauit*, scil. malitia,

Morientis hominis ruina.

Homo habet duo vasa.

Abac. 3. *Deus ab Austro veniet.* Postremò mortis authoritas, quòd de seruo liberum faciat. Est quædã seruitus, sc. transgressionis peccati, de qua Ioan. 8. *Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.* De illa debet homo multum curare vt fiat liber, per pœnitentiam dum viuit, quia post mortem pœnitentia non habet locum. Est seruitus conditionis, qua vnus subiacet alteri. Ista autem non est curanda multum, quia non excludit animæ salutem, nec benefaciendi libertatem aut facultatem, nec diuinam libertatem. Quia qui in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini. Sicut è contrario humana libertas non prohibet diuinã seruitutem secundum illud 1. Cor. 7. *Qui liber vocatus est, seruus est Christi.* Studete ergo parui esse in oculis Dei, parui humilitate & sui ipsius reputatione vili, vt sitis postea magni in æterna gloria.

Mortis authoritas.

Seruitus transgressionis.

Seruitus conditionis.

In funere Doct. Theologi.

Ecce docuisti plurimos & manus lassas roborasti, & vacillantes confirmauerunt manus tuæ. Iob. 4.

Hieronymus ad Demetriadem dicit. *Multi cùm loqui nesciunt tacere non possunt, docentque scripturas, quas non intelligunt, & prius volunt esse imperitorum magistri, quàm doctorum discipuli. Prudentes igitur prædicare & docere debent non imperiti.* Hęc ille. Docere autem nomen est authoritatis, Doceri nomen vtilitatis. Doctores itaque valdè necessarij sunt in Ecclesia militante. Et Doctores in Ecclesia sunt sicut os in animali, & sicut radix in arbore. Os enim recipit cibos, quos tãdem ad corpus nutriendum transmittit. Radix etiam de terra sugit humorem, de quo tandẽ rami arboris nutriuntur. Aquila etiã quãdo aquila

Hieron. contra præsumptuosos doctores.

Doctores in Ecclesia necessarij & comparantur ori & radici.

Simile de aquila.

et, quòd pulli nimis iuuenes sũt, huc carnem comedere possunt, le præda sanguinem sugere & pul rientibus ministrare. Sic Docto- e Deo vel è libris humorem sci- & doctrinæ dei ent accipere,& em in auditores transfundere. Ita Dauid Psal. *Venite filij audite me, timorē i docebo vos.* Qui autem habet timo- Domini, multa didicit, constans & rmatus est, vt à Deo non recedat,& m plenè cognoscat. Talis Doctor defunctus noster. De quo illud 1. Es. 7. dicitur. *Esdras parauit cor suum, vt in igaret legem Domini & faceret & doceret.* i ostenditur, quod Doctor debet no- menta tollere d. *Parauit cor suum*, sc. per ccatorũ refectionẽ,& per virtutũ ac- uisitionẽ. Quia Sap. 1 *In maleuolā animam introibit sapientia, nec habitabit in corpore sub- to peccatis.* ideò talis semper potest dice e illud Psal. *Paratum cor meum Deus paratū cor meum, cantabo & psallam in gloria mea.* De- bet esse paratum per puram intentionẽ. Alias vinum in vas corruptum positum corrumpitur. 1. Cor. 5. *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* Psal. *Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas,* &c. Rom 2. *Qui alium doces, teipsum non doces, qui prædicas non furandum, furaris.* Secundò. De- bet continuè studere, quia d. Inuestiga- uit legẽ Domini. Eccl. 39. *Sapientiā omnium antiquorum exquiret sapiens.* Sic .n. facit Me- dicus in herbis disquirendis. Eccl. 6. *In- uestiga illam,* sc. legem Domini, *& manife- stabitur tibi, et continens factus ne derelinquas eam.* Tertiò. Debet factis implere, vt faciat quod docet, Act. 1. *Cœpit Iesus facere & doce- re.* Iudicum 7. Illi ad prælium fuerunt electi, qui aquam cum manu lambendo biberunt,& aquam priùs manu, quàm lingua tetigerũt. Gregor. in moralibus. *Tunc doctrina cum omni imperio docetur, cùm priùs agitur, quàm dicatur. Nam doctrinæ fiduci- am subtrahit, cùm linguæ conscientia contradicit.* Et hæc de Doctore: sed de nobis instru- endis restat, vt in rebus vtilibus & ho- nestis, non in rebus inutilibus atque va- nis. Columba enim grana puriora acci- pit, & Ps. *Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me.* Iustus ergò petit vt instruatur ad sequendum regulã virtutũ, d. *Bonitatem.* Ad ferendũ pœnarũ ferulã, d. *Disciplinam.* ad habendũ cunctorum speculam d. *Sci- entiā doce me.* Bonitas remouet omnia ma- la impedimenta. Docet omnes vias salu- tis, æquitatis, pietatis, veritatis, clarita- tis, sobrietatis, taciturnitatis. Docet & noxia fugere, diuina colere, hosti resi- stere, secure sistere, malos conuertere, peccata plangere, doctè discernere, fu- tura cernere, æterna quærere, Psalm. *In bonitate tua doce me.* Prouerb. 13. *Doctrina bona dabit gratiam.* Neem. 9. *Spiritum bonum dedisti eis, qui docet nos.* Disciplina autem notatur, scil. asperitas correctionis, in qua scil. patienter & prudenter susti- nenda debemus velle & petere edoce- ri. Ex disciplina enim & tribulatione timor Dei concipitur, qui super omnia necessarius est homini & vtilis, vt in eo doceatur. Deut 11. *Docete filios Israel, vt metuant Dominum.* Ier. *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos.* quasi d. Ista sit prima lectio vestra. Quia sicut dicitur in Psal. & Eccles 1. *Initium sapientiæ timor Domini.* De disciplina verò dicitur Ec- cles. 50. quòd *doctrinam sapientiæ & discipli- næ scripsit in codice suo Iesus filius Syrach*, quasi dicat, Sapientia & disciplina sorores sunt, quia scilicet de disciplina ad do- ctrinam sapientiæ peruenitur, Daniel. 1. *Præceptum est præposito,* & cæt. Nota item *Scientiam edoce me.* Omnes enim homi- nes scire desiderant, Psal. *Qui docet homines scientiam, Dominus scit cogitationes hominum.* Sequitur. *Beatus, quem tu erudieris Domine, et de lege tua docueris eum.* Iterum Doctri- na quæ habet subtilitatem, Exod. 28. *Pones in rationali iudicij doctrinam & verita- tem.* quasi dicat. Istam doctrinam concomitatur iudicium, ratio & veritas. Vtilitatem. Vnde proueni- unt fructus bonorum operum & virtu-

Doctrina salutaris quæ

Explicātur verba.

Doctrina subtilis.

Vtilis.

tum, vnde rori & pluuiæ comparatur, Deut. 32. *Concrescat imp'uuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum* Suauitatem. Pro. 24. *Fauum dulcissimum gutturi tuo sic & doctrina sapientiæ.* Facilitatem, Prouerb 14. *Doctrina prudentium facilis.* Authoritatem. Procedit enim à Deo non ab homine. Quilibet enim Doctor potest dicere illud Ioannis 7. *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me patris.* Preciositatem, quia nil comparatur ei, Prouerb. 8. *Accipite disciplinam meam & non pecuniam, doctrinam magis quàm aurum eligite. Melior est enim sapientia cunctis operibus pretiosissimis.* Talem doctrinam docti respiciunt, iusti recipiunt, stulti despiciunt. Iste defunctus dum alios docuit, docuit & seipsum, & in seipso ostendit, quod alios docuit, multos ad Dei notitiam & salutis perduxit, & dubitantes in fide erexit atque confirmauit, vt credatur sicut stella iam fulgere in perpetuas æternitates.

Suauis.
Facilis.
Authoritatem habens

In funere Doctoris legum.

Vbi litteratus, vbi verba legis ponderans, vbi est Doctor paruulorum. Isai. 33.

IN mundo sunt multi sapientes, sicut & multi insipientes, imò & hi plurimi. Eccles. 1. *Stultorum infinitus est numerus.* Quia homo compositus est ex dupl ci natura, scil sensitiua & intellectiva, & quo magis illam sequitur, eo magis cōmunicat cum bestijs, & magis cum angelicis spiritibus si intellectiuam sequitur. Et quia multi sunt sequentes passiones sensitiuas, pauci verò viuentes secundùm rationem & intellectum, ideò stulti plurimi, sapientes pauci. Iterum, quia *multitudo sapientum, sanitas est orbis terrarum* Sap. 6. hinc fit, cum sint etiam quasi oculus in corpore, quorum consilio & sapientia diriguntur omnes alij, & per mortem illorum vtilitas tollitur & hic defunctus talis fuit, vt communis fiat luctus. In vita dum erat, erat vel domi, vel in Ecclesia, vel in curia, &c. Sed nunc post mortem dubia est quæstio de anima vbi sit, & quidem ter quæritur: quia tria sunt animarum loca, cælum, purgatorium & infernus. Leuia occupant superiora loca, grauia autem infima. Sic iusti cęlum, reliqui vel purgatorium vel infernum. Iob. 21. *Ducunt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descendunt.* & de tali Iob 14 dicitur, *Homo cum mortuus fuerit, nudatus atque consumptus, vbi quæso est?* sc. impœnitens, & respondetur in inferno. Mortuus in corpore, nudatus & expoliatus omnibus bonis, & consumptus Iob. 7. *Consumpti sunt absque spe.* Secundò, Describitur ille de quo quæritur. Et primò literarum scientia præditus. Talis enim debet esse magis sapiens, quàm Idiota, qui est sine literis. Ille autem verè potest dici magis sapiens, qui peruenit ad meliorem finem, talis tandem venit ad vitam æternam, Eccles. 6 *Quid habet amplius sapiens stulto, nisi quod pergat illuc, vbi est vita.* Sed hodie euenit, quod simplices multi eunt ad cælum & sapientes ad infernum, qui vel scientia sua abutuntur, lucrantur, exercent Magiam, errant in fide, &c. 2 Corinth. 3 *Litera occidit*, scilicet animam. Secundò, Vbi verba legis ponderans, qualis debet esse aduocatus, sed vide quomodo hodie ponderant. Micheæ 6 *Numquid iustificabo stateram impiam & saccum ponderum dolosum*, (scilicet linguæ aduocatorum) *pondera dolosa?* &c. Tertiò, Vbi est Doctor? Ille enim accepit licentiam docendi & cathedram tenendi si vellet. Sed ille verus legum Doctor est cuius vita non discrepat à legis doctrina. Sic de Christo dic. Actor 1. *Cœpit Iesus facere & docere.* Vnde

Homo cōpositus ex duplici natura

Multitudo sapientum sanitas orbis.

Anima defuncti ter quæritur.

Commendatio viri
1 *quia scientia præditus.*
2 *Verba legum ponderans.*
3 *Doctor.*

de cùm lex sit sanct sancta, affirmãs meritum, & prohibens contrarium, posset dici verus legum Doctor, qui ... vueret, & inhonesta fugeret. ... quatuor virtutes Cardinales, quæ Christo fuerunt, debent esse in iudicex Psalm 7. *Deus iudex iustus*, &c. Prudentia per hoc quod d. *Iudex*, ad prudentiam enim spectat iudicare & discernere. *Iustus*, ecce iustitia, *Fortis*, ecce fortitudo, *Patiens*, ecce patientia ne ad iram moueatur & abducatur. De aduocatis autem malis potest intelligi Psalmus 3 qui præsentes & proximos iurgijs & contumelijs cedunt, absentes & remotos detractionibus sagittant & vulnerant. Ierem 9. *Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est*. Sunt quidam serpentes Cerastes, habentes corneas linguas & venenatas: tales sunt linguæ aduocatorum litigantium, sc. duræ & malitiosæ. Ideò dicitur de Dan, qui interpretatur iudicium, & significat causidicos, Gen. 49 *Fiat Dan Cerastes in semita*. venenum, quod exit de hac lingua, est peruersum consilium: & sicut venenum haustum humores corporis commouet, sic consilium aduocati eos, qui sumunt illud, commouet secundùm illud Eccles. 28. *Lingua tertia multos commouit*. Et si his nulla fuerit, vel fortè non vocentur ad consilia, ipsi à longè machinantur, vt possint lites suscitare. Vnde in dicto Psalmo dicitur, *Intenderunt arcum*, scil. malitiam cordis sui, *rem amaram*, sc. simplicibus pauperibus, quos vexari faciunt, & tota die citari, sed hoc faciunt, *vt sagittent in occultis immaculatum*. In Psalmo 104. habetur, *Et dedit terra eorum ranas*. Tertia plaga in Ecclesia sunt ranæ, sc. aduocati, qui in flumine diuitiarum nascuntur & garriunt. Apocalyp. 6. *Vidi de ore Draconis, & de ore bestiæ, & ore pseudoprophetæ exisse tres spiritus immundos in modum ranarum*. Diabolus est draco sibilans tentando, bestia deuorando, & pseudopropheta decipiendo. Et ad hæc facienda exeunt de ore eius aduocati, qui sunt spiritus draconis sibilando per adulationes, spiritus bestiæ deuorando per comessationes, spiritus pseudoprophetæ decipiendo per cauillationes, & hi habitant in penetralibus regum ipsorum, sc. in cauernis prælatorum, quia Prælati plures habent secum aduocatos, quam prędicatores, vnde apparet, quod plus amant temporalia, quam spiritualia.

In funere Medici.

Medicus non est ibi. Ieremiæ 8.

ARtes omnes, quæ deseruiunt humanæ vitæ corporali, in vita quidem ista mortali multũ sunt lucratiuæ. Medicina autem non tantùm est lucratiua multum, sed etiam peritos medicos præ alijs honorabiles reddit. Vnde Eccl. 38. *Honora medicum propter necessitatem*, sc. precibus, muneribus, obediendo, gratias agendo, *propter necessitatem*, sc infirmitatis sanandæ. At hæ omnes artes in cælo nil valẽt, quia ibi nulla planè passio. Commendat autem illum ex nomine, quia Medicus, qui est minister naturæ, quam iuuat. Et quia natura & virtus tam infirmi, quàm rerum medicinalium a Deo est, ideo medicus, qui & minister naturæ est, etiam est minister Dei. Hinc a Deo & ab hominibus medicus bonus atque Catholicus acceptatur & exaltatur, Eccl. 38. *Disciplina medici exaltabit caput illius, & in medio magnatorum collaudabitur, altissimus de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam*. In quibus verbis declaratur primo, quod medicina sit ipsi medico fructuosa, vt & in hoc mũdo & in cœlo possit exaltari. Primò, si studet facere circa animam suam, quod facit

Medicus est minister naturæ.

Medicus bonus à Deo & hominibus acceptatur & exaltatur.

Medicina est medico fructuosa.

Medici officium. 1.

facit circa aliorum corpora, scil. curando ab ægritudinibus per pœnitentiam, cui conuenit illud Lucæ 4. *Medice cura teipsum.*
2. Secundo, si facit ita ad curandam infirmitatem spiritualem aliorum, sicut facit circa corporalem. Nam cùm infirmitates subinde proueniant ex peccato, dicente Domino languido: *Vade & noli amplius peccare, ne deterius aliquid tibi contingat*, moneat illum, nec recipiat infirmum, nisi cùm confessus fuerit sacerdoti peccata sua, & communicauerit, prout præcipiunt Canones, nec suadent ægro aliquid, quod in periculum
3. animæ conuertatur. Tertio, si medicus est pauperibus infirmis pius, vt qui non habent vnde soluant, ipse gratis officium suum præstet aut consilium, aut aliàs bene faciat illis in necessitatibus suis. Secundo, ostenditur, quòd scientia

Medicina est famosa. illa sit famosa, quia *in medio magnatorum collaudabitur.* Matth 9. *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus.* Et diuites magnique Domini propter delitias, otium & excessus magis indigent medicis, quos & laudant, quando curantur ab illis. Nec pertinet ad laudem artificis qua voluntate opus faciat, sed quale sit opus quod facit, Eccl. 9. *In manu artificum*

Medicina est virtuosa. *opera laudabuntur.* Tertio, notatur, quod sit virtuosa ratione primi principij sc. Dei, à quo est. Vnde dicit, *Altissimus de terra creauit medicinam*, sc. herbas & fructus medicinales, vti est Gen. 1. *& semina & flores*, &c. De his dicitur Eccl. 38. *Ad agnitionem hominum virtus illorum, & dedit hominibus scientiam altissimus, honorari in mirabilibus suis.* Et Sap. 7. *Dominus dedit horum scientiam veram*, scil. medicandi, & prædicta cognoscendi, *vt honoretur in mirabilibus operibus*

Medicina est grata viris prudentibus. *suis.* Quartò, quod sit accepta & grata viris prudentibus, quam non abhorrēt. Primo, ratione principij, scil. Dei, Eccl. 38 *A Deo est omnis medela, & a rege accipiet do-*
1. *nationem.* Iob 5. *Ipse vulnerat & medetur.* Et à rege cælesti accipiet efficaciam, quam habeat in distributione medicinæ. Vnde Asa fuit reprehensibilis, 2. Paral. 16. quòd in medicorum tantū auxilio confisus fuerit. Secundo, ratione exemplo- 2.
rum, quæ sunt in sanctis Ezechia, Esaia, &c. quia Isaias emplastrum caricarum alligauit Ezechiæ, Isa. 38. & curatum est vulnus, 4. Reg. 20. Tertio, ratione expe- 3.
rimenti, quia experimur medicinas tollere infirmitates Eccl. 38. *Da locum medico.* Etenim illum creauit Dominus, & non discedet à te, quia opera illius necessaria sunt. Est enim tempus, quando iam manus illorum incurrat. Et ibidem: *Qui peccat aduersus opificem suum, incidat in manum medici.* Sed & animalia sciunt vsum & fructum medicinarum. Eccl. 18. *Ante languorem* scil. inueteratum, *adhibe medicinam*, spiritualem & corporalem. Spirituales autem medicinæ sunt Ecclesiæ sacramenta, sacræ paginæ, correctiones & consolationes. Sed sunt multi medi- *Contra medicos.*
ci, qui nihil sciunt, aut duri verbis, aut largi promissis, qui accipiunt munera, torquent infirmos, nihil proficiūt, qualiter accidit, Luc. 8. quod mulier fluens sanguine erogauerat totam suam substantiam medicis, nec tamen quicquam profecerat, sed semper deterius habebat. & Matth 5. Multa perpessa fuerat à pluribus medicis. Laus tamen medico- *Medici laus.*
rum est, quòd a Deo commendetur, & ab illo creari fiat. Et vt loquar cum Beroaldo: *Qui nescit medicum ad omnes totius ciuitatis ordines, ad omnem sexum & ætatem pertinere, cum summatibus & infimatibus, viris, feminis, senibus, pueris, ægrotare contingat?* Cùm omnes ex hoc vtilitatem indiscriminatim petant, meritoque dici potest: Medicum rem communem terrarum esse. Et profecto si vera dispicimus, si curiosè cuncta perpendimus, sola medicina, soloque medico opus est omnibus. Me- *Medicina quid.*
dicina est, quæ vna contra fata depugnat, eaque identidem expugnat, quæ languentibus vitam prorogat, quæ iam deploratos, iam defletos, iam in familia Orci numeratos, luci auræque vitali per-

persæpè restituit, multique medicinæ opera reuixisse creduntur. Et ne fabulas percenseam, quæ ab Aesculapio Hyppolitum & Tyndaridam reuocatos ad vitam ferunt. Nonne Asclepiades inter medicos famigerabilis, argumentum huiusce rei vel potissimum est, qui iam homini iam conclamato, depositoque dum effertur fatum attulit. Cuius animam in corporis latibulis delitescentem euocauit, eumque ab inferis postliminio prope funera, tum domum retulit. Etenim iurisconsulti sacrati in libris eorum sententias medicorum recitant. Huc adde, quod huic arti tantum honoris tribuere maiores, vt Dijs inuentores suos assignarint, cæloque dicarint, Apollinem, Aesculapiumq; prodendo, quem ob id Archiatrum, seu Prothomedicum dicit antiquitas. Secundo, tangitur corporis priuatio, quia dicitur, *& amplius non ero*, scil. sicut arbor succisa & desiccata, Isaim. 83. *Priusquàm abeam, & amplius non ero.* De medico mortuo, Isa. 3. *Non sum medicus, & in domo mea non est panis neque vestimentum.* Nam in cœlo non eget vestimento, neque fame, neque contra passiones vllas vllo remedio. In inferno autem nec erit medicus, quia plagæ sunt insanabiles. Tertiò, alterius sæculi locatio, per *Ibi* verbum, quia neque in inferno, neque in purgatorio, vbi dicitur Michææ 4. *Ibi redimet te Dominus*, neque in cælo. Psal. *Ibi lætabimur in ipso.* Matth. 28. *Ibi eum videbitis.*

In funere Iudicis.

Memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum. Ecclesiast. 38.

SEneca dicit in prouerbijs, quod dies sequens sit discipulus diei præcedentis. Nam ex his quæ acciderunt tempore præsenti, possumus accipere doctrinam & notitiam de his, quæ accidere possunt in tempore sequenti. Et ita est de morte. Quia iudicium mortis, quod actum est isti in tempore præsenti, fiet cuilibet nostrum in tempore sequenti: quod verba allegata asserunt, q. d. Omnis homo, qui viuit adhuc, *Memor esto iudicij mei*, scil. mortis meæ, in qua iudicatus sum, quia sic & tu morieris, & ad iudicium venies. Et nota primo dignitatem & potestatem iudicis, de quo ait Cælius lect. antiq. l. 11. c. 46. *Ire ad iudicem, est ire ad ipsum ius, quia iudex debet esse velut anima iuris*, sc. sanctus, inadulabilis, inexorabilis, erectus terrificus. Nam Cicero in legibus, *Magistratum esse dicit legem loquentem, legem verò mutum Magistratum.* Et ibi *Aegyptium iudicem*, vice adagij l. intelligi scribit sanctum, nihil præmio, nihil metu à iustitiæ semita digredientem, & planè eum, qui gratiæ nil prorsus tribuit. Num tu es, qui iudicas? Mala vtique audita te non moueant, aut passim dicta absque certa probatione nunquam credas, sed ante audita diligenter inquiras; nec præcipitando quicquam agas, vt ait text. in c. nullam. Tales honorandi sunt à cunctis mortalibus, & apud gentiles plurimùm honorabantur, vt ait Valerius. Quoniam *Apollo requisitus de iustis Magistratibus respondit se nescire, vtrum Deo-*

Iudicis potestas & dignitas.

Cælius.

Cicero.

Apollinis responsum.

Deorum numero, an hominum aggregari debe-rent. Adeò enim hoc exercitium apud illos illustre fuit, vt illud omni potentatui præferrent. *Quid etenim*, Cicerone teste, *præclarius dignius que inter mortales exercitium potest excogitari, quam vitam hominem in Repub. reperiri, qui communi vtilitati seruiat, qui communia pro suis, sua pro communibus habeat, qui velit & sciat personam ciuitatis gerere, dignitatem decus que sustinere.* Et non solum tales honorari debent, sed etiam beati dicuntur. Psalm. 105. *Qui faciunt iudicium & iustitiam omni tempore.* Tales iudices debent sedere, & sedes dicitur sapientiæ & scientiæ secundum Hieronymum. Ad hoc legitur 2. Esdræ 8. quòd Esdras stetit super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum & legendum librum legis Moysis. Et qui benè sederit super cathedram, honorem accipiet cathedræ, qui vero malè sederit, iniuriam faciet Cathedræ. Sed loquendo de iudice Deo, longè alia differentia dignitatis, potestatis, sapientiæ, & iustitiæ, cuius iudicium si ita sentiretis, sicut iam defunctus noster scit, timeretis profectò, & in huius memoria detestaremini peccata, & conuerteretis vos ad Deum. Monet enim adhuc quemlibet vestrum, *Memor esto.* Primo ergò attendendum est, quod maxime vtilis est cõsideratio eorum, quæ accidere debent homini in morte, quia in his potest dirigere vitam suam, sicut gubernator intendens in fine nauis, nauem ante se dirigens. Seneca: Considera quam pulchra sit res antè mortem vitam consummare, deinde securè expectare reliquam temporis partem. Quia verò vocantur hæc nouissima hominis, dicitur Eccl. 38. *Memento nouissimorum, & non obliuisceris.* Primo quidem, vt mundana vilipendas, quia nil tecum hinc portare poteris. Secundo, vt nunc pœnitentiam agas, quam tunc amplius agere non valebis. Tertio, vt nunc procures, quomodo ad gloriam peruenire queas, quia in loco, ad quem nouissimè perueneris, perpetuo manebis. Quarto, vt peccata tua, quæ tunc celare non poteris, modo per pœnitentiam deleas. Quinto, vt pertimescas, quia à sententia lata appellare non poteris, sed cogeris ferre, quod in æternum dolebis. Ideo Eccl. 7. *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Dicitur postea, *& noli obliuisci*, sc. mortis & iudicij. Vnde multa multi sibi fecerunt horum repræsentatiua. Consulit itaque sapiens, Prou. 3. dic. *Ne obliuiscaris legem meam*, sc. qua statutum est hominibus semel mori, & post hoc ad iudicium. Heb. 9. Deut. 25. *Caue ne obliuiscaris.* Secundo, In themate assumpto recolit Ecclesiasticus terribilẽ definitionem, qua dic. *mortis meæ*, sc. in qua iudicatus sum. Ibi namque valent solum testimonia propriarum conscientiarum, quæ tunc manifesta erunt iudici examinanti, angelo custodi, & dæmoni accusanti. Sed potest, si vult præuertere peccator hãc damnationem, iuxta illud 1. Cor. 11. *si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.* Videtur etiam mortis iudicium malum nonnullis & terribile, tamen in rei veritate non ita est. Multa enim apparent mala, & non sunt. Somniare suspendi se dicunt interpretes somniorum esse bonum, & exaltationem suspensi, quo magis se videt suspendi: quod quidem non ita est in decollatione, quia significat priuationem alicuius commodi vel honoris. Nisi venditus fuisset Ioseph à fratribus, non factus fuisset Aegypti Dominus, Genes. 50. quare dixit eis, *Vos cogitastis de me malum, & Deus vertit illud in bonum.* Sic est de mortis iudicio, de quo Eccles. 41. *O mors quàm bonum est iudicium tuum.* Et ex nomine mors pœnalis innuitur, cùm dicitur, O mors, a mordendo, quia tollit vitam corporis, & dimittit vitam animæ. Dentes autem quibus mordet, sunt diuersi modi moriendi, Eccl. 21. *Dentes leonis dentes eius.* & illi morsus sunt dolores, propter connaturalitatem corporis ad animam,

Cicero.
Iudices honorandi & beati.
Sedere debent.
Hieron.
Iudex Deus.
Consideratio rerum quæ in morte vtilis.
Seneca.
Mortis meæ iudicium.
Multa apparent mala, & non sunt.

n, quæ dum separantur, fit sicut in visione carnis putridæ. Deinde dici-, quod bonum & vtile sit iudicium, a in eo terminatur miseria huius vi- Item humiliatur superbia, vt Antio-, 2. Mach. 9. Præterea per eam pacifi- tur inæqualia scil. diues & pauper. de assimilatur mors ianuæ depressæ, cuius exitu omnes se inclinant. In- per, quia in tali iudicio certificatur norantia futuri, de quo nunc omnes mus in dubio, ibi autem certi & firmi. endem quia in hoc iudicio anima bea- ficatur, quo maius nil appetit, Apoc. . *Beati qui in Domino moriuntur.* 1. Cor. 9. *onum est mihi magis mori quàm viuere.* Idem on. 4 & Eccles. 4. *Laudaui magis mortuos quam viuentes.* Ostenditur etiam quod mors sit terribilis, vnde Propheta cla- mat: *Nō intres in iudicium cum seruo tuo.* Quia sicut atomi apparent splendente sole, sic peccata in iudicio illo. Ideò proui- dendum, vt habeat bonum instrumen- tum, sc. bonam conscientiam, cuius li- teræ sunt bona opera, non ficta vt hypo- crisis. Bonum procuratorem, sc. Chri- stum, qui tibi tribuit, quod datur pau- peribus, cuius salarium est Eleemosyna, vel pauperem loco Christi. Bonos ad- uocatos, sc. sanctos, quibus munera de- bemus sæpè mittere, vigiliarum, ieiu- niorum, orationum, eleemosynarum, venerationum, &c. Postremò defuncti infallibilis notatur prognosticatio. Nam de cõsimilibus idem est iudicium. Prima similitudo est naturæ, qua omnes similes sumus, sc. moriendo, ergo & in iudicio sustinendo, quando colligentur in fasciculos, Matth. 13. quæ est similitu- do altera, sc. culpæ. Tertia est gratiæ. Et in omnibus apparet æquitas diuinæ iu- stitiæ, vt possimus dicere illud Psal. 118. *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Et præterea valdè metuendus, quia ipsius præsentia non potest præuideri, nec po- tentia superari, nec falli scientia, nec fictu iustitia, nec placari iracundia, &c.

Accusabunt verò opera praua, consci- entia vera, elementorum communitas, Christi vulnerum tormenta, dæmones peruersi, socij mali, Christus & sancti omnes, angeli synceri, pauperes & mi- seri, Christi authoritas, qui per suos le- gatos, vicarios, doctrinas, exempla & miracula redarguit omnem mundum, & ad viam iustitiæ voluit reducere. Iu- stè ergò iudicate filij hominum, memo- res, quia & vos iudicabimini. *Accusatores in iudicio.*

In funere excellentis Notarij vel similis.

Vbi sapiens, vbi scriba, vbi conquisi- tor huius sæculi. 1. Cor. 1.

QVantumuis prouerbium dicat com- mune. *Sapiens dominabitur astris.* Et Ec- cles. 9. *Melior est sapientia, quàm arma bellica.* Item Sap. 7. *Sapientiam non vincit malitia.* Sed nulla est contra mortem sapientia. Eccl. 2. Omnes enim rapit mors, & ne- scimus vbi constituat. Quod de nostro defuncto etiam dici potest, vbi sit om- nis sapientia, scientia, dexteritas, solli- citudo, sc. scribendi, agendi, & conqui- rendi lucra temporalia. Sapientis ergò est scire, quæ ad suam professionem re- quiruntur, hinc dicimus, iste est medi- cus, consiliarius, cancellarius, sapiens, & hoc quidem in vita, at in morte perit sapientia, 1. Cor. 1. *Perdam sapientiam sapien- tum.* In hoc apparet primo defectus sa- pientiæ sæcularis, quia pluribus est cau- sa periculi & perditionis animæ suæ, propter quod abutuntur sapientia sua. Virtutibus non possunt abuti, scil. vt sit malus actus virtutis, licet eam aliqui o- derint, vel de ea superbiant. At scien- tia possunt malè vti vel superbiendo, vel causam iniustam defendendo, vel in nocumentum alterius, quæ scientia *Mortem sapientia nil refrenat.* *Sapientiæ sæcularis defectus.* 1.

Eccles. 8. *Hoc intellexi, quòd omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem.* Secūdò ratione beatitudinis assequendæ, Eccles. 2. *Vidi in omnibus vanitatem,* &c. Tertiò, ratione quietis possidendæ. Mich. 2.
2 *Surgite & ite, quia non habetis hic requiem.* Secunda immutatio erit in resurrectione, quando corruptibile hoc induet incorruptionem & immortalitatē, & tunc 1. Corinth. 15. *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Multis modis adiuuat Dominus in bello. Primò, Virtutem hostium minuendo, Iudith 9. *Erige brachium tuum, sicut ab initio & allide virtutem eorum,* &c. Secundò, Impetum hostium flagellis impediendo. Iudith. 9. *Tenuit pedes illorum abyssus & aquæ operuerunt illos,* immensitas tribulationum. Tertiò, Virtutem ad impugnandum dando Isai. 40. *His qui non sunt fortitudinē & robur multiplicat.* Quartò, Audaciam impetendi tribuendo. Iudith 13. *Stetit Iudith ante lectum orans cum lachrymis & labiorum motu in silentio dic. Conforta me Deus Israel.* Per contrarium, Oseæ 9. *Factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor,* quia scil. non repugnat contra tentationem, Prouerb. 7. *Propter cordis inopiam perdit animam suam.* Quintò, longanimitatem in pugna tribuendo, Psal. *Posuisti vt arcum æreum brachia mea,* Isai. 40. *Currēt & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.* Sextò, Arma tribuendo, Eph. in fine. *Accipite armaturam Dei,* &c. exemplum. 2. Machab. vlti. *Accipe gladium sanctum munus à Deo, in quo deiicies hostes populi mei Israel:* hoc dixit Ieremias ad Iudam. Septimò, Coadiutores præbendo, Psal. *Immittit angelus Domini in circuitu timentium eum,* Psal. *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniat auxiliū mihi* scil. sanctos angelos, Mar. 1. *accesserunt angeli & ministrabant ei.* Octauò, Agilitatem dando & in altum ponendo, Ps. *Qui posuit pedes meos tanquam ceruorum & super excelsa statuit me* 9. Faciēdo decipere mūdum & seipsum, 1. Corinth. 9. *Omnis qui in agone cōtendit, ab omnibus se abstinet.* Decimò, In latitudinem ponendo, scil. in charitatem Psal. *Eduxit me in latitudinem, saluum me fecit, quoniam voluit me.* Nam qui est in lato, melius potest pugnare, quia potest in omnes partes declinare, non ita, qui est in angusto, Thren. 1. *Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias.* Vndecimo, Pro eis pugnando & in eis, Exod. 14. *Dominus pugnabit pro nobis & vos tacebitis.* Duodecimo, Cadentes erigendo, Psal. *Dominus erigit elisos.* Prouerb. 12. *Septies cadit & resurgit.* Vulgariter dicitur, quod non est adeò bonus miles, qui non cadat aliquando in bello, Psal. *Iustus cum ceciderit non collidetur,* &c. Decimotertiò, Deducendo in bello, Psal. *Tenuisti manum dexteram meam sicut scutifer tenet habenas Domini sui & cum gloria suscepisti me.* Bernardus: *Non habitat in adiutorio altissimi, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum.* Aduerte etiam quod bellum est multiplex. Bellum bonorum quod docet Deus, & malorū diabolus. Bellum bonorum est contra peccata & concupiscentias: *Caro enim concupiscit aduersus spiritum,* Gal. 5. Et hoc dicitur, Prouer. 20. *Equus &c.* pœnitens *paratur ad diem belli.* scil. tentationis, *Dominus autem salutem tribuit.* In hoc bello debemus ignea tela, scil. suggestiones diaboli extinguere. Ephes. 5. *Assumite scutum fidei.* Item portas hostium, scil. mundanorū astutias subuertere. Iud. 5. *Noua bella elegit Dominus & portas hostium subuertit.* Item castra exteriorum, scil. munitiones carnalium desideriorum euertere, Hebr. 11. *Fortes facti sunt in bello, castra verterunt exteriorum.* Sic fecerat iustus. Psal. *Confregit potentias, arcum, scutum, gladium & bellum.* Item diabolum penitus expugnare, ideò dic. Dominus: [Estote fortes in bello.] Et in tali bello sunt quatuor necessaria. Magnanimitas in aggrediendo, vbi bellator deficiens per inopiam displicet Deo. Eccles. 14. & hanc dat Deus, Psal. *Deus præcinxit me virtute ad bellum.* Prudentia in progrediendo, Prouerb. 20. *Consilijs cogitationes roborantur & gubernaculis tractanda sunt bella.* Et hanc dat

Marginalia (left): *Immutatio* — *Bellantes multis modis adiuuat Dominus.* — 1 — 2 — 3 — 4 — 5 — 6 — 7 — 8 — 9 — 10
Marginalia (right): 11 — 12 — 13 — *Bernardus.* — *Bellū multiplex.* — *In bello quæ necessaria.* — *Magnanimitas.* — *Prudētia.*

Prudentia. dat De⁹, Psal. *Deus præcinxit me virtute ad bellū.* Prudentia in progrediendo. Pro. 20. *Cōsilijs cogitationes roborantur & gubernaculis tractanda sunt bella.* Et hanc dat Deus. *Constantia.* Cōstantia in sustinendo, Zach. 10. *Visitauit Dominus gregem suum, domum Iuda & posuit eos quasi* *Fortitudo.* *equum gloriæ suæ in bello.* Fortitudo in expugnando, Isai. 30. *In tympanis, tympanis & bellis* [illegible] *expugnabit eos.* In prælio autem diaboli, necessaria est Dei inuocatio, & diligens ad tentationem præparatio, vt [illegible] possit resistere propter victoriam & coronam gloriæ.

In funere magni viri.

Magnus & paruus ibi sunt & seruus liber a Domino suo. Iob 3.

SIcut cum natura mortali pariter omnes generātur, ita per actualem mortem omnes corrumpuntur: quod in verbis allegatis apparet, quia æqualiter inuadit mors magnum sicut paruum liberum sicut seruū, hoc excepto, quod qui erat seruus ante mortem, per mortē fit liber à Domino suo. Vel qui in hac vita erant æquales secūdum magnitudinem & paruitatem prosperitatis, sublata per mortem tali prosperitate sunt ibi, scil. in alia vita, quantum ad hoc æquales, & [illegible] est liber à Domino suo. Et primo quidem mors est communis omnibus, quia est iustitiaria Dei ad puniendum humanæ naturæ peccatum: & diuinum iudicium, non attendit personam, Sap. 6. *Non subtrahet, scil. à morte personam cuiusquam Dominus, nec verebitur personam cuiusquā, quoniam pusillum & magnum ipse fecit & æqualiter est illi cura de omnibus.* Est ergo æquus & communis iudex & hoc primo propter inuariabilem primæ damnationis
1 sententiam, qua dictum est, Genes. 2. *In quacunq; die comederis.* Et Deu. 1. dixit Moyses iudicibus qui positi erāt vice Dei ad iudicandum populum eius: *Nō erit distantia personarum, ita paruum audies vt magnū, nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est.* Secundo, propter rationabilem
2 prouidentiam diuinæ dispositionis, scil. ne mala fierent absque terrore vllo & bona sine spe remunerationis, Iob 34. *Absit à Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei & iuxta vias singulorum restituet eis.* Et subdit. *Qui non accipit personam principum nec cognouit tyrannum* [illegible]
manuum eius sunt vniuersi. Tertio, propter fa- 3
miliarem materiā consolationis, scil. vt acerbitatem facit consolabitur æqualitas, Eccl. [illegible]. Col. 3. [illegible] *tes, quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino Christo seruite. Qui enim iniuriam facit, recipiet illud, quod inique gessit, & nō est personarum acceptio apud Deum.* Ostenditur etiam hic Dei potentia, Psal. 135. *Qui percussit reges magnos & occidit reges fortes.* Reputantur quidam magni propter sapientiam vt Salomon 3. Reg. 4. at tamen d. Iob 36. *Ecce Deus magnus & vincens scientiam nostram*, & ideo moritur doctus pariter & indoctus. Quidam propter diuitias vt 1. Reg. 25. de Nabal Carmelo, sed & Luc. 12. dictum est diuiti: *Stulte hac nocte.* Ostenditur etiam prouidentiæ suæ æqualitas, quia pusillum & magnū, &c. quia & hoc in iudicio humano requirit Eccl. 5. *Iustifica pusillum & magnum similiter*, sc. æqualiter. Secundo, Mortis potestas describitur in detinēdo, quia ibi sūt magnus & paruus, in carcere mortis sc. in sepulchro. Sed aduertendum, quod secundum casum mortis ita ibi vbi sunt, scil. in alia vita mortui perpetuo collocantur. Et hoc dicitur figurate, Eccl. 2. *Si ceciderit lignum ad Austrum vel ad Aquilonem, vbicunq; ceciderit, ibi erit.* Per lignum figuratur homo, scil. per lignum inutile ad opus bonum homo peccator, Ezech. 15. *Fili hominis, quid fiet de ligno vitis, ex omnibus lignis nemorum quæ sunt inter ligna syluarum. Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunque vas? Ecce igni datum est in escam.*

[Left margin notes:] [illegible] est cō[illegible] om[illegible], quia [illegible] iustitia[illegible] Dei. — Iudex com[illegible] & [illegible] Deus.

[Right margin notes:] Dei potentia. — Dei prouidentia æqualitas. — Mortis potestas. — Lignū quid significet.

Fructuosissimum est lignū vitis, quam diu inhæret viti, inutilissimum, quando ab ea separatur: Et sic est de peccatore, quando à Christo separatus est gladio iniquitatis. Quia *iniquitates vestræ diuiserunt inter nos & Deum vestrum.* Isai 59. Itaque inter fideles Ecclesiæ, aut qui sunt in diuersis statibus efficiuntur inutiles, tam respectu sui, quantum ad meritum, quia non procedit ab ipsis actus meritorius, nec ex illis fabrica mansionum cælestium fieri potest, quàm respectu aliorum, quia non potest fieri paxillus, scil. paruus palus, scil. prælatus humilis rectus & firmus ex quo dependent vasa Domini, scil. animæ subditorum, quia neque paruus per humilitatem, neque rectus per charitatem vel iustitiam, neque firmus per constantiam & patientiam peccator est. Per viride & fructuosum lignum figuratur homo iustus, qui est in charitate radicatus, influētia gratiæ diuinæ vel sapientiæ irrigatus, disciplinæ maceratione siue castigatione putatus, & folijs sacræ doctrinæ gratiosus, & fructibus operum bonorum plenus, Psal. 1. *Erit tanquam lignum, quod plantatum est.* Notatur & hominis morientis anima, sc. cùm ceciderit. Vas vile non curatur si frangatur, at secus de vase pretioso. Homo habet duo vasa, luteum, sc. corpus, & non multum curatur, si per mortem frangatur, quia reparabitur in resurrectione, alterum est nobile, scil. anima, quod in morte cadit & irreparabiliter frangitur, quando homo impœnitens & in peccato moritur, quia nequaquam potest ampliùs per pœnitentiam reparari, & tales semper erunt perditi, Ier. 25. *Cadetis, quasi vasa pretiosa.* Sed *iustus cum ceciderit*, scil. per mortem *non collidetur*, scil. quātum ad animam Item morientium differentia ponitur, dic. ad austrum vel Aquilon. Qui cadit ad Austrū moritur in gratia, cadit ad Aquilonem qui in frigore malitię moritur, Eccl. 43. *Frigidus ventus Aquilo flauit*, scil. malitia,

Morientis hominis ruina.

Homo habet duo vasa.

Abac. 3. *Deus ab Austro veniet.* Postremò mortis authoritas, quòd de seruo liberum faciat Est quædā seruitus, sc. transgressionis peccati, de qua Ioan. 8. *Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.* De illa debet homo multum curare vt fiat liber, per pœnitentiam dum viuit, quia post mortem pœnitentia non habet locum. Est seruitus conditionis, qua vnus subiacet alteri illa autem non est curanda multum, quia non excludit animæ salutem, nec benefaciendi libertatem aut facultatem, nec diuinam libertatem. Quia qui in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini. Sicut è contrario humana libertas non prohibet diuinā seruitutem secundum illud 1. Cor. 7. *Qui liber vocatus est, seruus est Christi.* Studete ergo parui esse in oculis Dei, parui humilitate & sui ipsius reputatione vili, vt sitis postea magni in æterna gloria.

Mortis ... liberta.

Seruitus ... transgr... onu.

Seruitus ... conditionis.

In funere Doct. Theologi.

Ecce docuisti plurimos & manus lassas roborasti, & vacillantes confirmauerunt manus tuæ. Iob. 4.

Hieronymus ad Demetriadem dicit. *Multi cùm loqui nesciunt tacere non possunt, docentque scripturas, quas non intelligunt, & prius volunt esse imperitorum magistri, quàm doctorum discipuli. Prudentes igitur prædicare & docere debent non imperiti.* Hęc ille. Docere autem nomen est authoritatis, Doceri nomen vtilitatis. Doctores itaque valdè necessarij sunt in Ecclesia militante Et Doctores in Ecclesia sunt sicut os in animali, & sicut radix in arbore. Os enim recipit cibos, quos tādem ad corpus nutriendum transmittit. Radix etiam de terra sugit humorem, de quo tandē rami arboris nutriuntur. Aquila etiā quādo aqui...

Hieron... contra ... presum... doctore...

Doctores Eccl... necess... & ... rantur ... & ra... Simil... aqui...

dò videt, quòd pulli nimis iuuenes sũt, nec adhuc carnem comedere possunt, solet de præda sanguinem sugere & pullis esurientibus ministrare. Sic Doctores de Deo vel è libris humorem scientiæ & doctrinæ debent accipere, & tandem in auditores transfundere. Ita dic David Psal. *Venite filij audite me, timorē Domini docebo vos.* Qui autem habet timorem Domini, multa didicit, constans & confirmatus est, vt à Deo non recedat, & illum plenè cognoscat. Talis Doctor fuit defunctus noster. De quo illud 1. Esdræ. 7 dicitur. *Esdras parauit cor suum, vt inuestigaret legem Domini & faceret & doceret.* Vbi ostenditur, quod Doctor debet nocumenta tollere d. *Parauit cor suum*, sc. per peccatorũ refectionē, & per virtutũ acquisitionē. Quia Sap. 1 *In maleuolā animam nō introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.* ideò talis semper potest dicere illud Psal. *Paratum cor meum Deus paratū cor meum, cantabo & psallam in gloria mea.* Debet esse paratum per puram intentionē. Alias vinum in vas corruptum positum corrumpitur 1. Cor. 5. *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* Psal. *Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas,* &c. Rom. 2. *Qui alium doces, teipsum non doces, qui prædicas non furandū, furaris.* Secundo Debet continuè studere, quia d. Inuestigaret legē Domini. Eccl. 39. *Sapientiā omniū antiquorum exquiret sapiens* Sic. n. facit Medicus in herbis disquirendis. Eccl. 6. *Inuestiga illam, sc. legem Domini, & manifestabitur tibi. et continens factus ne derelinquas eam.* Tertiò, Debet factis implere, vt faciat quod docet, Act. 1. *Cepit Iesus facere & docere.* Iudicum 7. Illi ad prælium fuerunt electi, qui aquam cum manu lambendo biberunt, & aquam prius manu, quàm lingua tetigerũt. Gregor. in moralibus. *Tunc doctrina cum omni imperio docetur, cùm prius agitur, quàm dicatur. Nam doctrinæ fiduciam subtrahit, cùm linguæ conscientia contradicit.* Et hæc de Doctore: sed de nobis instruendis restat, vt in rebus vtilibus & honestis, non in rebus inutilibus atque vanis. Columba enim grana puriora accipit, & Ps. *Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me* Iustus ergò petit vt instruatur ad sequendum regulā virtutũ, d. *Bonitatem.* Ad ferendũ pœnarũ ferulā, d. *Disciplinam.* ad habendũ cunctorum speculam d. *Scientiā doce me.* Bonitas remouet omnia mala impedimenta. Docet omnes vias salutis, æquitatis, pietatis, veritatis, claritatis, sobrietatis, taciturnitatis. Docet & noxia fugere, diuina colere, hosti resistere, secure sistere, malos conuertere, peccata plangere, doctè discernere, futura cernere, æterna quærere, Psalm. *In bonitate tua doce me.* Prouerb. 13. *Doctrina bona dabit gratiam.* Neem. 9. *Spiritum bonum dedisti eis, qui docet nos.* Disciplina autem notatur, scil. asperitas correctionis, in qua scil. patienter & prudenter sustinenda debemus velle & petere edoceri. Ex disciplina enim & tribulatione timor Dei concipitur, qui super omnia necessarius est homini & vtilis, vt in eo doceatur. Deut 11. *Docete filios Israel, vt metuant Dominum,* Ier. *Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos* quasi d. Iª sit prima lectio vestra. Quia sicut dicitur in Psal. & Eccles. 1. *Initium sapientiæ timor Domini.* De disciplina vero dicitur Eccles. 50. quòd *doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice suo Iesus filius Syrach*, quasi dicat, Sapientia & disciplina sorores sunt, quia scilicet de disciplina ad doctrinam sapientiæ peruenitur, Daniel. 1. *Præceptum est præposito,* &cæt. Nota item *Scientiam edoce me.* Omnes enim homines scire desiderant, Psal. *Qui docet homines scientiam, Dominus scit cogitationes hominum.* Sequitur. *Beatus, quem tu erudieris Domine, et de lege tua docueris eum.* Iterum Doctrina quæ habet subtilitatem, Exod. 28. *Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem.* quasi dicat. Istam doctrinam concomitatur iudicium, ratio & veritas. Vtilitatem. Vnde proueniunt fructus bonorum operum & virtutum,

[Margin notes, left:] *Doctor debet nocumenta tollere.* — *Doctor debet continuè studere.* — *Doctor debet factis implere.*

[Margin notes, right:] *Doctrina salutaris quæ* — *Explicantur verba.* — *Doctrina subtilis.* — *Vtilis.*

tum, vnde rori & pluuiæ comparatur, Deut. 33. *Concrescat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum* Suauitatem. Pro. 24. *Fauum dulcissimum gutturi tuo, sic & doctrina sapientiæ.* Facilitatem, Prouerb. 14. *Doctrina prudentium facilis.* Authoritatem. Procedit enim à Deo non ab homine. Quilibet enim Doctor potest dicere illud Ioannis 7. *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me patris.* Pretiositatem, quia nil comparatur ei, Prouerb. 8. *Accipite disciplinam meam & non pecuniam, doctrinam magis quàm aurum eligite. Melior est enim sapientia cunctis operibus pretiosissimus.* Talem doctrinam docti respiciunt, iusti recipiunt, stulti despiciunt. Iste defunctus dũ alios docuit, docuit & seipsum, & in seipso ostendit, quod alios docuit, multos ad Dei notitiam & salutis perduxit, & dubitantes in fide erexit atque confirmauit, vt credatur sicut stella iam fulgere in perpetuas æternitates.

Suauis. *Facilis.* *Authoritatem habens*

In funere Doctoris legum.

Vbi litteratus, vbi verba legis ponderans, vbi est Doctor paruulorum. Isai. 33.

IN mundo sunt multi sapientes, sicut & multi insipientes, imò & hi plurimi. Eccles. 1. *Stultorum infinitus est numerus.* Quia homo compositus est ex dupl ci natura, scil. sensitiua & intellectiua, & quo magis illam sequitur, eo magis cõmunicat cum bestijs, & magis cum angelicis spiritibus si intellectiuam sequitur. Et quia multi sunt sequentes passiones sensitiuas, pauci verò viuentes secundum rationem & intellectum, ideò stulti plurimi, sapientes pauci. Iterum,

Homo cõpositus ex duplici natura

quia *multitudo sapientum, sanitas est orbis terrarum* Sap. 6. hinc fit cum sint etiam qui si oculus in corpore, quorum consilio & sapientia diriguntur omnes alij, & per mortem illorum vtilitas tollitur & hic defunctus talis fuit, vt communis fiat luctus. In vita dum erat, erat vel domi, vel in Ecclesia, vel in curia, &c. Sed nunc post mortem dubia est quæstio de anima vbi sit, & quidem ter quæritur: quia tria sunt animarum loca, cælum, purgatorium & infernus. Leuia occupant superiora loca, grauia autem infima. Sic iusti cęlum, reliqui vel purgatorium vel infernum. Iob. 21. *Ducunt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descendunt.* & de tali Iob 14 dicitur, *Homo cum mortuus fuerit, nudatus atque consumptus, vbi quæso est?* sc. impœnitens, & respondetur in inferno. Mortuus in corpore, nudatus & expoliatus omnibus bonis, & consumptus Iob. 7. *Consumpti sunt absque spe.* Secundo, Describitur ille de quo quæritur. Et primò literarum scientia præditus. Talis enim debet esse magis sapiens, quam Idiota, qui est sine literis. Ille autem verè potest dici magis sapiens, qui peruenit ad meliorem finem, talis tandem venit ad vitam æternam, Eccles. 6 *Quid habet amplius sapiens stulto, nisi quod pergat illuc, vbi est vita.* Sed hodie euenit, quod simplices multi eunt ad cælum & sapientes ad infernum, qui vel scientia sua abutuntur, lucrantur, exercent Magiam, errant in fide, &c. 2 Corinth. 3. *Litera occidit,* scilicet animam. Secundo, Vbi verba legis ponderans, qualis debet esse aduocatus, sed vide quomodo hodie ponderant. Micheæ 6. *Nunquid iustificabo stateram impiam & sacculi pondera dolosa,* (scilicet linguæ aduocatorum) *pondera dolosa?* &c. Tertiò, Vbi est Doctor? Ille enim accepit licentiam docendi & Cathedram tenendi si vellet. Sed ille verus legum Doctor est cuius vita non discrepat à legis doctrina: Sic de Christo dic. Actor. 1. *Cœpit Iesus facere & docere.* Vnde

Vbi sunt de sapientum, sanitas orbis. *Anima defuncti quæritur.* *Commendatio quæsiti* *1 praditus.* *2 Ponderans.* *3 Doctor.*

Vnde cùm lex sit sancta & sancta, affirmâs honestum, & prohibens contrarium, ille posset dici verus legum Doctor qui honeste viueret, & inhonesta fugeret. Nota quatuor virtutes Cardinales, quæ in Christo fuerunt, debent esse in iudice ex Psalm 7. *Deus iudex iustus*, &c. Prudentia per hoc quod d. *Iudex*, ad prudentiam enim spectat iudicare & discernere. *Iustus*, ecce iustitia, *Fortis*, ecce fortitudo, *Patiens*, ecce patientia, ne ad iram moueatur & abducatur. De aduocatis autem malis potest intelligi Psalmus 63 qui præsentes & proximos iurgijs & contumelijs cedunt, absentes & remotos detractionibus sagittant & vulnerant. Ierem 9. *Sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est*. Sunt quidam serpentes Cerastes, habentes corneas linguas & venenatas: tales sunt linguæ aduocatorum litigantium, sc. duræ & malitiosæ. Ideò dicitur de Dan, qui interpretatur iudicium, & significat causidicos, Gen. 49 *Fiat Dan Cerastes in semita*. venenum, quod exit de hac lingua, est peruersum consilium: & sicut venenum haustum humores corporis commouet, sic consilium aduocati eos, qui sumunt illud, commouet secundùm illud Eccles. 28. *Lingua tertia multos commouit*. Et si lis nulla fuerit, vel fortè non vocentur ad consilia, ipsi à longè machinantur, vt possint lites suscitare. Vnde in dicto Psalmo dicitur, *Intenderunt arcum*, scil. malitiam cordis sui, *rem amaram*, sc. simplicibus pauperibus, quos vexari faciunt, & tota die citari, sed hoc faciunt, *vt sagittent in occultis immaculatum*. In Psalmo 104. habetur, *Et dedit terra eorum ranas*. Tertia plaga in Ecclesia sunt ranæ, sc. aduocati, qui in flumine diuitiarum nascuntur & garriunt. Apocalyp. 16. *Vidi de ore Draconis, & de ore bestiæ, & ore pseudoprophetæ exisse tres spiritus immundos in modum ranarum*. Diabolus est draco sibilans tentando, bestia deuorando, & pseudopropheta decipiendo. Et ad hæc facienda exeunt de ore eius aduocati, qui sunt spiritus draconis sibilando per adulationes, spiritus bestiæ deuorando per comessationes, spiritus pseudoprophetæ decipiendo per cauillationes, & hi habitant in penetralibus regum ipsorum, sc in cauernis prælatorum, quia Prælati plures habent secum aduocatos, quàm prædicatores, vnde apparet, quod plus amant temporalia, quam spiritualia.

Iudex debet habere virtutes Cardinales

Serpens Cerastes.

In funere Medici.

Medicus non est ibi. Ieremiæ 8.

Artes omnes, quæ deseruiunt humanæ vitæ corporali, in vita quidem ista mortali multũ sunt lucratiuæ. Medicina autem non tantùm est lucratiua multum, sed etiam peritos medicos præ alijs honorabiles reddit. Vnde Eccl. 38. *Honora medicum propter necessitatem*, sc. precibus, muneribus, obediendo, gratias agendo, *propter necessitatem*, sc infirmitatis sanandæ. At hæ omnes artes in cœlo nil valẽt, quia ibi nulla plane passio. Commendat autem illum ex nomine, quia Medicus, qui est minister naturæ, quam iuuat. Et quia natura & virtus tam infirmi, quàm rerum medicinalium a Deo est, ideo medicus, qui & minister naturæ est, etiam est minister Dei. Hinc à Deo & ab hominibus medicus bonus atque Catholicus acceptatur & exaltatur, Eccl. 38. *Disciplina medici exaltabit caput illius, & in medio magnatorum collaudabitur, altissimus de terra creauit medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam*. In quibus verbis declaratur primo, quod medicina sit ipsi medico fructuosa, vt & in hoc mũdo & in cœlo possit exaltari. Primo, si studet facere circa animam suam, quod facit

Medicus est minister naturæ.

Medicus bonus à Deo & hominibus acceptatur & exaltatur.

Medicina est medico fructuosa.

Medici officium. 1.

facit circa aliorum corpora, scil. curando ab ægritudinibus per pœnitentiam, cui conuenit illud Lucæ 4. *Medice cura teipsum.*
2. Secundo, si facit ita ad curandam infirmitatem spiritualem aliorum, sicut facit circa corporalem. Nam cùm infirmitates subinde proueniant ex peccato, dicente Domino languido: *Vade & noli amplius peccare, ne deterius aliquid tibi contingat*, moneat illum, nec recipiat infirmum, nisi cùm confessus fuerit sacerdoti peccata sua, & communicauerit, prout præcipiunt Canones, nec suadent ægro aliquid, quod in periculum
3. animæ conuertatur. Tertio, si medicus est pauperibus infirmis pius, vt qui non habent vnde soluant, ipse gratis officium suum præstet aut consilium, aut aliàs bene faciat illis in necessitatibus suis. Secundo, ostenditur, quòd scientia

Medicina est famosa.

illa sit famosa, quia *in medio magnatorum collaudabitur.* Matth 9. *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus.* Et diuites magnique Domini propter delitias, otium & excessus magis indigent medicis, quos & laudant, quando curantur ab illis. Nec pertinet ad laudem artificis qua voluntate opus faciat, sed quale sit opus quod facit, Eccl. 9. *In manu artificum opera laudabuntur.*

Medicina est virtuosa.

Tertiò, notatur, quod sit virtuosa ratione primi principij sc. Dei, à quo est. Vnde dicit, *Altissimus de terra creauit medicinam*, sc. herbas & fructus medicinales, vti est Gen. 1. *& semina & flores*, &c. De his dicitur Eccl. 38. *Ad agnitionem hominum virtus illorum, & dedit hominibus scientiam altissimus, honorari in mirabilibus suis.* Et Sap. 7. *Dominus dedit horum scientiam veram*, scil. medicandi, & prædicta cognoscendi, *vt honoretur in mirabilibus operibus*

Medicina est grata viris prudentibus.

suis. Quartò, quod sit accepta & grata viris prudentibus, quam non abhorret. Primo, ratione principij, scil. Dei, Eccl.
1. 38 *A Deo est omnis medela, & à rege accipiet donationem.* Iob 5. *Ipse vulnerat & medetur.* Et à rege cælesti accipiet efficaciam, quam habeat in distributione medicinæ. Vnde Asa fuit reprehensibilis, 2. Paral. 16. quòd in medicorum tantù auxilio confisus fuerit. Secundo, ratione exemplo- 2.
rum, quæ sunt in sanctis Ezechia, Esaia, &c. quia Isaias emplastrum caricarum alligauit Ezechiæ, Isa. 38. & curatum est vulnus, 4. Reg. 20. Tertio, ratione expe- 3.
rimenti, quia experimur medicinas tollere infirmitates Eccl. 38 *Da locum medico. Etenim illum creauit Dominus, & non discedet à te, quia opera illius necessaria sunt. Est enim tempus, quando iam manus illorum incurrat.* Et ibidem: *Qui peccat aduersus opificem suum, incidat in manum medici.* Sed & animalia sciunt vsum & fructum medicinarum. Eccl. 18. *Ante languorem* scil. inueteratum, *adhibe medicinam*, spiritualem & corporalem. Spirituales autem medicinæ sunt Ecclesiæ sacramenta, sacræ paginæ, correctiones & consolationes. Sed sunt multi medici, qui nihil sciunt, aut duri verbis, aut largi promissis, qui accipiunt munera, torquent infirmos, nihil proficiût, qualiter accidit, Luc. 8. quod mulier fluens sanguine erogauerat totam suam substantiam medicis, nec tamen quicquam profecerat, sed semper deterius habebat. & Matth 5. Multa perpessa fuerat à pluribus medicis.

Contra medicos.

Laus tamen medicorum est, quod à Deo commendentur, & ab illo creati sint.

Medici laus.

Et vt loquar cum Beroaldo: *Quis nescit medicum ad omnes totius ciuitatis omnes, ad omnem sexum & ætatem pertinere, cum summatibus & infimatibus, viris, feminis, senibus, pueris, ægrotare contingat?* Cùm omnes ex hoc vtilitatem indiscriminatim petant, meritoque dici potest: Medicum rem communem terrarum esse. Et profecto si vera dispicimus, si curiose cuncta perpendimus, sola medicina, soloque medico opus est omnibus.

Medicina quid.

Medicina est, quæ vna contra facta depugnat, eaque identidem expugnat, quæ languentibus vitam prorogat, quæ iam deploratos, iam defletos, iam in familia Orci numeratos, luci auræque vitali per-

persæpè restituit, multique medicinæ opera reuixisse credūtur. Et ne fabulas percenseam, quæ ab Aesculapio Hyppolitum & Tyndaridam reuocatos ad vitam ferunt. Nonne Asclepiades inter medicos famigerabilis, argumentum huiusce rei vel potissimum est, qui iam homini iam conclamato, depositoque dum effertur fatum attulit. Cuius animam in corporis latibulis delitescentem euocauit, eumque ab inferis postliminio prope funera, tum domum retulit. Etenim iurisconsulti sacrati in libris eorum sententias medicorum recitant. Huc adde, quod huic arti tantum honoris tribuere maiores, vt Dijs inuentores suos assignarint, cæloque dicarint, Apollinem, Aesculapiumq; prodendo, quem ob id Archiatrum, seu Protomedicum dicit antiquitas. Secundo, tangitur corporis priuatio, quia dicitur, *& amplius non eris*, scil. sicut arbor succisa & desiccata. Psalm. 83. *Priusquàm abeam, & amplius non ero.* De medico mortuo, Isa. 3. *Non sum medicus, & in domo mea non est panis neque vestimentum.* Nam in cœlo non eget vestimento, neque fame, neque contra passiones vllas vllo remedio. In inferno autem nec erit medicus, quia plagæ sunt insanabiles. Tertiò, alterius sæculi locatio, per *Ibi* verbum, quia neque in inferno, neque in purgatorio, vbi dicitur Michææ 4. *Ibi redimet te Dominus*, neque in cælo. Psal. *Ibi lætabimur in ipso* Matth. 28. *Ibi eum videbitis.*

Corporis priuatio.

Alterius sæculi locatio.

In funere Iudicis.

Memor esto iudicij mei, sic enim erit & tuum. Ecclesiast. 38.

SEneca dicit in prouerbijs, quod dies sequens sit discipulus diei præcedentis. Nam ex his quę acciderunt tempore præsenti, possumus accipere doctrinam & notitiam de his, quę accidere possunt in tempore sequenti. Et ita est de morte. Quia iudicium mortis, quod actum est isti in tempore præsenti, fiet cuilibet nostrum in tempore sequēti: quod verba allegata asserunt, q. d. Omnis homo, qui viuit adhuc, *Memor esto iudicij mei*, scil. mortis meæ, in qua iudicatus sum, quia sic & tu morieris, & ad iudicium venies. Et nota primo dignitatem & potestatem iudicis, de quo ait Cælius lect. antiq. l. 12. c. 46. *Ire ad iudicem, est ire ad ipsum ius, quia iudex debet esse velut animatum ius*, sc. sanctus, inadulabilis, inexorabilis, erectus terrificus. Nam Cicero in legibus, *Magistratum esse dicit legem loquentem, legem vero mutum Magistratum.* Et ibi *Aegyptium iudicem*, vice adagij l. intelligi scribit sanctum, nihil præmio, nihil metu à iustitiæ semita digredientem, & planè eum, qui gratiæ nil prorsus tribuit. Num tu es, qui iudicas? Mala vtique audita te non moueant, aut passim dicta absque certa probatione nunquam credas, sed ante audita diligenter inquiras; nec præcipitando quicquam agas, vt ait text. in c. nullam. Tales honorandi sunt à cunctis mortalibus, & apud gentiles plurimùm honorabantur, vt ait Valerius. Quoniam *Apollo requisitus de iustis Magistratibus respondit se nescire, vtrum*

Iudicis potestas & dignitas.

Cælius.

Cicero.

Apollinis responsum.

Deo-

Deorum numero, an hominum aggregari deberent. Adeò enim hoc exercitium apud illos illustre fuit, vt illud omni potentatui præferrent. *Quid etenim,* Cicerone teste, *præclarius dignius que inter mortales exercitium potest excogitari, quam vnam hominem in Repub. reperiri, qui communi vtilitati seruiat, qui communia pro suis, sua pro communibus habeat, qui velit & sciat personam ciuitatis gerere, dignitatem defendere, & sustinere.* Et non solum tales honorari debent, sed etiam beati dicuntur. Psalm. 105. *Qui faciunt iudicium & iustitiam omni tempore.* Tales iudices debent sedere, & sedes dicitur sapientiæ & scientiæ secundùm Hieronymum. Ad hoc legitur 2. Esdræ 8. quòd Esdras stetit super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum & legendum librum legis Moysis. Et qui benè sederit super cathedram, honorem accipiet cathedræ, qui verò male sederit, iniuriam faciet Cathedræ. Sed loquendo de iudice Deo, longè alia differentia dignitatis, potestatis, sapientiæ, & iustitiæ, cuius iudicium si ita sentiretis, sicut iam defunctus noster scit, timeretis profectò, & in huius memoria detestaremini peccata, & conuerteretis vos ad Deum. Monet enim adhuc quemlibet vestrum, *memor esto.* Primo ergo attendendum est, quod maxime vtilis est cōsideratio eorum, quæ accidere debent homini in morte, quia in his potest dirigere vitam suam, sicut gubernator ... naus, nauem ante se dirigens. Seneca: Considera quam pulchra sit res ante mortem vitam consummare, deinde securè expectare reliquam temporis partem. Quia vero vocatur hæc nouissima hominis, dicitur Eccl 30. *Memento nouissimorum, & non ... linquis.* Primo quidem, vt mundana vilipendas, quia nil tecum hinc portare poteris. Secundo, vt nunc pœnitentiam agas, quam tunc amplius agere non valebis. Tertio, vt nunc procures, quomodo ad gloriam peruenire queas, quia in loco, ad quem nouissimè peruenies, perpetuo manebis. Quarto, vt peccata tua, quæ tunc celare non poteris, modo per pœnitentiam deleas. Quinto, vt pertimescas, quia à sententia lata appellare non poteris, sed cogeris ferre, quod in æternum dolebis. Ideo Eccl. 7. *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Dicitur postea, *& noli obliuisci,* sc. mortis & iudicij. Vnde multa multi sibi fecerunt horum repræsentatiua. Consulit itaque sapiens, Prou. 3. dic. *Ne obliuiscaris legem meam,* sc. qua statutum est hominibus semel mori, & post hoc ad iudicium. Heb. 9. Deut. 25. *Caue ne obliuiscaris.* Secundo, In themate assumpto recolit Ecclesiasticus terribilē definitionem, qua dic. *mortis meæ,* sc. in qua iudicatus sum. Ibi namque valent solum testimonia propriarum conscientiarum, quæ tunc manifesta erunt iudici examinanti, angelo custodi, & dæmoni accusanti. Sed potest, si vult præuertere peccator hāc damnationem, iuxta illud 1. Cor. 11. *Si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.* Videtur etiam mortis iudicium malum nonnullis & terribile, tamen in rei veritate non ita est. Multa enim apparent mala, & non sunt. Somniare suspendi se dicunt interpretes somniorum esse bonum, & exaltationem suspensi, quo magis se videt suspendi: quod quidem non ita est in decollatione, quia significat priuationem alicuius commodi vel honoris. Nisi venditus fuisset Ioseph à fratribus, non factus fuisset Aegypti Dominus, Genes. 50. quare dixit eis, *Vos cogitastis de me malum, & Deus vertit illud in bonum.* Sic est de mortis iudicio, de quo Eccles 41. *O mors quam bonum est iudicium tuum.* Et ex nomine mors pœnalis innuitur, cùm dicitur, O mors, à mordendo, quia tollit vitam corporis, & dimittit vitam animę. Dentes autem quibus mordet, sunt diuersi modi moriendi, Eccl. 21. *Dentes leonis dentes eius.* & illi morsus sunt dolores, propter connaturalitatem corporis ad animam,

Cicero.
Iudices honorandi & beati.
Sedere debent.
Hieron.
Iudex Deus.
Consideratio ... quæ in morte vtilis.
Seneca.
Mortis meæ iudicium.
Multa apparent mala, & non sunt.

mam, quæ dum separantur, fit sicut in
incisione carnis putridæ. Deinde dici- *Iudicium bonum & vtile, sc. [illegible]*
tur, quod bonum & vtile sit iudicium,
quia in eo terminatur miseria huius vi-
tæ. Item humiliatur superbia, vt Antio-
1. chi, 2. Mach. 9. Præterea per eam pacifi-
2. cantur inæqualia, scil. diues & pauper.
3. Vnde assimilatur mors ianuæ depressæ,
4. in cuius exitu omnes se inclinant. In-
super, quia in tali iudicio certificatur ignorantia futuri, de quo nunc omnes sumus in dubio, ibi autem certi & firmi. Tandem quia in hoc iudicio anima beatificatur, quo maius nil appetit, Apoc. 14. *Beati qui in Domino moriuntur.* 1. Cor. 9. *Bonum est mihi magis mori quàm viuere.* Idem Ionæ 4 & Eccles. 4. *Laudaui magis mortuos quàm viuentes.* Ostenditur etiam quod mors sit terribilis, vnde Propheta clamat: *Nõ intres in iudicium cum seruo tuo.* Quia sicut atomi apparent splendente sole, sic peccata in iudicio illo. Ideò prouidendum, vt habeat bonum instrumentum, sc. bonam conscientiam, cuius literæ sunt bona opera, non ficta vt hypocrisis. Bonum procuratorem, sc. Christum, qui tibi tribuit, quod datur pauperibus, cuius salarium est Eleemosyna, vel pauperem loco Christi. Bonos aduocatos, sc. sanctos, quibus munera debemus sæpè mittere, vigiliarum, ieiuniorum, orationum, eleemosynarum, venerationum, &c. Postremò defuncti infallibilis notatur prognosticatio. Nam de cósimilibus idem est iudicium. Prima similitudo est naturæ, qua omnes similes sumus, sc. moriendo, ergò & in iudicio sustinendo, quando colligentur in fasciculos, Matth. 13. quæ est similitudo altera, sc. culpæ. Tertia est gratiæ. Et in omnibus apparet æquitas diuinæ iustitiæ, vt possimus dicere illud Psal. 118. *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Et præterea valdè metuendus, quia ipsius præscientia non potest præuideri, nec potentia superari, nec falli scientia, nec flecti iustitia, nec placari iracundia, &c.

Mors terribilis.

Prognosticatio infallibilis.

Accusabunt verò opera praua, conscientia vera, elementorum communitas, Christi vulnerum tormenta, dæmones peruersi, socij mali, Christus & sancti omnes, angeli synceri, pauperes & miseri, Christi authoritas, qui per suos legatos, vicarios, doctrinas, exempla & miracula redarguit omnem mundum, & ad viam iustitiæ voluit reducere. Iustè ergò iudicate filij hominum, memores, quia & vos iudicabimini. *Accusatores in iudicio.*

In funere excellentis Notarij vel similis.

Vbi sapiens, vbi scriba, vbi conquisitor huius sæculi. 1. Cor. 1.

QVantumuis prouerbium dicat commune. *Sapiens dominabitur astris.* Et Eccles. 9. *Melior est sapientia, quàm arma bellica.* Item Sap. 7. *Sapientiam non vincit malitia.* Sed nulla est contra mortem sapientia. Eccl. 2. Omnes enim rapit mors, & nescimus vbi constituat. Quod de nostro defuncto etiam dici potest, vbi sit omnis sapientia, scientia, dexteritas sollicitudo, sc. scribendi, agendi, & conquirendi lucra temporalia. Sapientis ergò est scire, quæ ad suam professionem requiruntur, hinc dicimus, iste est medicus, consiliarius, cancellarius, sapiens, & hoc quidem in vita, at in morte perit sapientia, 1. Cor. 1. *Perdam sapientiam sapientum.* In hoc apparet primo defectus sapientiæ sæcularis, quia pluribus est causa periculi & perditionis animæ suæ, propter quod abutuntur sapientia sua. Virtutibus non possunt abuti, scil. vt sit malus actus virtutis, licet eam aliqui oderint, vel de ea superbiant. At scientia possunt malè vti vel superbiendo, vel causam iniustam defendendo, vel in nocumentum alterius, quæ scientia est

Mortem sapientia nil refricat.

Sapientiæ sæcularis defectus. 1.

est periculosa, de qua Luc. 9. *Quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundũ,* seipsum aũt perdat & detrimentũ sui faciat.
2. Secundo, respectu principij, quia sapiẽtia alia est diuina, sc. filius à patre genitus. Col. 2. *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* & patri coæternus. Est alia non desursum, sc. a Deo descendẽs, sed creata & humana, & viciata, terrena, animalis, diabolica, quæ ab humana prauitate venit, ideò terrena vt auaritia ad lucra terrena aspirans, & per modos illicitos, & animalis sc. carnalis, non intendens nisi ad corporalia commoda, & diabolica, sc. fraudibus & dolis contexta. *Sapientiæ distinctio.*
3. Tertio, respectu subiecti, sc. sapientũ, sc. sæcularium, de quibus Ier. 4. *Sapientes vt faciant mala, bona aũt facere nescierunt.* Secundo, in themate notatur officiũ scribæ vel Notarij, de tali dicitur Esdræ 7. quod *ascendit de Babylone, & ipse scriba velox in lege.* *Notarij officium.*
1. Vbi nota quod prima peritia sit illius clare dictare, propter verbũ illud *Ascendit,* dictare, sc. distinctè, ordinatè & breuiter, sine confusione, quod per Babylonem intelligitur, quia oẽs contra-
2. ctus ad eum spectant. Secunda, apertè & expeditè pronunciare, vt lingua manui correspondeat, quod notatur per verbũ sc. *scriba,* Ps. 44. *Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.* Et apertè quidẽ, quia nec lingua sine calamo, neque calamus sine lingua quidquã valet. Debet. n. contractus primo pronunciari verbo coram
3. testibus, postea scribi. Tertia, bene & celeriter scribere, quod notatur per idem verbum sc. *Scriba.* & hoc ne alios morentur, neq; alicuius obliuiscantur, nec in chartam cõijciant, quæ perdatur facilè,
4. aut omittãt aliquid. &c. Quarta, vt sciat chartas seu instrumenta legitimè, sc. secundũ instituta legis conficere &c. ideò vocabãtur antiquitùs scribæ legis, quod eam, quæcunq; tandem esset, scirent sequi. Tertiò, in themate dicitur cõquisitor huius sæculi, sc. qui causabatur pro alijs in curijs sæcularibus, vt cõquireret eis iura sua, vel terrena lucra, vbi falsarij multi reperiuntur vel in dictis vel in scriptis, corrumpendi iudicẽ vel testem munerib. vel scripta ipsa, vnde infames efficiuntur, vel salarium iniustum extorquendo, contra quos dicitur Tit. 2. *abnegantes oẽm impietatẽ & sæcularia desideria,* &c. *Conquisitor huius sæculi.*
Idem & de aduocatis aliquo modo dici potest, & de ijs qui in Cancellarijs habent officia sua. Inter quos semper principem locum habet Cancellarius (ne opus sit proprium instituere sermonẽ de illis & quouis officio, cum in diuersis regionib. & locis alias atq; alias habeãt potestates) qui primũ habet a regia maiestate in iustitia distribuẽda, magistratum a cancellando dictũ, cuius officium est rescripta & priuilegia per regẽ concessa, & concedenda sigillo regio muniri, sed apud se est, quod priusquã eo muniantur, corrigit & cancellat. Hic ipsius est decretare petitiones, quas signabat, & in eis se subscribebat, vnde Archigrãmateus, sc. scribarũ princeps, vulgo Cancellarius vocatur, teste Calepino, quem & Beroald. auricularium principis nominat. Est. n. principis vicarius & præpositus adiutorio principis, sicut fuit Ioseph tempore Pharaonis in Aegypto, Gen. 41. creat præsides & alios magistratus vice principis, & secũdùm Budæum vocatur Nomophylax, sc. legum præsidium, iuris asylũ, morũ institutorumq; secundum Papinianum, ara, æqui boniq; columen, & caput ac vertex iustitiæ; & antiquissimũ esse magistratũ, monumẽta antiqua testãtur, sicut probat Budæus. Itaq; Cancellarius summũ est hodie honorum fastigiũ, vltra quod nihil sperare licet homini & idẽ priuato & togato, quasi quoddam summa queq; ambientis animi solstitium. Ab eo iam progressus nullus, sed qui se commouerit, regredi tantum potest. Proinde hũc qui norma est omnium iura reddentiũ, qui in omni ferme parte Reip. constituendæ principis vicem replere, aut certè obtinere cre- *Aduocati.* *Archigrãmateum.* *Auricularius principis & vicarius & alia.* *Nomophylax.*

creditur, cuius ore facundi reges moribus nostris esse solēt, cuius oculis velut emissitijs circumspicere omnia ac perlustrare creduntur, ne quid vsquam subsultet non suo loco positū, cuius aurib. vt dicitur perpurgatis, plenam ac iustā operam postulatoribus dare didicerūt, qui caput est sanctioris interiorisq; concilij. Hūc tot nominibus eximium, multiplicis ac variæ prudentiæ fiducia subnixū esse necesse est. In hoc vno acumen Dialecticorum, sententias Philosophorum, verba oratorum, memoriam Iurisconsultorū, ingeniū Poëtarū, pariter ad omnia versatile, acre, impigrū, indefessum esse oportet. Eius domus, iuris custodia, legum ac constitutionū præsidiū, oppressorum asylum, flagitiosorū scopulus, æquitatis officina, ara suppliciū, & iure summo lapsorum adminiculū esse debet. Fuit & Ioseph Pharaonis regis Cancellarius, Gen 41 *proximus regē sequens.* & Moyses Dei Cancellarius, Num. 12. & Iosaphat regis Dauid Cācellarius. 2. Re. 8. secundùm Lyrā. Vlpianus Alexandri, Seneca Neronis. His succedunt aliquando secretarij. sed Cancellarius inprimis dicitur cor regis. Hic accōmodari possunt alia officia Cancellariæ, de quibus speciatim loqui esset magni laboris, nec huius instituti. Placuit saltem facere aliquam horū istarum mentionem generaliter. Alia aūt est Cancellaria in cælis, iuxta quā deberent se conformare Cancellarij & illi adhærentes huius sæculi, quia de omnib. cogentur dare rationē. Multi .n. defectus inprimis sunt in Notarijs: qui vel indocti vel infideles, vel corrumpuntur muneribus aut persuasionib. & scriptis suis omnem iustitiam falsificant. Sic est postea de maioribus scribis & Cācellarijs, de quib. hic taceo, quia quisque in proprijs deficit, sed meminisse debent, quod eorū scripta, mandata, & instrumenta, &c, in iudicio illo extremo illis ostendentur & exprobrabuntur cum damnatione.

...larius qui debet habere.

Cācellarius

In funere diuitis.

Diues cùm dormierit, nihil secum afferet. Iob 24.

QVando duo homines simul ambulāt & catulus sequitur eos, non potest discerni, cuius sit ille catulus, nisi quādo recedunt ab inuicem, tum catulus sequitur vnum, relinquit alterū. Ita est de diuitijs mundi, quādiu homo est in mūdo, nequaquā discerni potest, cuius sint illæ diuitiæ, an hominis, an mundi, sed quando homo separatur à mundo per mortem, tunc diuitiæ remanent in mundo, & hominē relinquūt, vt possint dici de tali verba allegata. Ecce cōditio fortunæ, quia diues. Sed in Comædia erunt reges & principes multum ornati & honorati, non tamen timent, quia considerant se non esse veros reges, & quod cito de illo officio deponentur. Sic non debet homo timere, quia se videt pauperem & alium diuitem factum: quia ille nō est verè Dominus diuitiarum suarum, & post modicam vitam oportebit omnia dimittere, & sicut illius diuitiæ terminabūtur in morte, sic & ipsius paupertas, si benè voluerit viuere. Nam pauperes & mendici multi sunt, de quibus hic non loquimur, qui mēdicant ex cupiditate habendi diuitias, sed vel ex humilitate laudabiliter mendicant, & si diuites essent charitate affecti, facerent quod Deut. 15 scribitur: *Omnino indigens & mendicus non erit inter vos.* Vel ex vtilitate, sc. pro constructione Ecclesiæ. Paupertas enim facit socium Christi, at superbia & diuitiæ socium diaboli. Et bonus pauper non moritur cum tristitia, sed cum lætitia. Psalm. *Dominus sollicitus est mei.* 1. Pet. vlt. *Omnem sollicitudinem proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.* Lætare consueuit homo de ereptione à malo, aut translatione ad bonū, vtrumque accidit pauperi, Genes. 46. *Iam lætus mo-*

Simile de catulo.

Simile de Comædia.

Homo pauper non debet timere

Paupertas facit socii Christi.

mo-

Diues moritur cum amaritudine.

moriar. Sed diues moritur cum amaritudine, quia moritur cum maiori priuatione, cum maiori obligatione, vbi plus est de culpa, plus etiam est de pœna, 1. Tim. 6. *Qui volunt diuites fieri* &c. Eccl. 45. *O mors bonum est iudicium homini indigenti.* Moritur etiam cum maiori timore, scil. propter iudicium, Eccl. 11. *Si diues fuerit, non immunis erit à delicto.* Remuneratur autem pauper, quia portatur ab angelis, qui prius erat hominibus contemptibilis. Ipsi enim fuerunt custodes, quos ipse lætificauit pauper eorum persuasionibus obediendo, diabolicis tentationibus non consentiendo, vel de suis peccatis ad pœnitentiam reducendo, quia *gaudium est angelis*, Luc. 15. Item quia ipsi sunt conciues, quos iste secutus fuit. Caruit enim materiali substantia, sicut carent angeli naturali materia, maximè si paupertas fuit voluntaria. Item angeli sunt cōsortes, cum quibus debet regnare in cælis. Psal. *Angelis suis mandauit de te.* Diuiti autem dici potest. *Quid est tibi mare, quod fugisti.* Psal. 113. quid nouitatis tibi accidit, vt fugeres à tot diuitijs, delitijs, honoribus, quid tibi deficiebat? quare fugisti? quo iuisti? Multum enim mali intulit illi mors respectu vitę præsentis, quia destruxit sibi personam, & abstulit sibi substantiam, & respectu vitæ sequentis, quia si ille qui moritur, detruditur ad purgatorium, habet grauem pœnam, & si ad infernum, interminabilem & irremediabilē. Mari autem cōparatur vita hominis in mundo, propter motum, & quia mare est productiuum multiplicium monstrorum, sic in mūdo vrsi, leones, bestiæ sunt homines, quia mare est nubium, nebulę & ventorum generatiuum, sic vita hominis, nebulas errorum, ventos persecutionum & tentationum generat, & quia mare imitatur lunam, ita præsens vita fortunam. Ideò Tob. 4. *Pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum.* Genes. 41. d. Ioseph, *Crescere me fecit*

Pauper remuneratur & laudatur.

Contra diuitem.

Vita hominis mari cōparatur.

Deus in terra paupertatis meæ. Quare Psal. 48. *Ne timueris cùm diues factus fuerit homo, & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam cùm interierit, non sumet omnia secū, neq; descendet cum eo gloria eius.* Ecce paupertis securitas. Nam si irent post dominū valde diuitem, de eo sperarent, quod non deficerent. Sed nos mundum hunc intrauimus pauperes. 1. Tim. 6. *Nihil intulimus.* Et habemus nobiscum dominum diuitem, vt non deficiamus in necessitate, si contra eum nō faciamus, Rom. 10. *Dominus omniū diues in omnes qui inuocant eum.* Psal. 9. *Factus est Dominus ref. paup. ad. in op.* Psal. 77. *Deduxit eos in spe, & non timuerunt.* Et multas prærogatiuas dat Deus pauperibus prēcipuè voluntarijs, ne metuant paupertatem. Prima, quia eorum est exauditor. Psal. 9. *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus.* Secunda quia illorum memor est. Psal. 9. *Quoniam non in finem obliuio erit pauperis.* Tertia, quia eorum procurator. Psal. 9. *Tibi dereliElus est pauper.* Quarta, quia Saluator illorum, Psal. 71. *Animas pauperū saluas faciet.* Itaq; Deut. 20. *Non timebis, quia Dominus Deus tuus tecum,* sc. vt tuus exauditor, &c. Isa. 41. *Ne timeas, quia ego tecum sum.* Ecce iterū conditio fortunę. *Cùm diues factus fuerit homo.* Pro. 28. *Qui festinat ditari, non erit innocens,* sc. à furto, rapina, vsura, &c. Idē dicitur Eccl. 20. Deficientibus tandem diuitijs deficit honor & gloria. Deficientibus. n. fructibus, vinea non visitatur nec custoditur, sic homo deficiētibus temporalib. Stultè ergo agunt, qui Psal. 48. *Confidūt in virtute sua, & in multitudine diuitiarū suarū gloriātur.* Ecce mortalitas. *Cùm interierit.* Casus aduersus tāto est periculosior, quanto minus prouidetur, & maximè mortis. Porci. n. dum comedunt vel iacent in pace sua, capiuntur, & ad macellū ducūtur occidendi. Luc. 12. *Stulte hac nocte,* &c. & de talibus dicit Apostolus, 1. Thess. 5. *Cùm dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus.* Ecce decedentis miseria. *Quia non sumet omnia.* Psal. 48. *Relinquet alienis diuitias suas.* Ecce morieātis humiliatio. Quia nō descēdet cum eo, sc.

Paupertas securitas.

Pauperes habent quatuor prærogatiuas.

1. *Quia Deus est exauditor.*

2. *Memor illorum.*

3. *Procurator eorum.*

4. *Saluator illorum.*

Fortunæ conditio.

Mortalitas.

Simile de porcis.

Morientis miseria.

Morientis humiliatio.

esse in sepulchrū vel infernū, quia vtrunq; nō in gloria erit, sed in ignominia. Oseæ 4. *Gloriam eorum in ignominiam commutabo.* 1. Mach. 2. *Gloria viri peccatoris stercus & vermis est, Exultabunt autem sancti in gloria.* Psal. 149. Secundò, Notatur corruptio naturæ d. Cum mortuus fuerit, Psal. 75. *Dormierunt somnum suum & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Laudabilis est somnus suo tempore factus, & in quo corpus dulciter quiescit. Sic mors laudabilis est, quæ aduenit homini, quando bene dispositus est, secūdum animam. hinc filij Dei ducuntur ad hæreditatem æternam, Psal. 126. *Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas Domini.* Et sicut somnus corporalis est ad quietem & sanitatē corporis, quia motus & sensus corporis deficerent, si aliquando non quiescerent per somnū, ita & somnus mortis est necessarius ad quietem & salutem animæ. Somnus autem illaudabilis est, qui non est suo tempore factus & in infirmo non est signum bonū, & præcipuè quando est cum inquietudine & phantasijs distortis. Et talis est peccatoris, qui fit in congruo tempore, sc. quando est in peccato & in mala dispositione animæ, tunc veniunt dæmones & immittunt ei phantasias distortas & deceptiuas, vt non redeat ad pœnitentiam, & moritur cum inquietudine & horrore conscientiæ: Et talis somnus mortis est illi ad damnationem. Ecce etiam diuitum frustratio. Quia *nihil inuenerunt*, Iob. 27. *Aperiet oculos suos & nihil inueniet.* Oculos quos culpa claudit, pœna aperit, Luc. 16. Eleuans oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham a longè & Lazarum, quem prius aspicere nō dignabatur. Et notanter dicit. *Nihil inuenerunt in manibus suis*, quia eas tenuerunt in manibus suis & noluerunt in vita distribuere pauperibus, inuenissent autem si in manibus pauperū ponere voluissent, vti fecit S. Laurentius, Prouer. 31. de muliere forti. *Manum suam aperuit inopi & palmas suas extendit ad pauperem.* Tertiò notatur de priuatione substantiæ, quæ fit per mortem, scil. quia nihil secum afferet de diuitijs suis, nec quae materiale neque corporale, cum a corpore separatur & denudatur. Temporales enim diuitiæ quamuis in hoc mundo exoriuntur, (sicut prata herbis floribus & arbores frondibus, tamē nec in messe afferunt segetes nec in autumno fructus,) & florere faciant diuites, post mortem tamen in iudicio vel in inferno nullū fructum eis afferent, Abac. 3. *Mentietur opus oliuæ & arua non afferent cibum, abscondetur de ouili pecus.* Sed Ioan. 15. d. Dominus: *Posui vos vt eatis & fructū afferatis*, sc. meritorū, *& fructus vester maneat*, sc. in præmio vitæ æternæ. Itē nunc ô diuites & gloriemini, quia vos si non aliter egeritis, manet infernus cum tormentis sempiternis.

[Margin notes: Vermis comestio. / Somnus laudabilis. / Somnus illaudabilis. / Somnus mortis. / Priuatio substantiæ per mortē.]

In funere iuuenis.

Memento creatoris tui in die iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis. Eccl. vlt.

Optimè dicit Seneca. Inter cuncta humanæ naturæ commoda, nihil dignius memoria reperitur. Nam in anima nobilissima pars est intellectus siue ratio, memoria autem non quidem sensitiua, quam habemus communem cum brutis, sed intellectus, qui eadem potentia est cum intellectu & ratione. Sed dicitur ratio, vt est inquisitiua, intellectus, vt est apprehensiua, sed memoria, vt est retentiua. Et quia retinere maioris esse virtutis videtur, quàm inquirere vel apprehendere, ideò memoria dicitur dignissimū quid in anima. Sed in his quæ spectant ad corpus, nihil dignius est vita aut charius, præcipuè quando est magis florida, vt in ætate iuuenili. Sed in exteri-

[Margin note: Memoria dignissimū in anima.]

exterioribus præcipuè appetitur fortuna prospera. Vnde Salomon hortatur nos in verbis allegatis, vt omnia ista tria, cùm adsunt nobis, in illum referre studeamus, à quo ipsa percepimus, scil. in creatorem nostrum. Primò ergo memoriam in creatorem, quia nihil est, cuius homo ita facilè obliuiscatur: Et potest contingere ex elatione, quia magis respicit data a se, quàm recepta Act. 20. *Beat.⁹ est dare, quā accipere.* Quia igitur creator omniū se habet ad nos solùm ratiōe benefactoris & non beneficiati, quia *bonorum nostrorum non indiget*, Psal. 15. ideò animus humanus tanquam elatus & indignabundus faciliter ab eo auertitur, & obliuiscitur, Deut. 32. *Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui.* cuius solius est creare, & quia *Bonus creauit res, et in sapientia omnia fecisti*, ait Propheta Quia ergò homo accepit nobile esse quia creatura rationalis, & bonum esse siue gratificatū & accepturus est, si perseuerauerit in bono beatum esse meritò debet habere Deum in memoria: alioquin si oblitus fueris, eris ingratus & ex ingratitudine mereberis, vt tibi gratia subtrahatur, & gratitudo ampliorem impetrabit gratiam, Tob. 1. *Quoniam memor fuit Dei in toto corde suo, dedit ei Deus gratiam.* Actualiter fuit memor Dei. Quod facit amor charitatis, immemorem autem facit amor cupiditatis, 1. Ioan. 2. *Qui diligit mundum, non est charitas patris in eo.* & Iac. 4. *Qui voluerit esse amicus huius sæculi, inimicus Dei constituitur.* Amor autem charitatis facit hominem Dei recordari & in ipsamet Dei memoria delectari, sicut homo consueuit delectari in recordatione rei amatæ, Psal. 76. *Memor fui Dei & delectatus sum.* Est etiam memoria Dei vt vinum faciens feruere cor purum. Oseæ 14. *Memoriale eius, sicut vinum libani.* Ps 144. *Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabūt.* Habebat præterea memoriam Dei integraliter, quia in toto corde, Iob. 34. *Si direxerit ad Deum cor suum, spiritum eius & flatum ad se trahet.* Psal. 118. *In toto corde meo exquisiui te.* Item Tobias habebat memoriam vtiliter, quia ex hoc dedit ei Deus gratiam. Quia memoria Dei, quandoq; humiliat hominem maximè quando iudicia eius ad memoriam reducit, sicut faciebat qui Psal. 118. *Memor fui iudiciorum*, &c. Humilitas autem ad gratiam disponit, sicut inclinatio vasis ad hauriendum aquam, Iac. 4. *Deus superbis resistit, humilibus dat gratiam.* Secundò, iuuenilē vitam debemus referre in creatorē, cùm dicitur, *in diebus iuuentutis tuæ.* Et primo, quia in iuuentute homo de viuendo magis præsumptuosus est, quam in senectute, quia senes omnia referunt in peiorem partē & facilè credunt, sunt etiam timidi, & frigidi deficientes in natura, & timor est quædam infrigidatio, sicut audacia facit sperare: tandem senes multum recordantur & modicum sperant, quia reliquum vitæ modicum est, illi autē propter spem præsumunt de misericordia Dei & inuoluunt se peccatis, & obliuiscuntur Dei, & frustrantur, Ierem. 11. *Iuuenes morientur in gladio.* siue morte naturali. Isai. 40. *Deficient pueri & laborabunt & iuuenes in infirmitate cadent.* Eccles. 11. *Et si annis multis vixerit homo & in his omnibus lætus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis*, sc. mortis vel iudicij & dierum multorum, sc. post mortem vel iudicium, quia erunt dies æternitatis, qui cum venerint vanitatis arguentur præterita. Secundo, iuuentus reddit hominem magis pronum ad peccandum, Tob. 4. *Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum & caue ne aliquando peccato consentias.* Phortius enim illi impugnantur, Psalm. 128. *Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi.* Sæpè propter tentationum frequentiam à diabolo vidente iuuenes esse pronos ad diuersas & plures passiones quo ad cibos, libidinē, ludos, iras, &c. *Expugnauerunt.* ecce propter impugnantium hostium violentiam. Nam dæmones expugnant animam cum exercitu vitiorum,

Memoria in creatorē referenda.

Amor charitatis quid faciat.

Iuuenilis vita in creatorem referenda.

In quo superbia quasi vexillum portat. Inuidia sagittas trahit detrahendo Ierem. 9. *Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij*, &c. Ira, quasi pyrata lapides iaciat blasphemiæ & improperia, 2. Reg. 2. Semei maledicebat Dauid mittens lapides aduersus eum, sed ipse deterius se percutit in capite, quàm alium in veste, Eccles. 27. *Qui in altum mittit lapidem super caput eius cadet.* Accidia, fossatum euacuat ab aquis gratię, Iudith. 7. Holofernes fecit pręcludi aquæ ductum, ne veniret in ciuitatem cordis aqua gratię lætificans, Psal. 45 *Fluminis impetus lætificat ciuitatē Dei.* Auaritia fossata implet per terrenorum cumulationem, Daniel. 11. *Veniet rex Aquilonis & comportabit aggerem*, scil. diuitiarū & capiet vrbes munitissimas. Luxuria ignem succendit, Iob 31. *Ignis est vsque ad consumptionem*, scilicet ad perditionem deuorans. Gula hunc ignem nutrit apponens ligna cibariorum, 4. Regum 25 Nabuzardam princeps seruorum incendit domum. Qui sic impugnatur, debet clamare ad Deum, Psalm. *Expugna impugnantes me, apprehende arma & scutum & exurge in adiutorium mihi.* Diuersitas pugnæ notatur in verbis scil. *à iuuentute mea.* quia sunt inexperti & inexercitati in corporalibus & spiritualibus, ideò timidi, facilè illis persuadetur, cùm nondum viderint multas nequitias, & facile credunt, quia nondum sunt in multis decepti, Eccl 30. *Non des illi partem*, scil. potestatem diabolo in iuuentute tua. Custodia est optima defensio. Matth. 19 *Omnia hæc custodiui à iuuentute mea.* Nam de præceptis dicitur. si seruaueris, seruabunt te. Victoria tentationum est in eo: *Etenim non potuerunt mihi.* scil. præualere. & hoc Deo sua gratia confortante & protegente. Phil. 4. *omnia possum in eo, qui me confortat.* Ierem. 1. *Non præualebunt aduersum te, quia ego tecum sum.* Iacob 4. *Resistite diabolo & fugiet à vobis*, sicut telum percutiens in rem solidam & fortem, & resistentem resilit, & refugit. Sed in mollem penetrat, sic et iam & diabolus. Et nota quod est multiplex iuuentus. Potestatis, Psal. *Iunior fui etenim senui.* Vanitatis Psalm. In quo corrigit adolescentior viam suam, Luc. 15 Filius prodigus adolescens dictus est. Gratiæ Psalm. *Introibo ad altare Dei, ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.* Gloriæ. Psalm. *Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.* Nequitiæ, Isaiæ sexagesimoquinto. *Puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.* Audaciæ & temeritatis, Psalmo vigesimoquarto. *Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne memineris.* Sed status gratiæ dicitur iuuentus propter quinque. Primò, quia iuuentus speciosa est, sic homo in statu gratiæ, Cantic. 6. *Quo abijt dilectus tuus ô pulcherrima inter mulieres.* Secundò, Quia fortis est, sic vir spiritualis, Psal. *Fortitudinem meam ad te custodiam.* Tertiò, Bellicosa, sic iustus, Prouerbiorum secundo. *Iustus quasi leo confidens absque terrore erit.* Quartò, Quia acute videt iuuenis, sic homo spiritualis, 1. Corinth. 2. *Spiritualis homo omnia diiudicat.* Quintò, Quia strenuè operatur, Eccles. 11. *Manè semina semen tuum, & vespere non cesset manus tua.* Iuuentus item sagaciter debet subiugari sicut bos & asinus in principio & herba mediocriter conculcata meliùs multiplicat, alias, si voluntati suæ dimittatur, faciliter solet nimis crescere per superbiam, semen emittere per luxuriam, desiccari per auaritiam, indurari per obstinationis malitiam, Eccles. 30. *Non des illi in iuuentute potestatem*, &cæt. Debet veraciter informari. Cera recenter calefacta recipit impressionem sigilli, alias non, Eccles. 6. *Fili à iuuentute tua excipe doctrinam & vsque ad canos inuenies eam.* Prouerbiorum vigesimosecundo. *Adolescens iuxta viam suam graditur, etiam cum senuerit, non recedet ab ea.* Debet vtiliter occupari, sicut apes

Peccatorū 7. milites. *Pugnæ diuersitas.* *Victoria tentationū.* *Iuuentus multiplex.* *Status gratiæ dicitur iuuentus propter 5.* *Iuuentus debet sagaciter subiugari.* *Veraciter informari.* *Vtiliter occupari.*

ut apes iuuenes exeunt ad labores, senes verò intra alueare secundùm Plin. dicuntur requiescere. Neem. 4. *Media pars iuuenum faciebat opus*. Psal. *Pauper sum ego & in laboribus à iuuentute mea, exaltatus autem humiliatus & conturbatus*. Ita debet esse constitutus iuuenis. Tertiò, debemus creatori nostro offerre fortunam nostram prosperam, scil. antequam veniat tempus afflictionis, scil. aduersitatis, vel senectutis aut mortis. Sed si aute tale tempus homo memor fuerit Dei, vt abstineat à peccatis & sollicitetur de bonis operibus, licet visus fuerit postea affligi per senectutem vel exterminari per mortem, tamē anima eius peruenit post hoc ad æternam pacem, Sap. 7 *Æstimata est afflictio exitus illorum, & quod a nobis est iter exterminium, illi autem sunt in pace*.

Fortuna nostra prospera in creatorē referēda

In funere senis.

Mortuus est in senectute bona, prouectæq; ætatis & plenus dierum. Genes. 25.

Rerum exitus prudentia metitur, & prudentes viri respiciunt exitum, ideò de hoc faciunt totam vim. Sicut in mercatura non sit vis de emptione vel portatione, sed de lucro. Quia qualitercunque sit empta vel portata, dummodò mercator inde benè lucretur, deputatur bona mercatio. Sic in agricultura de messe, in medicina de sanatione. Sic Deus non curat de hominis natiuitate aut fortuna, sed de morte, sc. qualiter homo moriatur, quia ibi est tota vis salutis vel damnationis. Veruntamen secundùm modum reputātur benè mori, qui moriuntur in bona ætate & prosperitate, sicut de Abraham verba allegata sonant. Mortuus est ille, quia omnibus cōmune mori & cauendum, ne quod dicitur, Ioan. 8. *In peccato vestro moriemini*. Deindè conditio specialis ponitur, quia in senectute bona, ad quam pauci perueniunt. sed hic commendatur ex sensuum integritate, quia in senectute bona, ex temporum longæuitate, quia prouectæ ætatis, ex virtutum operositate. quia plenus dierum. Senectus dici potest bona. Primo, ex bona vita præterita, & est venerabilis ex virtute. Sapien. 4. *Senectus venerabilis est nō diuturna, neq; annorum numero computata, cani sunt sensus hominis & ætas senectutis vita immaculata* Est delectabilis, sc. in facto esse: vnde finis malorum est agere, finis bonorum est egisse. Et ideò senex, qui bonam vitam duxit, dum recordatur bonorum, quæ fecit, multum delectatur. Item vtilis, quia quanto diuturnior est vita beata, tanto magis fructuosa, sicut palma, quanto annosior, tāto fructuosior Iob. 29. *Sicut palma multiplicabo dies*. Ergò ille senex moritur in senectute bona plenus dierum diuitijs & gloria. Secundo, Senectutem bonam facit memoria, Eccles. vlt. *Ne te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis, quoniā ab ipsis disces intellectum, & in tēpore necessitatis dabis responsum*. Tertio, Senectutē bonā facit bona natura, sc. cōplexio bona naturæ. Commendatur, etiam quia prouectæ ætatis, scil. vltimæ ex eo, quia procul vecta. de Iosue dicitur cap. 13. *Iosue senex & prouectæ ætatis erat*, & tunc dulcior in conuersatione, sapientior in operatione, & melior in regiminis prouisione fuit. *Plenus dierum* dicitur, qui dies suos benè occupauit, vt maneat temporis fructus, scil. meritum & laus eorum, quasi in temporis decursu bene operati sunt. De talibus potest dici illud Psal. 72 *Dies pleni inuenientur in eis*, sicut dies autumni sunt pleni fructibus, & sic ipsi bonis operibus. E contra, Iob 7. *Habui menses vacuos & noctes laboriosas enumeraui mihi*, scil. in nocte peccati, & vacuæ à mercede retributionis æternæ. Ideò peccator seni comparatur multiplici ratione. Primò. Sicut senes amittunt visum corporalem; sic illi spiritualem, Psal.

Simile de mercatura.

Senectus bona quę 1

2

3

Peccator seni comparatur. 1

Psal. *Comprehenderunt me inimici mei, & non*
potui, vt viderem. Item amittunt dentes,
sic peccatores dentes dilectionis Eccl.
vlt. *Ociosæ erunt molentes in minuto numero.* E
contra de Moyse, Deut. vlt *Non caligauit*
oculus eius nec dentes illius moti sunt. Item vir-
tutem gustandi amittunt, sic peccatores
spiritualiter. Vnde dixit Berzelai ad
Dauid 2. Reg. 19. *Octuagenarius sum hodie, nun-*
quid vigent sensus mei ad discernendum suaue
aut amarum. Item auditum amittunt se-
nes, sic peccator, Eccles. vlt. *Obsurdescent fi-*
liæ Carminis, & Berzelai dixit: *Numquid audi-*
re possum vocem cantantium, Ezech. 33. *Nasum*
tibi præscedent. E contra, Genes. 27. *Sensit hæc*
fragrantiam vestimentorum Iacob. Item sunt
tremuli, sic peccatores, Eccles. vlti. *Ex-*
celsa timebunt & formidabunt in uia, Psal. [Ibi
trepidauerunt, vbi nō erat timor.] Item
infatuantur, sic peccatores, Roma. 1. *De-*
dit illos in reprobum sensum. 1 Corinth. 14.
Nolite pueri effici sensibus. Item sunt pro-
5 pe finem, Hebræor. 8. *quod antiquatur & se-*
nescit, prope interitum est. Item pleni sunt
6 rugis, sic peccatores, Iob. 16. *Rugæ meæ*
testimonium dicunt contra me. Item immun-
di sunt, nullus autem magis immundus
quam peccator, Deut. 32. *Peccauerunt ei &*
non filij eius in sordibus. Boni autem senes
laudātur propter misericordiam, quam
1 magis debent exhibere, quam alij. Pri-
mo, Dum deficit via, debent alijs impar-
2 tire viaticum, Luc. 12 *Stulte hac nocte.* Se-
cundo, Deficiunt nundinæ huius vitæ
quantum ad ipsos. Vnde debent emere
de pecunia sua, quicquid possunt, Eze-
chiel. 46. *In nundinis & solemnibus erit sacri-*
ficium, scil. eleemosyna oblata pauperi-
3 bus. Tertiò, Nauigantes appropinquant
portui, vbi nauis saluabitur vel peri-
bit, vnde abundare debent eleemosy-
nis, Iudic. 5. *Aser nauigabat in littore maris.*
Aser scil. atrium hinc senectus, in qua
quasi in atrio expectant, vt in domum
Domini introducantur, Iob. 14. *Expecto*
4 *donec veniat immutatio mea.* Quartò, Omnia
oportet eos amittere, 1. Tim. 7. *Nihil in-*
tulimus in hunc mundum, haud dubium, quia
nec aliquid auferre possumus. Quintò, 5
Dimissa nō prosunt eis, sed amittunt ea
omninò, Ps. *Relinquent alienis diuitias suas*,
Eccles. 14. *In bonis illius alius luxuriabitur.*
Sextò, Spiritus ipsorum debēt ire in vi- 6
am longinquam & regionem, vnde de-
bent eis præparare viaticum, scil. Elee-
mosynam, Eccles. 29. *Eleemosyna viri, quasi*
sacculus cum illo. Septimò, Vadit ad curiam 7
& ideò indiget amicis & aduocatis, Lu-
cæ 16. *Facite vobis amicos de mammona iniqui-*
tatis. Octauò, Senes incuruantur, terram 8
intuentur, & ad mortem appropinquāt,
ideò debent se erigere, ne cupiditatem
temporalium secum portent, sed se ex-
onerent, terram quam vident respicere
& cogitare mortem & quòd illā ingre-
dientur, & proximè se morituros cogi-
tare dicendo *Fui*, volo autem relinque-
re Eleemosynam & bona opera, per quę
possum dicere *Adhuc sum.* Nota itē quod
debet continere senex morum grauita-
tem & honestatem Psal. *Iunior fui etenim*
senui Tit. 2. *Admone senes, vt sobrij sint.* Et sic-
ut videmus, quod senex naturaliter est
curuus, albus, siccus, tristis, tardus & ho-
nestus, quia senem pudet, quæ non pu-
dent iuuenem facere, sic senes spiritua-
liter debent esse curui per humilitatem,
albi per continentiam & innocentiam,
sicci per abstinentiam, tristes per timo-
ris diuini anxietatem, tardi per matu-
ram deliberationem, honesti per gestus
& habitus compositam venustatem. Ta-
lis senex erat Abraham, Genes. 24. & Do-
minus in cunctis benedixerat ei. Talis
erat bonus senex defunctus noster, in
quo permansit virtus vsque in senectu-
tem, & Eccl. 25. *Corona senum multa peritia*,
sciebat se in tali statu positum, vbi ter-
minatur pugna & acquiritur victoria,
vbi completur seruitium & acquiritur
salarium, vbi labores terminātur & at-
trahuntur honores, & sicut Iob 42. *Mor-*
tuus est in senectute bona plenus dierum & diui-
tijs, & itē quod scribitur, Eccl. 7. *Nesper-*

Senex debet esse grauis et honestus.

nus hominem in senectute. sciens, quia ex nobis senescũt, fecit fundationes hinc inde, iussit dare Eleemosynas post mortẽ, quales etiam dedit in viuis, vt præmitteret, de quo ibi gauderet & mercedem copiosam acciperet.

In funere hospitis actiui.

Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit, Iob 31.

NON sine graui causa dicit Apostolus Hebr. 13. Hospitalitatem nolite obliuisci, est enim illa quæ Deo placet, opus auget, malum cauet, cælum habet. Nam si videbimus, quantas peregrinus patitur miserias in hoc mundo, famem, frigus, calorem, sitim, membrorũ crassitudinem, &c. certè qui non condoleat & commiseratur, & si potest non adiuuat, durior est lapide, nec homo est, sed bestia deterior. vnde Iob hæc considerans dicit verba allegata. In hoc gloriabitur Christus in vltimò iudicio, Matth. 25. *Hospes eram & recepistis me*, & semper vult apud nos hospitium, tamen purum per innocentiam, latum per charitatẽ, quietum per tranquillitatem, firmum, per fidem & constantiam. Diabolus falsus hospes sub figura boni quandoque solet intrare & in corde sub aliquo bono aliquam malam complacentiam generare, sed statim, cùm ibi fuerit, cuncta bona solet rapere & auferre, ignem concupiscentiarum accendere & omnia desolari, Sapient. 19. *Etenim detestabilem hospitalitatem instituerunt, alij quidem ignotas non recipiebant aduenas, alij bonos hospites in seruitutem redigebant*: quod de malis hospitibus dictum puta, & ita est pessima hospitalitas tam actiua quàm passiua. Iustus vero seu egenus hospes est realiter recipiendus & refocillandus: non enim habent ciuitatem permanentem, ideò nec ciues, Hebr. 11. *Peregrini & hospites sunt super terram.* Item Ecclesia vel Religio est hospitium, in quo iusti versantur vel cuncti saluantur, quia in hospitio Ecclesiæ per fidem, gratiam & pœnitentiam est propriè vera salus. In tali hospitio, scil. amaritudinis morabitur Petrus, scil. super mare, Actor 10. Infernus est hospitium malorum, vbi incarcerantur. Paradisus hospitium, in quo beati lætantur. Sed de hospitio communi loquendo quomodo placeat Deo videmus, Genes. 19. Vbi angeli recepti hospitio suos hospites saluauerunt. Non solum enim angeli, imò etiam Christus quandoque sub figura hospitis latuit. Vnde August. lib. contra 5. hæreses. *Discite Christiani non indiscretè exhibere hospitia, ne fortè cui domum clauseritis, ipse sit Christus.* Vt autem placeat Deo illa hospitalitas necesse est: Primò, vt liberalis sit in inuitatione. Laban filio Bathuelis dixit, Genes. 24. *Inueniens seruum Abrahæ, qui de longè venerat. Ingredere benedicte Domini, cur foris stas: præparaui locum & domum.* Sequitur. *Et introduxit eum in hospitium.* Secundò, Debet hospites hilariter alloqui, vt mandatur, 1. Petr. 4. *Hospitales inuicem sine murmuratione*, quia 2. Corinth. 9. *Hilarem datorem diligit Deus.* Tertiò, Debet fidelis eos defendere. Sic faciebat ille Iud. 19. qui dicebat illud de Leuita hospitio recepto, volens illum ab impudicis tueri. *Ne velitis facere malum hoc. Ingressus est homo hospitium meum.* Facit hospitalitas insuper opes augere, vel viduæ, quæ Eliam suscepit multiplicatum fuit oleũ & farinula, sicut & quæ Elisæum hospitem habuit: & Marthæ Christus suscitauit Lazarum, 3. Reg. 18. 4 Reg. 3. Ioan 11. Facit etiam malis carere. Exemplum de meretrice, quæ recepit nuncios Iosue & eos fideliter saluauit, a quibus tandem & ipsa saluata fuit capta Ierecho, Ios. 6. Sic de Zachæo, qui Christum susce-

Peregini miseriæ.

Gloriatio Christi.

Hospes falsus diabolus.

Contra malos hospites

Hospitium est Ecclesia vel Religio.

Infernum hospitium

August.

Hospitalitas quæ placeat Deo

Liberalis in inuitatione

Hilariter alloquendi

Fideliter defendendi

Hospitalitas opes auget

pit Lucæ decimonono. *Hodie huic domui salus facta est.* Et Loth hoc modo fuit saluatus. Facit tandem cælo gaudere: quia dignum est, vt qui recepit aliquem hospitio, recipiatur ab illo, si venirct in patriam suam: Sic Christus dicit, Matthæi vigesimoquinto. *Hospes eram & collegistis me.* Vltimò. *Venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnum.*

1 Vel dicam hoc ordine. Primò, Quia res est valdè decora & honesta. Sacra enim res est mensa hospitalis vt ait Seneca lib. 4. De officio. Tullius l. 2. de officijs. *Rectè, inquit, à Theophrasto laudata est hospitalitas. Est enim vt mihi videtur valde decorum patere domus hominum illustrium, illustribus hospitibus, idque etiam Reipubl. est ornamento, homines externos hoc liberalitatis genere in vrbe non egere.* Est etiam vehementer vtile his, qui honestè multa possidere volunt per hospites apud externos populos valere opibus & gra-

2 tia. Secundo, Quia hospitalitas disponit ad susceptionem diuinæ gratiæ.

3 Tertiò, Multiplicat bona temporalia exemplo de vidua, quæ Eliam hospitio

4 recepit. Quartò, Quia etiam a malo temporali seruat exemplo Raab, Iosue

5 6 Quintò, Quia meretur Angelos recipere exemplo Abrahæ & Loth, Genes. 18 & 19. Hebræorum vndecimo. *Hospitalitatem nolite obliuisci.* Per hanc enim quidam Deo placuerunt, Angelis hospitio

6 receptis. Sexto, Quia Deum meretur recipere, Matth. 18. *Qui vos recipit, me recipit.* Matth. 25. *Qui recipit vnum talem paruulum in nomine meo, me recipit.* & hoc aliquando non in membris solum, sed & personaliter vt narrat Gregorius de multis tam in Dialogo, quam in homi-

7 lijs Euangeliorum. Septimò, Quia etiam per Christum commendatur Matthæi vigesimoquinto. *Hospes fui, & non recepistis me.* Et per Petrum & Paulum Apostolos, vt de Paulo Roman. 12. *& de Petro,* Hebr. vltim. de Petro, 1. Petr. 4. cùm

8 dicit. *Hospitales sine murmuratione.* Octauò, Quia etiam apud barbaros gentes commendatur, vt *in textu in cap. offerebat.* 32. q. vbi dicit, illam debere esse inuiolabilem, ita quod hospes hospitem defendere tenetur. Nono, Quia multa habent priuilegia hospites ratione domus, ne quis eas alius inhabitet. Talis 9
fuit defunctus noster hospes, qui omnes viros bonos & etiam spe boni malos susceperit, tractauit, refecit, iuuit, & quosdam gratis, quosdam pro Deo, quosdam pro amore virtutum & liberorum, quosdam pro amore Religionis & ordinum, &cæt. & sic piè credimus, sicut ille neminem peregrinum exclusit, sed omnes ostio aperto admisit, ita Deum etiam illum in tabernacula æterna suscepisse.

In funere artificis.

Omnis artifex & omnis ars non inuenietur in ea ampliùs. Apo. 18.

IVxta Galeni dictum est secundùm ipsam rei veritatem, si esset corpus immortale & impassibile, non indigeret arte conseruante ipsum. Ad hoc enim seruit textoria, sutoria, sartoria, piscatoria, coquinaria, medica, &cæt. Et quia vita alia est impassibilis sicut in beatis, & incorruptibilis, sicut præcipuè in damnatis, artes & artifices ibi non reperiuntur, prout verba allegata loquuntur. Differentia est inter opus morale & artificiale. Morale non potest homo facere bonum nisi bonus. Quia ex eadē causa procedit, quod homo sit bonus & quod faciat opus moraliter bonū, sc. ex virtute sit opus artis, potest facere bonum & qui non est bonus. Hinc in artifice non attendimus ad bonitatē ipsius, sed ad bonitatē operis

Opus morale & artificiale differunt.

& de hoc laudatur, Eccleſ. 9. *In manu artificum opera laudabũtur* Nota enim, quòd quidam ſunt artifices diaboli qui fallax & mendax eſt, Ioan. 8. Vnde quicunque faciunt artem ſuam cum falſitate & mendacijs, ſunt de arte diaboli. Sunt etiam de hac arte qui falſificant merces, non ſeruant pacta, quæ promittunt, & faciunt ſua cum mendacio & peccato. Tales omnes portabit diabolus in infernum, niſi ſe correxerint. Quidam verò ſunt artifices Dei, ſicut illi, qui purè & fideliter faciunt artem ſuam & de arte & lucro ſuo faciunt etiam eleemoſynas, nec propter occupationem artis dimittunt bona ſpiritualia, quæ facere tenentur. Et de tali poteſt dici illud, Sapient. 13 *Arte ſua vſus eſt diligenter.* Præterea conditio artificum deſcribitur per verbum *opera*, ex effectu artificiali. Artifex enim qui nihil operatur, nihil lucratur, Prouerb 10. *Egeſtatem operata eſt manus remiſſa.* Sic etiam in quo non facit opera virtutum non meretur, Ideo Eccleſ. vltimò, *Operamini opus veſtrum ante tempus & dabit vobis mercedem in tempore ſuo.* Et dicit, *ante tempus*, ſcilicet mortis quia poſt non eſt tempus operandi, ſed recipiendi. Sic conſulitur, Eccleſ. 9. *Quodcunque poteſt facere manus tua, inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas.* Deinde ex fructu laudabili commendantur, quia laudabuntur. Opera enim artificum non debent laudari, niſi priùs benè inſpiciantur. Vnde ſi eſſent in tenebris, ita quod non poſſet videri illud, quod melius & pretioſius eſt in eis, non deberent laudari: Sic etiam de operibus moralibus, quia modo ſunt ita in tenebris, quod non apparet id, quod meliùs & principalius eſt in eis, ſcilicet intentio, à qua ſequens bonum denominatur bonum aut malum. Intentio enim finis eſt, & finis eſt illud, quod primò eſt in intentione operantis: ſicut ſanitas infirmi eſt illud quod primò intenditur à medico. Itaque non poſſunt opera hominum in vita iſta benè laudari, ſed apparente claritate diuini iudicij *[illegible] abſcondita tenebrarum & manifeſtabit [illegible] cordium*, & intentionum & tunc erit vera laus & perfecta operum factorum, 1. Corinth 4. *Nolite ante tempus iudicare*, &c. Prouerb. vltim. *Laudent eam in portis [illegible]* ſcilicet particulari & generali iudicio. Secundo, Mortis exterminium notatur. *Quia non inuenietur amplius.* Sicut iſte defunctus fuit ſæpe requiſitus in vita ſua propter artem ſuam, at nunc non inuenitur, Pſalm 36. *Quæſiui eum & non eſt inuentus locus eius.* Multum deberet homo viuens quærere de amico defuncto. Quia ſi ſcit illum eſſe in cælo debet gratulari non lugere. Si verò eſſet in inferno, deberet de ſtatu eius concipere magnum horrorem, & pro ſe magnum timorem, ne etiam ipſe eo vadat, ſicut ſunt infideles, hæretici, ſe ipſos occidentes impœnitentes, & cæt. Si autem ſunt in purgatorio, ſicut communiter accidit de his, qui moriuntur etiam pœnitentes, de tali defuncto debet habere compaſſionem & illum iuuare precibus, Eleemoſynis, vt poſſit dicere illud Cantic. 3. *Quæſiui quem diligit anima mea.* Tertiò, Præmium operis ponitur per verba *In ea.* In inferno eſt retributio malorum in duplici pœna, ſcilicet de amiſſione gloriæ, & etiam ſenſus ex ardore gehennæ. Propter pœnam ergò ſenſus audientur ibi clamores, luctus & triſtitia, ſed propter pœnam damni deficient ibi voces laudis & lætitiæ. Locus retributionis iuſtorum eſt locus paradiſi, qui figuratus eſt in ciuitate Hieruſalem de qua Iſaiæ quinquageſimoprimo, *Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis.* Gaudium ab interiori de animæ beatitudine. Lætitia de exteriori corporis glorificatione, gratia-

Artifices diaboli.

Artifices Dei.

Artificum conditio.

Mortis [...]

Operum præmium & retributio [...]

gratiarum actio pro ereptione à malis, & vox laudis pro repletione in bonis. Psalm. 102. *Qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericord. & miseratio-nibus.*

Videte ergò mortales, quales artifices sitis, quomodo Deo & hominibus operibus vestris respondeatis, qualiter conscientiæ vestræ satisfaciatis, in multis enim omnes delinquitis, videte qualia sint opera vestra, quæ siquidem nota hominibus non sunt, at Deo non sunt occulta qui videt omnia, & illa postea in iudicio extremo omnibus manifestabuntur, cùm dicetur, *Ecce homo & opera eius*. Quid tunc dicetis, quid facietis? Studete ergò opera vestra mala in bonum conuertere, ab illis ampliùs abstinere, & optimis meritorijsque operibus insudare, vt pro nostris meritis præmia bona a Deo inspectore & retributore omnium consequamini.

In funere Mercatoris.

Non erit mercator vltrà in domo Domini. Zach. 14.

EST aliqua operatio hominis, quæ habet locum solum in alia vita, sicut est visio Dei per essentiam, in qua principaliter erat beatitudo hominis. Vnde dicitur ex persona Dei. Exod 33. *Non videbit me homo & viuet*, sc. vita sensuali & mortali. Aliqua est operatio hominis, quæ locum habet solum in vita ista, sicut est mercatio & omnis negotiatio. Quia mercatio fit de his, quæ necessaria vel opportuna sunt ad sustentationem vitæ hominis corruptibilis. Vnde terminata vita ista corruptibili non erit ampliùs mercatio. Ideò in domo Domini non est mercatio, neque mercator. Ioan. 14. *In domo patris mei mansiones multæ sunt.* In cuius figura dicitur Ioan 2. *Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.* Describitur hic mercator defunctus ex tribus. Primo, ex termino naturali. Quia non erit vltrà. De homine iusto mortuo dicitur Soph. 3. *Non timebis malum vltra.* Sed mortuo homine impio, cessat omnis spes boni. Pro. 11. *Mortuo homine impio nulla erit vltrà spes.* In homine mortuo fit corruptio corporis, & omnia quasi accidentia in contraria permutantur, sc. agilitas in grauitatem, pulchritudo in turpitudinem, & fortitudo in debilitatem. Et qui fuerunt longæuæ vitæ vbi sunt? & qui fortes? Item ab homine impio tollitur omnis modus pacis, quia vita hominis debet esse ordinata respectu Dei, respectu sui, & respectu proximi. Itē vniuersal. boni priuatio ponitur quia nulla erit spes vlli⁹ boni, quod quidē triplex est, externū, quia à nulla creatura extra se existere potest aliquod suffragium siue auxilium recipere Est bonum interius: quia priuatus est gratia Dei & virtutibus, nec est possibile vltrà recuperare ea, quæ recuperari possunt in vita ista per pœnitentiam. Vnde loco earum habet habitus vitiosos, qui eum cruciant & mordent ad modum vermium. Est bonum superius, quod est bonum æternum, & beatitudo sanctorum, quam sancti in cælo habent in re, in mundo autem in spe. Damnatus autem non habet in re, nec in spe, quia scit se esse in æternum priuatum gloria æternæ beatitudinis, quam consecutus fuisset, nisi fuisset ex culpa sua. Prou. 10. *Spes impiorum peribit* Altera conditio mercatoris est ex exercitio temporali, quia mercator & mercationem exercet. Vituperabilis autem est secundùm Aristotelem, propter lucrum, nisi ad bonum finem conuertatur, & nisi negligat spiritualia, Iac. 4 *Dicitis mercabimur & lucrum faciemus, qui ignoratis quid sit vobis in crastinum.*

Mercator ex tribus describitur

1. Ex termino naturali

Bonum triplex.

2 Ex exercitio tēporali

num. Actus ergò mercatorum poteſt eſſe iuſtus, fructus licitus, euentus autem incertus. Quod verò licitè vel illicitè mercari quis poſſit, ſc. emendo vel vendendo cognoſcitur ex quatuor. Primo, vt pure fiat & ſine vitio, ſc. fraude, dolo, mendacio. Nam *diabolus mendax eſt & pater eius*, Ioan. 8. & facit, vt vix hodie ſine his fiat mercatura. Secundo, ſi ſit pretium iuſtum aut iniuſtum, & ad hoc ſecundum Philoſophum eſt inuentum numiſma. Tertio, an ſit licita, an illicita mercatio ex vitio, ſcil. rei venditæ, quod debet aperire, niſi ignoret. Quarto, ſi in viuius commodum cedat & in alterius detrimentum. Secundò, Mercationum fructus deſcribitur. *Lucrum ſanctorum.* hoc eſt, quod non ſint mercatores, imò homines eſſe lapſos. Nam lucrum non ſinit hominem eſſe lapſum. Tertio dicitur, *In domo Domini.* Ibi quidem mercatio non fit, ſed qui hic benè vixit, & mercationem ſuam bene exercuit, aut ſaltem in fine vitæ pœnitentiam egit, ad habitandum in illa perget. Qualis illa ſit declaratur Pſalm. 83. *Beati qui habitant in domo tua Domine.* Vbi primo commendatur ex copia, quia Beati habent ibi copiam & abundantiam bonorum omnium. Pſalm 64. *Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti, inhabitabit in atr. tuis.* Secundo, ex ſatietate, d. *Beati qui habitant in domo tua Domine.* Nam auarus etſi abundat, propter tenacitatem non comedit, nec accipit de rebus quantum vellet, Eccl. 6. *Vir cui dedit Deus diuitias & ſubſtantiam, & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſiderat, nec tribuit ei poteſtatem Deus, vt comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud.* & ita dicunt Beati, Pſalm. 64. *Replebimur in bonis domus tuæ.* Tertio, ex perpetuitate, quia *in ſæculorum ſæcula.* In his enim ſæculis notatur proſperitas laudis, quæ eſt hominum beatorum, & etiam angelorum. Angeli fuerunt ab initio, beati ab aſcenſione Chriſti, & ſemper accedunt alij & alij ad laudantes Deum. Quarto, ex iocunditate. Quia *laudabunt te*, Iſa. 51. *Gaudium* ſc. interius, *& lætitia*, ſc. exterior *inuenietur in ea, gratiarum actio*, ſc. pro ereptione a malis, *& vox laudis* pro adeptis bonis. Et hæc eſt merces hominum beatorum, Sap. 10. *Reddet Deus mercedem laborũ ſanctorum ſuorum, & deducet eos in via mirabili, & erit illis in velamento diei, & in luce ſtellarum nocte.* Dicitur *via mirabilis* iſta merces, quia ibi ceſſat dominium erroris. Dicitur *velamentum diei*, quia iſta tollit tædium ardoris. Dicitur *lux ſtellarum*, quia iſta cõfert gaudium ſplendoris, & Matthæi 5. dicitur, *Merces veſtra copioſa eſt in cælis*, ad differentiam mundanæ mercedis, quia illa habet inſufficientem firmitatem, quia vobis remanebit, ergo *veſtra*. Inexhauſtam bonitatem, quia *copioſa*. Incomparabilem dignitatem, quia *in cælis*. Sed mundana deficit, ergo non eſt veſtra. Nulli ſufficit, ergo non eſt copioſa. Malos reficit, ideo non poteſt eſſe in cælis. Nota tandem, quod Deus eſt mercator, & vendit cælum etiam potu aquæ frigidæ, & laboribus etiam paupertatem, patientiam, afflictionem, & miſerias omnes. E contra diabolus infernum & peccatorum labores omnes, ſed pœnis æternis vendit. Nundinæ ſunt perpetuæ iſtæ in terris & vbique locorum, quiſque vocat, allicit, promittit, & bonas merces commendat. Sed cauete a diabolo, quia mendax, & quærit animas quomodocunque eas poteſt apprehendere. Omnia ille falſificat, apud quem omnia tuta etiam timenda. Multis modis tentat vt decipiat. Cauete quantum in vobis, & rogate Deum, vt liberet vos a malo.

Mercatio licita vel illicita cognoſcitur.
1.
2.
3.
Mercatorũ fructus.
In domo Domini mercatio commendatur.
1. *ex copia.*
2. *ex ſatietate*
3. *ex perpetuitate.*
Vera [illegible] [illegible].
Dignitas [illegible].

In ſe-

In funere piscatoris.

Sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues capiuntur laqueo. Sic capiuntur homines in tempore malo. Eccl. 9.

Simile de fuga in bello quæ agitur EXperientia edocet nos, quòd finito bello illi qui capti sunt in prælio, ducuntur ad carcerem, nisi de manibus hostium redimantur. Qui autem fuga elapsi, in terram suam liberi redeunt. Sic finita vitæ huius militia, qui capti, & vinculis peccatorum suorum ligati, trahuntur ad inferni carcerem, nisi forte per satisfactionem pœnitentiæ fuerint redempti. sed iusti, quia nec vinci ab hominibus, nec capi potuerunt, liberi redeunt ad ciuitatem suam supernam Ierusalem. Heb. 13. *Quia non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.* Qualiter autem peccatores comprehendantur, docent verba allegata. *Pisces significant voluptuosos.* *Sicut pisces.* Prima similitudo est in piscibus, & notat voluptuosos, & periculum, quia *capiuntur*, & modum, quia *hamo.* Et sicut pisces in aquis, sic hi in delitijs viuentes, & præcipuè gula, cadunt tandem in vitia luxuriæ. Pisces ergò directè gulosos significat. Primo, ex nomine, quia pisces à piscendo dicuntur.
1.
2.
Item ex motu, qui est propter cibum & pastum. Item ex intestinis, quia pisces
3.
sunt rectè intestini, & cito abscindunt, vt est in duodecimo lib. de animalibus. Tales ergò pisces licet habeant aquam concupiscentiæ, carent tamen aqua gratiæ, & ideò putrescunt putredine luxuriæ. Isa. 50. *Computrescent pisces sine aqua.* Notatur prætereа periculum, quia voluptuosi facilè à diabolo capiuntur: quia in turbida aqua pisces apprehenduntur, & voluptuosi, quando diabolus inflammando concupiscentiam eam perturbat, & obscurat rationis iudiciū, ne aduertat deceptionem peccati. Item propter complacentiam venereæ delectationis. Sicut sibilo murena à serpente, & à piscatore capitur, sic tentatione 4. *Simile.*
carnis peccator. Tandem propter aspectum mulieris pulchræ, qui ornatus est sicut rete. Prouerb 6. *Mulier viri pretiosam animam capit.* *Mulier retia.* Augustinus dic quod non solùm appetere, sed etiam appeti velle criminosum est. *August.* Et sic per gulam & luxuriam multi capiuntur, vt possit dici Lucæ 5. *Concluserunt piscium multitudinem.* Et de diabolo illud ibidem, *Ex hoc iam eris homines capiens.* Ratione modi, sicut 5.
pisces naturaliter sunt gulosi, & ad cibum tam auidi, quod non aduertant hamum, in quo est & aculeus latens & cibus alliciens, & quod facit natura in piscibus, hoc in hominibus voluptatis concupiscentia, scil. vt ita auidè attendant ad delectationem peccati, quòd non aduertant deceptionem diaboli, qui est hamus eius, quo pertrahit ad dolorem supplicij Iob 40. *Quasi hamo capiet eum.* Secunda similitudo pertinet ad superbos. *Sicut aues capiuntur laqueo* Superbi sunt similes auibus propter volatum, sc. *Aues notāt superbos.* sine via rationis rectæ. Iob 28. *Semitam ignorauit auis*, scil. viam rationis superbus, ascendunt per ambitionem, descendunt per delectionem. Psalm. 106 *Ascendunt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos.* Diriguntur ad dexteram in prosperitatibus, ad sinistram in aduersitatibus. Aues motu alarum diuidunt aërem, sed mox aëre se claudente, nullum signum sui transitus relinquunt, sic superbi vel officijs vel dominijs in alto positi, distribuunt officia & alia, sed deiectis illis nec memoria est, nec posteritas ipsorum, Sap. 5. *Transierunt omnia illa tanquā vmbra & tanquā auis, quæ transuolat in aere.* Aues delectantur vento, superbi aūt vento

vento vanæ laudis, vnde adulatores habent magnum locum apud illos. Prouerb.10. *Qui innititur mendacijs*, scil. adulatorijs, *pascit ventos*, scil. homines ventosos & vanigloriosos, & sequitur superbos volantes ad honores mundi, qui delectantur in vanis laudibus suis. Assimilantur etiam superbi auibus propter dominium. Nam quædam violenter dominantur alijs, vt prædantes: & tales sunt superbi Tyranni: qui rapiunt aliorum possessiones. Aues tales solitudinem diligunt, & nolunt habere socias. Ita superbi volunt conuersari cum paribus vel maioribus, ideò inter superbos semper sunt iurgia. Prouerb 13. *vt possit dicere superbus, similis factus sum pelicano solitudinis, & factus sum sicut passer solitarius in tecto*, scil. singularis in altitudine dignitatis. Capiuntur superbi præcipuè à diabolo, qui est rex super omnes filios superbiæ. Alij reges rebelles tantum capiunt, iste rebelles suos dimittit liberos & sibi obedientes capit, ducens secum ad supplicium. Retia diaboli sunt blandæ & subdolæ tẽtationes eius. Prouerb.29. *Qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius*. Prouerb.3. *Custodi pedem tuum ne capiaris*. Tandem superborum perditio est, quia laqueo ambitionis strangulantur. Aues capiuntur, quia accedunt ad laqueum, & quia auceps tetendit eum. Amos 3. *Nunquid cadet auis in laqueum terræ absque aucupe?* Nisi ergò descenderet, non caperetur. Sic anima diligens cælestia, non illaqueatur à diabolo, sed quando descendit ad ista terrena diligenda. Vnde ratione ligni terreni diabolus primam mulierem illaqueauit ambitionis & superbiæ laqueo, dic. *Quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij*. Gen.3. Sic diabolus suadet homini ambitioso simoniam, vt assequatur dignitatem prælationis. Deinde ex parte aucupis, scil. diaboli, qui libenter tendit laqueum ambitionis & superbiæ, quo & ipse in cælo fuit illaqueatus. Psalm.139. *Absconderunt superbi*, scil. dæmones, *laqueum mihi*. Sola humilitas euadit hunc laqueum. Psalm.114. *Humiliatus sum, & liberauit me*, à quo? Psalm. *Ipse liberauit me de laqueo venantium*. Tertia similitudo. Sic capiuntur homines in tempore malo. Homines intelliguntur cupidi, quia homo ab humo, scil. à terra humida, ideo & terram diligunt, & habent cor graue ex pondere terreni amoris. Psalm.4. *Filij hominum vsque quo graui corde*, &c. Deinde vinculum captiuitatis, quia capiuntur à diabolo. Augustinus: *Pecunia malè acquisita est auaro quasi muscipula, quia si vult eam tenere pro seipso, tenetur à diabolo, & dum capit eam capitur: sicut auis inueniens escam in laqueo dum capit escam, capitur à laqueo, ita auarus dum capit pecuniam per lucrum, capitur ab ea per cupiditatis vinculum*. Peccatum irremediabilitatis, quia *in tempore malo*, scil. iudicij mortis Psalm.74. *Cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo*. Ibi malè habebunt omnes peccatores terræ, sicut epulo diues docuit. Illi autem qui fuerint sine macula auaritiæ, &c. in tali tempore non confundentur, sed perducentur ad hæreditatem æternam, vbi habebunt perfectam securitatem. Psalm.16. *Nouit Dominus*, sc. approbat *dies immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis*, sc pro diebus quibus fuerunt hic famelici, *saturabantur*, scil. ea saturitate, de qua Psalm.16. *Satiabor cùm apparuerit gloria tua*.

Auceps diabolus.

Homines cupidi.

Aug.

Peccatum irremediabile.

In su-

In funere Venatoris.

Anima nostra erepta est de laqueo venantium. Psalm. 123.

SIcut auceps ponit studium suum ad aues, & venator ad feras capiendas, sic diabolus ad capiendas animas fideles. Sunt enim quidam hominum, qui habent animas leues & inconstantes, quæ more auium à diabolo capiuntur, quidam graues & terrenis inhiantes, sicut auari & cupidi, & hæ more ferarum comprehenduntur. Sed quando homines in fine redeunt ad pœnitentiā per confessionem, & sacramentorum Ecclesiæ susceptionem, ita vt benè moriantur, sunt a laqueo diaboli erepti, gratias Deo agunt, quibus competunt verba allegata. Primo eripitur à mundi afflictione, quæ duplex potest esse animæ. Vna temporalis & transitoria, quam patitur in mundo, alia futura & æterna; & qui præsentia tantum respi-
1. ciunt, similes sunt brutis: qui autem
1. portauerunt afflictionem, & vident postea in morte se ereptos, dicent illud Psalm. *Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem. Benedictus Dominus*, &c. Ostendunt se à tribus ereptos, scil. à præsentis vitæ aduersitate per *Torrentem*, deinde à futura miseria, dic. *Forsitan pertransisset anima nostra.* Tertio, à dæmonum potestate, dic. Benedictus Dominus qui non dedit. Aduersitas ergo vitæ præsentis est quasi torrens, & illam viri iusti libenter tolerant. Primo, ratione breuitatis, quia inundatio torrentis cito venit, & cito recedit, Iob 6. *Præterierunt me sicut torrens, qui raptim transit in conuallibus.* Secundo, propter exemplum capitis sui, scil. Christi. Gregor. Si passio Christi ad memoriam reuocetur, nihil est adeò durum, quod non æquo animo toleretur. Ipse enim multum bibit de hac aqua viuens. Psalm. *De torrente bibet in via, propterea exaltabit caput.* Sed sicut torrens in mare defluens, omnem amittit dulcedinem, sic impius transiens à pœna huius vitæ ad amaritudinem æternæ pœnæ, omnem dulcedinem vitæ præsentis & futuræ amittit, quia amaritudo illius pœnæ semper adhærebit, & nunquam cessabit, Isa. 34. *Conuertentur torrentes eius in picem*, scil. pœnæ transitoriæ in æternam, quia pix nigra & tenax. Sed iusti cùm absumpti sunt per mortem, possunt dicere Psalm. *Torrentem pertransiuit anima nostra.* Nota viri iusti habent se ad alienam aduersitatem compatiendo, ita quod in anima affligantur, vt de gloriosa Dei genitrice dicebat Simeon, *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Lucæ 2. & Iob 30. *Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.* Aduersitates autem proprias dicuntur pertransire, quia per tribulationes fuit via, qua transitur ad vitam æternam, & hæc via meritum est patientiæ, & per hanc viam deducit Dominus ad vitam iustos. Psalm. *Transiuimus per ignem & aquam, & eduxit nos in refrigerium.* De dæmonibus vel malis hominibus bonos more venantium persequentibus scribitur, Thren. 3. *Aperuerunt super nos os suum, omnes inimici nostri formido & laqueus, facta est nobis vaticinatio & contritio, & venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis.* Nota passer auis modica & calida, leuis & agilis, & pennata, habitans in petris, sic anima quæ vult à laqueo liberari, debet esse modica per humilitatē, quæ non timet laqueos. Beatus Antonius vidit per reuelationem totum mūdum plenum laqueis, & dixit, Domine quis poterit euadere omnes laqueos istos? & respondit Dominus Sola humilitas, 1. Cor. 14. *Malitia paruuli estote.* Matth. 19. *Sinite paruulos ad me*, &c. Item debet esse calida per charitatem, Apocalyp. 3.

Viri iusti compatiuntur.

Passer describitur.

S. Antonij visio.

vento vanæ laudis, vnde adulatores habent magnum locum apud illos. Prouerb. 10. *Qui innititur mendacijs*, scil. adulatorijs, *pascit ventos*, scil. homines ventosos & vanigloriosos, & sequitur superbos volantes ad honores mundi, qui delectantur in vanis laudibus suis. Assimilantur etiam superbi auibus propter dominium. Nam quædam violenter dominantur alijs, vt prædantes: & tales sunt superbi Tyranni: qui rapiunt aliorum possessiones. Aues tales solitudinem diligunt, & nolunt habere socias. Ita superbi volunt conuersari cum paribus vel maioribus, ideò inter superbos semper sunt iurgia. Prouerb 13. *vt possit dicere superbus, similis factus sum pelicano solitudinis, & factus sum sicut passer solitarius in tecto*, scil. singularis in altitudine dignitatis. Capiuntur superbi præcipuè à diabolo, qui est rex super omnes filios superbiæ. Alij reges rebelles tantum capiunt, iste rebelles suos dimittit liberos & sibi obedientes capit, ducens secum ad supplicium. Retia diaboli sunt blandæ & subdolæ tētationes eius. Prouerb. 29. *Qui blandis fictisque sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius.* Prouerb. 3. *Custodi pedem tuum ne capiaris.* Tandem superborum perditio est, quia laqueo ambitionis strangulantur. Aues capiuntur, quia accedunt ad laqueum, & quia auceps tetendit eum. Amos 3. *Nunquid cadet auis in laqueum terræ absque aucupe?* Nisi ergò descenderet, non caperetur. Sic anima diligens cælestia, non illaqueatur à diabolo, sed quando descendit ad ista terrena diligenda. Vnde ratione ligni terreni diabolus primam mulierem illaqueauit ambitionis & superbiæ laqueo, dic. *Quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij*, Gen. 3. Sic diabolus suadet homini ambitioso simoniam, vt assequatur dignitatem prælationis. Deinde ex parte aucupis, scil. diaboli, qui libenter tendit laqueum ambitionis & superbiæ, quo & ipse in cælo fuit illaqueatus. *Auceps diabolus.* Psalm. 139. *Absconderunt superbi*, scil. dæmones, *laqueum mihi.* Sola humilitas euadit hunc laqueum. Psalm. 114. *Humiliatus sum, & liberauit me*, à quo? Psalm. *Ipse liberauit me de laqueo venantium.* Tertia similitudo. Sic capiuntur homines in tempore malo. Homines intelliguntur cupidi, quia homo ab humo, scil. à terra humida, ideò & terram diligunt, & habent cor graue ex pondere terreni amoris. *Homines cupidi.* Psalm. 4. *Filij hominum vsque quo graui corde*, &c. Deinde vinculum captiuitatis, quia capiuntur à diabolo. Augustinus: *Pecunia malè acquisita est auaro quasi muscipula, quia si vult eam tenere pro seipso, tenetur à diabolo, & dum capit eam capitur: sicut auis inueniens escam in laqueo dum capit escam, capitur à laqueo, ita auarus dum capit pecuniam per lucrum, capitur ab ea per cupiditatis vinculum.* *Augustin.* Peccatum irremediabilitis, quia *in tempore malo*, scil. iudicij mortis Psalm. 74. *Cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo.* *Peccatum irremediabile.* Ibi malè habebunt omnes peccatores terræ, sicut epulo diues docuit. Illi autem qui fuerint sine macula auaritiæ, &c. in tali tempore non confundentur, sed perducentur ad hæreditatem æternam, vbi habebunt perfectam securitatem. Psalm. 36. *Nouit Dominus*, sc. approbat *dies immaculatorum, & hæreditas eorum in æternum erit. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis*, sc. pro diebus quibus fuerunt hic famelici, *saturabuntur*, scil. ea saturitate, de qua Psalm. 16. *Satiabor cùm apparuerit gloria tua.*

In su-

In funere Venatoris.

Anima nostra erepta est de laqueo venantium. Psalm.123.

SIcut auceps ponit studium suum ad aues, & venator ad feras capiendas, sic diabolus ad capiendas animas fideles. Sunt enim quidam hominum, qui habent animas leues & inconstantes, quæ more auium à diabolo capiuntur, quidam graues & terrenis inhiantes, sicut auari & cupidi, & hæ more ferarum comprehenduntur. Sed quando homines in fine redeunt ad pœnitentiā per confessionem, & sacramentorum Ecclesiæ susceptionem, ita vt benè moriantur, sunt à laqueo diaboli erepti, gratias Deo agunt, quibus competunt verba allegata. Primo eripitur à mundi afflictione, quæ duplex potest esse animæ. Vna temporalis & transitoria, quam patitur in mundo, alia futura & æterna; & qui præsentia tantum respi-
1. ciunt, similes sunt brutis: qui autem
2. portauerunt afflictionem, & vident postea in morte se ereptos, dicent illud Psalm. *Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem. Benedictus Dominus,* &c. Ostendunt se à tribus ereptos, scil. à præsentis vitæ aduersitate per *Torrentem,* deinde à futura miseria, dic. *Forsitan pertransisset anima nostra.* Tertio, à dæmonum potestate, dic. Benedictus Dominus qui non dedit. Aduersitas ergo vitæ præsentis est quasi torrens, & illam viri iusti libenter tolerant. Primo, ratione breuitatis, quia inundatio torrentis cito venit, & cito recedit, Iob 6. *Præterierunt me sicut torrens, qui raptim transit in conuallibus.* Secundo, propter exemplum capitis sui, scil. Christi. Gregor. Si passio Christi ad memoriam reuocetur, nihil est adeò durum, quod non æquo animo toleretur. Ipse enim multum bibit de hac aqua viuens. Psalm. *De torrente bibet in via, proptereà exaltabit caput.* Sed sicut torrens in mare defluens, omnem amittit dulcedinem, sic impius transiens a pœna huius vitæ ad amaritudinem æternæ pœnæ, omnem dulcedinem vitæ præsentis & futuræ amittit, quia amaritudo illius pœnæ semper adhærebit, & nunquam cessabit, Isa.34. *Conuertentur torrentes eius in picem,* scil. pœnæ transitoriæ in æternam, quia pix nigra & tenax. Sed iusti cùm absumpti sunt per mortem, possunt dicere Psalm. *Torrentem pertransiuit anima nostra.* Nota viri iusti habent se ad alienam aduersitatem compatiendo, ita quod in anima affligantur, vt de gloriosa Dei genitrice dicebat Simeon, *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Lucæ 2. & Iob 30. *Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.* Aduersitates autem proprias dicuntur pertransire, quia per tribulationes fuit via, qua transitur ad vitam æternam, & hæc via meritum est patientiæ, & per hanc viam deducit Dominus ad vitam iustos. Psalm. *Transiuimus per ignem & aquam, & eduxit nos in refrigerium.* De dæmonibus vel malis hominibus bonos more venantium persequentibus scribitur, Thren.3. *Aperuerunt super nos os suum, omnes inimici nostri formido & laqueus, facta est nobis vaticinatio & contritio, & venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis.* Nota passer auis modica & calida, leuis & agilis, & pennata, habitans in petris, sic anima quę vult à laqueo liberari, debet esse modica per humilitatē, quæ non timet laqueos. Beatus Antonius vidit per reuelationem totum mūdum plenum laqueis, & dixit, Domine quis poterit euadere omnes laqueos istos? & respondit Dominus Sola humilitas, 1.Cor.14. *Malitia paruuli estote.* Matth. 19. *Sinite paruulos ad me,* &c. Item debet esse calida per charitatem, Apocalyp.3.

Viri iusti compatiuntur.

Passer describitur.

S. Antonij visio.

Vtinam frigidus esses vel calidus, &c. Item leuis per abiectionem terrenorum, Matthæi 19. *Ecce nos reliquimus omnia*, &c. Item agilis per obedientiam, Isai. 61. *Qui sunt hi, qui vt nubes volant.* Item pennata varietate virtutum, & bonorum morum. Prouerb. 1. *Frustrà iacitur rete ante oculos pennatorum.* Item nidificare in petra, scil. in passione Domini morari. Cant. 2. *Veni columba mea in foraminibus petræ, in cauernis maceriæ.* Psalm. *Petra refugium erinacijs.* Ostendunt prætereà iusti se à futura calamitate liberos, dic. *Forsitan pertransisset.* Vbi quinque calamitates pœnæ inferni tanguntur, quas quidem subijssent & intolerabiles, nisi per aduersitates præsentes fuissent purgati.

Pœna inferni qualitates.

1. Prima est euitabilitas, quia in arbitrio hominis est eam euitare vel habere, quia secundùm sanctum Bernardum (Bernard.), *Sola voluntas propria ardet in inferno.* Oseæ 13. *Perditio tua ex te.*
2. Secunda, infinitas vel successiua. Nam damnati secundùm Iob 24. *Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimiũ* & ècontra, & hoc semper.
3. Tertia, quia habebit diuinam potestatem, dic. *Anima nostra.* Quia non solùm in corpus, sed & in animam aget virtute Dei, de quo Matth. 10. *Quod potest animam & corpus perdere in gehennam.*
4. Quarta, profunditatem habet, dic. *aqua.* Aqua enim inueniens aridum aut porosum, aliquid penetrat ad interiora vsque ad profundum eius: sic pœna aridam animam sine pluuia diuinæ misericordiæ, & sine rore diuinæ gratiæ penetrabit vsque ad infima in omnes partes. Psalm. *Induet maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius.*
5. Quinta, habet maximam acerbitatem, dic. *intolerabilem*: tamen pro cuiusque demerito maiori vel minori, Matth. 10. *Tolerabilius erit terræ Sodomorum*, &c. Insuper ostendunt à dæmonis potestate vindicatos, vnde gratias agentes dicunt, *Benedictus Dominus, qui non*, &c. Tenemur ad gratias agendas illi, qui voluit à tanto hoste impugnari, vt doceret nos pugnare contra eum, & qui auxilium vult conferre, quocunque tandem peccato nos tentet, Matth. 4. Ideò dicit Psalm. *Benedictus Dominus Deus meus, Anima... qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Manus sunt ieiunia, orationes & Eleemosynæ, Matth. 17. *Hoc genus dæmoniorum non eijcitur nisi oratione & ieiunio.* De Eleemosyna, Eccles. 29. *Super scutum potentis, & super lanceam aduersus inimicum pugnabit pro te.* Per digitos autem intelligitur operum discretio. Custodit autem Dominus suos, qui per fidem & dilectionem sunt de grege suo: alienos verò, qui irrationabiliter viuunt secundum carnẽ vel infidelitatem, illos permittit Christus capi & perire; 2. Pet. 2. *Hi velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem & perniciem, in his quæ ignorant blasphemantes, in corruptione sua peribunt.* Secundò, Passer intelligitur homo incautus, qui sibi non cauet a malorum consortio, id eo facilius capitur, Ierem. 5. *Inuenti sunt in populo meo impij insidiantes, quasi aucupes laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros.* Et incauti, quia passeres comedunt iusquiamum, herbam venenosam & frigidissimam, vnde ex resolutione frigidæ euaporationis congelatur cerebrum passeris & cadit, ita peccatores non caueunt sibi a delitijs carnis, in quibus latet venenum voluptatis, quæ delectatio infrigidat ignem dilectionis & deuotionis, & inducit calum. Et quia pro modica vilique delectatione carnis vendunt se diabolo vel peccato, rectè assimilantur passeribus, qui vili pretio venduntur, Matth. 10. *Nonne duo passeres*, scil. anima & corpus. Eccl. 9. *Sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueo capiuntur, sic capiuntur homines tempore malo*, scil. tentationis. Passeres & auiculæ aliquando arculis vel sagittis vulnerantur, sic homines tentationibus superantur. Aues prædæ rapiuntur, quando timore Tyranno-

Digiti ... opera ... discretio.

Passer homo incautus.

tyrannorum, hominumque malorum ad peccatum inducuntur. Visco detinentur, quando propter contritionis defectum a peccato non separantur. Laqueo constringuntur, quando de peccato non confitentur. Eripiuntur totaliter per confessionem & alia sancta sacramenta. Hi possunt dicere illud Psalm. 123. *Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* & illud: *Nos autem surreximus & erecti sumus.* Tertiò, Erepti a dæmonum deceptione, dic. *Erepta est de laqu. venant.* scil. diuina gratia adiuuante. Hoc Psalm. in persona iusti defuncti confitetur, dic. *Ipse*, scilicet Deus, *liberauit me de laqueo venantium.* Primo est beneficium, deinde periculum. De primo Rom. 6. *Nunc autem liberati à peccato, serui autem facti Deo.* Sic bestia dicitur esse liberata à venatoribus, quando effugit manus eorum, & non est capta in venatione: sicut homo quando est extra carcerem, scil. extra tentationem, quando ab ea non superatur. Vel aliquo modo dicitur quis perfectè liberatus, quando non solum est extra ipsum, sed etiam non timet amplius se posse redire ad ipsum, vel ad carcerem. Sic dicitur liberatus a peccato & a diabolo iuste defunctus, qui est in statu gloriæ, est extra manum diaboli, & tantum in manu Dei, Sap. 3. *Iustorum animæ in manu Dei sunt.* Restat periculum in venatione. Sic enim venator multis modis & instrumentis vtitur ad feras perdêdas, sic diabolus Canes sunt diaboli, venatici homines praui & aliorum corruptores, Michææ 7. *Vir fratrem suum venatur ad mortem.* Pedicæ sunt violentia raptorû, qui dum ab alijs rapiût, ipsi a peccato & diabolo rapiuntur, Iob 18. *Absconditus est in terra pedica eius*, scil. quibus capiuntur lupi; dum aues capere moliuntur: aliquando extrahit pedem & euadit, sic peccator debet dimittere affectum malum rapiendi vt euadat. Foueæ sunt luxuriæ genera. Prou. 23. *Fouea profunda est meretrix.* Laquei sunt diuitiarum cupiditates & affectus inordinati, 1. Tim. 6. *Qui volunt diuites fieri, incidût in tentationem, & in laqueum diaboli.* Laqueus etiam est ipsa carnis voluptas, quæ signatur per mulierem, Eccles. 7. *Inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est & sagena cor eius, vincula sunt manus eius. Qui placet Deo effugiet illam: qui autem peccator est, capietur ab illa.* Nota, Anima viri iusti debet spiritualiter contristari diuino amore. Psalm. *Anima mea turbata est valdè.* Christus Matthæ. 26. *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Eleuari spe vel amore, Iob 7. *Elegit suspendium anima mea.* Illustrari discretione Psalm. *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* Operari vtiliter, Prou. 13. *Anima operantium impinguabitur.* Prœliari viriliter, Eccl. 4. *Vsque ad mortem agonizare pro anima tua.* Scrutari Dei consilia. Psalm. *Ideo scrutata est anima mea.* Contemplari cæli magnalia. Psal. *Conuertere anima mea in requiem tuam*, sc contemplationis, &c. Occupari circa vtilia, Pro. 16. *Anima laborantis laborabit sibi*, scil. ad vtilitatem suam. Sustinere patienter, Psal. *Sustinuit anima mea in verbo eius.* efficaciter adhærere. Psal. *Adhæsit anima mea post te.* Continere Eccles. 26. *Non est digna ponderatio continentis animæ.* Abstinere cum pœnitentia, Iob 6. *Animæ esurienti, quæ amara sunt, dulcia esse videntur.* Liquescere per deuotionem, Cant. 5. *Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est.* Flammescere per affectionem. Psalm. *Quemadmodum desiderat. Sitiuit anima mea ad Deum fontem.* Humiliare se, Iud. 4. *Humiliauerunt animas suas in ieiunijs.* Iudith. 8. *Humiliemus animas nostras Deo.* Custodire se, Deut. 4. *Custodi temetipsum & animam tuam sollicitè.*

Liberatus perfectè quomodo.

Venatio diaboli.

Anima viri iusti qualiter debet esse accommodata.

In funere alicuius dispensatoris.

Vocauit Dominus villicum, & ait illi: Quid hoc audio de te, redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. Luc. 16.

CVM Deus dederit hominibus arbitrij libertatem, qua plerunque vel malè vel benè vtuntur, non esset conueniens, quod ipse Deus, cuius prouidentia cuncta gubernātur, vltimo sub prouidentia sui, aliquid inordinatum relinqueret, oportet, quod vnicuiusque hominis facta, siue bona, siue mala sint ad examen diuini iudicij reducantur, vt rectè facta approbentur & remunerentur, & inordinatè facta secundùm iustitiam diuinam puniantur. Qui habet aures audiat & intelligat. Vestra vestra peccatores peccata nefandissima, quæ iam à nemine conspiciuntur, sed vobis solis nota sunt, tunc tunc manifestabuntur, & iudicio æterno condemnabuntur. Hinc verba allegata. Ex quibus patet primo, Citatiō villici, cui secundum S. Hieronymum commissa est gubernatio & dispensatio eorum, quæ sunt in villa. Oeconomus autem vocatur dispensator generalis. Huic commisit dominus gubernationē propriæ personæ, & bonorum suorum, & citat illum non more humani iudicij, vbi rebelles aliquando non veniunt, sed diuini, vbi non potest dici, Prou. 1. *Vocaui & renuistis.* Sed oportet venire & respondere, Iob 14. loquens ipsi Deo indici, *Vocabis me, & ego respondebo tibi.* Vbi citantis authoritas & obediendi necessitas ponuntur. Citatio hominis per mortem peccatori quidem valdè est terribilis, quia videt se vocari ad priuationem, iudicium & punitionem. De qua

Villici citatio.

Citantis authoritas, & obediendi necessitas.

citatione dicitur Isai. 22. *Vocauit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, planctum & caluitium.* Licet consanguinei hoc faciunt in morte amici, tamen magis peccatori morienti, qui habet causam flendi in culparum examine, quia nullum peccatum poterit abscondere, ita in damnatione erit fletus, Matth. 13. Lugendi causam habebit, quia damnabitur ad pœnas æternas, Ierem. 5. *Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum*: non habet homo nisi vnicam animam suam. Erit ibi caluitium, sc. priuatio omnium bonorum naturæ, fortunæ, gratiæ, gloriæ, Isai. 3. *Decaluabit Dominus verticem filiarum Syon*, sc. animarum damnatarum. Aliter fit de iusto, cui ista citatio est amica, quia educitur de miseria ad fœlicitatem æternā & hæreditatem cælestem. Obediendi necessitas habet duplex iudicium. Primum est pœnitentiæ, ad quod vocatur vel per literas, sc. scripturas, Matth. 3. dicebat Ioannes, *Pœnitentiam agite*, & Petrus Act. 3. *Pœnitemini & conuertimini, vt deleātur peccata vestra.* Vel nutu manus & signis creaturarum, quarum beneficia etiam peccatoribus nō subtrahit, quamuis eū frequēter offendāt, vt eius considerātes benignitatē, saltem per pœnitētiam ad eum redeant, Rom. 1. *An ignoras, quia benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Ideò Pro. 1. dicitur, *Extendi manum meam, nec fuit, qui aspiceret.* Vel vocibus, sc. inspirationibus, Isa. 30. *Aures tuæ audient verbum post tergum monentis*, Ps. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus meus*, &c. Sed multi non aperiūt, Vel per nuncios, sc. flagella quæ deferūt nobis signū salutis, Sap. 16. *Ad correptionē in breui turbati sunt, signum habentes salutis.* Sed miseri peccatores non respondent, sed turpiter eijciunt, sicut 2. Reg. 10. nuncios Dauid missos ad Amō. Ideò cōqueritur Iob 19. *Seruū meū vocaui, & non respondit mihi*, Cùm canis aliàs vocatus veniat. Itaque peccator semper est contumax. Aut non cōfitetur, quod sacerdos eius conscientiā possit cognoscere, aut occultat, aut pal-

Obediendi necessitas habet duplex indicium.

palliat aut excusat &c. & ideò isti om-
nes punientur à Deo. Est aliud Dei iudi-
dicium, scil. in morte cuiusque & hoc
nullus potest subterfugere nec contu-
max esse vt non respondeat. Iob 31. *Cùm*
Diffamationis obiurgatio. *surrexerit ad iudicandum Deus & cum quæsierit,*
quid respondebo ei. Responde ergò hic in
iudicio pœnitentiæ, quia 1. Corinth. 11.
Si nosmetipsos dijudicaremus, &c. Secundò,
Inquisitio habet tria. est diffamationis obiurgatio *Quid hoc au-*
dio de te? Nota in inquisitione tria præ-
1 cipuè sunt obseruanda Primum ex par-
te inquirentis, scil. *illi*, quia debet esse
præsens, contra quem proceditur, & di-
cenda illi de quibus fit inquisitio. Se-
2 cundum ex parte criminis, d. *Quid hoc au-*
dio? Non de leuibus est inquirendum:
hic autem crimē erat dissipatio de qua
diffamatus erat: & non à maleuolis vel
inimicis, sed à bonis discretis debet ve-
nire ad aures fama & ad bonos & gra-
3 ues viros. Tertium ex qualitate eius con
tra quē fit inquisitio, ideò di. *de te*, sc. vil-
lico meo. Itaque non tantùm cōtra sub-
ditum, sed & cōtra Prælatum debet fie-
ri inquisitio. sed aliter fit in iudicio di-
uino, Sapient. 1. *In cogitationibus impij inter-*
rogatio erit. Sermonum autem illius audi-
tio ad Deum veniet & ad correptionē
iniquitatum illius, quoniam auris cæli
audit omnia. Tertio, Administrationis
examinatio quæ est primò in exigendo
Administrationis examinatio. debito, di. *Redde rationem*, quæ ratio erit
valde formidabilis, quia de multis, sc.
factis, dictis, cogitatis, Sapient. 6. *Altis-*
1 *simus interrogabit opera vestra & cogitationes*
vestras scrutabitur. quia de minimis, Matt.
12. *Omne verbum otiosum*, quia de omnibus
temporum momentis: sicut pueri sab-
batho debent omnium lectionum toti-
2 us septimanæ dare rationem. Secundò,
quæ est in officio Villici, cui commissa
erat potestas & ille abusus potestate
dissipauit bona domini, Luc. 15. exem-
plum habetur de filio prodigo. Dissipa-
tur autem culpæ ædificium gratiæ splē-
dore. Sicut enim lux subintrans tene-
bras dissipat, sic gratia à Deo veniens
dissipat culparum latebras. Peccata e-
nim sunt ædificia diabolica in anima
fabricata, quæ iusti debent destruere &
per gratiam & pœnitentiam dissipare
exemplo regis Ezechiæ 4. Reg. 18. Quod
ipse dissipauit excelsa, scil. altaria prohibita
in montibus constituta. Dissipatur vir- *Dißipatio multiplex.*
tutis ædificium culparum horrore. Pec-
cata enim sunt machinæ diabolicę, qui- *Peccata sunt ædificia diabolica.*
bus diabolus dissipat in anima ædifici-
um virtutis. Neem. 1. *Murus Hierusalem dis-*
sipatus est. Murus enim animæ congeries
est virtutum, quibus contra hostes ani-
ma clauditur & vallatur. Eccles. 10. *Qui* *Peccata sunt machinæ diabolicæ.*
dissipat sepem, mordebit eum coluber. Dissipa-
tur fortunę ædificium pœnarum terro-
re, scil. mundi tribulatione & ardore:
De tali status diuitum per infortunium
dissipatione potest exponi illud Isaiæ
24. *Dissipatione dissipabitur terra & direptione*
prædabitur. Sequitur, *Luxit & defluxit terra*
& infirmata est. Dissipatur fortalitium a-
nimæ gehennæ dolore, Psal. *Dissipata sunt*
ossa mea secus infernum. Ista autem propriè
est dissipatio, quæ fit à Deo puniente &
malorum potentiam destruente, Isa. 42.
ipse dicit: *Tacui, patiens fui, semper silui, quasi*
parturiens loquar, dissipabo & absorbebo simul.
Tunc enim temporaliter & æternaliter
dissipabit Dominus vniuersa gentia
peccatorum. Nota quod quidam etiam *Dißipatio spiritualis.*
dissipantur spiritualiter, sicut alta ædifi-
cia per ruinam superbiæ, sicut lignum
per putrefactionem luxuriæ, sicut do-
mus per combustionem auaritiæ, sicut
homo per venationem inuidiæ, &c. Est
enim illa destructio vitiosa, qua virtu-
tes dissipantur, ex qua animæ à statu gra
tiæ euelluntur & euertuntur. Anima e-
nim sicut ciuitas in medio hostium sita
& ab ipsis continuè obsessa, tentationi-
bus varijs impugnata, quæ si per pecca-
tum capitur, tota sua moralis fabrica,
virtutum ædificatio & structura spiri-
tualiter destruitur & tota sua virtualis
series dissipatur. Vnde animæ peccatri-

ei in figura ciuitatis Tyri captæ & destructæ loquitur Scriptura, Ezech 26 d. *Vastabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas, & destruent muros tuos & domos tuas præclaras subuertent, lapides tuos, ligna tua & puluerem tuum in medio aquarum ponent.* Capta enim anima ciuitate per peccatum, constat, quod opes gratiarum in ea vastantur, negotiatio contemplationum diripitur, domus spiritualis quietis in ea subuertuntur, lapides constantiæ, ligna leuis obedientiæ, puluis mortis memoriæ in ea penitus destruuntur. Quartò, ponitur dispẽsationis priuatio. Nam facti quæstio est in arbitrio iudicantis, pœna verò persecutio non eius voluntati mandatur, sed legis arbitrio reseruatur. Secus fit in priuata persona non habente administrationem. In diuino autem iudicio priuatur omnibus, & adiudicatur inferno, nisi sibi prouideat de pœnitentia. Ad hanc quæstionem. Quid faciam, pulchrè respondet Michæas 6 c. *Indicabo tibi ô homo, quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te: vtique facere iudicium*, scil. de teipso per pœnitentiam, *& diligere misericordiam* proximo per eleemosynam *& sollicitum ambulare cum Deo tuo*, scil. proficiendo per bona opera. Recognoscit villicus impotentiam suam *fodere non valeo*, &c. neque per se poterit homo mortuus iuuare se, neque per alios, scil. proximos, quia si mendicaret, non daretur sibi: hoc ostendit diues epulo, Luc 16. & virgines fatuæ; mendicarunt & nihil obtinuerunt, sagax prouisio villici, d. *Scio quid faciam*, scil. opera misericordiæ, Luc 12 *Vendite quæ possidetis & date eleemosynam* Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis.

Dispensationis priuatio.

Recognitio vilitatis.

In funere damnati.

Erue eos qui ducuntur ad mortem. Pro 24.

HOmo potest dupliciter ad mortem condemnari: si iniustè tunc est meritorium eruere eum, si potest, sicut Daniel Susannam, & B Nicolaus tres iuuenes. Si iustè, tunc non licet quia esset in præiudicium Reip & iustitiæ. Mors item spiritualis duplex est, scilicet culpæ & pœnæ, scil. purgatoriæ, quæ morte corporali acerbior est, vel æternæ, quæ est gehennæ. A prima morte, scil. culpæ potest quis liberari voluntaria pœnitentia a secunda, scil. pœna purgatorij per exhibita suffragia, a tertia nullo modo. Hæc verba vtrobique possunt exponi, sed nunc de morte culpæ & pœnæ duntaxat, & Salomon ad exhibitionem misericordiæ di. *Erue eos*. Et hoc in purgatorio potest fieri per Eleemosynas, oblationes, orationes, ieiunia, labores assumptos pro eis, Psal 32 *Oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius, vt eruat à morte animas eorũ*, sc. qui sunt in purgatorio. Ecce laus iustorum, Psal 33 *Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum: vultus autem Domini super facientes mala* Pro. 15 *Longe est Dominus ab impiis & orationes iustorum exaudiet.* Ergò
prima laus eorũ a protectione diuina. 1
Secunda ex moderatione prudentiæ. 2
Quia sciunt moderari metum iustitiæ cum spe misericordiæ Dei. Vnde sunt metuentes eum & sperant in misericordia eius. Psal. 113. *Qui timent Dominum sperant in Domino*, &c. Et metus diuinæ iustitiæ inducit iustos viuos ad compatiendum defunctis in purgatorio. Sed spes diuinæ misericordiæ ad rogãdum pro illis.
Tertia, in relaxatione pœnæ purgato- 3
riæ, ex precibus iustorum, scilicet *vt eruat à morte*, scil. à pœna illa acerbissima.

Condemnatio hominis fit dupliciter.

Mors duplex.

Laus iustorum.

Nota

Nota in morte violenta etiam pro peccatis inflicta, si humiliter & patienter feratur cum contritione peccatorũ, potest esse tãtum meritum & tanta virtus patientiæ & humilitatis, quod absq; aliqua pœna purgatorij euolet ad cælum anima. Vnde latroni cõfitenti. Nos quidem iustè : nam digna factis recipimus: vt orauerat Christum. *Memento mei*, Luc. 23. promisit Dominus. *Hodie mecum eris in paradiso.* Et talis occisus potest dicere Deo illud Psal. *Eruisti animam meam vt non periret, proiecisti*, &c. Secũdo, Ostẽditur coactio diuinæ iustitiæ d. *Ducuntur.* Modica pœna volũtariè assũpta plus purgat, quã maior inuoluntaria. Vnde posset dici tali morienti, illud Ioan. 21. *Alius te cinget & ducet, quo tu non vis.* Ecce coactio iudicij scil. *cinget*, scil. sentẽtia iustitię suæ. Executio ministerij quia *ducet*, scil. duci faciet per ministerium boni angeli. Tertiò punitio purgatorij, scil. *quo tu non vis.* vbi Ro. 9. *Non est volentis, neq; currẽtis, sed Dei miserentis.* Vltimò tangitur afflictio pœnæ purgatoriæ sub nomine *Mortis.* Et assimilatur morti: Sicut enim mors media est inter istam vitam corporalem & aliam æternam : Sic purgatorij pœna est media inter pœnam huius mundi finitam & inferni infinitam, 1. Ioan. 3. *Translati sumus de morte ad vitam.*

In funere per insidias occisi.

Insidiatur quasi leo in spelunca sua. Psal. 9.

PRoprietas naturalis hominis est, quod sit animal mansuetum natura: sed deserta mansuetudine efficitur crudelis & inhumanus, ita vt preditoriè occidat proximum suum, meritò dici potest non homo, sed bestia, & leoni comparatur, qui latenter animalia in nocte occidit. Et quia tales imitantur diabolum qui fuit homicida ab initio, cuius etiam insidiæ in sacra Scriptura assimilantur leonis, 1 Pet. 5. *Aduersarius vester*: ideò possunt prædicta verba etiam exponi de insidijs diaboli, quas in morte ponit hominibus, vt animas possit rapere. Calliditas eius notatur in verbo *Insidiatur*, scilicet diuersis modis & rebus Ecclesi. 11. *Multæ sunt insidiæ dolosi* ideo diaboli insidiæ valde timendę, quia in multis rebus & diuersis. Figura habetur Iudic. 9. in Abimelech, qui posuit insidias iuxta Sichimam in quatuor locis : sic diabolus circa hominem. Primò, in principio boni operis, vt impediat ne fiat, sicut Pharao conatus est impedire filios Israel ne crescerẽt occidendo paruulos, per quos intelliguntur bonorum operum initia: contra quæ oportet habere virtutes, constantiam, patientiam, fiduciam, propter pusillanimitatem & perseuerantiã quæ non retro cadit propter prolixitatem. Num 32. *Paruuli nostri erunt in vrbibus muratis.* Secundo, in ipso opere per inanem gloriam, Ecclesi. 9. *Bona in mala conuertens in ipso opere insidiatur & in electis ponit maculam*, scil. inanes gloriæ Tertiò in morte, Gen. 3. *Tu insidiaberis calcaneo eius.* Quartò, in Dei iudicio, vt ibi eum accuset. Item insidiæ diaboli sunt metuẽdę propter eius fraudulentia. quia dolosus. Habet enim linguam dolosam. quia de malo pollicetur bonum, vt mulieri de pomo prohibito Genes 3. & sic in alijs. Contra quem promittendæ sunt sagittæ, scil. verba Dei quæ prohibent ista mala: vt de homicida, scil. Ioan. 3. *Omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.* Habet eiũ dolosam stateram, Prou. 20. *Statera dolosa non est bona* Hoc facit diabolus peccatum graue faciens leue & remissibile, item bonum opus grauius & difficilius quàm quod est. Habet & arcum dolosum quando persuadet malum sub specie boni

Marginal notes (left): Nota in morte violenta. — Coactio diuinæ iustitiæ. — Punitio purgatorij. Afflictio purgatorij. — Homo crudelis bestia.

Marginal notes (right): Homicidæ imitantur diabolum. — Calliditas diaboli. — Insidiæ diaboli circa homines. — 1 in principio operis. — 2 — 3 in morte. — 4 In iudicio — Insidiæ diaboli metuendæ propter fraudulentiam.

boni & errorem sub specie veri, Rom. 3 *Non sunt facienda mala, vt eueniant bona*, Oseæ 7. *Facti sunt quasi arcus dolosus*, scilicet dæmones. Secundò, Ostenditur crudelitas diaboli contra hominem d. *sicut leo*. Vngues illius sunt tentationes, quibus animas tenet, & dentes quib. interficit sunt persecutiões Vel vngues sunt suggestiones, quibus seducit, dentes autem vitia ad quæ adducit, Eccles. 25 *Dentes leonis, dentes eius interficientes animas hominum*. Sed maximè tentat de 3. vitijs, scil. de concupiscentia carnis, quæ pertinet ad gulam & luxuriam: de concupiscentia oculorum, quæ spectat ad auaritiam & de superbia vitæ ad elationem, Daniel. 7. *Tres ordines erant in ore eius & in dentibus eius* principes tres, sunt ergò tentationes eius fortes. Sunt & crudeles, quia leonis Sed & timet gallum leo, ita diabolus prædicatorem, quod figuratum est in Dauid 1. Reg. 17. *Pascebat seruus tuus patris sui gregem*, &c. Sunt & mortiferæ quia interficiunt animas hominum, nõ bestiarum, ita impellunt ad omnia peccata. Tertiò, diaboli malignitas, d. *in spelunca sua*. quæ est malitia sua occulta, quando se in lucis angelum transformat. Sed Dominus electis suis notas facit istas astutias sicut dicebat Paulus, 2. Corin. 2. *Non ignoramus cogitationes eius*.

Diaboli crudelitas.

Diaboli malignitas

In funere ex vulnere mortui.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius, & de manu tua repulsi sunt. Psal 87.

Fauor fortunæ perit.

QVocunque modo homines moriuntur, omnes tandẽ destituũtur fauore fortunæ, quia de bonis fortunæ, quæ sunt bona huius mundi nihil post mortem percipiunt, Psal. 48. *Cùm interierit homo non omnia sumet secum*, & cæt. Sed mori morte violenta & vulnere, videtur esse contra fauorem fortunæ, de quo dicit Propheta noster, vt accipiantur *sicut vulnerati dormientes*, scil mortui quiescentes *in sepulchris*, quorum tu fortuna *non es memor amplius*, quia non facis eos esse in reputatione & recordatione hominum: ipsi etiam *de manu tua*, scil. ab auxilio fauoris tui *repulsi sunt*. Ecce personæ læsio. Primò, quia vulnerati. Sed plurimi moriuntur homines vulnerati spiritualiter, scil. mente, quàm carne, quando tentationibus quæ sunt quędam sagittę consentiunt. 1. Par. 5. *Vulnerati multi corruerunt, fuit enim bellum Domini*. Tentator enim primò conatur inuadere intellectũ in mittendo mediantibus phantasmatibus & figuris imaginabilibus prauas cogitationes, deinde inuadit & inflammat affectũ ad indebitas delectationes, & tunc dominatur ambobus quando consentire facit mentem aut in propositum complendi actum peccati, aut in delectationem morosam ipsius prauæ cogitationis, & in tali consensu est vulnerata anima vulnere mortalis peccati & tũc etiã expoliatur ornamẽtis, & indumẽtis gratię & virtutũ & expoliatur gratuitis, licet naturalia euadant & nõ tollantur Sed in primis vulnerat tentatio carnis. Deinde ostenditur tentatorum periculum, ex exteriori prostratione d. *Corruerunt*, scil ex prauo consensu in prauam operationem, Prouerb. 11. *In impietate sua corruet impius*. Namque quatuor causæ sunt, quæ hominem faciunt in peccata ruere, scil. tenebrositas ignorantiæ, Prouerb. 4. *Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant*. Lubricitas concupiscentiæ, Ier. 23. *Via eorum erit quasi lubricum in tenebris, impellentur enim & corruent in ea*. Pusillanimitas animæ, Prouerb. 29. *Qui timet hominem citò corruet*. Duritia impœnitentis Pro. 28. *Qui mentis est duræ corruet in malum*. Item tentatorum periculum ex diuina

Persona læsio.

Tentatoris conatus.

Tentatorũ periculum.

Causæ 4. quæ hominem faciũt in peccata ruere.

1

2

3

4

diuina permissione, quia bellum tentationum dicit, quod fuit bellum Domini, qui permittit tentari homines ad nostram vtilitatem tamen Deus adiuuat, Psal.143. *Benedictus Dominus qui docet manus meas ad prælium.* Secundò, De sepulturæ requie d. *dormientes in sepulchru.* Gentiles ignorabant resurrectionem, quod non ignorabat Iob d.c.19. *Scio quod Redemptor meus viuit, & in nouiss. die* &c. Hinc Apostolus dixit, 1.Thess. 4. *Nolumus vos ignorare de dormientibus vt non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent,* scil. futuræ resurrectionis. Primum documentum de mortuis est: quia resurgent, & hoc tenentur scire omnes fideles, quia est articulus fidei. Secundò, ponitur emolumentum consolationis, scil. *vt non contristemini,* sc. de morte charorum Moderatè autem tristari non prohibetur aut propter cõpassionẽ naturalis pietatis, aut propter affectionem spiritualis charitatis, specialiter quando homo dubitaret de salute defuncti, aut propter damnũ propriæ vtilitatis, aut propter delectabilis societatis separationem. Refrenare tamen debet homo tristitiam, propter cõsensum diuinæ iustitiæ, propter damnum personæ: nam nimia tristitia defuncto non prodest, & sibi multum obest, Eccl.38. *Ne dederis in tristitia cor tuum,* sc. ne dominetur, sed repelle eam à te & memento nouissimorum & noli obliuisci; neque enim est conuersio, & huic nihil proderis, & teipsum pessundabis. Dauidis exemplum audita morte filij sui, 2.Reg.12. Item propter bonum personæ defunctæ, quæ ex miseria transijt ad æternam lætitiam. Insuper attende emolumenti defectum d. *Sicut cæteri qui spem non habent.* Tertiò fortunæ destitutio erga defunctum. Primò, quãtum ad eorum obliuionem, scil. quorum tu fortuna nõ es memor amplius. Secundo, quo ad fauoris fortunæ subtractionem, quia de manu tua repulsi sunt, Psal. 30. *obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde.* Et fortuna retrahit manum suam quando homo magis egeret, Psal.88. *Tu vero repulisti & despexisti,* Ezech.16. *Egeno manum & pauperi non porrigebant.* Vel potest hoc referri ad Deum, de cuius auxilio repulsi sunt damnati in inferno existentes, vnde dicunt illud, Psal.59. *Deus repulisti & destruxisti nos.*

Sepulturæ requies. — Documentũ de mortuis. Documentum consolationis. — Tristitiam moderari. — Fortunæ destitutio defunctis.

In funere occisi in campo belli.

Facta est super me manus Domini & dimisit me in medio campi. Ezech.37.

Et habent gratiam bonam in quantum liberantur à malo præsenti, Meliorem, sc. à futuro supplicio, optimam in æternæ vitę præmio. Secundo, Dicitur *in bello*, sc. re periculosa. Quia 2. Reg. 11. *Varius est euentus belli & nunc hunc, nunc illum consumit gladius.* In bello temporali requiritur vt sint personæ, quibus est licitum, causa iusta, intentio bellantium recta, authoritas principis, Iud. 11. *Non ego pecco in te* dixit Iepte regi filiorum Amon. *Sed tu contra me male agis indicens mihi bella nō iusta.* Bella autem secundum Theologos proueniunt plerunq; ex Dei punitione, Isai. 42. *Ipse est cui peccauerunt & noluerunt in vijs eius ambulare, non audierunt legem eius, & effudit super eos indignationem furoris sui & forte bellum.* Ex parte hominum bella contingunt. Primò, ex praua dispositione, sc. ex dominio iræ vel concupiscentiæ inordinatę alicuius rei temporalis, Iac. 4. *Vnde lites & bella in vobus, nonne ex concupiscentijs vestris, quæ militant in membris vestris?* Secundum Bellum est spirituale pugnātium hominum nō contra homines sed contra tentationes & vitia, & hoc vincitur orationibus, abstinentijs & occupationibus bonis. Tertium est finale, sc. in morte, vbi pugnat natura cōtra morbum, diabolus contra animam & contra peccatum. Assimilatur mors bestiæ quæ habet corpus asini: nam omnia temporalia hominis secū aufert corpus ad tumulum, animam peccatoris ad infernum, diuitias ad consanguineos. Crura cerui propter velocitatē, pectus leonis propter ferocitatem & contra pauorē magnanimitatem, pedes equi, propter bellicositatē, ingens cornu propter magnam potestatē, quæ prosternit omnia, vastum oristrictum propter insatiabilitatem. Os solidum propter tenacitatē, vbi est multitudo dentium propter varios moriendi modos. Vocem hominis fingit propter fallacitatē: multos enim decipit propter incertitudinē. Tertiò, agitur de quadam re angustiosa, scil. de visione malorum, d. *quàm videre mala gentis nostræ & sanctorum.* Videbat tria, sc. malos exaltari vt affligerentur boni, Prou. 29. *Cum impij sumpserint principatum, gemet populus.* Videbat bonos opprimi. Abac 1. *Quare respicis contemptores & taces conculcantem impio iustiorem se?* Videbat sancta prophanari, d. *sanctorum.* Quia 2. Mach 5. *Antiochus ausus est intrare templum in vniuersa terra sanctissimum,* &c.

Margin notes: Bellum res periculosa. — Bella vnde. — Ex parte hominum. 1 — Bellum spirituale. — Finale. — Morti bestia assimilatur mirabili. — Vox malorum.

In funere robusti citò morientis.

Iste moritur robustus & sanus. Iob 21.

Naturaliter videmus, quòd leo sit fortior & robustior ceruo & tamē minus viuat quā ceruus, sicut & fortior est falco quam cornicula & lignum castanearum fortius ligno palmæ, ita fit quod valetudinarij diutius viuant, quā illi, qui videntur robusti. Vnde aliquando absq; aliqua apparerēte infirmitate, tales, qui videntur sani, subito moriuntur, ita vt de sanitate & fortitudine nullus possit confidere, prout hic in verbis allegatis. Dicit autē S. Gregorius, quod iacula præuisa minus feriant, & ideò mors repentina periculosa: quod figuratum Eccl. 11. di. *Si lignum ceciderit ad Austrum vel ad Aquilonem, ibi erit.* quod exponens Greg. & Hierony. exponunt *Si homo ceciderit per mortem in gratia finali, vel vadit ad gloriam, vel in frigore malitiæ & peccati ad supplicium ducitur, ibi erit immutabiliter.* Mori autē subito est nō prę uidere mortē suā cogitando, quod locū habet in multis peccatoribus, Iob 34. *Subito morientur & media nocte turbabuntur populi & pertransibunt.* Vbi quatuor de malorū morte asserūtur. Primò eius velocitas. Quia quādo expectāt neq; cogitāt ex diuina sentētia superuenit eis mors sicut aui quiescēti in arbore percussio sagittæ. Sicut Nabal 1. Reg. 25. qui interpretatur stult' mortuus est subito, Isa. 30. *Subito dū nō speratur veniet contritio eius.* Eccl. 5. *Ne tardes cōuerti ad Dominū & ne differas*

Margin notes: Simile de leone. — Gregor. — Mortis quatuor asseruntur. 1 Velocitas.

feras de die in diem, subitò enim veniet ira illius.

2 Secundò, Obscuritas, quia *media nocte*, sc. in obscuritate cordis, & ex interpositione cupiditatis terrenæ inter animam ipsorum & Deum. Chrysost. d quod tenebra animæ est diuitiarum cupido, & in tali tenebra moriuntur impœnitentes. Sicut ille stultus diues Luc. 12. Dicebat Apostolus 1. Thess. 5. his, qui iam terrena contempserant & ad æterna bona per mortis præuisionē se præparabant. *Iam non estis noctis neque tenebrarum, vt vos illa dies tanquam fur comprehendat.*

Obscuritas.

Chrysost.

3 Tertiò, Humilitas mortis, quia *curuabuntur so[c]ii*. Qui enim viuentes curuari, scil. humiliari noluerunt ad pœnitentiam voluntariè, humiliati per mortem diuinæ sentētiæ incuruātur inuiti, sicut taurus indomitus, Psalm. 37. *Miser factus sum & curuatus sum vsque in finem.*

Humilitas.

4 Quarto, Mutabilitas, quia *pertransibunt*. Transimus viuendo, pertrāsimus moriendo, Sap. 2. *Vmbræ transitus est tempus nostrum*, Psal. 102. *Spiritus pertransibit in illo.*

Mutabilitas.

Secundò, describitur homo, quia robustus. Et non intelligitur de robore corporis quid sit virtus, quia Samson licet fortissimus, tamē à lasciua carne & muliere fuit superatus. Ideò Amos 2. *Robustus non saluabit animam suam*: Sed de robore mentis quod differt: quia frequenter illi, qui sunt imbecilles corpore, sūt corde & mente robustiores, & ad hoc robur multum valet sapiētia & doctrina. Propterea Prouerb. 24. *Vir sapiens fortis est, & vir doctus robustus & validus.*

Homo robustus describitur.

Ecce triplex virtus hominis sapientis. Prima, Fortitudo qua contemnit prospera. Sapientia enim illuminans intellectum facit virtutes & bona spiritualia apparere amabilia, sed voluptates & prospera huius mundi facit apparere contemptibilia & mortifera. Auiū dum friget non facilè plicatur, sicut quando est in igne, sic cor quādo est in voluptatibus, Iob. 9. *Si sapiens corde est, & fortis robore.* Fortis, sc. ad contemnendum ea & sapiens ad discernendum noxia.

Hominis sapientis virtus triplex Fortitudo.

Secunda, Doctrina sc. *doctus* à Domino *robustus* ad tolerandа aduersa Et doctus patiēter verba quidem cum dixit Matth. 5. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam*, &c. Exemplo cum dixit, Ioan. 15. *Non est seruus maior Domino suo.* Psal. 17 *Qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* In cuius figuram dixit Moyses ad Iosu. Deut. 31. *Confortare & esto robustus. Tu enim introduces populū istum in terram*, &c. Robustus miles cogitat de victoria ditari, sic qui aduersa tolerat, acquirit æternas diuitias, Pro. 11. *Robusti habebunt diuitias.*

Doctrina.

Tertia, Vt sit *validus* quasi valens cōtra omnia certaminum genera & tentationum. Sicut enim ciuitas tantum prouisa de victualibus interius, & benè murata exterius est valida ad resistendum hostibus: sic anima quæ est plena interius diuitijs virtutum, & est benè clausa exterius bona diligentique sensuum custodia, valida est ad resistendum omnibus tentationibus. Pro. 18. substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus validus circumdans eū.

Constantia.

Tertiò, Describitur defunctus ex valetudine apparēti, quia sanus, iuxta vulgi opinionem. Ita subito perditur sanitas corporis ex quauis læsione, Iere. 43. Percussisti nos ita, vt nulla sit vltrà sanitas: Ideò magis curanda est animæ sanitas. Nam sicut mortuo non prodest medicina, ita nec pœnitentia post mortem. Hinc Eccles. 17. *Viuus & sanus confiteberis.* Ecce primò opus est vt pœnitentiā agas vi[u]*: nihil enim prodest arbori succisæ ramorum putatio Eccl. 7. *Ante mortē cōfitere, à mortuo enim quasi nihil proderit confessio.* Cōfessio enim fit ad expiationem mortalium peccatorum, quæ alias in infernum præcipitant.

Valetudo apparens.

Secundo, Pœnitendi commoditas: dum *sanus* est, si vult. Pœnitētia est piscina illa, Ioan. 5. cuius porticus quinque, sunt quinque opera pœnitentiæ, contritio, confessio, carnis afflictio, Eleemosyna & Oratio. Vltima tria pertinent ad satisfactionem, tunc commouetur piscina, quando

Pœnitendi cōmoditas.

quando peccator diuina gratia mouetur ad satisfaciendum huiusmodi opera: vel fuit mora in passione Christi, in cuius virtute pœnitentia operatur salutem. Languidi sunt inueterati, cæci per ignorantiam peccantes, claudi, qui nolunt bona operari, aridi, terreni, qui sine pinguedine sunt deuotionis & charitatis, sed tamen omnes sanantur virtute pœnitentiæ: sed postea oportet cauere à peccatis, Ioan. quinto cap. dixit paralitico curato, *Ecce iam sanus factus es, iam amplius noli peccare, ne deterius tibi contingat.* Tertio, pœnitendi necessitas, quia dic. *Confiteberis*, Medico vulnera, sacerdoti peccata, Iacob. 5. *Confitemini alterutrum peccata vestra.* Anselmus, *Peccata si celantur, sunt insanabilia.* Apostema, quando conuertitur ad extra, est bonum signum sanitatis, sed si conuertitur ad intra & crepat, signum mortis est corporis. Sic est de peccato, Prouerb. 28. *Qui abscondit scelera sua cōfessori suo, non dirigitur*, sc. ad Dominum, & abscondere scelera sua, est abscondere latrones in domo sua, ignem in sinu. *Qui autem confessus fuerit*, scil. ei qui potest absoluere, & dico verè, purè, integrè, & spontaneè, *& reliquerit ea*, sc. voluntariè, & opere, *misericordiam consequetur*, sc. veniam de peccatis, & gloriam de pœnitentia.

Pœnitendi necessitas.

Anselmus.

In funere libenter morientis.

In obitu suo non est contristatus, nec confusus est coram inimicis. Eccl. 30.

Iusti & peccatoris differentia

Differentia magna est inter iustos & peccatores, tam in vita, quā in morte. In vita quidem volunt peccatores vitam delitiosam, iusti verò tristem & asperam. Exemplum de diuite & Lazaro, Luc. 16. Item sicut peccator ab inimico, sc. diabolo in vita vincitur, ita ab eo in morte confunditur. Nam ab eo in morte rapitur coram Dei iudicio, ab ipso accusatur & confunditur, & condemnatus a iudice, à dęmonibus ad supplicium cum confusione, sicut latro ad furcas ducitur. Homo autem sanctus sicut non vincitur in vita à dæmonibus, ita nec ab eis confunditur in obitu suo, sed cum gloria ab angelis in cælum deportatur. Itaque duo sunt in obitu iustorum, sc. vt non cum tristitia, nec cum ignominia moriantur, vt verba allegata defuncto nostro optimè conueniant. Et de viro iusto scribit primo terminū vitæ, scil. *obitum*, de quo B. Augustin. *Mala mors putanda non est, quam vita bona præcessit.* Nam quales sunt pręmissæ, talis est conclusio, Eccl. 14. *Ante obitum operare iustitiam, quoniam non est apud inferos inuenire cibum.* Tempus opportunum ad iustificationem pœnitentiæ, & purganda peccata, est ante obitum hominis, sc. quamdiu viuit, quia post sententiam latam reus non potest amplius se defendere. In fine fit retributio, Eccl. 11. *Facile est Deo in die obitus retribuere vnicuique secundùm vias suas.* Deinde ponitur operis congruitas, sc. *operare iustitiam*, quia sunt duo de necessitate salutis. *Declina à malo, & fac bonum.* Primum pertinet ad innocentiam. Secundum, ad iustitiam, Psalm 14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.* Debes operari iustitiam respectu Dei, scil. in emendatione commissorum teipsum puniendo, 1. Cor. 11. *Si nosmetipsos iudicaremus*, &c. Iustus primo seipsum accusat, deinde alios benignè corripit. Iniustus verò non accusat se in præsenti, ideò accusabitur in futuro. Et in solutione debitorum, scil. vt domino suo reddat, quod ei debetur. Quia ex quo homo seruus Dei est, & de dominio suo debet ei seruitium de feudo suo, 2. Machab. 9. *Iustum est subditum esse Deo & mortalem non* paria

Diaboli malignitas.

Iusti in obitu duo habēt, vt nec cum tristitia, nec cum ignominia moriantur.

August.

Tempus opportunum pœnitentiæ

Operis congruitas.

Operari iustitiam respectu Dei.

1.

2.

Seruiendū Deo. patis seruire Deo. Tenetur ergo homo seruire Deo de corde per dilectionem, de
3. corpore per bonam operationem, de possessione per eleemosynarum largitionem. Tandem respectu Dei in supererogatione gratiarum. Nam sicut a Deo gratis accepimus se & sua, sic debemus ei nos & nostra, Prouerb. 12. *Qui negligit damnum propter amicum*, scil. Christum, *iustus est*, damnum scil. amicorum, corporis bonorum & rerum. Nam ista omnia neglexit Christus pro nobis, vt nos reteneret. Sic tu non cures, quid perdas, vel quid deficiat, dummodo Deum retineas.
Respectu proximi. Respectu proximi, scil. vt nocumentum ei non inferat, Matth. 7. *Quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis.* Item, vt mala ab eo sibi illata remittat. Et hoc quidem iustum est, vt qui iudicium vult à Domino in foro misericordiæ, in eodem foro cum proximo velit iudicare, alioquin misericordia non respondebit pro eo. *Iudicium sine misericordia fiet ei*, &c. Iacob. 2. Talis enim aufert ius suum qui dixit, *Mihi vindictam*, &c. Respectu sui, scil. vt sit iustus gubernator, Eccles. 33. *Cibaria & virga, & onus asino*, scil. corpori debentur. Sed multi ita impinguant asinum, vt eum non possint tenere.
Respectu vtriusque. Respectu vtriusque, sc. corporis & animæ, vt promotor ad bonum,
Mercedis impoßibilitas. impossibilitas mercedis tangitur. quia post mortem non est possibile mereri æternam refectionem. Quia ad merendum illam satietatem & refectionem æternæ beatitudinis requiritur ratio inuestigans quid sit agendum, & scientia distinguens bonum agendum, à malo vitando, & sapientia, quasi separando, præeligens bonum à malo, & vltimo ipsum opus quo mercamur. Sed nihil horum est apud inferos. Vnde homini consulitur, Eccl. 9. *Quodcunque potest manus tua instanter operare.*
Consolatio gratiæ. Secundo, ponitur consolatio gratiæ in fine dic. quia non est contristatus. Quia quando quis amittendo id quod minus diligit, videt se consequi illud, quod maximè diligit, non tristatur: sicut si auferatur clerico parochial. Ecclesia, & daretur Episcopatus. Sic iustus in morte amittendo temporalia, vel vitam corporis, quæ minus diligit, videt se cōsequi per diuinam gratiam, vitam beatam & æternam: ideo non tristatur, sed gaudet: sic in vita, quando aliquid accidit damni in temporalibus, quæ minus diligit, quia se videt ex hoc proficere in spiritualibus, quæ magis diligit, ideo non perturbatur, Prouerb. duodecimo, *Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit.* Quædam contristatio est
Contristatio laudabilis. laudabilis, sicut pœnitentiæ, & hæc est salutifera, 2. Cor. 7. *Gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam.* Quædam est tolerabilis, quando contristatio solum in sensualitate, & non perturbat rationem, & talis benè inuenitur in iustis, quia videtur esse ineuitabilis nec est contra Deum 1. Pet. 1. *Modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus*, &c. Modicum quod tangit rationem. Est alia detestabilis & mala,
Cōtristatio detestabilis quia est contra Deum vel ratione eius, de quo est, scil. si quis tristetur de bono diuino, sicut facit accidiosus, vel de bono proximi, sicut facit inuidus, vel potest esse contra Deum ratione modi, quia excedit modum rationis, ipsam rationem perturbans, sicut est impatientia & ira, & illa non sunt in homine iusto. Tob. 2. *Non est contristatus contra Deum, quod plaga cæcitatis euenerit ei, sed immobilis in Dei timore permansit, gratias agens Deo omnibus diebus vitæ suæ.* Notatur iusti magnanimi-
Iusti magnanimitas tas dic. *Quicquid acciderit ei*, scil. aduersi, Prouerb. 28. *Iustus quasi leo confidens absque terrore erit.* Actor. 20. dicit Apostolus Ephesijs de seipso: *Vos scitis qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, seruiens Domino cum omni humilitate & lachrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidijs Iudæorum*, &c.

per

perpetuum. Tertiò, spiritualis pugnæ victoria, dic. Coram inimicis non est confusus. Psalm. 126. *Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis, non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.* Hic habetur fœlicitatis assecutio, dic. *Beatus*, Prou. 11. *Desiderium iustorum est omne bonum* Psalm. 102. *Replet in bonis desiderium suum.* Damnationis euasio, dic. *Ex ipsis non confundetur*, scil. quibus homo efficitur beatus, sc. ex vitatione peccatorum & operatione virtutum, *non confundetur*, scil. confusione damnationis, Psalm. 36. *Non confundentur in tempore malo*, scil. mortis aut iudicij. Impugnationis superatio, dic *Cùm loquitur*, sc. dæmonibus, scil. non consentiendo, sed contradicendo, *in porta*, sc. in morte. Sic fecit S. Martinus diabolo astanti, dic. *Quid hic astas cruenta bestia.*

Spiritualis pugnæ victoria. *Damnationis euasio.* *Impugnationis superatio.*

In funere multum desiderantis mori.

Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Phil. 1.

QVia non possumus nisi per mortem esse cum Christo, scil. Christo coniungi in visione & fruitione suæ diuinitatis, in qua nostra beatitudo consistit & vita æterna. Exod. 33. *Non videbit me homo & viuet.* ideo hac de causa desiderant sancti viri magis mori, quam viuere. dicentes illud Ionæ 4. *Quæso Domine, tolle animam meam, quia melior est mihi mors quam vita.* Hoc idem petijt Apostolus, & cum eo defunctus noster. Desiderium moriendi venit aut ex calamitate vitæ præsentis, aut ex dulcedine diuinæ bonitatis, qua perfruentur in vita sequenti, Isa. 26. *Anima mea desiderauit te in nocte*, scil. obscuritate calamitatis præsentis vitæ, vt exuta corpore haberet te Deum verum & dulcissimam lucem. Desiderium animæ perueniendi ad Deũ inest Primo, ex proprietate animæ humanæ. Ceruus aliquando à venatoribus & a canibus inuasus iuuat se cursu & fuga velocissima, & facit maiores saltus & maximos, si euadit, remanet lassus & sitibundus: Lassus propter laborem motus & cursus sitibundus, quia desiccatur ex calefactione motus, & ex timore, vnde tunc maxime desiderat fontes aquarum, & refrigerium, & quietem. Sic anima viri fidelis & iusti in vita ista habet persecutionem venatorum, id est, tentationes dæmonum, qui non venantur nisi animas. ideo dic. diabolus morti vel mundo illud, Gen. decimoquarto, *Da mihi animas, cætera tolle tibi.* Habet vir iustus persecutiones canum, scil. prauorum hominum latrantium detractiones & contumelias, & mordentium per nocumenta & iniurias, Philip. 3. *Videte canes, videte malos operarios.* Aliquando sunt canes, qui blandiuntur cauda, & lingendo lingua, sicut adulatores & seductores: ideo sancti viri saluant se fuga, vt dictum fuit Arsenio. Fuge homines, & saluaberis, & sic fecit maximum saltum, quia recessit à sæculo ad vitam solitariam, & sic omnes qui religiosam vitam ingrediuntur, ne corrumpantur a consortio prauorum, & a vijs mundanorum. Aer ab aqua humectatur, aer ab igne dicitur, & ab igne inflammatur: ita homo a prauo consortio inficitur. Est vir iustus in continuo discursu & mutabilitate rerum temporalium. Mutantur elementorum qualitates in hyeme & æstate, item temporum vicissitudines per quatuor anni tempora, & hominum ætates diuersæ. Est etiam mutabilitas fortunæ in prosperam & aduersam, sanitatem & infirmita-

Iusti cur appetant mortem. *Desideriũ animæ perueniendi ad Deum.* *Simile de ceruo.* *Arsenij exemplum.* *Fortunæ mutabilitas.*

mitatem, diuitias & paupertatem, honorem & opprobrium, & ex tali mutabilitate prouenit homini labor & dolor. Est etiam in iusto vehemens timor peccandi, quia quamdiu anima est in corpore, habet voluntatem vertibilem ad bonum & malum, nec est aliquis in carne viuens, qui possit ex toto absolui à peccato, nisi per gratiam specialem, sicut fuit B. Virgo Maria. Quia licet voluntas non possit cogi à carne, tamen multum inclinatur ab ea: quia propter vehementes passiones consurgentes ab ea voluntas impellitur ad malum: propter quod dicebat Apostolus Rom. 7. *Infœlix ego homo, quis liberabit me de corpore mortis huius*, scil. peccati. Et propter talem impulsum multum timet iustus de casu in peccatum. Hinc ergò venit sitis illa & desiderium moriendi, Psalm. 41. *Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum.* Secunda ratio, vt dictum est, perueniendi ad Deum est ex suauitate dulcedinis diuinæ. Tertia, ex obscuritate præsentis vitæ. In obscuritate hac tenebrarum desiderat lumen. Secundò, corruptio corporalis vitæ comprehenditur in verbo *dissolui*. Hæc enim dissolutio fit, quando diuiditur vnio animæ & corporis per ipsius animæ separationem. Vnde Ioan. 2. dixit Christus, *Soluite hoc templum, & tribus diebus excitabo illud.* Tertiò, adeptio pœnitentiæ salutaris, quæ est *esse cum Christo*, scil. in præsentia & societate Christi, in gloria paradisi, vbi est perfecta salus.

Timor vehemens peccandi in iusto.

Vitæ corporalis corruptio.

Pœnitentiæ salutaris adeptio.

In funere valetudinarij, vel diu afflicti.

Melior est mors quàm vita amara, & requies æterna, quàm languor perseuerans. Ecclesiast. 30.

PHilosophi sententia est, melius esse philosophari, quàm ditari: sed non magis eligendum indigenti. Sic vita eligibilior est, quàm mors, sed tamen si mors homini sit bona, & vita esset multum amara, melius esset eligere talem mortem quàm vitam. Et sic licet melius sit, quod corpus conseruetur in vita, quàm quod quiescat in sepulchro, si tamen longæuitas vitæ esset cum continuo languore & infirmitate torquente, non esset optabilior. Quoad primum obserua, quod vnicuique suum pulchrum, erga quod afficitur, & è contrà. Auarus præponit diuitias morti, ambitiosus honores ignominiæ, virtuosus autem virtutem & gloriam morti. De Eleazaro 2. Machab. 6. *Iste gloriosissimam mortem magis quàm odibilem vitam complectens, præibat voluntariè ad supplicium.* Attendendum, quod mors viri probi aut martyris potest dici gloriosa, ratione pugnæ, quia moriendo viuitur, cadendo resurgitur, & morte victima comparatur, gloriosior ratione causæ, quia martyrem pœna non facit, sed causa, gloriosissima ratione victoriæ vel coronæ, quia martyr non solùm coronatur laurea, sed etiam aureola. Psalm. 8. *Gloria & honore coronasti eum.* Generalius autem loquendo, illa mors potest dici gloriosa, quam præcedit testimonium bonæ conscientiæ, 2. Corint. 1. Sed illa gloriosior, quam sequitur approbatio diuinę iustitiæ,

Pulchrum suum vnicuique.

Mors viri probi gloriosa, ratione pugnæ, ratione causæ & victoriæ.

Mors gloriosa quæ & gloriosior.

tix, 2 Cor. 10. *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Non enim quis seipsum commendat sc. approbando eum in iudicio post mortem. Mors autem illa est gloriosissima, quæ proficit ad visionem claritatis æternæ. Psal. 149. *Gloria hæc est omnibus sanctis eius.* Psal. 115. *Pretiosa in conspectu Domini*, &c. Sap. 3. *Bonorum laborum gloriosus est fructus.* Secundo, Prærogatiua mortis viri probi apparet ex comparatione, quæ fit ad vitam odibilem hominis peccatoris, quia *diligit odibiles perpetuas* Eccl. 12. & maxime superbos, quia *odibilis coram Deo & hominibus est superbia*. Eccl. 10. Item odibilis est proximo, qui diligit naturam non ... Psal. 118. *Iniquos odio habui.* Item odibilis est sibi ipsi, quia non vult conseruare integritatem interioris hominis, nec appetit spiritualia animæ suæ bona, nec operatur ad bonum animæ suæ, nec delectabile secum viuere redeundo ad cor, vbi inuenit mala præterita, præsentia & futura quæ abhorret, nec concordat secum propter remordentem conscientiam, Psal. 10. *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* Tertia prærogatiua ex prælectione, quia præeligit eam vitæ odibili. De Ezechia autem habetur Isa. 38. cùm audisset, *Dispone domui tuæ*, quomodo ante iudicium posset placationem Dei iudicis, sollicitè vigilauit. Notandum, quòd tam peccator quàm iustus eligit mortem potius quàm vitã. Sed peccator hoc facit tantum ratione pœnæ, scilicet pœna, quam viuens patitur, per mortem finiatur, Ierem. 7. *Eligent magis mortem quàm vitam, omnes qui residui fuerint de cognatione hac pessima.* Sed iustus tam ratione culpæ, quàm pœnæ. Ratione culpæ, quia potius vult quamcunq; pœnam, quàm committere culpam, Heb. 11. *Magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iocunditatem*, ideò martyres potius voluerunt occidi, quã consentire peccare. Item etiam ratione pœnæ, quia multi etiam eligunt potius mori quam videre mala, quæ in vita præ-sentis, Tob. 3. *Expedit mihi mori magis, quàm viuere*, 1. Mach. 3. *Melius est nobis mori in bello, quàm videre mala gentis nostræ*, &c. Quarta, ex feruore patientiæ, dic. *Quia voluntariè præibat ad supplicium.* Nota feruorem martyris. Primo, ex electione, quia voluntariè non coactè, ex præuentione quia præibat, ex passione, sc. ad supplicium, ita etiam libenter deberet ire peccator ad supplicium pœnitentiæ, propter correctionem peccati præteriti, & fugam futuri. Secundo nota vitam amaram, quæ amaritudo duplex est. Vna est præsentis, & hæc diuersis remedijs potest amoueri vel temperari *Dulcoratæ sunt aquæ Marath per immissionem ligni.* Exod. 15. & dicitur Eccl. 38. *Nonne a ligno dulcorata est aqua amara?* & sic per lignum crucis fiunt omnia amara dulcia. Alia est vitæ sequentis, sc. inferni, quæ nec remoueri potest nec temperari: De qua potest dici illud Iob 3. *Quare misero data est lux, & vita his, qui in amaritudine animæ sunt?* Ex hoc cognoscitur pœna damnatorum quadruplex. Prima, priuatio boni, vnde dicuntur miseri, quia amisit bonum superiũ, sc. beatitudinis, & æternum, sc. bonum temporale huius mundi, & bonum internũ, sc. gratias & virtutes, & dona spiritus sancti. Tali potest dici illud Apoc. 3. *Tu es miser, & miserabilis, & pauper.* Miser propter carentiam boni æterni, miserabilis propter defectum boni interni, & pauper propter expoliationem omnis boni externi. Vnde infernalis regio dicitur terra miseriæ & tenebrarum. Secunda, cognitio mali, quia optimè agnoscunt mala, quæ patiuntur. Lux enim data est tali misero cognitionis in pœnã suam. Nam quanto plus cognoscit homo malum suum, tanto plus affligitur & dolet, quia dolor non est læsio, sed læsionis perceptio, & ideò ignorantia mali diminuit de pœna. Licet autem damnati sint obscurati corporaliter, tamẽ ad maiorem pœnam suam habẽt lumen intellectus, quo cognoscũt & bona quæ amiserunt,

Kkkk serunt,

Left margin: ...; 1. ...; 3.

Right margin: 4.; *Amaritudo vitæ duplex.*; *Pœna damnatorum quadruplex.*; 1.; *Miser, miserabilis, pauper.*; 2

3. sequuntur, & mala quæ patiuntur. Tertia, ex duratione supplicij, quia data est dānato vita indeficiens, libenter enim vellent mori, & non esse, vt tali pœna carerent, Apoc. 9. *Desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.* Psal. 48. *Laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem.* Quarta, ex amaritudine interiori,
4. quia in amaritudine sunt animæ propter tria peccata, odium, iram & inuidiam. Habent odium inter se, & Deum & sanctos, imò etiam patres ad filios, & è conuerso. Cruciātur de inuidia, quam habent ad beatos, videntes eos esse in gloria inæstimabili. Cruciantur de ira, quam habent contra Deum & sanctos, & etiam ad seipsos, & semper sunt in maxima amaritudine animæ, Ezech. 27. *Plorabunt in amaritudine animæ.* Isa. 24. *amara erit potio bibentibus illam.* Tertiò requies æterna ponitur. Quādiu enim aliquid est in motu & labore, non habet requiem, vt est in hoc mundo. At in cęlis est, quod Psal. 131 dicitur, *Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo,* &c. Quarto, languor perseuerans, sc. diutina infirmitas. Quia sicut ille grauat medicum corporalem, ita perseuerantia peccati offendit medicum cælestem, Eccl. 10 *Languor prolixior grauat medicum.* Et sicut languor breuis facile sanatur, inueteratus autem difficulter, sic à peccato citò resurgens facile purgatur, sed peccatum per consuetudinem inueteratum difficulter expiatur vel corrigitur. Quia *consuetudo est altera natura.* Et quamuis per medicum corporalem non possit tolli omnis languor corporalis, tamen omnis languor peccati sanari potest per medicum cælestē, Deut. 7. *Auferet Dominus a te omnem languorem,* sed oportet primo adhibere medicinam pœnitentiæ, de qua Eccl. 18. *Ante languorem adhibe medicinam.*

Requies æterna.

Languor perseuerās.

In funere diuitis afflicti.

Humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis. Psal. 44.

Mundus iste locus medius inter paradisum, in quo delectatio summa & inter infernum, in quo afflictio summa, licet temporalis, habet tamen de vtroque quandā admixtionem consolationis & afflictionis gaudij & mœroris secūdum illud Pro. 14. *Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat,* Quia tamen plus habet de afflictione, quam de consolatione, quia humanæ felicitatis dulcedo multis amaritudinibus aspersa est, ideo denominatur à prædominante locus afflictionis. In hoc in loco posuit Deus hominem post peccatum, vt humiliaretur, & ut magis humiliaretur, dedit ei mortis sententiam, sc. vt omnes homines moriantur, & mors maxime humiliat hominem, quia nulla superbia, nulla diuitiarum copia, nulla potentia morti potest resistere. Sic habemus duo, quia mundus est locus afflictionis, & vt humiliaretur homo, posuit Deus eum huc cum mortis sententia. Est ergo primò beneficium, quo deijcimur ex misericordia diuina. Qui vult lapidem in altum proijcere, primò inclinat manum, sic Deus quos primò humiliat, postea exaltat Eccl. 7. *Humiliat & exaltat coæquator Deus.* Humiliat vno modo per pœnitentiā, inquantum ipse pœnitentiam instituit in qua humiliamur, sc. vel Deo in contritione, vel sacerdoti in confessione, Psal. ... Eccl. 4. Alio modo per tribulationem, sicut medicus scindit, urit, & c. vt sanet, nos curat, vt mortē æternam effugiamus & lætitiam habeamus sempiternā post dolores, Psal. 89. *Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala.* Ecce quatuor causæ efficientes præsentium tribula-

Mundus habet plus afflictionis quam de consolatione.

Mundus locus afflictionis.

Simile.

bulationū. Prima sunt causa lætitiæ, ratione patientiæ, quia tribulatio patientiā operatur, 2. Mach. 6. dixit Eleazarus, *Dura corporis sustineo dolores, secundum animam vero propter timorem tuū libenter hoc patior.* Ratione diuinæ gratiæ, Deus infundit aliquibus talē gratiam & cōsolationem in ipsa tribulatione, quod fortius eleuant animam ad diuina, in quib. delectetur, quam a corporalibus pœnis afficiatur, & tunc anima exultat & sentit, quod dicitur Deut. 8. *Afflixit te penuria, & dedit tibi manna.* Solent & medici apponere medicinis amaris mel aut saccarum. Sic Deus Ps. 93. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerūt animā meam.* Ratione ipsarum tribulationum, quia *per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Secunda causa, quia clarificant animam, ideò vocantur dies a diana seu claritas. Claritas diei duobus modis inducitur, vel per purificationem aeris vel per illuminationem solis: sic quando peccator est plenus magnis peccatis, anima ita obscuratur, vt videatur esse in nocte. Sed adueniente vento tribulationis vehementis, redit homo ad agnitionem sui, & ad pœnitentiam, & tunc anima expulsis nubibus peccatorum per illuminata clarescit. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit,* Rom. 13. Item sol iustitiæ Deus, qui recessit ab homine per peccatum, tūc ad hominem ipsum redit, quando homo redit ad Deum, Iac. 4. *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.* Corrus. quando proprio quatitur, ad solem appropinquat, Zach. 1. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Vos accedentes peccatorum, ego lumen gratiæ infundendo, Ps. 138. *Nox sicut dies illuminabitur,* [illegible] Tertia, quia humiliant, l. *quem mox humiliabit.* Sicut in arbores pomorū pondere inclinantur, ita humiliatur homines pōdere tribulationū, Ps. 88. *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum.* Sed & violenta humilitas non tantū valet ad salutem, sicut erat Antiochi, nihilominus valet tamen ad salutem temporalē, etiamsi sit imperfecta, vt in Achab 3. Reg. 21. Sed si vera est & perfecta, liberat hominem a malis temporalibus & spiritualibus, Ps. 114. *Humiliatus sum, & liberauit me.* Iob 22. *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.* Quarta, quia mollificant, 4. scilicet ad compatiendum in aliis. Ferrum in *Quarta mollificant.* ignem missum ita mollescit, vt facile adhæreat alij ferro ignito, sic afflictus igne tribulationis facilius cōpatitur alteri afflicto, & ex tali cōpassione accrescit homini præmiū lætitiæ, ideo dicitur in verbis allegatis, *Pro annis,* &c. Hæc est summus quibus vidimus mala aliorum cōpatiendo eis, sed illi, qui diligunt mala aliorū, lætantur de eis, sicut mundi, & sunt digni pœna, Sap. 5. *Malorū amatores digni sunt morte.* Secundò, supplicium obseruandum, *Supplicium propter peccata.* quod patimur ex diuina iustitia propter peccata nostra in hoc loco afflictionis, qui duplex est. Vnus per se, alius per accidens. Per se quidē est, qui ad hoc solum deputatus est, vt existentes in eo affligantur, & hic locus infernus est, vnde vocatur *locus tormentorum,* Luc. 16. Malus est ille locus propter tormentum, sed æternitate peior propter pluralitate pessimus propter æternitate, Num. 20. *Adduxistis nos in locum hunc pessimum.* Alius locus per accidens est mundus, in quo nō fuit positus homo, vt affligeretur, imo vt delectaretur, Genes. 2. Sed postquā peccauit, Deumq; offendit, electus est de loco delectationis in locum afflictionis, vnde potest dicere illud Ps. 37. *Afflictus sum, & humiliatus sum nimis.* Vnde propter peccata hominū frequenter inducit Deus super mundū magnas tribulationes, Ier. 9. *Inducam eos famem & gladium super terrā hanc, ita vt omnis qui audierit,* [illegible] *eo quod dereliquerint me.* Ex *Tribulationes huius vitæ* his manifestantur quatuor rationes, quare tribulationes præsentis vitæ patienter sint ferendæ. Prima, ex parte *patienter ferendæ.* inferentis, *Inducam.* Si patitur a medico 1. dolores illatos, cur non homo a Deo, *ex parte inferentis.* qui facit hoc ad correctionem ipsius & purgationem. Vnde gaudere magis debe-

deberet peccator, quādo cœlestis medicus se intromittit de infirmitate sua, & ex hoc sperare veniam. Nam medicus corporalis ægro desperato omnia permittit, vel se absentat, tunc malum signū est. Maius ergò beneficium cōfert Deus homini, quando ipsum affligit, quàm cū ipsum prosperari permittit, Leuit. 16. *Affligentur, donec confiteantur iniquitates suas, & malorum suorum recordentur, quibus præuaricati sunt in me.* Hoc petebat Ieremias peccatoribus c. 17. *Induc super eos diem afflictionis.*

2. ex parte loci. Secunda, ex parte loci, in quo sumus, ideo d. *super terram istam.* Locus prophanatur propter ea quæ fiunt in loco, sicut Ecclesia propter effusionem sanguinis, aut seminis, vnde reconcilietur necesse est. Sic mundus vel locus mundi quodammodo efficitur particeps malorum quæ fiunt in eo. Sed quādo homines, qui peccauerunt in loco, per afflictiones & tribulationes, quas patiuntur in ipso loco, in quo peccauerunt, siue per afflictiones pœnitentiæ purgantur, tunc locus ipse dicitur reconciliari, & sicut particeps fuit malorum, ita fiet & bonorum, 2. Mach. 5. *Non propter locum gentem, sed propter gentem, locum elegit Deus.* Vnde in fine mundus innouabitur & glorificabitur, resuscitato & innouato, & glorificato homine.

3. ex parte audientis. Tertia, ex parte audientis, sc. *vt tinniant aures.* Punitur aliquādo vnus peccator, vt terreantur alij. Affliguntur iusti in exemplum patientiæ, sicut Iob & Tobias 2. c. Peccatores autem in terrorem aliorum qui vident vel audiunt arrectis auribus, & hoc vel per subtractionem boni, vel per illationem mali, ibi dextera, hic sinistra tinnit auris, 1. Reg. 3. *Ecce ego facio verbum in Israel, quod quicunque audierit, tinnient ambæ aures eius, &c.*

4. ex parte patientis. Quarta, ex parte patientis, quando ille, qui patitur, meretur affligi, Luc. 23. dixit latro, *Nos quidem* scil. patimur, nam digna factis recipimus, Isa. 46. *Ego feci, & ego feram.* In verbis allegatis ponitur causa. *Quia dereliquerunt me*, & quia dereliquerūt Deum, qui est omne bonum, & conuerterunt se ad creaturas, & auerterunt se à Deo, ideò meritò inducit Dominus super eos omne malum, 3. Reg. 9.

Tertiò, Exterminium ponitur, quo corrumpimur, d. *operuit nos vmbra mortis*, sc. moriendi necessitas. *Exterminium hominum.* Ante peccatum possibilitas non moriendi erat quædam vmbra immortalitatis vitæ futuræ, at post ipsum homo semper tendit ad mortē. Ideò talis possibilitas seu necessitas est vmbra mortis, quę precedit ipsam mortem in viuente, & hoc est, quod omnes cooperimur, quia oēs subiecti sumus huic mortalitati, 1. Par. 29. *Dies nostri quasi vmbra sunt super terram.* Vel ipsa mors hominis corporalis vocatur vmbra mortis æternæ. Vmbra enim licet habeat aliquo modo figuram rei, cuius est vmbra, non tamen est, nec ei adæquatur. Sic mors corporalis assimilatur æternæ, quia est in inferno, Psal. 48. *Sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos*, sc. excoriato corporis indumento, & abtonsa lana temporalium, mors depascet eos, nō tamen extinguit. Sicut mors corporalis separat carnem ab anima, sic illa mors æterna animam à Deo. *Simile.* Et sicut mors corporalis priuat hominem vita, natura & bonis tēporalibus, ita mors æterna priuat eum vita gloriæ, & bonis æternis, non tamē mors illa æquatur illi, nec est ista: quia ex illa morte tenebrosa nunquam transitur ad lucem: sed ex obscuritate corporalis mortis, aliqui transeunt ad lucem gloriæ, sicut ex vmbra auroræ transfertur ad plenam lucem diei, Iob 23. *Subito cùm apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis*, & cap. 12. *Producit in lucem vmbram mortis*, sc. quando ex morte corporali perducitur aliquis ad lucem æternæ gloriæ.

Ten-

Tentationes diabolicas superandas.

In funere multum tentati.

Ne tradas bestijs animas confitentium tibi, & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. Psal 73.

Hieronym. reg. de mort. & spiri. — Hieronymus in reg. mor. c. 15. Si ægrotus & æstuans febribus aquam frigidam postulet & dicat ad Medicum, Vim patior, crucior, exanimor, vsquequo medice clamabo & non exaudies? & respondeat sapientiss. & clementiss. Medicus Scio quo tempore debeam dare, quod postulas, non misereor modò, quia misericordia ista crudelitas est, & voluntas tua contra te petit. Ita Dominus noster sciens clementiæ suæ pondera atque mensuras, interdum non exaudit clamantem, vt eum probet & magis prouocet ad rogãdum, & quasi igne excoctum iustioré ac puriorem faciat. Item ad Paulam consol. epistola 65. *Non est optimus consolator, quem proprij vincunt gemitus, cuius visceribus mollitis fracta in lacrymas verba desudant.* Et ad Heliodorum. *Quis non tribulari velit, qui se in mundo deserit, vt mereatur Christi voce laudari & cælesti copiosaque mercede remunerari.* Ita Iob 18. *Prosperitas tristitia obligat, vt viri ad bonum prouidere possint.* Ecclesi 33. *Timenti Deum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conseruabit & liberabit à malo.* Hoc est quòd nomine iusti dicebat Dauid. Psal. 70. *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me. Multiplicasti magnificentiam tuam & conuersus consolatus es me.* Item Psal. 73. *Tenuisti manum dexteram meam & in voluntate tua deduxisti me & cum gloria suscepisti me.* Et in oratione Dominica rogamus, *Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo,* sc. diabolo: qui maximè in agone impugnant animam & conflictus est grauissimus & victoria viuentis insuperabilis. Vnde qui iá diabolicæ potestati subiecti sunt, plerumque non ita impugnantur, sicut qui Dei sunt. Ideò rogant cum Psal. *Ne tradas bestijs,* &c. Tentatio diaboli procedit secundùm Iudæos qui Christum ad mortem persecuti sunt. Primò dixerunt quod Christus asseruisset: *Destruam templum & triduo reædificabo illud.* Ita diabolus. Ecce tu es templum Dei, quod prophanasti peccatis tuis maximis, quę ipse enumerat, & non reædificasti pœnitentia, confessione, satisfactione. ecce quomodo tribus diebus, sc. tribus operibus diuini luminis restaurasti, semper malè vixisti in his & alijs, non pauisti famentem, opera alia misericordiæ non exercuisti: O te scelcratum, impurum & impium núc oportet, vt eas ad infernum. Secundò, Abscondit diabolus peccata & ostendit illi suas orationes, ieiunia, eleemosynas, pia opera, d. *Saluum fac teipsum.* In his poteris gloriari anima, & dicere cum Paulo, 2. Tim 4. *Bonum certamen certaui, cursum consummaui,* &c. Et hæc tentatio est eo periculosior, quo magis est sine timore. Tertio, Inducit murmurationem cõtra diuinam iustitiam, quæ magis punit eos qui minùs deliquerũt: ostendit infirmis, quales opes, honores & gloriam, sanitatem & bona multa habeant, sed iusti persecutiones infirmitates, tentationes, &c. vt dicant in cordibus suis blasphemias, *Non est Deus.* Iustis & bonis non conuenit crux & tribulatio? sed contrarium ostenditur nobis in Christi passione, vbi dicebant Iudæi. *Si Filius Dei es descende de cruce.* Si innocens es, iniustè pateris, quod & in Iob fuit præfiguratum. Quartò, Curam de rebus alienis superfluam & inutilem suscitat, vt de Reip. salute, fidei conseruatione, animarum lucro, &c ne sui salutisque suæ sic

Oratio Dominica.

Diaboli processus in tentatione, qui Iudæorũ contra Christũ

1

2

3

4

sit memor aut de se præsumat se aliquid esse, ideoque mortem suam fore nocituram alijs magis, quam aliorum, quasi Deus nesciret Remp. & Religionem sine illo conseruare, quod sapit magnam dementiam & superbiam. De proximo & de illis sollicitum esse, charitatis est, sed plus quam opus, dementiæ. Hoc erat in passione, quando Iudæi dicebant: *Alios saluos fecit.*
5 Quintò, Ad desperationem inducit illis verbis *Seipsum saluum facere non potest.* Et hoc est infirmis graue, magisque quam alia, quia tollit omnem consolationem, quæ oritur ex spe. In hac tentatione videt multis bonum, quod iniuste possidet, nec restituere potest, nec demandare alijs restituendum & apparet coram oculis, quem diffamauit, & quod saluus fieri non possit, nisi restituat honorem & bona, ibi omnia talia peccata & alia apparebunt magna, cum nec loqui, nec signum dare possit, qualia iam minima reputauit.
6 Sextò, Tentat ad Apostasiam vel hæresim, vel incredulitatem, sicut dixit Christo Iudæa plebs. *Si est rex Israel descendat de cruce, & credimus illi.* Tentatio horrenda, quæ tangit fundamentum omnis boni, fidem Christianam, eamque ponit in dubium. Certè male moriemur, vbi Christus nó est Filius Dei. In hac tentatione diabolus confundit scripturæ loca, monstrat multas sectas in terris, consulit vt si veram fidem non habeat, roget Deum, vt in hora vltima saltem cognoscat. Vbi enim fides debilis, ibi dubitatio, sicut in Iuda apparet loco Iudæi ex populo dixerunt, *Si es Filius Dei descende de cruce.* Principes Sacerdotum, *si est rex Israel descendat de cruce.* Gentiles verò *[illegible]*
7 Septimò, Inducit nimiam confidentiam de Dei misericordia, sic ut dicebant Iudæi *[illegible]*. In hac tentatione facit diabolus negligentes morientes, impedit eamque conscientiam, dicens *[illegible]* ex sua iustitia, & propter opera sua bona, sed ex misericordia Dei & ex gratia, non ex operibus nostris. Sic decet quærere consolationem in passione Christi, sine eo, quod simus membra Christi, quod falsum est.
8 Octauo, tentatio est temeraria inquisitio prædestinationis æternæ, quod factum est Christo in verbis illis, *si vult liberet eum.* Nam profectò nemo saluabitur, nisi sit à Deo prædestinatus, & electis non sunt peccata ad æternam damnationem. Damnatis etiam nó prodest verbum veritatis ad salutem omnimodam. In hac tentatione damnat diabolus, quasi infructuosum, inanem & frustraneum laborem circà salutem & fugã damnationis, cum electi extra cælum non maneant propter ipsorum otium, & damnati ad cælum no veniant, propter ipsorum laborem, quasi possibile esset quod electi otiarentur & dãnati laborarent propterea assequendũ cælum, quod falsum est.
9 Nono, Incitat ad timorem inordinatum, qui oritur exinde, quod homo nesciat, an amore, an odio dignus sit Dei. Hunc timorem facit diabolus terribilẽ in mortis angustijs, vt morienti mors non sit appetibilis, ideoq. nec ad salutem sit accommoda. Hæc tentatio facta est Christo cum dicerent: *[illegible] Filius Dei.* His tentationibus nemo potest resistere virtute proprià, sed ex Christi passione instruimur, quomodo eas possimus vincere. *Passio Christi instruit nos contra diaboli tentationes & modũ.* Nouem autem sunt præcipuæ. Tres e peccatis prouenient, quæ nos perpetrauimus, vt impœnitentia, indiscretus timor Domini & desperatio. Tres nascuntur e bonis quæ fecimus nos, vt cura nec regiminæ de salute aliorum, præsumptio de virtute, & indiscreta confidentia de Deo. Tres extrinsecus ad nos veniunt, vt dolor corporeus, qui facit impatientiam, aliaque sunt nitidiora & pariunt debilem [illegible], aliaque tollunt liberum arbitrium, extinguunt calorem spiritus. Proinde à[illegible] his iter debemus discere, quomodo his sit resistendum, accessum [illegible]

habemus

habemus ad eum. Nam qui passus est tribulationes & angustias, in nostram consolationem passus est. *Ideo qui & non solum ad ... in te ... deponentes omne ... peccatum, per patientiam ... ad propositum nobis certamen, ... Heb. 12. Recordamini ... &c.* ... Christus in passione dixit *Pater ... quia ...* &c. Tentet diabolus & seducat ad impatientiam, vel ad desperationem fidei, vel ad imminutionem ... earum quas magnas in cælis speramus, non poterit nos superare, citius cælum & terra transibunt, quam quod ... in hac pugna succumbat, Isai. 49. ... *In tempore placito exaudivi te ... Nunquid oblivisci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui: Ecce in ... descripsi te*, &c. Vide quid hic faciat in Oratione Dominica illud, *Pater noster*. Quia angeli succurrent & maligni discedent. Ier. 3. *Ergo saltem ammodo voca me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es. Nunquid irasceris in perpetuum, aut perseuerabis in finem.* Ille mittet Spiritum sanctum, qui illuminabit & consolabitur. Iere. 63. *Verum tamen populus meus est, filij non negantes & factus est eis saluator*, &c. Tu enim Pater noster & Abraham nesciuit nos. Nihil est, quod in cognitione paternæ charitatis non possit impetrari, ideò dic, sicut docet Christus Matth. 6 *Pater noster*. Et quicquid petieritis ad salutem vestram accipietis. Tu es pater multarum gentium, pater futuri sæculi, pater & saluator noster, hoc est nomen tuum a principio, tu factus es Israeli pater, tu es pater misericordiarum & totius consolationis, tu es pater non tantum corporis, sed & spiritus, in hoc nomine fugiunt omnia aduersa & nemo potest homini, tanti patris filio nocere vel vim inferre. Coram isto paterno nomine euanescit, quicquid falsum est, quia filius patris in veritatis luce non obcæcatur. Omne malignum cedit, quia illius patris filius vno peccat. Patri dicas quære-lam tuam, & ipse faciet. Si vero tentationes nascuntur ex peccatis nostris, inueniemus remedium ex cruce & victoriam ex hoc verbo: *Dimitte illis: Ignosce illis.* Quia qui remittit, & illi remittentur peccata, & e contra. Rapuisti aliorum bona, & potes restituere, redde, confitere, age pœnitentiam. Si non potes reddere, ignosce illis, qui tua rapuerunt bona, honorem, fauorem, promotionem, & cæt. Impossibile est, quod Deus non dimittat illi peccata sua, qui remittit alijs. Nec quidem dificile sit tibi vltima hora ignoscere, imo pro maxima gratia habeas. Postremo calidus sanguis Christi operatur gratiam illis, qui per iustitiam suam & bona opera seducuntur. In hoc verbo [Nesciũt quid faciunt,] Israel per legem iustitiæ ad iustitiam peruenire non potuit. Si Deus dedit tibi gratiam benefaciendi, ideò ne extolles te, ignarus es an amore dignus sis an odio. In summa, *Deus omnes nos sub peccato conclusit, vt omnium misereatur*, Romanorum nono. Et si multum tibi placent opera tua bona, cogita te non habere scientiam illorum. Gal 3 & Roman. 11. *O altitudo diuitiarum*, & cæt. *Memento, quod coram Deo non iustificabitur*, Iob 25 *& iustitiæ hominis impuræ sunt*, Isaiæ sexagesimo-quarto, *& ...* Psalm. septuagesimoquarto, & *si ... caueris, ... contemnabit te.* Iob 9. Cogita ergo te nescire, an aliquid feceris, quod Deo placuerit; Cum timore ergo spera in solum Christum. Mundum vincere nos docet Christus, Ioan. 16. *Confidite, ego vici mundum*, scilicet non propter me tantum, sed etiam propter vos. Mundus promittit honorem & dat ignominiam, pollicetur multa commoda & dat damna: multas voluptates ostendit & affert lachrymas, tribulationes, angustias, & cæt. Et licet aliquando videatur ali-

[Left margin: Tentatio... quomodo vincenda.] [Right margin: Mundus quomodo vincendus.]

aliquid conferre, totum tamen recipit mortis tempore, obliuiscitur omnium beneficiorum, reddit pro bono malum, pro vestimento aureo saccum, pro castello fortissimo sepulchrũ fœtidum, & pretium vilissimũ illis, qui laboriosè & miserè illi inseruierunt. Quod in Christo fuit manifestum, quia pro omnibus suis beneficijs dederunt illi Iudæi, opprobria, contumelias, sputa, passionem & mortem: vnus latronum accepit illi honorem, gentiles vestem: sed Deus illustrauit alterum latronem, docuit illum Christiano more mori. Et docuit etiam quod innocenter pateretur & pro salute peccatorum, quod non curaret temporalia eorumque amissionẽ, pro quibus nec daret regnum cælorum. Proinde conuersus fuit latro & alterius impœnitentis iniustitiam damnauit, approbauit diuinam iustitiam in illorũ tormentis, & desiderauit vitam æternã.

Pœnitentiæ veræ signa. Hæc sunt tria signa veræ pœnitentiæ, cum dolore agnoscere & fateri culpam suam, iustificare quod patitur & plorare innocentem Christi passionem. Itaque primò necessarium est nihil eorũ, quæ in mundo sunt concupiscere, sed solùm Christum: His euenit, quod magis aggrauantur illorum inimicorum peccatis, quam pœna propria, magis solliciti sunt, quomodo Christum iustificent, quam se excusent, vitam temporalem amittant, quàm custodiant: his mors venit ad desiderium, & mori lucrum. Qui iam nihil curat quod est in mundo, quid est cur tristetur? Et qui seipsos damnant & annihilant, Deum iustificant, & magnificant, hi omnes dolores sunt leues vndique, nec curæ est de futuris doloribus & passionibus, dicentes, si hic patior finis erit passionis, si multum patior, cito erit finis, quia Deus non patietur illis in idipsum. Omnia ipsius opera fiunt meritoria, ambulat in lumine, sedet in petra, fit robustus in passione, viuens in morte, maledictiones huius mundi fient illi in benedictiones, tribulationes in conseruationes, despectus in honorationes, contemptus in exultationes, passiones in lætificationes, priuationes rerum temporalium in locupletationes. In veritate bonus Christianus tam diues est, vt illam nemo possit perdere, quia in amissione rerum temporalium nihil ex bonis veræ Christianitatis amittit. Si tollitur pecunia, non itidem fides, bonitas, virtus & bona interni hominis. *Nihil intulimus in hunc mundum.* 1 Tim. 6. *Habentes victum & amictum, his contenti simus. Qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueos diaboli.* Sequamur itaque Christum pauperem & nudum per omnes miserias & cruces &c. Et licet morientes, ad peccata æterna quibus in vita delectabantur, amplius non inclinentur, tamẽ erga vxorem, liberos, fratres, &c. aliquo amore afficiũtur, quos relinquere coguntur. Et qui non habet solatiũ ex fide, malè sentit secũ agi. Tamen non sunt deserendi exemplo Mariæ & Ioannis sub Cruce. Eccl. 7. *Non desis plorantibus in consolatione & cum lugentibus ambula.* Non te pigeat visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis, sed Christi mors fortior erat, quàm vita nostra, ideò ob hoc non venerunt consolatum Christum, sed vt discerent pati. Qui enim à Christo non discit mori, in æternum non sciet. Sapiens suadet melius esse ire in domum luctus, quam in domum gaudij & hoc discere est Prima causa, cur morientes debeant visitari: *Morientes cur debeãt visitari.* quia ibi videtur finis vitæ prioris & sequentis initium, quàm pretiosa mors sanctorum, quàm mala peccatorum. Ne secura vita habet tranquillam mortem, peccatoris autem horribilem & clamosum: Hinc incipit cognoscere iudiciũ iustum, metuere iudicium, fugere peccata, sectari præcepta. Necessarium magis est ire sub crucem, & videre horrorem mortis, & cognoscere redemptorem misericordem, & quid sit homo, quid

cum

cum desiderio mori Secunda, Vt faciat ægroto dolores mitiores, quod in Christo non erat necessarium iuxta literam, quamuis iuxta spiritum, omnia illa seruiebant Christo ad gaudia. Alij homines accipiunt ex omni cōsolatione mitigationem cuiuslibet tristitiæ, mentis confortationem & doloris inaduertentiam. Qui vero veniunt ad Christū morientem, fugiunt omnem consolationē & confortationem, quærunt solummodò crucem veram dulcedinē passionis; quam qui semel gustauerit, omnem temporalem consolationem sentit pœnalē & acerbam, neque aliquid appetit audire in articulo mortis, nisi fluat ex cruce. Hominibus mundanis prosunt ad refocillationem promissiones sanitatū, gaudiorum mundanorum futurorū, & consolationes amicorum huius sæculi. Electis vero mundus est in Christo crucifixus, & ille mundo cui dicatur in mortis necessitate de victoriosa Christi morte, hoc illum magis exhilarabit, quàm quiduis aliud. Tertia Causa: ne infirmi cadant in desperationem vel pusillanimitatem, quod neq; Christo conuenit, sed hominibus est valde necessarium & maxime curam animarum habentibus. Ezech. 34. quamuis nec alij exempti, sic et & Eccl. 17. quia *omnibus mandatum est de proximo suo*, & à quouis reposcet animam fratris sui. Quarta, est adhortatio ad voluntariam patientiam, propter quod Paulus confidenter dicit, Rom. 8. *Quis nos separabit a charitate Christi*.... Neq; tamen dum, quod supportare nequeamus, quia vires accrescunt propter eum, qui nos tantopere dilexit, 1. Cor. 10. Christi mors ergo cōsideranda morienti. Quinta, Vt in morientibus accendatur desiderium bonorum cælestium & cum paullo moneatur ad permutationē caducorū pro æternis. Horam beatam dixeris, qua omnia membra tua ab omnibus occupationibus, quas temporalis necessitas exigit, liberantur. Inde servitute commertiútur & laudem, manifesteq; videntur vnius ad alterum coniunctiones, vnius operis cum alterius opere, quādo tam pulchrè corpus vnitur animæ, quod etiā in momento illam sequatur, quacunque properat, vbi verus honos, vera pax inuenitur. Ostendit morienti crucem, & dic Ioan. 3. quod ille omnia trahat ad se, ipse solus comprehendit fructus mortis. Cant. 7. Sexta, est diuinum præceptum visitare morientem, quia bonis vita æterna imponitur, malis mors æterna. Valedictio autem amicorum debet esse ad Christi exemplum. *Mulier, ecce filius tuus. Ecce mater tua.* Et hic habemus, quod in cruce simus commendati matri misericordiarum Mariæ, vt nos ab hoste protegat, & in hora mortis suscipiat. Benedictiones præterea moriētium piorum sunt valde efficaces, vt videre est patriarcharum, & Christi qui dedit benedictionem omnibus cruci assistentibus. Christi mater constanter mansit apud Christum & crucem: manebit & illa apud morientem, & apud suam crucem. Quod si non fueris filius Christi, neque eris matris Mariæ. Præterea derelictio rerum omnium in mundo etiam suipsius propter Christum & cum Christo, qui se exinaniuit tantopere, iuuat vincere omnes aduersitates, & omnia bona consequi. Debemus etiam sitire cum Christo cælestia, cuius sitis primus gradus est abnegatio sui ipsius & spiritualis paupertas. Secundus donum Dei: in quo dixit ille, *Risum reputaui errorem*, Eccl. 2. *mundus cum vanitatibus crux est mihi, et fœlicitas mundi pœna* Gal. 6. Tertius, gaudium in persecutione. Quartus, conformitas voluntatis nostræ cum diuina Matth. 6. Psal. 119. *Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas*. Quintus, Desiderium videndi Deum in omnibus. Sextus, Desiderium cordis quieti, silentij interni, & colloquij diuini in abscondito, Psal. 4. Sap. 8. Heb. 4. Cant. 7. Elias & Moyses recedunt, & manet Iesus solus. Septimus, Desiderium

Valedictio amicorum.

Benedictiones morientium.

Derelictio omnium.

Sitis cælestiū gradus

1 (primus gradus) · 2 (Secundus) · 3 (Tertius) · 4 (Quartus) · 5 (Quintus) · 6 (Sextus) · 7 (Septimus)

non propter Deum, sed propter cuius-
uis proximi salutem moriendi, vt Pau-
lus 2. Cor. 11. *Quis infirmatur*, &c. Octauus,
9 Desiderium constantis fidei. Nonus, De-
siderium vt virtutes ad gratiam susci-
10 piantur, Prou. 16. Decimus, Desiderium
meritorum amarissimæ passionis Chri-
11 sti. Vndecimus, Desiderium omniū be-
12 neficiorum Ecclesiæ sanctæ. Duodeci-
mus, Desiderium, vt confirmetur in gra
13 tia, Psal. 11. Decimustertius, Desiderium
videndi Iesum ante mortem, vti Simeō,
Luc. 2. Sic Petrus, Iacobus, Ioānnes Mat.
14 17. Decimusquartus, Desiderium sine vl
15 teriori mora moriendi. Decimusquin-
tus, Desiderium quietis æternæ. In hac
siti citat Deus. *Qui sitit, veniat ad me.* Ioan.
7. Isa. 55. Apoc. 21. Cant. 5.

In funere mortui in longinquo.

Non est vir in domo sua, abyt via longissima: sacculum pecuniæ secum tulit, in die plenæ lunæ, reuertetur in domū suam. Pro. 7.

Quæstiones 4. soluuntur

SAlomon sapientissimus quatuor quæstiones paucis verbis absoluit. Prima est, Vbi sit defunctus, & respondet, quod *non est vir in domo sua.* Secunda, Quo iuit? & dicit, quod *abyt via longissima.* Tertia, quid secum portauit, sc. quod *sacculum pecuniæ secum tulit.* Quarta, Quando redibit, scil. quòd *in die plenæ lunæ reuertetur.* Notādum quòd triplex domus sit homini in statu mortalitatis assignata.

Hominis domus triplex.

Prima est cōmunis toti humano generi, scil. totus iste mundus visibilis cuius tanquam fundamentum est terra, tāquam parietes sunt tria elementa, aqua, aer, ignis, cælum est tectū. Hæc domus licet sit valde magna, tamē præcipue propter hominem videtur facta, ideoque post omnia factus est homo & omnia seruiunt ei & subiecta sunt & humano genere cessante, cessabit etiam ordo rerum, qui est in domo ista, sc. post diem iudicij. Licet autem sit positus in domo tam magna, minimā tamē partem occupat de ipsa, quia terra minima est respectu cæli & de terra modica pars inhabitatur. Si ergò quæras hominem defunctum in ista domo, non inuenies, quia non est vir in domo sua.

1 *Cōmunis.*

Secunda est specialis, quàm cum familia sua inhabitat, quæ domus est inuenta ad commoditatem personarum, & ad custodiam rerum. Quia homines pœnitentiæ ætatis habitarunt sub arboribus, sequentes sub tentorijs & tabernaculis, posteriores sub domib. & tectis, sed nūc fiunt palatia, quæ magis sunt ad pōpam, quàm ad necessitatē. Nec est defunctus in domo ista, si quæras.

2 *Specialis.*

Tertia, animæ propria & singularis, sc. corpus proprium, de quo 2. Cor. 5. *Scimus quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, domum non manufactam habemus in cælis.* Hæc domus diuersas habet partes, in quibus quidam dixerunt habitare animam. Si quæratur vnde exit anima, quando recedit a corpore, responderi potest, quod exit a toto corpore & à qualibet parte eius, quia antequam separetur secundū substantiam est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte eius: nam substantia animæ est indiuisibilis. De tali domo dicitur, [illegible] *animæ impij*, aliter iusti. Iusti [illegible] quidem transit statim ad domum illam cælestem, de qua 2. Cor. 5. dictum est, sc. [illegible] *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Impij [illegible] è contra nolens volens, Ier. 12. *Reliqui domum meam*, sc. corporis, *dimisi hæreditatem meā*, sc. alijs, qui plus curāt de hæreditate mea, quam de me, *Dedi*, sc. ex culpa mea, *dilectam animam meam*, quā debebā diligere præcipue, *in manū inimicorū eius*, sc. dæmonū torquentiū.

3 *Animæ propria.*

Secunda Quæstio, quo iuit? Via lōgissima. Nā si anima defuncti vadit ad purgatoriū, vel ad infernum, via valde lōga & distans est, quia infernus in

2 *[illegible]*

in centro terræ est. Sed mirabile quod tantum pondus peccati sit, quod animæ miserorum peccatorũ, sicut dicitur Iob in pũcto ad inferna descẽdunt. Quod si ad cælum vadit, est etiã via lõgissima.

3 Tertio, Quid portauerit secum, sc. saccu lum pecuniæ, qui est meritũ eleemosy narum factarũ secundũm illud, Eccl. 17. & 29. *Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso*: vel sacculus iste est cumulus meritorũ per quæcunq; facta acquisitorũ. Sed cauendum est, ne sit moneta falsa, vt hypocritarũ ficta & duplicia Deut. 25. *Non habebis in sacculo tuo diuersa pondera*, sc. aliud in intentione & aliud in actione. Item ne sit moneta diminuta, sc. per defectũ pœnitentiæ, Apoc. 3. *Non inuenio opera tua plena*. Dan 5. *Appensus es in statera, & inuentus es minus habens*. Vnde dicitur tali illud, Act. 8. *Pecunia tua tecum sit in perditionem*. Debet ergò esse moneta pretiosa, sc. aurea per charitatem, vel argẽtea per puritatem, vera per simplicitatem, integra per totalitatem & continuitatem. Talis pecunia bene recipietur, Isai 46. *Qui confertis aurum de sacculo, & argentum statera ponderatis*.

4 Quarta, Quando reuertetur, scil. in die plenæ lunæ, qui erit dies iudicij, quãdo renouabitur mundus. Vel quando luna, sc. Ecclesia erit plena completo numero electorum, & tunc vnaquæque anima redibit in domum suam.

In funere submersi in nauigando.

Qui nauigant mare, enarrant pericula eius. Eccl. 43.

Quemadmodum periculosa est nauigatio procellosi maris, & magis in... Similitudo nauigatio... vita & experientia mortis. Nã in illa est timor de periclitatione, at hic etiam de solutione naturæ horror est. Sed & timor animæ de rigore diuini iudicij & damnatione. Et sicut maris pericula multa sunt, ita maiora mortis secundum diuersas causas & modos moriendi. Et sicut nisi probasset nauigãdo, nesciret maris pericula, ita nec mortis, nisi qui expertus est, quod Salomon hac similitudine innuit: *Nauigatio est mortis experientia*: & euadit, qui transit cum naue integra, & euadit periculũ mortis, trãsiens cũ perfecta pœnitentia, Sap 14. *Transeuntes mare, per ratem liberati sunt*. Exitus mortis est sicut transitus maris. Mare morti assimulatur. Primò, quia amarum & salsum est, sic est de morte, Eccl. 41. *O mors quã amara est memoria tua homini habẽti pacẽ in substantijs suis*: Si amara memoria, quid erit experientia quæ priuat hominem iniustum omnibus bonis. Secundò, quia profundũ & imperscrutabile: sic est mors, de qua non potest præsciri tempus, modus, locus. Tertiò, quia vtile & proficuum. Per mare enim transitur ad portum & ciuitates remotas. Sic per mortem iusti eũt ad cælũ: peccatores autẽ submergũtur in inferno. Figura est Ex. 15. Filij Israël venerũt ad terrã promissiõis, at Ægyptij submersi sunt. Per ratẽ intelligitur pœnitentiæ fructus, sc. transeuntes mare mortis a diabolo & pœnis æternis liberati sunt. Fundamentum autem pœnitentiæ est in contritione cordis, quæ tamen contritio includit propositũ cõfessionis & satisfactionis, cum possibile fuerit. Profundum maris est intima cõtritio cordis, Thren. 2. *Magna est velut mare contritio tua*. Et sicut mare eijcit sordes & facit nauseam & vomitum, ita contritio cordis facit vomere peccata per confessionem & purgare sordes per satisfactionem. Vnde talium cõtritiones sunt velut rates quædam, in quib. ligna, sc. peccata, quæ sunt materia ignis æterni transferuntur in morientibus ad locum & pœnam purgatorij, si morientes non decedant completa pœnitentia secundum iudicium Dei. Sed si esset perfecta pœnitentia, transirent ad locum paradisi. Secundò, manifestatio peri-

Marginal notes (right column): *Morti mare assimulatur*; 1; 2; 3; 4; *Mortis periculorum manifestatio*.

periculosorum mortis, scil. *enarrant*. Figurate loquitur de hoc Iob 12. *Interroga iumenta & docebunt te, & volatilia cæli, & indicabunt tibi, loquere terræ, & respondebit tibi, & enarrabunt pisces maris*. Per iumenta intelliguntur luxuriosi, Ioel. 1. *Computruerunt iumenta in stercore suo.* Per volatilia superbi Luciferum sequentes, Per terram auari, per pisces maris, voluptuosi in aquis deliciarum viuentes. Illi omnes dicent illud, Sap. 5 *Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nob*[is], &c. Tertio, Mortis truculentia dic pericula eius. Pericula mortis. Qua pericula maris sunt ex ventis & ex vndis & beluis marinis. Sic in morte assunt venti, sc. spiritus mali, Iob 27. *Tollet eos vrens ventus*, scil. diabolus, qui ad vstionem gehennæ qua ipse vritur, animam peccatoris ducit. Itē insurgūt vndæ siue fluctus, vel angustiarum mortis, vel tentationum, & specialiter fluctuatio eorum, quæ pertinēt ad fidem, & obuiant scolia saxorum, sc. duritiæ & obstinationes cordium. Itē beluæ marinæ ad deuorandū, sc. homines mundani præcipuè consanguinei, qui non expectant, nisi quomodo possint rapere, & habere de bonis suis temporalibus, Ps 114. *Pericula inferni inuenerunt me.*

Mortis truculentia.

In funere subitò mortui.

Iste moritur robustus & sanus. Iob 21.

Simile de pomo.

Sicut pomum pulchrum pēdens in arbore, aliquando propter aliquam interiorem corruptionem, quæ nō apparet exteriùs, subitò cadit ab arbore: Sic homo propter causam intrinsecam; de quali loquitur demonstratiuè in verbis allegatis vir patientissimus. Mors namque non habet remedium, propterea vnicuique consulitur, Isai 38. *Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.* Vna est domus, scil. exterior familiæ, cuius dispositio fit per testamentum sapienter ab illo factum, quantum ad sepulturā restitutiones, eleemosynas, &c. quod semper deberet habere paratum. Altera est interior, scil. animæ, in qua Deus debet per gratiam habitare, quę debet purgari, feces eijci, & quod destructum in ea reparari. Primum pertinet ad contritionem cordis, sed tanto est contritio perfectior, quanto est cum maiori dolore. Nullus enim debet esse maior dolor, quam de peccato. Et dispositio cōtritionis debet habere quosdam gradus. Primus est in peccati recordatione. Secundus in peccati detestatione, cuius detestationis signum est verecūdia pœnitentis. Tertius, in detestationis aggrauatione, scil. distinctè considerando circunstantias peccatum aggrauantes, siue ex parte peccātis, siue ex parte peccati, siue ex causa peccandi. Quartus, in peccati deploratione. Iterum mūdatio scopatio fit per peccatorum confessionem. Reparatio destructionis fit per satisfactionem. Non enim potest anima conuerti ad Deum, nisi satisfaciat ei de omni peccato, & de quouis. Additur in verbis suprapositis Morieris tu, vbi vide iudicium mortis ineuitabile. Item impossibile remedium salutis post mortem, dic. *Non viues*, scil. tali vita in qua possis habere remedium salutis, quia neglexisti hoc, vel in morte gehennæ non viues vita gloriæ, Iob 7. *Nec reuertetur nequaquam iam vltra vitam.* Secundò, Ostenditur casus mortis talis desperabiliter irreperabilis: quia Robustus, sed nullum robur præualet contra mortem. Frequenter autem accidit, quod qui sunt robusti corpore, sunt mente debiles, & faciliè à vitijs superantur. Sicut de Samsone patet, Eccles nono. *Vidi neque velocium esse cursum, neque fortium bellum.* Sequitur, *Et robustus non saluabit animam suam*

Omnium domus hominis.

1

2

Contritio debet habere gradus.

1

2

3

4

Remedium impossibile post mortem.

Casus irreperabilis.

[illegible] vitam suam, scil. a morte, vt Nemroth, Genes. 10. *Potens in terra*, Et Iudic. 20. Interfecti sunt decem & octo millia virorum, omnes robustissimi pugnatores. Sed qui robusti sunt mente, abundant in bonis cogitationibus, in bonis operibus, & perfecti sunt in omnibus virtutibus. Tertio, ostenditur casus defuncti fuisse incognitus, quia sanus videbatur, Eccles. 21. *Plagæ* [illegible], scil. mortis, [illegible] vnde non debet homo confidere de sanitate sua, licet sanus & viuus sit, sed magis se ad pœnitentiam præparare, Eccl. 17. *Confitebere viuens, viuus & sanus confiteberis.* Ex his patet, confessionem tria requirere. Primò, vt sit accusatoria. Secundo, vt fiat dum homo viuit. Tertiò, voluntaria, non cum necessitate vel metu mortis. Et sic [illegible] corpore & anima, tamen hæc purificanda sæpe est a venialibus.

In funere defuncti in carcere.

Educ de carcere Deus animam meam. Psal. 141.

Auiculæ licet habeant pastum inclusæ caueis, tamen quærunt exitum, bestiæ syluestres difficiliùs includuntur. Homo autem ex parte animæ omnibus est liberior, quia solus habet liberi arbitrij libertatem. Vnde quamuis secundùm se corpus subijci valeat seruituti, tamen secundùm animam, à qua est liberum arbitrium, semper in libertate manet, & ideo sibi pœna est detineri in carcere secundum corpus, multo magis secundùm animam. Hinc verba Psalmista, [illegible] primo angustiam [illegible], scil. carcerem. Prudens tamen homo plus respicit ad futurum, quàm ad præsens: Nam videndo hominem iustum affligi, cogitat, quando exierit de carcere corporis, perueniet ad magnam gloriam. Imprudens autem putat cum illo malè agi, & malè stare, nec cogitat ad quantam gloriam perueniet, a carcere egressurus. De tali imprudente dicitur Eccles. 4. *Nescit prouidere in posterum*, quod & de carcere cathenisque interdum quis ingrediatur ad regnum. Ecce imprudentia peccatoris dic. Quia *nescit*, sc. sibi prouidere de lumine, ideo vadit in tenebris. Exemplum de virginibus fatuis, Matthæ. 25. Psalm 81. *Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* Item ponitur angustia vinculis. Quia est in carcere & cathenis. Est enim anima, quasi inclusa in corpore, Iob. 7. *Circumsedisti me carcere*, scil. corporis. Cathenæ animæ ligatæ, sunt vnio naturæ, & amor vitæ. Vel triplex est carcer. Primus mundi est locus confusionis, in quo manet homo, quamdiu viuit in his miserijs sæculi, figuratus per carcerem babylonis, in quo positus est Sedechias, Ierem. 52. ex quo cupiebat eripi Ioseph, qui virum iustum significat, Gen. 40. *Suggeras Pharaoni.* Secundus, carcer peccati, in quo clauditur homo, malitia sua excæcatus, figuratus per carcerem Samsonis, Iudic. 16. *Quem cum apprehendissent Philisthijm*, sc. dæmones tentantes per consensum, [illegible] *oculos eius*, scil. bonum cogitatum intellectus, & bonum affectum voluntatis, *& duxerunt Gazam*, sc. in fluxum peccati. Quia Gaza secundum Origenem interpretatur, *Quomodo fluit*, sc a cogitatione in delectationem, a delectatione in consensum, a consensu in operationem, ab opere in consuetudinem, [illegible] cathenis, sc. multorum peccatorum, & clausum in carcere per obstinationem peccati molere fecerunt, sc circumeundo molam peccati de vitio in vitium, quasi circulum faciendo. In his vinculis custos est desiderium pecuniæ, qui semper

Peccatoris imprudentia

Carcer triplex.

Mundi.

Peccati.

Peccati fluxus.

compedes struit, ne exeant. Educitur tamen homo ex hoc per pœnitentiam, sc. contrition. confession. & satisfaction. quæ resecat superfluitatem capillorum, scil. passionum vel meritorum, & mutant vestem sordidam vitiorum in pulchram virtutem, & offertur regi, sc. Deo. Figuratus est Gen 41. Tertius est inferni, de quo Matth. 5. *Esto consentiens aduersario tuo*, scil. verbo diuino, quod aduersatur carnali vitæ, scil. *ne mittaris in carcerem* inferni, vbi nulla est redemptio. Tandem ponitur iusti morientis gloria. Figura est in Ioseph, de quo Psalm. *Misit rex, & soluit eum, & constituit eum dominum domus suæ*. Item 4 Regum 25 in Ioachim. Secundò, liberationis gratia notatur, dic. *Educ Deus*. De morientibus, vt defuncti sunt, potest exponi illud Psalm 106. *Eduxit eos in viam rectam, vt irent in ciuitatem habitationis*. Transitus hic à præsenti vita, terminus à quo, sc. è loco periculoso, sicut auis è laqueo. Item è loco fœtido propter luxuriam, Psalm. 39. *Eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis*. Item è tenebroso & doloroso. Medium, per quod transeunt multi iusti ad ciuitatem cælestis Hierusalem est purgatorium, scil. via recta, quia non possunt intrare paradisum, nisi plene purgati. Terminus ad quem, scil. in ciuitatem habitationis, quæ est perpetua, læta & quieta. Tertiò, propria indigentia ponitur, dic. *animam meam*, scil. quæ eget requie, quæ in Deo est, Psalm 62. *Sitiuit in te anima mea*. Sed & appetit anima corporis reformationem, dic. *Quam multipliciter tibi caro mea*. Caro enim multipliciter dissipatur in omnibus partibus suis, & in omnibus sensibus suis, & in omnibus delectabilibus, & ideo oportet multipliciter reparari: hoc autem erit in resurrectione, quando totaliter reformabitur & etiam in iustis glorificabitur. Et illa est spes quam habemus de carne quiescente in morte, Psalm 15. *Caro mea requiescet in spe*. Philip 3. *Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit*, &c.

Inferni.

Morientis iusti gloria.

Liberationis gratia.

Indigentia propria.

In obitu mulieris nobilis & pulchræ.

Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos fœni. 1. Petri 1.

Sicut pauo extensis alis videns pulchritudinem suam pennarum, in imaginatione sua quodammodo extollitur de sua pulchritudine, & facit rotam suam, sed videns inclinato capite pedum turpitudinem, deiici videtur. Sic mulier nobilis cogitans nobilitatem corporis sui superbit, & vult ab omnibus videri, sed si mente respicit vilitatem finis corporis sui, quod cito in putredinem & vermes resoluitur, multum seipsam despiceret, quia gloria & flos carnis citò deficit. Vnde obseruandum, quod sit differentia inter mulieres sanctas, quæ gloriantur solum de interioribus ad animam pertinentibus, sc. de pulchritudine & ornamento virtutum. Psalm. 44. *Omnis gloria eius in fimbriis* quæ sunt opera in charitate facta varietate aliarum virtutum. Et inter mulieres vanas, quæ gloriantur de exterioribus spectantibus ad carnem. Hæ mundo, illæ Deo placere student. Roman. 8. *Qui autem in carne sunt*, scil. in carnalium affectu, *Deo placere non possunt*. Nam quæ sunt accepta magis mundo, Deus contemnit & eligit, quæ sunt mundo contemptibilia, vt nullus glorietur de carnalibus, 1. Corinth. 1. *Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius*.

Simile de pauone.

Tri-

Primò ergò gloriandum non est in sanitate vel fortitudine corporis, quia infirma mundi, quia vbique infirmitas, & qui corpore alias fortis est, anima tamen debilis, quia a carnis voluptate vincitur, quale fuit in Saul. Quidam habent corpus infirmum, spiritum autem fortem & promptum, 2. Corint. 12. *Cum infirmor*, scil. corpore, *tunc fortior sum & potens*, sc. spiritu. Peccatum enim est quod reddit spiritum debilem, sed infirmitas corporalis præseruat ab infirmitate peccati, quia infirmitas vna præseruatur ab alia. Itaque infirmitas corporis gignit fortitudinem mentis, 2. Corinth. 12. *Virtus in infirmitate perficitur.* Et tunc accidit quod dicitur Matth. 26. *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma*, scil. ad faciendum bonum & tolerandum malum. Item non est gloriandum de originis nobilitate: quia ignobilia elegit, non curans carnis nobilitatem. Vnde frequenter ignobiles sunt meliores & sanctiores nobilibus, quia etiam ipsa nobilitas est eis occasio ambitionis & superbiæ, & multi degenerant a suæ nobilitatis origine. Quia nobilitas existens quædam honorabilitas proximorum, facit ipsos nobiles esse amatores maiorum honorum. Ex tali appetitu sequitur inuidia ad eos, qui sunt in aliquo honore, & aliquando insidiæ ad abijciendum eos, & aliquando fiunt schismata & scandala in ciuitatibus, vt ipsi honores assequantur. Facit etiam eos superbos & despectiuos, qui sunt progenitoribus suis similes. Sed quid prodest existenti in inferno sua vel filiorum nobilitas, Iob 14. siue nobiles fuerint filij eius siue ignobiles, &c. Præterea non est gloriandum de diuitiarum copia. Quia contemptibilia elegit Deus, scil. paupertatem & mendicitatem. Vnde frequenter pauperes sunt iusti & diuites iniqui, Iacob. 2. *Nonne elegit Deus pauperes in hoc mundo, diuites in fide & heredes regni, quod promisit Deus diligentibus se?* Nec gloriandum de famæ claritate. Quia Deus *elegit ea, quæ non sunt*, scil. in fama & nomine apud mundanos vt destruat ea quæ sunt, scil. in fama & opinione. Nec de corporis pulchritudine, *vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.* Deus enim intuetur cor. Quia tales similes sepulchris dealbatis, 1. Machab. 2. Gloria eius sc. qui gloriatur de pulchritudine carnis, stercus & vermis est. Secundo, obseruanda corruptibilitas carnis, vt fœnum. Et assimilatur homo carnalis fœno Primo, propter mutabilitatem naturæ, Isa. 40. *Omnis caro fœnum.* Fœnum nascendo habet virorem, crescendo decorem, & vltimo florem, sed tandem desiccato solis ardore redigitur in puluerem, & fœnum præcisum nutrimento est animalium, Psalm. 103. *Producens fœnum iumentis.* Sic humana caro nascendo habet virorem vitæ, Psalm. 91. *Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum terræ.* Inde Psalm. 71. *Florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ.* Et Isa. 40. *Exsiccatum est fœnum & cecidit.* Inde homo fit esca vermium, Psalm. 101. *Percussum est vt fœnum terræ eorum.* Secundo, propter varietatem fortunæ. Nam fœnum quandiu viret & frondet, montes & prata vestit, & sua venustate oculos delectat, tandem a sole consumitur, & fit ignis pabulum. Sic fortuna hominis viret, quando est incolumis, frondet quando vel sunt diuitiæ vel amici, montes vestit, quando est sublimis honore, prata vestit, quando famam dilatat. Talem fortunæ venustatem cum admiratione intuentur oculi vniuersorum, & amici delectantur, sed forti adueniente deprimente vigor eius, sc. humilitas fortunæ & naturæ consumitur, & per priuationem honoris, vel ruinam mortis totaliter spoliatur, & pabulum fit ignis, sc. furoris persequentis vel gehennæ, Iacob 1. *Exortus est sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperijt.* Tertiò, propter inflammationem con-

Gloriandum non in sanitate.

Carnis corruptibilitas.

1. propter immutabilitatem naturæ

2. propter varietatem fortunæ.

3. propter inflammationem

nem concupiscentiæ concupiscentiæ. Quia sicut periculosum est fęno vel stupæ esse iuxta ignem, sic viro esse & conuersari iuxta mulierem, Apocalyp. 8. *Omne fænum viride combustum est*, sc. omnis voluptas carnis igni concupiscentiæ inflammata. Tertiò, prosperitas instabilis & flos fœni est prosperitas vitæ carnalis, ideò de ea non est gloriandum, Iob 14. *Quasi flos egreditur & conteritur.* Psalm. 02. *Homo sicut fænum, dies eius tanquam flos agri*, &c. Gloriandum ergò non est in carne, sed in spiritu, sc. in spirituali testimonio bonæ conscientiæ, 2 Cor. 1. De malis mulieribus loquitur Chrysostomus, dic. *Quid aliud est mulier, quam amicitiæ inimica, ineffugabilis pœna, necessarium malum, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, delectabile detrimentum?* *Chrysost.* Mala mulier est detestabilis, quia fallax & proditoria, loquax, tenax & gluten, Eccles. 7. *Inueni mulierem morte amariorem, vincula sunt manus eius*, &c. libidinosa, Eccles. 9. *Mulier fornicaria quasi stercus ab omnibus transeuntibus conculcabitur.* Malitiosè cauta, Eccl. 25. *Breuis est omnis malitia super malitiam mulierum.* Leuis & curriculosa de loco ad locum. Rebellis & seditiosa, Eccl. 25. *Mulier si primatum habeat, contraria erit viro suo.* Curiosa, Eccl. 9. *Propter speciem mulieris multi perierunt.* Eccl. 9. *Auerte faciem tuam à muliere compta.* Periculosa in attrahendo, decipiendo, consumendo, peruertendo, & comparatur sui propter fœditatem luxuriæ, Prou. 11. *Circulus aureus in naribus suis mulier pulchra & fatua.* Stercori propter infamiæ vilitatem, Eccles. 9. *Mulier fornicaria quasi stercus in via ab omnibus conculcabitur*, sc. diffamabitur. Vrso propter auaritiæ insatiabilitatem, Eccl. 25. *Nequitia*, sc. il. *auaritia mulieris, immutat faciem eius, & obcæcabit vultum suum tanquam vrsus, & tanquam saccum in medio proximorum.* Veneno propter lasciuiam & incontinentiam, Scorpioni propter malitiæ venenositatem, Eccl. 26. *Mulier nequam* [illegible] *qui apprehendit scorpionem.* Leoni propter superbiã, Draconi propter eloquentiæ flammas incentiuas libidinis, Eccl. 25. *Commorari leoni & draconi plus placebit, quàm habitare cum muliere nequam.* Laqueo propter adhærentiam inextricabilem, stillicidio propter rixas, Prou. 27. *Tecta iugiter perstillantia in die frigoris*, &c. Hæc vitia defuncta nostra matrona cauit summoperè, & illis virtutes contrarias diligenter amplexa est.

Mulier mala describitur & comparatur.

In funere puellæ:

Non est mortua puella, sed dormit. Matth. 9.

ERrores duo erãt apud antiquos grauissimi & periculosi. Primus fuit eorum, quòd anima non viuat post corpus, sed cum ipso corpore resoluatur, & sic submoto honore immortalitatis seipsos bestijs similes fecerunt, dicentes illud Eccl. 3. *Vnus est interitus hominis & iumentorum, & æqua vtriusque conditio: sicut moritur homo, ita & illa moriuntur.* Alter dixit, data etiam immortalitate, impossibile esse eorum resurrectionem, attendentes tantum ad potentiam naturæ, secundum quam possibile non est, vt fiat regressus de corporali priuatione mortis ad pristinum vitæ habitum. Sed non crediderunt omnipotentiæ diuinæ, quã per reuelationem cognouit Iob 19 dic. *Scio quod redemptor meus viuit.* Vtrumque errorẽ tollere voluit Dominus per verba allegata, *Non est mortua puella*, sc. in anima, quamuis corpore sit defuncta, *sed dormit*, sc. mortua est in spe resurrectionis. Quia sicut possibile est homini excitare dormientem, ita facile est Deo resuscitare mortuum. Circa spiritus incorruptibilitatem obseruа, quod de arbore, quod sicut in ramis & stipite, quæ

Errores antiqui de anima.

Errores tolluntur.

Simile.

quæ apparent, videatur sicca & mortua, tamen in radice, quę non apparet, remanet virtus vitæ, propterea succiso ligno arboris cum ramis, fit ex radice pullulatio arboris nouæ. Sic etiam mortuo homine secundum corpus remanet anima, quæ est radix vitæ, ita quod virtute Dei iterum vnitur corpori humano virtute Dei reformato, Philip. 3. *Qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ*, & tunc pullulabit nouus homo, idem tamen numero propter identitatem animę & materię corporalis. Ideò potest spiritus hominis dicere Psalm. 117. *Non moriar, sed viuam.* Benè est ergò animæ, quia euadit mortem naturæ, sed melius, si euadat mortem culpæ, optimè si euadat mortem gehennæ. Secundò nota, quia puella erat habens nomen ætatis, integritatis, & honestatis, quasi pura pupilla, & dum putaret se ituram ad sponsum carnalem, coacta fuit ire ad Christum. Vnde beata puella, quæ vadit ad Christum, debet esse parua per humilitatem, integra per virginitatem, honesta per pudicitiam, pura per munditiam. Vel parua in sui æstimatione, integra sine carnis corruptione, honesta in moribus, pura in operibus. Talis debet esse quælibet anima ad videndum sponsum in gloria, quod figuratur Act. 12. vbi dicitur, quod puella processit ad videndum. Vbi nota, quòd anima sancta & pura hinc egrediens cum processione, cum choris & laudibus angelorum pergit ad sponsum suum. Figuratum fuit hoc Iudic. 21. in filiabus Silo, quæ interpretantur translatæ, de quibus ibi dicitur: *Cumque videritis filias Silo*, id est, animas sanctas de corpore translatas, *ad ducendū choros, ex more procedere.* Sed hæc processio perfectior erit in die iudicij, quando Ioan. 5. *procedent qui bona egerunt in resurrectionem vitæ, qui verò mala, in resurrectionem iudicij*, scil. damnationis. Et sic erit processio duplex. Bonorum & malorum, ad vitam & ad mortem. Ornatus autem talis puellæ, scil. animæ hominis morientis debet esse secundùm complexionem. Puellæ namque sunt calidæ & humidæ. Sic anima benè disposita debet esse calida per dilectionem, humida per deuotionem, Cant. 5. *Anima mea liquefacta est, vt dilectus meus locutus est.* Item puellæ, secundùm corporis dispositionem sunt tenellæ, graciles, flexibiles & pulchræ. Sic anima debet esse tenella per beneuolentiam, gracilis per abstinentiam, flexibilis per obedientiam, pulchra per munditiam. Figura habetur 3. Regum 1. de Abisac Sunamite: *Erat autem puella pulchra nimis*, quia non erat sordida, sc. peccatis fœdata. De tali dicit Deus pater filio suo sponso, Leuit. 21. *Sordidam & repudiatam non accipies sed puellam de populo meo*, sc. sanctorum. Tales sunt animæ, quæ venduntur à diabolo pro vino delectationis, scil. peccati, iuxta illud Ioelis 3. *Puellam vendiderunt pro vino, vt biberent. Quærantur ergo regi*, Esther 2. *Puellæ virgines atque speciosæ.* Virgines per continentiam carnis, speciosæ per munditiam mentis. Sicut Rebecca, quę erat puella decora nimis, virgoque pulcherrima. Nota etiam fœlicem aspectum sponsi sui, quē in hac vita videre non poterat, Exod. 33. *Non videbit me homo & viuet.* In hac visione tota est merces secundum Augustinum, quia tunc 1. Ioan 3. *Similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est.* Et tunc erit perfecta satietas & pax animæ, vt possit dicere anima, Luc. 2. *Nunc dimittis seruū tuū Domine secundùm verbum tuum in pace.* Vltimò advertе, quia defectus iste reparari potest, licet defecerit per mortem, reparari tamen potest per resurrectionem. Sicut ille qui dormit, euigilare potest per excitationem, Psalm. 40. *Nunquid qui dormit, non adijciet, vt resurgat?* Mors autem beatorum somno comparatur. Primo, propter quietis suauitatem. Nullorum enim laborum meminit dormiens, requiescunt ergo à laboribus. *Beati mortui,*

Puella habens nomen ætatis, integritatis & honestatis. [margin, partly cut off]

Ornatus puellæ, qui & animæ.

Mortis defectus reparatur per resurrectionem.

Mors somno cōparatur.

qui in Domino moriuntur. Psalm. 4. *In pace in idipsum, dormiam & requiescam.* Secundo, propter dormientis securitatem, vbi nullius aduersarij potentiam pertimescit, Leuit. 26. *Dormietis, & non erit qui exterreat.* Securitas tamen somni est ex insensibilitate, mortis autem ex libertate, Psalm. 123. *Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.* Tertio, propter figuræ dormientis mutabilitatem: quia videtur exterius mortuus, & intus maximè viuit. Et sic isti, cùm mortui secundùm carnem sunt, tunc vera vita viuunt. Ideò dicitur ex persona iusti mortui, Cantic. 5. *Ego dormio, & cor meum vigilat,* scil. mens est in contemplatione æternæ veritatis, in qua vita æterna est. Aduerte etiam quod virgo sicut in bono significat carnis puritatem & integritatem, & sic quamlibet virginem & quemlibet in anima purum, sic in malo designat sterilitatem, & fructus bonorum operum raritatem. Et sic virgo dici potest quilibet peccator, vel quælibet anima mala, quæ fructum bonorum operum non producit, nec Christo sponsæ per charitatis copulam se coniungit, sed in sterilitate perpetua semper consistit, & sic accipiuntur illæ quinque virgines fatuæ, quia oleum gratiæ non portant, de quibus Thren. 1. *Virgines eius squallidæ, & sacerdotes eius gementes, & ipsa repleta est amaritudine.* Ad virginum autem documentum possumus exponere illud Isa. 47. *Descende, sede in puluere virgo filia Babylonis.* Sicut enim lilium, per quod virginitas in scriptura notatur, sex habet folia, quibus granum intrinsecum circuitur, sic virginitas sex habet speciales virtutes, quibus in suo esse perficitur & tenetur. Prima est humilitas & subiectio, quia non debet de suis viribus præsumere, nec alta sapere, sed ad fragilitatis suæ considerationem descendere, & virginitatem Deo humiliter commendare, à quo conceditur, Sap. 8. *Non ero continens, nisi Deus det.* Secunda est tranquillitas, quia ad illam pertinet domi quiescere, & sedere, non ad ludibria euagari. Vinum enim sæpè motum in æstate corrumpitur, si cum proprijs fecibus miscetur, quiescens autem in puritate conseruatur; sic quiescentes virgines permanent, corrumpuntur, quando luxuriæ fecibus admiscentur. Exemplum de Dyna virgine filia Iacob, quæ vadens & volens videre mulieres regionis, ab Emor est corrupta, Gen. 34. Thren. 2. *Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion: consperserunt que capita sua cinere filiæ Ierusalem.* Tertia, asperitas pœnitentiæ, fugiens delitias corporis. Periclitatur enim castitas in delitijs, charitas in diuitijs, veritas in multiloquio, bonitas in hoc mundo. *Omnis gloria eius ab intus.* Puluis autem, saccus & cinis sunt arma pœnitẽtium & plorantium, Ioel 1. *Plange quasi virgo accincta sacco.* Quarta, sterilitas possessionis. Sit virgo sterilis, quantum ad bona mundi, & non fœcunda per diuitias mundi temporales. Vix enim potest esse diues, & casta, & virgo. Diuitiæ ad cogitandum in mundanis solent diuidere & trahere. Paupertas propter Deum non habet, vbi debeat cogitare, 1 Cor. 7. *Virgo cogitat, quæ Domini sunt.* Quinta, Nobilitas, non delectio, filia, non serua. Cùm igitur animæ, vt quælibet virgo, sint Dei filiæ spirituales, non debent ad luxuriam facilè accedere, sed nobilitatem & statum sui generis cogitare, & de vili mundo, corpore & diabolo non curare, vt sic Deus possit dicere illud Iud. 19. *Habeo virginem filiam.* Sexta, Timiditas & confusio Babylonis. Confusio enim bona & verecunda, & timorosa sunt conditiones virginum honestarum, Thren. 2. *Abiecerunt in terra capita sua virgines Iuda.* vt sic de qualibet virgine dicatur illud Isa. 21. *Babylon dilecta mea facta est mihi.* Debent etiam verecundari & timere, ne virginitatem

Virgo in bono significat carnis integritatẽ, & in malo sterilitatem.

Documenta de virgine.

Simile de lilio.

Virginitatis virtutes speciales sex.

1\. *Humilitas.*

2\. *Tranquilitas.*

3\. *asperita[s] pœnitẽ[ntiæ]*

4\. *Sterilita[s] posse[ssionis]*

5\. *Nobilita[s]*

6\. *Timidita[s]*

tatem amittant, & maximè, quia ipsam amplius nullus potest reparare, Amos 5. *Virgo Israel proiecta est in terram, nullus est, qui suscitet eam.* Talibus debetur laureola, propter singularem victoriam, quam de carne obtineant, contra quam quotidiè bellum geritur. Quamuis autem & viduæ pugnent contra carnem, perfectius tamen virgines triumphant, quia nobilissimum genus victoriæ est nunquam cessisse. Illis autem virginibus tantummodo debetur aureola, qui vel quæ habuerunt propositum seruandi virginitatem, quamuis hoc propositum sit interruptum, integritate tamē carnis manente: dummodo in fine vitæ inueniantur ad primum propositum rediisse, quia virginitas mentis reparari potest, sed non virginitas corporis, siue carnis. Potest tamen aliqua corrumpi carne, & non laureolam amittere, sicut illa, quæ violenter opprimitur. Vnde sancta Lucia dixit: *Si inuitam me corrumpis, merces mihi duplicabitur ad coronam*, quod non est intelligendum de aureola duplicata, sed quia duplex præmium reportabit, vnum pro integritate seruata, aliud pro iniuria, quam passa est. Mos erat antiquis, virginum mortem canticis celebrare, & Musicis instrumētis in laudem castitatis, quasi illi applaudētes, quòd non experta carnis libidine angelo similis è vita emigrasset. Et ita cùm Ioannes audiisset vocem *tanquam citharædorum citharizantium in citharis suis, & cantabant quasi canticum nouum ante sedem*, &c. *Hi sunt*, Apocalyp. decimoquarto cap. *qui cum mulieribus non sunt coinquinati. Virgines enim sunt, & sequuntur agnum, quocumque ierit.* Vt ergò Iudæi laudes canerent castitatis, & docerent virginis mortem, non vagitibus, sed tripudiis esse celebrandam, si rationem vis dolori admitteret, tibicines vocabant. Et vt victori applauderent, qui morte præuectus incorruptam carnem sponso suo obtulisset Deo, non eas experta molestias, quas fœminæ nuptæ experiuntur. Vnde sicut virginibus laureola datur in cælo ob triumphum reportatum à potentissimo hoste, qualis est caro propria, ita in triumphi signum tibicines veniunt, vt sepulturæ virginem traderent. Et sicut mos erat fidelibus, cum lampadibus & cereis victori defuncto acclamare: ita & Iudæi in morte virginum instrumenta adducebant musica, quibus virginis interitus vel victoria patesceret omnibus. Virginitatis patria cælum est, auctorque eius Dei filius virginum sponsus. Et sicut pater cùm filium prodigum recepit, symphoniam quæsiuit & chorum, vt omnibus innotesceret gaudium ingens patris in filii susceptione, ita & tibicinum præsentia, gaudium castitatis conseruatæ ostendebatur. Et vt olim Iudæis consuetum, teste Augustino, in domo nuptiarum conuiuia celebrare, extraque ianuam conuiuii instrumenta sonabant Musica, quibus internum domus conuiuium cunctis patesceret, ita in obitu virginum tibicines aderant, æterni conuiuii, cui interesse deberent virgines, gaudium significantes. O ergò magna dignitas castitatis, magna gloria virginum, ex hac vita ad cœlos, & ad angelos sibi similes commigrantium.

(?)

Margin notes: Virginum aureola. | Tibicines virginum morte quid significabant. | Laus virginum.

Pro nobili.

Nobilis abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum. Luc. 19.

Vita misera. QVàm multis miserijs exposita sit vita hæc præsens, & experientia testatur, & asserit Salomon Eccles. 1. *Ego Ecclesiastes*, & concludit vbique esse vanitatem vanitatum, vnde nihil melius quàm viam quærere & obseruare, quæ ducit ad patriam cælestem, sicut fecit hic nobilis, qui duplici ex causa laudandus est. Primo, ex sanguinis nobilitate, *Chrysost.* Chrysostomus super Matthæ. dic. *Nobilis dupliciter.* quod nobilis dupliciter consueuit dici. Primo, qui est nobilis legitimè natus 1. ex patre nobili, sed in seipso est vitiosus, & talis est tantùm nuncupatiuè nobilis, secundùm famam vulgi insipientis, alias Psalm. 48. *Homo, cùm in honore esset, non intellexit.* Et ideò postquam perdidit dignitatem suam, eiecit eum è paradiso, & tanquam vilem reputans dixit *Nobiles nati similes fulguri.* ei, *In sudore vultus tui*, &c. Tales sunt similes fulguri, cùm sit compositum ex vapore igneo, ex magna parte sui & ignis sit ascendere, hoc autem descendat, quia habet modicum secum vaporis terræ, cuius naturam magis sequitur, cum strepitu & fœtore. Sic fatui multi cùm per animam deberent ascendere, miseri viliorem partem, scil. corpus sequuntur, implicando se vitijs carnalibus, ideò cum strepitu & fœtore ad inferna descendunt, & perit memoria eo-
2. rum cum sonitu, Psalm. 9. Secundò, ex *Chrysost.* morum honestate. Chrysostomus vt supra. Secundo modo dicitur, qui natus est ex parentibus bonis in dignitate cõstitutis, & est virtuosus, & isti virtuosi dicuntur propriè nobiles. Habet autem nobilitas, secundùm sapientes singularem inclinationem ad benè viuendum & honestè. Vnde scriptura 2. Mach. 6. de illo nobili scriba Eleazaro, quod potiùs voluit mori, quàm subditus esse peccatoribus. Et quare multi cadunt in peccati spurcitiam, nisi quod non respiciant ad suam generositatem Sed nobilis noster benignè se gessit, &c.

Pro medico.

Honora medicum propter necessitatem. Eccl. 33.

HOnor secundùm Tullium est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis, & hic medicus fuit in arte sua, conuersatione, opere, &c. virtuosus, ideò dignus honore, & cui competant verba allegata. Primo ergo ostenditur quid sit exhibendum, sc. honorare propter virtutes, sc. naturales, intellectuales & morales. Honor autem triplex exhibendus diuersis personis, vt parentibus: *Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longæuus super terram*, quia dant vitam, alimentum, & documentum, vt dicitur 5 Eth. Ista dant medici infirmis. Vitam, cùm morbos expellunt, alimentum per diætam, documentum, cùm monent à quibus noxijs sit abstinendum. Ergò Rom 3. *Cui honorem, honorem.* Secundo debetur Doctoribus honor, sic etiam Medicis, quia habuit sciẽtiam vniuersalem in speculãdo, particularem in practicãdo, diligentiam studij in amplificando, ergo honorandus, Eccles. 34. *Gloria & honore coronasti eum.* Tertio, charitatibus, iuxta Psalm. *Nimis honorati sunt amici tui Deus.* Propter tria omnia diliguntur, 8. Ethic. vel propter honestatem, vel propter vtile, vel propter delectabile. Propter hæc 3. debent medici honorari. Sunt enim communiter honestæ personæ, sunt vtiles, quia vitam administrant, qua nihil est melius, Matth.

Honor quid. *Honor exhibendus tribus.* *Medici diligendi et honorandi.*

Matth 16. *Quam dabit homo commutationē pro anima sua?* Item sunt delectabiles, dum durat infirmitas, licet non sic cum salarium solui debet, cùm tamen dignus sit operarius mercede sua. Quia verò ingratus est, qui non reddit, vt ait Seneca. cogitemus sibi inuicem reddere spiritualiter. *Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare*, quod nunc faciamus.

Pro Doctore.

Vbi est litteratus, vbi verba legis ponderans, vbi Doctor paruulorum. Isai. 33.

QVæritur primò, locus decedentis, vbi, sc. secūdo status hominis sapientis, quia literatus, legis verba ponderans & Doctor paruulorū. Quo ad primū triplex est loc⁹ defunctorū, beatorū miserorum & damnatorum. De primo dicitur Baruch 4. *Disce vbi sit sapientia, vbi sit prudentia. vbi sit diuturnitas vitæ, vbi sit lumen oculorum & pax.* In cælo ergò notantur conditiones, quod ibi sit perennitas, quia diuturnitas vitæ, sanitas, quia virtus, serenitas quæ non obscuratur, quia lumen oculorum, securitas, quę non turbatur quia pax, de perennitate potest exponi illud, Matt 10. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum & verum Deum, & quem misisti Iesum Christum* vbi tres ponuntur, cōditiones vita, infinitas, fœlicitas. Vita est optima conditio, per quam habetur esse, quod idem est ac bonum & cōuertitur cùm eo. Viuere .n. viuentibus est Esse 2. de anima. Ideò Matth 16. *Quam*
1 *commutationem dabit pro anima sua*, scil. vita &c. nullam. Secunda, Vita illa est æter-
2 na. Nullum enim bonū finitum est perfectum, quia semper est cum anxietate ne perdatur: Vnde Prouer. 15. *Secura mens, quasi iuge conuiuium.* quod est cum delecta-
3 tione continua. Tertia, Est perfecta, scil. Esse perfectum est duplex. Vnum est cui nihil deficit, ex his quæ debet habere. Et iste modo est perfectus homo, qui omnia habet, quæ debet habere. Sed non habet omnia, quæ possunt haberi, vtpotè summam sapientiam, fortitudinem, altitudinem, pulchritudinem, &c. Alio modo dicitur perfectū simpliciter, cui sibi nihil potest addi, & tale solus Deus est. *Vt cognoscant te solum Deum.* & August. Visio est tota merces. Secundò, ponitur sanitas, quę non infirmatur, quia Virtus. Durāte enim virtute naturali in suo statu homo non infirmatur: Sed tunc infirmatur, quando morbus virtutem superat naturalem. Ideo dixerunt Christo discipuli, *si dormit, saluus erit.* Ioan. 10. quasi dicat, signum est, quòd virtus naturalis superat morbum qui dormire non finit. Erit ergò ibi sanitas, quæ nō infirmatur, Apoc. vlt. *Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum.* Cant. 1. *Iam hyems transijt*, sc. omnis afflictio. Tertiò, Tranquillitas, quę non perturbatur, sc. vbi sit pax, Psal. *In pace in idipsum.* Leuit. 26. *Dormientes, & non erit, qui exterreat*, Psal. *Lauda Hierusalem Dominum. Quoniam confortauit seras portarum. Qui posuit fines tuos pacem.* Quarto, Serenitas, quæ non obscuratur, quia lumen oculorum, Apoc. 21. *Ciuitas illa non eget sole neque luna, quia agnus illuminat illam*, Matth. 18. *Fulgebunt iusti sicut sol:* ita quod vnusquisque faciet sibi lumen. Locus miserorum est laboriosus, sc. mūdus, Iac 3. *Vbi inconstantia, & omne opus prauum.* Et illius sunt tres ma-
læ cōditiones. Prima periculum in prælijs, cùm dicitur contentio, Isai. 58. Ecce ad *lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè.* Secunda conditio inconstan- 1
tia in miserijs, Iac 1. *Vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis*, Iob 14. *Homo natus de muliere & nunquam in eod. statu perm.* Tertia 2
flagitium in vitijs quia omne opus prauum, Psal. *Non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, sed omnes declinauerunt.* Tertio, locus infimus damnatorum, Iob 10. *Dimitte enim cōmitte me, vt plangam paululum dolorem meum* 3

Margin notes: Instructio ... / Augus. / Sanitas. / Trāquillitas. / Serenitas. / Mundi conditiones malæ tres. / Dānatorū locus infimi conditiones malæ 4.

antequam vadam & non reuertar, &cæt. Vbi
1 sunt quatuor malæ conditiones. Prima, Calamitas, quæ non releuatur, quia *Ad terram miseriæ*, Psal. 139. *In miserijs non subsi-*
2 *stent*. Secunda, Obscuritas, quæ non illustratur, quia *Tenebrarum*. Psal. *Posuerunt me in lacu inferiori in tenebrosis & vmbra mor-*
3 *tis*. Tertia, Cófusio, quia *Nullus ordo*. Quar-
4 ta, *Sempiternus horror*. Iob 8. *Qui oderunt te, induentur confusione*. Secundò, Subiungitur status hominis, quia *Vbi est literatus*, &c. Et describitur hic ipsius sapientiæ illustratio: *literatus*. Item sapientię examinatio. *Verba legis ponderans*. Et sapientię communicatio, quia *Doctor paruul*. Literatus. Non potest contra eum dici ab æmulis & detractoribus, id quod dicebant Iudæi Christo, *Quomodo hic literas scit, Ioan. 7. cùm non didicerit?* Quia hic diu studuit, & vsus cuncta docet. Ponitur etiam scientiæ examinatio. *Verba legis ponderans*. Non fuit iste de illis de quibus B. Ambrosius, quod quidam sunt, qui verba legis tenent, & sensum legis ignorant, contra quos Cato, *Legere, & non intelligere, est negligere*. Contra quos Christus Matth. 24. *Qui legit, intelligat*. Iste intellexit, nec pro veritate falsitatem nec iniquitatem pro ęquitate iudicauit. Sequitur sapientiæ communicatio, quia *Doctor & director simplicium*, Eccles. 4. *In iudicando esto pupillis misericors vt pater, & pro viro mater illorum*. Sed heu, quia iuxta illud Isai. 1. aliqui sunt, qui pupillos non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos. Non sic fecit Traianus Imperator, qui cum pararet se ad exercitum, omnia alia dimittens, causam viduæ expediuit, propter quod postea precibus B. Gregorij a pœnis æternæ damnationis ereptus est.

Hominis status.

Examinatio scientiæ Ambros.

Sapientiæ cõmunicatio.

Pro mercatore.

Simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Matth. 13.

Regnum hoc cui dominatur Rex regum, & Dominus dominantium, vẽdit Christus bono negotiatori, qui sciat illo rectè vti, qualis fuit iste mercator. In quo primum desideratur congruitas operationis, quia negotiator. Secundò, sedulitas operatióis, quia quærit bonas margaritas. De primo certum est, quod mercator merces cognoscit subtiliter, numerat sagaciter, ponderat æqualiter commutat vtiliter. Subtiliter quidem. Quia quidam propter defectũ cognoscendi mercationes, decipiuntur frequẽter, & vitram pro lapide pretioso. Tales spiritualiter sunt, qui mundanorum falsitatem non cognoscentes, emunt ea carissime August. *O vita quantos decepisti, quantos excæcasti, quæ te videt, te non cognoscit, qui te cognoscit, nõ te diligit, qui te diligit, tu eum decipis*. Istud est *negotium perambulans in tenebris* secundum Psalmistam. Mundus est similis hamo, qui ferrum abscondit sub esca, quia sub apparenti consolatione mortem porrigit Iob. *Ducunt in bonis dies suos*, &c. Sagaciter. Hoc facit mercator spiritualis, quando considerat vitæ breuitatem & dierum paucitatem, Iob. 10. *Paucitas dierum meor. fin. breui*. Vnde fatuus est mercator, qui sibi dies multos promittit, cùm quãdoq; decipiatur & paucos habeat sicut ille diues. *Anima mea habes multa bona*, &c. Æqualiter. Facit hoc spiritualis mercator, ponderat mundana & inuenit vanitatem, Eccles. 1. *Vanitas vanitatum*. Deus autem merita & demerita ponderat æqualiter, quod fuit figuratum, Apoc. 6. *Ecce equus niger, & qui sedebat super illum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum, & habebat stateram in manu sua*. Equus niger.

August.

Mercator spiritualis.

niger, mortem horribilem & obscurā significat. Deus autem sedet super eum, per potentiam Sap.16. *Tu Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem.* Hic habet staterā in manu, quia vnicuique reddit iuxta opera sua, bonis gloriam, malis pœnam. Vtiliter, Matth.25. *Homo quidam proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua, & vni dedit quinque talenta, alij duo, alij verò vnū,* Luc.19. *Negotiamini dum venio,* &c. Quinq; talenta secundùm D Gregorium sunt quinq; sensus corporis, sc. vt pauperem videamus & misereamur, audiendo cōpatiamur, &c. Duo talenta sunt intellectus & operatio, vt quæ scimus agamus. *Qui autem addit scientiam, addit & laborem,* Eccles.2. Gregor. *Hi sunt, qui cum intelligendo & operando alijs prædicant, quasi duplicatum de negotio lucrum reportant.* Talentum in terra absconditum, est acceptum ingenium terrenis actibus implicare, lucrū spirituale non quærere, cor à terrenis cogitationibus non eleuare. Secundò, Sedulitas operationis. Quærenti bonas margaritas. Nota regnum cælorum tripliciter acquiritur. Primò donatione, Luc.13. *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri meo dare vobis regnum.* Secūdò, Dimicatione, Luc 19. *Homo quidam nobilis, abijt in regionem longinquum accipere sibi regnum.* Tertiò, Emptione, Matth.13. *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito,* &c. Sic iste mercator acquisiuit regnū per Eleemosynas, & alia multa bona opera.

Talenta quinq; sunt sensus corporis.

Sedulitas operation.

Regnū cælo tripliciter acquiritur. Donatione, Dimicatione, Emptione.

ALia est, *Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam,* Luc.14. quæ concordat priori, saltē illud vltimū tractare potest quia necesse est exire, scil per mortem, velit & nolit & videri illam, imò permanere vel ad tempus in Purgatorio, vel in inferno in æternum, ideò priùs videat, quid emat.

Pro adolescente.

Consummatus in breui expleuit tēpora multa. Sap.9.

VElocem transitum dicit primo. Secundo vtilitatē istius trāsitus. Quoad primum dicit, quod alij faciunt multo tempore, hoc iste breui, ideò non est lamentabile, sed laudabile magis, Eccl. *Laudaui magis mortuos quàm viuentes* Et Deus voluit vt hic cito moreretur. Primo, antequā corrumperetur vitio propter lōgiorem vitam. Sicut enim impossibile est declinare per viam puluerulentam, quod pedes non inficerentur puluere, sic impossibile est diu viuere in mundo, & non peccare. Sap *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius.* Secūdò, antequam grauaretur senio. S Gregorius. *Si homo ad senectutem venerit, statim cor affligitur, caput cōcutitur, aures surdescunt, caligant oculi, nares fluunt, dentes putrescunt, fœtet anhelitus, tremit tactus, deperit actus.* Ideò ne hæc mala pateretur adolescens sublatus est. Tertiò, antequam affligeretur supplicio. Nam qui euadunt annos discretionis, vix euadūt pœnam purgatorij ratione offensæ. Ideò ne hic adolescens maiora pateretur, sublatus est.

Transitus vtilitas.

Mori cito cur. 1 2 3

Gregor.

Pro sene.

Abraham mortuus est in senectute bona. Genes.2.

SCribitur Apoc.14. *Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Ille autem qui moritur in bona senectute, in Domino moritur, talis fuit Abraham. Et primò videtur dignitas personalis conditionis, cùm dicitur Abraham. Secundò, calamitas humanæ resolutionis, quia *Mortuus est.* Tertiò, commoditas necessariæ consolatiōis, quia *in senectute bona.* Senectus aūt bona

Senectus bona quæ. bona est. Primò, quando vallata est amicorum obsequijs, & se ipsum iuuare nō

1 potest. Ideo 8. Eth. dicitur. Quòd omnes homines egent amicis. Diuites pauperibus egent, qui eorum opera faciant. Pauperes diuitibus, qui eis subueniant. Senes iuuenibus, qui eis seruiant, & cæt.

2 Secundò, quando dotata est diuitiarum præsidijs. Multa enim necessaria sunt seni propter multas infirmitates & necessitates. Vnde debent iuuenes libenter laborare, Eccl. 25. *Qui in iuuentute non congregasti, quomodo in senectute inuenies.* & sapiens mittit nos ad formicam. Tertiò, quādo est ornata discretionis consilijs siue suffragijs. Quia *maledictus est puer centum annorum*, Isai. Omnes eum derident & confunditur cum parentibus & amicis. *In*

4 *antiquis enim debet esse sapiētia.* Iob 12. Quartò, Firmata viriū auxilijs, vt homo adhuc se possit iuuare, & nō pro quolibet seruitio auxilium petere. Ideò Eccles. vlt. *Memento creatoris tui, antequam veniant dies de quibus dicas; Non mihi placent, antequam tenebrescant, videntes per foramina*, scil. oculi, *& obsurdescant filiæ carminis*. scil. aures. De talibus melius est mori, quàm viuere. Quintò, quando est dotata virtutū gratijs, quando recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ. Talibus ergò senibus est bonum mori qui scil. moriuntur, dum adhuc se possunt iuuare, dum habent necessaria antequam amicis displiceat vita ipsorum, dum adhuc sunt in sensu, & dum cognoscunt bene. Seneca. *Cùm est vita grata, tunc est mortis optima conditio.* Eccl. 41. *O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti* quia dicitur Eccles. 4. *Et qui minoratur viribus*, qui se iuuare non potest defecta ætate, scil. consumpto propter longam ætatem & cui cura est de omnibus, quia caret amicis & incredulus, quia perdidit sapientiam & ideò nemini credit nec quantum ad corporalia, nec quantum ad spiritualia. Mors ergo bona est in senectute bona, antequā homo veniat ad senectutē malā, & in senectute mala non viuat homo cum pœna, sic valens est mortuus iste. Secundò, Calamitas humanæ resolutionis, *Calam. humanæ resolut.* quia mortuus est. Sunt autem senes in labore, dolore & timore, & ab his liberantur per mortem. Omnia faciunt cū labore, viuunt cum dolore, sunt in timore. A laboribus Apoc. 14. *Amodo enim iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.* Inter alia mala quæ senes patiuntur, est *Senum commoda* quod non possint dormire, post mortē autem dormiunt, & requiescunt sine labore. Secundò, à doloribus, Apoc vlti. *Absterget Deus omnem lachrymam* Tertiò, à timoribus, Psal. *Non timebis à timore nocturno*, qui est furum à sagitta volante, qui est hostium, à negotio perambulante in tenebris, qui est timor prudentum, ab incursu violenter offendentium, dæmonio meridiano, id est, apertè tentantium timore dæmonum. Ideo benè dicitur de talibus, Leuit. 26. *Dormietis, & non erit, qui exterreat.*

Alia ad idem.

Mortuus est senex & plenus dierum. Genes. 35.

HÆC dicta sunt de Patriarcha Isaac, tamen transsumptiue in isto defuncto videmus esse completa, quia & senex obijt & plenus dierum. Vir ergò iustus, qui mortuus est senex dicitur, & item plenus dierum. Qui moriuntur sunt in *In morientes* quadruplici differentia. Quidam sunt *quadruplici* senes & non pleni dierum. Quidam pleni dierum & non senes. Quidam nec se- *differentia.* nes, nec pleni dierum, quidam & senes & pleni dierum. Primi sunt, qui dies *Primi.* suos habent vacuos & sine fructu. In persona talium dicitur Iob. 7. *Ego habui menses vacuos*, scil. in quibus homo non operatur quicquam ad salutem suā pertinens. Bernard. *Omne tempus tibi impensum*, *Bernardus.* requi-

requiretur, qualiter à te fuerit expensum? Eccl. 4. *Fili conserua tempus, & declina à malo.* Apocal. 2. *Dedit eis tempus vt pænitentiam agerent, & noluerunt pænitere à fornicatione sua.* Secundi sunt boni & bene venientes, qui quotidie crescunt in operibus virtuosis, Psalm. 83. *Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion.* Et Sapient. 4. *Consummatus in breui, expleuit tempora multa,* quia in breui tempore quo vixit, ita studuit & festinauit benefacere, quod tantum fecit, ac si multo tempore vixisset. Dies ergò pleni sunt bonis operibus. Ex hoc numero erat, Actor. 28. *Tabitha plena bonis operibus.* Tertij sunt viuentes in lasciuijs, expendentes tempus eorum in vanitatibus & voluptatibus, isti sunt insensati & bestiales, & non intelligunt, Augustinus. *Melior est modica amaritudo in faucibus, quam æternum tormentum in visceribus.* Quarti qui satis & bene vixerunt de die in diem melius operantur, vt Dauid, Iob, vti Iob 9. *Dies mei transierunt, sicut naues portantes poma.* Talis enim nauis vbique relinquit, vbi transit, odorem suauissimum, sic defunctus noster.

Pro paruulo.

Si diligeretis me, gauderetis vtiq; quia vado ad Patrem. Ioan. 14.

SEcundum Apostolum, Ro. 8 oportet gaudere cum gaudentibus, & quia iste puer gaudet, ideo cõgaudere tas est. Sed propter quatuor cõsueuerunt gaudere homines de charorũ absentia, cũ elongantur ab eis. Est enim hic in primis consideranda congratulatio, deinde illius ratio, Quia vado ad patrem. Et primo debemus libenter ferre absentiam paruulorum, pro acquirenda diuitiarũ copia. Nam vadunt ad obtinendum im-
1 mensas diuitias, Baruch. 4. *O Israel quam magna est gloria domus Dei, & ingens locus possessionis eius.* Præterea ille est diues, qui est contentus, & è contra pauper, qui non est contentus. Sed illi qui sunt in paradiso, sunt contenti ergò diuites, Psalm. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* & Matth.
11. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.* Secun- 2
dò, propter acquisitionem maximi honoris, sunt enim *filij Dei & hæredes.* Gal. 4. non est maior honor respectu omnium. Tertio, propter acquisitionem magnæ 3
sapientiæ, Matt. 11. *Confiteor tibi Domine rex cæli,* &c. Gregor. Et quid est, quod nõ videant, qui videntem omnia vident? In ipso enim tanquam in speculo omnia vident aperte. Quartò propter perpetuã 4
sanitatem & vitam, Apoc. 21. *Absterget Deus omnem lachrymam.* Psal. *Conuertere Domine animam meam in requiem tuam, quia Dominus benefecit mihi. Quia eripuit animam meam.* &c, Ergò non est dolendum.

Alia ad idem.

Sinite paruulos venire ad me, talium enim est regnum cælorum. Matth. 19.

ECclesi. 14 scribitur, *Omne animal diligit sibi simile.* Dominus autem noster est humilis, ideò humiles diligit, Matth. 11. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Quia ergò paruuli sunt humiles, & ei similes, libenter eos recipit, vt hic allegatur, & in his verbis, primo insinuatur amotio tristitiæ rationabilis, quia sinite, quasi dicat, nolite prohibere. Secundo, dilectio innocentiæ desiderabilis, quia *Paruulos venire ad me,* sc. quia diligo eos. Tertiò, Collatio gratiæ ineffabilis, quia *Talium est regnum cælorum.* Quod autem debeamus permittere, inducũt nos tria, ratio potestatis, bonitatis & veritatis. Ratione potestatis. In voluntate eius vniuersa sunt posita, & nemo est, qui ei possit resistere, Ps. *Omnia quæcũq; voluit Dominus* 1

Margin notes: Secundi. — Tertij. — Quarti. — Humiles diligit Deus. — Paruulos permittere ad Christũ debemus. — Libenter ratione potestatis. — Ratione potentiæ. — Libenter ferre absentiam paruulorum.

minus fecit. Saulo dicebatur, Act. 9. *Durum est tibi contra stimulum calcitrare*. Secundò ratione bonitatis. Quia semper facit, quod melius est. Vnde facit sicut bonus medicus, qui meliùs nouit quid expediat quã infirmus & alij. Et 5. Ethic. dicitur, quod infirmus magis debet obedire medico quam patri, ita etiam est de Deo, Prou. 3. *Noli prohibere benefacere eum, qui potest, & tu ipse benefac*. Tertiò ratione veritatis & æquitatis. Ipse. n. non potest errare, Eccl. 5. *Non iudices contra iudicem, secundũ enim quod iustum est iudicat*. Cæcus nãq; non debet videntem dirigere, quia *si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt*, Mat. 15. Secundo, probatur dilectio innocentiæ, quia *Paruulos*. Innocentia paruulorum ostenditur in tribus. Primò, in munditia affectionis, Mat. 24. Malitia paruuli est, tales sunt digni regno cælorum assistere, Pro. 22. *Qui diligit cordis mũditiam propter gratiam labiorum, habebit amicum regem*. &c. Matt. 7. *Beati mundo corde*. Secundò. In eis est innocentia conuersationis, Matt. 14. *Nisi efficiamini sicut paruuli*, sc. innocentes, *nõ intrabitis*, &c. Ps. *Innocẽtes & recti adhæ erũt mihi*. Ps. *Me aũt proter innocentiam suscepisti*. Tertiò, Innocentia incorruptionis, quia *sequuntur agnum quocunq; ierit*. Apoc 14. Et Ecclesiast. Quocũq; pergis, virgines sequuntur atq; laudibus. ideo d. Dominus, Pro. 9. *Si quis est paruulus, veniat ad me*. Tertiò, notatur retributio gloriosa, quia talium est regnum cælorũ, & triplici iure. Iure acquisitionis. Nam per sacramẽtum Baptismi ex institutiõe diuina acquisiuere. Matth. vlt. *Omnis qui baptizatus fuerit, saluus erit*. Decretum autem legis non licet præterire, vt dicitur Hest. 1. Qui aũt pòst se reddunt indignos, non est, quod Baptismo culpam imputent. Secundo, Iure hæreditariæ possessionis: Filij enim debent patrem hæreditare, Gal. 6. *Si filij, & hæredes per Deum*. Isti autem sunt filij Dei per adoptionis gratiam Ioan. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*, &c. Tertiò iure liberalis donationis. Nam cùm Deus sit summè liberalis & potens, dat illud omnibus dignis. Hęc enim est proprietas liberalis 4. Eth. Vnde eis dicitur, Luc 12. *Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum*. Quod nobis condat Deus, Amen.

Margin: 2 Bonitatis. 3 Æquitatis. Innocentiæ dilectio quæ ostẽditur in tribus. 1 2 3 Retributio gloriosa. Paruulorũ est regnum cælorum. Iure acquisitionis. Possessionis hæreditariæ. Donationis liberalis.

Alia ad idem.

Iste puer magnus coram Domino. Luc. 1.

PVer iste qui modo mortuus est, magnus est ante cõspectum Dei, ratio est, quia manus Domini cum illo, sc. manus misericordię, quia Deus eripuit eum de tenebroso mundo hoc, sed multis non videtur sic, imò admirantur, dic. Erat vnus nobilis & potens, habens vnum filium sibi dilectum, virtuosum, ingeniosum, prudentem, &c. & tamẽ Deus eum subitò rapuit, & quare non conseruauit eum in consolationem parentum suorum? O stulti & terrena tantum cõsiderantes, ostendam vobis, quod nõ immeritò Deus voluit eum ita tenerrimũ ad se venire. Et primo propter animæ pulchritudinem. Ne enim maculẽt animas suas in immunditijs peccatorum, Deus vocat pueros ad se, Gen. 2. *Deus creauit hominem ad imaginem & similitudinem suam*, sc. secundùm animam claram, albam & carentem omni immũditia. Anima est sicut tabula rasa ait Philosophus, & ita est anima sicut charta alba in principio, & ibi scribuntur peccata in processu tẽporis, & bonæ etiam operationes. Ne ergo tanta pulchritudo animæ eius inquinaretur, per cõmissionẽ peccatorũ, voluit in sua puritate illum nũc euocare Deus. Manifestum est enim quod hic sine peccatis non possumus viuere, quia *septies in die iustus cadit*. Et si quis viuit sine mortalibus, rarus inuenitur, & cũ maximo labore hoc potest facere. De his dicitur, Isai.

Margin: Deus vult tenerrimũ ad se venire. 1

2 Isai. 64. *Cecidimus quasi folium vniuersi.* Secūda causa ad punitionem peccati. Sunt enim aliqui qui ita ordinatè diligunt filios suos, quòd verentur multa mala perpetrare, vsuras facere, & dolos, &c. vt filios dotent, magnificent, honoratos faciant & alta palatia eis erigant, citiusq; eligunt supplicium æternum, dūmodo placeant filijs. De quibus potest dici illud, *Beati filij, quorū pater in inferno est.* 2. Reg. 12. de Dauid qui habuit filiū, volens Deus filium sibi dilectum punire occidit.
3 Tertia. Vt paradisi portæ illis aperiātur. *Talium enim est regnum cælorum.* Si enim sciremus, quantam dignitatem acquirant pueri Baptizati in morte, gauderemus vtiq;, vt si quis sciret filium suum fore Imperatorē, Ducem, &c. Luc. 18. *Cito proferte stolam primā, & induite illum,* Isa. 51. *Lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet ab eis dolor & gemitus.* 2. Mach. 10. *Fælix dies, in qua reuersus es in terram patrum tuorum, & sedisti in sede regni eorum,* Finis.

Consolatoria super omnes charissimos, & habet decem rationes.

Lectiones vel laudes super mortuos. (?) QVia omnibus mori necessarium, & tamen homines non possunt aut nolunt abstinere à planctu & lamētis, cùm magis deberēt gratias agere Deo & gratulari quod ab his ærumnis liberati sint & translati in requiem, nōnullas causas afferam, cur plangere nimium non de-
1 beant. Prima Causa est voluntas diuina, cui nostram debemus conformare. Hieronymus. *Si nostros defunctos plangimus, quos tamen resurrecturos credimus, quid faceremus, si mori tantum præciperet Deus.*
2 Secunda æquitas, quia licitum est ac iustum, repetere & recipere quod suum
Hieronym. est. Hieronymus. *Nihil abstulit tuum, qui dignatus est recipere proprium creditū suū: recipere decuit creditorem.* Et nihil aliud decet, quā creditori suo gratias agere, mutuantem cū Iob 1. *Dominus dedit, Dominus abstulit.* De hoc dicitur, Eccl. 12. *Reuertatur puluis in terrā suam, & spiritus redeat ad Deū, qui dedit illū.*
Tertia, Necessitas moriendi, Gen. 2. *quacunq; die comederis,* &c. & Dauid *quis est homo, qui viuit, & non videbit mortem?* 2. Reg. 14. *Omnes morimur.* Mors est æqualis omnibus Hebr. 9. *Statutum est omnibus hominibus semel mori.* Quarta, Fraterna vtilitas ergà defunctum, qui per mortem liberatus est à præsentibus miserijs. Omnia cū morte soluuntur. Quinta, Diuina dispositio, quæ nouit, quid expediat homini, viuere an mori. Matth. 6. *Scit enim pater vester cælestis, quia his omnibus indigetis,* 1. Petr. 2. *Omnem solicitudinem vestram proijcientes in eum, quia ipsi cura est de nobis.* Sexta, Inutilitas luctus & tristitiæ, quæ mortuum ad vitam non possūnt reuocare, nec à pœna liberare. Iob *Memēto mei Deus, quia ventus est vita mea, & non reuertetur oculus meus.* Eccl. 22. *Modicum plora super mortuo, quoniam requieuit.* & de fletu ibidem, c. 38. *Hæc nihil proderis, & teipsum pessimabis.* Septima, Damnum, quod cordi ex luctu & animæ prouenit, Eccl. 30. *Multos occidit tristitia, & non est vtilitas in illa* Pro. 25 *Sicut tinea vestimento & vermis ligno, ita tristitia viri nocet cordi.* Octaua, Inutilitas quæ de morte prouenit. Sæpè propria. amici iter salutis impediunt. Nam & cor diligentis ad mundana alliciunt, & eorum calamitates offendunt. August. super Genes. *Sæpè offenditur Deus, ne offendatur amicus.* Nona, Futura resurrectio, scil. in qua ad vitam reducētur, qui cum dolore amittantur, 1. Corin. 15. *Omnes quidem resurgemus.* Hæc consideratio debet esse lugentium cōsolatio. 1. Thess. 4. *Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini.* Et mors est dormitio, & somnus. Decima, Si nos amici iusti hac in vita dilexere, vtique etiam in æterna diligunt, nosque meritis suis dirigunt. Augustinus in lib. de cura pro mortuis: August.

(Right-margin numbers beside the second column: 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10)

Mater mea quæ me terra marique secuta est, vt mecum viueret, alijs vt nunc vita feliciore cum deliis adeò, vt cum aliquid cor meum angit, si tum tristem non coniicitur, quem vnicè dilexit, quem nunquam mœstum videre voluit.

O mors quàm amara est memoria tua. Eccl. 41.

MOrs amara est, sed nō omnibus, itaque nolite oēs terreri ob gustū illius, quia dulcescet in ore bonorum. Amara autem est primo, infidelibus & hæreticis. *Qui non credit, iam iudicatus est*, & non possunt percipere gaudia futura post mortem. Qui non crediderit, condemnabitur. Secūdo, Diuitibus, Luc. 16. *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.* Et cantor Spiritus sanctus dic. *Periit memoria eorum cum sonitu. Homo cum in honore esset, non intellexit. Homo cum interierit, non sumet omnia secum, nec descendet cum eo gloria eius.* Tertiò, Otiosis omnimodo. Paulus. *Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit*; Illi autē propter diabolum nolunt nisi ferias, & postea laborem. Quartò, Fortunatis, & bene habentibus. Valer. Max. lib. 9 cap. de mortibus non vulgaribus: *Enimuero minimo studio retinendum est bonum, cuius est caduca possessio.* Quintò, Infirmis & peccatoribus qui timent venire tempus suum, vt pœnas luant pro peccatis. Peccatores enim vellent sine fine viuere, vt possent sine fine peccare, ideò ne pergāt in peccatis, præuidit Deus & ordinauit illis; *Statutum est omnibus hominibus semel mori.* Sicut autem, *pretiosa est in conspectu Domini mors sanctorum*, ita *peccatorum mors est pessima.*

Mors amara quibus. 1 2 3 4 5

Pro Domina.

Sapiens mulier ædificauit domum suam. Prou. 14.

INter mulierem sapientem & fatuam, Salomon facit differentiam hāc, quod *Sapiens ædificet domum suam*, stulta vero destruat, vt sequitur, *insipiens vero constructam destruet manibus*; Sic est quantum ad domū spiritualē. Talis fuit illa N. quo ad Deū & quo ad mundum. Hæc fuit primo sapiens quia præsentia ordinauit. Nisi enim hoc faceret frequenter operando, erraret, sicut si quis seminaret in hyeme, Eccles. 3. *Omnia tēpus habent.* Quia futura prouidet. Quia aliter non posset damna & pericula euitare. Pro. 4. *Minùs feriunt iacula, quæ prauidentur.* Quia præterita recordata. Qui enim de præterito non recordatur, ingratus est. Hæc fecit domina nostra. Nam vitam suam ad dilectionē Dei & proximi cōtinue ordinabat, eundo ad Ecclesiam, cōciones, preces, &c. & cum proximis dulciter & pacificè viuebat. Futura inferni cogitans, peccata quantum poterat deuitabat. Præterita etiam beneficia sæpè ad memoriam reducebat. Peccata præterita recogitans sæpè confitebatur, & pœnitentiam de ipsis agebat. Ideo de ipsa exponi poterat illud, Eccles. 14. *Beatus vir qui in sapientia morabitur*, ne pœnam futuram habeat. *& qui in iustitia meditabitur*, vt iusta opera faciat. *Et in sensu cogitabit circumspectionē Dei*, de præteritis cogitando, & pœnitentiā agendo & beneficia recolendo. Ipse enim omnia prospicit, & omnium recordatur, Omniū enim est artifex, omnē habens virtutem, omnia prospiciens sapientia. Secundò, Commendatur ab operatione virtuosa, quia ædificauit domum suā. Domū primo materialis substantiæ. Paulus. *Nunquid non habetis domos ad manducandum, & bibendū.* De qua exponi potest

Mulier sapiens & fatua differunt. *Mulier fuit hæc sapiens* *Cōmendatur ab operatione virtuosa.*

potest illud Tob. 4. *Parentes monuerunt Saram honorare socrum, diligere virum, regere familiam, conseruare domum, & irre-rehensibilem se custodire in omnib.* Et hic ponuntur quinque documenta Primum, honor parentum. Quia qui honorat parentes viri, honorat filium, Eccl. *Honor filij est honor patris & dedecus filij pater sine honore.* Secundum, dilectio viri. Cant. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Tertium, regimen familiæ, ne permittat facere, quod non decet, 1. Tim. 2. *Si quis suorum & maxime domesticorum curam non habet, infidelis est &c.* ... *argue, obsecra, increpa.* Quartum documentum est conseruatio domus. Cùm enim mulieres maneant domi, & viri ad exteriora procedant, debet vxores domum sollicitè conseruare. Quintum, conseruatio honestatis, sc. vt taliter se habeat, quod à proximis reprehendi non possint, ... loquendo de viduis, *Præcipe vt irreprehensibiles sint.* Secundò, Domum conscientiæ, per opera virtuosa & sancta, de qua potest exponi illud Psal. *Domum tuam Domine decet sanctitudo, in longitudinem dierum,* 2. Corint. 6. *Templum Dei, quod estis vos.* Magnum enim dominium decet pulchram & mundam habere domum. In hac ipsa domo posuit fidei fundamentum, spei & charitatis, & pietatis operimentum. Charitas enim operit multitudinem peccatorum. Tertiò, Domum cœlestis patriæ, Psalmist. *Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.* Ioan. 17. *In domo patris mei mansiones multæ sunt*, quia secundùm diuersitatem meritorum & gradus, est diuersitas præmiorum.

Mulierum documenta quinque. 1. 2. 3. 4. 5. Domus conscientiæ. Domus cœlestis patriæ.

Alia de simili.

Date ei de fructu manuum suarum. & laudent eam in portis opera eius. Pro. vlt.

IVxta Apostolum Roman. 12. decretum est, *Qui non laborat, non manducet.* & è contra quod confirmat Paulus 1. Cor. 9. *Quis plantat vineam, & de fructibus eius non edit?* Quæ verba in præsentem Dominā possunt conuerti. Primo notatur liberalitas tribuentis. *Date ei*, sc. vos angeli. Secundo, idoneitas promerentis, quia de *fructu manu. su.* Tertio, honorabilitas decedentis, quia *Laudent eam in portis opera eius.* De primo, Deus dat rationabiliter, Matth. 14. *Date, & dabitur vobis.* Vna enim manus lauat aliam. Secundo, liberaliter Matth. 19. *Centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.* Natura enim hominis liberalis est plus dare, quam accipere, 3. Eth. Ideò Luc. 6. *Mensuram bonam & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum.* Tertio, irreuocabiliter, Matt. 5. *Venite benedicti patris mei, percipite regnum, &c. Esuriui, &c.* & hæc fecit ista Domina. Secundò, Habilitas promerentis, Si accipiter accipit coturnicem, à Domino recipit portionem, sic debet esse de quolibet homine. Quia si quis fructuose laborat, debet de proprio labore gaudere. Et est triplex fructus, sc. pœnitentiæ, Matth. 3. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Secundo, fructus iustitiæ, quando quis non indigens pœnitentia, facit opera iusta, Iac. 3. *Fructus iustitiæ facientibus pacem:* quia *beati pedes euangelizantium pacem.* Tertius, gloriæ, Sapien. 3. *Bonorum laborum gloriosus est fructus.* Hos fructus habuit ista Domina, quia de peccatis pœnitentiam sibi impositam fecit, & multa bona superaddidit, & æternam gloriam promeruit. Tertiò, Honorabilitas decedentis. primo laudatur à Christo, Prou vlt.

Mulierum laus. Liberalitas tribuentis. Habilitas promerētis. Fructus triplex. Pœnitētiæ, Iustitiæ, Gloriæ. Honorabilitas decedentis. 1. Vir à Christo

Vir eius laud. eam, ſcil. Chriſtus, cui ſe deſponſauit per verum amorem. Secundo
2. à proximo. à proximo, Iſaias: *Laus eius in Eccleſia ſanctorum*. Tertiò, à bonis operibus, Eccleſiaſt. nono, *In manu artificum laudabantur opera*, & per conſequens magiſter & artifex. Nam opus magiſtrum commendat.
3. à bonis.

Pro puella.

Non eſt mortua puella, ſed dormit. Matth. 19.

Sicut Domino noſtro poſſibilia erant omnia, eadem ratione erant illi poſſibilia opera, quæ circa mortuorum ſuſcitationem fecit, vt de Lazaro, filio viduæ Naim, & hic. Notantur autem in his verbis tria. Primum, priuatio culpę, quia non eſt mortua. Secũdum, adeptio ſiue decor gloriæ, quia puella. Tertium, poſſeſſio gloriæ, quia dormit. Quo ad
Mors triplex. primum. Mors eſt triplex, naturæ, culpæ & gehennæ. Prima eſt ineuitabilis
1. Secunda eſt terribilis. Tertia eſt inue-
2. ſtigabilis. *Nemo nouit finem ſuum*, Eccle-
3. ſiaſt. 9. Pſalm. *Præoccupauerunt me laquei mortis*, ideò debemus ſemper eſſe parati, Matthæ. vigeſimoquarto, quia, *qua hora non putatis, veniet filius hominis*. Secunda, mors culpæ. Sicut enim mors corporalis ſeparat animam à corpore, ita mors ſpiritualis ſeparat animam à Deo, 1. Ioan. 3. *Qui non diligit me, manet in morte*, quia à Deo eſt per peccatum omninò ſeparatus. Tertia, Pſalm. *Mors depaſcet eos*. Sicut enim herba comeſta iterum renaſcitur, ita damnatorum pœna continuè renouatur. *Tranſiunt ab aquis niuium ad calorem nimium*, & è conuerſo, Iob 24. Secundò, Decor gratiæ. Puella à puritate, *Decor gratiæ*

ad quam ſpectat mentis munditia, carnis pudicitia, & conuerſationis gratia. De munditia, Iudith 13. *Non vereatur bona puella ingredi ad Dominum meum*. Puella quæ eſt munda in corde & conſcientia, neceſſe eſt eſſe mundam in carne, quia immunditia corporis procedit ab immunditia mentis, Matth. 15. *De corde exeunt cogitationes malæ, adulteria, falſa teſtimonia*, &c. Vide de ſancta Agnete. Secundo, carnis pudicitia, ſine qua nullus in requiem intrabit, ſiue ſit munditia virginalis, matrimonialis, aut vidualis. *Carnis pudicitia.* *Nihil coinquinatum intrabit in requiem*, dicit Sapiens. Talis fuit Rebecca, Geneſis. 24. Erat Rebecca *puella decora nimis, virgo quoque pulcherrima, & incognita viro*. Tertio, conuerſatio honeſta in verbis, geſtibus & actibus pudicis. *Conuerſatio honeſta.* *Corrumpunt bonos mores colloquia mala*. 3 Reg. 1. De Abiſaach. Tertiò, Gloriæ adeptio, quia *Dormit*. Somnus autem æternæ glorię comparatur, propter tria. Primo, Somnus eſt laborum terminatiuus, ſic eſt gloria ſempiterna, Apocalyp. 14. *Amodo dicit ſpiritus, vt requieſc. à laboribus ſuis*. *Mors ſomno aſſimilatur.* Secundo, Eſt naturaliter recreationis, Ioan. 16. *Si dormit, ſaluus erit*. Et hoc videtur in infirmis bonum ſignum, Apocalyp. 21. *Abſterget Deus*. Tertio, Turbationum ſedatiuus, Leuit. 26. *Dormietis, & non erit, qui exterreat*. Rogemus, &c.

Alia.

Non eſt mortua puella, ſed dormit. Matth. 19.

Hic ſermo videtur Philoſophis impoſſibilis, quod ſit mortua & dormiat, tamen vera eſt & poſſibilis, vt rei euentus docet. Notandum tres eſſe conditiones perſonarum. Aliquæ viden- *Perſonarum conditiones tres.*

dentur viuæ, & mortuæ sunt in veritate. Aliquæ videntur mortuæ, & in veritate sunt mortuæ. Aliquæ videntur mortuæ, & in veritate sunt viuæ. Primi generis sunt, quæ fecerunt sibi paradisum de hoc mundo, posuerunt fœlicitatem suam in rebus humanis, submersi sunt in voluptatibus terrenis, nec cœlum, nec quidquam respiciunt, vt non recordentur ampliùs propriæ salutis. Tales videntur viui, & non sunt, quia verè, quo ad animam, mortui sunt & miseri. Et hoc est, quod scribitur, Timoth 5. *Vidua quæ in delitijs est, viuens mortua est.* Et ideò angelus Domini Episcopo Pergami, Apocalyp cap. tertio dic. *Scio opera tua, quia nomen habes, vt viuas, & mortuus es.* Et de his primis non sunt verba assumpta. Aliquando aliqui videntur mortui, & in veritate sunt mortui, & isti sunt, qui per fragilitatem vel ignorantiam, vel propriam malitiam in peccatis stant indurati, & nullo modo dicere volunt culpam, sed potiùs volunt mori cum ipso peccato mortali, & ire ad sepulchrum æternum. Isti homines desperati, homines diabolici, homines inhumani, videntur mortui, quantum ad corpus, & sunt in veritate mortui, quantum ad animam, & quantum ad corpus. Et ista mors animæ & corporis est multum plus acerba, plus crudelis & terribilis, quàm sit solum mors corporalis. Ibi erunt semper in morte, & mors ipsa sine morte: nec de his sunt verba illa. Tertij generis sunt, qui viuunt in hoc mundo virtuosè, sanctè, & iustè, quando moriuntur sine peccato mortali, & moriuntur in gratia Dei, & quamuis videantur mortui quantum ad corpus, in veritate tamen non sunt mortuæ, sed viuunt quo ad animam, 1. Corinthiorum sexto, *Quasi morientes, & ecce viuimus.* Lucæ vigesimo capit. *Deus non est mortuorum, sed viuorum.* De his dicuntur verba assumpta. Talis fuit nostra N. & non est mortua, sed viuit. Gaudete ergò amici, & consolemini.

Surge, propera amica mea, & veni. Cant. 2.

MAior amicitia, quæ esse possit, est amor sponsi in sponsam, & è conuerso. Spiritualiter loquendo per sapientem, qui amicitiam petit surgere, debemus CHRISTVM intelligere; & per amicam, animam. CHRISTVS enim sponsauit sibi animam, Oseæ cap. secundo, *Sponsabo te mihi in fide.* & ideò summè eam diligit, eique dotes insignes donat. Prima est admirabilis pulchritudo, Canticorum cap. primo, *Egredere, ô pulcherrima domin[arum], & abi post vestigia gregum, & pasce hædos tuos.* Loquitur hic animæ, quia est pulcherrima creaturarum. Primo, ratione ordinationis rerum supernarum. Nam Deus ordinauit terram, quæ est vilior omnibus alijs, quia est fex reliquorum. Est enim terra stabulum, in quo Deus proijcit omnem fecem aliorum elementorum & cœlorum. Supra terram ordinauit aquas, supra aquas aerem, supra aerem, ignem, & sic de alijs vsque ad cœlum Empyreum, & in illo posuit Deus animam rationalem in signum pulchritudinis, quia locus & locatum secundùm Philosophum dicuntur proportionari. Cœlum empyreum est pulchrum, & per consequens & ipsa anima, quæ ibi collocatur, est omnium rerum pulcherrima, Canticorum capit. sexto, *Pulchra sum, & decora, filiæ Ierusalem.*

Amicitia maxima sponsi in sponsam.

Dotes animæ.

Pulchritudo admirabilis animæ, quam Deus sibi sponsauit.

Secun-

Rationis capacitas. Secunda, Rationis capacitas. Philosophus de anima dicit, Operatio propria est animæ ipsam intelligere. Deus fecit diuersas creaturas. In his creaturis dedit aliquibus esse solum, vt sunt lapides, aliquibus esse & viuere, vt arbores, aliquibus esse, viuere & sentire, vt animalibus, aliquibus esse, viuere, sentire, intelligere, & hoc solùm angelis & animæ. Tertia, Spiritus sanctus in adoptionem, quia dotauit eam Spiritus sanctus omnibus donis & gratijs. *Proprius sanguis.* Quarta, proprius sanguis pro eius dilectione in cruce, Apocalyp. 1. *Ipse lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* *Bernard.* De his Bernardus : *Anima est insignita Dei imagine, decorata similitudine, desponsata fide, redempta proprio sanguine, deportata cum angelis, hæres bonitatis, capax beatitudinis, particeps rationis.* Quinta, Immortalitas. *Immortalitas.* Nam ipsa anima est quid simplex. Illa autem potest surgere de loco isto misero, nisi relinquat corpus, quod est graue, quo minus possit ascendere. Itaque quælibet anima vult separari à corpore, vt volet ad Christum, & ad talem vocationem debent venire amici gratulabundi, non lamentantes, & præcipuè, quando virtuose vixerunt, & in gremio Ecclesiæ quiescunt. Talis fuit ista N. defuncta.

(?),

Finis Libri Quarti.

LIBER

LIBER QVINTVS, DE CONSEQVENTIBVS MORTEM, BEATORVM GAVDIIS, PVRGATORIIQVE ET INFERNI POENIS: CVM EXEMPLIS haud contemnendis.

Argumentum Libri Quinti.

Qui benè vixerunt, ſibi gaudia ſumma parârunt:
Qui male, damnatos dira Gehenna manet.

De morte gratiæ.

Quaſi morientes, & ecce viuimus. 1. Cor. 6.

BERNARD. Bona mors, quæ vitam nõ aufert, ſed mutat in melius, per quã corpus non cadit, ſed anima ſubleuatur. Moriamur ergo interim peccato, ſi viuere deſideramus in Chriſto, prout ex Apoſtolo allegauimus. Ad ſimilitudinem autem morientium morte naturali conſideremus in morte ſpirituali progreſſum. Moriturus igitur in principio infirmatur & dolet, dolor augmentatur & languet, languor vigoratur & valet. Cùm autem amplius inualeſcit infirmitas, motus deſtruitur, ſenſus obtũditur. In morte verò nexus diſſoluitur, ſpiritus egreditur, corpus mortuum ſepelitur, ſepultum reſoluitur. His nouem gradibus ſpiritualiter intellectis peccato morimur. Quorum tres primi ad virtutis ingreſſum, duo medij ad ingreſſum, alij verò vltimi ad ſtatum animæ perfectum referuntur. Moriturus ergò ſpiritualiter infirmatur per attritioné, & dolet per contritionem. Attritionem intelligo, quando anima per gratiam gratis datam infirmatur, id eſt, ab illicitis refrenatur. Contritionem, quando per gratiam gratum facientem dolet de peccatis, & corde perfecto compungitur & pœnitet, quæ contritio ſimilitudinem mortis tenet. Peccatum enim quod peccanti dulce fuerat ad momentum, amarũ poſtea pœnitenti conuertitur in lamentum. Et dum eum fœtor culpæ ſollicitat, dum conſcientiæ dolor inſtigat, dum pudor offenſæ diuinæ cor penetrat, horror extremi iudicij inquietat, ſuſpirat & gemit in iudicio vehementi, clamans & dicens, *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem,* Matth. 26. Et illud Pſalm. *Circumdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me.* Vel illud, *Circumdederũt me dolores mortis, & torrentes*

Attritio. *Contritio.* *Peccatum amarum.*

Gradus 2. Dolor corporis per singula membra diffusus.

tentes iniquitatis conturbauerunt me. In secundo gradu dolor corporis per singula membra diffusus ægrum in lectum deijcit & languorem inducit. Sic contritionis dolor in desiderium surgit, & in dilectionem ignescit. Et sicut languor inducitur ex dolore, sic amor gignitur ex contritione. Vnde Cant. 4. *Si inueneritis dilectum meum, annunciate ei, quia amore langueo.* Videas languidum nunc in lecto iacentem, nunc aliquantulum ad surgendum pro viribus nitentem. Nonne sic se habet conuersio pœnitentis, dum in eo vices alternat affectio doloris & amoris? Dolor enim deorsum deprimit, quē erigere nititur amor cursum. Nam quanto per amoris impetum collectis viribus erigi, tanto repressus memoria peccatorum cogitur reclinari, sed benè cum eo agitur, si nec penitus prostratus, nec erectus in lecto sedeat, & cum lachrymis, gemitibus, & suspirijs gratiam visitantem expectet. Nemo enim ex graui infirmitate resurgens subito in vigorem pristinum conualescit.

Gradus 3. Pallor nascitur.

In tertio gradu pallor nascitur ex dolore, sic maceratio carnis ex inualescente dilectione: *Palleat omnis amans: color hic est aptus amanti.* Vnde sponsa decoloratam, se damat ex amore dilecti, Canticorum primo capit. *Nolite me considerare quod fusca sim, quia decolorauit me sol.* Hoc pallore in animis mortus afficimur, dum ex amore Christi caro nostra iugiter maceratur. Vnde Psal. *Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis, vt non sis tremulo sacrificium offerentes. Sicut in holocausto arietum, & sicut in millibus agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrum, vt placeat ante te.* Vnde clamat Apostolus Coloss. 4. *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram.* Nam secundum eundem Rom. 8. *Si secundum carnem vixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Mortificetur igitur caro, vt spiritus viuat. Quia sicut ait Petrus Apost. 1. Pet. 4. *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu.* Semel mori à Domino satis fuit, qui peccatum non fecit, qui vna oblatione sua sufficientissima & abundantissima satisfecit. Nos autem peccantes quotidiè, peccato mori quotidiè debemus. Et quia fomes vel libido carnis radicaliter semper manet, nec semel ita mortificari potest, vt semel totaliter destruatur, ideò carnem non semel, sed quotidie mortificare debemus.

Gradus 4. Motus destituitur.

In quarto gradu motus destituitur, motus, inquam, tam exterioris, quam interioris affectionis. A Deo namque fit homo immobilis ad peccatū, vt nec ipsum operetur, nec eius imaginatiōe vel memoria delectetur, vel illius recipiat etiam primum motum. Nam quemadmodum statutum est hominibus semel mori, Heb. 11. Sic nos debemus esse semel mortui peccato, vt vltra non reuiuiscamus in eo, scientes quod *Christus semel resurgens ex mortuis, iam non moritur, & mors illi vltra non dominabitur.* Sequitur, *Ita & vos existimate, nos quidem mortuos peccato, viuentes autem Deo.* glossa: *Sicut Christus mortuus est semel ita peccatum in vobis moriatur semel, vt iterum oportet iterari. Et sicut Christus semper viuit, ita & vos semper viuimus virtutibus.* Si enim mortui sumus peccato, scil. per gratiam Dei, quomodo, id est, qua ratione adhuc post tantum beneficium viuemus in illo, & vires reddemus hosti. Cum enim hoc præstitit gratia, vt moreremur peccato. quid aliud facimus, si viuimus in eo, nisi vt gratiæ simus ingrati. Videre spiritum innouatum, & hominem in virum alterum immutatum, hic ... non suam, sed Diuinam ... voluntatem ... plectitur ... verbum præferat ordinatum ... in gressu, nihil offensum ... lasciuum ... quod ad pruriginem pertineat leuitatis, nihil

in toto corpore, quod prætendat motum aliquem vanitatis. In quinto gradu sensus obtunditur, & per patientiam velut insensibile reputatur. Vnde in filio Sunamitis qui mortuus iacebat in lectulo, non erat neque vox neque sensus, 4. Reg 4. Sic martyres velut insensibiles [illegible] omnia genera tormentorum cõ[illegible] quasi penitus non sentirent, quia in Christũ mentaliter excedebant. Sic Apostolus clamat se configuratum morti Christi, si quo modo pertingat ad resurrectioné, quæ est ex mortuis Quoniã partes debent congruere suo toti, & membra suo capiti conformari. Necesse est formam patientiæ ad nos a Christo capite derivari. Vide Christum in patibulo morientem, dorsum suum scissum verberibus vellicatas genas, faciem speciosi præ filijs hominum, sputis [illegible] hominum immundorum, caput corona spinea sauciatum, latus sanguine rubricatum, manus & pedes clauis cõfossos, & tanquam agnus mansuetissimus iugulatori suo non respondens in crucis Cathedra, patientiam efficaciter docet verbo pariter & exemplo, *Pater*, inquit, *dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt* Nouum docendi genus nouus Magister assumpsit, reos excusat, factũ attenuat, & ad pœnitẽtiã miro modo fideles suos informat. Moyses iniurias suas prosequitur, & legis trãsgressionis vlciscitur, & absque vlla miseratione legis suæ contemptor occiditur. Christus autem gladium in vaginam reponi præcepit, nec fratri permittit irasci, nec racha nec fatue dici, in quibus verbis iram, conuitium & contemptum penitus interdixit: *Dictum est antiquis, oculum pro oculo, dentem pro dente* Iudæos vocat antiquos furor vindictæ, sic phreneticos fecerat, sic reddiderat effrenatos, vt pro oculo caput, pro dente vitam expeterent. Vnde lex eos ad vindictæ [illegible] refrenabat, vt tantum exigerent vltionis, quantum vis furentis intulerat læsionis. *Ego autem dico vobis*, ait Christus, Matth 6. *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei alteram*. Vult Dominus non vitijs vitia vindicari, sed virtutibus superari, & iræ scintillam in ipso principio, ne in furoris incẽdium prorũpere permittat extingui. Si ergo vitia superare volueris, arma sume patientiæ, non furoris. Nonne dominante cholera, febre acrius æstuante, plerumque videmus phreneticum fieri ægrotantem frendet dentibus, percutit pugno, morsibus impedit obsequentes, sed medicus armatus patientia, despicit iniurias, morsus morten sustinet, vt a pœna liberet laborantem. Cũm igitur inferentes nobis iniurias, laborare phrenesi cognoscamus, furentium morbos & morsus virtute patientiæ superemus, & velut insensibiles facti quasi mortui taceamus. Exemplo Dauid, qui Sauli persequenti dicebat, *Quem persequeris rex Israel? quem persequeris? canem mortuum persequeris, & culicem viuum.* Attende quam signanter loquitur, canis viuus latrat, clamat & mordet si potest sed canis mortuus nihil horum facit Videas aliqua animalia, pedibus, vnguibus, dentibus & cornibus sese defendere, sed verus patiens est velut canis mortuus, aut culex viuus. Idem quoque dicit Psalm. *Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis*. In sexto gradu, corporis & animæ nexus dissoluitur, quia subtractis sensibus velut insensibilis mens effecta, nullis temporalium rerum nexibus, nullius corruptibilis creaturæ vinculis per affectionem amoris illaqueari detinet. Vnde Canticorum octauo capite dicitur, *Fortis est, vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio: lampades eius lampades ignis atque flammarum. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem.* Mors naturalis separat animam à corpore, mors spiritualis à rei corruptibilis affectione.

Deus non vult malũ pro malo reddi.

Simile à phrenetico.

Patientia habenda.

Gradus 6. Nexus animæ & corporis dissoluitur.

In hoc gradu ſeparatur anima ab omnibus, quibus ante fuerat per affectionem vnita, vt ſoli ſponſo inhæreat per amorem, propter quod amor morti meritò comparatur, vt prius *dura, ſicut infernus, æmulatio.* Infernus quos recipit, nõ dimittit. Sicut ergò amor dicitur ſimilis morti propter perfectam ſeparationem, ita infernus propter perpetuam cum Chriſto vnionem: *Lampades eius,* &c. In lampade lux & ardor. Ardet enim mens interius deuotione, lucet exterius corã hominibus opinione, ſic ardet Deo per deſiderium, vt luceat foris hominibus ad virtutis exemplum. Dictam ſeparationem mortis proponit Apoſtolus in ſeipſo dicens Phil. 1. *Deſiderium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto.*

Gradus 7. In ſeptimo gradu ſpiritus liber egreditur, quia nullius rei creatæ retiaculis impeditur. In hoc gradu mens ad cæleſtia meditanda libere ſubleuatur, faciliter enim per meditationẽ in Deum erigitur, quæ temporalium affectione non inuiſcatur nec ſollicitudine detrahitur, nec pondere prægrauatur. Auis ſuarum leuitate pennarum ſubleuatur in altum, aut ad cibũ quærendum, aut ad laqueos euadẽdum, aut ad delectabiliter ſpaciandum. Sic anima ad cæleſtia ſuſtollitur quandoque pro ſpirituali refectione quærẽda, ſicut hortatur Apoſtolus Coloſſ. 3. *Quæ ſurſum ſunt, quærite; quæ ſurſum ſunt, ſapite; non quæ ſuper terram; mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo,* quandoq; pro delectatione guſtanda, & quandoq; pro quietis tranquillitate inuenienda, & plerumque pro tentatione fugienda. Et de vtroque illorum ait Pſal. *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam: ecce elongaui fugiens,* &c. Solent terrena animalia quibuſdam luſibus ſaltum dare, & corpora ſua quantulumcunque in aere ſaliendo tranſcendere. Sic & piſces ſuper aquas ſaliunt, & terminos ſuæ habitationis excedunt. Sic anima ſemetipſam debet excedere per meditationem ad cœleſtia ſe leuare, vt mundo mortua viuat Deo. Vnde Aaron moriturus iubetur in montem aſcendere, quia per meditationem debemus ad excelſa tranſire. Paucorum eſt in hunc montem aſcendere, pauciorum vero ſtare in vertice, ſed pauciſsimorum ibi mori & quieſcere. Propter quod ait Pſalm. *Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Quinimò Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?* Aſcenſus habet difficultatem, ſtatus ſublimitatem, requies voluptatem. De diuis ſiquidem meditari mentibus, ad talia inconſuetis oculis caligantibus, ad cæli luminaria eleuari magnæ eſt difficultatis, exerceri tamen in eis, & meditationibus ſacris ſcopare & purgare ſpiritum, magnæ eſt dignitatis, quieſcere autem & non reuocari ad inferius, magnæ eſt voluptatis. Notabile autem quod eſt, dicitur quod Aaron, id eſt, montanus in ſupercilio montis Hor moritur. Hor interpretatur lumen, quia in vertice montis luminis & viſionis mundo, carni, & etiã ſibiipſi moritur vir contemplatiuus. Et aduerte verbum Domini, *Aaron,* inquit, *colligetur & moriatur ibi.* Mens enim quæ per vana deſideria ſpargitur, quæ varijs cogitationibus huc illucque diſtrahitur, quæ in ſe non colligitur, in hoc monte moritur. Diſcat igitur mens humana prius ad ſeipſam intrare, & in ſe conſiſtere, quatenus in hunc montem poſſit aſcendere. Colligat anima fidelis cogitationes ſuas, vt exurgant in meditationem, meditatio proficiat in contemplationem, contemplatio ſuſcitet exultationem, exultatio diſtendatur in admirationem, admiratio tranſeat in alienationem, alienatione emineatur in mortem ſpiritualem. Eſt autem differentia inter meditationem & cogitationem, quia cogitatio eſt ingenij

dus

dus mentis intuitus circa veritatis inquiſitionem vehementius occupatus. In octauo gradu mortuꝰ ſepelitur, quia cum per meditationem mens ſurſum erigitur, pacis ſerenitas obtinetur, vnaquæque res non quieſcit, niſi cum ad locum proprium peruenerit, quare cum locus ſit Deus, quamdiu amor noſter ad diuerſa ſpergitur, vel ad ima deriuatur, nunquam ad veram pacem perducitur. Ideò dicit Auguſtinus, *Inquietum eſt cor noſtrum Domine, donec requieſcat in te.* Ibi ergò ſit mens, & hic erit requies, ibi mortuus ſepelitur. hoc eſt ſepulchrum, quod Ioſeph Domino præparauit, in quo Chriſtus mortuus requieuit. Moriturus Moyſes montem aſcendit, terram promiſſionis aſpexit, in vertice mõtis Phaſga moritur, ſepelitur à Domino, cuius ſepulchrum omnibus hominibus eſt ignotũ. Aſcendit in montem, per mentis eminẽtiam, contemplatur promiſſam infidelibus patriam, moritur cum efficitur quodammodo Deiformis per gratiam, ſepelitur à Domino per infuſam ſibi lætitiam, ſed ſepulchrum ipſius nullus agnoſcit hominum, quoniã illa pax exuperat omnem ſenſum. In nono gradu corpus ſepultum reſoluitur, quia cũ mens in diuino lumine ſemetipſam clarius intuetur, recognoſcens ſe quantum ad animam creatam ex nihilo, & ſic quantum eſt de ſe ſimpliciter nihil eſſe, quantum autem ad corpus ſe puluerẽ eſſe & cinerem, imo vilisſimi ſterquilinium: locum ſtercorum, & cibus vermium neceſſario humiliari compellitur. Sic ait *Inflammatum eſt cor meum ad dilectionem, & renes mei commutati ſunt*, quantum ad delectationem, quia in renibus conſiſtit delectatio, *& ego ad nihilum redactus ſum*, ſcilicet mea reputatione, ſc. veriſſima mei cognitione me nihil eſſe cognoui. Attende quod quanto quis plus proficit in Dei cognitione, tanto plus in diuino lumine cognoſcit ſe verius, & tanto amplius ſe conſpicit nihil eſſe. Vnde Apoſtolus 1. Corinth. 4. *Puto quod Deus nos nouiſſimos Apoſt.* id eſt, viliſſimos, quaſi de quibus non curet, *oſtendit tanquam morti deſtinatos*, quaſi ad nullam vtilitatem, ſed morti reſeruatos. Sequitur, *Tanquam purgamenta huius mundi, facti ſumus omnium peripſema vſque adhuc.* & Dauid ex humilitate cani mortuo ſe comparauit. Attende quod ſicut ignis in ſuo cinere qui eſt vltimus ſuæ reſolutionis terminus, conſeruatur: Sic anima in humilitate quæ reſoluitur vſque ad minima, & vſque ad vltima cuſtoditur. Et ſicut Phœnix coaggregatis aromatibus incendit ignem, quo concremata & in cinerem redacta renouatur, & per talem renouationem perpetuo conſeruatur. Sic anima charitatis igne ſuccenſa ac in humilitatis cinere reſoluta, conſeruatur in gratia ac de die in diem per gratiam renouatur.

Simile de cinere.

Anima in humilitate cuſtoditur.

Simile de Phœnice.

Sermo de ſpiritualis mortis progreſſibus.

POST mortem naturæ & gratiæ, vidẽdum eſt de morte culpæ quam vitare debemus, quia eſt deteſtabilis & dãnoſa. Cùm enim *Omnis creatura Dei bona ſit*, ſicut dicitur ad Tim 4 *Deus tamen mortem nõ fecit*, Sapien 1. nec obſtat huic illud quod dicitur, Eccleſ 11 *Bonum & malum, vita & mors à Deo ſunt*, quia illud eſt intelligendum de corporali morte, quam Deus inflixit homini propter peccatum. Vnde Rom 5. *Per hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors.* Mors igitur corporalis, ſc. neceſſitas moriendi pro tanto dicitur eſſe à Deo, quia impedimento mortalitatis oblato, & homine relicto proprijs naturalibus, remanſit homo de neceſſitate mortalis. Mors naturæ, ſcil. neceſſitas moriendi eſt ineuitabilis, vt dictum eſt, ſed mors culpæ eſt euitabilis, & eſt in hominis libertate, ſicut dicitur Eccl. 15. *Ante hominem vita & mors*

Mors culpæ deteſtabilis

Mors corporalis quo modo à Deo

Mors culpæ euitabilis, non ita naturæ.

mors, vita, inquam, gratiæ, & mors culpæ, & propter hoc est culpabilis. Si enim mutari non posset, culpabilis non esset, quia sicut ait Augustinus, *Nemo peccat in eo quod vitare non posset.* Sciendum est autẽ quod hæc mors quãdoq; cõsistit in corde tantum, scil. in cogitatione, delectatione vel consensu. Vnde in persona hominum impiorum dicit, Esa 28. *Percussimus fœdus cum morte:* hoc fœdus committitur in consensu. Quandoque consistit in ore, quando sc. prorũpit in præordinatam locutionem. Dicitur enim, Prou. 18. *Mors & vita in manibus linguæ,* sed quia lingua nostra in lubrico posita est, & per aliam frequenter labimur in peccatum. Ideo dicitur Iacob 3. *Lingua nostra ignis est, vniuersitas iniquitatis: lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis nostræ inflammata à gehenna. Omnis enim natura bestiarum, volucrum, serpentium, & cæterorum nominatium domatur, linguam autem nullus hominum domare potest. Est enim inquietum malũ, plena veneno mortifero.* Et Eccl. 28. ait, *Mors illius mors nequissima, & vtilis infernus potiùs, quàm illa.* Ideò salubriter exhortando dicit, *Aurum tuum & argẽtum tuum confla, & verbis tuis facito stateram, & frenos ori tuo rectos, & attende, ne forte labaris in lingua tua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortẽ.* Quandoq; progreditur ad operationem, sicut dicitur Sap. 1. *Iniustitia autem mortis acquisitio, impij autem manibus & verbis accersierunt illam.* Et ibidem, *Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neq; acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum.* In signum huius triplicis mortis legitur Christus tres mortuos suscitasse, Licet enim innumerabiles suscitasse credatur, de trib. tantũ Euangelistæ faciunt mentionẽ. Puellam suscitauit in domo. Mat. 9. ad designãdũ spiritualẽ suscitationẽ, quã facit quotidie à morte peccati exeuntis interius in affectione. Iuuenem suscitauit in porta. Luc 7. ad designãdũ suscitationẽ à morte peccati prorumpentis in locutionem.

August.

Mors hæc consistit aliquando in corde, scil. cogitatiõe, delectatiõe et cõsensu.

In ore.

Lingua indomabilis.

Ad operationẽ quandoq. progreditur mors illa.

Mortẽ triplicẽ notauit Christus per tres mortuos suscitatos.

Puellam in domo.

Iuuenem in porta.

Lazarum suscitauit in sepulchro, ad significandum suscitationẽ à morte peccati exeuntis in operatione, Io. 11. Quomodo autem progressus peccati serpit, & serpendo procedit, optimè declaratur in primo peccato primorũ parentũ, Gen. 3. *Dixit serpens ad mulierem, nequaquã morte moriemini: scit enim Deus, quòd quocunq; die comederitis, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij scientes bonum & malũ.* Attende quod Deus dixerat assertiuè & cõminatoriè, *quocunq; die comederitis,* &c. mulier addidit verbum hæsitationis, sc. *forte,* serpens cõstanter negauit dicens, *nequaquam moriemini.* Ecce diabolus posuit in quæstiõe, mulier respondit cũ hæsitatione, & ex hoc dedit diabolo viam & audaciã negandi, quod Deus dixerat cum assertione. Nisi enim mulier hæsitasset, nequaquam diabolus verbum Domini negare præsumpsisset. Nisi etiam mulier diabolo, plus quàm Deo credidisset, nunquam pomũ vetitum tetigisset. Sequitur, *Vidit igitur mulier, quòd lignum esset bonũ ad vescendũ,* hoc cognouit ex odoratu, *& pulchrũ oculis,* ecce aspectus, *tulitq; de fructu,* ecce tactus, *& comedit,* ecce gustus & sic completum est in Eua peccatum inobedientiæ, ad quod currẽ multæ deordinatæ circumstãtiæ cõcurrunt. Postmodum dedit mulier viro suo. Ecce iniqua suggestio, qui comedit, ecce Adæ præuaricatio, & sic consummatũ est peccatũ in vtroq;. Ille processus, qui fuit in peccato primorũ parentũ materialiter solet esse in peccato vnius hominis spiritualiter. Nã aspectus est in cogitatione, odoratus in dilectione, tactus in cõsensu, gustus in perpetratione. Aduerte quàm mortiferus est iste fructus, qui non solũ ex gustu infert mortẽ sicut animalia venenosa, verũetiã ex visu, odoratu, tactu & gustu.

Lazarum sepulchro.

Peccati progressus videtur ex 1. peccato primorum parentum.

Eua hæsitauit. [illegible]

Sermo de moriendi modis plurimis.

Sicut ait Sapiens Sap. 2. *Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum,* ideo namque diabo-

diabolus inuidit homini, quia cũ illuc per humilitatem sciuit posse ascendere, vnde per superbiam se nouerat corruisse. Inuidens autem homini tentat tentando deuicit, & deuictum subiecit, ac subiecto inique & tyrannice dominari præsumpsit. Sicut autem Tyrannus impijssimus subiectos suos sine misericordia affligit, opprimit, ac eis exquisita genera mortis infligit, sic diabolus omni tyranno crudelior varijs mortis generibus miseros, quos in seruitutem suã redigit, mori facit. Alios namq; mori facit suspendio, sc. per superbiam. Superbos enim suspendit in altum vanitatis, vt postmodum præcipitet in profundũ miseriæ æternalis, sicut solent facere luctatores, quorum vnus alium eleuat à terra, vt sub pedibus suis deijciat eleuatum, huiusmodum præcipitij prius expertus fuerat in seipso. Nam cum ipse leuari vellet per superbiã, Deus ipsum proiecit in abyssi profundum, sicut dicitur Esa. 14. *Dicebas in corde tuo, In cælum conscendam, super astra cæli exaltabo solium meum, ascendam super altitudinem nubium, & ero similis altissimo. Verumtamen ad infernum detraheris in profundum laci, & antè detracta est ad inferos superbia tua.* Luc 10. dicitur de eodẽ. *Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem.* Sicut igitur diabolũ, quia se per superbiam efferre voluerat, Deus præcipitauerat in infernum, sic ipse tractu consimili conatur homines, primo quidem in altum extollere, vt postmodum præcipitet in profundũ. Exemplum de Achitophel qui de sapientia sua præsumens, videns quod non esset factum consilium suum, quod sc. dederat contra Dauid, suspendio interijt, 2. Reg. 17. Et de Absolõ qui nimia ambitione dominandi succensus patrem suum Dauid de regno fugauit, sicut dicitur. 2. Reg. 18. *quo suspenso inter cælum & terram, mulus cui insederat pertransijt.* De Aman vero Hester 8. De præcipitio verò dicitur, 4 Reg. 9. Quomodo Iezabel præcipitata de fenestra palatij. Et de Ozochia 4 Reg. 1. Cecidit Ozochias per cancellos cænaculi, cui mandauit Helias: *De lecto super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris.* De Antiocho etiã dicitur, 2 Reg. 9. *Superbia repletus, ignem spirans animo in Iudæos, contigit illum impetu euntẽ de curru cadere, & graui corporis collisione membra vexari. Isq; qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus in gestatorio portabatur.* Nota ibi de vilissima morte eius. Vnde bene de superbo dicitur, Iob 18. *Deuoret pulchritudinem cutis eius, & consumat brachia illius primogenita mors.* Pulchritudo cutis est gloria temporalis, per brachia opera designantur, mors autem est peccatum quod animam occidit. Primogenita ergo mors est superbia, quæ est initiũ omnis peccati. Pulchritudinẽ ergò cutis eius, & brachia primogenita mors deuorat, quia iniqui gloriã & operationẽ superbia deuastat. Potuit. n. etiam in hac vita gloriosus existere si superb. nõ fuisset, & operib. poterat Deo cõmendari, nisi elatio præcessisset. Sequitur, *Auellatur de tabernaculo eius fiducia.* De tabernaculo eius fiducia euellitur, quãdo peruersus quisq; qui multa in hac vita parauerat, repẽtina morte dissipatur. Sequitur, *Et calcet super eũ quasi rex interitus.* Quia vel hic vitijs premitur, quæ ad interitũ trahunt eum, vel mortis tempore potestati dæmoniacæ subiugatur. Huius mortis remedium est timor humilians, vel humilitas Deum timens, sicut ait Sap. Pro. 14. *Timor Domini fons vitæ.* id est, vitæ spiritualis initium, vt declinet, & declinare faciat à ruina mortis. Alios peremit diabolus veneno sc. per inuidiã, sicut scriptũ est Sap. 2. *Inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ,* imitãtur illũ qui sunt ex parte illius, quia videlicet, sicut diabolus vir⁹ inuidiæ suæ diffundẽs in homine in toto orbe terrarũ, vt nõ sit qui se abscõdat à calore ei⁹, sic impij intoxicati per eum, & eius imitatores effecti, alios inficiunt inuidẽdo. Primo ergò moriũtur hac

Simile de tyranno.
Mortem suspendij, & præcipitij.
Lucifer superbus.
Achitophel.
Absalon.
Aman suspensus.
Iezabel.
Ochozias.
Antiochus.
Pulchritudo refutatur.
Mortis humilis remedium, humilitas timens Deum.
Veneno alij per inuidiã.

hac peste, sicut dicitur, Iob 5. *Paruulum occidit inuidia.* Glossa. *Paruulus occiditur inuidia, quia nisi inferior esset, de bono alterius non doleret, vel paruus est qui terrena diligit, magnus qui æterna.* Paruus ergò inuidia occiditur, quia nullus hac peste moritur, nisi qui terrena appetit; quæ tota non proueniunt pluribus. Vnde si qua desideramus, illi inuidemus, qui penitus ea accepit, vel partem habendo, quantitatem nobis restringit. Isti autem sic infecti inuidia, & spiritualiter interfecti inficiunt alios, venenum inuidiæ diffundendo, sicut detractores & verborum infamiæ relatores. Contra quos ait Sap. Eccl. 19. *Audisti verbum aduersus proximum tuum, commoriatur in te, videns quoniam non te dirumpet.* Et quia non minùs peccat auditor detractionis, quàm ipse detractor, sicut ait Bernardus. *Detrahere aut detrahentem audire, quod istorũ sit grauius, non facile dixerim.* Ideo dicitur Prouerb. 16. *Indignatio regis, nuncius mortis*, nuncij mortis sunt detractores, qui semper mortem nunciant proximorum, & mortem nunciando etiam audientes occidunt. Contra istos nuncios mortis debet Rex, & quilibet istius, se & omnes sensus suos benè regens indignari, & omnes cum indignatione expellere, vel indignationis & displicentiæ signa monstrare. Sciendum autem quod inuidus dolet de bono alterius, & gaudet de malo, sicut alibi declaratum est. Quantum ad primam speciem inuidorum, sc. reprehendere; Ionas qui de Niniue ciuitatis conuersione dolebat. De quo dicitur Ionæ 4 *Petiuit Ionas animæ suæ, vt moreretur dicens: melius est mihi mori, quàm viuere*, De secũdo scriptum est, Pro. 26. *Sicut noxius est, qui mittit lanceas & sagittas in mortem, ita vir qui fraudulenter nocet proximo suo.* Iste quia gaudet de malo alterius, fraudulentias in malum alterius machinatur, & per vias occultas nocere conatur. De mala morte talium multa exempla legimus in scriptura. Cain per inuidiam perimens fratrem suum Abel, occisus est à Lamech. Genes. 4. Aegyptij dolentes, quia Hebræi in terra sua crescebant & multiplicabantur, nimis timentes ne processu temporis ipsos opprimerent, afflixerunt eos multipliciter, & sibi seruitute durissima subiecerunt sed cum illos fugientes persequerentur, aquæ maris rubri operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, ita quod nec vnus quidem superfuit ex eis, Exod 14. Abimelech qui 70. fratres occiderat, vna mulier iaciens fragmen molę eius confregit cerebrũ, qui ab armigero suo fecit se interfici. Iud. 9 Saul qui cum iniqua inuidia persecutus est Dauid, tandem irruens super gladium suum mortuus est, 1. Reg. 31. Syba filius Bochri concitauit populum contra Dauid, & fugiens in Abelam ciuitatem, vbi putabat se habere refugium, decapitatus fuit ibidem, 2. Reg 20. Accusatores Danielis, iubente Dario rege missi in lacum leonum, continuo sunt à leonibus deuorati, Daniel. 6 & 14. § Alios occidit diabolus gladio, sc. per iracundiam. Vnde dicitur Exod 15. *Dixit inimicus, persequar & comprehendam, diuidam spolia, & implebitur anima mea. Euaginabo gladium meum, & interficiet eos manus mea.* Et Iob 5. dicitur: *Virum stultum interficiet iracundia.* Glossa. *Mansuetudo imaginẽ Dei in nobis conseruat, qui semper tranquillus est, sed ira dissipat quæ multis virtutibus priuat, &c.* Irati & impatientis figuram tenet Ionas, cui irato propter hederam desiccatam, dixit Dominus, *Putas ne irasceris tu super hederam? Et dixit; Benè irascor ego vsque ad mortem.* Cæterùm factum Sampsonis seipsum vt hostis interficientis & occidentis speciem iracundiæ prætendit, De quo dicitur Iudic. 16. *Moriatur anima mea cum Philistijm, vt vlciscar me de hostibus meis, & pro amissione duorum luminum, vnam recipiam vltionem.* Iratus enim sibi nocere desiderat, vt vindicando se ab hostibus, sibi possit inferre manus vel simile nocumentum. Item factum Rasiæ prætendit modum homi-

Inuidi inficiunt alios.

Bernardus

Mortis nũcij sunt detractores.

Cain.

Gladius per iracundiam.

hominis ex impatientia desperati, de quo dicitur, 2. Mach. 14. quod *Nicanor misit milites quingentos, qui eum comprehenderent, cum autem comprehenderetur, gladio se petijt, eligens nobiliter mori potius, quàm subditus fieri peccatoribus, & contra natales suos indignis iniurijs agi, sed dum non certo ictu propter festinationem plagam dedisset, recurrens ad murũ, seipsum præcipitauit in turbas & cadendo venit per mediam ceruicem, cursuque turbam pertransiens, & stans supra petram præruptam, complexus intestina sua vtrisque manibus, proiecit super turbas, & ita defunctus est.* Quamuis autẽ Scriptura Sacra Ionam, Samsonem, & Rasiam computet inter sanctos, eorumq; facta excusentur à sanctis, quantum tamen ad exteriorẽ apparentiam, impatientis iram prætendunt. Sed qualiter impij in sanctos tyrannides exercentes, crudelitatis suæ pœnas modis varijs exsoluerint, in locis innumeris Scriptura Sacra testatur. Verbi gratia de Sisara dicitur Iudi. 4. *Tulit Iahel vxor Abner Cynei clauum tabernaculi, & defixit in cerebrum Sisare, qui soporem morti socians, defecit & mortuus est.* De Sebea & Salmachia dicitur Iudi. 1. *Comprehenderunt filij Israel Adonibezek, cæsis summitatibus manuum eius ac pedum, sicut ipse fecerat 70. regibus, adduxeruntque eum in Hierusalem, & ibi mortuus est.* De Cain qui fratrem suum occidit, & à Lamech occisus est. Gen. 4. De Pharaone, Exod. 14. De Abimelech, qui 70. fratres suos occidit, Iudicum 9. De Ioab, qui licet strenuus miles fuerat, quia tantum duos viros proditiose peremit, iussit Dauid moriens occidi, 3. Re. 2. De Zari qui contra regem Israël pessimum, scil. Hela rebellans occiditur, dicitur 3 Reg. 16. quòd post septem dies seipsum cum domo regia succendit. De Achab pessimo dicitur, 4. Reg. 20. &c. quòd vulneratus in bello, mortuus est vespere, linxerunt canes sanguinem eius in eodem loco, in quo linxerunt sanguinem Naboth, qui ipso Achab dissimulante fuerat lapidatus. De Benadab rege Syriæ, qui multa mala filijs Israel intulerat, quonam modo à seruo suo Osal iugulatus fuit, dicitur 4. Reg. 8. De Ioab rege Iuda qui Zachariam filium Ioiade sacerdotis lapidari fecit, dicitur 4. Regũ 12. qui à seruis suis fuit interfectus. De Antiocho qui multorum viscera torserat, quomodo dirum dolorem viscerum passus, miserabili morte defunctus est, 2. Machab. 9. De Herode impijssimo quomodo ab Angelo percussus, consumptus à vermibus expirauit, Actuum 12. His omnibus exemplis ostenditur, quomodo impij impiam vitam agentes diabolo procurante, & Deo iustè permittente, diuersa diræ mortis genera patiuntur. Huius mortis remedium est patientiæ lenitas, sicut ait Psalm. *Non moriar, sed viuam: castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me*, 2. Machab. 6. *Cùm à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores, propter timorem autem tuum hæc patior.* De patientia require suprà de morte gratiæ quinto gradu, §. Alij submergnntur per auaritiam, temporalia namque fluunt & refluunt sicut aquæ. Vnde sicut in flumine habet homo quandoque aquam vsque ad talum, quandoq; vsq; ad genua, quandoque vsque ad renes, quandoque vsque ad collum, plerumque totus immergitur, sic aliquando amor temporalium non plus tangit hominem, quam aqua tangens talum eius. Vnde de re, quæ nihil aut parum curatur, solet dici: hoc non tangit talum meum, quasi quis diceret, parum afficior, vel non curo. Aliquando amor temporalium pertingit vsque ad genua quasi plus aliquantulum appropinquans ad cor hominis, sed à Deo longè distans, quod non est periculum submersionis, vel deordinatæ affectionis. Aliquando peruenit vsque ad renes, scilicet vsque ad delectationem, quia in temporalibus affectio delectatur tamen citra DEVM, aliquando peruenit aqua vsque ad guttur, & tunc est homo in magno periculo,

Mortis iræ remediũ est patientiæ lenitas.

Flumina.

Auaritia.

lo, quando in temporalibus delectatur, & nimis occupatur, & inordinatè afficitur. Sed sicut natans euadere potest, nec totaliter desperat, quo vsque caput eius emergatur, sic in proposito, quando totus homo immergitur in terrenis, iam non est spes euasionis, propter quod Psalm. exclamat: *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi; & non est substantia.* Sic etiam beatus Petrus cum adiutorio gratiæ diuinæ ambulans super aquas, videns ventum validum venientem timuit, & cum cœpisset mergi, clamauit dicens, *Domine saluum me fac.* Matthæi decimotertio. In hoc facto beatus Petrus tenet figuram eorum, qui diuinæ gratiæ manutenentia siccis pedibus ambulant super aquas, scilicet intactis cordis affectionibus, quasi pedibus non tangentes imò potius conculcantes illæsi pertransierunt, quamdiu non sibi sed DEO gloriam tribuentes, ad Christum venire contendunt. Sed videns Petrus ventum, scilicet tentationis impulsum timuit, quia non est de proprijs viribus inter fluctus pelagi præsumendum, sed diuinum auxilium est obnixius implorandum. Et cum cœpisset mergi clamauit, quòd non vltimum submersionis periculum expectandum est, sed in ipso principio, quàm cito aduertit homo periculum, diuinum præsidium est petendum. Ait enim Apostolus, 1. ad Thimot. sexto. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & in desideria multa.* Multa sunt inutilia, & nociua, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. In signum huius dicitur Exodi septimo, quod Moyses ex præcepto Domini percussit aquam fluminis, quæ versa est in sanguinem, & pisces qui erant in flumine mortui sunt, per quod

Petrus figura eorum, qui diuina gratia adiuuantur.

voluit Dominus designari, quod aqua fluminis Ægypti, scilicet transitoria huius mundi conuertuntur in sanguinem, scilicet mortem eorum qui inordinatè ea diligunt, & pisces qui in ea erant, mortui sunt, scilicet qui in eis conuersantur, & nutriuntur ex eis. Item aqua conuertitur in sanguinem, quando cupiditas temporalium conuertitur in crudelitatem quod sæpissime contingit. Cupidi namque fiunt impij, immisericordes, fraudulenti, calumniosi, fures, raptores, crudeles, & pauperum oppressores. Electorum & reproborum differentiam quantum ad vsum temporalium, mirabiliter ostendit DEVS in diuisione maris rubri, Exodi decimoquarto, vbi dicitur, quòd *aquæ operuerunt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, nec vnus quidem superfuit ex eis; filij autem Israel transierunt per medium sicci maris, & aquæ eis erant pro muro à dextris, & à sinistris: & viderunt Ægyptios mortuos super littus maris.* Ecce aquæ sunt electis pro muro defensionis, quæ reprobis sunt causa perditionis. Quod autem sint Electis pro muro defensionis, docet Tobiæ quarto dic. *Quomodo potueris, ita esto misericors.* Sequitur, *Eleemosyna à peccato & à morte liberat, nec patietur animas ire in tenebras*, ecce murus à sinistris. Sequitur, *Fiducia magna coram Deo summo, est Eleemosyna.* Et parum antè dicitur: *Præmium bonum thesaurizas tibi in die necessitatis.* Ecce murus a dextris. Quod verò reprobis sint causa perditionis, patet per multa exempla. Achor qui tulit de anathemate Hiericho lapidauit eum omnis populus, & omnia quæ eius erant igne consumpta sunt, Iosue septimo. Adolescens qui putauit se Dauid prospera nunciare, & per hoc munera reportare, dicendo se Saul occidisse, iubente Dauid occisus est, 2. Regum. Similiter accidit duo-

Aquæ in sanguinem quomodo.

duobus latronibus, qui caput Hysboseph filij Saul, quem occiderant, tulerunt ad Dauid, 2. Regum 4. Ananias & Sapphira vxor eius quia de pretio agri venditi fraudauerunt, ad increpationem Petri subitò mortui ceciderunt, Actorum quinto. Diues ille, cuius agri fructus vberes attulerunt, cum cogitaret destruere horrea sua, & maiora facere, raptus est citiùs quàm credebat, dicente sibi Domino: *Stulte hac nocte rapient dæmones animam tuam à te; quæ autem parasti, cuius erunt?* Lucæ duodecimo. §. quinto. Alij cruci affiguntur per acediam. Est autem accidia, tristitia quædam cor aggrauans ne aliquid agere libeat. Vnde reddit hominis membra quasi paralytica, ad omne opus bonum immobilia, sicut in homine cruci affixo manus & pedes affixi sunt, & immobiles ad motum operis cuiuscunque. Vnde Ecclesiastic. vigesimonono dicitur, *multos occidit tristitia.* Et trigesimooctauo. *A tristitia festinat mors, & cooperit virtutem.* Distingue tantum de tristitia, sicut distinguit Apostolus. 2. Corinthior. 7. *Quæ secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Sæculi autem tristitia mortem operatur.* Acediosus ergò etiam si videatur viuere, tamen mortuus est, sicut dicitur Apocalypsis tertio: *Nomen habes quod viuas, & mortuus es.* Ideò sequitur: *Esto vigilans, & confirma cætera quæ moritura erant. Non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo.* §. sexto. Alij viui sepeliuntur per ingluuiem. Vnde ait Hieronymus: *Vile sepulchrum rationis est ebrietas.* Psalm. *Sepulchrum patens est guttur eorum.* Vnde sepulchrum patens, ex quo fumi & fœtores exhalant, sicut de cadaueribus mortuorum: nec mirum, quia sicut ait Apostolus, 1. ad Tim. 5. *Vidua quæ in delicijs est viuens, mortua est.* Et Romanorum octauo. *Si secundùm carnem vixeritis, moriemini.* Mortem esse in talibus, verè possumus exclamare cum filijs prophetarum 4. Regum 4. *Mors in olla, vir Dei; mors in olla.* Nam pocula delicata conuertuntur in absinthium, & cibaria in venenum. Mirabile est, quòd homo nullo modo scienter gustaret aliquid, vnde sciret se mortem incurrere corporalem, vtinam ita sollicitè sibi cauerent homines ab his gustandis quæ mortem inferunt spiritualem. Vnde Iob sexto. *Nunquid gustare potest, quod gustatum affert mortem?* Attende quod Philistæos pariter epulantes Samson concussis columnis domus oppressit, & mortui sunt vtriusque sexus tria millia, Iudicum decimosexto. Filijs Iob bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, ventus vehemens irruens a regione deserti, concussit quatuor angulos domus, & oppressit eos, & mortui sunt, Iob. secundo. Balthasar in conuiuio vidit digitos manus scribentis in pariete: *Mane, Thecel, Phares*, & in ipsa nocte interfectus est, & regnum eius translatum est ad Medos & Persas, Danielis quinto. Terribile exemplum est de diuite epulone, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendidè, qui mortuus, sepultus est in inferno. Lucæ decimosexto § 7. Alij incendio comburuntur, scilicet per luxuriam. Luxuria enim est ignis vsque ad consummationem deuorans, hoc igne luxuriosi comburuntur, sicut patet Genesis decimonono. De hoc incendio ait beatus Iacob. [Vnusquisque tentatur, à concupiscentia sua attractus & illectus. Concupiscentia verò cum conceperit, parit peccatum; peccatum verò cum consummatum fuerit opere, vel consensu, generat mortem.] Nota de filio prodigo,

[left margin:] Alij affiguntur per acediam.

[left margin:] Alij viui sepeliuntur per ingluuiem.

[right margin:] Incendio comburuntur sc. luxuria.

digo, qui consumpsit omnia sua viuendo luxuriosè, de quo dixerat pater quod mortuus fuerat luxuria, sed reuixit per pœnitentiam. De mala etiam muliere dicitur, Prouerb. 5. *Inclinata est ad mortem domus eius, & ad inferos gressus illius penetrant.* Item Eccles. 7. *Inueni mulierem morte amariorem, quæ laqueus venatorum est: sagena cor eius, vincula sunt manus illius, qui placet Deo, effugiet illam.* Nam Sichem filius Emor, qui Dinam filiam Iacob oppressit, interfectus est cum toto populo ciuitatis, Genes. 34. Ammon qui Thamar sororem Absolon oppressit, in conuiuio occisus est, 2 Regum 13. Quia populus Israël fornicatus est cum Madianitis, præcepit omnes principes suspendi in patibulis. Et Numer. 25. Phinees Hebreum, qui ad scortum intrauerat, occidit simul cum illa muliere.

Sermo de signis mortem monstrantibus, corporalem & spiritualem.

Medici vtũtur signis prognosticis. POstquam distinximus diuersos modos moriendi spiritualiter, videnda sunt signa quædam prognostica morituri. Solent medici in acutis ægritudinibus vti signis prognosticis, quæ secundum Hippocratem documenta vitæ nostræ sunt indicatiua, vel mortis. A corporalibus igitur ad spiritualia transeuntes, modis similibus indicemus in homine mortem culpæ §. 1. Primum

1 *Gustus deordinatio.* signum mortis prognosticum est gustus deordinatio, quando scilicet æger appetit quæ nocent, & reijcit quæ iuuarent. Infirmi filij Israel spreta diæta, quam cælestis medicus eis induxerat, petunt carnes flendo coram Moyse, dicentes, Num. 11. *Quis dabit nobis ad vescendum carnes? recordamur piscium*, & sic de alijs. *In mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porri, cepe, & allia; anima nostra arida est: nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi manna.* Impleuit autem Dominus petitionem eorum mittens eis coturnices in multitudine copiosa, sed in malum ipsorum. Nam sequitur, *Adhuc erant carnes in dentibus eorum, nec defecerat huiuscemodi cibus, & ecce furor domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis, mortui ergo sunt in sepulchris concupiscentiæ.* Est igitur mortis signum, abiecta sobrietate & ieiunio, carnalibus vacare delicijs. Vnde Iob 6. dicitur: *Nunquid potest comedi insulsum, quod non est sale conditum? aut gustare potest quis, quod gustatum affert mortem?* Quotiens enim ciborum cruditas vitalia deijcit, infirmat stomachum, corrumpit sanguinem, vitiat colorem, accendit coleram, febris inducit incendium, totiens æger perdit animam. Illicitis fertur desiderijs, salutaria respicit, appetit contraria, & noxia sibi quærit. Aduertendum est autem, quanta sit fatuitas, imò insania talium: & quanta deordinatio appetitus, qui vilissimos cibos appetunt, cucumeres scilicet & pepones, porros, cepe & alia, cibum tam cælestem fastidiunt, habẽtem in se omne delectamentum, & omnem suauitatem. Vnde bene verificatur in eis illud Psalm. *Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsque ad portas mortis*, tales fastidio moriuntur §. 2. Se-

2 *Digestiua defectio.* cundum signum mortis, est digestiua defectio, quando scilicet æger non potest cibum siccare vel sumptum retinere vel retentum degerere, hoc autem prouenit ex defectu caloris naturalis, & humidi radicalis. Nam conseruatio vitæ consistit in calido & humido. Vnde quanto calor magis minuitur & humor desiccatur, tanto citius necesse est vitam deficere patiẽtis. Et sicut prima digestio fit in stomacho, secũda in hepate, tertia in singulis membris,

membris, digeſtiua tantum virtute per calidum & humidũ operante. Sic quando mente fuerit calidum dilectionis, & humidum deuotionis, ſufficiens habetur digeſtio, per quam vita animæ conſeruatur. Nam ad ea quę Dei ſunt, apponit memoriam & recordationem; ecce digeſtio prima in ſtomacho: memoriæ voluntas apponit affectionem, ecce digeſtio in hepate; membra verò ſingula prout eis congruit, actionem, ecce digeſtio in membris, & ſic per calidum dilectionis, & humidũ deuotionis, triplicis digeſtionis bonitas declaratur. Cùm autem diminuitur calor dilectionis vel deficit, ſignum eſt mortis ſpiritualis. Quia ſicut corpus ſine anima mortuum eſt, ſic anima ſine charitate mortua deputatur. Ideò 1. Ioan 3. dicitur: *Qui non diligit, manet in morte.* Similiter deficiente humore dilectionis, deſiccatur homo, & neceſſe eſt eum languere, dum viuit, & deſiccari iugiter & mori. Omne enim opus cenſetur vt mortuum ſi ſpiritu deuotionis non fuerit animatum, bonum enim opus ex viſibili conſtat actione & inuiſibili deuotione, ſed inuiſibilis deuotio eſt ſicut ſpiritus viſibilis aut actio ſicut corpus. Sicut ergò corpus viuit per animam viuificantem, ſic & opus per deuotionem interius operantem. Recedente ſiquidem anima corpus expirat, moritur & marceſcit, & ceſſante deuotione opus moritur & areſcit, & miſer homo velut humore deficiente tabeſcit. Vnde bene in perſona talium lamentabiliter conquerendo loquitur Bernardus ſic: *Quomodo aruit cor meum, coagulatum eſt ſicut lac, factum eſt ſicut terra ſine aqua, nec compungi ad lachrymas queo. Tanta eſt duritia cordis mei, non legere libet, non orare delectat, meditationes ſolitas non inuenio, vbi inebriatio ſpiritus, vbi mentis ſerenitas, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto? Ideò ad opus manuum piger, ad vigilias ſomnolentus, ad iram præceps, ad odium pertinax, linguæ & gulæ indulgentior. Heu omnes montes in circuitu meo viſitat Dominus, ad me autem non appropinquat. Quid me aliud autumem, quam vnum ex montibus Gelboe maledictis, quem petierit in ira & in indignatione ſua ille, cæterorum omnium benigniſſimus viſitator.*

§. 3. Tertium ſignum mortis, eſt vultus immutatio, vultum habet ſibi ſimilem, qui cuſtodit priſtinam honeſtatem, & vultus immutatio eſt honeſtatis deſertio. 3. *Vultus immutatio.* Nam eò quod deuotio interius non habetur, ſtatim exterius honeſtatis conuerſatio non ſeruatur. Attende quod ex decore conſcientiæ emanat decor conuerſationis honeſtæ. Sicut docet Bernardus, qui ait, *Cum decoris claritas intima cordis repleuerit, prodeat foris neceſſe eſt, quaſi lucerna latens ſub modio, imò lux in tenebris lucens, latere neſciens. Porro effulgentem, & veluti quibuſdam radijs erumpentem mentis, ſimulachrum corporis excipit, & diffundit per membra & ſenſus, quatenus inde omnis reluceat actio, ſermo, aſpectus, inceſſus & riſus, ſit tamen riſus mixtus grauitate & plenus honeſtate* Sic è contrario de interiore deordinatione conſcientię, inordinata exterioris conuerſationis erũpit. Vnde de talibus poteſt intelligi illud Hier. 9. *Deſcendit mors per feneſtras noſtras.* In mutatione faciei perpendit ſignum mortis, ſi habeat æger nares acutas, oculos concauos & obſcuratos, aures contractas & frigidas. Nares habemus acutas, cùm relictis his quæ circa nos ſunt, aliorum vias, facta dictaq; perquirimus per ſubtiles & curioſas, non tamen neceſſarias, nec multum probabiles coniecturas. Nã qui conſcientiæ ſuæ negligens eſt perſcrutator, alienæ ſolet eſſe curioſus explorator. Oculos habemus concauos, cùm ea quæ diſſimulare videmur, profundiùs intuemur: hi ſunt oculi qui vident quaſi non videant; & diſſimulantes quæ diſplicent, in cordibus ſuis malitiosè reſeruant, donec tempus opportuunum inuenerint quod expectant. Obſcuros & caligantes oculos habent, qui nec vitæ ſuæ conſiderant breuitatem, nec mundi pericula, nec peccati vilitatem,

tem, nec offensæ grauitatem, nec diuini iudicij seueritatem, nec gehennæ acerbitatem. Vnde scriptum est Eccles. 9 *mortui nihil nouerunt amplius*. Aures habent frigidas, surdas, & contractas, qui nec molliuntur dulcedine verbi Dei, quia frigidas habent aures: nec obliuiscuntur iniuriæ sibi factæ, quia contractas. correctiones, aut exhortationes vilipendunt audire, quia surdas. Talibus dicit Dominus Ioan. 8. *Moriemini in peccatis vestris*, & sequitur ratio, *qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis*, hoc autem est signum reprobationis, sicut scriptum est 1. Regum 2 de filijs Heli, *non audierunt vocem patris sui, quia voluit Dominus occidere illos*. Vnde secundùm Bernardum Nonnullos interdum audientes inuenies, ac si nihil ad eos pertineant quæ dicuntur, non intrare cor suum, non discutere mores suos, non cogitare; ne fortè quod audiunt, dictum sit propter eos; magis autem, si sermo Dei viuus & efficax, qui suo, & non eius qui loquitur arbitrio, fertur quocunque voluerit, si vnquam aduersus vitia sua processerit, quibus illi se sentiunt obligatos, dissimulant, auertunt oculos cordis sui, & qualibet adiunctione pallíant facta sua, & seducunt miseri semetipsos. In his salutis signa non video: magis autem vereor, ne fortè propterea non audiant verba Dei, quia ipsi non sunt à Deo, propterea igitur non habent vitam, quia non recipiunt verbum vitæ, sicut è contra dicit Saluator, Ioan. 5. *Qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transit de morte ad vitam*: Et ibidem: *Venit hora quando mortui*, sc. in peccatis, *audient vocem Dei; & qui audient, viuent*. Item Ioan. 8. *Si quis sermonem meum seruauerit, mortẽ non videbit in æternum*. Et sic patet ex prædictis, quòd immutatio vultus dignoscitur, quando calor nigrescit, visus tenebrescit, auditus surdescit. §. 4. Quartum signum mortis est, inæqualitas pulsus, pulsus est inæqualis, cuius percussio variatur, siue in quantitate, quando sc. modò paruus, modo magnus, siue in motu, modò velox, modò tardus, modò spissus, modò rarus. per cuius inæqualitates prædictas mortis indicium declaratur. Pulsum diffiniunt medici, motum esse cordis in arterijs resultantem, quæ à corde incipiunt, aerem continentes, spiritumque vitalem: propter hoc indicat dispositionem cordis, sicut & speculum mentis refulget in verbis, & corporis motus exteriores. Vox quædam esse dignoscitur hominis nostri interioris per signa quædam exterius apparentia. Motus cordis debet esse regulariter vniformis. Inæqualitas verò pulsus in motu cordis inæqualitatem demonstrat, inæqualitas illa pulsus inconstantiam probat peccatoris, inquietudinem carnalis desiderij & humani affectus, hæc est mulier vaga quietis impatiens, sed vbique insidijs apprehensum iuuenem, ducit in mortem, Prouerb. 7. Ergo secundùm consilium Sapien. Prouerb. 5. *Ne intenderis fallaciæ mulieris, pedes eius descendunt in mortem, vagi sunt gressus eius*, quia sicut corpus pedibus circumfertur, sic animus à carnali desiderio circumducitur. Sicut dicitur ab Augustino, *Non mouetur anima pedibus, sed affectibus*. Vnde humanus animus sequẽs appetitum, quietus esse non finitur, sed de vno in aliud semper tendit, & vnum post aliud successiue fastidiens, auiditate maiori ad aliud, quod prius fastidierat, redit. propter hoc enim cordis affectus de vno ad aliud euagatur, quia in nulla re creata sufficiens delectatio inuenitur. Dicuntur enim gressus eius inuestigabiles, quia nullus explicare posset, quam variæ, quam multiplices sint humanorum affectuum passiones. Assimulabatur enim affectus pulsui, qui

4. Inæqualitas pulsus.

qui modò magnus, modò paruus, motus velox, modò tardus. Nam partim ex propria vanitate, partim ex propria iniquitate, modò diligit, modo odit, nunc intenditur, nunc remittitur, & nunc celeriter ad diligendum, quod malum est, præuenit iudicium rationis, nunc tardus ad diligendum quod bonum est, non potest trahi tribulationibus, aut exemplis, præceptis, consilijs, comminationibus aut promissis. §. 5. Quintum signum est inquietus somnus, & non congruo tempore sumptus. Dicitur enim somnus esse laudabilis, quando nec noctem effugit, nec diem impedit, improbatur autem contrario modo sumptus. Dormit ergò non congruo tempore, qui dormit de die, vigilatque de nocte. Cùm ergò per diem prosperitas, per somnum negligentia designatur, morti vicinus est, qui tempore saluti suæ congruo negligit semetipsum. Ideò clamat Psalm. *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus: præualui aduersus eum.* Fac ergò secundum consilium Apostoli, Ephes. 5. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* §. 6. Sextum signũ mortis est sudor inordinatus, si fuerit non die critico, & particularis, non ex toto corpore, sed ex aliquo tantùm membro, si fuerit frigidus, si non ex eo fortior effectus sit, aut liberatus ægrotus. Sudoris purgatio, peccatorum confessio, crisis iudicium Sacerdotis. Subijcitur ille morti, qui non vult aut dissimulat propria peccata confiteri. Nam teste Sapien Ecclesiast. 17. *A mortuo quasi non si, perit confessio.* Aperiantur ergò pori, profluat sudor ex membris singulis, id est, fiat confessio generalis, tam de peccatis generalibus, quàm de circumstantijs aggrauantibus. Tunc autem est sudor laudabilis, quando post confessionem criminis sequitur bonæ operationis effectus, alioquin qui baptizatus a mortuo, & iterum tangit mortuum, quid prodest lauatio eius, Ecclesiast. trigesimoquarto cap. Fit autem sudoris euacuatio, sed non laudabilis, & quasi non in die critico, cùm peccatum tuum iactas vel accusas coram socijs, quod confiteri non vis, vel non audes, in facie Sacerdotis. Iactantiam dixerim, cùm non solum de bono, si quod fecisti, te iactare præsumis, sed quod longè deterius est, cum te minoris pudet esse decoris, quo maiora cognoscis, vel audis flagitia sociorum, & ne tua te reddat innocentia viliorem quod non fecisti, fecisse tu fingis, vel è contra, vt humilis appareas superbissimè inanissimè confiteris, confessione tanto periculosius noxia, quanto subtilius vana, cùm non quæris humilis esse in conspectu Dei, sed coram hominibus reputari. Sudor etiam frigidus imò quasi gelidus est mortalis, cùm non ex amore, sed timore seruili potius confiteris, vel sudor gelidus est confessio sine contritione. Cùm enim detestaris peccatum, & te peccasse doles, sed non sufficienter doles de præterito, nec caues de futuro, talis sudor est frigidus, nec peccatum delet, sed ex præsumptione diuinæ misericordiæ & veniæ consequendæ, miser remanet in peccato, sicut ex sudore frigido creaturæ se credens, assumit confidentiam euadendi, hoc est peccatum ipsum præsumptionis, cuius exemplum habemus Hieremiæ vigesimo cap. de Sacerdote, qui populo promittebat securitatem. Cui Hieremias ait: *In Babylonem venies, & ibi morieris.* §. 7. Septimum signum mortis, est fœtoris exhalatio, quando enim fœtet ægrotus, signum est quod corpus iam resoluitur, & anima iam non potest reti-

5 Somnus inquietus.
6 Sudor inordinatus.
Sudor laudabilis quando.
7. Fœtoris exhalatio.

retinere nec regere corpus suum, sic diffusio infamiæ & impudentiæ delinquendi signum est mortis. Vnde de talibus dicitur Hierem. 6. *Confusi sunt qui abominationem fecerunt: quinimò confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt.* Vulgò dicitur, quòd quando vir honestus & verecundus tempore sanitatis non curat vel non verecundatur coram hominibus denudari, signum est mortis. Sic quando negligit homo famam suam, & non curat, vel dissimulat suam infamiam publicari, signum est pessimum. De talibus ait Sap. Prou. 2. *Qui lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis, quorum viæ peruersæ, & infames gressus eorum.* De hoc intelligi potest illud Ioan. 11. *Dixit Martha soror eius, qui mortuus fuerat: Domine, iam fœtet.* §. Octauum signum est loquelæ amissio, quando sc. homo perdit verbum confessionis & diuinæ laudis. De primo dicitur, Eccl. 17. *A mortuo,* sc. in peccatis, *quasi nihil sit, perit confessio.* Item Psalm. *Non est in morte.* peccati sc. *qui memor sit tui, In inferno autem,* id est, in profundo vitiorum, *quis confitebitur tibi?* q. d. nullus. Ideo Sapiens dat sanum & salubre consilium Eccl. 17. *Sanus & viuus confiteberis.* Multi namque sicut pluribus exemplis & pluries compertum est, quia in sanitate sua, oportunitate habita cōfiteri contēpserunt: hora mortis aut nō voluerunt, aut non potuerunt confiteri, iusto iudice Deo non eis concedente gratiam aut facultatem confitendi. De secundo, id est, de verbo diuinæ laudis ait Psalm. *Non mortui,* sc. in peccatis, *laudabunt te Domine,* & si laudauerint, Deus tamen non approbat. Quia sicut dicitur Eccl. 15. *Non est speciosa laus in ore peccatoris.* Sequitur, *neque omnes qui descendunt in infernum,* id est, in profundum vitiorum, quia *impius cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit,* Prouerb. 18. Sed contra clamat Psalm. *Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini.* §. 9. Nonum signum mortis est memoriæ obtusio, quando sc. homo prorsus amisit memoriam, signum est euidentissimum mortis eius. Sic quando miser oblitus est diuina beneficia. Sicut ait Psal. *Non est in morte qui memor sit tui.* Ecce quomodo mors peccati aufert memoriam. De hoc etiam in Psalm. in persona Domini de peccatorum misera obliuione conquerentis ait: *Obliuioni datus sum, tanquam mortuus à corde.* Attende diligenter miser homuncio, quòd non solùm mortuus es peccato, sed & Christus mortuus est in corde tuo, quia non tantum temetipsum interimis, quinimò Christū, quantum est de tua peruersa voluntate, denuò crucifigis. Signanter autem sequitur propheta Dauid, *Mortuus à corde,* non in corde. Iusti namque iugem Dominicæ passionis memoriam retinentes Christum passum & mortuū in cordibus suis habent. Impij verò Christi memoriam non habentes, ipsum à suis cordibus expulerunt. Vnde Christus mortuus est à corde talium, quasi prorsus expulsus. Sequitur Psal. ad diuinorū beneficiorū memoriam semetipsum excitans ait: *Surge anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi, quia eripuit animam meam de morte.* Nec solùm perdit homo memoriam Dei, & omnium aliorum extra se, verùm etiam suiipsius. Sicut patet de filio prodigo, qui in regionem longinquam perhibetur abiuisse, quia procul à semetipso dignoscitur recessisse, qui etiam pro tempore quo memoriam sui perdiderat, mortuus affirmatur, sed recuperata miseriæ suæ memoria viuere nūcupatur, *Mortuus,* inquit *fuerat, & reuixit,* Luc. 15. §. Decimum signum est quando cessat motus, quando scil. homo non potest mouere manum, pedem, vel aliud membrum corporis, signum est mortis. Sic anima quando nō mouet seipsam, nec corporis sui membra, mortua est, quia defecit in ea motus bonæ operationis. Cùm enim fides

8. *Loquelæ amissio.*

Memoriæ obtusio.

10. *Cessatio motus.*

sit vita animæ, sicut dicitur Abacuc primo cap. *Iustus ex fide viuit. Fides autem si non habeat opera, mortua est in semetipsa*, Iacob. 2. cap. Sic & anima quæ se non mouet ad opera, mortua est §. 11. Vndecimum signum est, quando deficit anhelitus. Vnde volentes scire de aliquo, vtrum sit mortuus, ponunt plumam ante os eius & nares, vt videant, si pluma moueatur, quia si non mouetur, certum est ipsum esse mortuum, quia non inspirat aërem, nec expirat. Ita spiritualiter mortuus est, qui non inspirat spiritum per desiderium attrahendo, nec expirat petendo in oratione, quærendo in meditatione, siue confessione, pulsando in operatione. Vnde Psalm. *Os meum aperui, & attraxi spiritũ.* Mortuus est ergò, qui interdum os non aperit ad spiritum attrahendum. Vnde de filio mulieris matrisfamilias, quæ Heliam in hospitio suo receperat, dicitur 3. Regum 18. *Erat languor fortissimus, ita vt non remaneret in eo anhelitus*, hoc est, peccatum desperationis, de quo Prouerb. 11. cap. *Mortuo homine impio, nulla erit spes vltra de eo.* Exemplum de Iuda, qui desperans laqueo se suspendit. Matthæ. 27. Exemplum etiam de Saul, qui desperans seipsum occidit, 1. Paralip. 11. *Mortuus est Saul propter iniquitates suas.* Signanter autem dicitur *propter iniquitates suas*, quia ex peccatis præcedentibus oritur desperationis flagitium. Istud peccatum est grauissimum, quia directè contrarium est pietati diuinæ. Vnde plus peccauit Iudas desperando quàm Christum tradendo, quia Christi traditio non fuisset irremissibilis, nisi desperatio subsecuta fuisset. §. 12 Duodecimũ signum mortis est, quando deficit tactus. Tactus enim inter omnes sensus primus est via generationis, & vltimus viæ resolutionis. Vnde tactus potest esse sine alijs, sed non è contra. Quando igitur homo perdit prorsus sensum tactus, certum est illum esse mortuum. Spiritualiter autem loquendo, tactum amisit homo per peccatum obdurationis, quando videlicet non sentit nec dulcedinem diuinæ consolationis, quantum ad gustum: nec verbum exhortationis seu correctionis, quantum ad auditum; nec considerat vel recogitat diuinæ remunerationis beneficia, quantum ad visum; nec exempla sanctæ conuersationis Christi & sanctorum, quantum ad odoratum: nec flagella diuinæ correctionis, quãtum ad tactum. Vnde scriptum est 1. Cor. 25. *Indicauit Abigail Nabal omnia verba quæ audierat à Dauid, & mortuum est cor eius intrinsecus, & factum quasi lapis.* Est enim videre quosdam homines obduratos, qui nec verbis, nec verberibus corriguntur, sed potiùs obdurantur. Tales sunt similes Pharaoni, quem Dominus peccatis suis exigentibus obdurauit, & ideò misericordiã non inuenit, sed ipse cum exercitu suo malè perijt in profundo. Vnde Bernardus ad Eugenium: *Nemo duri cordis salutem vnquam adeptus est, nisi forte miserans Deus abstulerit ab eo cor lapideum, & dederit ei cor carneum.* Quid ergò cor durum? ipsum est, quod nec compunctione scinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur, ingratum est ad beneficia, ad consilium infidum, ad iudicia temerarium, inuerecũdum ad turpia, impauidum ad pericula, inhumanũ ad humana: præteritorum obliuiscens, præsentium negligens, futura non prævidens. Ipsum est, in quo præteritorum præter solas iniurias, nihil nõ præterit, præsentium nihil non perit, futurorum nulla, nisi forte ad vlciscẽdum, prospectio siue præparatio est. Et vt in breui cuncta horribilis mali mala complectar, ipsum est quod nec Deum timet, nec hominem reueretur.

(t)

De iudicio vniuersali. & quomodo iudicabuntur singuli, habentes officia.

Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui. Ps.118.

Iudicium duplex quare.

1. QVilibet homo & est persona singularis, & est pars totius generis humani. Vnde duplex iudiciũ ei debetur. Vnũ singulare, quod de eo fit post mortem, quando recipit iuxta ea quæ gessit, quamuis non totaliter, sed quoad animam tantum, quia interdum de vno disponitur ad vtilitatẽ aliorũ aliter, quam manifesta opera eius exigere videantur vt dicitur Heb.11. Non acceperũt repromissionem a Deo pro nobis aliquid melius prouidente, vt non sine nobis consummarentur.
2. Aliud iudicium dicitur esse de eo, secũdùm quod est pars totius generis humani. Sicut quis iudicare dicitur secũdum iustitiam humanã, quando etiam datur iudicium de cõmunitate, cuius ipse est pars.

Iudicium vniuersale cur.

Vnde & tũc quãdo fiet vniuersale iudicium totius generis humani, per vniuersalem separationem bonorum a malis etiam quilibet iudicabitur, quia pœna quæ ante iudiciũ completè inflicta non fuerat, in vltimo iudicio cõplebitur, per quam impij cruciabuntur, quoad animam & corpus simul cõpleto in pœnis numero damnatorũ, qui quanto cũ pluribus ardebunt, magis ardebunt. Et boni amplius præmiabuntur, tum ex gloria corporis adiuncta, tũ ex numero sanctorum completo.

Iudicium sæpe cogitandum.

Ideò sæpè illud recogitandũ.

1. propter causæ iniquitatem.

Primo, propter causæ iniquitatem, sicut citatus non habens causam iustam, valdè cogitat de iudicio, quod expectat. Coram Deo autem nemo iustificatur, Psalm. *Non intres in iudicium*, &c. tum propter veritatis manifestationem, quia omnia erũt aperta.

2. propter iudicis æquitatem.

Secundo, propter iudicis æquitatem, quia æqualiter omnes iudicabit, Sap.6. *Iudicium durissimum in his, qui præsunt, fiet*, &c. Prouer 6. *Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ*, &c. Eccl. vlt. *Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum sit.*

3. propter iudicij firmitatem.

Tertio, propter iudicij firmitatem, quia non poterit ab eius iudicio appellari, cùm non habeat superiorem in iudicio. Ioan.5 *Pater omne iudicium dedit filio*, itaque ad ipsum patrem nõ potest appellari, Oseæ 5. *Audite sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus Regis auscultate, quia vobiscum iudicium est.* Matth.25. *Congregabuntur ante eum omnes gentes.*

Deus terribilis contra peccatores per exempla varia.

Quàm verò terribilis sit Deus contra peccatores, patet in eiectione angelorum peccantium de paradiso, cum principe eorum Lucifero, de quo Isa.14. & 2.Pet.2. *Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni, detractos in Tartarum tradidit cruciandos.* Item in sententia lata contra Adam & Euam, eijciendos eos de paradiso terrestri, Gen.3. In diluuio, in quo omnes homines mortui sunt, exceptis octo, Gen.7. In quinque ciuitatibus submersis, Gen.19. In primogenitis Aegyptiorum interfectis. Ex.12. In Pharaone multipliciter flagellato, & demum in mari submerso, Ex 14. in Amalech, cuius memoriam deleuit, Ex.17. In duobus filijs Aaron ab igne deuoratis, Leuit.10. In blasphemo lapidato, Leuit,23. In populo deuastato post carnes comestas, Numer.11. In Maria lepra percussa, Num.12. In colligente ligna lapidato, Num 15. In Dathan & Abiron à terra deuoratis, & 250. viris thuribula in manu habentibus, vt offerrent sacrificium cum Core eorum duce, igne de cælo descendente peremptis, Num.16. In Moyse & Aaron ad aquas contradictionis, quibus dixit Deus, quòd propter incredulitatem nolebat eos ingredi terram promissionis, Num.20. & finaliter in sexcentis millibus virorum, quorum nullus intrauit ter-

terram promissionis præter duos, Iosue & Caleb, sicut minatus fuerat Dominus, Num. 14. In serpentibus immissis deuorantibus populum, Numer 25. In Achor cum tota familia occiso, Iosu. 7. In extermino populi Israël, in quo mortui sunt duabus vicibus 40000. virorum gladio, & tribus Beniamin propter peccatum Gabaonitarum, vbi mortui sunt 25. millia pugnatorum, Iudic. 20. In Heli mortuo damnato cum filijs, 1. Reg. 2. & 4. In Saul reprobato, 1. Regum 15. propter cuius peccata venit fames in terram, & sui post mortem eius destructi sunt, 2. Reg. 14. In 70000. hominibus occisis ab angelo, 2 Regum 24. propter superbiam Dauid. Item in centum octuaginta quinque millibus occisis, propter blasphemiam Sennacherib, 4 Regum 19 in Propheta occiso a leone, 3. Regum vigesimoquarto, in 42. pueris ab vrsis occisis, 4. Regum vigesimo capit. in Giezi facto leproso propter simoniam, 4. Reg. 5. in Ozia Rege Iuda, volente adolere incensum in altari, qui factus est leprosus, 2. Paralip. 26. in populo à Chaldæis captiuato, 2. Mach. 3. in Antiocho grauiter infirmitatibus percusso, 1. Machab. 9. in seruo nequam conseruum suffocante, spoliato & incarcerato, Matth 18. In Anania & Sapphira subitò decedentibus, Act. 5. In Herode ab angelo percusso, Act. 12. ideò dicitur Leuit. 25. *Vnusquisque timeat Deum suum.* & Deut. 4. dicit Deus, *Discant timere me omni tempore.* & Deut. 6. *Dominum Deum tuum timebis, & illi soli seruies*, 2. Cor. 5 *Timorem Domini omnibus suademus.* Gregor. homil. quadam: *Bene vnusquisque de die nouissimo formidare debet, quia in quo inuenerit eum suum dies non scimus, cùm de hoc sæculo egredietur, taliter in die nouissimo iudicabitur.* Quod autem pauci timeant futurum Dei iudicium, fit vel propter incredulitatem, quia non credunt ea, quæ audiunt prædicari de iudicijs Dei, vti factum est cum rege Balthasare Dan. 5. vel propter longanimitatem, qua

Greger.

Iudicium [illegible] pauci [illegible].

Deus expectat peccatores. Aug. lib. 4, de doct. Christiana. *Plerosque incredulos miserationis Dei patientia longa peccare facit intrepidos, quia Deum non arbitrantur suorum peccatorum vltorem*, vel propter prosperitatem. Videntes enim homines omnia sibi succedere ad votum, arbitrantur licere sibi facere quicquid volunt, nec cogitant de iudicio futuro diuino. Accusabit autem & conscientia propria, Ierem. 2. *Arguet te malitia tua* Rom. 2. *Testimonium reddente illis conscientia eorum.* Iterum scriptura sacra, Prophetæ & prædicatores, Ioan. 5. *Est qui nos accusat, Moyses & lex Moysi.* Item cœlum cum omnibus creaturis, Iob 20. *Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum.* Vnde Hugo de S. Victore: *Contra peccatorem in iudicio cælum dicet: Ego lucem sibi ministraui ad solatium. Aer dic. Ego omne genus auium tibi dedi ad obsequium. Aqua dic. Ego diuersa genera piscium sibi dedi ad esum Terra dic. Ego panem & vinum sibi dedi ad nutrimentum.* Hæc ille. Et iterum: *Ignis dicet, In me comburetur. Aqua dic. In me demergatur. Aer dic. In me ventiletur. Terra dic. A me deglutiatur.* Item diabolus Apoc 12. *Diabolus est accusator fratrum, qui accusabit eos ante conspectum Domini Dei nostri.* Lucifer veniet in corpore terribili & nigerrimo, ducet vinctos cathena Imperatores, Reges & omnes potentatum, qui superbi fuerunt etiam Tyranni Quia Deus eum è cælo eiecit propter superbiam, vt & hæc prosequatur in illis: & quia dixit Lucæ decimoquarto & decimooctauo cap *Qui se exaltat, humiliabitur.* humilientur illi in infernum. Mammon ducet malos Aduocatos, Notarios, iudices, potestates, officiales, &c. Asmodæus omnes luxuriosos, choreizantes, obscœna cantantes, pulsantes. Beelzebub omnes hæreticos, incantatores, maleficos, sortilegos, diuinos, &cæt. Beemoth omnes malos clericos, à minimo ad maximum. Ad hoc vniuersale iudicium quadraginta genera personarum vocabuntur, vt red-

Accusatores conscientia propria.
Scriptura sacra & prædicatores.
Cælum cum creaturis.
Hugo de S. Victore
Vltionem omnia clamant.
Diabolus.
Lucifer quos ducet.
Mammon quos.
Asmodeus quos.
Beelzebub quos.
Beemoth quos.

dant rationem de singulis ab eis perpetratis secundùm ipsorum generum qualitates. & ne inueniamur in vllo istorū generum, quadraginta dieb. meritò ieiunamus.

Vocabūtur à Domino ad iudiciū, & contra illos pronūciabitur sententia.

Lucifer. Primò vocabitur Lucifer cum suis sequacibus, & Christus eum iudicans pronunciabit illud Ezech. 28. & allegatur de pœnitentia, dist. 28. Quod verò reprobi sic. *Tu signaculum similitudinis, plenum sapientia*, &c.

Iudaicus populus. Secundò, Populus Iudæorum vocabitur, cui dicetur, Isai. 5. *Nunc ergo habitatores Ierusalem.*

Paganus. Tertiò, Populus paganorum, Rom. 1. *Reuelabitur ira Dei de cælo*, &c.

Pastores & Sacerdotes Quartò, Multitudo pastorum, & sacerdotum curam animarum habentium, quos Christus arguens de auaritia & negligentia circa subditos, & de simonia erga spiritualia, & de omissione diuini officij, & de sacrilega celebratione, dic. Ezech. 34. *Væ pastoribus Israel*, &c.

Religiosi. Quintò, Multitudo Religiosorum. Cui dicetur illud Psalm. *Quare tu enarras iustitias meas*, prædicādo bona, quæ tu non facis, *& assumis testamentū meū per os tuum*, indignè communicando. *Tu verò odisti disciplinam* non obseruando regulam tuam, *& proiecisti sermones meos retrorsum* contumaciter inobediendo, *si videbas furem, currebas cum eo*, bona communia tibi appropriando, *& cum adulteris portionem tuam ponebas*, votum continentiæ & castitatis violando. *Os tuū abundauit malitia*, discordias seminando, *& lingua tua concinnabat dolos*, officia & dignitates vsurpando, *& aduersum filiū matris tuæ ponebas scandalum*, detrahendo, & bonum in malū peruertendo: *Hæc fecisti & tacui. Existimasti iniquè*, sub velo religionis, *quod ero tui similis*, consentiens malis quæ perpetrasti. *Arguam te*, iudicando, *& statuam contra faciem tuam* te ad inferna condemnando.

Moniales inclusæ. Sextò, Monialium multitudo monasterijs ad seruiendum Deo inclusarum, quibus in furore dicet illud Ezech. 16. *Multiplicatum quasi germen agri dedi te*, &c.

Fraternitates & hospitalarij. Septimò, Multitudo fraternitatum, camerariorum atq; hospitalariorum, quos Christus arguet periurij, quia statuta sua confregerunt, & de impietate sua, qua Eleemosynas legatas pauperibus non erogauerunt, dic. illud Ierem. 9. *Quia dereliquerunt legem meam*, &c. Nam offendistis me multipliciter.

Horum peccata.

Primo, minuistis numerum hospitalariorum pauperum, vt & victum, nec carnes, quantum & quales debebatis, dedistis, vt nec 1.
canes comederent. Secundo, fuistis acceptatores personarum, quia non egentem præposuistis indigenti. 2.
Tertio, de redditibus hospitalis fecistis lauta conuiuia amicis non indigentibus, cùm tamen dixerim vobis, *Cum facis prandium, voca pauperes*, &c. Pauperes sunt Domini hospitales, vos serui, serui lautè, Domini miserè tractantur, & hoc istis detrahitis, quod vobis cedit in delicias. 3.
Quarto, visitastis infirmos facie turbata cum iniurijs & blasphemijs, & qui se excusabant expulistis eos, adinuenientes non causam pro causa. 4.
Quinto, non reædificastis ædificia, imò permisistis ruere, ne haberetis causam tenendi infirmos, vt possetis pascere equos, canes, & indui pompaticè. 5.
Sexto, à pauperibus exegistis seruitia, & tanquam seruos occupastis eos ad vestram vtilitatem & non hospitalis. 6.
Septimo, in morte vestra ditastis parentes vestros, familiam & amicos non egentes, de bonis hospitalis. 7.
Octauo, permisistis possessiones hospitalis remanere incultas, vt bono & modico pretio eas pro vobis emeretis. 8.
An nesciebatis, quod totum pondus ciuitatis vos grauabat. Quia enim de operibus misericordiæ iudicandi sunt, omnes in vos reflectunt suam excusationem. Dicunt enim Domine, etsi negligentes fuimus in operibus misericordiæ, isti fuerunt dispensatores bonorum nostrorum, quibus commisimus vices nostras. Ipsi reddunt rationem pro nobis. Dico autem vobis, quoniam *iudicium sine misericordia erit vobis*, qui fuistis sine misericordia, Iacobi 2.

Octa-

Octauò, Multitudo Imperatorũ, regũ & principũ mũdi, quos Christ⁹ iudicãs arguet, quod non obseruarunt clementiam & moderationem neque veritatem neque iustitiam & æquitatem, neq; continentiam & castitatem, dicens illud Ezech. 22. *Ecce principes singuli fuerunt in brachio suo ad effundendum sanguinem*, &c. Nonò, Vicariorum, qui repræsentant personas Imperatorum regum, &c. & illos arguet, quod nõ obseruarint iustitiam, pietatem, humilitatem, patientiam, nec voluntariam paupertatem, dicens illud, Ierem. 5. *Circuite viam Hierusalem, aspicite & considerate*, &cæt. Decimò, Iudicum quorum officiũ est regi cõsulere, totum regnum moribus informare, causas iustas fouere, secundũ allegata & approbata sententias definire, contra quos dicet illud, Isai. 1 *Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis*, &c. Vndecimò, Iurisconsultorum, ad quos spectat consilia æqua & recta sine personarum acceptatione, postulantibus secundùm viam iuris ostendere & contemplationi scientię intendere quibus dicetur illud, Isai 10 *Væ qui condunt leges iniquas*, &c. Duodecimò, Militum & stipendiariorum, quorum officium est, sapientia, fidelitas, liberalitas, fortitudo, misericordia, custodia populi, legum zelus, contra quos dic. Isai. 24. *Accedite gentes, & audite, & populi attendite*, &c Decimotertiò, Medicorum in quibus debet esse maturitas morum, verborum facetia, corporis castitas, ad infirmos multa sanitatis promissio, frequens visitatio, signorum ægritudinis diligens inuestigatio, ad salutem animę infirmi sollicita animatio, quibus illud Sapient. 12. *Quoniam odibilia opera faciebant per medicamina*, &c. Decimoquartò Notariorum: quibus dicitur illud, Isai 33 *Vbi est literatus*, &c. Decimoquintò Officialium ciuitatis, qui debent esse discreti, quando ponuntur super mensuras, & pondera, ne extorqueant ab ementibus & vendentibus, &c. Contra quos Mich. 6. *Audite tribus Adhuc ignis impii*, &c. Decimosexto, Cabellariorum seu pedagiorũ aut publicanorũ, contra quos Ezech 38. *Nunquid ad sumenda spolia tu venisti*, &c. Decimoseptimò, Agricolarum, contra quos illud Amos 5. *In omnibus plateis planctus*, &c. Decimooctauò, Fabrorũ, Eccl. 38. *Omnis faber qui noctẽ tanquã diem*, &c. Decimonono, Cementariorum, Amos 7. *Ecce ego ponam trullam cementarij*, &c. Vigesimò, Carpentariorum ligna cedẽtium & propugnacula componentium. Iere. 47. *Vox eius quasi æris sonabit*, &c. Vigesimoprimò Nautarum & naucleorum, Ezechie. 27. *Repleta es, & glorificata*. Vigesimosecundò, Figulorum, Eccles. 38. *Figulus sedens ad opus suum*, &cæt. Vigesimotertio, Sartorum & tondentium pannos, &c. Isa. 3. *In die illa auferet Dominus ornatum*, &c. Vigesimoquartò, Textorum & similiũ, Isa. 19. *Confundentur, qui operantur linum*. Vigesimoquintò, Lanionum, Isa. 22 *Et vocauit Dominus Deus exercituum, & ad fletum, & ad planctum*, &c *& ecce gaudium occidere vitulos*. Vigesimosextò, Cerdonum & coriariorum, Amos 8. *Venit finis super populum istum*, &c. Vigesimoseptimò, Barbitonsorum & pilos radentium, Isai. 7 *In illa die radet Dominus in nouacula conducta*, &c. Vigesimooctauò, Pellificum, Ierem. 50 *Pelles eorum & omnia vasa eorũ*, &c. Vigesimonono, Mercatorum, Apo. 18. *Negotiatores terræ flebant*, &c. Trigesimò, Cambsorũ, Iacobi 5. *Agite nunc diuites*, &c. Trigesimo primò, Armamentariorum & qui arma præparant, calcaria, habenas, &c. bombardas, Isai 22. *Recedite à me, amare flebitis*, &c. Trigesimosecundò, Pigmentariorum, Isa. 57. *Nunquid non vos filij scelesti, semen mendax*. Trigesimotertiò, Molitorum, Isa. 47. *Tolle molam, & mole farinam*, &c. Cũ his & pistorum, Psal *Pones eos vt clibanum ignis*, &c Trigesimoquartò, Tabernariorum, Eccles. 26. *Duæ species difficiles apparuerunt mihi*. Trigesimoquintò, Choreizantium, Isai. 3. *Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion*, &c. Trigesimosextò, Cantorum & pulsan-

Marginalia: Imperatores reges principes terræ. — Vicarij. — Iudices. — Iurisconsulti. — Milites. — Medici. — Notarij. — Officiales ciuium. — Pedagij aut publicani. — Agricolæ. — Fabri. — Cementarij. — Carpẽtarij. — Nautæ. — Figuli. — Sartores. — Textores. — Laniones. — Coriarij. — Barbitonsores. — Pellifices. — Negotiatores. — Cambiatores. — Armamentarij. — Pigmentarij. — Molitores. — Pistores. — Tabernarij — Choreizantes. — Cantores.

santium, Apoc. 18. *Et iudicii fortis ...* &c. Trigesimoseptimò, Cursorum, Isai. 6. *Opera eorum, opera inutilia.* &c. Trigesimooctauo, Ludentium atque blasphemantium Psalm. *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum*, Trigesimonono, Meretricatorum & leonum, Ioel 3. *Miserunt super populum meum sortem, & posuerunt puerum in prostibulo.* Quadragesimo Prædonum & dilapidatorum, Isai 33 *Væ væ: qui prædaris*, &c. Et cum his omnes peccatores, 2. Timoth 3 *Homines seipsos amantes, cupidi, iniusti*, &c. Chrysostomus super Matthæum. *Ego propter vos homo factus sum, propter vos alligatus, delusus, cæsus, & confixus. Vbi est tantarum iniuriarum mearum fructus? Ecce precium sanguinis, quod dedi pro redemptione animarum vestrarum. Vbi est seruitus eorum, quam mihi pro precio sanguinis mei dedistis? Ego super gloriam meam vos habui, cùm essem Deus apparens homo & viliorem me omnibus rebus vestris fecistis. Nam omnem rē vilissimam terræ amplius dilexistis, quam iustitiam meam & fidem.* Hæc ille. Iudicate ergò vos ipsos, ne iudicemini à iudice Deo, cognitore omnium & vltore.

Cursores. *Ludites & blasphemātes.* *Meretrices & lenones.* *Prædones & dilapidatores.* *Chrysost.* *Christus ad omnes homines.*

De iudicio extremo.

Credo & in Iesum Christum filium eius vnicum, &c. *qui venturus est iudicare viuos & mortuos*, è Symb. Apost.

CRedit SS. mater Ecclesia ex Spiritus sancti reuelatione, & Apostolorum traditione credimus nos omnes Christiani iuxta Apostolorum confessionē, & doctrinam & morte sua contestationem. Et in Symbolo suo di. S. Athanasius idem, addens: *Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: Et reddituri sunt de factis proprijs rationem: Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala in ignem æternum. Hæc est fides Catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non poterit.* Verissimum est, nemini alteri competere iudicium super subditos, nisi proprio Domino vel eius Vicario ordinario. Sicut vnus Rex in alio regno, vnus Episcopus in alio Episcopatu, vnus parochus in alia parochia dominium vel iurisdictionem potest & debet exercere, & nemo falcem suam in alterius messem mittere. Quia verò Verbum caro factum, virtute redemptionis factum est caput & Dominus omnium hominum Ephes. 5. Christus est caput Ecclesiæ nosque eius membra, iure optimo illi iudicium competit. Neque negandum, quod in principio creationis sine vllo medio tuo omnipotenti subiecti fuimus, sed postquam in primo homine illi rebellauimus, & subiecimus nos satanæ, ille post multa sæcula venit in hunc mundum, suisque manibus nos liberauit & sic factus Dominus noster, & nos ipsius subditi, ideo nos iudicio ipsius subsumus. Sicut enim Rex Hispaniæ habet ius super regnum Hierusalem, quod nunc est sub potestate Turcarum & diceret filio, ego cedam tibi, si armis illud viceris, illud subiugabit, & erit Dominus illius. Sic, cùm Adam peccauit, amisit illum Deus & acquisiuit diabolus, propter quod conqueritur apud Ieremiam Thre 5 *Hæreditas mea versa est ad alienos.* tamen remansit illi ius repetendi & inuadendi. Propterea cum venisset plenitudo temporis misit Deus filium suum vnigenitum in hunc mundum, vt redimeret genus humanum dans illi omnem potestatem, Daniel. 7. *Antiquus dierum sedit & filius hominis peruenit vsque ad antiquum dierum, & dedit illi potestatem & honorem regium.* Sic venit in mundum & media passione sua & morte vicit diabolum, obtinuit genus humanum & a tanta tyrannide liberauit.

Athanas. *Iudicium competit proprio domino.* *Deo statim fuimus subiecti.* *Simile.*

rauit. Ex hoc sequitur iudicandi potestas, Ioan.5 *Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, & dedit ei potestatem iudicium facere, quia filius hominis est.* Hac intentione loquitur propheta de iudice dic. *Veniet uenter.* illi ergo & non Spiritui sancto debetur iudicium. Veniet autem non vt Deus, sed in humana specie, in qua nos redemit, & possessionem impetrauit, non in diuina. Et hoc etiam postulat conditio damnatorum, vt semper sint infoelices, & nunquam quiescant. Nam visio Dei, est tota merces & beatitudo. Ideò Isaiæ vigesimosexto, *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei.* Videbunt filium hominis non Dei, damnati in pœnam & ignominiam, iusti in consolationem & lætitiam. Quod si etiam veniret in specie diuina, ab oculis carnalibus videri non posset, vt in humana, ita confundentur Iudæi, *Videbunt in quem pupugerunt.* Apoc.3. & Augustinus *Iudicabit veros reos, qui fuit falsus reus.* Iob. trigesimosexto, *Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumq; recipies.* Quæ erit confusio & ignominia, gentibus credere nolentibus eum esse Deum, qui crucifixus colitur & adoratur: quem tamen videbunt tunc iudicem seuerissimum, sapientissimum & iustissimum, quod quidem ex defectu naturalis luminis non potuerunt sibi imaginari: S. Chrysostomus. *Plangent enim Iudæi viuentes viuentem & iudicantem, quem quasi mortuum existimabant. Plangent gentiles, qui vanis disputationibus decepti, stultitiam putauerunt Deum colere crucifixum. Plangent Christiani peccatores, qui magis dilexerunt mundum quam Deum.* Hæc ille. E contra exultabunt omnes iusti & electi videntes eum iudicem, qui tam bonus & benignus, vt sanguinem fuderit pro illis quos & redemit, vtique itaque exaltatum, scilicet Deum nostrum & filium hominis. *Veniet autem* dic. Euangelium, & ostendit necessitatem iudicij tā propter Deum & Christum, quam propter hominem. Ratione Dei posset dici quod Deus ille non esset verax Deus, quem nos adoramus, sed quidam alienus. siquidem qui verus Deus, est veritas ipsa. Rom.3 *Est omnis homo mendax.* Cùm autem Deus sit summa veritas, Ioan 14. *Ego sum via, veritas & vita,* ergo in illo mendacium non potest habere locum, quia defectus & peccatum est, quod in Deo esse nequit. Plato: *Si Deus est, non mentitur, si mentitur non est Deus.* Itaque iuxta constantem fidei Catholicæ professionem, Deus ille qui veniet quē nos adoramus, non mentitur, & dies illi iudicij certo certius aderit, quia illum promisit, Ierem.30. *Castigabo te in iudicio, ne videaris innocuus.* Ezech.39 *Videbunt omnes gentes iudicium meum, quod fecerim, & manum meam, quam posuerim super eos,* Ioelis 3. *Ascendant gentes in vallem Iosephat: Quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu.* Psalmo septuagesimoquarto, *Cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo,* Isa 3. *Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi, & principibus eius,* Psalm.97. *Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.* Ecclesiastic tertio, dicit Salomon *Iustum & impium iudicabit Deus, & omnis rei tempus tunc erit.* Item 1.Petr. 4. *Reddent rationem ei, qui iudicaturus, viuos & mortuos,* 2.Timot. 4. *Testificor coram Deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos & mortuos in aduentu ipsius,* Lucæ vigesimoprimo. *Videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate & maiestate magna.* Matthæi vigesimoquinto. *Cùm venerit filius hominis in sede maiestatis suæ, congregabuntur ante eum omnes gentes.* Ioannis decimo, *Non potest solui scriptura, quem pater sanctificauit & misit in mundum.* Matthæi vigesimoquarto. *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.* Et licet Deus aliquando tardat, grauitate tamen recompensat, & fit, quòd ipse dixit, Matth.24. *Sicut in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium, comedentes & biben-*

[Margin notes: Iudicandi potestas. — Christus in qua specie & quomodo veniet. — Chrysosto. — Iudicij necessitas. — Ratione Dei & hominis — Deus tardans grauitate recompensat. — Aduentus iudicij tēp.]

& bibentes, & nubentes, & nuptias contrahentes, vsque ad diem quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes; ita erit & aduentus filij hominis. Quid his verbis clarius? Psal. 88. *Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita. Veniet & videbunt filium hominis.* Et aduerte quòd nunquam misericordia sit sine iustitia & è contra: Iustitiam exercuit in cælo eijciendo Luciferum: in terra, eijciendo Adam, mundum diluuio puniendo, Pharaonem cum omnibus suis in mari rubro submergendo, & cæt. sed non erat summa iustitia, quæ vnicuique secundùm demerita reddit. Nam Adam idem meruisset cum Lucifero, scil. infernum ingredi, & non viuere ampliùs, imò etiam redire in puluerem, vnde factus est, tamẽ illi pepercit Deus, sicut & Cham, qui iam abiectus erat ante conspectum Dei, & tamen in arca Noe saluatus: nec omnes in mari rubro submersi, nec in ciuitatibus combusti. Hic tamen misericordiam ostendit, sed nunquam iustitiam summam, ergò necessaria est iustitiæ illius demonstratio. Prætereà necessarium est iudicium vltimum ratione Dei, alias non crederetur optimus & perfectissimus, S. Thomas Aqui. part. 1. quæst. 10. *Quod est potissimum in creaturis, Deo attribuendum est.* Sed dicit Aristoteles 5. Eth. *Iustitia est præclarissima virtutum*: quare ergò illa in Deo non debet inueniri? Alb. magnus docet quatuor esse in Deo, quæ nunquam in homine esse possunt. Infinitam potestatem, infinitam sapientiam, infinitam misericordiam, & infinitam iustitiam. Et quia iustitia in illo est, necessarium est, vt omnes bonos remuneret iuxta merita, sicut & malos puniat, quod adhuc factum non est. Et licet quis dicat, hoc fieri cum bonis det cælũ in morte, malis infernum, respondetur illi ex doctrina S. Thomæ, quòd in die iudicij non iudicabitur anima, quæ est pars hominis, sed homo totus cum corpore & anima, anima verò post mortẽ.

Misericordia nũquã fit sine iustitia, vide exempla.

Ratione item Dei.

S. Thom.

Aristotel.

Alb. magnus.

In Deo 4. sunt, quæ nunquam in homine esse possunt

S. Anselmus in suo Eulogio: *Quid enim iustius, quàm vt bonis bona, malis mala reddantur?* Sed nihil meruerunt animæ, vel demeruerunt sine corpore, quia actiones & passiones sunt suppositorum vt dic. Aristoteles. Videmus autem quod ratione corporum, Hebr. 11. Sancti ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisiõe gladij mortui sunt pro Christo, & maiora sustinuerunt, & tamen corpora eorum æquè subinde sepeliuntur sicut impiorum, qui carnem suam non afflixerunt, sed iuxta intentiones & desideria eorum vixerunt cum epulone: in quo quidem non est iustitia reddens vnicuique iuxta opera sua, & ius suum. Iustum igitur est, vt dies veniat, lege iustitiæ, quo corpora resurgant & mercedem accipiant, glorificentur, & animæ restituantur, & secus de malis. *Videbunt ergò filium hominis venientem.* Insuper ad ostendendam perfectam iustitiã iustis requiruntur stipendium & honor. Aristoteles 4. Eth. *Solus bonus honorandus est secundùm virtutem*: Damnatis verò tormentum & infamia. Romani ad comprobandam virtutem triumphos, coronas & alia instituerunt. Honor enim est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis, dic. Aristoteles. Si ergò iustis stipendium & honor, iniustis tormentum & infamia, nõ rectè faceret iudex, qui secretò & non in publico curaret malos puniri, prout iam fieri solet diebus negotiationum, in foro publico, voce publica, & ibi iustitia vera adimpletur. Sic quia mali hic honorantur, boni vituperantur & deridentur, necessarius est dies iudicij, quo declarentur qui boni qui mali, qui honore digni, qui digni infamia, qui triumpho, qui abiectione digni. Naum. 3. *Reuelabo pudenda tua in faciem tuam, & ostendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.* Primò, propter opera tua carnalia. Secundò, propter tua peccata occulta. Tertiò, propter om-

S. Anselm.

Ratione hominis.

Ad ostẽdẽdã perfectã iustitiã requiruntur stipẽdium & honor.

Aristotel.

Honor quid.

nem

nem leuitatem & vitam impiam. Primò *Reuelabo pudenda*, Secundo, Et ostendam. Tertio, *& regnum ignominiam tuam*. Iudicium tandem necessarium est ratione Christi & hominum. Ratione Christi: dicebant enim Iudæi illum esse tantum prophetã &c. aliquo modo tamen sanctum, hominem tamen, ideo non adorandum, gentes vero stultum iudicarunt crucifixum pro Deo habendum. *Nos autem* 1. Cor. 1. *prædicamus Christum crucifixum, Dei sapientiã, & Dei virtutem, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam*. Est ergo necessarius dies, quo Christus clarificetur quis sit. Ioan. 17. *Pater clarifica filium tuum*, & vt totus mundus audiat & videat & intelligat, & mendacia confundantur. Ratione hominis: quia iusti clamant ad Deũ cum Iob 21. *Quare impij viuunt, subleuati sunt, confortatique sunt diuitijs?* Quare respicis cõtemptores tui, & taces conculcante impio iustiorem se? *Zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns*. Habac 1. Psal 72. Vt ergò omnium clamores componantur, & iudicentur, necessarius est dies vnus iudicij: alias facile quis credit ad auditũ, ad fauorem, ad primam relationem, ad primam sententiam, sed illa omnia venient ad Reuisionem, à qua non amplius appellabitur. Nũc audiamus quomodo veniet Iudex noster, & dicit Dauid: *Manifeste veniet & non silebit: ignis in conspectu eius ardescet, & in circuitu eius tempestas valida*. Quatuor hic dicuntur. Primo, quia manifeste veniet. Secundo, quia *non silebit*. Tertiò, quia *in conspectu eius exardescet ignis*. Quarto, quia in toto mundo *tempestas erit valida*. Et in his ostenditur & differentia primi & secundi aduentus Domini. In primo aductus venit occultus. Sap. 18. *Dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter perageret, omnipotens sermo tuus Domine à regalibus sedibus venit*. In secundo veniet apertus in die. In primo occultauit se nouem mensibus in vtero matris. In vltimo videbitur in nubibus. In primo natus est in abscondito & in tugurio. In secundo veniet apertè in vallem Iosaphat, vbi conuenient omnes homines. In primo erat absconditus in præsepio inter duo animalia, & pannis inuolutus. In secundo videbitur in aere inter angelos sanctos & inter exercitus cælestes, gloria & honore coronatus. In primo fuit absconditus in nostra fragilitate humana, & multis miserijs subiectus. In secundo apparebit glorificato corpore, incorruptibili, impassibili, & diuino. In primo cùm moreretur, absconditus fuit in cruce propter tenebras, quæ totum mundum obscurarunt. In secundo non nisi lux videbitur, flãma ignis, qui semper ardebit, & ignis qui ex glorificato corpore suo prodibit, & radij solares, qui septies clarior erit teste Isai. 30. In primo fuit absconditus in sepulchro. In secundo videbitur viuus ab omnibus in terra in maiestate sua. In primo absconditus fuit in peregrini & hortulani specie, post resurrectionem. In secundo apparebit visibilis in suo glorificato corpore, & in propria specie. In primo potuisset dici, Isai. 45. *Verè tu es Deus absconditus*. Nam cum in cælis ascenderet, absconditus fuit à nubibus, Acto. 1. In secundo descendet cum maiestate. Si in maiestate, ergò nec solus nec in abscondito veniet. Matth. 25. *Cum venerit filius hominis in sede maiestatis suæ, & omnes angeli eius cum eo*. Origenes idem declarat non fore elaboratum, dicens, *Cum gloria huc reuertetur, vt corpus eius sit, quale fuit, quando transfiguratus fuit in monte. Gloria erit vestis eius. Vulnera non erunt abominabilia, sed suprà omnem pulchritudinem huius mundi clariora. Exultabunt sancti sui in lumine corporis sui gloriosi*, Isai. 40. *Sicut aquilæ current, & non laborabunt: ambulabunt & non deficient*. Impij verò confundentur, sicut noctuæ à solis radijs. Omnes sancti & electi erunt cum illo, & iudicium approbabunt. In primo non sunt visa signa illa cælestia præcedere, sicut in secundo,

Margin notes (left): Iudicium necessarium ratione Christi & hominum. — Iudex quomodo veniet. — 1, 2, 3, 4 (beside the four points). Margin (right): Origenes.

Luc. 21. *Erunt signa.* Matth. 24. *Sol obscurabitur, luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo.* Quatuor autem causæ sunt, quare præcedere debeant signa illa. Primò, vt videant certo & cito Dominum venturum. Sicut si rex in alio loco regni sui vult habitare & denunciat: creditur regi: sed nescitur quando. Quamprimum autem vident tapetia detrahi cum reliquis ornamentis & in cistas reponi, signum est discessus. Sic sæpè dixit Christus, se è cælo in terram descensurum, vt administret iustitiam, & debet illi credi, quia Deus est, sed est in sua libera voluntate, quando vult. Quando autem videbitis ornamenta cæli, stellas, solem & lunam obscurari, quasi auferri videantur tunc leuate capita vestra.

Signa quare præcedere debeant.

Quia magni Domini nolūt secreta sua omnibus nota.

2 Secundò, Vt sint testimonia, quod iudicium suum sit rectum & irreuocabilis iustitia. Exempla possunt adduci ex consuetudinibus deuersarum regionum, quando iustitia debet administrari, & captiui supplicio affici. Vel vexilla alba, & rubra cum armis principis. Apocal. 6. *Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, & luna facta est sicut sanguis.* & Matthæi vigesimoquarto. *Tunc apparebit signum filij hominis, in cælo.* ergò, Manifestè veniet.

3 Tertiò, Vt indicent homini omnia media & remedia quæ erant peccatoribus ad salutem, amodo sublata esse, Apocalypsis sexto. *Sol factus est niger, tanquam saccus cilicinus, & luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ ceciderunt de cælo super terram:* Nota, quod peccator tria habeat, quibus Deum offensum reconciliare potest; pœnitentiam, corpus & sanguinem Christi, & suffragia sanctorum, & sunt tanquam arma, quibus gladium iræ diuinæ excipimus, ne noceat. Saccus cilicinus pœnitentia est. Ne etiam suffragijs sanctorum amplius confidant, illos secum cōtra peccatores adducet: & ostendet corpus & sanguinem nobis relictum ad salutem animarum. Danielis duodecimo. *Fulgebunt iusti, tanquam splendor firmamenti, & quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Augustinus tractatu de pœnitentia dic. *Angelorum nomina significant homines, qui cum Christo iudicabunt,* Ioel. 1. *Plangite sacerdotes, quia tunc non erit sacrificium, quo Deum placare possitis.* Ergò iam nec pœnitentia, nec Missa, nec Venerabile sacramentum, nec quid aliud proderunt, vt de nouo fiant.

4 Quartò, Vt notent maximam gloriam & honorificentiam iudicis. Solet enim victor, victi vexillum erigere, vt omnes conspiciant, & victoriam exinde cognoscant: Sic eriget Christus, in signum, quod omnes peccatores à sua iustitia superati sint. Albus color significat puritatem legis. Rubeus, iustitiam rigorosam. Et cognoscent peccatores, quanta remedia habuerit, quæ neglexit, quod Deus non sit causa perditionis illorum, neque sancti qui appropinquabunt iudicium, &c. Oseæ 3. *Perditio tua ex te est, ô Israel.* Manifestè itaque veniet. Sed addit, *Non silebit.* Recogitate peccatores hoc, quod non silebit. Habet ille in libro suo æternę memorię omnia dicta, facta, & cordis secreta tua inscripta, Psalm 138. *Imperfectum meum viderunt oculi tui & in libro tuo omnes scribentur.* Cogitatis ô peccatores, quando secretò vel agitis, cogitatis, aut loquimini mala, quod Deus nō videat, nō audiat, qui finxit aures non consideret, videt ipse, vident SS. Angeli, & electi omnes, videt & diabolus, ante omnia autem Deum timete, quasi dicat: Ego sum testis & iudex Sanctus Augustinus in regula sua. *Putandus est non videri, videtur omnino, & a quibus se videri non arbitratur, etsi a nemine hominum videatur, quid facit de illo desuper inspectore, quem latere nihil potest?* Itaque non silebit, sed loquetur voce magna, vt totus mundus audiat iniquitates tuas, & scelera, Isaiæ quadra-

Colores quid significant.

August.

dragesimosecundo. *Tacui, semper silui, patiens fui, vt parturiens loquar.* Nam parturientes præ doloribus & angustijs ita clamant vt procul audiri possint, vellent liberari à partu omnibus horis, & fructum ventris videre, vnumquamque horam pro anno reputant. Illo enim die videbitur esse fartus & adimpletus omnibus sceleribus omnium peccatorum, Psalmo trigesimoseptimo. *Iniquitates vestræ, sicut onus graue, grauatæ sunt super me.* Ideò non vult nec potest ampliùs sustinere peccatores aut peccata, nec tacere amplius scelera illorum, sed dicere orbi vniuerso & digna pœnis pronunciare. Parturiens etiam non libenter loquitur multa, ne loquendo noceat fructui ventris: Sic Christus qui valde dilexit nos, vt ostendat, quod non libenter iudicet, sed quod hoc facere compellatur, quia peccatores in tempore noluerunt resipiscere, alias ille libentius supersedisset iudicio extremo. Clarius loquitur Dauid, Psalmo septimo. *Ecce parturijt iniustitiam, concepit dolorem, peperit iniquitatem.* quasi dicat: Quando contra peccatores administrabit iustitiam, vel eam exequetur, sentiet in conceptione dolorem, pariet cum luctu, & patefaciet mundo omnes iniquitates. Videte ergò quomodo lachrymis vestris possitis ex libro illo diuinæ memoriæ transgressiones vestras delere, folia illa discerpere charitate & pietate: si iam silet, non semper dissimulabit, & tunc erit illud, *Quod scripsi, scripsi.* Modus adueniendi præscribitur Psalmo quadragesimonono. *Quia ignis in conspectu eius exardescet.* Et hoc in quatuor mundi partibus, vt elementa clarificentur, impij puniantur, probi purgentur, animalia irrationalia occidantur, & omne combustibile comburatur. Et dicit sanctus Thomas de

Deus non potest sustinere peccatores.

Deus libenter supersederet iudicio.

Modus adueniendi Christi.

Ignis in conspectu.

S. Thom.

Aquino, quod ille ignis habebit vim & proprietatem ignis elementaris, infernalis, purgatorij, & materialis nostri. Elementa egent clarificatione, Apocalypsis duodecimo. *Ecce noua facio omnia.* Et, *erit cælum nouum & terra noua.* Terra erit pellucida vt crystallus, aqua tam subtilis vt aer, aer vt ignis, ignis vt cælum. Sic intelligitur illud, 2. Petr. 3. *Elementa calore soluentur.* Impij punientur hoc igne. Et inflammabit in circuitu inimicos eius. Pij & qui resipuerunt, à peccatis purgabuntur: nam iusti erunt liberi ab his pœnis & culpis, & glorificati coram iudice comparebunt, quem & ad gaudia triumphantes comitabuntur. Vltimo omne quod viuit, & homines qui supererunt morientur, tam pij quam impij, vt in puluerem conuertantur. Notandum quod pijs non nocebit ille ignis, sed alio genere mortis discedent ex hoc sæculo. De hoc clarius, 1. Thessalonic. quarto. *Qui in Christo mortui sunt, resurgent primi,* hoc est, qui iam dudum mortui sunt, & viuunt in cælis, *deinde nos qui viuimus & relinquimur, & residui simus, rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus:* hoc est, qui adhuc viuunt in terris. Beati illi erunt, qui cito absque peccatis morte suauissima morientur, & citò, vel in momento resurgent in tam beatam vitam. Cognoscent etiam per hunc ignem omnia & singula delicta sua peccatores in conscientijs ipsorum, qualia etiam medio hoc igne, in conscientijs iustorum nullo modo inuenientur. Sicut qui super duo folia papyri munda quid scribit, & quidem super vnum succo limonij, super alterum pura aqua, & legit, nihil scriptum reperit: Quod si adhibueris igni ambo, in

Peccatores per ignem cognoscunt delicta sua

Simile.

altero necdum quid conſpicies, ſed ſcriptum ſucco videbis nigrum, legibile, ac ſi vero atramento eſſet connotatum. Ignis ergò hoc præſtat. Ecce duo folia alia. Vnum eſt iuſtorum & bonorum, alterum peccatorum & impiorum. Illud ſcriptum eſt aqua tribulationis, lachrymarum & pœnitentiæ, iſtud ſucco concupiſcentiarum & delitiarum. Quamdiu homines ſunt in hoc mundo boni à malis non facilè diſcernuntur, multi reputantur ſancti, cùm intrinſecus ſint diaboli: & è contra. Sed in die iudicij ad ignem rectè probabuntur, quales quique ſint, quando conſcientiæ applicabuntur conſpectui iudicantis. Vnde folia aqua perſcripta erunt munda, pura, pellucida: ſucco verò exarata ſenſualitatis temporalium carnaliumque voluptatum, erunt nigra, impura, ſordida, propter ſcelera & flagitia innumera, & forinſecus ex conturbatione, pudore & ignominia facie & deiectione apparebunt delicta. Dicit Propheta, *Inflammabit*, non ardebit. Inflammare eſt calefacere. Ardere eſt comburere. Itaque inflammabuntur folia, vt poſſint legi ſucco illita. Et in circuitu eius tempeſtas valida. Tempeſtas illa erit quidam fragor, confractio, & ſtrepitus in terra propter terræmotus, in mari propter ventorum vim, in aëre propter fulgura, tonitrua, grandines. In igne propter omnimodam qualitatem, quam cum aliis habet, vti dictum eſt, in cælo, propter obſcurationem ſolis & lunæ, caſum ſtellarum, virtutum cælorum commotionem. Motus terræ magni per loca, Luc. 21. quia muri, ædificia, montes, & cæt. corruent, exaltabuntur valles & fient foueæ, vt ad infernum pertingant. Firmianus Lactant. inſtit. diuin. l. 3. *Tunc vero abominabile tempus exiſtet, quod nulli hominum iucunda ſit vita, eruentur funditus ciuitates, atque interibunt homines, non ſolum igne, ſed etiam aſsiduis terræ motibus.* Hæc ille. Lucæ vigeſimoprimo. *Areſcentibus enim hominibus præ confuſione ſonitus maris & fluctuum* De aere dic Pſalmo ſeptuageſimo ſexto. *Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ, Vidit & commota eſt terra.* Aues & omnia quæ viuunt in aere, peribunt, & quod viuit ab aere. De igne, qui extra ſuam naturam in quatuor mundi partibus ardebit, arbores, folia, germina, & cæt. deſtruet. Inflammabit in circuitu inimicos eius, *ibi erit fletus, & ſtridor dentium*, tremor artuum, cordium palpitationes, & cæt. ſic etiam virtutes cælorum mouebuntur. Et ne ſit refugium vllum, vt ſaluent ſe à dira ira iudicis, ſi fugient in montes, montes æquabuntur vallibus & è contra. Si in planum aut in ſyluas, videbunt foueas, quæ volent eos deglutire. Si in caſtella & præſidia, videbunt lapidem ſuper lapidem poſitum. Si in mare, ecce nunc attollet eos vſque ad ſydera, nunc ad infernum deprimet. Quæ miſeria, calamitas & anguſtia, Sapient. 5. *Ampugnabitur enim omnis creatura contra inſenſatos.* Cogitate ſi Rex, ſi Cæſar ad veſtras partes cum omni exercitu ſuo & principibus aduentaret, ad iudicandum duntaxat reos Læſæ Maieſtatis, & illi vt aſſiſterent & iudicium probarent, omnia dimitterent pretioſiſſima, & cæt. vt ſaluarentur à proceſſu. Quid facietis miſeri, qui toties incurriſtis crimen læſæ diuinæ maieſtatis, Sapient. 5. *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Apprehendite ergo diſciplinam*, peccatores, *ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis*, Pſalm. 2. date Eleemoſynam, vendite, nec carnem ita amate, omnia facite quæcunque poteſtis, vt offenſus placetur Deus. De aduentu illo iudicis varie ſcribunt prophetæ, Iſaiæ quadrageſimoſecundo. *Dominus ſicut fortis egredietur, ſicut vir præliator: ſuſcitabit zelum, vociferabitur & clamabit ur ſuper inimicos ſuos.* diſſipabit & abſorbebit ſimul. Non veniet amplius illudendus, conſpucndus

Folia duo ſcripta.

Inflammare & ardere quid.

Tempeſtas.

Motus terræ.

Lactantius

Refugium nullum.

Simile.

Iudicis aduentũ ſcribunt prophetæ.

cndus

cedus, flagellandus, crucifigendus, &c. Et si Capitaneus in bello militibus loquitur, non timerent ab illo? & si ipsum sæpè sine causa vident in cholera iniustâ, magis illum fugiunt timentque minùs, sed si rarò is irascitur, & semel incipiat, vehementius commouentur. Sic noster belli princeps, quē Deus constituit caput super omnem ecclesiam, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam, Sap. 11. *Conficeris cunctos, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam.* Et tandem dissipabit & absorbebit simul. Si clamor & mandatum nihil prodest, tunc dux belli iubet afferri compedes, ferrea instrumenta, funes, ignem, patibula per castra, hunc cōiicit in compedes, alium alio modo tractat, aliquando & partem castrorum iubet exuri, vt illos puniat & compescat: sic Christus aquam, aerem, ignem, cœlum mouebit, aperiet hiatum inferni, vt deglutiat impios, &c. Soph. 1. videt in spiritu diem illum, vnde dic. *Dies iræ, dies illa, dies tribulationis et angustiæ, dies calamitatis et miseriæ.* Certè nulla dies huic poterit æquiparari. Nam si die aliquo aliquis dolet, alius lætatur, si quis turbatur, alius consolatur, &c. Sed illo die omnes impij habebunt tribulationem & angustiam, vt etiam iusti timorem accipiant, Iob 26. *Columnæ cæli contremiscunt, & pauent ad nutum eius.* Qui enim videret ciuitatem insignem ardere, audiret gemitum & comploratum paruulorum & magnorum, &c. qui illo incendio coguntur perire, & ipse haberet nulla alios modos gaudendi, non tamen posset sereno animo esse. Sic erit, quando iusti videbunt perditionem impiorum. Ecclesia SS canit, *Tremens factus sum ego, & timeo, dum calamitas aduenerit, atque ventura ira.* ... Mal. 4. *Ecce dies veniet, succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, et omnes facientes impietatem stipula, et inflammabit eos.* Quis verbis illis non terretur, o miseri? Vocatur etiam, Dies Domini, quia omnes alij dies dati sunt nobis à Deo ad salutem operādam, & sunt nostri. Iste vnicus est dies Domini, quo iudicabit, siue ad salutem, vel perditionem, illos dies viuentibus nobis, Galat. 6. *Dum tempus habemus, operemur bonum.* Sed in illo die neque iustus quid boni, neque impius mali quid operari poterit. Quis autem diem illum satis explicabit, cùm quis audiens aut cogitans de illo perhorrescat, & animo concutiatur. Quando autem dies ille veniet, dicit Isaias cap. 30. *Erit lux lunæ sicut lux solis: & lux solis septempliciter sicut lux septem dierum,* sic quod omnia hemisphæria cœli illuminabuntur, sed finis & terminus illius motus vel cursus, quia circularis, non potest sciri modo naturali, cùm nec principium, nec finis cognoscatur, ita nec dies iudicij. Nec ex scriptura sacra hoc ipsum potest elici, neque ex prophetis, nec à Christo haberi: prout & petebant Apostoli, Ioan. 15. *Omnia quæcunque audiui à patre, nota feci vobis.* Sed cùm interrogaretur, Domine, quando hæc omnia erunt, Matth. 24. respondebat illis, *De die autem illa & hora nemo scit, neque angeli cælorum, neque filius, nisi solus pater,* Mar. 13. Intelligit illum hominis omnia sciuit, sicut Deus & sicut filius hominis, sed non sciuit vt Apostolis reuelaret. Prudentes enim non statim scientiam docent suos discipulos, quia reseruent sibi aliquid, & eis id nondum ē... tiuntur, quia docuerunt quod hominibus satis erat: prætermisit, capto & propositione. Ita dic. Christus: *Omnem diem finem, etc.* excepto illo ictu suæ diuinæ iustitiæ, quem diriget super peccatores, *in malè dictis.* Vel sciuit qualem is tandem futurus, in quo statu tum nō erat, & nō vt habeatur prout tum venerat in adiutorio ultimo. Vel nesciuit, q. d. Optimè scio, sed ita homines omnes amo, vt præ dolore & compassione non possim dicere, sed potius nescire. Sic enim loquuntur plerumque homines: Scio vtique peroptimè, & vtinam nescirem, ita afflicto & perturbato sum animo,

Dies ille quando veniet.

Christus quando ... diem.

sed malo nescire, quàm multa de hoc loqui. Et est communis mos loquendi ille inter amicos intimos. Ex quo apparet Christi dilectio, compassio, misericordia, longanimitas, & quàm inuitus iudicandi officium, iustitiæque executionem in se receperit, ne videret interitum hominis extremum, quem tantopere diligebat. Ideo suspirans respondit, vel secundum Chrysost. super Matthæ. *Nescit nisi pater principaliter & originatiuè, per communicationem autem & filius & Spiritus sanctus. Nam quæ filius scinit, habuit à patre, & quæ Spiritus S. à patre & filio.*

Christi misericordia apparet.

Sed quia hæc ad propositum hodiernum non spectant, sed ad Dominicam secundam Aduentus, eo vos remitto Auditores, & cùm non sciatis diem illum tremendum, nunquam tamē ex memoria vestra illum dimittite. Si videtis aquam, cogitate illas procellas, si solem & lunam & stellas, hæc repetite, si terrā, ignem, cælum, montes, colles, terræmotus, ventos & tempestates, hæc reuoluite. Quando pulsum campanæ auditis, cogitate diem illum adesse supplicij, si cut illi, qui è carcere ad suppliciū sunt educendi, si tonitrua fulgura, signa in cælis etiam naturalia, tubas itē & clangores, &c. quando videtis prælia aut auditis, & occasionem imminentem, perpēdite quid dictum sit de die illo, quando videtis sepeliri, decollari, & horum quid tale fieri, mementote & considerate, quia dum lætissimi erunt peccatores, morientur & iudicabuntur. Vnum hoc cogitate quod volueritis ex duob. quorum vnum vos infallibiliter comprehendet iudicis sententia. Vel quod absit, *Ite maledicti*, vel Dei misericordia & gratia præstante.

Campanæ pulsus.

Venite benedicti.

Amen.

De iudicio Dei, quomodo Deus ostendat summam suam iustitiam ex Dauide.

Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. 2 Corinth. 5.

IVdicium Dei certissimum est & terribilissimum, quod ipse Christus promulgauit, futurus iudex viuorum & mortuorum, & signis præcedentibus, horrore & tremore plenis declarauit, Lucæ 21. *Erunt signa in sole & luna*, &c. vt si nil aliud à peccatis abstraheret, & ad Dei amorem conuerteret, sufficeret saltem illius contemplatio, vt taceam de præsentia & sententia, quam cuique pro meritis & demeritis feret. Iustissimus, sapientissimus, & benignissimus DEVS in principio sua magna potentia hanc insignem mundi machinam creauit, sua summa sapientia in medio ordinauit, sua summa bonitate, microcosmum, hoc est, hominem redemit. Sane potentia summa erat, ex nihilo & ante omnia tantam machinam creare, & non arte, vel naturaliter ex præiacente materia, vt Philosophi loquuntur. Ars facit ex ligno rudi crucem subtilem, ex parte ferri gladium acutum Natura itidem mutat ouum in gallinam, flores in fructus, hominem in cadauer: mutatur forma, sed non materia ex parua radice, vel nucleo magnam arborem, ex vno grano mille. Et diuina potentia per media sanctorum hominū multiplicauit panes & pisces, quibus aliquot millia pauit. Quod Aristoteles capere non potuit, ideo errorem commisit, dic. *Ex nihilo nihil fit.* Contra expres-

Dei potentia.

Sapientia.

Bonitas.

Potentia.

pressam mentem Salomonis, Eccle- siast. 18. *Qui viuit in æternum, creauit omnia simul*, hoc est, materiam & formam, iuxta Sanctum Augustinum: Percurre cælorum ambitum, elementa, aquas effusas, terram fundatam, varias res pulcherrimas in mundo, pretiosa quæque sub terra, & ex terra tot radices, tot fructus, cælorum cursum & reliqua, quæ Philosophi admirantur, & explicare nequeunt: *O altitudo diuitiarum sapientiæ*, &c. Si descendimus ad contemplationem inexplicabilis bonitatis suæ, inuenimus quod non satis fuerit contentus, diuitias suas dare & donare nobis, sed voluit ad redimendum nos seipsum tradere, non quidem vt nobiscum viueret, sed vt moreretur pro nobis non amicis, sed inimicis plane, testante Paulo Roman. 5. *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis, quia cùm inimici essemus, reconciliati sumus ei per mortem filij eius*, qui gradus amoris humani & bonitatis est maximus. *Maiorem autem charitatem nemo habet, quàm qui ponit animã suã pro amicis suis*, Ephes. secundo cap. *Propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, tradidit semetipsum pro nobis.* Iam quia Dominus Deus attributa sua, scilicet omnipotentiam, sapientiam & bonitatem in summo gradu declarauit, cur & iustitiam suam maximam commonstraret? hoc autem nonnisi in fine mundi vt sibi correspondeant, sicut in principio omnipotentia, in medio Redemptio, vltimò iustitia in iudicio, quod testatur ipse Apocalyp. 1. *Ego sum α & ω, principium & finis. Qui est, qui erat, & qui venturus est.* Iustitia illa sua per Dauidem, Psalm. quadragesimonono ob oculos ponitur, *Deus noster manifestè veniet, & non silebit, ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida*, &c. vbi octo notanda. Primo, de iudice. Secundo, de certitudine aduentus sui. Tertio, de modo. Quarto, quomodo omnes conuocabit ad iudicium & illud ordinabit. Quinto, contra quos iudicium erit. Sexto, contra quæ peccata singulariter. Septimo, quamdiu tenet sermone & iudicio contra peccatores. Octauo, de adhortatione, quam facit ad omnes peccatores, vt intelligant & resipiscant, nisi perpetuò damnari velint. Persona iudicis dicitur *Deus noster*. Certitudo aduentus. *Veniet*. Modus & processus, *Manifestè, non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.* Conuocatio & dispositio. *Aduocabit cælum desursum, & terram discernere populum suum.* Contra quos: *Peccatori autem dixit: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?* Propter quæ peccata? *Tu verò odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum: Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos.* Quomodo arguet illos? *Hæc fecisti, & tacui: existimasti iniquè, quod ero similis tui; arguam te, & statuam contra faciem tuam.* Adhortatio: *Intelligite hæc, qui obliuiscimini Deum, ne cùm sit qui rapiat, non sit, qui eripiat.*

Aduertite ita, quod iudex ille futurus, sit Deus. Quamuis autem in scriptura sacra multi appellentur Dij, vt angeli, Psalm. octuagesimoprimo, *Deus stetit in synagoga Deorum*. vti dæmones, Psalmo nonagesimoquinto, *Omnes dij gentium dæmonia.* vt homines iusti, Psalm. octuagesimoprimo, *Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes.* vti Reges mundi, Psalm quadragesimosexto, *Dij fortes terræ vehementer eleuati sunt.* vti sacerdotes, Exod. vigesimoprimo, *Offeret eum Dominus Dijs.* vti Prælatis: *Dijs non detrahes* Exod. 22. vti iudices, Exod. 22. *Ad Deos vtriusque causa perueniat.* Sed vniuersalis iudex Deus noster erit, Dominus dominantium, creator & Redemptor omnium: Et quia Deus est, non decipietur, quia Iob 12. *Nouit decipientem, & eum qui decipitur*: nec errabit

August.

Iudicis persona.

Iustitia.

Notanda octo.

Deus iudex.

bit ex ignorantia, Coloss. 2. cap. *In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi*, nec ex ignorantia operum, Heb. 4. *Omnia nuda & aperta sunt oculis eius.* neque corrumpetur muneribus, minis, fauoribus, timore sicut huius sæculi iudices, quia per Isaiam 5 cap. pronunciat: *Væ qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo.* & per Salomonem Prouerb 17. *Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij.* neque propter amorem alicuius ex partibus, Prouerb 24. *Cognoscere personam in iudicio non est bonum.* vnde antiquitus iudices sedebant velatis oculis. Neque propter odium vel inuidiam, Iacob 1. *Ira enim viri iustitiam Dei non operatur.* Neque propter timorem & respectum personarum potentū aut diuitum, Eccl. 7. *Noli quærere fieri iudex, ne forte extimescas faciem potentis.* His quatuor modis sæpe iudices seducuntur.

Iudex 4. modis seducitur.

Sed nullo illorum modo eorum Deus noster decipietur. Neque donis & largitionibus, Psal. 15. *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non indiges.* Psalm. *Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terrarum.* Neque amore & fauore, Psalm. 48. *Frater non redimit, redimet homo.* Neque odio, Sap. 10. *Nihil odisti eorum, quæ fecisti.* Neque timore, Iob 22. *Numquid timens arguet te, & veniet tecum in iudicium.*

Bernardus.

Et D. Bernar. *Veniet dies illa, in qua plus valebunt pura corda quam astuta verba, conscientia bona, quam marsupia plena. Quandoquidem iudex ille non falletur verbis, nec flectetur muneribus.* Hæc ille. Cum autem tres personæ sint in Trinitate, Deus pater, Deus filius, Deus Spiritus sanctus, non tamen tres Dij, sed vnus est Deus, iuxta S. Athanasium, tres sunt personaliter, & vnus essentialiter, vt Dauid declarat, quis ex illis sit, addit signanter, *Deus Noster*, quia illa persona quæ magis nostra est, iudicabit, quæ Christus est. *Noster*, assumptione naturæ humanæ, nobis natus, & inter nos, *Noster*, quia apud nos & inter nos vixit, pro nobis passus & mortuus, nos redemit, factus patronus, Dominus Aduocatus, Mediator, & omnia.

Athanasius

Deus noster cur.

De hoc vniuersali iudice seipso testatur ipse Lucæ 21. *Tunc videbunt filium hominis venientem*, scil. Deum nostrum. Et concordat Dauid. dic. *Deus noster.* Euangelium Lucæ dic. *Filium hominis.* Dauid, *Veniet.* Euangelium, *Venientem.* Dauid, *Manifeste.* Euangelium, *In nubibus.* Dauid, *Aduocauit cælum desursum*, &c. Euangelium, *Cum potestate & maiestate magna.* Item prophetia est a patre. Euangelium a filio, æquales sunt illi in substantia, Ioan. 12. *Ego & Pater vnum sumus.* Aequales in sapientia & scientia, Coloss. 2. *In quo sunt thesauri sapientiæ Dei absconditi.* Defunctus noster sedulo recordatus est creatoris & Redemptoris sui, tanquam benefactoris, ideò noluit illum offendere vllo modo, non propter timorem, quia vlturus est ingratitudinem extremo supplicio, sed propter amorem, quem erga Deum & patrem, & fratrem benignissimum habebat, & erga spiritum sanctum, a quo dona septem accepit, nec etiam illi vindictam contra illum peterent, sed magis commendarent, ne haberet Christus quod rigidè iudicaret, sed misericorditer & benignè remuneraret: quod vobis dictum existimate: Nam si totum mundum lucrabimini, quam commutationem, si iacturam vel detrimentum passa fuerit, pro ea tandem dabitis?

Dein-

De iuuandis in purgatorio.

Memor esto iudicij mei, sic erit & tuum. Eccl. 38.

Ad mouendam misericordiam, multum prodest ostendere miseriam suam, vt captiui, sauciati, mendici, vlcerosi, &c. at si quis posset videre miserias parentum, fratrum, benefactorum, & propinquorum nostrorum, existentium in purgatorio, nisi saxeus esset, aut cor durum vt lapis, non posset non moueri ad compatiendum, ad succurrendum: vnde ad immemores & ingratos clamat quisque verba allegata, & certe si bene consideraremus, faceremus hic illis, quod nobis ibi fieri vellemus. Ad compassionem illam mouent quatuor.
1. Primo, Quantum quisque sit ei obligatus in purgatorio. Et quisque obligatus est cuilibet eorum. Aut vinculo naturæ, quo vinculo obligati sumus omnes parentibus nostris, Eccles 7. *Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris: memento, quoniam nisi per illos non fuisses, & retribue illis, quomodo & illi tibi.* Ita orat Ecclesia: *aut vinculo beneficentiæ, quo obligati sumus benefactoribus nostris.* Heb vlt. *Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci, talibus enim hostijs promeretur Deus.* Magna ingratitudo & rusticitas est obliuisci beneficiorum. Aut vinculo amicitiæ, quo amicis & familiaribus deuincti sumus. Quorum cuiuslibet potest esse illa vox, Iob 19. *Miseremini mei.* Sed soluit multis vinculum hoc temporalis prosperitas, 3. Esdræ. *Non meminerunt cùm biberint amicitiam, nec fertilitatem.* Aut vinculo gratiæ, quo tenemur omnibus patribus spiritualibus & fratribus, vnde possumus illud dicere Mach. *Memores sumus nostri.* Secundò, Status. Primo, in pœnæ acerbitate, quia in animo ignis ardentis, de quorũ quolibet potest dici illud 1. Corint 9. *Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.* Secundo, in patientiæ necessitate, in hoc ergastulo, vt dicat quilibet, Genes 40. *Memento mei, cum benè tecum fuerit, & facies mecũ misericordiam, vt suggeras Pharaoni, & educat me de isto carcere.* Tertio, in impossibilitate iuuandi se, vt quisque dicat illud Ierem. 3 *Recordare paupertatis & transgressionis meæ, absynthij & fellis.* Tertio, Modus subueniendi, qui debet esse primo affectuosus, vt impleamus illud Hebr. vltimo, *Mementote vinctorum, tanquam simul vincti: & laborantium, tanquam & ipsi in corpore constituti.* Secundo, operosus, vt sit redemptio subita, & cum multiplici effectu, per Missas, orationes, ieiunia, suffragia, 2 Machab. 12. *Fit fortissimus Iudas misit pecuniam Ierosolymam.* Tertio, continuus, quia non est eis interpellationis gratia. ideò continuè pro loco & tempore, vt quilibet nostrum possit illi dicere. Thren 1. *Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.* Quarto, subuentionis fructus qui magnus est. Primo, Deus hanc subuentionem acceptat, vt de hac in iudicio dicturus sit, Matth. 25. *Amen dico vobis, quodcunque fecistis minimis meis, mihi fecistis.* Secundo, quia per hanc animas liberat, 2 Mach. 12. *Sancta & salubris,* &c. Tertio, per hanc subuẽtionem remunerat subuenientem, Tob 4. *Eleemosyna ab omni peccato liberat, & à morte, & non patitur animam ire in tenebras.* Itaque *sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare.* Primo ratione debiti, quo nos tenemur, quodque exoluimus, Ecclesiast. septimo, *Mortuo non prohibeamus gratiam.* Ex parte naturæ, quia fratres nostri sunt, Prouerb. 15. *Omni tempore diligit, qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur.* Ex parte gratiæ, quæ facit nos subuenire proximis, Galat.

Marginalia: 1. 2. 3. *Modus subueniendi.* *Cogitatio sa lubris pro defunctis exorare.* 1.

Galat. 6. *Alter alterius onera portate, & sic*
2. *adimplebitis legem Christi.* Secundo, prodest nobis ratione debiti quod acquirimus tripliciter. Primo, quia illa oratio pro illis etiam nobis prodest. Quia qui pro alio orat, pro seipso laborat, Psalm. *Oratio mea in sinu meo.* Secundo, quia obligamus illos, vt cùm fuerint in gloria pro nobis orent. Qui enim negligentes sunt orare pro mortuis, puniuntur in hoc ipso, vt post mortem alij sint negligentes orare pro ipsis, Sapien. 10. *Per quæ quis peccat, per hæc & torquebitur.* Matthæ. 6. *In qua mensura mensi fueritis.* Ideò monet nos Ecclesia-
3. sticus dicens: *Memento iudicij mei.* Tertio, ratione rei vltimæ, quam ad memoriam reducimus. Siquidem orando pro mortuis memoriam habemus mortis, quæ valet ad vitandum peccatum, Ecclesiast. 7. *Memorare nouissima.* Item ad contemnendum mundum, & prouidendum statum futurum, Lucæ 7. *Quid faciam, quia Dominus meus aufert à me villicationem meam.* Ideò estote parati. Iterum prodest mortuis, quibus est salubris, vt à peccatis soluantur, scil. a pœnis inflictis pro peccatis, quæ sunt carentia visionis diuinæ, Iob 17. *In tenebris straui lectulum meum.* Dilatio gloriæ, *Constitues mihi tempus, in quo record. mei.* Vnde quilibet existens in purgatorio, poterit dicere: *Quando veniam & apparebo ante faciem Dei.* Item acerbitas pœnæ, Iob 19. cap. *Miseremini mei.*

De cura & gratia mortuis impendenda.

Mortuo non prohibeas gratiam. Eccl. 7.

Sicut crudelitas in bestijs, & maximè in homine & Christiano est summè detestabilis, ita mansuetudo pietas & charitas summè commendanda & grata, dum homo homini compatitur in necessitatibus suis, & pro facultate subuenit, 1. Ioan. 3. *Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?* Sed si qua gratia facienda indigenti, ante omnia mortis facienda, quia non est miseria in vita, qua non maiorem in purgatorio experiuntur, & sibimet nullo modo possunt subuenire: quod docet sapiens his verbis, vbi necessitas mortuorum præsupponitur, crudelitas damnatur, laudatur pietas. Mortuus habet duplicem necessitatem quoad corpus sc. & quo ad animam. Quo ad corpus necessaria est illi sepultura, Tob. 4. *Cùm Deus acceperit animam meam, corpus meum sepeli.* Et hoc primò, quia pietatis opus laudatur Tobias 1. cap. Esurientes alebat, nudisque vestimenta præbebat, & mortuis atque occisis sepulturam sollicitus exhibebat. Ideò cap. 12. angelus illi dixit, quàm gratum sit Deo: *quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.* Secundo, propter testimonium virtutis morientium. Vnde quia non obediuerat Domino vir Dei, 3 Regum 13 dictum fuit ei, *Non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum.* De Ioa verò qui in principio benè ceperat, & in fine non

Mortuus habet duplicem necessitatem.

Sepultura laudatur.

1.

2.

con-

consummârat, sepultus est quidem propter primum, sed non in sepultura debita propter secundum, 2. Paralip. 24. *Mortuus est Ioas, & sepelierunt eum in ciuitate Dauid, sed non in sepulchro regum.* De Iosia rege iusto & sancto, 2. Paralip. 35. *Mortuus est Iosias, & sepultus in Mausoleo patrum suorum.* Tertio, propter articulum resurrectionis. Propter quod & Patriarchæ mandauerunt sua corpora sepeliri in terra promissionis, Gen 50. vbi Ioseph dixit: *Pater meus adiurauit me dic. En morior, in sepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me.* Hebr. vndecimo, *Fide Ioseph moriens, de profectione filiorum Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit.* In signum huius dicitur Ecclesiast. 49. quod ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt. Et de Elisęo Ecclesiast 48. quod mortuum prophetauit corpus eius. Quod eo dicitur, quia sicut narratur 4. Regum 13. Quando cadauer cuiusdam mortui sepultum est, & tetigit ossa Elisæi, a mortuis resurrexit. Alia necessitas quoad animam separatam. Quæ receptæ sunt in cælo, non egent auxilio: quæ in inferno, non possunt iuuari: In purgatorio autem petunt auxilium & gratiam à viuentibus, quia illa pœna, teste Augustino, excedit omnem pœnam illius vitæ præsentis. Et possunt iuuari per intercessionem & satisfactionem. Quia suffragia viuorum prosunt defunctis, secundum quod intentio viuorum refertur in mortuos, & secundum quod ipsi mortui vniuntur viuentibus in charitate. Et sic potest vnus pro alio satisfacere, sicut vnum membrum pro alio, dum sunt in vnitate corporis. Et quia sacramentum Eucharistiæ præcipue ad charitatē pertinet, cùm sit sacramentum Ecclesiasticæ vnionis, continens illum, in quo tota Ecclesia vnitur & solidatur, sc. Christum, ideò quia Ecclesia quæ celebratur & offertur in Missa, est quasi quædam charitatis origo, præcipuè valet pro defunctis. Et quia etiam Eleemosyna præcipuus est charitatis effectus, sicut & ieiunia, &c. ideò eis prosunt, 2. Mach 12. Crudelitas est si non benefacis cùm potes, sed maior est, quando etiam prohibes, Prou. 3. *Noli prohibere benefacere eum qui potest: sed si potes, & ipse benefac.* Tales sunt, qui impediunt Eleemosynas dimissas pro anima defuncti ne dentur, & executionem testamenti, &c. Et si ista non fiant, mortuus quidem meritum accipit suæ bonæ voluntatis & dispositionis, licet non effectum illius, quo potuisset adiuuari. Et si contingat eum liberari à pœna, priusquam legata fiant, redundabit in eos, quorum culpa defraudatus fuit. Pietas laudatur: *Si potes, & ipse benefac,* Tob 4. *Quomodo potueris, ita esto misericors.* Ecclesiast. 14. *Benefac amico tuo,* scil. *quomodo poteris,* quia clamant, *Miseremini mei,* Iob 19. Si enim libenter membro tuo dolenti succurris, & dolenti fratri tuo debes succurrere, & sano ori dat manus cibum, & oculus seruit pedi, &c. Ruth. 2. Noemi dixit de Booz. *Benedictus sit à Domino, quoniam eandem gratiam, quam præbuerat viuis, seruabat & mortuis.* Exinde patet, quod misericordibus debetur benedictio pro præmio, Matt. 25. *Venite benedicti patris mei,* &c. *Esuriui,* &c. Ps. 36. *Tota die miseretur & commodat, & semen illius erit in benedict.* Quod si laudatur pius in mortuos sepeliendos, quanto magis in iuuandos mortuos. Sicut Dauid dixit viris Iabes Galaad, 2. Regum 2. *Benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiam hanc in Domino vestro Saul, & sepelistis eum. Et nunc retribuet vobis Dominus misericordiam & veritatem, & ego reddam gratiam, quia fecistis verbum istud.* Et ita sicut ad vitam, sic ad animam referri potest illud, Ruth 2. *Sit benedictus, qui misertus est tui.*

Crudelitas.

Pietas.

Notandum quod viuentibus potest exhiberi gratia & beneficium, vel in corporalibus, scilicet in his quæ pertinent

nent ad vitam, vel in accidentibus, scilicet in his quę pertinent ad consanguineos attinentes eis. Et hæc eadem gratia debet seruari mortuis, vt eis subueniatur. *Subuenire mortuis.*
1. Primò in exequijs & sepulturis mortuorum. Ad quas libenter debent conuenire homines. Propter suimet ædificationem, Ecclesiast 7. *Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum*, & cæt. tum propter compassionem, ideò non cum risu, garritu, & alijs ineptijs, Ecclesiast. 38. *Fili in mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare.* Siue propter compassionem suorum charorum lugentium & afflictorum, vt simul condolendo consolemur eos, Ecclesiast. 7. *Non desis plorantibus in consolatione.*
2. Secundo, vt subueniatur eis scilicet suffragijs animæ, per orationes, oblationes & Eleemosynas. Nam cum illi liberantur, iterum nostri sunt in cœlis memores. Vnde de Ieremia iam defuncto dicitur 2. Mach. 15 quod apparuit Iudæ simul cum Onia summo Pontifice & defuncto, & dictum est Iudæ *Hic est, qui multum orat pro populo, & vniuersa ciuitate sancta, Ieremias Propheta Dei* Et Apocalyp 8. *Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo.* Ergò orandum pro eis, vt iterum nos iuuent in cęlis, Iacob vltimo, *Orate pro inuicem, vt saluemini. Multum enim valet deprecatio iusti assidua.* Si enim sancti possunt animas ad corpora precibus suis reducere, quanto magis poterũt mortuis misericordiam impetrare? De Eleemosyna dicitur Tob. 4. *Eleemosyna ab omni peccato & morte liberat: Et non patietur animam ire in tenebras*, & c. 12. *Eleemosyna à morte liberat: & ipsa est, quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam.*
3. Tertiò, debet gratia mortuis seruari in suis propinquis & successoribus, in quibus ipsi defuncti quodammodo adhuc viuunt. Et ideò debent reddi propinquis viuis, quæ debebant mortuo. Num. 27. Debetur autem propinquitati mortui triplex gratia. Prima, dilectionis, Eccl. 30. *Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus. Reliquit enim similem sibi.* Ergò amor qui habebatur ad mortuum, debet haberi ad eum qui vidit, Gen. 50. *dixerunt filij Iacob ad Ioseph, Pater noster præcepit nobis, antequam moreretur, vt tibi verbis illius diceremus: Obsecro, vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ, quam exercuerunt in te Nos quoque oramus, vt seruis Dei, patri tuo dimittas iniquitatem hãc* q.d. Dimittas nobis & patri. Secundo, Compassionis, quia non amicis tantùm, sed & inimicis debemus compati, Ecclesiast. 8. *Noli de mortuo inimico tuo gaudere; sciens quoniam omnes morimur, & in gaudium nolumus venire.* Itaque non gaudendum, sed magis lugendum, exemplo Dauid, 2. Reg 1. qui *audita morte Saul, apprehendens vestimenta sua scidit: & omnes viri, qui erant cum eo, & planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vsque ad vesperam.* Nec tantum compassus est mortuo, sed etiam propinquis viuis, dic 2. Regum 9. *Nunquid superest aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam?* *Compassio.*
Tertio, Subuentionis, exemplo Dauid 2. Reg 10. *Factum est vt moreretur Naas rex filiorum Amon Dixitque David: Faciam misericordiam cum Anon filio Naas, sicut fecit pater eius mecum misericordiam*, iuxta illud Zach. 4 *Gratiam exequabit gratiæ* Ita voluit facere Dauid, ita faciamus & nos, & gratiam & misericordiam hic & in futuro inueniamus. *Subuentio.*

Amen.

(?)

Dere-

De retributione bonorum post mortem.

Opera illorum sequuntur illos. Apoc. 14.

Spes bonæ magnæ certæque mercedis prouocat & instigat ad diligenter operandum, cuius causa etiam nec datur solutio nisi opere recte consummato: & sic etiam Deus iustis & bonis nō reddit mercedē laboris & operis, nisi post mortem, vt spe præmij durante semper magis sollicitentur Eccles. 51. *Operamini opus vestrum ante tempus & reddet vobis mercedē, vestram in tempore suo.* Figura habetur, Mat. 20 vbi dicitur Procuratori, *Voca operarios.* Qui hypocritę hic accipiunt solutionem suam. Et commendantur viri boni de excitatione meriti di. *Opera illorum.* Secundò, ex consecutione præmij, dic. quia *sequuntur illos.* Certe si homo vult bene mori, debet benè operari: Nam sicut securis est scindere, & cæt. ita hominis perfecta operatio est, ad quam creatus est, bene operari, sed quia sola natura ad hoc non sufficit, additur ei auxilium gratiæ per Christi sacramenta, vt benè operetur & benè intendat Hoc Apostolus ostendit, Eph 2. *Factura Dei sumus, creati in Christo Iesu in operibus bonis.* Ecce nobilitas originis, quia Dei factura, dignitas muneris, quia in Christo Iesu creati, necessitas finis quia in operibus bonis. Primum pertinet ad perfectionem naturæ. Secundum, ad refectionem gratiæ. Tertium ad executionem gratiæ Quo ad nobilitatem qui eligitur Episcopus, meritò dicitur creatura electorum. Deus autem fecit honorem homini, vt eum constitueret Regem. Quia facto mundo Deus voluit ponere regem, dic *Faciamus hominem ad imag. & simil. nost. & præsit piscic. mar.* Genes. 1. Ibi fuit electio consona, quia non solum pater ibi, sed & filius, & Spiritus sanctus, habuit vocem Ideò dicitur *Faciamus*, &c. Sicut si imago quæ est in sigillo regis viueret, diceretur rex esse. Item Deus quasi inunxit in regem, quando eum benedixit, vnde in benedictione attenditur consecratio. Item dedit dominationem, cùm dixit, *Præsit piscibus maris*, &c Hoc idem facit Deus cuilibet in creatione animæ, Homo enim ad similitudinem diuinam in baptismo inungitur & consecratur, & per gratiā habet dominium super volucres cæli, scil. super spiritualia peccata, & super pisces maris, scil super peccata carnis & super bestias terræ, quantum ad dæmones Ideò peccator nequiter & rusticè agit contra Deum, quando peccat, quia conculcat in se imaginem suam, sicut si aliquis conculcaret sigillum regis, Isa. 45 *Væ qui contradicit factori suo.* Cuius contrarium faciunt multi, Sapient. 16. *Creatori enim tibi factura deseruiens* Dignitas muneris Cum creare sit ex nihilo aliquid facere, homo autem per peccatum fit quasi nihil Sed per Christum est recreatus, scil. de nihilo ad ăliquid adductus: hoc modo, quia Deus fecit primum hominem de limo terræ, & est omnis homo de semine terreno, quātum ad corpus. Deinde animam creauit ex nihilo, quod tunc accidit in primo homine & accidit quotidie in peccatore. Quia sicut caro Adæ, quæ prius fuit tempore quam anima eius & etiam nostra, superauit animam eius & superat in peccatore. Vnde ne contristaret vxorem suam, comedit & fuit victus carnalitatē & vincitur homo à carne. Et sicut ad nihilum addictus fuit, ita peccator, sed creati sumus in Christo Iesu. Dominus enim cogitauit, vt faceret hominem, in quo illud, quod priùs esset, superaret illud quod esset posterius. Iste fuit Christus, cui diuinitas prior existens quàm humanitas, sibi subiecit humanitatem. Vnde sic fuit conuersum respectu primi hominis: quia ibi carnalitas vicerat

Merces spes prouocat ad operandum.

Homo benè operari debet si vult benè mori.

Nobilitas hominis quia Dei factura.

Peccator nequiter agit contra Deum.

animam, hæc anima per diuinitatem vicit carnem. Vnde sicut per carnem Adę, quę fuit causa culpæ & vicit animam, sumus dissipati, ita per carnem Christi diuinitati vnitã recreati. Vnde altissimus de terra creauit medicinam. Et ideò 2. Cor. 5 dicitur, *Si qua ergò in Christo noua creatura, vetera transierunt, & ecce noua facta sunt omnia*: Ideò dicitur Christ⁹ venisse in hũc mundum vt peccatores saluos faceret.

Necessitas finis consequendi. Necessitas finis consequendi est bona opera facere. Arbor enim quæ non profert fructũ succiditur & cõburitur. Sic facit De⁹ cũ homine, 2 Cor. 9. *abundetis in omne opus bonum.* Quod autem dicitur, Tit. 1. *Ad omne opus bonum reprobi.* Fit, quia omne opus quod faciunt de genere bonorum, faciũt indebito modo, aut fictè vt hypocritæ, aut tarde vt in morte, vel credit post mortem posse fieri, aut tepidè, Iere. 48. *maledictus, qui opus Domini facit negligenter*; cum sollicitè agant pro lucro terreno homines; aut parcè: *Qui parcè seminat, parcè & metet.* aut imcompletè propter imperseuerantiã, Gal. 6. *Bonum facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus, non deficientes.* Glossa. *Si homo non imposuerit finem bono operi, nec Deus imponet finem remunerationi.* Consecutio præmij.

Mala opera sequitur duplex pœna. Ad mala opera consequitur generaliter duplex pœna, prima statim in præsenti, quæ est perturbatio & remorsus conscientiæ, secunda in futuro, sc. æterna damnatio. E cõtra. Ad opera bona sequitur duplex fructus, primus est conscientiæ quietatio. Tenetur enim homo non solum abstinere a malo, sed etiam operari bonũ. Et ideò sicut inquietatur conscientia ex perpetratione mali, ita ex omissione boni. Et contra sicut pacificatur ex remotione mali, sc. peccato, ideò consolatur in impletione boni.

Retributio fœlicitatis Secundus fructus erit in futuro, retributio illa fœlicitatis. Pro. 12. *Qui pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium* Prouida ergo deliberatio debet præcedere, post sequitur conscientiæ quietatio, scil. nomine pacis, inde retributio, scil. gaudium vitæ æternæ. Priusquam aliquid fiat rectè, debet deliberari, vel secum vel cum alio, 2. Reg. 6. dixit Absolon ad Achitophel: *Inite consilium quid agere debeamus.* Sed circa consilia cõtingit multipliciter errare, vel propter iniustitiam, scil. vt faciat rem iniustam, contra Deum vel proximum. De talibus dicitur, Gen. 49. Vbi Iacob dixit: *Simeon & Leui, vasa iniquitatis bellantia, in consiliũ eorum non veniat anima mea* Secundo propter ignorantiam consulentium, Isa 19 *Stulti principes Thaneos, sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consilium insipiens*, scil. contra Deũ. stulti consiliarij sunt, qui non respiciũt, nesciunt eligere Sit ergò timens Deum qui cõsulit. Tertiò, propter superbiam. Pro. 13. *Qui agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia.* Quarto, propter inobediẽtiam. Roboam filius Salomonis noluit obedire consilio seniorum, 3. Reg. 12. similes infirmis, qui respuunt medicinam.

Fructus bonorũ operũ est cõscientiæ quietatio. Fructus operum bonorũ debite acquisitus est interior est cõscientiæ quietatio, quæ sub nomine pacis ponitur. Est autem triplex pax è bonis operibus prouenieus Pax conscientiæ & ista reformatur per opera pœnitentię, quę sunt deflere mala cõmissa, eandem emundare, mandatis Dei incessanter insistere. Ista est pax, in qua post pœnitentiam remisit Dominus Magdalenam, dic. Luc. 7. *Vade in pace.* Secunda est exterior, inter proximos & dicitur pax temporis, & ista sequitur ex operibus iustitiæ, quando vnusquisque reddit alteri, quod sui iuris est. Isa. 32. *Opus iustitiæ pax.* Perfecti tamen viri assequuntur hãc per alias tres virtutes, sc. Abdicationem temporalium, pro quibus mundus litigat, per patientiam, quę non repercutit imò cedit, & per humilitatem, quæ nulli molesta est, & neminem cõprimit & comprimentes illi se receptat, Psal. 119. *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus.* Tertia superior quę dicitur æternitatis quę acquiritur per opera gratiæ & charitatis, Psal. 118. *Pax multa diligentibus legem tuam.*

am.Rom.2. Gloria, & honor, & pax omni operanti bonum. gloria, sc. apud Deum, honor apud homines, pax in conscientia propria. Retributio præmij est gaudium verum de vero bono, quia mundani habent tantum apparentia, & hoc primum est, & mūdus sæpe lætatur in malo. Pro. 2 *Lætantur cum male fecerint.* Secundum est, quia plenum est: sed gaudium mundi est vacuum, quia est de tribulatiōe aliorū, & de paruis rebus, & *extrema gaudij luctus occupat.* Tertium est stabile & firmum, Ioan.16 *gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Mundanum est de quo dicitur: *Ducunt in bonis dies suos*, &c. Quartum, Quia illud gaudium est continuum, Phil.4. *Gaudete in Domino semper.* Sed mundanum miscetur dolore, & multa tristitia Tob 5. *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video?* Non est gaudium, nisi in Deo, primò quia tale gaudium est gaudium originale, à quo omnia gaudia debent sumere originem, est enim essentiale: & qui hoc habet, habet Deum, & est regula omnium gaudiorum. Secundo, est æternum & finale: reliqua mundi sunt finalia, sed habent tristem exitum, ad infernum vel purgatorium, Psalmo septuagesimo sexto. *Renuit consolari anima mea:* Quare. *Quia memor fui Dei, & delectatus sum.* Tertium Quia gaudium vltimum est in comparatione, de quo Eccles.30. *Non est oblectamentum super cordis gaudium.* & tale est diuinum, Ioan.16. *Tristitia vestra vertetur in gaudium.*

Margin notes: *Retributio præmij est gaudium verum.* *plenum.* *stabile.* *continuum.* *originale.* *æternum.* *Vltimum.*

De Orationibus, pro mortuis faciendis.

Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. 2.Mach.12.

EX miserijs hominum in captiuitate, exilio, paupertate & qualicumque miseria constitutorum, quotidie videmus, quid valeat oratio, intercessio, cōmendatio, &c. quamque vtilis & quàm sit necessaria. Ex istis vel horum aliquo saltem colligere potestis & debetis, quàm sit necessaria ne dicam salutaris cogitatio, oratio & satisfactio, sed debet fieri ab eo, qui non est in peccato & longè à Deo. Ideò iusti clamant, corde, ore, opere per rectum desiderium & exaudiuntur & hoc modo est iusti assidua deprecatio, quæ multum valet, Psalm. *Desiderium pauperū exaudiuit Dominus.* Sic Susanna tacens clamabat. Dan.13 sic Anna 1.Reg.1. Et voce in Ecclesia cantando, cōfitendo, prædicando, Psal. *Voce mea ad Dominum clamaui.* Opere manibus laborando, Eleemosynas largiendo, Act 10. *Ex tuæ sunt Eleemosynæ tuæ apud Deum.* Sic hodie SS. mater Ecclesia & per totum annum singulis diebus hoc modo orat & satisfacit pro mortuis & ad id faciendum monet Catholicos. Aduertendum itaq; quod cogitatio ista vtilis. Primò quia multū est Pia, vnde sancta dicitur. Quia pietas est annexa sanctitati: Propriū.n. est sanctis viris habere pietatem. Hæc pietas maximè debet esse inter membra Christi & corporis sui, quod est Ecclesia. Sicut etiam in corpore naturali vnū membrū compatitur alteri, & pes it ad medicum propter oculi imbecillitatē, os conqueritur, &c. Et quia in Purgatorio fratres sunt vinculo charitatis obligati, debemus pro illis orare, aut aliquid boni facere, 1.Timoth.4. *Pietas ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ,* qua

Margin notes: *Cogitatio pro defunctis multū est vtilis. In Pia.*

Salubris. *quæ nunc est, & futura.* Secūdò, est salubris, quia prodest ad salutem nō tantùm defuncti, pro quo oratur, sed etiam illius, qui orat. Acerbitas pœnæ purgatorij respondet quantitati culpæ, sed diuturnitas respondet radicationi culpæ, scil. subiecto: Vnde potest contingere, quod aliquis in Purgatorio diutius moretur, qui minùs affligitur, & è conuerso: Sed quilibet post purgationem saluus erit, sic tamen quasi per ignem, scil. ac si ille ignis cremasset peccata sua, sicut lignū, fœnum, & stipulam. Prosunt ii super orationes &c. pro defuncto etiam ad salutem ipsius facientis: quia ratione charitatis ex qua fiunt, valent ipsi facienti ad meritum vitæ æternę, & sic operatur etiam salutem suā. Tertio, Vtilis. Quia ille qui cogitat pro defuncto, quæ est pœna purgatorij, debet aliquid futurū cogitare quod sicut ipse potest iuuare modo illum, ita cito veniet tempus, quod ille iuuare poterit eum, scil. cum liberatus fuerit à pœna, & volauerit ad gloriam, & credendū est, quod ei repēdet vicem. Item debet pro seipso cogitare, quod sicut videt illum afflictum & parum iuuari etiam à suis charis, ita continget ei, nisi etiam sibi ipsi prouideat, vel quod ita viuat, vt hinc liber exeat & ad prædictam pœnam nō vadat. Secundo, Adiuti necessitas. Maioris charitatis est iuuare defunctos, quā viuos, quia illi se iuuare non possunt, sicut qui manus non habent. Et intellige tantū, qui sunt in purgatorio de quibus, Hebr. 11. *Iuxta fidem defuncti sunt omnes, non acceptis repromissionibus, sed à longe eos aspicientes.* Ille moritur iuxta fidem, qui moriendo fidei inhæret sine dubitatione. Et hoc est necessarium, quia diabolus in morte maximè tentat hominem de fide, quam si posset ei eripere, eripiet sibi timorem & amorem Dei, & Dei subiectionem, sine quibus non posset saluari. Ille enim qui non credit, nō timet illud, quod non credit: Vnde si non crederet aliam vitam, nō timeret pœnam inferni: & si non crederet diuinam prouidētiam, nec crederet Dei iudicium: & si non crederet aliqua esse peccata, non timeret Deum offendere in eis, nec curaret pœnitere vel satisfacere de eis. Vide de fide & eius necessitate. Nam diabolus tollendo fidem, tollit dilectionem, & sic etiam bonam operationem & consequenter salutem. Sola etiam fides sine charitate non mouet perfectè & efficaciter ad operandum propter Deum vel beatitudinem, quam credimus, 1 Cor. 13. *Si habuero omnem fidem,* &c. Et si diabolus tolleret homini morienti vel viuenti, tolleret subiectionem Dei, quia non obediret Deo & præceptis eius, Ephes. 6. *In omnibus assumentes scutum fidei,* &c. Præterea generalem migrationem scribit dic. *Defuncti sunt omnes.* & piè creditur, quod illi in pugna videntes sibi imminere mortis periculum, & ita pœnituerunt, atque ita etiam profuerunt istæ oblationes, Psal. 77. *cum occideret eos, quærebant eum.* Qui autem in purgatorio sunt, vel decesserunt cum venialibus peccatis, quia nihil intrat coinquinatum in regnum cælorum. Vel satisfactione sibi iniuncta, nondum completa. Verumtamen si antequam exirent, tantam haberent contritionem, quæ sufficeret ad delendum peccatum, liberi transirent ad vitam, etiamsi satisfactionem non compleuissent. Quia vehemens contritio maxima est apud Deū peccati satisfactio, & maxima peccatorum deletio. Et ideo dic Hieronymus quod apud Deum non tantum valet mensura temporis quantum doloris, nec abstinentia tantum ciborum, quantum mortificatio vitiorum. Vel satisfactionem quidem compleuerunt, sed tamen illa pœna, ignorantia vel negligentia sacerdotis nō fuit sufficiens. Pœnalem retardationem subiungit Apostolus dicens. Quia nō acceptis pro missionibus, scil. de præmijs, scil. vitæ æternæ,

Marginal notes: *Salubris.* — *Acerbitas purgatorij & diuturnitas cui respondet.* — *Vtilis.* — *Adiuti necessitas.* — *Pœnalis retardatio.*

æternæ, quæ scil. ab antiquo multotiens promissa fuit sanctis, & per Christum repromissa, scil. iterato promissa, quas repromissiones, qui in purgatorio detinentur, adhuc non sunt assecuti & maxime qui eas desiderant, ex ipsa retardatione maximè affliguntur adhuc eas contemplando à longè, aspicientes & expetentes, sed sancti, qui sunt in cælo iam eas sunt assecuti merito iustitiæ suæ, & in eis facilè lætantur, Hebr. 11 *operati sunt iustitiam adepti sunt repromissiones.* Insuper iuuandi facilitatem quia dic. Exorare, quod quilibet potest facere facillime. Duæ alæ sunt, quarum virtute anima à purgatorio ad cælum potest euolare, scil. Elemosyna & Oratio, Eccles. 7. *Exorare & facere Eleemosynam ne despicias* Et quia religiosi & alij pauperes per Eleemosynas sibi datas excitantur ad orandum & celebrandum Missas, dicitur Eccles. 29. *Conclude Eleemosynam in sinu pauperis, & hæc pro te exorabit,* scil. ad orandum excitabit. Vltimò auxilij opportunitatem, scil. vt à peccatis soluantur, scil. debitis pœnis pro peccatis, & hoc etiam potest fieri per indulgentias, licet nō quidem directè, sed si alius suscipiat in se, ea quæ propter indulgētias facere oportet, vt ieiunare, visitare limina SS Apostolorum, dummodo forma sub qua data est indulgentia, extendat se vsque ad defunctos. Vt si dicat. Quicunque fecerit hoc vel illud, ipse & pater eius, & quicunque ei adiunctus in purgatorio detentus, tantum de indulgentia habebit, talis indulgentia non solum viuo, sed etiam mortuo proderit.

In anniuersario vel translatione alicuius multo ante mortui.

Homo cùm mortuus fuerit, nudatus atque consumptus, vbi quæso est? Iob. 14.

ECclesia Sacrosancta sanctè instituit memoriam & anniuersaria defunctorum. Primò quidem ad eorum vtilitatem, vt eos per suffragia Missarum, orationum & Eleemosynarum iuuemus. *Defunctorū anniuersarij dies instituti sunt.* Hinc etiam septem dies vt se quiescat à 1 pœnis, quia dies septimus fuit dies quietis & ætas septima, Et trigesimus vt scil. regnet cum ijs qui habuerunt fidem Trinitatis cum Decalogi præceptis. Secun- 2 dò, propter nos, scil. informationē nostrā, vt memores simus nos pariter morituros & nos ad eandem præparemus. Quia in his verbis videmus corruptionem nostram, expoliationem omnimodam, completam defectionem, quia Cōsumptus, & tandem incertam locationē quia nescimus vbi tandem sit. Videtur esse homo magni valoris dum viuit, at cùm mortuus fuerit, nihil esse videtur & vti dicitur Psalm. 30. *Obliuioni datus sum, tanquam mortuus, à corde.* Quòd si nollemus recordari mortuorum, saltē illud *Item.* deberemus facere. Primò ad vitæ nostrę 1 directionem. Quia ea quæ sunt ad finē, ordinantur secundùm rationem finis. In artificialibus, vt domus est propter habitationē, & adoptatur, vt possit habitari. In naturalibus arbor, vt possit proferre fructus, & ideò habet radices in terra ad sugendum humorem, ad fructuū generationem, & folia sursum ad defendendum fructus. In ciuilib pugna est propter victoriam, & ideò acies militum disponuntur, vt possint victoriam obtinere. Et secundùm hunc modum ex

 conside-

consideratione mortis, qui est finis vitæ hominis, tota vita hominis dirigitur, quod est, quādo homo benè viuit, vt be-
2 nè moriatur. Secundò, ad animæ sanationem. Sicut enim in corpore sunt diuersæ infirmitates, sic & diuersæ medicinę, quia contraria contrarijs curantur, sed infirmitates animę sunt passiones vitiorum. Periculosissima autem infirmitas animę est peccatū mortale, contra quod est ordinata medicina pœnitentiæ, ad quā potissimè inducit mortis memoria frequentissima: quod in Niniuitis ap-
3 paret Ionæ 3. Tertiò, ad propriæ fragilitatis considerationem. Est enim valde vtile, vt homo seipsum cognoscat, alias nihil valet quæcunq; scientia & hoc citius ex consideratione mortis, quam ex inspectione librorum. Quia tale est cōpositum, qualia sunt componentia: sed homo per mortem resoluitur in cōponentia, & in hac resolutione apparet euidenter, quot fœtores, quot abominationes proueniant. ex quibus homo cōponitur, Psal. 9. *Sciant gentes, quoniam homines sunt.* Defectus humanæ corruptionis per mortē. Et licet dissoluatur corpus, animę tamē hominis benè viuentis prodest, quia transit à pœna ad tranquillitatem perfectam, ad supernam ciuitatē, ad sanctorum iucunditatem, ad æternā fœlicitatem. Impugnatur enim homo à componētibus corpus, sensibus interioribus & exterioribus. Defectus dilectionis, quia d *à corde*: Sicut enim ab aspectu recessit, ita & à corde. Expoliatio, sc. suiipsius hominis mortui. Et animæ recedunt duplici nuditate. Primò nudatur à suo corpore, secūdò omnib. bonis tēporalibus, Iœl. 1. vbi de anima migrāte, di. *Nudans expoliauit eam*, sc. Mors nudans animam corporis indumēto, expoliauit eā à temporaliū ornamēto. Damnatorum verò animæ recedunt à corporibus nudatæ omnib. virtutibus: Et sic non habet vestimentū quo protegatur à sua confusione in iudicio, Naum 3. *Ostendā gentibus nuditatē tuam, & regnis ignominiā tuam: & proijciā super te abominationes tuas, & cōtumelijs te afficiā.* Itē non habet vestimentū, quo ornata in cælo recipitur ad nuptias, Matt. 22. sc. veste charitatis. Itē non habet vestimentū quo protegatur in inferno a calore & frigore, *ab aquis niuium, ad calorē nimiū transeunt*, Iob 24. Bona etiam temporalia abierunt. Sicut enim granū nudum & expoliatum seminatur a principio, sic in fine recolligitur & recōditur granum expoliatum & nudū. Sic est de homine, nudus nascitur, nud' moritur. 1. Tim 6. *Nihil intulimus in hūc mūdū.* Homo autē consumitur per putrefactionem & corrosionē vermium Iob 13. *Qui quasi putredo consumendus sum*, &c. Animę aūt damnatorū non consumuntur, sed metaphoricè dicūtur consumi vel fame, sc. vehementia desiderij cruciatu, vel à deuoratiōe auium, & morsu earum, Deut. 32. *Consumentur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo.* Per aues cæli notantur sancti, qui sunt in cælo, quos damnati videntes esse in maxima gloria & se esse in pœna maxima mordentur in seipsis morsu amarissimo. Vbi autem sint animæ, determinatè nō possumus scire. sed sicut graue tendit deorsum, leue sursum & quod ex vtroq; mixtū manet in medio: Ita animę ab omni peccato purgatæ sunt in cælo, grauatæ peccatis, in inferno, nōdū verò purgatæ in Purgatorio. De loco inferni dicitur Iob 10. Vadā & non reuertar ad terrā tenebrosam & opertā mortis caligine, &c. vbi octo cōditiones pessimæ pœnæ infernalis ponuntur. Prima est quia irreuocabilis. *Non est qui agnitus sit reuersus ab inferis*, Sap. 2. Licet de gratia speciali aliqui sancti vel alij redierunt. Secundò, Odibilis propter tenebras, sicut enim lumē est amabile, ita tenebræ odiosæ, & obscuritas illa est, propter carentia diuinæ visionis. Tertio, Inexpiabilis: quia operta mortis caligine, sc. peccato originali, quod [illegible] & mortis, quod post mortem est inexpiabile,

Defectus humanæ corruptiōis.

Expoliatio

Infernus.

Pœna infernalis irreuocabilis.

Odibilis.

Inexpiabilis.

bile, & multi sūt ibi cū peccato originali, sicut infideles oēs. Quarta, Valde grauis ratione miseriæ pœnarū maximæ in qua sunt, ideo dicitur terra miseriæ, Ps. 139. *In miserijs nō subsistent.* Quinta, Irremediabilis, quia lumē diuinæ misericordiæ & gratiæ nō habet locū ibi, ex eo quod est terra tenebrarū propter obscuritatē peccatorū actualiū, a quib. purgari non possunt & manēte culpa, manet pœna. Sexta, Summe terribilis, quia est vmbra mortis, & mors est omniū terribilissimū vel inter terribiliū. Septima, Cōfusibilis quia nullus ordo sed omnimoda cōfusio. Fit tamē etiam ibi aliquis ordo. Primò iustitiæ diuinæ, vt nunquam sit dedecus culpæ sine decore iustitiæ. Vnde ita pulchre & ordinatè stat peccator in inferno, sicut in annulo gemma, sicut latro in furca, sicut seruus in cloaca. Secundo, Culpæ, quia illi qui fuerunt similes in culpa, sociabuntur & in pœna. Tertiò, Ordo pœnæ, sc. iuxta mēsuram delicti. Octaua Conditio, Horribilis. Nam ibi *sempiternus horror inhabitat.* Quia scil. post præsentes pœnas semper timēt futuras, quia nūquam terminantur, vel quia dānati sunt in sempiterno horrore Dei & sanctorum, & vnus horret aliū, & quisque seipsum. Vnde, *horrendum est incidere in manus Dei viuentis.* Heb. 10.

In anniuersario de oblationibus faciendis.

Iudas collatione facta, 12. millia drachmas argenti misit Hierosolymam, offerri pro peccatis mortuorum. 2 Mach. 12.

Consuetū est, quod minores & inferiores sequātur faciliter exēplū superiorū & maiorū, & quæ a superiorib. aguntur, trahatur a subditis in exēplū. Vnde Dominus discipulis ait, Ioan. 13. *Si ego laui pedes vestros Dominus & Magister*, &c. Ideo S. Ecclesia in propositis verbis, quæ legi cōsueuerūt in anniuersarijs defunctorū, volens nos mouere ad pietatē erga mortuos nostros, vt eos per suffragia nostra iuuemus, recitat nobis exemplū huius magni fortissimiq; viri & principis, sc. Iudæ Machabæi, qui de mortuis populi & exercitus sui iuuādis magnam curā & sollicitudinē ostendit, largā pro eis oblationē faciēdo vt est in verbis supra positis. Et primo notatur in verbo Iudas quod interpretatur cōfitens. quod qui vult orare, vel aliquod bonū opus facere pro mortuis, debet esse purus a peccato per cōfessionē & pœnitētiā. Secūdo, Debet fieri quicquid fiat pro mortuis ex charitate, quia dicitur *Collatione facta*. Sic quilibet debet libenter conferre Eleemosynas & oblatiōes pro suffragijs defunctorū, & maximè ad impetrandū Missas & orationes sanctorū virorū, Ro. 15. *Probauerūt etiā Macedonia & Achaia collationē aliquā facere in pauperes sanctorū.* Vbi nota quod suffragia debēt fieri quadrupliciter. Primo libēter ideo d. *probauerūt*, placuit eis, & iudicauerūt bonū esse: & talis etiā probātur a Deo qui est pauperū pater & Dominus viuorū & mortuorū. Sed immisericordes & crudeles reprobātur à Domino. Secūdo, Vnanimiter, quia collatione facta, sc. collectio facta est cum cōcordia. Et ita absoluti à purgatorio, & nō adiuti à viuis, possunt dicere illud, Gal. 2. *Nil mihi cōtulerūt*, Ps. 77. *Nec fideles habitu vel amēto*, sc. defuncti sui. Tertio, Misericorditer, quia in pauperes. Multū.n. est pauper qui indiget auxilio, nec potest se in aliquo per seipsū iuuare, quales sūt illi in purgatorio. Si aliquis esset in profūdo carcere detētus, grauissimis infirmitatib. & dolorib. afflictus magno debito oneratus, & ad debitū persoluēdū ex se facultate priuatus, & tamē pro modico precio posset redimi, & ab omnib. maledictis liberari & post liberationē statim esset potētissimus, ad retribuendū his, qui sibi tribuissēt, & subuenissēt, crudelissimus esset ille sal. è cōsanguineus vel amicus, qui nollet cōferre aliquid.

Oratur pro mortuis debet esse purus à peccato.

Iudas interpretatur confitens.

Debet fieri ex charitate.

Suffragia debent fieri quatuor.

Libenter.

Vnanimiter.

Misericorditer.

liquid ad eius liberationem. In tali statu sunt, qui existunt in Purgatorio. Sunt enim in profundissimo carcere inclusi, habent duplicem pœnam, sc. damni & sensus, graue debitum colligitur ex pœnis grauissimis, non tantũ ex quantitate peccati, quantum est ex dispositione puniti, quia idem peccatum grauius punitur ibi quàm hic. Sicut ille, qui est melioris complexionis magis punitur eisdẽ plagis impositis, quàm alius & ideo ex leuibus culpis grauior est ibi pœna, quã hic. Seipsos iuuare non possunt, nos autem illos, & proderit illis, tum propter charitatis vnionem, tum propter intentionem ad eos directam, quod illis in inferno nõ conuenit. Quartò, debet fieri vtiliter, quia dic. *Sanctorum.* Tanto autem est Eleemosyna vtilior facienti, & tanto maioris meriti, quanto ille cui fit melior est & magis indigens, Roman. 12. *Sanctorum necessitatibus communicantes.* Quintò, Suffragia item debent fieri cum muneris largitate, vti fecit Iudas Machabæus, & apparet eius munificentia ex quantitate, sc. duodecima millia, ex monetæ qualitate, quia drachmas, ex monetæ nobilitate, quia argenti. Sextò. Cum discretiõis sagacitate. Iudas enim discretus fuit in eligendo locum debitum ad suffragia mortuorum. Vnde misit Hierosolymam vbi erat templum, quod erat locus debitus sacrificiorum, & oblationum, & Orationum, Ioan. 4. *Hierosolymis est locus, vbi adorare oportet.* Signat autem Hierosolyma Ecclesiam Catholicam, extra quam sicut dic. Augustinus, non est locus veri sacrificij. Sacrificium autem quod in Missa offertur, potissimum suffragium est quod possit pro mortuis fieri, deinde Eleemosyna, deinde oratio deinde ieiunium, deinde oblationes fidelium, quæ pro defunctis fiunt, siue offeratur cera, siue oleũ, siue etiam pecunia vel quicquid aliud vtile. Vltimo debent fieri pro expiationis necessitate, quia dic. pro peccatis mortuorũ. Nam suffragia illa sunt quasi quædam emendæ vel satisfactiones, quę Deo offeruntur ad expiandum reatum pœnæ, quã patiũtur ex peccatis prętεritis Heb. 5. *Offerat dona et sacrificia pro peccatis.* Per dona intelliguntur Eleemosynæ, quia donum secũdum Philosophum est datio irreddibilis: ideo Eleemosynæ nõ debent dari diuitibus, sed pauperibus. Per sacrificia intelliguntur, sacrificium altaris, & orationes deuotæ.

Vtiliter.

Cum muneris largitate.

Cum discretionis sagacitate.

August.

Suffragia pro expia- [...] *finiat.*

De misericordia, quàm petunt defuncti, facienda.

Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Iob. 19.

Communiter euenit, quod qui sentit dolores magnos, emittit magnos clamores. Sic illi qui sũt in purgatorio, quia magnas patiuntur pœnas, magnos querelarum clamores non vocis sono, sed mentis desiderio, ad nos, qui eos iuuare possumus, emittere non desinunt. Vnde ex persona cuiuslibet eorum clamat Ecclesia SS. clamat scriptura diuina dic. *Miseremini.* Petit itaque primo misericordiam & ex ipsa ingeminatione petitionis ostendit suam magnam miseriã & indigentiam. Et bis quidem, primo propter aliquam venialem culpam, sc. cum qua decessit ex hac vita, à qua purificetur necesse est, ideo *Miserem.* quasi dicat, si misereamini mei, impendendo suffragia, citiùs purgabor & liberabor. Prou. 15. *Per misericordiam & fidem purgantur peccata.* Secundo propter pœnitentiam hic non completam, siue quia pręuẽtus sit à morte, siue quia iniunctã pœnitentia insufficiens non fuit secundùm iudiciũ Dei. Pœnitẽtię n. iniũctę tripliciter [...] taxãtur, quędã à Canõe, quędã à sacerdote confessario. Vel bis clamat propter

Prouerbior.

Pœnitentia [...]

pœ-

pœnam damni & sensus. Itaque clamare possunt animæ, quæ sic affliguntur ad quemuis consanguineum vel amicum hic viuentem, & dicere illud Marci 9. *Si quid potes, adiuua nos misertus nostri.* Quoad primum ex facultate. Quilibet aliquo modo potest, vel orare, celebrare, eleemosynas dare, &c. Tob. 4. *Quomodo potueris, esto misericors.* Secundo, ex charitate, sicut frater fratrem debet iuuare. Nam frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma, & ideò dicunt, *Adiuua nos.* Vel cognatione, vel charitate, sumus fratres & proximi, Rom. 12. *Charitatem fraternitatis inuicem diligentes.* Tertio, ex pietate. Nam vbi est maior miseria, ibi homo qui pius est magis compatitur & miseretur. Sed in purgatorio talis est, qui nec vno denario si deberent, etiam possent se redimere, nec per vnum *Pater noster*: ideò illud Iudith 7. *Tu qui pius es, miserere nostri.* Secundo, petit misericordiam à nobis ratione mutuæ beneuolentiæ dic. *Saltem vos amici mei.* Consueuit autem amicus verus tria impẽdere amico suo. Primo directionem, & hoc debetur omni tempore, Prou. 17. *Omni tempore diligit qui amicus est.* ergo & post mortem. Secundo, compassionem, sc. in aduersitate, Eccl. 12. *In malitia, sc. aduersitatis, amicus* [illegible]. Et si compatitur viuo, cur non magis mortuo, qui est in maiori pœna. Tertio, subuentionem, scil. in necessitate, alias non est verus amicus, Eccl. 6. *Est amicus socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis.* Talis est qui amico defuncto [illegible] non subuenit. De quali dicitur Iob 6. *Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit.* Vbi tres culpæ notantur, quę plerunque circa talem amicum defunctum committuntur. Prima est crudelitas, quia in tanta miseria derelinquunt, & nõ faciunt misericordiam, Iac. 2. *Iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam.* Nota quod subueniendo defunctis in purgatorio impletur omne opus misericordiæ. Ipsi vehemẽter esuriunt illum cibum, & sitiunt illum potum, de quo Lucæ 22. *Dispono vobis, sicut disposuit pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mens. me. in regno meo.* Sed ante solutum debitum eo non possunt peruenire. Iterum habent animas nudas, non solùm à veste corporis, sed etiam à veste & stola gloriosæ beatitudinis, Eccles. 45. *Induit eum stola gloriæ*, quam induere non possunt, nisi purgati à reatu. Illi tanquam peregrini non recipiuntur in domo Domini, in qua mansiones multæ sunt. Vnde qui eos iuuat, facit recipi in hospitio cælestis mansionis. Illi tanquam infirmi grauissimis doloribus affliguntur & viribus destituti, quod se iuuare nequeant: Qui ergò illis per suffragia confert auxilium, infirmum quasi per affectum visitat, & liberationis suæ medullam propinat: Illi sunt in cõmuni & infimo purgatorij carcere, & impendens illis suffragium, incarcerato prębet consolationis & liberationis auxilium. Sicut facientes audierunt. Discedite à me maledicti, Matth. 25. *Quamdiu non fecistis vni de minoribus, nec mihi fecistis.* Et sic *iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecerit misericordiam.* Secundo, culpa peruersitatis, dic. *ab amico suo.* Nam sicut inimico suo gratiam impendere est magnæ charitatis, ita ab amico misericordiam subtrahere est magnæ peruersitatis & iniquitatis. Ex persona talis defuncti potest dici illud Psalm. 87. *Elongasti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria.* Tales sunt similes discipulis Christi, qui eum ad nuptias comitati sunt, & in passione dereliquerunt. Seneca: Mel muscæ, cadauera lupi, formicæ grana sequuntur, prædam sequitur turba ista non hominem. hæc ille. Videant ergò qui legata impediunt, diripiunt, non succurrũt, cùm possunt, & consanguineis quidem, Matthæ. 10. *Inimici hominis domestici eius.* Tertia, fatuitatis. Quia timorem Domini talis derelinquit, scil. Dei reuerentiam, in quo & pro-

Culpa peruersitatis.

Seneca.

Fatuitas.

Tttt 3

propter quem proximum diligere debet & ipsi in necessitate subuenire: sed qui timorem Domini derelinquit, fatuus est. Stultus enim valdè esset, qui derelinqueret illud quod excluderet ab eo omne malum, & conferret sibi omne bonum, & talis est, qui timorem Domini repudiat. Omne enim malũ quod habemus, aut est malum culpæ, sc. peccatum, quo inficimur, aut malum pœnæ quo affligimur. Sed vtrumque malum excludit timor Domini. Primo, malum peccati, Eccl. 1. *Timor Domini expellit peccatum.* Quilibet enim illud quod odit, conatur à se repellere, Prou. 8. *Timor Domini odit malum* sc. culpæ, & ideò non permittit illud intrare in domum cordis. Iterum custodit à malis pœnæ, Eccl. 33. *Timenti Deum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conseruabit, & liberabit à malis.* Custodit enim nos Deus, dic. August. ab omni malo, non vt nihil patiamur aduersi, sed vt ipsis aduersitatibus anima non lædatur. Item, timor Domini confert homini omne genus boni, quod est triplex. Bonum vtile, sc. temporalia, Psalm 33. *Timete Deum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum.* Delectabile. Eccles. 1. *Timor Domini delectat cor.* Et Psalm. 30. *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te.* Bonum honestum, sicut est lumen gratiæ intrinsecum, Eccl. 34. *Timentis Dominum beata est anima eius,* sc. habebit beatitudinem æternam. Tertio, petit misericordiam ratione iustitiæ punitiuæ, quia dic. *Manus Domini tetigit me.* Manus Domini est iustitia Domini, qui existẽtes in purgatorio, nõ occidit, sed tangit grauiter quinq; digitis, sc. quinque modis pœnarum. Primus est gloriæ retardatio. Vnde Psalm. 11. *Quando veniam & apparebo ante faciem Domini.* Secundus, ardor ignis crudeliss. qui est super omnes ignes nostros, & super omnem miseriam, quam homo sentire, videre, aut cogitare potest. Et maior est pœna passionis, quàm compassionis, ergò maior est pœna quam anima in purgatorio sustinet per seipsam, quam pœna, quam hic patitur corpori compatiendo. Tertius, expectatio suffragiorum nostrorum. Quartus, pœnitentiæ omissionis consideratio, quod propter modicam pœnitentiam in hac vita voluntariè factam potuisset euadere tam crudelem pœnam. Quintus, Aduersarij irrisio. Quia licet dæmones super animas existentes in purgatorio, non habent potestatem, tamen sequũtur eas ad purgatorium deductas, de earum pœnis gaudium ostendentes. Et irrisio & exultatio aduersarij dolorosa est in miseria existenti: de qua dicitur Iob 13. *Manum tuam longè fac à me.* Sed est & alia deducens ad gloriam, de qua Psalm. 138. *Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua,* sc. in æternitate gloriæ.

Timor Domini cõfert homini bonũ vtile, delectabile

Honestum.

Misericordia ratione iustitiæ punitiuæ.

Manus Domini est iustitia habens 5 digitos.

1. 2. 3. 4. 5.

De purgatorio & modis iuuandi fideles defunctos.

Sancta & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. 2. Mach 12.

Varia est morientium conditio obseruanda. Namque horum alij gratiam Dei, vitæque innocẽtiam ad finem vsque conseruant, ad quos pertinet Manassis dictũ in oratione sua. *Iustis & ijs, qui non peccauerunt, vt Abraham, Isaac & Iacob, pœnitentiam non esse positam.* Alij peccauerunt quidem, & ea accepta Dei gratia exciderunt, sed criminũ sordes dignis pœnitentiæ fructibus in hac vita expiarunt, vt Dauid, Ezechias, Petrus, Magdalena. Vtrumque hoc genus nulla post mortem eget satisfactione, sed ab ea prorsus est liberum. At longè plu-

Morientium conditio varia.

plures sunt medij generis morientes, nec valde mali, vt Augustin. indicat, in Enchiridio c. 110 qui peccatorum suorũ pœnitentiam in vita perfectã non præstiterunt, ideoq; sunt per ignem saluandi, vt quod satisfactioni pro hac vita conuenienti defuit, in altero sæculo iustitiæ diuinæ persoluatur, *Nihil enim coinquinatum intrabit in sanctam illam ciuitatem.* Apocalyp. 21. Huiusmodi ergò defunctis subeunda est quædam & grauis illa profecto post mortẽ satisfactio. Quam interim Deus pro ingenti sua clementia relaxare consueuit, pietate viuorum intercedẽte, vt defuncti suorum in Ecclesia Fratrum, adeoque membrorum adiutis suffragijs, a peccatis, horrendisq; peccatorum pœnis releuentur. Et huc spectat quod sacræ scripturæ tradit authoritas allegata in principio. Vnde laudatus est Iudas ille Machabæus, quod singulari religione ductus, pro mortuorũ peccatis, non preces modo sed etiam sacrificium offerri sollicitè atque sumptuose curarit. In hanc sententiam concedunt venerandæ synodi & patres, qui veram Ecclesiæ doctrinam tradiderũt. Ex quibus vt vnus pro multis, idemque fide dignissimus testis Augustin. proferatur in lib. de cura pro mort. gerenda, cap. 1. [In Machabæorum libris, inquit, legimus, oblatum pro mortuis sacrificium. Sed etsi nusquam omnino in scripturis veteribus legeretur, non parua est vniuersæ Ecclesiæ quæ in hac cõsuetudine claret, authoritas: vbi in precibus sacerdotum, quæ Domino Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commẽdatio mortuorum. Et rursus lib. 21. de ciuit. Dei: Purgatorias pœnas nullas futuras opinandum est, nisi ante illud vltimum tremendumque iudicium. Matth. 12. Malach. 3. Phil. 2. Apoc. 5. Augustin. de verb. Apostolorum, serm. 34. Orationibus S. Ecclesiæ & sacrificio salutari, & Eleemosynis, quæ pro eorum, sc. defunctorum spiritibus erogantur, nõ est dubitandum mortuos adiuuari, vt cum eis misericordius agatur à Domino, quàm peccata eorũ meruerunt. Hoc enim à Patribus traditum vniuersa obseruat Ecclesia. Sic Augustinus ante mille ducentos annos, vt interim eo vetustiores etiã Cyprianũ, Origenem, Dionysium, Clementem in hac doctrina maxime consentientes, prætermittamus. Quocirca Chrysostomus palam hortatur, vt pro viribus & ipsi defunctos iuuemus, & alios, qui pro ipsis orent, commonefaciamus. Non enim temere ab Apostolis hæc sancita fuerũt, vt in tremendis mysterijs defunctorum agatur commemoratio. Sciũt enim illis inde multum contingere lucrum, vtilitatem multam. Ita Chrysost. homil. 3. in epistola ad Philip. & 41. in 1. Cor. & 69. ad populum Damasc. in oratione de defunctis. Hoc est demum, quod aduersus Aerianos Ecclesia fida scripturæ interpres vsque docuit, ignem quendam esse purgatorium seu emendatorium, vti August. appellat, eoque pœnas peccatorum, quas hic pœnitentia perfectè non diluit, defunctis in Christo fidelibus luendas & expiandas esse, nisi, prout August. loquitur, viuentium suorum pietate illi releuentur, 1. Regum 31. August. *Cùm audissent habitatores Iabes Galaad, quæcunque fecerant Philisthijm Saul, surrexerunt omnes viri fortissimi, & ambulauerunt tota nocte, & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorum eius, de muro Bethsan, veneruntque Iabes Galaad, & combusserunt ea ibi igni, & tulerunt ossa eorum, & sepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt 7. diebus,* sc. vt dic. Beda, Rectè, & ad literam pro mortuis, vt ad requiem peruenire valeant, septem diebus ieiunatur, l. 4. in Samuelẽ. 2. Reg. 1. [Apprehendẽs aũt David vestimẽta sua scidit, omnesq; viri, qui cum eo erãt, & planxerũt & fleuerunt, & ieiunauerunt vsq; ad vesperã super Saul & super Ionathan filiũ eius, & super populum Domini, & super domũ Israel, eo quod corruissent gladio.]

Et

Reg 3. [Dixit autem Dauid ad Ioab, & ad omnem populum qui erat cum eo: scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner. Porrò Rex Dauid sequebatur pheretrum, cumque sepelissent Abner in Hebron, leuauit rex Dauid vocem suam, & fleuit super tumulum Abner. Fleuit autem & omnis populus. Plangensque rex & lugens Abner, ait: Nequaquam vt mori solēt ignaui, mortuus est Abner. Manus tuæ ligatæ non sunt, & pedes tui non sunt compedibus aggrauati: sed sicut solent cadere coram filijs iniquitatis, sic corruisti, congeminansque omnis populus fleuit super eū. Cumque conuenisset vniuersa multitudo cibum capere cum Dauid, clara adhuc die, iurauit dic. Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si ante occasum solis gustauero panem, vel aliud quidquā. Omnisque populus audiuit, & placuerunt eis cuncta, quæ fecit rex in conspectu totius populi.] Tob.4. *Panem tuum & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus.* Eccl.7. *Gratia datus in conspectu omnis viuentis, & mortuo nō prohibeas gratiam,* & c.17. [Eleemosyna viri, quasi sacculus cum ipso: & gratiam hominis, quasi pupillā conseruabit, & postea resurget, & retribuet illis retributionem, vnicuique in caput ipsorum, & conuertet in interiores partes terræ.] cap 38. [In requie mortui, requiescere fac memoriā eius, & cōsolare illum in die exitus sui.] Ierem.16. [Hæc enim dic. Dominus: Ne ingrediaris domum conuiuij, neque vadas ad plangendum, neque consoleris eos: quia abstulisti pacem meam à populo isto, dic. Dominus, misericordiam & miserationes. Et morientur grandes & parui in terra ista, non sepelientur, neque plangentur, & non se incident, neque caluitium fiet pro ijs. Et nō frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo, & non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre.] 2.Tim.1. [Det misericordiā Dominus Onesiphori domui, quia sæpè me refrigerauit, & cathenam meam non erubuit, sed cùm Romam venisset, sollicitè me quæsiuit, & inuenit. Det illi Dominus misericordiam inuenire à Domino in illa die.] In epistola S. Chunegundis ad congregationem in Confugia, post alia scribit: Ecce hæc modici sumpt⁹ munuscula, ad refectionem vobis mittuntur carnis, vt animam senioris patris vestri, sc. Henrici Imperatoris, cōtinua orationis alimonia reficiatis, quoniam tot iustorum preces vnanimiter continuatæ, apud Deum multum possunt, Iacobo attestāte. Et in vita ipsius, cùm iam esset mortua, legitur: Tandem in Ecclesiam B. Petri, sc. Bambergæ, corpus non sine labore deportatū, triduanas ibi meritis suis ac beneficijs cōdignas habuit exequias: filij, quos ipsa illuc aggregauerat, de matris pace iam securi, pro se autē sollicitì, incessanter psallebant, dum eam sibi ad horam subtractam, sine timore amissionis in spe perpetuæ orationis recepisse plaudebant, mater de cælo filiorum prospectans affectum gaudebat. In vita S. Gregorij Papæ de monacho Iusto nomine, qui tres aureos habebat absconditos proprietarius, quod & fratri suo Copioso reuelauit & ille S. Gregorio, quem mortuum fecit idem S. Gregor. in sterquilinio sepeliri. Cùm verò post mortem fratris, triginta iam dies essent euoluti, cœpit animus Gregorij misericorditer ei compati, eiusque cum graui mœrore supplicia pensare, & si quod esset ereptionis eius remediū, inquirere. Tunc euocato ad se eodem Specioso sui monasterij præposito, tristis dixit: Diu est quod frater ille Iustus, qui defunctus est, in igne cruciatur. Debemus ei aliquid charitatis impendere & ei, in quantum possumus, vt eripiatur, adiutorium nostrum accommodare.

Exemplum Imperatricis.

Aliud.

re.

re. Vade itaque, & ab hodierna die triginta continuis diebus pro eo sacrificium offerre stude, vt nullus omninò prætermittatur dies, quo pro absolutione illius salutaris hostia non macte tur. Qui protinus abscessit & paruit, Gregorio autem alia curante, atque euolutos dies minimè numerante, idem frater qui defunctus fuerat, nocte quadam fratri suo Copioso per visum apparuit. Quem ille cum vidisset, inquisiuit dic. *Quid est frater? quomodo est* Cui respondit: *Nunc vsque male fui, sed iam modo bene sum, quia hodie communionem recepi.* Quod idem Copiosus pergens, protinus indicauit in monasterio fratribus. Fratres verò sollicite computarunt dies, & diem ipsum inuenerunt fuisse, quo pro eo tricesima oblatio fuerat impleta. Cùm & Copiosus nesciret quid pro eo fratres, authore Gregorio agerent, & fratres ignorarent, quid de eo Copiosus vidisset. Vno igitur eodemque tempore dum agnoscit ille oblationem, isti audiunt somnium, trigesimum que diem cognoscunt, concordante simul visione & sacrificio. Res aperte claruit, quia frater, quem sub animaduersionis sententia Gregor. mori permiserat, per salutarem oblationem vel hostiam à supplicio liberatus fuisset. Ibidem in vita S. Gregorij Ille excommunicauerat fratrem ordinis habentem apud se tria numismata, data à fratre sæculari, vt sibi vestem compararet, & mortuus est excommunicatus, nesciente Papa. Post duos ergo aut tres dies pergens Abbas nunciauit ei, quia frater requieuit. In hoc itaque non mediocriter tristatus est, quia antequam exiret de hac vita, non soluit eum ab excommunicationis vinculo. Et scribens orationem in Pictatio, dedit orationem vni Diaconorum suorum, iubens ei ire, & super fratrem suum legere eandem. Vadit ergo Diaconus, sicut præceptum ei fuerat, & super tumulum fratris legit Pictatium habens orationem absoluentem ab excommunicatione. Et ipsa nocte vidit Abbas fratrem illum defunctum, & dixit ei, *Non es mortuum frater?* Ille respondit. *Etiam* Et iterum interrogat eum Abbas: *Vbi eras vsque hodie?* Respondit frater. *Vere Domine in custodia: & vsque heri non sum absolutus.* Notum itaque factum est omnibus, quia in hora, qua Diaconus orationem dixit super sepulchrum, in ea hora absolutus est absque excommunicatione, & liberata est anima à damnatione eius. S. Euphrasia mater dixit inter alia filiæ monasterium ingredienti virgini: *Absque intermissione roga Deum pro me, & pro patre tuo, vt inueniamus misericordiam apud tuum, & à gehennæ supplicijs seruemur.* In vita S. Benedicti: Duæ erant sanctimoniales fœminæ, quendam virum religiosum, qui ad exteriora necessaria obsequium eis præstabat, lacessebant contumelijs incessanter. Hoc ille viro Dei S. Benedicto aperiebat, quibus ille protinus mandabat dic. *Corrigite linguam vestram: quia si non emendaueritis, excommunico vos*, sc. non inferendo, sed minando. Illæ autem a pristinis moribus non mutatæ, intra paucos dies defunctæ sunt, atque in Ecclesia sepultæ. Cumque in eadem Ecclesia Missarum solennia celebrarentur, atque ex more Diaconus clamaret: *Si quis non communicat, det locum:* Nutrix eorum, quæ pro eis oblationem Domino offerre consueuerat, eas de sepulchris prodire & exire videbat. Quod dum sæpius cerneret, quia ad vocem Diaconi clamantis exibant foras, atque intra Ecclesiam permanere non poterant, ad memoriam reduxit, quæ vir Dei illis adhuc viuentibus mandauit. Eas quippe communione se priuare dixerat, nisi mores suos & verba corrigerent. Tunc seruo Dei cum graui mœrore indicatum est, qui manu sua protinus oblationem dedit dic. *Ite, & hanc oblationem pro eis offerri Domino facite, & vl-*

Aliud.

Aliud.

& vlterius excommunicatæ non erunt. Quæ oblatio dum pro eis fuisset immolata, & à Diacono iuxta morem clamatum est, vt non communicantes ab Ecclesia exirent, illæ exire ab Ecclesia amplius visæ non sunt. Qua ex re indubitanter patuit, qui dum inter eos, qui communione priuati sunt, minimè recederent, communionem à Deo per seruum recepissent.

Aliud. In vita S. Catharinæ virginis & viduæ Suedicæ: Orauit quodam tempore Romæ ante aram S. Ioannis Euangelistæ in æde maiori D. Petri, apparuitque illi fœmina peregrina, alba induta veste, præcincta baltheo, album ferens in capite velamen, & pallio atro operta. Accessit autem celeriter ad illam, salutataque eam nominatim, supplex rogauit, vt oraret pro anima Noricæ. Sciscitante autem Catharina, cuias esset, respondit se Suedam esse, vxoremque fratris eius Caroli obijsse. Tum illa rogauit, vt veniret ad ædes matris suæ. Illa verò ait id sibi non licere, porrò breui ipsas habituras non parum subsidij à patria. Nam Noricam legasse eis coronam capitis sui auream, iterumque repetebat, vt fideliter precarentur pro anima illius, sicque disparuit. Admirans autem Catharina, rogabat ancillas, quonam abijsset matrona illa? Responderunt illæ, se quidem audiuisse vocem cum ipsa loquentis, sed neminem vidisse. Stupens igitur indicauit matri suæ, cui oranti reuelatum fuit, migrasse è corpore Gidham vxorem Caroli, eiusque animam petendæ opis causa filiæ apparuisse. Non multo post venit è Suedia Ingeualdus Amandsson, familiaris Catharinæ, qui ei & obitum indicauit Gidhæ & coronam attulit auream, quam pro more patriæ in capite ferre solebat. Erat enim ex nobiliori Noricorum stemmate orta. Fuit autem tanti pretij corona illa, vt ad totius anni victum S. Brigittæ & filiæ Catharinæ, totique earum familiæ sufficerit. In vita Sancti Hugonis Episcopi Gratianopolitani. Ille patri suo Odiloni, qui duas vxores habuit, tandem Carthusianus per octodecim annos singularis pietatis fuit, viam vniuersæ carnis ingressuro (erat quippe fermè iam centenarius) venerabilis affuit filius, cumque & inunxit proprijs, & sacra communione repleuit manibus. Expleroque condigna veneratione tam sancto funere, diem obitus, sicut & matris, Eleemosynis, quoad vixit celebrem duxit & sacrificiis.

Aliud. In vita S. Vincentij ordinis prædicatorum. Biennij eius spatio, quo fuit in Britannijs, quendam ex eius socijs vexauit febris. Petijt is benedici & consignari cruce à Sancto viro, vt posset eo morbo liberari. Et manus quidem suas illi S. Vincentius imposuit, sed mox eum intuens: *Noueris*, inquit, *fili, te frustrà expetere sanitatem: namque post dies octo, hora prima Dominicæ diei morieris. Consule igitur saluti animæ tuæ.* Ille paruit viro beato, & eadem hora, qua prædictum erat, vita functus est. Ad eius exequias multi conuenêre sacerdotes, à quibus vir sanctus petijt, vt singuli pro illius anima ter Missas celebrarent, dicens reuelatione diuina se didicisse, triduo illum purgatorij pœnas luiturum. Offeruntur ab illis Missarum sacrificia, & à Vincentio gratiæ eis aguntur, indicaturque Missarum & precum suffragijs animam e pœnis ereptam ad cœlos euolasse.

Aliud. In vita S. Stanislai Episcopi & martyris. Quia idem sanctus impugnabatur propter prædium quoddam, quasi non haberet iusto titulo, & maximè, quia Rex Boleslaus cum aulicis suis erat viro [illegible], & alij præ timore regis non audebant illi assistere, excitauit precibus Petrū illū triēnio defunctum, à quo prædium emerat, qui coram Rege & omni populo veritatem edixit, aduersariosque conuicit, atque durè arguit. Et cum sanctus Stanislaus se offerret Petro illi militi, si pla-

si placeret & expedire sibi videretur, se rogaturum Dominum, vt pro suo labore & merito aliquot annorum spatia sibi largiatur, quibus posset hic viuere. Respondit, *Gratias ago sanctitati tuæ, venerande pater, sed mihi id nunc optatius est, vt me in eo reponas sepulchro. Nam ex quo adhuc tempore pro erratis meis in purgatorij locis mansurus sum, atque ita per Dei misericordiam lætus proficiscar ad requiem sempiternam.* Quod vt audiuit Beatus Stanislaus, comitantibus eum turbis, reduxit illum ad tumulum: quem ille cunctis cernentibus ingressus, membra composuit, pro se Deum rogari petijt, terraque coopertus, rursus in Domino obdormiuit. Aliud. In vita Sancti Anselmi Archiepiscopi Cantuariens. Osbernus quidam adolescens, ipsius monasterij monachus contra S. Anselmum, odium more canino exercebat: cui proximo ad exitum, familiari præcepit alloquio, quatenus post obitum suum, si possibile esset, statum suum esse sibi reuelaret; spopondit & transijt, fratribus reliqua circa illum facientibus, iusta & pia. Anselmo in secretiori Ecclesiæ loco pro anima lachrymanti, oranti & obdormienti Osbernus adest similis homini, ad se, cum aut ex languore, aut ex nimia sanguinis manatione fuerit exanimatus, redeunti. Ad quem pater: *Quid est fili? Quomodo es?* Cui ille hæc hæc verba respondit: *Ecce enim antiquus serpens ter insurrexit in me, & ter cecidit in semetipsum, & Vrsarius Domini Dei liberauit me.* Quo dicto, Anselmus oculos à somno leuauit, & Osbernus non comparuit. En obedientiam mortuus viuo exhibebat, quam viuens viuenti exhibere solebat. Verba Osberni S. Anselmus ita interpretabatur: *Ter serpens antiquus insurrexit in eum.* quia de peccatis, quæ post Baptismum, priusquam a parentibus ad seruitium Dei in monasterium offerretur illum diabolus accusauit. De peccatis etiam quæ post oblationem parentum ante professionem suam fecerat, illum accusauit: de peccatis nihilominus, quæ post professionem suam ante obitum egerat, illum accusauit. Sed ter cecidit in semetipsum, quia peccata, quæ in sæculo constitutus admiserat per fidem parentum, quando Deo eum obtulerunt deleta inuenit. Et peccata, quæ postmodum in monasterio degens, ante suam professionē fecerat, in ipsa professione deleta inuenit. Peccata etiam quę post professionē ante obitum suum egerat, per veram confessionem & pœnitentiam deleta atque dimissa, in ipso eius obitu confusus inuenit: sicque malignas versutias suas, quibus eum ad peccandum illexerat iusto Dei iudicio, in se ad cumulum suæ damnationis retorqueri ingemuit. Et Vrsarius Domini liberauit eum. Vrsarij Dei, boni angeli sunt. Sicut enim Vrsarij vrsos, ita angeli malignos dæmones à sua sæuitia coercent & reprimunt, ne nobis tantum noceant, quantum volunt. Post hæc Anselmus, vt sanctæ dilectionis munus, quod viuo impenderat, mortuo non negaret per integrum annū, Missam pro anima eius omni die celebrauit. Quod si aliquando a celebratione ipsius sacramēti impediebatur, eos qui Missas familiares debebant, sua pro anima fratris Missam dicere faciebat, & ipse Missas eorum, dum opportunum erat, ante Missam sui defuncti alia Missa persoluebat. Itaque per singulos dies totiꝰ anni aut ipse pro illo Missam celebrauit, aut ab alio celebratam alia Missa mutuatus est. Super hæc missis circumquaque Epistolis pro anima sui Osberni orationes fieri petijt & obtinuit. Hæc fratres videntes, & socordiā sui cordis redarguētes, se miseros ac infœlices, Osbernū beatū prædicāt ac fœlicē qui talem amorē talem meruit inuenisse subuentionem. In vita Aliud. Sanctæ Opportunæ Abbatissæ, Sanctus Godegrandus Episcopus Sagiensis à perdito nebulone Grodoberto, auro & argento corrupto, iugulatus est

gladio infixo bis syncipiti. Quidam religiosi viri & vicini, cum psalmis & cereis conati sunt corpus S. Godegrandi proprij Episcopi de terra erigere, vt iuxta consuetudinem Ecclesiasticam illud mandarent sepulturæ: sed tanto pondere hæsit in terra, vt à nemine illorum posset moueri. Quo comperto S. Lanthildis cum sanctimonialium agmine acriter lugendo & flendo cœpit illuc pergere. Cui similiter contigit. Nam nulla ratione corpus sanctum potuerunt de terra leuare. Relatio igitur tanti doloris ad B. Opportunam peruenit, quòd scil. frater eius iniusta factione Grodoberti iugulatus iaceret in terra, & à nullo posset inde leuari. Quæ in Ecclesia existens cum omnibus sanctimonialibus sibi subditis commendabat animam fratribus, & a sacerdotibus Missarum officijs celebratis Deo obtulit sacrificia syncerissimæ orationis. Didicerat enim Spiritu sancto sibi reuelante, iam fratrem suum ad cælos emigrasse cum palma martyrij. In ipsa quoque reuelatione diuina Dominum deprecata fuerat, vt corpus fratris sui tam diu immobile in terra iaceret, donec pro anima eius congruas Domino preces funderet, & dehinc proprijs vlnis in Ecclesiā ad locū sepulchri deportaret. Quod & factum est. In vita S. Ioannis Gualberti primi fundatoris vallis vmbrosæ reg. S. Benedicti. In monasterio Vmbrosiano quidam frater malè habebat. Quæ ergo medicina ei parata fuerat, eam vir sanctus manu sua ei præbuit, moxque negotio quodam emergente, aliò festinus abscessit. Interim æger ille non satis cautè se gerens morbo increscente, post paucos dies vita functus est, atque eius obitum, vti habet consuetudo, omni congregationi is, quem suppriorem vocant, literis denunciauit. Interea vir Dei reuertens, & de fratris decessu factus certior, causam mortis eius cognoscere studuit.

Aliud.

Quæ cùm ei exposita esset, mandauit in tota congregatione aboleri memoriam eius propter illius inobedientiam, quòd ie non satis caute custodisset. Cùm igitur sic fieret, nec quisquam pro eo oraret, aliquot dierum euoluto spatio, clara die defunctus, cuidam fratri apparuit, eique indicauit se esse illum, qui à vita emigrasset. Illo verò sciscitante, quo in statu res ipsius essent, respondit se excommunicatum esse, & per P. Ioannem à fidelium consortio segregatum: quod accipiendum est de suffragijs. Illo rursus percontante, qua ratione possit adiuuari, respondit defunctus: Si me Sanctus Ioannes reconciliare voluerit, sicque disparuit. Tum frater ille beatum virum accessit, eique quid vidisset & audiuisset, enarrauit. Mox pius pater seueritatem misericordia temperans, iussit in monasterio, & per omnem congregationem, officium & Eleemosynas pro illo fieri. Quibus peractis, post dies triginta iterum eidem fratri defunctus apparuit alacer & iucundus, gratias agens Sancto Ioanni, quod eum reconciliasset: absolutusque a pœnis ad beatorum cœtum proficiscebatur. In vita S. Monicæ viduæ, postquam dixit Augustino filio suo adhuc nondum sancto: [Quid hic faciam adhuc, & cur hic sim nescio, iam consumpta spe huius sæculi. Vnum erat, propter quod in hac vita aliquantum commorari cupiebam, vt te Catholicum Christianum viderem, priusquam morerer. Cumulatius hoc mihi Deus meus præstitit, vt te etiam contempta fœlicitate terrena seruum eius videam. Quid hic facio.] Et post interiecta dixit eidem fratrique: [Ponite hoc corpus vbicunque, nihil vos eius cura conturbet. Tantum illud vos rogo, vt ad Domini altare memineritis mei, vbi fueritis.] Plura ibidem, quæ Sanctus Augustinus pro illa orauit mortua, de Missa pro mortuis.

Aliud.

Aliud. In vita S. Margaretæ, hæ reginæ Scotiæ a confessario Turgoto, secundo Priore Dulmaniæ, cui etiam dixit: *Tu vero post me tempore viues*, petijt duo: Vnum dic. *vt quoad vixeris, animæ meæ in missis & orationibus tuis meminisse velis*: alterum, *vt liberorum meorum curam habeas*, &c. In vita S. Odulphi Presbyteri. Aduentante autem tempore, quo vir beatus ad optatam cælestis patriæ gloriam erat transiturus, modica febre correptus, sensit adesse migrandi tempus. Accitis igitur fratribus, indicauit eis obitus sui diem. Sub ipsam autem mortis horam, rursus fratres sibi adesse voluit, & cum ipsa cantare psalmos pro expectatione decessus sui. Omnibus denique ex ipsius præscripto rectè peractis, valefecit fratribus, rogans eos, vt pro ipso Dominum deprecarentur, se quoque pollicens pro ipsis & loco illius ciuibus, habitatoribus perpetuo Domino preces oblaturum. Inde mox ad Dominum se conuertens, nihilque trepidans ad mortem, (quippe qui mortem ipsam in lucro poneret) hilari mente dixit: *In manus tuas Domine commendo spiritum meum*; sub quibus verbis sanctissima illa anima è corpore egressa est. In

Aliud. vita S. Lutgardis virginis. Simon quidā vir nobilis, Teuto natione, literis egregiè institutus, Cistercienfium ordinem complexus, Abbas Foniacensium factus est. Etsi autem ille ferueret desiderio, tamen acerbiori zelo in subditos inuehebatur, mortéque immatura decessit. Habuit is, cùm vigeret, Lutgardē virginē, pro vitæ sanctimonia charissimam, multumque ei sua morte mœrorem attulit. Sed vbi defunctum cognouit, mox ieiunia & afflictiones, pro eo suscepit rogans Dominum, vt animam eius liberaret. Cumque multis precibus à Domino id contenderet, respondit ei Dominus: *Bono animo esto, tua causa benignè faciam ei, pro quo oras*. At illa vehementius instans, audiuit secundo eum propediem liberatū iri. Dixit verò ad Dominum: *Qui quid mihi vis impertiri solatij, id illi animæ in Purgatorio largiaris: neque ego vllo pacto cessabo à lachrymis, nec tuis consolationibus vnquam me patiar recreari, nisi illum videam liberatum.* Tum verò non est passus Dominus eam diutius affligi, sed apparens illi adduxit eā secum ereptam è pœnis animam, dixitque ei: *Æquo animo esto dilecta. Ecce hæc est anima, pro qua postulas.* Illa mox humi prostrata in faciē pro eius liberatione Dominum benedixit. Anima autem exultabunda & laudans Lutgardi gratias egit, & ad potiora transiens, cum magna gloria cælos penetrauit. Isidem Simon postea Lutgardi crebro apparuit & inter cætera dixit ei. Vndecim annos in Purgatorio se pœnas fuisse luiturum, nisi ipsa suis precibus sibi opem tulisset. Ibidem. Hoc ferè tempore Innocentius Papa Tertius, post celebratum Lateranense Cōcilium ab hac vita migrauit, mox- Aliud.
que apparuit visibiliter Lutgardi. Illa autem vt vidit eum ingenti flamma cinctum, quisnam sit, percunctatur. Respōdit se esse Innocentium Papam. Et illa cum gemitu *Quid hoc est, communem omnium nostrum patrem tàm dirè cruciari?* Respondit ille: *Tres ob causas ita crucior, quæ etiam sempiternis suppliciis me iustissimè addixissent, nisi per intercessionem piissimæ matris Dei, cui monasteriū condidi, in extremis me pœnituisset. Et æternam quidem mortem euasi, sed pœnis atrocissimis vsque ad iudicij diem cruciabor. Quod autem ad te suffragia petiturus venire potui, mihi à suo filio mater misericordiæ impetrauit.* His dictis confestim disparuit. Lutgardis verò eius necessitatem sororibus, vt ei succurrerent indicauit: porrò admodum dolens vicē eius, mirabili cruciatu illius causa affecit. Ibidem. Alia visio per idem propè Aliud.
tempus oblata est Lutgardi. Venerabilis Ioannes Lyranus, cum ea pactum inierat, vt qui prior è vita migrasset, superstiti post obitum appareret. Ioannes hic Romanam curiam ob quædam negotia religiosarum fœminarum, quas in Brabantia æmuli vexabant, adiens, Alpes

cum attigisset, vita functus est. Eodem autem temporis puncto apparuit visibiliter Lutgardi, in monasterij ambitu stanti. Illa viuere eum existimans, manu innuit, vt peteret locum, vbi solebãt sorores inter se conferre sermones. At ille dixit: *Ego e corpore decessi, sed vt veritati, quæ ex pacto inter nos intercessit, satisfacerem, tibi apparui.* Tum illa humi prostrata, sciscitabatur ab eo, quid sibi vellet triplex indumentum, quo mirificè erat ornatus. Respondet. *Vestimentum candidum virginitatem significat, quam ab vtero impollutam seruaui. Rubicundum labores & persecutiones, quæ mihi mortem intulerunt, quæque minimo tempore pro iustitia & veritate sustinui. Cæruleum autem quod extimum, vitæ spiritualis perfectionem.* His absolutis, ab oculis admirantis ablatus est. Illa autem & visionem & obitum eius sorori eius & monialibus cæteris indicauit. Cùm autem postea venerabilem virum licet in cælis beatum, tamen sibi ablatum fleret, in ipso luctu Dominus ei dixit: *Cur fles Lutgardis, & quam obrem affligitur cor tuum? Numquid non melior tibi sum quam decem filij?* Illa non intelligens, quippe illiterata monialis, vbi ab alijs explanata didicit, non planxit amplius, sed in eius morte Dominum benedixit. Ibidem: Cum quædam soror in extremis cum morte durissimè luctaretur, apparuit Lutgardi dæmon insultans, & dicit: *En exiguam sororem illam, sed hanc vendicauit populus, nec obtinere illam potui.* Populum dixit conuentum sororum, quæ ob commendandam Deo animam illius eò venientes, vires dæmonibus precibus eneruarunt. Per idem fere tempus venerabilis ille & Deo dignus Iacobus Achonensis quondam Episcopus, tum verò R.E. Cardinalis, pridie Cal. Maij Romæ vita functus est. Quarto inde die, id est, in festo S. Crucis cum Lutgardis in Brabantia esset, triginta dierum itinere procul ab eo loco in quo ille defunctus est, rapta spiritu in cælum, vidit eadem hora animam eius adduci in paradisum, eique spiritu gratulans dixit: *Nesciebam reuerendissime pater, te à corpore decessisse, sed quando, oro, defunctus es?* Respondet. *Quarto ab hinc die. Interim tres noctes & duos dies exegi in Purgatorio.* Tum illa admirans. *Et quare,* inquit, *non statim ab obitu indicasti mihi, vt sororum nostrarum precibus pœnæ tuæ allevarentur?* Respondit *Dominus noluit te contristari pœna mea, sed mea potius liberatione & beatitudine exhilarari. Tu autem paulo post me sequeris.* His dictis Lutgardis redit ad se & diem mortis, itemque Purgatorij eius cruciatus & in cælos migrationem, sororibus cum ingenti exultatione exponit. Quando S. Lutgardis obdormiuit, apparuerunt illi eodem anno Beatissima Virg. Maria cum S. Ioannes baptista, multi alij sancti & amici, qui iam mortui erant, & dixerunt quod cum gaudio illam expectent ad se venturam. In vita S. Christinæ. Cùm amici spirituales quidam venissent ad S. Christinam rediuiuam, & quidnam vel vidisset, vel passa esset, ab ea percontati sunt. Tum illa dixit: *Statim vt è corpore excessi, animam meam ceperunt lucis ministri, angeli Dei, et perduxerunt in locum quendam obscurum & horridum, animabus hominum refertum. Quæ verò tormenta in eo loco conspexi, ea tam immania & acerba fuere, vt nulla possit sermone id explicare. Vidi ibi multos quondam vita functos, quos, cùm viuerent, noueram. Valde autem ego miserata animas illas miserabiles, quærebam quis esset iste locus. Putabam enim Infernum esse. Responderunt mihi tunc ei meo, locum esse Purgatorium, vbi peccatores, quos in vita sua de suis peccatis pœnituit, pœnitentiam dignam sustinere, luerent pœnas. Inde perductam me ad infernum supplicia, in quibus etiam vidi quosdam notos mihi in vita nobis. Postea verò translata sum in Paradisum vsque ad thronum diuinæ maiestatis: vbi cum viderem Dominum mihi gratulantem, vltra modum lætabar, quod ab hinc iam me deinceps cum Domino in æternum mansuram putabam. At ille mox respondens inquit: Reuera o dulcissima filia mea, hic mecum eris. Sed*

nunc

Indumentũ triplex.

Aliud.

Aliud.

Aliud.

non verum è dubium mihi ... plane ... vel a... hic apud me ... permanere, vel redire ad terras itaq; in mortali corpore aliquo tempore ... poenas ... animas, quae in loco Purgatorij ... liberare & eripere ... vt homines adhuc in corpore manentes, ... poenitentiae & vitae exemplis ad me conuersi, siue sermonibus ... per ... omnibus, ad me ... meritorum ... vlla conditione ... ad corpus redire. Et ... Dominus ... quod me promptam obtulissem, iubet animam suo corpori restitui. Quam ... admirari beatorum spirituum incredibilem celeritatem. Eo enim hora, ... in Missae sacrificio, quod pro me fiebat, diceretur. Primo, Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, & anima mea sistebatur coram throno diuinae maiestatis. ... tertio id repeteretur, illi me corpori reddiderunt. Ita se habet & excessus è vita mea, & ad vitam reditus. Propter hominum correctionem & emendationem ad corpus reuocata sum. Itaq; ... vos perturbent ea, quae visuri estis in me. Excedunt enim mentis humanae ..., quae Dominus ... fiunt in me: nec ... mortalibus quamlibet comperta sunt.

Ibid. Plura de illa ibidem. In vita S. Nicolai Tollentini ordinis Eremitarum S. Augustini. Cùm iam vita eius & scientia esset probata satis, sacerdotio initiatur, & ad eremum Vallismauensium, quae est iuxta Pisas, a Prouinciali Priore transmittitur. Vbi eximia pietate & deuotione promptus & sollicitus, manè quotidiè Missam dicebat. Cùm vero nocte Dominicae proxime sequentis, quo die pro hebdomadario erat, summum sacrificium oblaturus, in lectulo parumper obdormisset, spiritus quidam voce magna, & multo eiulatu vocat eum, ita dicens: *Frater Nicolae, vir Dei, respice in me.* Ille respiciens in eum, & quia viuentem nouerat, agnoscere eum studens, sed non valens, ocius percunctatur, quisnam sit. Respondit spiritus: *Ego sum anima peregrini Auximiensis, quem viuentem nosti seruum tuum, crucior que in hac flamma. Deus enim non despiciens contritionē meam, non poenam sempiternam, quam ... commerueram, sed loco Purgatorij ... misericordia me addixit. Te igitur ... vt pro mortuis Missam celebres, vt eripiar ex his poenis.* Vir beatus ait: *Adiuuet te Saluator meus, ... Ego enim qui ad summam ... hac hebdomada ... praesertim Dominico die, cuius officium ... non licet, ... Missam pro defunctis dicere nō possum.* Tum ille: *Veni, inquit, venerande pater, & vide, num te deceat precibus tantae ... multitudinis, a qua missus sum, assensum negare, atq; miserum tam inhumaniter repellere?* Duxit ergo eum ad alteram eremi partem, paruamq; illam apud Pisas planitiē ei ostendit. Et ecce videt promiscui sexus, diuersae aetatis & ordinis innumerabilem multitudinē, hunc in modū ipsum deprecantem: *Miserere pater, miserere turbae, tuum auxilium expectantis. Si enim pro nobis dignatus fueris Missam celebrare, ... ex his tormentis atrocissimis eripiemur.* Euigilans autē vir sanctus, magna commiseratione permotus, cum multis lachrymis pro illis omnibus Saluatorem omnium deprecabatur. Nunc vero coram Priore loci illius prostratus reuerenter, vt instantiam vitaret, non rem totam, vt viderat, sed illorum importunas preces exposuit, orans, vt ipsius bona venia liceret ei tota illa hebdomada Missas pro mortuis celebrare. Victus Prior importunis eius precibus, alium loco eius substituit. Ita ille tota hebdomada & sacrificium obtulit pro defunctis, & die ac nocte pro multitudine quam viderat, cùm lachrymis instantissimè Dominum rogauit. Itaq; ea hebdomada translacta, rursus illi apparet spiritus peregrini supradicti, & pro impertita sibi misericordia gratias agit, asserens bonam illorum multitudinis partem cum ipso, diuina misericordia & ipsius sacrificijs, precibus ac lachrymis, a poenis acerbissimis liberatam, in caelos feliciter euolasse. In tractatu sancti Petri Damiani de quibusdam miraculis. Aliud. Clericus Colo-

Coloniensis Ecclesiæ vadum fluminis transibat, & ecce B. Seuerinus eiusdem Ecclesiæ nuper Episcopus, equi eius habenas apprehendit, eumque retinens sistit. Cumque ille in stuporem versus, & grauiter admiratus, cur illic tam clarus & tam celebris famæ vir moraretur, inquireret. *Da mihi*, inquit, *manū tuam, & quæ circà me sunt non auditu disce, sed tactu.* Cumq; datam manum fluctibus Episcopus impressisset, tantus eam ardor absorbuit, vt vndique carnes eius resolutæ difflue rent, & ossa nuda vix hærentibus articulis remanerent. Ad quem Clericus: *Cum nomen tuum in benedictione sit apud nos, & fama tua conspicuus totius Ecclesiæ præconijs celebretur, cur te pestilens hæc vorago constringit, tātisque proh dolor, incendijs cruciaris?* Ad quem S. Episcopus *Nihil aliud in me remansit vitio plectendum, præter hoc tantū, quia dum in Aula regia constitutus imperialibus me consilijs vehementer implicui, canonicæ synaxis officia per distincta horarum spatia non persolui. Manè quippè omnia simul coaceruans, tota die negotijs ingruentibus secura libertate vacabam. Ob hanc itaque negligentiam horarum, ardorem huius fero supplicij. Tu verò omnipotentis Dei clementiam humiliter implora, vt manum tuam in statum pristinæ restituat sanitatis.* Quòd cum factum fuisset. *Vade*, inquit, *fili, obsecra fratres nostros, Ecclesiæ clericos & alios viros spirituales, vt pro me fundant preces, indigentibus subsidia cōferant, sacrificiorum votis insistant. His enim peractis ego mox de vinculo huius pœnæ incunctanter expediar, & expectantibus me beatorum ciuium choris lætus adiungar.* Vide quod Ecclesiastica instituta ad vnguē sunt seruanda, & quod Deus peccatum nullum impunitum relinquat. In vita S. Elisabeth Regis Vngariæ filiæ: Extinctæ matris vmbra noctu dormienti visa est obuersari, lugubriq; vultu flexisque poplitibus orare, sui quam primum misereretur. Ob vitā enim negligentius actam, igne se pœnas soluere, moxque hoc viso expergefactæ ac postulatas ad Deum preces lachrymasq;, denuo in soporem depressæ, iterum apparere, ac immortales gratias agere pro matura liberatione: dicereque tam apud Deum preces eius reputari, vt tam vita functis, quàm ijs, qui adhuc superessent, subuenire auxilio possint. *Te S. Elisabetham regis Vngariæ filiam, humillimè rogo, vt sis patrona mea apud diuinam clemētiam, & impetres mihi hic gratiam & misericordiam in iudicio.* In vita S. Odilonis Abbatis: Religiosus quidam vir, oriundus de pago Roteneum reuertebatur ab Hierosolymis. Qui dum mare transiret, quod a Sicilia versus Thessalonicam per plurima fluctuum periculosa loca protenditur, eumque cum multis alijs furentium vētorum horror impelleret, applicuerūt ad insulam quādam siue rupem, vbi seruus quidam Dei sanctus manebat inclusus. Rotenensis vir itaq; illuc aliquamdiu commorans & tranquillitatem sedādi maris expectans delectabatur cum seruo Dei frequenter habere colloquium. Sed dum hinc nonnulla dicuntur, illinc plurima referuntur, perquisitus hospes a viro, vnde genus duceret, originaliter Aquitanum se esse respondit. Requisitus insuper, vtrum cœnobium illud, quod dicitur Cluniacum & Odilonem eiusdem loci nosset Abbatem: optimè, quod quærebat se nosse perhibuit. Sciscitatur homo, cur hoc seruus Dei ab eo requirat? Ad quem ille: *Sunt nobis vicina loca, ex quibus grauissima flammarū furentium eructuantur incendia, in quibus etiam locis animæ reproborū diuersa luunt, pro meritorum qualitate tormēta. Ad quorum semper exaggeranda supplicia, innumerabiles sunt dæmones deputati, qui intolerabiles eorum pœnas quotidie renouant, & eos ad rediuiua supplicia indesinenter instaurant. Quos tamen ego frequenter audiui, querulis lamentationibus eiulantes, & lachrymabili vociferatione deflentes, quod Orationibus & Eleemosynis quorundam aduersus eos infatigabiliter concertantium, frequenter ex eorum manibus eripiantur animæ damnatorum. Inter cætera & Cluniacensium cœtu permaximè & de eorum Abbate querimoniam faciunt, quia sæpe per eos sui iuris*

Aliud.

Aliud.

iuris vernaculos perdunt. Quamobrem per terribile nomen Dei obtestor, vt si nostris fratribus illic hæc, quæ tibi dixi, fideliter referas, & ex nostra parte quoque illis denuncies, vt Eleemosynis & orationibus magis ac magis insistant, ac præsertim huius intuitu, vt de manibus dæmonum eos, qui ab illis cruciantur, educant, quatenus de quotidianis eorum rapinis, & luctus infertur generis humani inimico, & gaudium multiplicetur in cælo. Aliquãto post homo regressus in patriam, quicquid ex viri Dei relatione didicerat, beato patri & S congregationi fideliter narrat. Tunc venerabilis P. Odilo, per omnia monasteria sua cõstituit generale Decretum, vt sicut primo die mẽsis Nouembris, iuxta Vniuersalis Ecclesiæ regulam, Omnium Sanctorum solennitas agitur, ita sequenti die in psalmis & Eleemosynis & præcipuè Missarum solennijs, omnium in Christo quiescentiũ memoria celebretur. Si quis autem non generalitate contentus, quis spiritualiter per B. Odilonem de pœnis vltricibus sit ereptus, inquirit, quid de reliquis sentiat in Papa Benedicto euidẽter addiscat: vt in Romanorum Pontifice, qui omnium Christianorũ caput est, valeat liquido conijci, quid de cæteris meritò debuit æstimari. Apostolicus igitur iste, quem diximus, dum adhuc viueret, beatum virum affectuosè dilexit, reuerenter excoluit, & Apostolorum limina frequentauit, necessarij sumptus optima sæpè subsidia ministrauit. Huic planè mox vt obij germanus eius Ioannes in Apostolica dignitate successit. Iam vero postquam rebus humanis exemptus est, non parui temporis euoluto curriculo iam dictus Papa Ioanni Portuensium Episcopo & alijs duobus, quorum nomina nobis nota non sunt, per speciẽ nocturnæ visionis apparuit, eisq; quia pœnalibus esset constrictus in tenebris, indicauit: hoc insuper addens, qualiter B. Odilonis venerabilibus meritis eum superna censura liberare decreuerit a tormentis. Obsecrat itaq; per eos, & humiliter flagitat, vt frater eius ad præfatum vnicæ pietatis virũ, agilem quantocyus veredarium dirigat, eumq; suppliciter obsecrans pro se orare deposcat. Protinus idẽ Portuens. Episcopus, authoritatis Apostolicæ falsus Epistolis cõcito gradu Papiá vsq; peruenit, vbi longè & immoderatè fortassis accelerato fractus itinere, per monachos cœnobij B. Maioli, Apostolicæ legationis apochas dirigit, omnemq; per eos sancto viro seriem à se conspectæ visionis exponit. Enimuerò diuino factũ esse constat iudicio, vt eum apud Cluniacens. monasterium Apostolicæ legationis baiulus inueniret. Præcepit itaq; venerabilis pater, pro illo psalmodias & orationes ab omnibus priuatim & publicè fieri, Eleemosynas indigentibus erogari, sacrificium Deo mysterij salutaris offerri. Nec in illo duntaxat loco id statuere cõtentus fuit, sed & per omnia regiminis sui monasteria eiusdem sanctionis edicta mãdauit. Cumq; hoc fratres intentissima deuotione satagerent, & ex ara sanctorum pectorũ charitatis flamma prosiliens, diuinę clementiæ sacrarium penetraret, iam pręfixi tẽporis terminus propinquabat. Et ecce quidã S. conuersationis monachus, Heldebertus nomine, qui videlicet hoc obediẽtię fungebatur officio, vt inopes aleret, indigentibus subsidia ministraret. Hic itaque per soporẽ vidit, quod quidam pulcher ac serenus aspectu ac solenni quodam nitore conspicuus, claustrũ monasterij magno candidatorum agmine cõstipatus ingrederetur. In capitulũ deinde vbi P. Odilo cũ fratribus residebat, intrauit, ad eius genua caput humiliter flexit, eiq;, sicut in gestu corporis videbatur, gratias egit. Cũq; frater ille, qui hoc in visione cõtẽplabatur inquireret, quisnam esset ille tam decorus & fulgidus, qui sancto viro salutationis officium exhiberet, responsum est illi, quia ille esset Benedictus, summæ sedis Episcopus,

scopus, qui nimirum idcirco viro Dei gratias ageret, quia pijs eius sanctorúq; fratrum precibus, & tartarei cruciatus euasisset interitum, & cum beatis ciuibus quieturus, supernæ Hierusalem meruisset ingressum.

Aliud. In vita S. Iuliani martyris. Cùm igitur S. Basilissa Abbatissa, scil. de illarum animarum, scil. monialium, quæ illius fidei vt depositū quoddam cōmissæ fuerant, obliuione & fructu nō esset ampliùs sollicita, hora diei sexta orationi & precibus incumbens, sopore correpta, vidit omnem chorum sanctarum virginum, quæ erāt ferè mille, splēdidis stolis indutas, & regalibus zonis cinctas, quæ regiam crucem baiulantes, vna voce virgini beatæ Basilissæ dicebant: *Hoc responsum accepimus, vt tecum vna Dominum & regem adoremus. En ipsam expectamus, vt in nos offeras hostio illi, cui nos conciliasti.* Exporrecta vero B. Basilissa, gauisa est gloria illa, quam futuram audiuit, & S. Iuliano rem omnem significauit. Dei vero prouidentia id factum fuit, vt dum precibus & orationibus vacarent, S. Basilissa ad Deum migraret. Quam B. Iulianus merito sepulchri honore prosecutus est, dies & noctes spirituales vigilias ad eius memoriam adhibens.

Aliud. In vita S. Ioannis Eleemosynarij archiepiscopi Alexandrini. Cum letalis morbus aliquando inuasisset ciuitatem, maximè illi curæ erat accedere ad ægrotorū visitationē, & eorum qui decedebant, sepulturam. Sæpe etiam assidebat ijs, qui emittebant animam, & eorum oculos suis tegebat manibus. Iubebat synaxes quoque celebrare pro ijs, qui dormierant, asserens & affirmans defunctis multum prodesse, quæ pro eis fiunt, cōmemorationes & sacra ministeria. Ad fidem autem faciendam eorum, quæ referebātur, tale quid etiā narrabat, quod factū fuerat nō ita multo ante. Dicebat enim quòd à Persis abductus quidā captiuus in custodiam, quæ Lethe dicitur, asseruabatur vinctus. Lex aūt erat apud Persas, vt qui coniecti erant in eam custodiam, nunquam reuocarentur, & ea ratione cōsentaneum est, eam fuisse vocatam Lethen, id est obliuionem. Illinc autē cum quidam potuisset aufugere, & in Cyprum venire, affirmarunt parētibus adolescentis, eum esse mortuum in custodia. Illi verò tres quotannis synaxes celebrabant, tanquam eo mortuo. Quatuor anni præterierant, cum filius illinc aufugiens venit domum. Quem cum parentes, non tanquam qui fugisset è custodia, sed tanquam qui surrexisset è mortuis, cum magno stupore aspexissent, & fuissent ineffabili voluptate repleti, & alia faciebant & dicebant, quæ animam quæ talem vidisset facere & dicere: & quemadmodū ei tanquam mortuo fecerant iusta, quæ fiunt mortuis, & cùm docuissent eū, qui nam dies essent ij, nempe dies SS. Theophaniorū & dies salutaris Paschæ, & dies S. Pentecostes. Hæc cùm ille audiuisset, & in memoriā reuocasset, parētib. affirmabat, quòd his diebus relaxabantur à vinculis aduentu cuiusdam, qui gestabat lampadem, & fruebatur omni securitate, diebus autē sequentibus tenebatur vinculis, vt priùs.

Aliud. Simile exemplum habetur apud D. Gregorium Papam, hom. 37. in Euangelia. *Si captiuus fuit per S. Angelum liberatus, cur non & mortuus in purgatorio?*

Aliud. In vita S. Eusebię hospitæ. Porrò cùm ea esset e vita excessura, erat quidem dies festus B. Ephræm non quem aluit Syria, sed qui erat ciuitati notus & familiaris, qui, inquam, præclare rexit sedem Mylassenorum. Episcopus autem Paulus, cum toto populo ciuitatis ierat ad vicū Leucen. Illic enim erat & templū, & diuini Ephræm erant sacræ repositæ reliquiæ, & festum celebrabatur splendide. Illa vero, cum ad se omnes sorores accersisset, his verbis apud eas cœpit vti, quæ magnam habebat moderationem, & vna cū moderatione coniunctū amorem in sorores, di. *Dominæ meæ, & sorores, ego quidem magnā, quam mei*

gessistis,

gessistis, curam rectè scio, & quemadmodum cùm essem externa & errans, meam suscepistis imbecillitatem, & intra viscera vestra posueritis, meque benignè vobis effecistis familiarem. Sed nunc mihi vobis opus est, valde, inquam, est opus, & nec cùm recessero, me mandetis obliuioni, sed multo magis amorem augeatis, & mei memoriam in vestris sanctis animis descriptam & impressam conseruetis, & quando ad Deum accedetis & sanctas manus ad ipsum tolletis, meæ quoque humilis & abiectæ, & quid aliud, nisi vestræ ancillæ, sitis memores. Sic ego ero viua, & immortalis, & post finem, si vllus est sensus, valde lætabor. Nunc enim quantum possum videre, mihi finis imminet, & quædam premit molestia, & inexplicabilis metus cor meum agitat, ne sint mihi impedimento multa peccata mea, & arceant ab ea, quæ ad Deum tendit, via: sed inueniam sacras vestras preces, bonas duces, & hanc mihi viam reddentes facilem & expeditam. Porrò autem illud quoque meum non parum conturbat animum, quod & à Paulo absum communi patre nostro, qui precatus esset pro meo decessu; & effecisset, vt non bona spe defecta illuc proficiscerer. Sed vos id ei cùm venerit, dicite, & pro nobis vehementer orate, ne mei obliuiscatur hospitæ, quam ipse conuenienter Christi dicto collegit, & in hanc viam deduxit.

Ibid. In vita sancti Remberti Archiepiscopi. Cùm adhuc esset in ministerio decessoris sui Domini Anscharij, apparuit ei Arnulphus presbyter iam pridem defunctus & percunctanti, quo in statu res eius essent in illo sæculo, dolenter dixit: *Ego cùm adhuc in corpore essem, salutem animæ meæ negligenter curabam, nec seruabam eam, quæ meam decuisset personam, morum grauitatem, sæpè otio vacans, & quandoque etiam tempore indicti ieiunij carnem comedens, aliaque similiter vetita in cibo & potu frequenter vsurpans, ob quas culpas hactenus indignus sui admitti ad conuiuium Dei. Sed si tua fraternitas pane & sale & aqua contenta, à cæteris alimentis interim abstinens, quadraginta dierum ieiunium pro me suscipere velles, credo per Dei misericordiam huius repulsæ, quam patior, pœna me absolutum iri.* Cui cùm ille ita se facturum, vt ipsi videbatur esset pollicitus, expergefactus, mox vt Episcopum conueniendi copia oblata fuit, visionem omnem illi exposuit, acceptoque ab eo consilio, per dies quadraginta, non nisi pane solo & aqua vsus est, quo tempore tam immani dolore dentium cruciabatur, vt panem illic manducare non posset. Itaque panem manibus contritum & comminutum aquæ immiscebat, & pro dentium leuamento instar pultis emolliebat: in quo tamen ad abstinentiæ augmentum etiam ea deerant, quæ in simplici panis decoctione esse possunt, puta ius alimenti, & saporis suauitas. Expletis autem huius abstinentiæ diebus, presbyter ille, pro cuius salute hęc agebantur, per visum apparuit cuidam fœminę, diuturna laboráti paralisi, cui lõgus quidam lãguor membra tenuit, sed tum vt de seruulo B. Gregorius dicit, eadem membra à bono opere non ligauit. Quotidiè enim se ad Ecclesiam portari faciens, verbum vitæ illic delectabiliter audiebat, hymnisque & laudib. Dei die noctuque vacabat. Huic ergo, vt diximus, in visione apparens iam dictus presbyter petijt ab ea, vt gratias ageret seruo Dei Remberto pro cibi ac potus parsimonia, eius cauta tolerata, quam vsque adeò sibi profuisse aiebat, vt prius negatum, ipsi Dei conspectum & cælestis aulæ ingressum, propter eam iam permissum sibi gaudebat. In vita sancti VVilhelmi Eremitæ. Interim Albertus præparans funeris exequias, cantando scilicet psalmos, plorabat, & plorando cantabat, non ignorans *piam & salubre orare pro defunctis*, 2. Machabæor. 12. Ecclesiastici trigesimoquarto, & super mortuos producere lachrymas. Cùm venissent ad locum illum: *Occurrite Angeli Domini*, exiuit spiritus

eius, & reuersus est ad Dominum, qui dedit illum: & à carne soluta est anima eius sancta, appositus est ad patres suos ambulans cum Deo, & obdormiens in Domino. Sic moriens in pace quietissimũ sustinuit obitũ, vt nullus possit notari indicijs momentũ, quo emisit spiritum. In ipso mortis articulo magis videbatur obdormiẽs, quã obiens, post mortem verò soporatus potiùs, quàm exanimatus. Non ei, vt assolet, accidit oris oppilatio, non frontis rugatio, non oculorum suffusio, nõ narium contractio, non nasi exinanitio, non hiatus apertio, non dentium cõmotio. Extenti pedes, & combinatim demissi, lacerti eius & cruce signati, erecti sensus oẽs & quasi in aera subleuati: Nitorẽ coloris in facie, sicut in diebus iuuentutis receperat, & omnis decoloratio, solisq́; adustio recesserat, Ps. 117. *A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.* Hæc inter multa è Surij vitis sanctorũ. Nota tamen quod quando testamẽta morientium per executores, non in tempore suo, & modo suo præscripto, integrè & rectè non expediuntur, causas esse, quòd animæ testãtium diutiùs remaneant in Purgatorio, & tam facilè nequeant liberari. Vide in secũda parte Rosarij Vincentij de Bustis, & in chronicis ordinis illius. In quadã domo in ciuitate Mediolani habitabat quędam anima, quæ duobus diebus in hebdomada videbatur de nocte admodũ magni phantasmatis, & cuiusdam magni gygantis nigri. In ea autem domo habitabat quædã vidua, quæ confitebatur fratribus nostris sc. P. F. Iacobo de Castilione, & habebat filium 25. annorum, deuotum ordinis nostri, qui cum esset infirmus, & quadam nocte deberet recipere medicinam, tenebat lucernam in Camera tota nocte, & similiter mater eius, quæ dormiebat in antecamera cum ancillis, habebat aliam lucernam accensam. Cùm autem dicta vidua vellet surgere ad præparãdam medicinam filio, vidit dictum phantasma transire per cameram suam, ex quo multum timuit. Intrauit autem dicta anima in cameram filij eius, quam videns ille iuuenis cœpit inuocare Dominum, vt ipsum adiuuaret. Mox verò ipsa anima cœpit alloqui ipsum dic. *Noli timere, quia non veni, vt tibi noceam.* Tunc ille assumptis animis interrogauit, quis esset, & respõdit: *Ego sum anima talis nobilis, cuius fuit hæc domus, & venio ad faciendam pœnitentiam in hoc loco bis in hebdomada de peccatis meis, & etiam vado ad domum filiorum meorum. Et quia sunt scelerati & malè viuunt, & ad infernum ibunt, si non emendent vitam, facio eis multa mala, frango lebetes, & alia quæ sunt in domo, dissipo, & hac nocte talia & talia mala eis intuli.* Quæ omnia ille postmodum intellexit, & cognouit esse verissima. Et post multas interrogationes de mortuis, audiente omnia matre sua cum ancillis ille interrogauit: *Quid est de tali patruo meo?* Anima respondit: *Est in purgatorio.* Tunc ille. *Quomodo hoc esse potest, cùm iam per decem annos mortuus fuerit, & tot Missæ pro anima eius celebratæ?* Respondit illa anima: *Tuus patruus bene mortuus est, & iam esset liberatus è Purgatorio: sed quia dum viueret, negligens fuit in tali restitutione facienda, ideo in Purgatorio moratur diuino iudicio, donec filij eius restituant.* Tũc ille iterum: *Vnde procedit, quod consanguinei mei filij illius mei patrui, cùm habeant æqualem possessionem cum mea, quæ est in eodem loco, continuè quolibet anno venit eis tempestas, & terra eorum non fructificat, mea autem est fertilis, & non venit in eam tempestas. Item illi consanguinei mei multas faciunt mercantias, propter quas multas deberent habere diuitias, & tamen continuè efficiuntur pauperiores, & semper sunt debitores?* Respondit anima: *Hoc ideo. Quia pater eorum facit se manere in purgatorio, quia ipsi non satisfaciunt legatis & restitutionibus per ipsum ordinatis, omni die dat illis maledictionem. Et cùm sit in gratia Dei, exauditur ab eo, & veniunt dictæ maledictiones, super filios, & tandem venient ad nihilum, nisi satisfaciant voluntati patris.*

Aliud.

Aliud. Quibus dictis pulsantibus matutinis, anima disparuit. Aliud. In quadam terra, quæ dicitur Galbiate, quæ est prope Burgum Leucis Diœcesis Mediolanens. & est in monte Britanze, mortuus est quidam, qui multa bona reliquit Ecclesijs & pauperibus. Frater autem eius nolens adimplere voluntatem defuncti, omnia illa bona sibi vsurpabat, & faciebat Ecclesias litigare. In quo peccato dum permaneret, vxor eius concepit ex eo filium, qui natus habebat effigiem senis: qui paulò post mortuus, natus tres menses. Per hoc ostendebatur, quod ille puer vixisset vsque ad illud tempus, scil. nonaginta annorum, si pater eius impléisset voluntatem defuncti: *Mortuo ergò ne prohibeas gratiam.* Eccl. 7. *In inferno autem non est redemptio.* Ad purgatorium autem vadunt animæ, quæ moriuntur solum cum peccatis venialibus, vel si qua mortalia commiserunt, & tempore mortis contritionem habuerunt, sed pœnitentiam debitam non impleuerût.

Animæ ad purgatoriû quæ vadût

Purgatoriû duplex. *Multiplex in hoc mundo.* Notandum etiam quod duplex sit purgatorium, sc. commune, sub terra super infernum & peculiare, quod est multiplex etiam in hoc mundo. Et hoc quinque de causis. Primò propter earum leuiorem punitionem, quia aliquando non meruerunt horribilia tormenta purgatorij communis, ideò mittuntur in hoc mundo, vt eorum peccata sic leuiter puniantur. Vnde Gregor. in 4. Dial. refert aliquibus reuelatum fuisse, animas quorundam defunctorum esse in vmbra ad faciendam pœnitentiam, item animam cuiusdam esse in glacie.

2\. Secundò, propter celeriorem eorum liberationem, vt possetq; viuis suam indigentiam reuelare, & ad orandum pro ipsis prouocare.

3\. Tertiò, vt nobis aliquid dicant, vel nos de aliquo instruât.

4\. Quartò, vt ostendatur veritas purgatorij pœnarum & diuinæ iustitiæ, contra eos, qui dicunt non esse purgatorium, sed quod presbyteri fecerint hanc adinuentionem, vt captent Eleemosynas.

5\. Quintò, vt ibi satisfaciant per pœnam, vbi deliquerunt. Greg. *Animæ defunctorum quatuor modis soluuntur, aut oblationibus sacerdotum, aut orationibus sanctorum, aut charorum eleemosynis, aut ieiunio cognatorum.* *Gregor.* August. in serm. de Cathedra Petri. *Ostendam hominibus, qua ratione defunctorum fratrum animas vtilius iuuare possint. Orent quotidie pro charis suis: interpellent Deum voce flebili, deprecentur pro erratis eorum veniam, lapsuum remissionem, pascant esurientes, vestiant nudos, & si quid horum defunctorum negligentia minus actum est, fide viuentium suppleatur. Adhibeat quoque vnusquisque pro charis suis sanctorum preces, sacrificia offerat, & sacerdotali eos persecutione Domino commendet.* Hæc ille. *August.* Heb. 13. *Mementote vinctorum tanquam simul vincti: & laborantium, tanquam & ipsi in corpore morantes.* Deut. 22. *Si videris asinum aut bouem fratris tui in via cecidisse, non despicies, sed subleuabis eum.* Nota de suffragijs, an omnibus æqualiter prosint. *Suffragia non prosunt æqualiter omnibus.* Pœna alicuius potest diminui, vel per diminutionem virtutis, ex parte agentis: vel per diminutionem dispositionis ad patiendum, ex parte sustinentis: quia actus actiuorum sunt in patiente benè disposito, 2. de anima. Docet hoc experientia. Nam pœna magnum onus portantis diminui potest, vel per diminutionem grauitatis oneris, vt si quispiam auferet onus in toto, vel in parte, vel per aliquam confortationem virtutis illius, qui portat onus, qua minuitur in ipso dispositio ad patiendum ab onere, vt si quis eum fortificet per cibum, vel per aliquod bonum nouum, quo reddatur ad onus ipsum portandum, licet aliquatenus non auferatur ab eo, nec diminuatur grauitas oneris in se. Sic est in proposito, quod suffragia facta determinatè pro vno tâtum, non prosunt alijs, quo ad diminutionem pœnæ eis debitæ, sed tantum illi, pro quo fiunt, quia illi solùm subtrahitur quantitas pœnæ pro modo suffragiorum. Quantum verò ad diminutionem

Quomodo prosunt omnibus. nem doloris & grauedinis, quæ prouenit ratione cõfortationis, benè prosunt omnibus alijs, quia se perfectè amant, cùm sint in charitate confirmati. Et ideo videntes proximos suos liberari à pœnis per suffragia, tantum gaudent, quod pœna sua eis tolerabilior efficitur, ratione huius consolationis & lætitiæ sicut enim multum dispositus ad tristitiã, ex modica causa fortiter tristatur, ita lætitia mentis facit supportari meliùs afflictiones, & non tantum sentiri earũ tristitias. *Optimum, statim pro mortuo aliquid facere* Optimum autem est, statim facere pro mortuo, quod potest, & nõ differre. Et melius, Missas & officia facere celebrari, & Eleemosynas distribuere in vita, vt statim post mortem ipsa bona inueniat, & non expectare, vt ab alijs *In vita facere bonum* fiant. Ponere ante te in tenebris lumen, quam post te. Præmittere bona & mercantias, quam præstolari. *Hilarem datorem diligit Deus* [illegible]. Oculos habere post caput suum, vt in foueam præcipitetur. *Orans pro mortuis consequitur multas vtilitates.* Consequuntur multas vtilitates temporales & spirituales, qui orant pro mortuis, quas ex ratione mortuorum ad Deum pro amicis, qui illis sic benefaciunt, cùm sint in gratia Dei, & sentiunt pœnas diminui, & ex hoc sciũt beneficia amicorum in vita existentium accipit. Sancti etiam ipsi pro tali orant, & mortui tales viuos à periculis defendunt. Ex liberatione illorum augetur numerus sanctorum, qui continuè rogant Deum pro his, qui defunctis opera pietatis exhibent. Ideò & Ecclesia pro illis variè benefacere mandat. Maius meritum consequitur, qui mortuis quàm viuis benefacit. Agens Deus, est vigorosissimus, creatura verò debilissima, ideo ignis purgatorij est terribilis. Itaque *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei.* Iob 19. Primo, *Miseremini* [illegible] ad affectum, 1. Ioan 3. *Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo* [illegible] *charitas Dei manet in eo* [illegible] *Nonne & te oportuit misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum.* Tertiò, Ratio compassionis, *saltem vos amici mei,* Prou. 17. *Omni enim tempore diligit, qui amicus est.* Matth. 5. *Beati misericordes,* &c.

De pœnis Purgatorij.

IAm nunc ad interiora purgatorij penetrantes, cuique secretiora pia studiositate scrutantes, consideremus statum & ordinem animarum in purgatorio existentium, qualitatem, quantitatem pœnarum, ac modum purgationis earum, vt ex hac consideratione seueritatem diuinæ iustitiæ in puniendo peccata clarius agnoscentes, Deum timeamus offendere, & ne in pœnas huiusmodi incidamus, peccata vitare, ac salutarem pœnitentiam agere studeamus, animabus quoque in purgatorio cruciatis viscerosa compati charitate, nec non operosa succurrere pietate curemus. Attendendum est autem, quod in purgatorio duplex est pœna, vna damni, quæ est ex carentia diuinæ visionis. *Purgatorij pœna duplex.* Alia sensus, quæ est ex afflictione ignis, vtraque autem est grauis valdè. §. Dicunt enim aliqui, quòd minima pœnarum Purgatorij grauior est, quàm grauissima pœna mundi, hoc autem apparet de pœna damni. Affectus enim quo anima separata, & a pondere corporis absoluta, desiderat summum bonum, maior est & intensior quàm affectus cuiuscunque rei temporalis in hac vita, maximè cum tempus [illegible] habendi aduenerit. [illegible] quo [illegible] anima per suam negligentiam retardari, quam retardationem potuisset existens in corpore per modicam pœnitentiam amouisse. Si enim [illegible] Sicut dicitur Prouerb. 13. *Quanto magis* est bonum separatum & magis cognitum, [illegible]

tio, tanto maior noscitur esse dolor, eiusque carentia molestiùs toleratur. § 2. Istud etiam pœna sensus apparet triplici ratione. Primo quidem declaratur ex parte ignis affligentis. De igne enim Purgatorij loquens Beatus Augustinus, ait: Hic ignis etsi æternus non sit, miro tamen modo grauis est, excedit enim omnem pœnam, quam aliquis passus est in hac vita, nunquam in carne tanta est pœna inuenta, licet mirabilia passi sint Martyres tormenta. Idem dicet aliquis: Ad me non pertinet, quamdiu moras habeam in purgatorio, tantum vt ad vitam æternam pergam. Nemo enim dicat, fratres charissimi, quia ille purgatorius ignis durior erit, quam quicquam pœnarum in sæculo, aut videri poterit, aut sentiri. Et cùm die iudicij scriptum sit, quod erit dies vnus tanquam mille anni, & mille anni tanquam vnus dies. Vnde scit vnusquisque vtrum diebus aut mensibus, aut fortè etiam annis per illum ignem transiturus. Et qui digitum suum non timeat in ignem mittere, quare non timeat non paruo tempore in anima simul & corpore cruciari. Et ideo totis viribus vnusquisque laboret, vt & crimina capitalia possit euadere, & minima peccata ita bonis operibus redimere, vt aut parum ex ipsis aut nihil inueniatur remanere, quod ignis ille possit absumere. Quamuis autem alia forsitan Elementa, vel elementata corpora ad cruciatum animarum concurrant, tamen ignis, qui inter omnia Elementa minus habet de materia, subtilior & purior est, magis actiuus & penetratiuus, & magis affectiuus, Ideò magis dicuntur igne quàm alio materiali corpore cruciari. Item quod pœna purgatorij sit grauior, quàm aliqua pœna huius mundi, est ratio ex parte animæ patientis, quia cùm dolor est, essentialiter loquendo non sit læsio, sed læsionis sensus, anima verò separata viuentius sentit læsionem, quàm coniuncta, ideo vehementior est dolor animæ separatæ quàm coniunctæ. §. 3. Ad idem sumitur ratio ex parte iudicis pœnas infligentis, quia plus quærit Deus ex eadem quàm pœnam. Non enim delectatur in pœnis nostris, nisi quantum sunt afflictiuæ vel læsiuæ in natura, sed in quantum sunt satisfactoriæ pro offensa. Ideò plus ponderat in pœna virtute bonæ voluntatis, & decore assumentis ex mera libertate, quam grauitatem doloris affligentis, & tolerantiam voluntatis non recusantis ex necessitate. Vnde & actiones nostræ & passiones quanto plus habent de voluntario, tanto cæteris paribus plus habent de merito, & sunt amplius gratæ Deo. Quamobrem multo plus acceptat & approbat modicam pœnitentiam voluntariam in præsenti, quam pœnam longè grauiorem minus voluntariam in futuro. Quapropter exigit æquitas diuinæ iustitiæ, vt quod deest habitu de voluntario, suppleatur acerbitate tormento. §. 4 Hoc autem sciendum est, quod sub eodem non omnes animæ æqualiter cruciantur, sed vnaquæque plus punitur & ardorem sentit, secundùm quod plus de cremabili, vel aliquod magis cremabile secum tulit. Cùm enim ille ignis agat in animas vt instrumentum diuinæ iustitiæ, ideò secundum reatum iniquitatis distinguuntur gradus in pœnis, sicut sunt gradus in culpis. Et secundùm quantitatem criminum infliguntur cruciamenta pœnarum. Hæc autem diuersitas non prouenit ex diuersitate ignis vrentis, sed ex parte spiritus patientis. Sicut enim in domo Patris æterni mansiones multæ sunt, sicut scriptum est Ioan. 14. & inæqualitatem graduum facit differentia meritorum: Sic in Purgatorio diuersitatem pœnarum facit differentia peccatorum. Vnde Gregor. ait sic, *Gehenna quamuis cunctis vna sit, nō tamen cunctos vna & eadem qualitate succendit.* Nam

Pœna sensus apparet triplici ratione.

August.

Pœna purgatorij grauior ex parte animæ patientis.

Animæ non æqualiter cruciantur.

Nam

Nam sicut sub eodem sole omnes tangimur, non tamen sub eodem vno ordine æstuamus, quia iuxta qualitatem corporum sentitur etiam pondus caloris. Sic damnatis vna est gehenna, & purgandis vnus est ignis qui sufficit, sed tamen non omnes æqualiter comburit, quia quod hoc agit dispar valitudo corporum, hoc ille exhibet dispar causa meritorum. Ex dictis patet grauissimas esse pœnas purgatorij, licet in eis magna sit disparitas grauitatis. §.5. Quis igitur tam insolens qui non timeret Deum offendere, quis tam insanus qui non horreret in pœnas illas incidere, quis tam pernix, qui non deberet peccata fugere, quis tam durus & ferreus, qui non compateretur tam vehemẽter afflictis, quis denique tam impius & crudelis, qui nõ conaretur animas illas eripere de tormentis, si cogitaret profundè non perfunctoriè de promissis. Si namque hoc homines diligenter aduerterent, ac in memoriæ secreto recondere̅nt, nec non frequenter meditando reuoluerent, ac reuoluendo sæpius ruminarent, pœnitere, & pœnitentiam salutarem vsque in Purgatorium agere non differrent. In hac quippe vita tàm per se, quam per alios modò faciliter possent suam procurare salutem, modò possent amicos & intercessores acquirere, modò possent per se breuem & leuissimam pœnitentiam ab æterna morte redimere, modò possent, nõ tantum debitas pro peccatis suis pœnas exsoluere, sed quod lõgè maius est merita cumulare. Pœna enim purgatoria satisfactoria est pro reatu, sed non est meritoria, pœnitentia verò pœnitentis vitæ non tamen est satisfactoria pœnæ, verùm etiam meritoria fœlicitatis æternæ. Rursus in purgatorio multa puniuntur, quæ non reputantur esse peccata, vel quæ non ita praua iudicantur. Magna itaque fatuitas est hominis expectantis vsque tunc agere fructum pœnitentiæ salutaris.

Deum non est offendendum.

(?)

Sermo de Compassione.

Compatiendum mortuis.

AD compatiendum autem visceraliter ex affectu, & succurrendum efficaciter cum affectu animabus in purgatorio exeuntibus tria specialiter nos mouere debent. Primum est status eorum pia consideratio, secundum est beneficiorum, quæ ab eis recepimus grata recognitio, tertium est indigentiæ nostræ futuræ præmeditatio. Quantum ad primum, debemus aduertere, quod earum miserabilis status miseratione dignus, & ad miserandũ motiuus, demonstratur ex quatuor, quorum primũ pertinet ad pœnam sensus, alia verò tria pertinent ad pœnam damni. Istud primum est dolor afflictionis, quia sicut dictum est, durissime cruciantur. Non est Tyrannus in mũdo, nec alius quisquam corde tam seuerus, qui si coram oculis suis videret hominem quantumlibet ignotum, vel etiam impium sic atrociter cruciari, qui non ad pietatem, compassionem & misericordiam moueretur. Quàm damnabiliter ergò durus & detestabilis, obdurus, ac totius humanitatis est expers, qui patrem & matrem, filios & nepotes, consanguineos & amicos probabiliter credit, si tamen recogitat in illius ardentissimæ fornacis incendijs cruciari, illos tamen non solum liberare nõ nititur, sed nec vlla pietatis compassione mouetur, quodque magis est, nec faciem suam illic conuertere, nec oculis mentis inspicere meditando dignatur. Considerare deberet homo rationalis exiens, quod animalia bruta naturaliter sibi similia diligunt, ac mutuo sibi compatiuntur, seque coadiuuant & defendunt. Vnde brutalis stoliditas & feralis crudelitas humanam cõdemnat duritiem naturalis pietatis oblitam. §.2. Secundo mouere debet

bet nos ad compatiendum eis damnum detentionis, quādo à Dei visione diutissimè retardamur. Detinentur enim in carcere, donec pœnis addicti, & debitis obligati plenè satisfecerint vsq; ad nouissimum quadrantem. Si autem pium est homines in carcere materiali detentos, personaliter vel realiter per transmissum eis beneficium visitare, quanto maioris est pietatis & meriti plenioris, animas diuino carcere mancipatas, nō solum mentaliter meditando, verum etiam realiter beneficijs adiuuando visitare. Hæc autem pœna detentionis propter retardationem a visione diuina longe grauior est omni pœna sensibili, & præter hoc quod est quęlibet pœna præsenti grauior est etiam prolixior, quam communiter credant homines, cuius diuturnæ detentionis aut prolixæ retardationis vna est, quia nescit homo pondus diuinæ iustitiæ iudicantis, id est, quam districte iudicat, & quam seuere punit. Alia ratio est claritas diuinę sapientiæ omnia speculantis, videt enim multa quæ non videmus in nobis, & multa inuenit punienda, quæ nos latent velut neglīgētia vel obliuione deleta. In auro quod videtur esse purissimum, inuenit adhuc ignis aliquid expurgandum. Alia ratio est, quia tarde & male soluūtur defunctorum debita vel legata, raro paucæ vel nullæ fiunt pro eis Eleemosynæ, nec pro eis orationes vel alia suffragia procurantur, & quod peius est, eorum bona diripiuntur, & animæ negliguntur & obliuioni traduntur. Vnde quilibet eorum potest dicere illud Psal. *Obliuioni datus sum tanquam mortuus à corde.* Hic notari potest exemplum, quod in gestis Caroli scriptum est. Miles quidam in exercitu Caroli moriens, de paucis rebus quas habuit, testamentū quale potuit ordinauit, equum videlicet & arma sua cōmittens cuidam, quē sibi credebat esse fidelem, vt illo sublato de medio illa sine dilatatione venderet, eorumque precium pauperibus erogaret, quo mortuo ille cupiditate cęcatus, res defuncti sibi retinuit, & de testamento præfato nihil soluit. Post dies verò 30. mortuus apparēs dormiēti per somnum, illumque de infidelitate corripiens, dixit ei, quod quia triginta diebus eum in purgatorio torqueri permiserat, nec erogaret pauperibus fidei suæ commissa, & quæ promiserat eroganda, ideo iusto Dei iudicio traderetur dęmonibus non 30. diebus in purgatorio, sed in inferno perpetuo cruciandus. Euigilans autem ille stupefactus & territus, sed postmodum quæ viderat & audierat parui pendēs, dum in crastino somnum suū quasi cum risu socijs suis recitaret, auditus est subito fragor, strepitus & tumultus horribilis velut tempestatis in turbine venientis. Turbatis omnibus & exterritis, Aethiopes quidam teterri & horridi illum repente de medio rapuerunt, secumque corpus suū & animam deuexerunt. Cuius corpus per prærupta rupium, per defossa terrarum, per concaua vallium requisitum, post triduum inuentum est tetrum nimis & fœtidum, ac membris omnibus conquassatum. Prudenter ergo huius mundi sapientes agerent, si dum viuunt & sani sunt, sibi salubriter prouiderēt, nec fidei cuisque sua seque committerent, sed ipsimet potius Eleemosynas suas darent, debita soluerent, ac amicos sibi prouide procurarent, qui migrantibus ex hoc exilio, æterna tabernacula procurarent. Si enim hæc facerent homines, certam viam eligerent, & non se committerent in incertum. Item maius sibi meritū acquirerent per se, quàm per alios faciendo, quia ex maiori deuotione fieri viderentur. Vnde B. Lucia dixisse refertur matri suæ, nō satis Deo charus est qui illi dat de hoc, quo ipse perfrui non potest, sed si tibi vis gratum esse Deum, hoc illi da, quo poteris vti. Nam quod das moriens, ideo das, quia tecum

Exemplum.

S. Luciæ consilium.

tecum ferre non praeuales, viuens ergo, & salutē tui corporis obtinens da Christo quod potuides. Dicebat quidem deuotus homo quod das viuus & sanus, aurum est, & quod das moriens argentum est, quod verò das erogādum post mortem, plumbū est. Item quanto testamenta perfeciui diutius differuntur, tanto tardius percipiuntur ab eis suffragia, & tenentur diutius in tormentis. Si autem viuus & sanus hæc homo faceret, in cælum sua præmitteret, mansionemque sibi in cælesti palatio præpararet, ac præcaueret sibi, vt omninò purgatoriū non intraret, vel saltem ibi longè breuiori tempore remaneret. Religiosus quidam literatus & prudens salubriter sibi prouidere cupiens ante mortem, quatenus securius, & cum maiori spe salutis ex hac vita migraret, ac de pœnis purgatorij celerius expediri valeret, cōuocatis fratribus de conuentu humiliter eis dixit: *charissimi fratres ego sperans me ex hac vita infra tempus modicum exiturum, tota mentis affectione, & feruenti deuotione deposco, vt Missas, orationes, aliaque suffragia quæ teneminis mihi coram Deo, tam ex communi charitate, qua tenemini omnib. Christianis generaliter, quam ex professionis vnitate, quam etiam ex statutis capitualis generalis mihi, dum adhuc viuo impendere vestra pijssima charitate, & charissima pietate, velitis nunc ante mortem mecum exsoluere. Si enim vsque post mortem distuleritis, necesse habeo pœnas purgatorij sustinere, quousque per orationes vestras fuero liberatus, & sic forsitan per vnum annum duos vel amplius cruciabor, & à visione diuina & fruitione gloriæ retardabor. Si verò me viuente Missas vestras & orationes solueritis, forsitan omninò ab ingressu purgatorij præseruabor, vel saltem celerius liberabor, citiusque ingressus in gloriam vices vestræ charitati rependens, pro vobis Dominum deprecabor.* O quam inæstimabile damnum est à Dei visione vel modicum retardari, sicut colligere possumus ex verbis Augustini in lib. de libero arbitrio sic dicentis: *Tanta est pulchritudo iustitiæ, tanta iucunditas lucis æternæ, hæc est incommutabilis veritatis atque sapientiæ, vt si non liceret amplius in ea manere, quàm vnius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitæ plenis delicijs, & circumfluentia temporalium bonorū rectè meritoque contemnerentur.* Vnde non sine causa, nec sine deuotione dictum est: *melior est dies vna in atrijs tuis super millia.* Quantum autem est bonum, eius beata perfrui visione, tantum est damnum in eius carentia & retardatione. vtinam diligenter attenderent homines, ac profundius cogitarent, quàm inæstimabile sit hoc damnum, profectò non sic faciliter ad peccata currerent, nec peccatum quodcunq; leue vel modicum reputarent, quinimò quodlibet veniale vehementius abhorrerēt, quàm nunc peccata mortalia formident. Quis enim non totis viribus euitaret quodcunque peccatum, si firmiter teneret se propter illud vnius diei mora, vel amplius gloriæ Dei visione priuandum, quantum ergò dolendum esset & amarissimè plorandum, quod omnes homines sic passim quasi timore Dei postposito, eiusque iudicio sic contempto currunt, & præcipitanter corruunt, non tantum in venialia, sed etiam in mortalia, nec est qui consideret quanta damna incurrere non verentur, & ad quot horrenda supplicia dilabuntur. Ideò dicitur Eccl. 22. *Super mortuum plora: defecit enim lux eius.* Super mortuum inquam in Purgatorio plora. Quia defecit lux beatificans, vel super mortuum in mortali peccato, quia defecit lux cogitationis eius, excæcauit eum in malitia eius.

§ 3. Tertio compatiendum est eis, quod quasi mentibus irretiti non possunt operari meritoria. Iam enim exierunt statum merendi, & tempus est secundùm merita recipiendi. Vnde scriptum est Ecclesi. 9. *Mortui non habent vltra mercedem*, id est, facultatem promerendi mercedem. § 4. Quarto, quia quasi pedibus vinculati non possunt ad viuos venire ad petēdum suffragia, quod intelligendum

dum est, quantum est de lege communi. Sicut dicitur Sap. *Non est agnitus qui sit reuersus ab inferis.* & Iob 14. *Homo verò cùm mortuus fuerit, vbi quæso est? quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus arescat, sic homo cùm dormierit, non resurget.* & 2. Reg 14. *Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur.* Quæ omnia sunt intelligenda de lege communi. Nonnunquam tamē mortui charis sibi viuentibus apparuisse leguntur; aut de gratia spirituali facti sibi ad postulādā suffragia, aut ad instructionem, correptionē, siue consolationem viuorum, quibus videlicet apparebant, quæ omnia probari possunt euidentissimè per exempla. Sic igitur declaratum est primum propositum, videlicet quod ad miserandū mortuis in purgatorio, mouere nos debet eorum pœnalis miseria. § 5. Secundum principale fuit, quòd ad eis miserandū mouere nos debent de præterito suscepta beneficia. Ad hoc autem nos inuitat Dauid rex pijssimus & propheta, 2. Reg. 1. *Considera Israel pro his qui mortui sunt*, Saul. sc. & Ionatha, qui regebant eos, ac pro eorum defensionē contra aduersarios dimicabant. Sequitur, *Filiæ Israel, super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in delicijs, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro, quomodo ceciderunt fortes in prælio*, &c. quæ sequūtur. Sed proh dolor omnes pene homines tam sæculares, quàm etiā regulares super receptis beneficijs mortuorū ingrati, cor & oculū habēt ad reliqua quę supersunt promptiores ad mortuorum spolia rapiendum, quā ad ipsos mortuos adiuuandum. Vnde scriptū est 2. Par. 20. *Venit Iosaphat & omnis populus cum eo ad detrahenda spolia mortuorum.* § 6. Tertio, ad cōpatiendū mortuis mouere nos debet de futura nostra indigentia. Quando.n. liberati fuerint, & in cōspectu Dei gloriam assecuti, ipsi nos iuuare poterint, suis orationib. & nos indigebimus adiuuari. Illos autem præcipuè credēdi sunt propensius recommendatos habere, qui eos cùm essent in locis pœnalibus adiuuerunt. Et illi maximè merentur post mortem adiuuari suffragijs, qui cùm viuerent, fuerunt sollicitì pro mortuis adiuuandis. Vnde Ruth. 1. *Faciat vobiscum Deus misericordiam, sicut fecistis cum mortuis.* Et 2. C. *Benedictus sit à Domino Booz, quem eandem gratiam quā fecerat viuis, seruauit & mortuis.* Nota quando aliquis generosus vel valens homo tenetur in carcere, de cuius liberatione speratur, & quod futurus sit magnus & valdè potens magnificè retribuere illis, quæ in sua necessitate compassi fuerint, & beneficijs suis adiuuerint, & ad eius liberationem operam dederint efficacem, tali libenter seruitur in carcere, & ad eius liberationem & solatium cura diligēs adhibetur. Quanto magis ergò iuuandi sunt mortui in purgatorio, quos cōstat amicos esse magni principis, qui de beneficio eis impenso lætantur, ipsi aūt ingrati esse non poterunt, sed beneficijs suis retribuere ex summa charitate valent, & ex summa potestate valebunt. Religiosus quidam orationes & Missas, quas secundum religionis suæ statutū soluere tenebatur, negligenter agebat. Qui mortuus durè est de negligentia reprehēsus, & insuper sic punitus. quod suffragia quæ pro ipso fiebāt, iustus iudex distribuebat alijs, vt in quo peccauerat puniretur, vt sicut ipse mortuos fraudauerat, sic mortuus fraudaretur, nec ipse mortuus iuuaretur à viuis, qui viuus neglexerat quæ debebat soluere pro defunctis. § 7. Possunt autē iuuari animę defunctorū 4. modis, sicut docet August. Primo per orationū suffragia, sicut dicitur 2. Mach. 12. *Nisi eos qui ceciderāt resurrecturos speraret, superfluū videretur & vanum orare pro mortuis. Et quia considerabat quod hi qui cū pietate dormitionē acceperant, optimā haberēt repositā gratiā. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.* § 8. Secundò iuuari possunt per oblationū sacrificia, sicut scriptum est 2. Mach. 12. *Iudas collatione facta duodecim millia*

Margin notes: *Impensi beneficij propter suscepta beneficia.* — *Indigentia nostra futura.* — *Exemplum* — *Animæ defunctorum suffragijs iuuari 4. modis. August.*

millia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri ea ibi pro peccatis mortuorum. Sacrificiũ autem placens Deo & summæ efficaciæ tam pro mortuis quàm pro viuis, est Eucharistię Sacramentum, in quo Christus veraciter continetur, ac Deo Patri pro nobis in odorẽ suauitatis offertur.

Exemplum Cuidam Religioso oranti apparuit mater eius post mortem, quasi supra cratẽ ferream extensa prunarum ardentium ex supposita congerie copiosa. Cui prouide quidem admiranti & inquirẽti quænam esset. Respõdit quòd mater sua esset, quæ tali incendio durissimè torquebatur, sibique concessum erat à Deo de gratia speciali, quæ ad filium suũ posset accedere suffragia petitura, addiditque quod si triginta Missas pro ipsa deuote diceret, prorsus purgata rursus appareret ei. Cõpletis igitur 30. dieb', & Missis ab illo deuotissimè celebratis, mater omninò purgata, Deo summo gratias agens, apparuit oranti filio facie iocũda & immenso lumine radiosa, seque eius orationibus liberatam asseruit, eique cum gaudio valedixit. §. 9. Tertiò iuuari possunt per afflictiua ieiunia. Exemplo 1. Reg 3 de Abner mortuo, de quo dicitur, quòd *percussit eum Ioab in inguine, & mortuus est. Quo audito, Dauid dixit ad Ioab, & ad omnem populum qui erat cum eo: Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis, & plangite,* &c. quæ sequuntur. Sequitur: *Iurauit Dauid dicens: Hæc faciat mihi Dominus, & hæc addat, si ante solis occasum gustauero panem, vel aliud quicquam.* § 10. Quartò iuuari possunt per Eleemosynarum suffragia. Tamen dicitur Eccl. 7. *Pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua, & mortuo non prohibeas gratiam.* Minus dixit, & plus signat, quia mortuo non solùm nõ est gratia prohibenda, sed etiam conferenda. Multi sunt autẽ qui non exhibẽt, sed magis prohibent, ideò signanter dicit Dominus, *non prohibeas*, vt si non velis gratiam exhibere, saltem nõ præsumas alijs prohibere.

Sermo Reuelationum.

IN Anglia vir quidam viribus corporis valdè potens, post multa peccata compunctus in conscientia, proposuit *Exemplum* ire Hierosolymam, ibique in Dei seruitio expendere residuum vitæ suę, cui super hoc voto siue proposito quendam Abbatem Cistertien. ordinis consulenti, persuasit dictus Abbas, vt crucem Religionis assumeret, ac ad cælestem Hierusalem quantocyus properaret. Ingressus autem & feruenter incipiens, tentatus à Satana, mutauit propositum, nolens terram sanctam, sicut prius vouerat, personaliter visitare. Eadem verò nocte dæmonem quendam super vnam trabẽ dormitorij in specie simiæ vidit. Sed quia tales bestiæ non nutriuntur in ordine, cogitauit quod non simia, sed diabolus esset, qui sentiẽs se cognitum, subitò descendit de trabe super eum, verberauit eum tam fortiter: quod de naribus eius & ore sanguis vbertim exiuit. Quo clamante, dæmon euanuit, excitati fratres accurrunt, iacens autem tribus dieb. velut exanimis, apertis carnis oculis nihil vidit, sed Deus ei multa per Angelum reuelauit. Inter cætera, duxit eum Angelus ad terram tenebrosam & horrendam nimis, regionem videlicet vmbræ mortis, videns ibi turres quasdam horribiles, putabat quod ibi esset infernus, sed angelus ei dixit, quod *non, sed illæ turres infernales, camini sunt, per quos flamma & fumus infernales exeunt.* Post hæc videt hominem super equum ardentem, clypeum igneum [illegible] qui super collum equi captam [illegible], & ad caudam equi sui habitum monachi [illegible]. *Hic*, inquit Angelus, *[illegible], semper de rapina vixit. Inter cætera rapuit [illegible] à quadam paupere muliere. [illegible] voluit fieri monachus, non tamen [illegible], sed vt ignominiam suam [illegible] ret.*

Visionis [illegible]

ret. *Cogitabat autem, quod ad vitam priorem rediret, si viueret, & ideo trahit religionis habitum sicut rem quam paruipendebat. Capra autem & clypeus, tormenta sunt duo damnationis.* Post hæc vident hominem in ardenti cathedra sedenté ante quem quædam pulchræ mulieres erant, quarum singulæ ardentes, cereos ardentes in os eius & faciem impingebant, & per eius intranea ardétes similiter extrahebant. *Hic homo,* ait Angelus, *fuit in saeculo carnis amicus, & inimicus animæ suæ, luxuriosus videlicet & gulosus, cathedra namque significat quod potens fuit in malitia, amauit mulieres, & ideo maligni spiritus in tali specie torquent eum.* Post hæc vident hominem quem teterrimi spiritus viuũ excoriabant, & fricabant cum sale, & super craticulam assabant. *Hic,* inquit Angelus, *potens fuit & crudelis in subditos.* Post hæc vident diuersas personas religiosas monachorum, monialium, Episcoporũ, sacerdotum, ac etiam clericorum, quorum quidam ridebant, cachinnabant, alij conuiciabantur, alij gulæ satiandæ studebant, alij libidini suæ complendę vacabant, non quia post mortem sint ibi huiusmodi voluptates, sed ad maiorem confusionem suam & tormentum, præteritorum suorum criminum similitudines repræsentant, dæmonibus ad hoc eos cogétibus. Qui etiam postmodum percutiebant eos fusti bus super capita sua, vsque ad excussionem cerebrorum & eiectionem oculorum, & hoc incessanter agebant, vidit etiam alia torméta miro modo diuersi mode disposita, secundum diuersitatem variam peccatorum § 9. Anno Domini. M.C.XLIX ostensa fuit hæc visio quę sequitur. In Hybernia fuit homo Tundalus nomine, nobilis genere, crudelis in opere, forma corporis egregius, fortitudine robustus, de salute animæ suæ nihil sollicitus, grauiter ferens, si quis eum de salute animæ suæ monebat, Ecclesiam negligebat, pauperes Christi, nec videre volebat, scurris & ioculatoribus quicquid habebat pro vana gloria tribuebat. Hic in domo cuiusdam sodalis sui, volens cibum sumere, repente percussus est inuisibiliter, manum quam extenderat ad os suum, non potuit replicare, clamansque terribiliter, se mori testatus est. Statimque corruit corpus eius velut mortuum, omnium membrorum officijs destitutum, assunt omnia signa mortis, occurrit familia, tollitur cibus, exclamant armigeri, plorat hospes, corpus ostéditur, pulsantur signa, cõuenit clericus, miratur populus, totaque ciuitas subita boni militis morte turbatur, ab hora decima in quarta feria, vsque ad eandem horam in sabbatho, sicut mortuus iacuit, quia tamen calor modicus in sinistra parte pectoris à diligenter palpantibus sentiebatur, eum subterrare noluerunt. Post hæc resumpsit spiritũ, & debili flatu quasi per vnius horæ spacium respirare cœpit, & mirantibus cũctis debiliter circumspicere, interrogatus est si communicare vellet, petijt humiliter afferri sibi corpus Domini. Quo deuote sumpto cœpit cum gratiarum actione Deum laudare & dicere: *O Deus æterne, maior est misericordia tua, quam iniquitas mea, licet magna sit nimis, quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me.* Statimque omnia quæ habebat sub testamento distribuit & dedit pauperibus, vitam pristinam funditus se derelictũrũ deuouit, ac cuncta quæ viderat & passus fuerat, ad Dei laudem & audientium vtilitatem retulit ita dicens: cum anima mea corpus exueret, & illud mortuũ iam crederet, reatus sui conscientia formidare cœpit & tremere, sed quid ageret nesciebat; timebat enim, sed quid timeret ignorabat, volens ad corpus redire, intrare nõ poterat, foras exire non audebat, quia vbique timebat, flens igitur & tremebũda, & quid ageret nescia, & in nullo cõfidens, nisi in Dei misericordia. Tandem

Exemplum

vidit ad se tātam multitudinem dæmonum venientem, vt non solum totam domum & eius atrium, sed etiam vicos & plateas ciuitatis implerent, & miseram animam circumdantes dixerunt: Cantemus huic miseræ animæ debitum mortis canticum, quia filia mortis, est cibus ignis inextinguibilis, inimica lucis & tenebrarum amica. Et cōuersi ad eam stridebant dentibus in ipsam dicentes: Ecce misera, populus quem elegisti, cū quibus in æternū arsura intrabis in infernū. Nutrix scandali, amatrix discordiæ, quam & nos amamus. Quare modo non superbis? quare non adulteraris? vbi est vanitas, inepta lætitia, immoderatus risus? vbi est fortitudo tua, qua plurimis insultabas, quare modo non annuis oculis, teris pede, digito loqueris, prauo corde machinaris malum, sicut ante solebas, in vanitatibus & leuitatibus tuis? Cum hæc & similia dicerent, vidit à longè quasi stellam lucidissimam ad se venientem, in quam statim infatigabiles fixit intuitus, sperans se per eam aliquod solatium percepturam. Erat autem Angelus eius, qui cum appropinquasset, salutauit eum nomine proprio dicens: Aue Tundale, videns ille iuuenē speciosum nimis, & audiens se proprio nomine salutatum, præ timore similiter & gaudio sic respondit: Heu Domine Pater, dolores inferni circumdederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis. Cui Angelus modo me vocas Dominum & Patrem, quem semper tecum habens, nunquam alias dignum me tali nomine iudicasti. Cui Tūdalus: Domine vbi vnquam te vidi, aut dulcissimam vocem tuam audiui? Ad quē Angelus: Ego à Natiuitate tua semper tecū eram, & quocunque ibas sequebar te, & nunquam consilijs meis acquiescere voluisti. Et extēdens manum in vnum immundorum spirituum, qui ei verbis maledictis insultabat Ecce, inquit, ille cuius voluntati & consilio obtemperabas, sed adest tibi Dei misericordia, quam tamen non meruisti. Esto igitur secura & læta, quia pauca de multis quæ merueras patieris. Sequere, & quodcunque tibi monstrauero, memoriter tene, quia ad corpus tuum iterum reuerteris. Tunc illa vehementer perterrita, propius accessit ad Angelū, dæmones hoc audientes, & mala quæ minabantur ei inferre nō posse videntes, blasphemauerunt Deum, iniustum esse dicentes, quia non, sicut promiserat, vnicuique secundum opera sua reddebat. Post in semetipsos insurrexerunt, & plagis multis se percutientes, illo cum furore nimio & indignatione relicto, cū tristitia recesserunt. Angelus autem dixit ad animam, sequere me: & illa respondit, heu Domine mi: Si tu præcesseris, isti retrò me rapient, & æternis ignibus tradent. Ad quem Angelus: Ne timeas, quia plures nobiscum sunt, quam cum illis. *Si Deus pro nobis, quis contra nos; cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabunt. Verumtamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis.* De valle horribili. Similiter autem pergentes nullumque lumen præter ipsius Angeli splendorem habentes, venerunt ad vallem valde terribilem, tenebrosam, & opertam mortis caligine. Erat autem profunda & carbonibus ardentibus plena super os angustum, operculum ferreum habens spissitudinis sex cubitorum quod ardore nimio ipsos carbones superabat ardentes, cuius fœtor omnes quas anima vsque in fuerat expertā tribulationes superabat. super illam laminam descendebat magna multitudo infœlicium animarum, & illic cremabantur, donec ad modum cremij in sartagine liquescerent. Et quod erat grauius per illam laminam colabantur, sicut colatur cera per pannum. Et iterum in carbonibus ignis ardentibus leuabantur ad tormentum. Et post hæc

ait

ait Angelus: Ducantur ad maiores, & hæc erit pœna patricidarum, fratricidarum & homicidarum, tu autem licet homicida sis, modo tamen istam non patieris. Post hæc venerunt ad montem miræ magnitudinis, horroris magni, & vastæ solitudinis, qui transeuntibus angustum valdè præbebat iter. Ex vna parte huius montis erat ignis putridus sulphureus & tenebrosus, ex altera parte nix glacialis & ventus horribilis. Erat mons ille tortoribus plenus qui furcas ferreas ignitas habebant, & tridentes acutissimos quibus iugulabant animas transire nolentes, & trahebant ad pœnas & per vices de niue & grandine mittebant in ignem & è conuerso. Hæc est, inquit Angelus, pœna insidiatorum & perfidorum. Post hæc anima cum timore sequens Angelum præcedentem venit ad vallem tenebrosam & horridam, cuius profunditatem ipsa videre non poterat sonitum tamen sulphurei fluminis, & vlulatum in eo patientium audiebat, fumus vero de sulphure & cadaueribus adeò fœtidus exhalabat, qui omnes pœnas quas ante viderat anima, superabat. Angelus autem consolans animam tremebundam, ait, hæc est pœna superborum, ab hac quidem liberaberis, sed aliam patieris. De bestia monstruosa & horribili, præcedente Angelo, profecti sunt per viam tenebrosam, tortuosam & difficilem nimis, & cum multum laboraret anima ambulãdo per tenebras, vidit bestiam incredibili magnitudine, & horrore intolerabilem, quæ maior erat omnibus montibus quos ante viderat, oculi eius quasi colles igniti, os valde patens & apertum, videbatur posse simul capere 9. millia hominum armatorum, flamma inextinguibilis ex ore eius ibat, & fœtor incomparabilis, & planctus multitudinis eiulantis de ventre eius per idem os audiebatur. Intus autem erant multa millia virorum ac mulierum dura tormenta sustinentium. Ante os eius immundorum spirituum stabat maxima multitudo, animas in os eius intrare cogentium, & eas antequam intrarent multis plagis & verberibus affligebant. Cùm anima Tundali monstrum tam horribile conspexisset, nimis perterrita dixit ad Angelum: Domine, quare illuc appropinquas? dixit ei Angelus. Iter nostrum, aliter explere non possumus, hæc bestia vocatur Acheron, & deuorat omnes auaros, de hac scriptum est: *Absorbebit fluuium & non mirabitur, & habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius.* Et cum hæc dixisset, Angelus præcedens stetit ante bestiam. Angelo disparente, anima sola remansit, dæmones continuò circumdederunt eam, sicut canes rabidi, & flagellatam traxerunt eam per ventrem bestiæ, vbi multa passa est, morsus & lacerationes canum, vrsorum, Leonum, serpentum, & aliarum innumerabilium bestiarum, & ignotorum monstrorum ferocitatem, & dæmonum ictus, ardorem ignis, fœtorem sulphuris, caliginem oculorum, fluxum lachrymarum ardentium, stridorem dentium, copiam tribulationum: ibi se misera anima de peccatis præteritis accusabat, & præ tristitia nimia & desperatione genas proprias lacerabat. Et cùm se putaret æternaliter esse damnandam, nescia quo ordine subitò extra bestiam esse sensit, & longius à bestia iacens debilis, aperiens oculos, prope se vidit Angelum lucis, ductorem suum, gaudens illa licet afflicta nimis, cœpit DEVM de sua misericordia collaudare, quam Angelus tangens confortauit. De carcere ignito. Cumque iret vlterius per loca tenebrosa & horrida, apparuit quædam domus maxima, quasi quidam mons arduus, rotunda quasi furnus, inde

flamma

flamma per mille passus exibat, quæ omnes animas quas inuenire poterat cōburebat, quā videns anima dixit ad Angelum: Ecce appropinquamus ad portas mortis, heu quis me miseram liberabit? Respondit Angelus, ab hac quadam exteriori flamma liberaberis, sed ipsam domum de qua procedit intrabis. Et cum propius accessissent viderunt carnifices cum securibus, cultris bisacutis, dolabris & terebris, falcibus & forcipibus acutissimis, fossorijs, & alijs instrumentis, quibus animā excoriare, decollare, scindere, vel truncare poterāt, in medio flammarum stantes, & sub manibus eorum multitudinem animarum hæc omnia sustinentium. Quod videns Tundalus, dixit ad Angelum, obsecro Domine ab hoc solo supplicio me libera, & cæteris omnibus quæ post hæc occurrent me tradi concedo. Cui Angelus, hoc est maius supplicium quod hactenus videris, sed adhuc videbis vnum maius istra illud supplicium quia canes rabidi te expectant. Tundalus autem tremens & angustia totus deficiens, rogabat ne intraret, sed non profecit. Dæmones autem videntes eum sibi esse concessum, circumdederunt eum & multis conuitijs exprobrantes, supradictis instrumentis eum in frustra discerpserunt. In hac domo erat gemitus & tristitia, fletus & stridor dētium, & lentis ignis extrinsecus, sed intrinsecus vastum incendium, auiditas inexplebilis ibi erat, nec poterat gulæ voracitas saciari, verenda loca doloribus permaximis torquebantur, pudenda ipsa corrupta putredine scaturire vermibus videbantur. In ipsa quoq; verenda virorum ac mulierum non solum sæcularium, verum etiam religiosorum, diræ quædam intrabant bestiæ, ibiq. anima Tundali se iuste pati talia fatebatur. Sed quoniam Deo placuit, nescia quo ordine se extra tormenta esse cognouit. Sedens autem in tenebris & vmbra mortis, videns Angelū suum dixit, heu Domine, vbi est quod audiuimus, *misericordia Domini plena est terra.* Respondit Angelus: Hæc sententia multos decepit. Deus enim licet sit misericors, tamen & iustus, multa iudicat, plura condemnat. Tu iustè passus es quæcunque sustinuisti, sed tunc gratias ages Deo, quando videbis quanta per Dei misericordiam euasisti. Ideò enim iusti qui pœnas non patiuntur, post mortem ad videndum tantum illas ducuntur, vt visis tormentis à quibus per Dei misericordiam liberātur, magis inardescant in amorem Dei, & in laudem eius assurgant. De bestia alata & stagno congelato. Cęterum vidit Tundalus bestiam cæteris, quas ante viderat longe dissimilem duos pedes, & duas alas habentem, collum longissimum, rostrum ferreum, & vngulas ferreas, de cuius ore flamma inextinguibilis erumpebat. Sedebat autem hæc bestia super stagnum glacie congelatum, ibique renouabantur iterum ad tormentum. Impregnabantur autem omnes animæ tam virorum quam mulierum, quæ descendebant in stagnum, ibique grandæ pariebant prolem genita more viperino, ibiq; vegetabantur miseræ, in vnda frigida mortui maris glacie concreta. Dumque tempus esset vt parerent clamantes replebant inferos vlulatibus, & sic serpentes pariebant, nec solum fœminæ, sed & viri pariebant. Et hoc non per membra ad hoc naturaliter instituta, imo etiam per brachia simul & pectora. Exibantque per cuncta membra bestiæ erumpentes, habentes capita ferrea & ardentia, & rostra acutissima quibus ipsa vnde exibat corpora lacerabant. In caudis autem illis habebant multos aculeos qui quasi hami retro retorti ipsas à quibus exibant animas pungebant. Illæ namq; bestiæ volētes exire, cum caudas secum non possent secum retrahere, in ipsa corpora vnde exibant rostra sua ferrea & ardentia

dentia retorquere non cessabant, donec ea vsq; ad neruos & ossa arida consumerent, & sic simul clamantes stridor glacierum inundantium, & vlulatus animarum talem pœnam sustinentium, & mugitus bestiarum ab eis exeuntium perueniebant ad cælum. Erant enim in omnibus diuersis membris & digitis diuersarum capita bestiarum, quæ ipsa membra mordebant vsque ad neruos & ossa. Habebant autem linguas viuas in modum aspidum quæ totum palatum & etiam arterias consumebant vsque ad pulmones. Verenda quoque ipsorum virorum & mulierum erant in similitudinem serpentum, quæ inferiores partes vētris lacerabant, & ipsa viscera inde extrahere satagebant. Tunc ait Angelus, hæc est pœna Monachorū, Sanctimonialium, Canonicorum, & aliorum Ecclesiasticorum virorum, qui mentiri Deo per tonsuram & habitum noscuntur, qui linguas exacuerunt sicut serpentes, & membra sua non cohibuerunt ab immundis operibus, hanc pœnam sustinebunt qui immoderata luxuria se polluunt, & ideo istam te sustinere oportet. His dictis dęmones eam cū impetu rapuerunt, & ad deuorādam bestiæ tradiderunt. Cùm autem post prædicta tormenta, esset in partu viperarum, affuit ei Angelus lucis, & tangens eam sanauit, & se sequi præcepit. De valle fabrorum. Præter splendorem ū: Angeli lumen non habentes pergebant per loca terribilia & multo prioribus diriora, via valde combusta, & quasi de cacumine montis altissimi tendente in præcipitium. Quanto autem plus illa anima descendebat, tantò minùs ad vitæ reditum sperabat. Dixit autem anima ad Angelum, Domine quo imus? Respōdit Angelus, hæc via ducit ad mortem. Et anima, quid est quod dictum est, *lata & spaciosa est via quæ ducit ad mortem, & multi sunt qui intrant per eam*, cum hic præter nos neminem ire videmus? Respondit Angelus, non de ista dictum est, sed de impudica & illicita sæculari, quæ ducit ad istam. Euntes autem longius vltra modum laborantes, veniunt in vallem fabrorum, ibique viderunt fabricas, in quibus maximus audiebatur luctus. Tūc ait Angelus. Tortor iste vocatur Vulcanus, per cuius ingenium multi corruerunt, & ab ipso cruciantur. Ait autem anima: Domine, si debeo pati supplicia? debes, inquit. Quo dicto plorans sequebatur eum, & ecce tortores cum ignitis forcipibus Angelo sancto nihil dicente, ceperunt eam, & proiecerunt in caminum ignis ardentis, & sufflantes follibus, sicut solet ferrum in fornace, ita examinauerunt eam. Sic enim cōflabant animas quæ patiebantur ibi donec ad nihilum redigerent. Cumque ita liquefierent vt nihil nisi aqua apparerent iugulabantur tridentibus ferreis & positæ super incudem percutiebantur malleis, donec vicenæ vel tricenæ vel etiam centenæ redigerentur in massam vnam, sicut scriptum est Pro. 19. *Parata sunt derisoribus supplicia, & mallei percutientes stultorum corporibus.* Et tamen quod grauius est, nec sic pereunt, desiderant enim mortem & inuenire non possunt, loquebantur autem tortores ad inuicem dicentes, nunquid sufficit? Et alij in alia fabrica respondebant, proijcite nobis, & videamus si sufficit. Et alij accipiebant eas cū forcipibus ferreis antequam terrā tangerent. Et sicut primi ita isti eas ignibus trudebant. Et ita misere proijciebantur modo huc, modo illuc, & comburebantur vbiq; donec simul pelles, carnes, & ossa, & nerui redigerentur in fauillam & flammam ignis. Post multas passiones affuit animæ Tundali ductor suus, & apprehēdens de medio fauillę dixit: Quomodo vales? nunquam tam dulcia fuerunt tibi carnis oblectamenta, vt pro eis tot & tanta sustinere deberes? Ille penitus respondere non poterat quia post tantum supplicium vires ad lo-

quendum non habebat, & tunc Angelus ait ei confortare, quia *Dominus deducit ad inferos, & reducit.* Quamuis enim magna sint quæ nunc vsque passa es, maiora tamen sunt, à quibus per Dei misericordiam liberaberis, nondum enim venisti, nec peruenisti ad inferos, & more solito tangens eam, & confortans præcessit De puteo inferni Cunque simul pergerent & incedentes sermocinarentur, ecce subitus horror & frigus intolerabile, & fœtor & tenebræ prioribus incomparabiles, tribulatio & angustia animam inuaserunt, ita vt omnia fundamenta terræ viderentur sibi contremiscere, & Angelo præcedenti compulsa est dicere: Heu Domine mi quid est quod more solito stare non possum, quo dicto præ nimia formidine nō potuit se mouere Et ecce Angelus cito disparuit. & eum videre amplius non potuit, statimq; desperare cœpit Audiuit autem rumores & vlulatus innumeræ multitudinis, & tonitru tam horribile, vt nec paruitas nostra potuerit capere, nec eius lingua narrare. Circumspiciens ergò si quomodo posset videre vnde venerat, vidit foueam quadratam vel quadrangulam quasi cisternam, qui puteus flammæ & fumi putridam emittebat columnam, quæ columna extendebatur vsq; ad cælum, & in ipsa columna erat multitudo animarum & dæmonū, more fauillarum cum flamma ascēdentium, & ad nihilum redactæ, cadebant iterum cum dæmonibus in fornacem vsque in profundum. Quo viso anima Tundali volebat se retro retrahere, sed pedes à terra non poterat eleuare, & cū sæpius tentasset & tamen non posset, in semetipsam exarsit & nimio furore repleta genas proprias lacerabat dicens & clamans, væ mihi quare non morior. Quæ me decepit dementia. Audientes hoc dæmones qui cum flamma ascendebant circumdantes eam cum instrumētis quibus rapiebant animas ad tormēta dixerunt: O misera anima pœnis & cruciatibus digna, vnde huc venisti, nihil adhuc experta es, adhuc videbis, dignum operibus tuis tormentum, de quo nec exire poteris nec perire, sed semper in cruciatu viuens ardebis, sine refrigerio, sine lumine, sine consilio & auxilio, & sine omni consolatione, nullam deinceps misericordiam sperare poteris. Appropinquanti enim vsque ad portas mortis & inferis inferioribus sine mora præsentaberis, qui te huc adduxit ipse te decepit, liberet te si potest de manibus nostris, non videbis eum amplius. Et dicebant ad inuicem, quid adhuc moramur? trahamus eam ad Luciferum deuorandam, & sic arma vibrantes, minabantur ei mortem æternam, ipsi autem dæmones erant nigri sicut carbones, oculi eorum vt lampades, vt ignis ardentes. dentes eorū niue candidores, caudas habebant vt scorpiones, vngues ferreos acutissimos, alas vt vultures. Interea affuit Angelus lucis, qui fugatis spiritibus tenebrarum, consolatus est ream suam dicens, gaude & lætare filia lucis, quia misericordiam consequeris, pœnas quidem magnas videbis, sed eas minime patieris §. De Principibus tenebrarum & socijs eius in pœnis. Appropinquans autem anima vidit Principem tenebrarum in profundi inferni. Quæ autem & quanta vidit ibi, explicari non possent Ibi visus est Princeps Diabolus qui magnitudine sua omnes bestias quas Tundalus ante viderat excedebat, cuius quantitati nihil eorum quæ viderat comparare sciebat. Erat illa bestia nigerrima sicut coruus formam habens humani corporis à pedibus vsque ad caput, excepto quod plurimas habebat manus, non minus scil. quam mille centum cubitos habens in altitudine, in grossitudine verò decem, vnaquæque manus vicenos digitos habebat, & digiti habebant in longitudine centenas palmas,

palmas, in grossitudine vero decas. Habebat vngues ferreos tam in manibus quàm in pedibus lanceis militum grossiores & etiam longiores. Rostrum eius nimis longum & grossum, cauda eius asperrima & longa ad nocendum animabus, aculeis acutissimis præparata. Iacet autem illud monstrum horribile super cratem ferream suppositis ardentibus prunis ab innumerabili multitudine dæmonum follibus sufflantiū succensa. Circumdat autem illū tanta multitudo animarum & dæmonum quod nulli esset credibile quod mūdus tot animas a principio potuisset habere. Ligatus autem est ille hostis antiquus per singulas membrorum iuncturas catenis ferreis & æreis ignitis & valde grossis. Cūq; sic versatur in carbonibus, & vndiq; coarctatur nimia exardescens ira, vertit se de vno latere in aliud & omnes manus suas in illam multitudinem animarum extendit, easq; repletas cōstringit animabus, sicut rusticus sitiens racemos comprimit vt inde vinū eliciat in tantum vt nulla sit ibi anima, quæ non in illa constrictione priuetur capite vel pedibus vel manibus, & tum suspirans sufflat & spargit animas in diuersas partes gehennæ, & statim eructat puteus ille de quo prædiximus fœtidam horribilemq; flāmam. Et cum anhelitum suū retrahit ad se omnes animas quas ante dira illa bestia disperserat, cum fumo & sulphure in os eius cadētes deuorat, sed & quæcunq; manus eius effugiunt ne stringantur, percutit illas cū cauda sua, & sic misera bestia percutiens semper percutitur, & tormenta omnib. inferens super omnes in tormentis omnibus cruciatur. Tunc ait Angelus ad animam, hic est Lucifer creatura Dei, qui versabatur in delicijs paradisi, qui si solutus fuerit, cælum simul & terram vsq; ad inferos perturbaret. Hi aūt qui cū eo sunt, partim sunt filij tenebrarū, partim filij Adæ, & iam iudicati, ac multos alios expectant, qui vel Christū negauerunt, vel negantium opera fecerunt. Hi sunt Prælati & Principes mali de quib. scriptum est. Potentes potenter pœnas & tormenta patientur, qui scil non benè vsi sunt potestate sibi à Deo cōcessa, hic autem Princeps tenebrarum dicitur, nō propter potentiam quam habebat, sed propter primatum quem tenet in tenebris. Omnes autem aliæ pœnæ, quamuis sint maximæ, respectu huius pro nihilo computantur. Ad hæc anima, verum est, nam videre tantum locum istum magis me conturbat, & fœtorē eius sustinere plus me grauat, quā pati omnia quæ antè patiebar. Vnde rogo vt si potest fieri, hinc me cito abstrahas, & hic me cruciari ampli⁹ nō permittas: hic enim video multos notos & sodales meos, quos mecū in sæculo gaudebam habere socios, quorū hic cōsortiū multū perhorresco. Scio aūt pro certo, quòd nisi mihi gratia diuina succurrat, peccatis meis exigentib. non minùs ista patiar. Ad quem Angelus: Veni o fœlix anima, cōuertere in requiē tuā, quia Dominus benefecit tibi, non enim ista patieris, neq; amplius hæc videbis, nisi istorū quæ vidisti oblitus, & iustitiam Dei non veritus, peccatis iterum implicceris, &c.

Visio Caroli Calui de tormentis Inferni.

EGo Carolus Imperator Dei dono, Rex Germanorum, Patricius Romanorum, atque Imperator Francorum. Sacra nocte diei Dominicæ post celebratum nocturnarum horarum diuinum officium, dum vellem somnum accipere, venit ad me vox terribiliter dicens: Carole exiet a te modo spiritus tuus, in hora non modica, statimque fui raptus in spiritum, & qui me sustulit erat candidissimus, & tenebat in manu sua glomerem lucem clarissimum

 instar

tecum ferre non praeuales, viuus ergo, & salutē tui corporis obtinens da Christo quod potūdes. Dicebat quidem deuotus homo quod das viuus & sanus, aurum est, & quod das moriens argentum est, quod verò das erogādum post mortem, plumbū est. Item quanto testamenta persolui diutius differuntur, tanto tardius percipiuntur ab eis suffragia, & tenentur diutius in tormentis. Si autem viuus & sanus haec homo faceret, in caelum sua praemitteret, mansionemque sibi in caelesti palatio praepararet, ac praecaueret sibi, vt omninò purgatoriū non intraret, vel saltem ibi longè breuiori tempore remaneret. Religiosus quidam literatus & prudens salubriter sibi prouidere cupiens ante mortem, quatenus securius, & cùm maiori spe salutis ex hac vita migraret ac de poenis purgatorij celerius expediri valeret, cōuocatis fratribus de conuentu humiliter eis dixit: *Charissimi fratres ego sperans me ex hac vita infra tempus modicum exiturum, tota mentis affectione, & feruenti deuotione deposco, vt Missas, orationes, aliaque suffragia quae tenemini soluere coram Deo, tam ex communi charitate, qua tenemini omnib. Christianis generaliter, quàm ex professionis vnitate, quam etiam ex statutis capituli generalis mihi, dum adhuc viuo impendere vestra pijssima charitate, & charissima pietate, velitis nunc ante mortem mecum exsoluere. Si enim vsque post mortem distuleritis, necesse habebo poenas purgatorij sustinere, quousque per orationes vestras fuero liberatus, & sic forsitan per vnum annum duos vel amplius cruciabor, & à visione diuina & fruitione gloriae retardabor. Si verò me viuente Missas vestras & orationes solueritis, forsitan omnino ab ingressu purgatorij praeseruabor, vel saltem celerius liberabor, cumque ingressus in gloriam vices vestrae charitati rependens, pro vobis Dominum deprecabor.* O quàm inaestimabile damnum est à Dei visione vel modicum retardari, sicut colligere possumus ex verbis Augustini in lib. de libero arbitrio sic dicentis: *Tanta est pulchritudo iustitiae, tanta iucunditas lucis aeternae, haec est incommutabilis veritatis atque sapientiae, vt si non liceret amplius in ea manere, quàm vnius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni huius vitae pleni delicijs, & circumfluentia temporalium bonorū rectè meritoque contemnerentur.* Vnde non sine causa, nec sine deuotione dictum est: *Melior est dies vna in atrijs tuis super millia.* Quantum autem est bonum, eius beata perfrui visione, tantum est damnum in eius carentia & retardatione. vtinam diligenter attenderent homines, ac profundius cogitarent, quàm inaestimabile sit hoc damnum, profectò non sic faciliter ad peccata curreretur, nec peccatum quodcunq; leue vel modicum reputarent, quinimò quodlibet veniale vehementius abhorrerēt, quàm nunc peccata mortalia formident. Quis enim non totis viribus euitaret quodcunque peccatum, si firmiter teneret se propter illud vnius diei mora, vel amplius gloriae Dei visione priuandum, quantum ergò dolendum esset & amarissimè plorandum, quod omnes homines sic passim quasi timore Dei postposito, eiusque iudicio sic contempto currunt, & praecipitanter corruunt, non tantùm in venialia, sed etiam in mortalia, nec est qui consideret quanta damna incurrere non verentur, & ad quot horrenda supplicia dilabuntur. Ideò dicitur Eccl. 22. *Super mortuum plora: defecit enim lux eius.* Super mortuum inquam in Purgatorio plora. Quia defecit lux beatificans, vel super mortuum in mortali peccato, quia defecit lux cogitationis eius, excaecauit eum in malitia eius.

Exemplum

§ 3. Tertio compatiendum est eis, quia quasi mentibus irretiti non possunt operari meritoria. Iam enim exierunt statum merendi, & tempus est secundùm merita recipiendi. Vnde scriptum est Eccles. 9. *Mortui nihil habent vltra mercedem*, id est, facultatem promerendi mercedem. § 4. Quarto quia quasi pedibus vinculati non possunt ad viuos venire ad petēdum suffragia, quod intelligendum

dum est, quantum est de lege communi. Sicut dicitur Sap. 2. *non est agnitus qui sit reversus ab inferis.* & Iob. 14. *Homo autem cum mortuus fuerit, vbi quaeso est? quomodo si recedant aquae de mari, & fluuius vacuefactus arescat, sic homo cùm dormierit, non resurget.* & 2. Reg. 14. *Omnes morimur, & quasi aquae dilabimur in terram, quae non reuertuntur.* Quae omnia sunt intelligenda de lege communi. Nonnunquam tamen mortui charis sibi viuentibus apparuisse leguntur; aut de gratia spirituali facti sibi ad postulāda suffragia, aut ad instructionem, correptionē, siue consolationem viuorum, quibus videlicet apparebant, quae omnia probari possunt euidentissimè per exempla. Sic igitur declaratum est primum propositum, videlicet quod ad miserandū mortuis in purgatorio, mouere nos debet eorum pœnalis miseria § 5. Secundum principale fuit, quòd ad eis miserandū mouere nos debent de praeterito suscepta beneficia. Ad hoc autem nos inuitat Dauid rex pijssimus & propheta, 2. Reg. 1. *Considera Israel pro his qui mortui sunt,* Saul. sc. & Ionatha, qui regebant eos, ac pro eorum defensionē contra aduersarios dimicabant. Sequitur, *Filiae Israel, super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in delicijs, qui praebebat ornamenta aurea cultui vestro, quomodo ceciderunt fortes in praelio,* &c. quae sequūtur. Sed proh dolor omnes pene homines tam saeculares, quàm etiā regulares super receptis beneficijs mortuorū ingrati, cor & oculū habēt ad reliqua quae supersunt promptiores ad mortuorum spolia rapiendum, quā ad ipsos mortuos adiuuandum. Vnde scriptū est 2. Par. 20. *Venit Iosaphat & omnis populus cum eo ad detrahenda spolia mortuorum.* § 6 Tertio, ad cōpatiendū mortuis mouere nos debet de futura nostra indigentia. Quando. n. liberati fuerint, & in cōspectu Dei gloriam assecuti, ipsi nos iuuare poterunt, suis orationib. & nos indigebimus adiuuari. Illos autem praecipuè credēdi sunt propensius recommendatos habere, qui eos

Compatiendum propter suscepta beneficia.

Indigentia nostra futura.

cùm essent in locis pœnalibus adiuuerunt. Et illi maximè merentur post mortem adiuuari suffragijs, qui cum viuerent, fuerunt solliciti pro mortuis adiuuandis. Vnde Ruth. 1. *Faciat vobiscum Deus misericordiam, sicut fecistis cum mortuis.* Et 2. c. *Benedictus sit a Domino Booz, quem eandem gratiam quā fecerat viuis, seruauit & mortuis.* Nota quando aliquis generosus vel valens homo tenetur in carcere, de cuius liberatione speratur, & quod futurus sit magnus & valdè potens magnificè retribuere illis, qui in sua necessitate compassi fuerint, & beneficijs suis adiuuerint, & ad eius liberationem operam dederint efficacem, tali libenter seruitur in carcere, & ad eius liberationem & solatium cura diligēs adhibetur. Quanto magis ergò iuuandi sunt mortui in purgatorio, quos cōstat amicos esse magni principis, qui de beneficio eis impenso laetantur, ipsi aūt ingrati esse non poterunt, sed beneficijs suis retribuere ex summa charitate valent, & ex summa potestate valebunt. Religiosus quidam orationes & Missas, quas secundum religionis suae statutū soluere tenebatur, negligenter agebat. Qui mortuus durè est de negligētia reprehēsus, & insuper sic punitus. quod suffragia quae pro ipso fiebat, iustus iudex distribuebat alijs, vt in quo peccauerat puniretur, vt sicut ipse mortuos fraudauerat, sic mortuus fraudaretur, nec ipse mortu' iuuaretur a viuis, qui viu' neglexerat quae debebat soluere pro defunctis. § 7. Possunt autē iuuari animae defunctorū 4. modis, sicut docet August. Primo per orationū suffragia, sicut dicitur 2. Mach. 12. *Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis. Et quia considerabat quod hi qui cū pietate dormitionem acceperant, optimā habe[ren]t repositā gratiā. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.* § 8 Secundò iuuari possunt per oblationū sacrificia, sicut scriptum est 2. Mach. 12. *Iudas collatione facta duodecim*

Exemplum

Animae defunctorum iuuari possunt 4. modis.

August.

millia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri ea ibi pro peccatis mortuorum. Sacrificiũ autem placens Deo & summæ efficaciæ tam pro mortuis quam pro viuis, est Eucharistię Sacramentum, in quo Christus veraciter continetur, ac Deo Patri pro nobis in odorẽ suauitatis offertur. Cuidam Religioso oranti apparuit mater eius post mortem, quasi supra cratẽ ferream extensa prunarum ardentium ex supposita congerie copiosa. Cui prouide quidem admiranti & inquirẽti quænam esset. Respõdit quòd mater sua esset, quæ tali incendio durissimè torquebatur, sibique concessum erat à Deo de gratia speciali, quæ ad filium suũ posset accedere suffragia petitura, addiditque quod si triginta Missas pro ipsa deuote diceret, prorsus purgata rursus appareret ei. Cõpletis igitur 30. dieb9, & Missis ab illo deuotissimè celebratis, mater omninò purgata, Deo summo gratias agens, apparuit oranti filio facie iocũda & immenso lumine radiosa, seque eius orationibus liberatam asseruit, eique cum gaudio valedixit. §. 9. Tertiò iuuari possunt per afflictiua ieiunia. Exemplo 1. Reg 3. de Abner mortuo, de quo dicitur quòd *percussit eum Ioab in inguine, & mortuus est. Quo audito, Dauid dixit ad Ioab, & ad omnem populum qui erat cum eo: Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis, & plangite,* &c. quæ sequuntur. Sequitur. *Iurauit Dauid dicens: Hæc faciat mihi Dominus, & hæc addat, si ante solis occasum gustauero panem, vel aliud quicquam.* § 10. Quartò iuuari possunt per Eleemosynarum suffragia. Tamen dicitur Eccl. 7. *Pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio & benedictio tua, & mortuo non prohibeas gratiam.* Minus dixit, & plus signat, quia mortuo non solùm nõ est gratia prohibenda, sed etiam conferenda. Multi sunt autẽ qui non exhibẽt, sed magis prohibent, ideò signanter dicit Dominus, *non prohibeas*, vt si non velis gratiam exhibere, saltem nõ præsumas alijs prohibere.

Sermo Reuelationum.

Exemplum

IN Anglia vir quidam viribus corporis valdè potens, post multa peccata compunctus in conscientia, proposuit ire Hierosolymam, ibique in Dei seruitio expendere residuum vitæ suę, cui super hoc voto siue proposito quendam Abbatem Cistertien. ordinis consulenti, persuasit dictus Abbas, vt crucem Religionis assumeret, ac ad cælestem Hierusalem, quantocyus properaret. Ingressus autem & feruenter incipiens, tentatus à Satana, mutauit propositum, nolens terram sanctam, sicut prius vouerat, personaliter visitare. Eadem verò nocte dæmonem quendam super vnam trabẽ dormitorij in specie simiæ vidit. Sed quia tales bestiæ non nutriuntur in ordine, cogitauit quod non simia, sed diabolus esset, qui sentiẽs se cognitum, subitò descendit de trabe super eum, verberauit eum tam fortiter: quod de naribus eius & ore sanguis vberrim exiuit. Quo clamante, dæmon euanuit, excitati fratres accurrunt, iacens autem tribus dieb velut exanimis, apertis carnis oculis nihil vidit, sed Deus ei multa per Angelum reuelauit. Inter cætera, duxit eum Angelus ad terram tenebrosam & horrendam nimis, regionem videlicet vmbræ mortis, videns ibi turres quasdam horribiles, putabat quod ibi esset infernus, sed angelus ei dixit, quod *non, sed illæ turres infernales, camini sunt, per quos flamma & fumus infernales exeunt.* Post hæc vident hominem super equum ardentẽ, clypeum igneum [illegible] qui super collum equi capram [illegible], & ad caudam equi sui habitum monachi [illegible], inquit Angelus, *[illegible] homo fuit, semper de rapina vixit. Inter cætera [illegible] a quadam paupere muliere. [illegible] vitæ suæ voluit fieri monachus, non tamen vere [illegible] do, sed vt ignominiam suam [illegible] ret.*

Visiones [illegible]

ret. Cogitabat autem, quod ad vitam priorem rediret, si viueret, & ideo trahit religionis habitum sicut rem quam paruipendebat. Capra autem & clypeus, tormenta sunt duo damnationis. Post hæc vident hominem in ardenti cathedra sedentē ante quem quædam pulchræ mulieres erant, quarum singulæ ardentes, cereos ardentes in os eius & faciem impingebant, & per eius intranea ardētes similiter extrahebant. *Hic homo*, ait Angelus, *fuit in sæculo carnis amicus, & inimicus animæ suæ, luxuriosus videlicet & gulosus, cathedra namque significat quod potens fuit in malitia, amauit mulieres, & ideo maligni spiritus in tali specie torquent eum.* Post hæc vident hominem quem teterrimi spiritus viuū excoriabant, & fricabant cum sale, & super craticulam assabant. *Hic*, inquit Angelus, *potens fuit & crudelis in subditos.* Post hæc vident diuersas personas religiosas monachorum, monialium, Episcoporū, sacerdotum, ac etiam clericorum, quorum quidam ridebant, cachinnabant, alij conuiciabantur, alij gulæ satiandæ studebant, alij libidini suæ complendę vacabant, non quia post mortem sint ibi huiusmodi voluptates, sed ad maiorem confusionem suam & tormentum, præteritorum suorum criminum similitudines repræsentant, dæmonibus ad hoc eos cogētibus. Qui etiam postmodum percutiebant eos fustibus super capita sua, vsque ad excussionem cerebrorum & electionem oculorum, & hoc incessanter agebant, vidit etiam alia tormēta miro modo diuersimode disposita, secundum diuersitatem variam peccatorum § 9. Anno Domini.

Exemplum

M.C.XLIX ostensa fuit hæc visio quę sequitur. In Hybernia fuit homo Tundalus nomine, nobilis genere, crudelis in opere, forma corporis egregius, fortitudine robustus, de salute animæ suæ nihil sollicitus, grauiter ferens, si quis eum de salute animæ suæ monebat, Ecclesiam negligebat, pauperes Christi, nec videre volebat, scurris & ioculatoribus quicquid habebat pro vana gloria tribuebat. Hic in domo cuiusdam sodalis sui, volens cibum sumere, repente percussus est inuisibiliter, manum quam extenderat ad os suum, non potuit replicare, clamansque terribiliter, se mori testatus est. Statimque corruit corpus eius velut mortuum, omnium membrorum officijs destitutum, assunt omnia signa mortis, occurrit familia, tollitur cibus, exclamant armigeri, plorat hospes, corpus ostēditur, pulsantur signa, cōuenit clericus, miratur populus, totaque ciuitas subita boni militis morte turbatur, ab hora decima in quarta feria, vsque ad eandem horam in sabbatho, sicut mortuus iacuit, quia tamen calor modicus in sinistra parte pectoris à diligenter palpantibus sentiebatur, eum subterrare noluerunt. Post hæc resumpsit spiritū, & debili flatu quasi per vnius horæ spacium respirare cœpit, & mirantibus cūctis debiliter circumspicere, interrogatus est si communicare vellet, petijt humiliter afferri sibi corpus Domini. Quo deuote sumpto cœpit cum gratiarum actione Deum laudare & dicere: *O Deus æterne, maior est misericordia tua, quam iniquitas mea, licet magna sit nimis, quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me.* Statimque omnia quæ habebat sub testamento distribuit & dedit pauperibus, vitam pristinam funditus se derelictūrū deuouit, ac cuncta quæ viderat & passus fuerat, ad Dei laudem & audientium vtilitatem retulit ita dicens: cum anima mea corpus exueret, & illud mortuū iam crederet, reatus sui conscientia formidare cœpit & tremere, sed quid ageret nesciebat; timebat enim, sed quid timeret ignorabat, volens ad corpus redire, intrare nō poterat, foras exire non audebat, quia vbique timebat, flens igitur & tremebūda, & quid ageret nescia, & in nullo cōfidens, nisi in Dei misericordia. Tandem

vidit ad se tātam multitudinem dæmonum venientem, vt non solum totam domum & eius atrium, sed etiam vicos & plateas ciuitatis implerent, & miseram animam circumdantes dixerunt: Cantemus huic miseræ animæ debitum mortis canticum, quia filia mortis, est cibus ignis inextinguibilis, inimica lucis & tenebrarum amica. Et cōuersi ad eam stridebant dentibus in ipsam dicentes: Ecce misera, populus quem elegisti, cū quibus in æternū ardētura intrabis in infernū. Nutrix scandali, amatrix discordiæ, quam & nos amamus. Quare modo non superbis? quare non adulteraris? vbi est vanitas, inepta lætitia, immoderatus risus? vbi est fortitudo tua, qua plurimis insultabas, quare modo non annuis oculis, teris pede, digito loqueris, prauo corde machinaris malum, sicut ante solebas, in vanitatibus & leuitatibus tuis? Cum hæc & similia dicerent, vidit à longè quasi stellam lucidissimam ad se venientem, in quam statim infatigabiles fixit intuitus, sperans se per eam aliquod solatium percepturam. Erat autem Angelus eius, qui cum appropinquasset, salutauit eum nomine proprio dicens: Aue Tundale, videns ille iuuenē speciosum nimis, & audiens se proprio nomine salutatum, præ timore similiter & gaudio sic respondit: Heu Domine Pater, dolores inferni circumdederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis. Cui Angelus: modo me vocas Dominum & Patrem, quem semper tecum habens, nunquam alias dignum me tali nomine iudicasti. Cui Tūdalus: Domine vbi vnquam te vidi, aut dulcissimam vocem tuam audiui? Ad quē Angelus: Ego à Natiuitate tua semper tecū eram, & quocunque ibas sequebar te, & nunquam consilijs meis acquiescere voluisti. Et extē dens manum in vnum immundorum spirituum, qui ei verbis maledictis insultabat. Ecce, inquit, ille cuius voluntati & consilio obtemperabas, sed adest tibi Dei misericordia, quam tamen non meruisti. Esto igitur secura & læta, quia pauca de multis quæ merueras patieris. Sequere, & quodcunque tibi monstrauero, memoriter tene, quia ad corpus tuum iterum reuerteris. Tunc illa vehementer perterrita, propius accessit ad Angelū, dæmones hoc audientes, & mala quæ minabantur ei inferre nō posse videntes, blasphemauerunt Deum, iniustum esse dicentes, quia non, sicut promiserat, vnicuique secundum opera sua reddebat. Post in semetipsos insurrexerunt, & plagis multis se percutientes, illo cum furore nimio & indignatione relicto, cū tristitia recesserunt. Angelus autem dixit ad animam, sequere me. & illa respondit, heu Domine mi: Si tu præcesseris, isti retrò me rapient, & æternis ignibus tradent. Ad quem Angelus: Ne timeas, quia plures nobiscum sunt, quam cum illis. *Si Deus pro nobis, quis contra nos? Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabunt. Verumtamen oculis tuis considerabis, & retributionem peccatorum videbis.* De valle horribili. Similiter autem pergentes nullumq; lumen præter ipsius Angeli splendorem habentes, venerunt ad vallem valde terribilem, tenebrosam, & opertam mortis caligine. Erat autem profunda & carbonibus ardentibus plena super os angustum, operculum ferreum habens spissitudinis sex cubitorum quod ardore nimio ipsos carbones superabat ardentes, cuius fœtor omnes quas anima vnquam fuerat experta tribulationes superabat. super illam laminam descendebat magna multitudo infœlicium animarum, & illic cremabantur, donec ad modum cremijs in sartagine liquescerent. Et quod erat grauius per illam laminam colabantur, sicut colatur cera per pannum. Et iterum in carbonibus ignis ardentibus renouabantur ad tormentum. Et post hæc

ait

ait Angelus: Ducantur ad maiores, & hæc erit pœna patricidarum, fratricidarum & homicidarum, tu autem licet homicida sis, modo tamen istam non patieris. Post hæc venerunt ad montem miræ magnitudinis, horroris magni, & vastæ solitudinis, qui transeuntibus angustum valde præbebat iter. Ex vna parte huius montis erat ignis putridus sulphureus & tenebrosus, ex altera parte nix glacialis & ventus horribilis. Erat mons ille tortoribus plenus qui furcas ferreas ignitas habebant, & tridentes acutissimos quibus iugulabant animas transire nolentes, & trahebant ad pœnas & per vices de niue & grandine mittebant in ignem & è conuerso. Hæc est, inquit Angelus, pœna insidiatorum & perfidorum. Post hæc anima cum timore sequens Angelum præcedentem venit ad vallem tenebrosam & horridam, cuius profunditatem ipsa videre non poterat sonitum tamen sulphurei fluminis, & vlulatum in eo patientium audiebat, fumus vero de sulphure & cadaueribus adeò fœtidus exhalabat, qui omnes pœnas quas ante viderat anima, superabat. Angelus autem consolans animam tremebundam, ait, hæc est pœna superborum ab hac quidem liberaberis, sed aliam patieris. De bestia monstruosa & horribili, præcedente Angelo, profecti sunt per viam tenebrosam, tortuosam & difficilem nimis, & cum multum laboraret anima ambulãdo per tenebras, vidit bestiam incredibili magnitudine, & horrore intolerabilem, quæ maior erat omnibus montibus quos ante viderat, oculi eius quasi colles igniti, os valde patens & apertum, videbatur posse simul capere 9. millia hominum armatorum, flamma inextinguibilis ex ore eius ibat, & fœtor incomparabilis, & planctus multitudinis eiulantis de ventre eius per idem os audiebatur. Intus autem erant multa millia virorum ac mulierum dura tormenta sustinentium. Ante os eius immundorum spirituum stabat maxima multitudo, animas in os eius intrare cogentium, & eas antequam intrarent multis plagis & verberibus affligebant. Cùm anima Tundali monstrum tam horribile conspexisset, nimis perterrita dixit ad Angelum: Domine, quare illuc appropinquas? dixit ei Angelus. Iter nostrum, aliter explere non possumus, hæc bestia vocatur Acheron, & deuorat omnes auaros, de hac scriptum est: *Absorbebit fluuium & non mirabitur, & habet fiduciam, quod influat Iordanis in os eius.* Et cum hæc dixisset, Angelus præcedens stetit ante bestiam. Angelo disparente, anima sola remansit, dæmones continuò circumdederunt eam, sicut canes rabidi, & flagellatam traxerunt eam per ventrem bestiæ, vbi multa passa est, morsus & lacerationes canum, vrsorum, Leonum, serpentum, & aliarum innumerabilium bestiarum, & ignotorum monstrorum ferocitatem, & dæmonum ictus, ardorem ignis, fœtorem sulphuris, caliginem oculorum, fluxum lachrymarum ardentium, stridorem dentium, copiam tribulationum: ibi se misera anima de peccatis præteritis accusabat, & præ tristitia nimia & desperatione genas proprias lacerabat. Et cùm se putaret æternaliter esse damnandam, nescia quo ordine subitò extra bestiam esse sensit, & longius à bestia iacens debilis, aperiens oculos, prope se vidit Angelum lucis, ductorem suum, gaudens illa licet afflicta nimis, cœpit DEVM de sua misericordia collaudare, quam Angelus tangens confortauit. De carcere ignito. Cumque iret vlterius per loca tenebrosa & horrida, apparuit quædam domus maxima, quasi quidam mons arduus, rotunda quasi furnus, inde flamma

flamma per mille passus exibat, quæ omnes animas quas inuenire poterat comburebat, quâ videns anima dixit ad Angelum: Ecce appropinquamus ad portas mortis, heu quis me miseram liberabit? Respondit Angelus, ab hac quadam exteriori flamma liberaberis, sed ipsam domum de qua procedit intrabis. Et cum propius accessissent viderunt carnifices cum securibus, cultris bisacutis, dolabris & terebris, falcibus & forcipibus acutissimis, fossorijs, & alijs instrumentis, quibus animã excoriare, decollare, scindere, vel truncare poterãt, in medio flammarum stantes, & sub manibus eorum multitudinem animarum hæc omnia sustinentium. Quod videns Tundalus, dixit ad Angelum, obsecro Domine ab hoc solo supplicio me libera, & cæteris omnibus quæ post hæc occurrent me tradi concedo. Cui Angelus, hoc est maius supplicium quod hactenus videris, sed adhuc videbis vnum maius intra illud supplicium, quia canes rabidi te expectant. Tundalus autem tremens & angustia cordis deficiens, rogabat ne intraret, sed non profecit. Dæmones autem videntes eum sibi esse concessum, circumdederunt eum & multis conuitijs exprobrantes, supradictis instrumentis eum in frustra discerpserunt. In hac domo erat gemitus & tristitia, fletus & stridor dẽtium, & lentis ignis extrinsecus, sed intrinsecus vastum incendium, auiditas inexplebilis ibi erat, nec poterat gulæ voracitas faciari, verenda loca doloribus permaximis torquebantur, pudenda ipsa corrupta putredine scaturire vermibus videbantur. In ipsa quoq; verenda virorum ac mulierum non solum sæcularium, verum etiam religiosorum, diræ quædam intrabant bestiæ, ibiq; anima Tundali se iuste pati talia fatebatur. Sed quoniam Deo placuit, nescia quo ordine se extra tormenta esse cognouit. Sedens autem in tenebris & vmbra mortis, videns Angelũ suum dixit, heu Domine, vbi est quod audiuimus, *misericordia Domini plena est terra.* Respondit Angelus: Hæc sententia multos decepit. Deus enim licet sit misericors, tamen & iustus, multa iudicat, plura condemnat. Tu iustè passus es quæcunque sustinuisti, sed tunc gratias ages Deo, quando videbis quanta per Dei misericordiam euasisti. Ideo enim iusti qui pœnas non patiuntur, post mortem ad videndum tantum illas ducuntur, vt visis tormentis a quibus per Dei misericordiam liberãtur, magis inardescant in amorem Dei, & in laudem eius assurgant. De bestia alata & stagno congelato. Cæterum vidit Tundalus bestiam cæteris, quas ante viderat longe dissimilem duos pedes, & duas alas habentem, collum longissimum, rostrum ferreum, & vngulas ferreas, de cuius ore flamma inextinguibilis erumpebat. Sedebat autem hæc bestia super stagnum glacie congelatum, ibique reuoluebantur iterum ad tormentum. impregnabantur autem omnes animæ tam virorum quam mulierum, quæ descendebant in stagnum, ibique grauidæ præstolabantur a prole genita more viperino, sicq; vegetabantur miseræ, in vnda frigida mortui maris glacie concreta. Dumque tempus esset vt parerent clamantes replebant inferos vlulatibus, & sic serpentes pariebant, nec solum fœminæ, sed & viri pariebant. Et hoc non per membra ad hoc naturaliter instituta, imo etiam per brachia simul & pectora. Exibantque per cuncta membra bestiæ serpentes, habentes capita ferrea & ardentia, & rostra acutissima quibus ipsa vnde exibãt corpora lacerabant. In caudis autem ipsis habebant multos aculeos qui quasi hami retro recurui ipsas a quibus exibant animas pungebant. Illæ namq; bestiæ volẽtes exire, cum caudas siccas nõ possent secum retrahere, in ipsa corpora vnde exibant rostra sua ferrea & ardentia

dentia retorquere non cessabant, donec ea vsq; ad neruos & ossa arida consumerent, & sic simul clamantes stridor glacierum inundantium, & vlulatus animarum talem pœnam sustinentium, & mugitus bestiarum ab eis exeuntium perueniebant ad cælum. Erant enim in omnibus diuersis membris & digitis diuersarum capita bestiarum, quæ ipsa membra mordebant vsque ad neruos & ossa. Habebant autem linguas viuas in modum aspidum quæ totum palatum & etiam arterias consumebant vsque ad pulmones. Verenda quoque ipsorum virorum & mulierum erant in similitudinem serpentum, quæ inferiores partes vētris lacerabant, & ipsa viscera inde extrahere satagebant. Tunc ait Angelus, hæc est pœna Monachorū, Sanctimonialium, Canonicorum, & aliorum Ecclesiasticorum virorum, qui mentiri Deo per tonsuram & habitum noscuntur, qui linguas exacuerunt sicut serpentes, & membra sua non cohibuerunt ab immundis operibus, hanc pœnam sustinebunt qui immoderata luxuria se polluunt, & ideo istam te sustinere oportet. His dictis dæmones eam cū impetu rapuerunt, & ad deuorādam bestiæ tradiderunt. Cùm autem post prædicta tormenta, esset in partu viperarum, affuit ei Angelus lucis, & tangens eam sanauit, & se sequi præcepit. De valle fabrorum. Præter splendorem [illegible] Angeli lumen non habentes pergebant per loca terribilia & multo prioribus diriora, via valde combusta, & quasi de cacumine montis altissimi tendente in præcipitium. Quanto autem plus illa anima descendebat, tanto minùs ad vitæ reditum sperabat. Dixit autem anima ad Angelum, Domine quo imus? Respōdit Angelus, hæc via ducit ad mortem. Et anima, quid est quod dictum est, *lata & spaciosa est via quæ ducit ad mortem, & multi sunt qui intrant per eam*, cum hic præter nos neminem ire videmus? Respondit Angelus, non de ista dictum est, sed de impudica & illicita sæculari, quæ ducit ad istam. Euntes autem longius vltra modum laborantes, veniunt in vallem fabrorum, ibique viderunt fabricas, in quibus maximus audiebatur luctus. Túc ait Angelus. Tortor iste vocatur Vulcanus, per cuius ingenium multi corruerunt, & ab ipso cruciantur. Ait autem anima: Domine, si debeo pati supplicia? debes, inquit. Quo dicto plorans sequebatur eum, & ecce tortores cum ignitis forcipibus Angelo sancto nihil dicente, ceperunt eam, & proiecerunt in caminum ignis ardentis, & sufflantes follibus, sicut solet ferrum in fornace, ita examinauerunt eam. Sic enim cōflabant animas quæ patiebantur ibi donec ad nihilum redigerent. Cumque ita liquefierent vt nihil nisi aqua apparerent iugulabantur tridentibus ferreis & positæ super incudem percutiebantur malleis, donec vicenæ vel tricenæ vel etiam centenæ redigerentur in massam vnam, sicut scriptum est Pro. 19. *Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus*. Et tamen quod grauius est, nec sic pereunt, desiderant enim mortem & inuenire non possunt, loquebantur autem tortores ad inuicem dicentes, nunquid sufficit? Et alij in alia fabrica respondebant, proijcite nobis, & videamus si sufficit. Et alij accipiebant eas cū forcipibus ferreis antequam terrā tangerent. Et sicut primi ita isti eas ignibus trudebant. Et ita misere proijciebantur modo huc, modo illuc, & comburebantur vbiq, donec simul pelles, carnes, & ossa, & nerui redigerentur in fauillam & flammam ignis. Post multas passiones affuit animæ Tundali ductor suus, & apprehēdens de medio fauillę dixit: Quomodo vales? nunquam tam dulcia fuerunt tibi carnis oblectamenta, vt pro eis tot & tanta sustinere deberes? Ille penitus respondere non poterat quia post tantum supplicium vires ad loquen-

quendum non habebat, & tunc Angelus ait ei confortare, quia *Dominus educit ad inferos, & reducit.* Quamuis enim magna sint quæ nunc vsque passa es, maiora tamen sunt, a quibus per Dei misericordiam liberaberis, nondum enim venisti, nec peruenisti ad inferos, & more solito tangens eam, & confortans præcessit. De puteo inferni. Cumque simul pergerent & incedentes sermocinarentur, ecce subitus horror & frigus intolerabile, & fœtor & tenebræ prioribus incomparabiles, tribulatio & angustia animam inuaserunt, ita vt omnia fundamenta terræ viderentur sibi contremiscere, & Angelo præcedenti compulsa est dicere Heu Domine mi quid est quod more solito stare non possum, quo dicto præ nimia formidine nō potuit se mouere Et ecce Angelus cito disparuit. & cum videre amplius non posset, statimq; desperare cœpit. Audiuit autem rumores & vlulatus innumeræ multitudinis, & tonitru tam horribile, vt nec paruitas nostra potuerit capere, nec eius lingua narrare. Circumspiciens ergò si quomodo posset videre vnde venerat, vidit foueam quadratam vel quadrangulam quasi cisternam, qui puteus flammæ & fumi putridam emittebat columnam, quæ columna extendebatur vsq; ad cælum, & in ipsa columna erat multitudo animarum & dæmonū, more fauillarum cum flamma ascēdentium, & ad nihilum redactæ, cadebant iterum cum dæmonibus in fornacem vsque in profundum. Quo viso anima Tundali volebat se retro retrahere, sed pedes a terra non poterat eleuare, & cū sæpius tentasset & tamen non posset, in semetipsam exarsit & nimio furore repleta genas proprias lacerabat dicens & clamans, væ mihi quare non morior. Quæ me decepit dementia. Audientes hoc dæmones qui cum flamma ascendebant circumdantes eam cum instrumētis quibus rapiebant animas ad tormēta dixerunt: O misera anima pœnis & cruciatibus digna, vnde huc venisti, nihil adhuc experta es, adhuc videbis, dignum operibus tuis tormentum, de quo nec exire poteris nec perire, sed semper in cruciatu viuens ardebis, sine refrigerio, sine lumine, sine consilio & auxilio, & sine omni consolatione, nullam deinceps misericordiam sperare poteris. Appropinquanti enim vsque ad portas mortis & inferis inferioribus sine mora præsentaberis, qui te huc adduxit ipse te decepit, libere te si potest de manibus nostris, non videbis eum amplius. Et dicebant ad inuicem, quid adhuc moramur? trahamus eam ad Luciferum deuorandam, & sic arma vibrantes, minabantur ei mortem æternam, ipsi autem dæmones erant nigri sicut carbones, oculi eorum vt lampades, vt ignis ardentes. dentes eorū niue candidores, caudas habebant vt scorpiones, vngues ferreos acutissimos, alas vt vultures. Interea affuit Angelus lucis, qui fugatis spiritibus tenebrarum, consolatus est ream suam dicens, gaude & lætare filia lucis, quia misericordiam consequeris, pœnas quidem magnas videbis, sed eas minimè patieris. §. De Principibus tenebrarum & socijs eius in pœnis. Appropinquans autem anima vidit Principem tenebrarum in profundi inferni. Quæ autem & quanta vidit ibi, explicari non possent Ibi visus est Princeps Diabolus qui magnitudine sua omnes bestias quas Tundalus ante viderat excedebat. cuius quantitati nihil eorum quæ viderat comparare sciebat. Erat illa bestia nigerrima sicut coruus formam habens humani corporis a pedibus vsque ad caput, excepto quod plurimas habebat manus, non minus scil. quam mille centum cubitos habens in altitudine, in grossitudine verò decem, vnaquæque manus vicenos digitos habebat, & digiti habebant in longitudine centenos palmas,

palmas, in grossitudine verò decem. Habebat vngues ferreos tam in manibus quàm in pedibus lanceis militum grossiores & etiam longiores. Rostrum eius nimis longum & grossum, cauda eius asperrima & longa ad nocendum animabus, aculeis acutissimis præparata. Iacet autem illud monstrum horribile super cratem ferream suppositis ardentibus prunis ab innumerabili multitudine dæmonum follibus sufflantiú succensa. Circumdat autem illú tanta multitudo animarum & dæmonum quod nulli esset credibile quod mūdus tot animas a principio potuisset habere. Ligatus autem est ille hostis antiquus per singulas membrorum iuncturas catenis ferreis & æreis ignitis & valde grossis. Cúq; sic versatur in carbonibus, & vndiq; coarctatur nimia exardescens ira, vertit se de vno latere in aliud & omnes manus suas in illam multitudinem animarum extendit, easq; repleta, cōstringit animabus, sicut rusticus sitiens racemos comprimit vt inde vinū eliciat in tantum vt nulla sit ibi anima, quæ non in illa constrictione priuetur capite vel pedibus vel manibus, & tum suspirans sufflat & spargit animas in diuersas partes gehennæ, & statim eructat puteus ille de quo prædiximus fœtidam horribilemq; flāmam. Et cum anhelitum suū retrahit ad se omnes animas quas ante dira illa bestia dispersat, cum fumo & sulphure in os eius cadētes deuorat, sed & quæcunq; manus eius effugiunt ne stringantur, percutit illas cū cauda sua, & sic misera bestia percutiens semper percutitur, & tormenta omnib. inferens super omnes in tormentis omnibus cruciatur. Tunc dit Angelus ad animam, hic est Lucifer creatura Dei, qui versabatur in delicijs paradisi, qui si solutus fuerit, cœlum simul & terram vsq; ad inferos perturbaret. Hi aūt qui cū eo sunt, partim sunt [illegible] tenebrarū, partim [illegible] & iam iudicati, ac multos alios expectant, qui vel Christū negauerunt, vel negantium opera fecerunt. Hi sunt Prælati & Principes mali de quib. scriptum est. Potentes potenter pœnas & tormenta patientur, qui scil non benè vsi sunt potestate sibi à Deo cōcessa. hic autem Princeps tenebrarum dicitur, nō propter potentiam quam habebat, sed propter primatum quem tenet in tenebris. Omnes autem aliæ pœnæ, quamuis sint maximæ, respectu huius pro nihilo computantur. Ad hæc anima, verum est, nam videre tantum locum istum magis me conturbat, & fœtorē eius sustinere plus me grauat, quā pati omnia quæ ante patiebar. Vnde rogo vt si potest fieri, hinc me cito abstrahas, & hic me cruciari amplius nō permittas: hic enim video multos notos & sodales meos, quos mecū in sæculo gaudebam habere socios, quorū hic cōsortiū multū perhorresco. Scio aūt pro certo, quòd nisi mihi gratia diuina succurrat, peccatis meis exigentib. non minus ista patiar. Ad quem Angelus: Veni o fœlix anima, conuertere in requiē tuā, quia Dominus benefecit tibi, non enim ista patieris, ne [illegible] amplius hæc videbis, nisi istorū quæ vidisti oblitus, & iustitiam Dei non veritus, peccatis iterum implicerís, &c.

Visio Caroli Calui de tormentis Inferni.

EGo Carolus Imperator Dei dono, Rex Germanorum, Patricius Romanorum, atque Imperator Francorum. Sacra nocte diei Dominicæ post celebratum nocturnarum horarum diuinum officium, dum vellem somnum accipere, venit ad me vox terribiliter dicens: Carole exiet a te modo spiritus tuus, in hora non modica, statimque fui raptus in spiritum, [illegible] qui me sustulit erat candidissimus, [illegible] in manu sua glomerem lineum [illegible]

 mitar

instar luminis emicantem, sicut solet Cometæ facere quando apparent. Incipiésq; illud dissoluere dixit ad me: Accipe filum glomeris emicantis, & liga, & noda fortiter in pollice dextræ manus tuæ, quia per illum duceris in laborintheas infernorum pœnas. Hoc dicto præcessit me velociter, dissoluens filum luciflui glomeris, duxitq; me in profundissimas valles igneas quæ erant plenæ puteis ardētibus pice, sulphure, plūbo, cera & adipe. Ibiq; inueni Pontifices patris mei & auunculorum meorū, quos cum pauens interrogarem cur tam grauia patiebātur supplicia, respōderunt, fuimus Episcopi patris tui & auunculorum tuorum, & dum deberemus illos & ipsorum populum de pace & cōcordia admonere, seminauimus discordias & fuimus monitores malorum. Iam nunc incendimur in istis tartareis supplicijs, & nos & alij homicidarum & rapinarū amatores. Huc etiam & tui Episcopi & satellites venient, qui similiter amant hæc facere. Et dum hæc tremebundus auscultarem, ecce nigerrimi dæmones aduolantes cum vncis igneis volebant filum glomeris apprehendere quem in manu mea tenebam, & ad se attrahere, sed reuerberantibus radijs illius nō valebant illum attingere. Deinde post tergum currentes, voluerunt me in ipsos puteos sulphureos præcipitare, sed ductor meus traxit me ad se fortiter, & sic ascendimus super montes igneos altissimos de quibus generabantur paludes & flumina feruentia & omnia genera metallorum bullientia, vbi reperi innumeras animas hominum & principū patris mei & fratrum meorum, quarū aliæ quidem præcipitatę erant vsq; ad capillos, aliæ vsq; ad mentū, aliæ vsq; ad vmbilicū, & clamauerunt ad me eiulando, dū viximus, amauimus tecum cū patre tuo, fratribus & auunculus tuis facere prælia, homicidia, & rapinas, pro cupiditate terrena, ideo in istis bullientibus fluminibus, & diuersis metallorum generibus nunc torquemur. Et cum adhuc timidus accederem, audiui post me animas acclamare, potentes potenter tormenta patiētur, & respiciens vidi supra ripas fluminis bulliētes fornaces, igneas, piceas, & sulphureas plenas magnis draconibus, scorpionibus & serpentib. generum diuersorum, vbi etiam vidi aliquos patris fratrum & auunculorum meorum principes, dicentes mihi, heu nobis Carole, vides quanta sustinemus tormēta propter malitiam, & superbiā nostrā, & mala cōsilia quę regib. nostris, & tibi dedimus propter cupiditatem. Cūq; dolēdo congemiscerē, accurrerūt ad me dracones apertis faucibus plenis igne, sulphure & pice volentes me trāsglutire, sed ductor meus liberauit me validius inde trahens. Et descēdimus in vallē quandā, quæ ex vna parte erat tenebrosa & ardens sicut libanus ignis, ex altera verò tā amātissima & splendidissima, vt nulla ratiōe valeam explicare, verti me contra tenebrosam partem & flammineam, ibique vidi aliquos Reges de genere meo, in magnis supplicijs deputatos, tunc angustiatus nimis, putaui me statim in illis supplicijs demergendum à gigantibus nigerrimis, qui ipsam vallem conflabant diuersis generibus ignium, sed per Dei misericordiam liberatus sum. Sicque post hæc & alia multa quæ vidi, reuersus est spiritus meus in me valde fessus & contritus, laudauitq; Dominū qui saluat sperantes in se, qui potestatē habet vitę & mortis, qui ducit ad inferos & reducit. Sed sunt multi qui tales visiones contemnunt, nec referentibus eas credunt, veluti fabulantes deridentes aut figmenta mendaciter adinuēta, aut melancholicorū vana somnia, arrepticiorū insanias reputantes. Nec mirum si talibus fidem non adhibēt qui infernum esse nō credunt, vel si ore vocaliter confitentur, tamen se non credere nec timere factis ostendunt, & fortassis

tassis

tassis etiam ore dicerent si auderent. B. tamen Gregor.4. Dial. & alij Sancti talia credere non dedignati sunt, & in scriptis legenda reliquerunt posteris. Aduertendum est tamen, quod multa ibi describuntur corporaliter, quæ tamen spiritualiter intelligenda sunt, sicut patet de monstruosa bestia superius descripta in visione Tundali, & de Luciferi figura horribili & statura, & multa talia quę dicuntur ibi, & in similibus similiter referuntur, sicut patet in Prophetis, sub figuris rerum corporalium plurima designantur, & in Apocalyp. ferè per totum etiam spiritualia corporeis imaginibus figurantur, quæ non nisi spiritualiter possunt intelligi, sicut patet diligenter in singulis intuenti. Vtrum sint ibi vermes materiales, & animalia venenosa, vtpote dracones, serpentes, busones & huiusmodi. Dicunt aliqui quod non, quoniam omnia bruta animalia in conflagratione mundanorum ignium destruentur, vt dictum est, quoniam talium generatio & corruptio penitus auferentur. Aliorum est opinio, quòd erunt ibi huiusmodi animalia venenosa, & horrorem ingerant aspectibus impiorum, & dolorem inferant morsibus dentium pessimorum, & lacerationib. vnguium acutorum. Seruabuntur enim talia diuina virtute ad impios cruciandum. Quoniam si ante consummationem mundi, Salamandra adhuc corruptibilis aliquanto tempore potest viuere in igne, quanto magis post iudicium, quando omnia corpora rerum erunt incorruptibilia, viuere poterunt in igne gehennæ. Hoc videntur pretendere plurima verba, tam scripturæ sacræ, quam Sanctorum. Hoc etiam sciēdum, quod licet ante iudicium dæmones dicantur torquere animas impiorum, vt iusto Dei iudicio illi sint tortores in supplicijs, qui fuerunt incentores in vitijs, eisque miseri subijciantur inuiti, quorum peruersis suasionibus voluntarie consenserunt. Tamen post iudicium cum cessabit omnis prælatio, & euacuauerit Deus omnem principatum & potestatem, non amplius torquebunt homines, quia recepta plena & omnimoda pœna sibi debita pro cunctis iniquitatibus, fient socij reproborum, adeoque erunt profundissimè absorpti in supplicijs, quòd illos vltra torquere non poterunt.

De Inferno.

Qui descenderit ad inferos, non ascendet. Iob 7.

INsignem præfigurationem habemus Tob.6. Cum Tobias iunior mandato patris proficisceretur in ciuitatem Mediæ Rages nomine, Angelo comite, *canis secutus est eum, & mansit prima mansione iuxta fluuium Tigris. Et exiuit vt lauaret pedes suos: & ecce piscis immanis exiuit ad deuorādum eum. Quem expauescens Tobias, clamauit voce magna, dic. Domine, inuadit me. Et dixit ei angelus: Apprehende branchiam eius, & trahe eum ad te. Quod cùm fecisset, attraxit eum in siccum, & palpitare cœpit ante pedes eius. Tunc dixit ei angelus: Exentera hunc piscem, & cor eius, & fel, & iecur repone tibi: sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vtiliter. Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, siue à viro, siue à muliere, ita vt vltra non accedat ad eos. Et fel valet ad vngendos oculos, in quibus fuerit albugo, & sanabuntur.* & effectus secutus est, sicut dixit ei angelus. Nomen Tobiæ in sacra scriptura interpretatur bonitas Domini. Quæ est figura cuiusque hominis Christiani, qui per solam Dei bonitatem filius & hæres Christi assumitur, Rom.8. *Hæredes summus Dei, cohæredes autem Christi.* Rages est paradisus cælestis: In scriptura

Inferni præfiguratio in Tobia iuniore

Explicatio per totum.

ra sacra dicitur commotio. Desiderium verò & gloria paradisi, mouere nos, vel saltem monere deberent bene facere, bonisque operibus inuigilare, si eò peruenire voluerimus. Tobias habet angelum comitem. Deus vnicuique hominum ab hora natiuitatis ordinat angelum, qui ipsius curam gerat. Hieronymus super Matthæum: *O magna dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui, angelum delegatum.* Tigris intelligitur læta velocitas, sc. lætitia huius mundi, & momentanea, quæ delectat. Gregor. Lauant ergo pedes in concupiscentijs & voluptatibus huius mundi. Interim dum homo dimittit se deorsum a dignitate & professione sua in lætum & fugitiuum fluuium, pedibus suarum inordinatarum cōcupiscentiarum (o dolor, o casus) venit bestia ad deuorandum eum. Bestia est peccatum, quod hominem non permittit esse hominem, vel manere, sed bestiam, Eccl. 3. Salomon dic. *Dixi in corde meo de filijs hominum, vt probaret eos Deus, & ostenderet similes esse bestijs.* Bestia illa, peccatum, natat hinc inde in mundanis gaudijs, non alia de causa, nisi quod eos, qui pedes suorum affectuum immergunt, tenetur occidere & deglutire. Peccatum enim semper paratum est, hominem consensu suæ propriæ voluntatis interficere, & secum ad infernum pertrahere. Qui iam habent angelum comitem, qui semper quæ facienda sunt, inspirat. Attrahere secum in siccum & exenterare, &c. Tum bestia, scil peccatum trahit in siccum vel ad portum, quando cogitat, quod propter peccatum terra sit facta: nam si non peccasset Adam, & peccatum non esset, homo perpetuò vixisset, Roman. 5. *Per peccatum enim mors intrauit in mundum.* Cogitatione autem illa facit se terram, & superat peccatum, Eccl. 7. *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Aperit ventrem, quando habet dolorem & contritionem veram de peccatis. Contritio illa est gladius acutus, qui omnes tales pisces, qualescunque interficit & exenterat. Eximere fel est considerare pœnas & tormenta inferni, quæ proueniunt ex peccato, & delectatione peccati, item quod maius sit, vel hic ad breue tempus oblectari peccatis, vel in æternum in inferno propter peccata cruciari, tunc videbit, quòd tormenta delectationes illas longè præponderēt. Ah quantum fel, quanta amaritudo. Ex hoc felle potest facere medicinam optimam pro oculis debilibus & infirmis. Quamdiu homo in peccatis est, oculi sui, qui sunt intellectus & liberum arbitrium, non vident. Intellectus non intelligit, quod bonum amittit neque malum, quod incurrit per peccatum. Item liberum arbitrium non amat summum bonum, neque cælestia, sed terrestria & caduca. Quando contemplationem pœnarum, quas damnati in inferno patiuntur, fel illud posueris super vtrumque oculum, reddes illos sanos & claros. Hinc enim cognosces voluptates huius mundi & amorem terrestrium esse, quæ hominem introducant ad illa tormenta: Tunc incipies mundum contemnere, vanitatem detestari, malum fugere, bonum amplecti & sequi. Priusquam tamen fel illud superponatur, oportet declarentur conditiones suæ & proprietates, quæ licet in se sint nociuæ, tamen ad confectionem medicinæ sunt vtiles. Iob in persona peccatoris sic testatur cap. 10. *Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum antequam vadam, & non reuertar, ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* q. d. Deus meus, da adhuc diutius viuere, quod non desidero amore vitæ duntaxat, sed vt peccata mea magna & varia, ne propter illa ad infernum cogar, amarè defleam e-

valeam. Nam ibi non est aliud nisi densum Chaos, tenebrosis nebulis opertum, ibi est terra miseriæ & tenebrarum, ibi vmbra & terror mortis, ibi nullus ordo, sed perpetuus timor & tremor. Septem proprietates tormentorum ponit, quorum causa peccatum est. Prima, loci contemptibilitas. *Vadam ad terram tenebrosam.* Secunda, proprietas ignis, scil. *mortis caligine.* Tertia, carentia omnis boni, & præsentia omnis mali. *Terra miseriæ.* Quarta, cæcitas & imbecillitas virium animarum. *Et tenebrarum.* Quinta, aspectus horroris & timoris. *vbi vmbra mortis.* Sexta, confusio & perturbatio rerum omnium. *vbi nullus ordo.* Septima, perpetuus timor & horror. *Sed sempiternus.* Ex hoc facilè colligetis quis sit ille locus infernus, in quem sepultus est diues ille epulo.

Tormentorum proprietates.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.

Infernus probatur.

Infernum esse credimus ex eo, quod si verum est esse gloriam & beatitudinem in cælo, quia S. Scriptura nos docet, & illam esse pro bonis & iustis, eadem ratione infernum esse & tormentis plenum, & pro peccatoribus necnon damnatis, credamus necesse est. Verissimum enim est iuxta Philosophum, contrariorum disciplinam esse eandem, & oppositorum contrarias esse dispositiones. Tale argumentum proponit Sanctus Gregor. libro quarto moralium capit. vigesimo octauo, [Si esse sanctorum animas in cœlo, sacri eloquij satisfactione credidisti, oportet, vt per omnia credas esse & iniquorum animas in inferno, quia ex retributione æternæ iustitiæ, ex qua iam iusti glorificantur, necesse est per omnia, vt & iniusti crucientur. Nam sicut electos beatitudo lætificat, ita credi necesse est, quod in die exitus sui ignis reprobos exurat.] Hæc ille. Item quis crederet sapientissimos & potentissimos quosque voluisse pati miserias, dolores, persecutiones, & mortem, nisi vt pœnas inferni effugiant, doctrinam de inferno defendant, si verum non esset, inferni pœnas esse certissimas. Non dicam de Christi testimonio, quod est efficacissimum, sunt Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Doctores, Martyres, &c. qui fuerunt quasi miracula mundi, testes omnium rerum. & maluerunt hæc prædicando & docendo extrema quæque pati, quàm negare infernum. Quid Isaias passus, sectus per medium, Ieremias lapidatus, Zacharias suffocatus, Daniel in lacum leonum coniectus, Paulus decollatus, Petrus crucifixus, Bartholomæus excoriatus, & alij innumeri mille modis mortis occisi & martyrizati. Diuus Hieronymus ad Pammachium: [An putamus, fratres, quod iocando Prophetæ prædicent, ridendo loquantur Apostoli, Christus infantiliter comminetur: sed ioci non sunt, vbi supplicia intercedunt. Si iocando passi sunt, credantur & iocando locuti. Isaias serra secatur, Daniel leonibus deputatur, Paulus gladio truncatur, Petrus in cruce Domini exemplo suspenditur, & hoc totum, vt à peccatis & pœnis homines sua doctrina reuocarent.] Prima illius proprietas est, loci contemptibilitas. Sanctus Gregorius: *Quid enim terræ tenebrosæ nomine, nisi terra tartari claustra designantur?*

Gregor.

Greg.

Ad intelligendum, quàm abominabilis sit locus ille, quatuor loca sunt sub terra iuxta Theologos. Primus, Sinus Abrahæ, qui superior, in quem portatæ sunt animæ iustorum, qui propter peccata non satisfecerant, & hoc ante Christi mortem. Secundus est limbus, in quem veniebant animæ eorum qui circumcisionem non acceperant: & in nouo testamento nondum baptizatorum infantulorum. Tertius, Purgatorium, in quem descendunt pec-

Sinus Abrahæ.

Limbus.

Purgatoriū.

peccatorum animæ, qui quidem SS. Sacramenta perceperunt, & in gratia Dei decesserunt, & aliquam satisfactionem debent. Quartus, Infernus, in quem omnium impœnitentium & infidelium animæ præcipitantur. Sinus Abrahæ vocatus, vt securitas illius loci intelligatur, sicut infantes in sinu parentum foucntur, vnde excidere non possunt in deteriorem statum. Augustinus super Gen. [Post hanc vitam sinus ille Abrahæ Paradisus dici potest: vbi iam nulla tentatio, vbi tanta requies post omnes dolores huius vitæ] Ecclesia SS. Catholica adhuc sinum Abrahæ cælum appellat: Exaudi me Domine, vt in sinu Abrahæ patriarchę tui valeam collocari. Sed in sinu Abrahæ non fuit ignis, nec in limbo: in Purgatorio est vehementior ignis nostro, & noster quasi pictus respectu illius. Sed hic est ad tempus, inferni perpetuus, fœtidus, incomparabilis, Apocalyp. 20. *Missi sunt in stagnum ignis & sulphuris, qui paratus est diabolo & angelis eius.* S. Hugo [Infernus est plenus ardore incomparabili, plenus dolore innumerabili, plenus fœtore intolerabili: sed post iudicium adhuc magis fœtebit.] Isa. 34. *De cadaueribus enim eorum ascendit fœtor.* S. Basil [In fine mundi fex omnium elementorum, & proprietates eorum læsiuę virtute diuina separabuntur ab eis, & ad malorum cruciatum ad infernum mittentur.] Et quia diues dicitur sepultus in inferno, notandum quod foueæ, cryptæ, fissuræ sunt plurimæ, magnæ & paruæ, correspondentes sepulchris mortuorum, è quibus ignis magnus & fumus fœtidus prodit, in quæ loca damnati post mortem vel viginti, triginta, quinquaginta, centum & amplius colligati detruduntur. *Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos.* Gregor. lib. 9 mor. [Fasciculos ad comburendum ligare est hos, qui æterno igni traditi sunt, pares cum paribus sociare, vt quos primo similis culpa inquinat, par etiam pœna constringat, & qui nequaquam dispari iniquitate positi sunt, nequaquam dispari tormento crucientur. Pares cum paribus tormentis similibus socientur, superbi cum superbis, luxuriosi cum luxuriosis, &c. infideles cum infidelibus ardeant.] Notandum etiam, quod vnumquodq; peccatum habet suum proprium capitaneum diabolum, vt est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ: Et vnusquisque habet vnum sepulchrum pro se, & multa parua circum se. Vt Lucifer superborum, Mammon auarorum, Asmodæus luxuriosorum. Grego. lib. 9. moral. [Quolibet ex vitio, vt voluntatem callidi persuasionis expleuerunt, sanè cum duce suo reprobi ad tormenta descenderũt.] Vt maior fides his astruatur, audite Ezechielem cap. 32. *Loquentur ei potentissimi robustorum de medio inferni, qui cum auxiliatoribus descenderunt. Ibi Assur & omnis multitudo eius, in circuitu illius sepulchra eorum, quorum data sunt sepulchra in nouissimis locis per gyrum sepulchri eius. Ibi Elam & omnis multitudo eius per gyrum sepulchri eius, omnes qui descenderunt in terram vltimam, & portauerunt ignominiam suam cum his, qui descenderunt in lacum. Ibi Mosoch & omnis multitudo eius, & sepulchra eorum qui descenderunt ad infernum cum armis suis & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum.* Missi sunt illi omnes in stagnum ignis & sulphuris, & cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum, Apocal. 21. *Pars illorũ erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda.* Vnde accensus sit ille ignis, quia cum cælo non creatus est, respondetur per Theologos, quòd Lucifer vna cum suis socijs, dum è cælo delaberentur, fecerint, quo igne loca inferni plena sulphure, penetrando accenderint, Lucæ 10. *Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem.* q. d. Discipuli mei notum vobis facio, cùm essem apud patrem meũ in cælis, & rebellarent angeli, & videbam satanam cum illis è cælis delabentem

Infernum. *August.* *S. Basil.* *Gregor.* *Ignis inferni vnde accensus*

tem sicut fulgur. Per quæcunque loca transiuit, in quibus erant combustibilia, accendit, qui durante casa per sphæram vel locum naturalem ignis, tantum accepit secum ignis ut & sui complices, quantum necesse fuit, inferiora loca sulphurea inflammaret, Apocal. 12. *Traxit autem secum tertiam partem stellarum*, id est, angelorum. Ezech. 25. cùm loqueretur Lucifero, *En foramina tua in die, qua conditus es, præparata sunt, & ducam ignem de medio tui, qui comedat te.* August. *Gehenna illa, quæ & stagnum ignis & sulphuris dictum est, corporeus ignis est.* Gregor. 4. mor. *Ignis gehennæ in pœnam reproborum semel esse incepit, sed ardorem suum etiam sine lignis nunquam finiet.* Et attende quòd ille ignis viuos comedat, noster autem mortuos, Psalm. 48. *Mors depascet eos.* Sicut pecora absumunt herbulas & germina, quæ statim renascuntur. Radix vitæ, hoc est, anima, semper viuet. S. August. *Non enim nulla, sed sempiterna mors erit, quando nec viuere poterit anima, Deum non habendo, nec doloribus corporis carere moriendo.* Quomodo spiritus puniatur, dic. Gregor. *Si consideremus diligentiùs, dolor, qui dicitur corporis, magis ad animam pertinet: animæ enim est dolere, non corporis.* Dolet itaque anima. Greg. super Matthæum: *Si diabolus eiusque angeli, cùm sint incorporei, corporeo igne sunt cruciandi, quid mirum, si animæ, antequam recipiant corpora, possint corporea sentire tormenta.* August. *Dolet etiam anima, non in corpore constituta: nam utique dolebat diues ille apud inferos, quando dicebat, Crucior in flamma hac. Illi enim habent pœnam damni, & pœnam sensus ipsius animæ.* Gregor. *Teneri spiritum per ignem dicimus, ut ignis tormenta videndo atque sentiendo puniatur: ignem autem eo ipso patitur, quia videt, & quia cremari se aspiciens, crematur spiritualiter in mente.* Tertia, Qualitas. Miseria, quod non habeant quod velint, & habeant quod nolint, Psalm. 111. *Desiderium peccatorum non peribit.* Auarus semper vellet opes congerere, & cum illis permanere, &c. vellet liberari, non possunt, Pro. 11. *Anima enim impij desiderat malum.* Bernard in serm. Quadrag. *Gehennam enim meruimus, ubi nullus unquam cibus, nulla consolatio, nullus terminus: ubi guttam aquæ diues postulat, & accipere non meretur.* Hæc ille. Quo magis desiderant, eo minus obtinebunt. Nitimur in vetitum semper. Et Apoc. 16. *Blasphemauerunt Deum cœli, præ vulneribus & doloribus suis.* Sunt autem tria quæ hominem affligunt. Primum, quod contra voluntatem hominum est. Secundum, quod pœnale & dolorosum. Tertium, quod nociuum. Ecce illi miseri damnati quanta tormenta sustinere coguntur. In intellectu obscuritatem & tenebras. In voluntate odium, in memoria dolorem. In concupiscentia habent morsum, ardorem. Sed post iudicium in oculis amarum fletum, in auribus clamorem & eiulatum, alii væ. In naribus fœtorem, in lingua ardorem, in dentibus dolorem, in faucibus sitim, in manibus cathenas, in pedibus compedes, in pectore suspiria, in corde timorem & tremorem, in ventre famem, in membris lassitudinem, in toto corpore flammas. Vere terra miseriæ. Accedit synderesis, hoc est, remorsus conscientiæ, Isa. 66. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Nam Pro. 25. *Sicut tinea vesti mentium, & vermis ligno, sic mœror excruciat cor viri*: quanto magis in inferno? Quia non fecerunt in vita, ad quod moniti fuerunt benefacere, & à peccatis desistere, monitorem illum debent posteà pati in inferno, & in æternum, qui rodat eorum corda & pectora. Primò, quod propria culpa sua perdiderint cæli gloriam, & meruerunt inferni cruciatus. Secundò, quia gratiam Dei illis toties oblatam, per quam saluari potuissent, respuerunt. Tertiò, quia Saluatorem suum offenderunt, beneficia & passionem ipsius vilipenderunt, quæ ipsis fuissent magno adiumento, si ipsi voluissent. Quartò, quòd multa bona opera omiserunt, quibus lucrati fuissent paradisum, & multa ma-

Bernard.

Hominem tria affligunt.

Vermem rodentem cur habeãt.

1\. 2. 3. 4.

ta mala fecerunt, quibus meruerūt Tartara. Postremò, quod neglexerunt pœnitentiam in vita, & iam coguntur satisfacere sine vlla vtilitate, consolatione & redemptione.

Ante diem iudicij possunt videre gloriam sanctorum obiectiuè, hoc est procul, vnde nō habebūt gaudium, sed non subiectiuè. Vt qui videt splendidas epulas, & famelicus non potest assequi, Psalm. 18. *Famem patientur vt canes. Vidit Abraham longè in tormentis & Lazarum,* &c. vt intingat. Ita Iob 29. *Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei.* Butyrum significat gratiam Dei. Lauare pedes: Compescere cōcupiscentias humanas, riui olei sunt charitas & misericordia Dei. Petra aūt Christum. Recordabuntur itaque & charitatis Dei & petræ, & lotionis, quòd se mundare potuissent ab affectibus & desiderijs vanis huius mundi, per cor contritum & humiliatum, item temporis tam turpiter neglecti, & stultitiæ tam impiæ, qua seducti passi sunt, ista omnia abijsse in vanum simul, quòd offenderint Christū, & ex eius passione salubeirima remedia potuissent consequi, S. Sacramentis perfrui: sicut fratres Ioseph, Gen. 42. *Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, dum deprecaretur nos, & non audiuimus eum: ideo venit super nos tribulatio ista.* Audite ergò & timete, ne iam iam de vobis dicatur illud Matt. 5. *Mittite eum in carcerem, donec reddat extremum quadrantem.* & vos deinde clametis gementes, Sap. 5. *Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, viam Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia nostra?* &c. Quarta, qualitas est tenebrarum. *Filij regni eijcientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium,* Matth. 8. & Iob, *Opertam mortis caligine. Miseria ad dolorem pertinet, tenebræ verò ad caecitatem.* Gregor. 9. mor. Sap. 5. *Pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes* D. August. lib. de fide ad Petrum: [ideò pœnitentia hic fructuosa est, quia potest hic posita malitia benè viuere, & mutata voluntate iniusta, merita simul operaque mutare, & in timore Dei ea agere, quæ Deo placent: quod qui in hac vita non fecerit, habebit quidem pœnitentiam in futuro sæculo de malis suis, sed indulgentiam in conspectu Domini non inueniet, quia etsi erit ibi stimulus pœnitudinis, nulla tamen ibi erit correptio voluntatis. A talibus enim iniquitas sua ita culpabitur, vt nullatenus possit ab eis vel diligi, vel desiderari iustitia. Voluntas enim eorum talis erit, vt semper habeant in se malignitatis suæ supplicium, nunquam tamen percipere possint bonitatis effectum: Quia sicut illi, qui cum Christo regnabunt, nullas in se malæ voluntatis reliquias habebunt: ita illi, qui erunt in supplicio ignis æterni cum diabolo & angelis eius deputati, sicut nullam habebunt vlterius requiem, sic & nullatenus poterunt habere bonam voluntatem. Et sicut cohæredibus Christi dabitur perfectio gratiæ ad æternam gloriam, sic consortibus diaboli cumulabit ipsa malignitas pœnam, quando exterioribus deputati tenebris, nullo illustrabuntur interiori lumine veritatis.] Hæc ille. *Quæretis me,* Ioan. 7. *& non inuenietis.* Eccles. 5. *Ne tardes ergò, ô homo, conuerti ad Dominum, ne differas de die in diem.* Isai. 56. *Quærite Dominum dum inueniri potest.* Quinta proprietas. Altera vita in inferno est vmbra, figura & imago mortis, similitudo & formido mortis, vbi diaboli apparent damnatis ad terrendum sub vmbra mortis. Ista vmbra etiam aliter dici nequit, quàm aspectus dæmonum, qui appellatione mors appellatur. cap. 28. *Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* Rom. 5. *Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen.* Apocalyp. 6. *Ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors.* Infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Mors ergò & dia-

Marginalia: *Tenebræ damnatorū.* — *August.* — *Timor.*

& diabolus sunt cognati, sicut mors non respicit personam, sic nec diabolus impios, &c. Ierem 6. *Crudelis est, & non miserebitur.* Mors aufert homini vitam, diabolus etiam animam. Gregor. Sicut mors exterior ab anima diuidit carnem; ita mors interior à Deo separat animam. Non autem vnius diaboli, sed innumerorum aspectus erit ibi, vt illi mallent millies mori, quàm semel eum videre, Iob 16. *Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est, & infremuit contra me dentibus suis.* Sexta, *Vbi nullus ordo.* Nam vbi multitudo sine ordine, ibi summa confusio, quæ maximè erit in inferno, vbi diuites, pauperes, magni, luxuriosi, fures, latrones, sacrilegi, &c. Matth. 7. *Lata est via quæ ducit ad perditionem, & multi ingrediuntur per eam.* Imò innumeri quotidie, Act. 19. *Impleta est ciuitas in confusione.* Psalm. 43. *Qui oderunt te, induantur confusione.* Ibi non erit ordo naturæ, vt philosophi loquuntur. Non datur transitus ab vno extremo ad aliud sine medio. Et ita miseri illi inter duo extrema versabuntur sine medio, vnde haberent refocillationem. Sed Iob 24. *Ab aquis nimium frigidis transeunt ad calorem nimium.* Sic enim fit, quando congelantur manus nostræ frigore, & adhibentur calori magno, maiorem sentiunt dolorem, quam dum permanent in suo frigore propter repugnantiam qualitatum. Item nec ordo naturæ est, quæ pati non potest, vt duo contraria sint simul in vno subiecto. In inferno autem sunt multa contraria, ignis & aqua, calor & frigus, lumen & tenebræ, siccum & humidum, otium & labor, carentia & abundantia, concupiscentia & resistentia, vita & mors. Et ista omnia sunt simul in vno loco, inferno scil. Isai. 64. *Aquæ ardent igni, vt tamen tuam notum fit inimicis tuis.* Apocalyp. decimo sexto, *Datum est ibi æstu affligere homines & igni.* Zachariæ 14. *Non erit lux, sed frigus & gelu,* &c. glacies, Ierem. 17. *Ignem succendisti in furore*

[left margin: Nullus ordo.] [left margin: Frigus.]

meo, & vsque in æternum manebit. 2. Pet. 2. *Hi sunt quibus caligo tenebrarum reseruatur* Marci nono, *Stridet dentibus & arescit.* Iob 20. *Sub vmbra dormit in locis humentibus.* De labore, Psal. 48. *Laborauit in æternum, & viuit adhuc in finem.* De otio, Ioan. nono, *Venit nox, in qua nemo potest operari.* De abundantia, Psalm. 30. *Retribuet abundanter facientibus superbiam.* De defectu, Leuit. 26. *Visitabo velociter vos in egestate & ardore, qui consumat animas vestras.* De desiderijs, Rom. 1. *Exarserunt in desiderijs suis.* De fuga, Lucæ 3. *Quis ostendet nobis fugere à ventura ira?* vel Apocalyp. nono cap. *Desiderabunt mortem, & fugiet ab eis.* De vita, Psalm. 78. *Vita mea in inferno appropinquauit.* Et propterea illa contrarietas & miseria est damnatorum. Ignis, quem accenderunt. Aqua, in quam submerguntur. Calor, à quo consumuntur. Frigus, à quo corripiuntur. Flamma ab igne, tenebræ à fumo, siccum a suspirijs, humidum a fletu, labor, quia requiem non habent, otium, quia non possunt operari, nisi pati. Abundantiam omnis mali, defectum omnis boni. Desiderium refocillationis, quam habere nequeunt. Fugam vel fastidium pœnarum & noxiorum, quod auertere non possunt. Vitam, quæ peior est morte, & mortem, quæ nunquam finietur, licet mori videantur. D. August. Med. c. 39. *Ibi erit fletus, gemitus, vlulatus, cruciatus, stridor, clamor, timor, tremor, labor, ardor, fetor, obscuritas, anxietas, acerbitas, asperitas, calamitas, egestas, angustia, tristitia, obliuio, cõfusio, tortiones, punctiones, amaritudines, terrores, fames, sitis, frigus, sulphur & ignis ardens.* Et licet ibi non sit ordo, est tamen ordo iustitię, quod quisq; puniatur iuxta qualitatẽ & quantitatem scelerum suorum, Matt. 13. *Colligite zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum.* Item Deut. 25. *Iuxta mensuram delicti erit plagarum modus.* Ezech. 23. *Ebrietate & dolore repleberis calicem mœroris & tristitiæ, & bibes illum vsque ad feces.* Psal. 148. *Ignis, nix, grando, glacies, & spiritus procellarum pars calicis eorum.* Apocal. 14. *Bibent de vino*

[right margin: De siccitate] [De labore.] [De otio.] [Abundãtia] [Defectu.] [Fuga.] [Vita.] [Ignis.] [Aqua.] [Calor.] [Frigus.] [Flamma.] [Tenebræ,] [Siccum, Humidum, labor, otium, abundãtia, defectus, desideriũ, Fuga, Vita, Mors.] [August.]

Dei in calice iræ ipsius, & cruciabuntur igne & sulphure, & fumus tormentorum eorum ascendet in secula seculorum, nec habebunt requiem die ac nocte. Quale autem sit vinum, ecce quod dicitur, *Fel Draconum,* Deut. 32. *vinum eorum, & venenū aspidum, insanabile.* Isa. 5. *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum*, Ierem. 51. *Calix inebrians omnem terram, & de vino eius biberunt omnes gentes.* Ita agit diabolus: Nam in principio videtur, quasi delicatissimum vinum porrigeret, quādo homo in peccatis versatur. Sed postea dat illis fel Draconum, Ierem. 51. *Calix aureus Babylon, in manu Domini inebrians omnem terram.* Potest ergo homo ex omni calice, sc. delitijs & peccatis sumere, & bibere quantum vult (prout verba sequentia textus habent) & pro mensura beneplaciti & liberi arbitrij sui, Isa. 28. *Ponam enim iudicium in pondere, & iustitiam in mensura,* sc. quantum peccasti, tantum patieris. Lucæ 16. *Recordare fili, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Tu cruciaris, ille consolatur.* Septima proprietas, *Sempiternus horror inhabitat.* Horror scil. omnium membrorum totius corporis, mētis angustia, palpitatio cordis propter præsentem pœnam animæ, & futuram corporis post iudicium, & ille est sempiternus horror, non ad tempus, Heb. 10. *Horrendum est enim incidere in manus Dei viuentis,* sc. post mortem. Pulchrum autem est & suaue incidere in manus Dei mortui, scil. quando peccator in melius conuertitur. Viuus Deus habet duras manus, quas non habet mortuus. Viuus est Deus pater, mortuus verò filius, in cruce mortuus. Manus itaq; Dei viuentis, nisi sustentarentur à misericordia sua & longanimitate, peccatores nos in nihilum iamdudum fuissemus redacti, Exod. 17. *Manus autem Moysis erant graues. Aaron autem & Hur sustentabant manus eius ex vtraq; parte.* Compara cum manibus, quæ non permittunt Deum punire. De hoc dic. Iob 19. *Miseremini mei, miseremini mei, vos saltem amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Si post & sub illis tribulationibus, quas propter substantiam suam, filios & filias, dum collaberetur domus, passus est, & iniurijs nec non maledictionibus tam vxoris, quàm amicorum, quid fecisses, si Deus grauem suam manum super illum permisisset cadere? si tangere ipsius hoc facit, quid non efficeret, si deberet percutere aut vulnerare? Sed misericordia & longanimitas diuina sustinent iustitiam Dei seueram, Heb. 10. *An ignoras diuitias patientiæ Dei, & quoniam benignitas eius ad pœnitentiam te adducit?* Sed post mortem non erunt, qui manus teneant. Si homo habet inimicum hominem quemcunque & qualemcunque, habet tamen & spem, quia aliquando morietur, sed Deus immortalis est, & ob id magis timendus, quia quæ imponit propter peccata, sunt æterna, Dauid Psal. 7. vocauit iustitiam Dei arcum. *Arcum suum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit,* scil. non simplicem, sed paratum instructumque ex omni parte, vt quilibet habeat, quod pertimescat. & primo quidem, sicut arcus à sua æquitate & naturali loco descendit: sic Deus cum iustitia sua agit in inferno. Quia quasi contra naturam suam facit, & à via quasi suæ proprietatis sc. recedit, sc. misericordiæ Deus, cui proprium est misereri semper & parcere, canit SS Ecclesia, Isa. 28. *Alienum — peregrinum est opus eius ab eo.* Quando ergo ita punit peccatores, fit hoc præter voluntatem suæ misericordię. Secundo, quanto magis tenditur arcus, tanto grauius percutit, sic vltio iudicij vel iustitia Dei, quanto amplius prolongatur, tanto grauius condemnat impios, teste [illegible]. quanto fortius tenditur, tanto magis etiam percutit ipsum sagittantem in facie vel in pectore: sic quando ira cogitur seuerè punire Deus, mouetur Deus & ascendit, quod non sic beneplacitum suum pœnis afficere hominem, quem Deus ita diligit, Genes. sexto cap.

Margin notes: *Calix.* — *Sempiternus horror.* — *Manus Dei viuentis sustinet nos.* — *Iustitia Dei arcus.* — 1. — 2. — 3.

Tellus

Tactus dolore cordis intrinsecus delebo hominem, quem formaui à facie terræ. In hoc arcu sunt vasa mortis ignis & gelu, quibus ferit damnatos. Quæ enim hic patiũtur, sunt *tanquam sagittæ paruulorum, factæ sunt plagæ eorum* Psal. 67. quæ nec vulnerant, nec penetrant, nec occidunt, sicut sagittæ fortium: ita est de passionibus huius mundi: Et hæ sunt monitoriæ tantum sagittæ paruulorum, vel tribulationum huius sæculi, sicut sagittæ quę in bello mittuntur ad amicos, annexa Epistola qua indicat, quæ sibi facienda sunt. Propterea legite illam diligenter 2. Cor. 12. *Virtus in infirmitate perficitur*, Luc. 21. *In patientia vestra possidebitis animas vestras*, Matth. 5. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Et, *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*, Ioan. 16. *Tristitia vestra vertetur in gaudium*, Matth. 5. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnũ cæl.* 2. Timot. 2. *Si compatimur, & conregnabimus*, Heb. 12. *Flagellat omnem filium, quem recipit.* Hæc est illa litera monitoria, Psal. 59. *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus*, quia di. Ezech. 33. *Nolo mortem peccatoris, sed magis*, &c. Hæc enim contraria, quæ patimur, sunt nobis ad salutem, ad medicinam, ad consolationem, ad spem & admonitionem. Aduertendum etiam quòd Deus puniat scelera & trasgressiones temporales pœnis perpetuis, Apoc. 18. *Quantum glorificauit se & in delitiis fuit, tantũ date illi tormentum & luctum*, Deut. 25. *Iuxta mensurã delicti erit plagarum modus.* D. August. l. 21. de Ciu. Dei c. 11. *Quodlibet scelus non temporis longitudine, sed iniquitatis & impietatis magnitudine metiendum*, Luc. 6. *Eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur & vobis.* Hinc S. Augustinus. *Hæc dictum est, non propter æquale temporis spatium, sed propter vicissitudinem mali, id est, vt qui malè fecerit, male patiatur.* Et alibi: *Vllius id nunquam iustitia legis attendit, vt tanta mora temporis quisquam puniatur, quanta mora temporis, vnde pateretur, admisit.* Vide ibi plura. Nam qui occidit vel leuius quid fecit, etiam a Magistratu sæculari diutius punitur, quàm erit actio, quia est aliquando ad vitæ tempus, si non accedit gratia. Ideo declarat hoc Augustinus melius. Primo, Deus non solum punit peccatum sed multò magis malitiam peccati. Et intellige multi vellet per totam noctem ludere, si haberent lumẽ vel occasionem, item semper peccare, & si posset peccare in æternum, vellet peccare. Gregorius: *Voluissent iniqui, si potuissent, sine fine peccare. Et quia voluntas perpetua est, etiam pœna erit perpetua.* Idem, *Ad magnam ergo iustitiam pertinet iudicantis, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato.* Hæc ille: Itaque voluntas illis non deest, quæ semper est peccatum sed occasio. Secũdo, Non debet pœna diutius aut citius durare in inferno, quam peccatum durauit. Nam pœna est effectus peccati. Et iuxta Philosophos. Durante causa durat effectus: & è contra, cessante causa. Transit enim actus & remanet reatus dicunt Theologi: peccatum enim est macula impressa animæ, post perpetrationem, & quando in hac vita non deletur macula, manet in ęternum, S. Augustinus Qui enim impœnitens moritur, omnino moritur, & æternaliter cruciatur. Hinc Psal. 48. *Non dabit Deo placationem suam, & pretium redemptionis animæ suæ: laborauit in æternum, & manet adhuc in finem.* sc. qui est sine fine. Quãdiu enim semen sub terra est, necesse est, vt fructum ferat, etiam si in æternum: Semen illud, scil. peccatum, terræ, scil. animæ iniectum producit fructum, sc. pœnam, Gal. 6. *Quæ seminauerit homo, hæc & metet.* Sequitur ergo, hoc quòd si perpetuò seminauerit, metet & perpetuò, S. August. *Vasis iræ non remaneret perpetuum interitum, nisi spontaneum probaretur esse peccatum.* quasi dicat. Quia in damnatis, qui sunt vasa iræ vel mortis, semper manet peccatum, necesse est, quod in illis mors æterna maneat, quæ est fructus & pœna peccati. Tertiò, Quia peccatum est ex infinita malitia & cõtra infinitũ Deum, ergò.

August. 1

Deus punit peccatũ & multo magis malitiã peccati.

2

3

ergò. Et cum homo non possit pati, tan
quam finem habens, infinitam pœnam
4 intensiuè, Deus vult vt extensiuè. Quar-
tò, Peccatum damnatos priuat bono
infinito, scil. Deo, & hoc in perpetuum:
facit enim illum inhabilem, vt ad Deũ
redeat, & satis facere pro illo peccato,
ad quæ vigore iustitiæ tenetur, & quia
satisfacere non potest, manet debitor
5 perpetuus, & illi pœna perpetua. Quin
tò, Quo magis perditum est illud quod
per peccatum destructũ est, eo maius est
damnum illius culpę. Bonum illud per-
6 ditũ est Deus ipse, cui nihil par est. Sex-
tò. S August. *Deus fecit hominem, vt summum
bonum intelligeret, & intelligendo amaret.* Hæc
ille Sed peccator longe postponit Deũ
creaturis & rebus tẽporalibus, vbi gra-
uiter delinquit. *Peccatum*, dicit idem Au-
gustinus: *est spreto incommutabili bono, rebus
7 commutabilibus adhærere.* Septimò, Damna-
ti vellent ijsdem, quibus in terris freti
sunt, voluptatibus vti, ita manent obsti-
nati, Apoc. 16. *Manducauerunt linguas suas præ
dolore, & blasphemauerunt Deum cæli, qui habet
Hieronym. potestatem super plagas.* S. Hierony. *Sicut pœni-
tentibus iudex debet misericordiam præstare, ita
obstinatis & contumacibus nullam debet veniam
8 tribuere* Octauo, Isa. 95. *Iniquitates enim ve-
stræ diuiserunt inter me & vos.* Nonò, Quo
maior est persona lęsa, eo maior pœna.
Quare vos mundani cogitate in hono-
ribus, delitijs & vanitatib. vestris, quod
Iob 24 dicat. *Ad modicum eleuati sunt, & non
subsistent; humiliabuntur & auferentur, & sicut
summitates spicarum conterentur,* Ps. 36. *Vidi im-
pium superexaltatum & eleuatum, & transiui &
amplius non erat.* Isa. 14. *Ad infernum detrahe-
ris, in profundum laci.* Nota diuitem & Laza-
rum, qualis cuiusque fuerit status, vita,
mors & iudicium. pereunt non vt spicę,
sed vt summitates spicarum, sicut sunt
cupidi mundanarum deliciarũ. Notate
ergò Eccl. 11 *Vbi ceciderit lignum, siue ad Au-
Infernum strum, siue ad Aquilonem, ibi erit.* Infernum
est profun- nominat Salomon Eccl. 1. *Profundũ abyssi
dũ abyßi. quis dimensus est.* Zach. 12. *Ponam duces Iuda
sicut caminum ignis in ligno.* Isai. 24 *Congrega-
buntur congregatione vnius fascis in lacum, &
claudentur ibi in carcere* Salomon Sap. 10. *Fu-
migabunda consistit deserta terra in testimonium
nequitiæ.* Ezech. 22. *Omnes isti, vt stannum, æs,
ferrum, plumbum, in medio fornacis* Luc. 12. *Ti-
mete eũ, qui potestatem habet mittere in gehennã.*
Psal 29. *Saluasti me à descendentibus in lacum,*
Iob 17. *ad terram miseriæ.* Apoc. 23 *Pars illo-
rum erit in stagno ardenti.* Psal 87. *Nunquid co-
gnoscentur in tenebris mirabilia tua.* Ezech 31.
Deductus est ad terram vltimam. Baruh. 3. *De-
putatus est cum descendentibus in infernum,* A-
mos 2. *Bibebant vinum damnatorum in domo Dei
sui.* Mal. 1. *Hæreditates eius in dracones deserti.*
Ier. 6. *Adducam super eos mala, de quibus exire
non poterunt.* B. Gregor. *Erit enim in infernis* Gregor.
mors sine morte, defectus sine defectu, quia
mors semper incipit, & deficere nescit.
Figurat Ionas iustos & iniustos, qui cõ Ionas figu-
siderant diem iudicij, vel non considerant ratiuè iusto-
rant illum, aut pœnas inferni. Ionas so & iniusto-
lus dormiuit. c. 1. cæteri omnes nauiga rum.
runt vigiles, & tandem dederunt sortẽ,
& sors cecidit super Ionam non vigilã-
tem, & proiectus est in mare, & in fau-
ces ceti: sic super vos dormientes igno-
rantes veniet sors & pœna. Nauis Eccle
sia est, mare mundus, iniusti dormiunt,
dum finem non considerant. Quod si
Deus non haberet curam in altero sę- Deus
culo bonorum & malorum, illos vt re-
muneret, hos vt puniat, eueniret hoc,
vel quia ignoraret, vel quod bonus non
posset remunerare, castigare impios. Si
de ignorantia sentirent, esset contra su-
am sapientiam. si de altero, esset contra
suam omnipotentiam, si de tertio, con-
tra suam iustitiam, Psalm. 118 *Confige timo-
re tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui.*
Quia maximè sensibiles erunt in tor-
mentis damnati Et si vos podagra vel
alius dolor modicus statim conficit,
quid facietis ibi? Sanctus Bernardus: Bernard.
*Ibi clamabit daemon ad dæmonem proijce, dila-
cera, velociter hunc detrahe, cum ardore in-
fer prunas & ebullientibus impone* ... D.

Grego-

Gregorius 9 moral. *Tunc edax flamma comburet, quos nunc carnalis delectatio polluit.* Iob vigesimo *Crassi dolor irruet super eum.* Vngite oculos felle piscis, quibus est albugo in oculis. Qui rem propè aspicit, putat esse rem modicam, qui verò procul, secus. Prope ergo & procul rem discernunt, sic est vobis, qui præsentes honores, gaudia, voluptates, diuitias & insanias istas magnas reputatis, & absentes vel longe venturas poenas leues iudicatis. Sed verè non est, Ezec 21. *Ecce ego ad te eijciā gladium meum* ad te, id est, cōtra te: gladius euaginatus necet & ille est iustitia, iā est in vagina misericordiæ, ibi, hoc est, in inferno euaginabitur. Ecce etiam si hic es liber, ibi eris captiuus. Si hic habes compedes ferreos, ibi igneos, & cæt. Si ardens febris hic non potest extingui apud te aquæ frigidissimæ vase, quid ibi? sanctus Augustinus: *Pœnæ nos terreant, si præmia non inuitant. Circumquaque habent damnati miserias suas & tormenta. Suprà, paradisum clausum: Infrà, abyssum inferni: Ante, pœnæ æternitatem. Retro, memoriam boni amissi. A dextris, diabolos, à sinistris omnes damnatos & aduersarios. In illis æternam anxietatem, tribulationem & fastidium. Extra illos æternum horrorem & terrorem,* Apocal. 10 *Post tempus non erit tempus,* Gal 6. *Dum tempus habemus, operemur bonum.* Certè qui hæc considerarent, non ingererent se ita in Imperia, & in dignitates sibi non competentes, sicut multi ex tali consideratione, deposuerunt diademata sua, & fastuosos titulos, & secesserunt in eremum, vel quietam vitam cum magna pœnitentia duxerunt. O mundi gloria, ô falsa & fallax persuasio, ô dura & districta ratio, ô sera pœnitentia, ô terribilis damnatio, ô æterna & inconsolabilis executio, ô infœlix, misera & insatiabilis passio. *Conuertimini [illegible] Domino [illegible],* &c. Hunc timorem habuit defunctus [illegible], tanquam cōsilium magnum. No-

uerat enim quomodo anima concipit
peccatum à diabolo & parturiat, lacte- *catū concipiet à diabolo.*
tur & [illegible] in cœ[illegible]. Primo Quia al-
loquitur animam per suggestionem, Iu-
dith 12. *Non vereatur bona puella introire ad Do-* 1
minum meum: vt honoretur ante faciem eius. Genes 34.
Sichem Dinam blanditijs deliniuit. Cō-
tra quod dicitur, Prouerb 2. *Consilium cu-*
stodiet te, et prudentia seruabit. &c. *vt eruaris à via mala,*
& ab homine qui peruersum loquitur, sic diabo-
lo. Secundò, Amplexatur rationes indu- 2
cendi, Pro. 7. *Irretiuit eum multis sermonibus.*
Tertiò, Deosculatur per dilectionem. 3
Pro. 27. *Meliora sunt vulnera diligentis,* & cæt.
Hoc significatū fuit 2. Reg. 20. vbi Ioab
dixit *Amasa, salue mi frater, & tenuit manu*
dextra mentum Amasæ, quasi deosculans eū. Por-
rò Amasa non obseruauit gladium, quem habebat
Ioab, qui percussit eum in latere, & effudit in te-
stina eius in terram, & mortuus est. Ioab inter-
pretatur inimicus sc. diabolus. Quartò, 4
Commiscetur ei per consensum, Sap 3.
Fœlix est sterilis & incoinquinata, quæ nesciuit
thorum in delicto. Quintò, Concipit anima 5
per propositum & deliberationem pec-
candi, Oseæ 9. *Gloria eorum ab initio & à par-*
tu, Sap. 3. *Ab iniquo thoro semen exterminabitur.*
Sexto, Parturit in procuratione pecca- 6
ti. *Ecce parturit iniustitiam* Genes 3. *In dolore pa-*
ries. Septimò, Parit in operis expletio- 7
ne, 1 Reg. 4. dicitur quod *Phinees morte au-*
dita, incuruauit se vxor eius, & peperit Ichaboth.
Per Phinees intelligitur Prælatus, per
vxorem eius fidelis anima, quæ audito
peccato prçlati incuruat se ad exemplū
eius & parit Icaboth, qui interpretatur
Cecidit gloria vel *translata est gloria* & si-
gnificat peccatum. Octauo, Lactat eum 8
duobus vberibus, sc. spe redeundi & o-
peratione aliorū. Nonò, In peccato ro- 9
boratur propter satisfaciendi timorem,
Psal *Ibi trepidauerunt timore vbi non erat timor.* Decimo, 10
Ablactatur in peccati defensione, Iob.
41 *corpus eius,* sc. diaboli, *quasi scutum fusile,*
& compactum squamis, & cæt. Vndecimò, 11
Deportatur & deducitur per [illegible],
Isai. 3. *Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt.*
Voluit

Voluit ergò Deo iuuante gratia vitare peccatum, & ita mortem æternam, & cruciatus omnes de quibus diximus, & qui explicari satis nequeunt: melius est autem cogitare quam sentire vel experiri, & ita eum iam in cęlis viuere & regnare, piè credimus, ad quæ meliùs examinanda ipse ego vos rogo & hortor, & Deus largiatur nobis suam gratiam, Amen.

Quia resurgemus, gaudium.

Seminatur in corruptione, surgat in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria. 1. Cor. 10.

Mysterium resurrectionis cõprehenditur in resuscitatione in Naim adol.

ARticulus necessarius & consolatorius est fidei nostrę. *Resurrectio mortuorum*, & inde *vita æterna*, vnde nemo tristari debet ob mortem suam vel alterius, sed potius collętandum. Mysterium resurrectionis nostræ comprehenditur in resuscitatione adolescentis in Naim. Nam tactus loculi commonstrat nobis virtutem diuinam, quæ aliquando tanget omnia sepulchra. Statio eorum, qui portauerunt, notat quatuor Qualitates, quæ in quatuor Elementis sibi contrariantur & hominem vltimo interficiunt: tandem quiescent in eo operando. Vox Christi ad adolescentem, vt surgat, ostendit illam vocem vehemẽtem, qua omnes è sepulchris euocabit dic. *Surgite mortui, & venite ad iudicium.* Residere docet æternam quietem. Loqui incipere, insinuat nobis colloquium dulcissimum quod erit cũ gloriosissima virgine Maria, cũ sanctis omnibus & singulis. Reddere matri suæ, declarat quomodo aliquãdo reddemur Ecclesiæ triumphanti, quæ est mater nostra teste

Statio illorũ notat 4. Qualitates.

Paulo Gal. 6. *Quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra.* Notanda verba, notandum mysterium resuscitationis. Vnde S. Petrus Chrysologus. *Pectore toto, mente, ore, oculis, aspectet, teneat, cogitet Christianus, vt totam mortis possit calcare formidinem.* Et Christus, *Noli flere.* Chrysostomus in opere imperfecto, in Matthæum. *Corruptione corporis mors ipsa corrumpitur, & mortalitas destruitur, & non substantia corporis.* Idem super illud Apostoli. *Nolite ignorare fratres de dormient. Quemadmodum statua, quãdo in fornace confringitur, non deletur sed renouatur: Sic cum corpus nostrum moritur, non perit, sed instauratur. Etenim statuarius corpus aliquod ex ære in fornacem cùm conijcit, aureum tibi ac immortalem ex ære imaginem efficit. Ita vero Deus ipse ex fictili ac mortali corpore in fornacem iniecto, aureum ac immortale efficiet.* Huc spectat, quod in principio ex Apostolo allegauimus. Homo est sicut antiqua statua, ab initio mundi formata, sed defectuosa valde tam in corpore, quam in anima propter peccatum Adæ. Primus ergo artifex, vt tollat defectus, maculas, impuritatem, &c. & renouet, destruit illum malleo morborum, proijcit illum in fornacem, hoc est, in sepulchrum, ibi non substantia sed mortalitas destruitur, & mors cum omnibus suis impuritatibus & defectibus imperfectionibus in nihilum redigitur. Ex illa corruptione corporis, cinere & puluere, expecta mirabilem statuam nouam, hoc est corpus glorificatum, subtile & mirabile, noli ergo hærere cogitãdo corpus corruptũ, sed quid ex illo fiet postea. Textor vt tapete faciat purpureũ, panno adimit priorem naturalem colorem, proijcit in vas ebulliens de igne ... vertit susque deque, tandem eximit & erit longe pulchrior, quam ante, vt conuiuijs magnificis & magnatib. inseruiat. Sic Deus nobiscum agit cum corpore nostro, quod est vestimentum animæ nostræ, in ebulliẽtem ollam sepulchri, vbi nos per vermes vertit huc illuc, tandem

Petr. Chrysologus.

Chrysost.

Simile de statuario.

Homo sicut antiqua statua.

Textoris simile.

dem ille nos eximet & reddet gloriosos. Chrysost. *Sicut lana intinguitur, naturalem habens colorem, vt coloretur purpureo, aut alicuius [illegible] accipiat [illegible] sic & nos in morte [illegible] corporales & resurgemus spirituales*, 1. Corinth 15. *Seminatur corpus animale, surget spirituale* Quemadmodum, qui domum ruinosam vult destruere & reædificare, iubet omnes e domo recedere, & [illegible] ad restaurationem, illique non tristes sed lætiores redeunt. Sic quando videt Deus corpus domum animæ ruinam minari, propter senectutē vel morbos [illegible] amandat animam, donec [illegible] illam domū, deinde restituit [illegible] animā corpori, quæ cum [illegible] redeunt. Hinc Gorgias Orator cum interrogaretur, an libenter moreretur, respondit: *Ita me; nam tanquam ex putri & defluenti domuncula, nō inuitus discedo*. Chrysost. super 1. Thess. 4. *Nolite ignorare, &c. Deus [illegible] ex domo eiiciat [illegible], vt [illegible] aliam magnificentiore & clariore opere reædificauerit, illam rursus cum gloria introducat* 1. Corinth. 15. *Seminatur in infirmitate, surget in virtute.* Optimè autem S. Petrus Rauennas [illegible] *[illegible] nostro resurrectio semper, semper resurrectio ad nostræ [illegible] auditum, vt mors, quæ nostrum semper obtinet sensum, cum terrore suo a nostris sensibus effugetur.* De resurrectione loquitur, Iob. 19. *In nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo saluatorem meum, quem visurus sum ego, & non alius* Naturaliter hoc docetur Leo mortuos filios suos, rugitu suo & clamore in cubili vbi sunt, motu pariter & tremore facit surgere, & vitam habere. Filij etiam pellicani a matre resuscitantur, & per matris sanguinem personaliter ad vitam pristinam restaurantur. Coluber etiam dimissa veteri pelle in foramine arcto dicitur renouari, & per nouæ pellis resumptionem ad iuuentutem pristinam restaurari. Exemplariter verò, Istius vltimæ resurrectionis exemplum præcessit in resurrectione Christi. Quia sicut dicitur, vbicunque intrat caput, possunt intrare vel intrāt etiam alia membra, 1. Cor. 15. *Christus resurrexit primitiæ dormientium: quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorū.* Figuraliter, Ezec. 37. in illo campo magno pleno ossibus aridis, quæ spiritum non habebant, in quæ venit caro, nerui & cutis, & ingressus est in ea spiritus & vixerunt, steteruntque super pedes suos exercitus magnus valde. Spiritualiter Ioan. 11. *Resurget frater tuus* [illegible] Martha: *[illegible]* 1. Corinth. 15. *Omnes quidem resurgemus [illegible]* [illegible] ad gloriam per dotes animæ & corporis. Quia corpus damnatum mutationes huiusmodi nō habebit, quinimò in sua obscuritate, grauitate & passibilitate perpetuo remanebit. Sola enim immortalitas sibi dabitur, & hoc non ad præmium, sed ad supplicium, Apocal. 9. *Tunc desiderabunt mortem, & fugiet mors ab ipsis.* Quia sicut dicitur 1. Corint. 15. *Stella enim differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum.* Defunctus noster cogitauit se moriturum, ideo hæc transitoria [illegible] cogitauit se quietem habiturum, ideo strenue laborauit, cogitauit, quod post labores habebit præmium, ideo fideliter laborauit, cogitauit se resurrecturum, ideò libenter mortuus est, cogitauit se coram iudice, & toto mundo compariturum, vbi confundentur omnes iniquè agentes & impij, ideò ab omni, quod confundere posset, cauit sibi, aut per confessionem deleuit, cogitauit quæ miseris damnatis sententia dabitur, quæ bonis & electis, ideo acta sua ita disposuit & ordinauit, vt sententiam bonam posset expectare, & cum capite suo, cuius sunt membrum viuum gloriari: Quod vobis semper ob oculos, statuatis oro, & præterea valde est necessarium.

Figuraliter

peccatorum animæ, qui quidem SS. Sacramenta perceperunt, & in gratia Dei decesserunt, & aliquam satisfactionem debent. Quartus, Infernus, in quem omnium impœnitentium & infidelium animæ præcipitantur. Sinus Abrahæ vocatus, vt securitas illius loci intelligatur, sicut infantes in sinu parentum fouentur, vnde excidere non possunt in deteriorem statum. Augustinus super Gen. [Post hanc vitam sinus ille Abrahæ Paradisus dici potest: vbi iam nulla tentatio, vbi tanta requies post omnes dolores huius vitæ.] Ecclesia SS. Catholica adhuc sinum Abrahæ cælum appellat: Exaudi me Domine, vt in sinu Abrahæ patriarchę tui valeam collocari. Sed in sinu Abrahæ non fuit ignis, nec in limbo: in Purgatorio est vehementior ignis nostro, & noster quasi pictus respectu illius. Sed hic est ad tempus, inferni perpetuus, fœtidus, incomparabilis, Apocalyp. 20. *Missi sunt in stagnum ignis & sulphuris, qui paratus est diabolo & angelis eius.* S Hugo. [Infernus est plenus ardore incomparabili, plenus dolore innumerabili, plenus fœtore intolerabili: sed post iudicium adhuc magis fœtebit.] Isa. 34. *De cadaueribus enim eorum ascendit fætor.* S. Basil. [In fine mundi fex omnium elementorum, & proprietates eorum læsiuę, virtute diuina separabuntur ab eis, & ad malorum cruciatum ad infernum mittentur.] Et quia diues dicitur sepultus in inferno, notandum quod foueæ, cryptæ, fissuræ sunt plurimæ, magnæ & paruæ, correspondentes sepulchris mortuorum, è quibus ignis magnus & fumus fœtidus prodit, in quæ loca damnati post mortem vel viginti, triginta, quinquaginta, centum & amplius colligati detruduntur. *Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos.* Gregor. lib. 9. mor [Fasciculos ad comburendum ligare est hos, qui æterno igni traditi sunt, pares cum paribus sociare, vt quos primo similis culpa inquinat, par etiam pœna constringat, & qui nequaquam dispari iniquitate positi sunt, nequaquam dispari tormento crucientur. Pares cum paribus tormentis similibus sociantur, superbi cum superbis, luxuriosi cum luxuriosis, &c. infideles cum infidelibus ardeant.] Notandum etiam, quod vnumquodq; peccatum habet suum proprium capitaneum diabolum, vt est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ: Et vnusquisque habet vnum sepulchrum pro se, & multa parua circum se. Vt Lucifer superborum, Mammon auarorum, Asmodæus luxuriosorum. Grego. lib. 9. moral. [Quolibet ex vitio, vt voluntatem callidi persuasionis expleuerunt, sane cum duce suo reprobi ad tormenta descenderūt.] Vt maior fides his astruatur, audite Ezechielem cap. 32. *Loquentur ei potentissimi robustorum de medio inferni, qui cum auxiliatoribus descenderunt. Ibi Assur & omnis multitudo eius, in circuitu illius sepulchra eorum, quorum data sunt sepulchra in nouissimis locis per gyrum sepulchri eius. Ibi Elam & omnis multitudo eius per gyrum sepulchri eius, omnes qui descenderunt in terram vltimam, & portauerunt ignominiam suam cum his, qui descenderunt in lacum. Ibi Mosoch & omnis multitudo eius, & sepulchra eorum qui descenderunt ad infernum cum armis suis, & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum.* Missi sunt illi omnes in stagnum ignis & sulphuris, & cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum, Apocal. 21. *Pars illorū erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda.* Vnde accensus sit ille ignis, quia cum cælo non creatus est, respondetur per Theologos, quòd Lucifer vna cum suis socijs, cùm è cælo delaberentur, fecerint, quo igne loca inferni plena sulphure, penetrando accenderint, Lucæ 10. *Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem.* q. d. Discipuli mei notum vobis facio, cùm essem apud patrem meū in cælis, & rebellarent angeli, & videbam satanam cum illis è cælis delabentem

Infernum. August. S. Basil. Gregor. Ignis inferni vnde accensus.

tem sicut fulgur. Per quæcunque loca transiuit, in quibus erant combustibilia, accendit. qui durante casu per sphæram vel locum naturalem ignis, tantum accepit secum ignis & sui complices, quantum necesse fuit, inferiora loca sulphurea inflammaret, Apocal. 12. *Traxit autem secum tertiam partem stellarum*, id est, angelorum. Ezech. 28 cùm loqueretur Lucifero, *En foramina tua in die, qua conditus es, præparata sunt, & ducam ignem de medio tui, qui comedat te.* August. *Gehenna illa, quæ & stagnum ignis & sulphuris dictum est, corporeus ignis erit.* Gregor. 4. mor. *Ignis gehennæ in pœnam reproborum semel esse incepit, sed ardorem suum etiam sine lignis nunquam finiet.* Et attende quòd ille ignis viuos comedat, noster autem mortuos, Psalm. 48. *Mors depascet eos.* Sicut pecora absumunt herbulas & germina, quæ statim renascuntur. Radix vitæ, hoc est, anima, semper viuet. S. August. *Non enim nulla, sed sempiterna mors erit, quando nec viuere poterit anima, Deum non habendo, nec doloribus corporis carere moriendo.* Quomodo spiritus puniatur, dic. Gregor. *Si consideremus diligentius, dolor, qui dicitur corporis, magis ad animam pertinet: animæ enim est dolere, non corporis.* Dolet itaque anima. Greg. super Matthæum: *Si diabolus eiusque angeli, cùm sint incorporei, corporeo igne sunt cruciandi, quid mirum, si animæ, antequam recipiant corpora, possint corporea sentire tormenta.* August. *Dolet etiam anima, non in corpore constituta: nam vtique dolebat diues ille apud inferos, quando dicebat, Crucior in flamma hac. Illi enim habent pœnam damni, & pœnam sensus ipsius animæ.* Gregor. *Teneri spiritum per ignem dicimus, vt ignis tormenta videndo atque sentiendo puniatur: ignem autem eo ipso patitur, quia videt, & quia cremari se aspicit, crematur spiritualiter in mente.* Tertia, Qualitas. Miseria, quod non habeant quod velint, & habeant quod nolint, Psalm. 111. *Desiderium peccatorum non peribit.* Auarus semper vellet opes congerere, & cum illis permanere, &c. vellet liberari, non possunt, Pro. 11. *Anima enim impij desiderat malum.* Bernard in serm. Quadrag. *Gehennam enim meruimus, vbi nullus vnquam cibus, nulla consolatio, nullus terminus: vbi guttam aquæ diues postulat, & accipere non meretur.* Hæc Ille. Quo magis desiderant, eo minus obtinebunt. Nitimur in vetitum semper. Et Apoc. 16. *Blasphemauerunt Deum cæli, præ vulneribus & doloribus suis.* Sunt autem tria quæ hominem affligunt. Primum, quod contra voluntatem hominum est. Secundum, quod pœnale & dolorosum. Tertium, quod nociuum. Ecce illi miseri damnati quanta tormenta sustinere coguntur. In intellectu obscuritatem & tenebras. In voluntate odium, in memoria dolorem. In concupiscentia habent morsum, ardorem. Sed post iudicium in oculis amarum fletum, in auribus clamorem & eiulatum, ah væ. In naribus fœtorem, in lingua ardorem, in dentibus dolorem, in faucibus sitim, in manibus cathenas, in pedibus compedes, in pectore suspiria, in corde timorem & tremorem, in ventre famem, in membris lassitudinem, in toto corpore flammas. Vere terra miseriæ. Accedit synderesis, hoc est, remorsus conscientiæ, Isa 66. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Nam Pro. 25. *Sicut tinea vesti mentitur, & vermis lignum, sic mæror excruciat cor viri*: quanto magis in inferno? Quia non fecerunt in vita, ad quod moniti fuerunt benefacere, & à peccatis desistere, monitorem illum debent posteà pati in inferno, & in æternum, qui rodat eorum corda & pectora. Primò, quòd propria culpa sua perdiderint cæli gloriam, & meruerunt inferni cruciatus. Secundò, quia gratiam Dei illis toties oblatam, per quam saluari potuissent, respuerunt. Tertiò, quia Saluatorem suum offenderunt, beneficia & passionem ipsius vilipenderunt, quæ ipsis fuissent magno adiumento, si ipsi voluissent. Quartò, quòd multa bona opera omiserunt, quibus lucrati fuissent paradisum, & multa ma-

[Margin notes: *Spiritum quomodo puniatur igne.* — *Gregor.* — *Miseria damnatorum.* — *Bernard.* — *Hominem tria affligunt.* — *Vermem rodentem cur habeãt.* — 1. 2. 3. 4.]

ta mala fecerunt, quibus meruerũt Tartara. Postremò, quod neglexerunt pœnitentiam in vita, & iam coguntur satisfacere sine vlla vtilitate, consolatione & redemptione.

Ante diem iudicij possunt videre gloriam sanctorum obiectiuè, hoc est procul, vnde nõ habebũt gaudium, sed non subiectiuè. Vt qui videt splendidas epulas, & famelicus non potest assequi, Psalm. 18. *Famem patientur vt canes. Vidit Abraham longè in tormentis & Lazarum,* &c. vt intingat. Ita Iob 29 *Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei.* Butyrum significat gratiam Dei. Lauare pedes: Compescere cõcupiscentias humanas, riui olei sunt charitas & misericordia Dei. Petra aũt Christum. Recordabuntur itaque & charitatis Dei & petræ, & lotionis, quòd se mundare potuissent ab affectibus & delicijs vanis huius mundi, per cor contritum & humiliatum, item temporis tam turpiter neglecti, & stultitiæ tam impiæ, qua seducti passi sunt, ista omnia abijsse in vanum simul, quòd offenderint Christũ, & ex eius passione saluberrima remedia potuissent consequi, S. Sacramentis perfrui: sicut fratres Ioseph, Gen. 42. *Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, cum deprecaretur nos, & non audiuimus eum: ideo venit super nos tribulatio ista.* Audite ergò & timete, ne iam iam de vobis dicatur illud Matt. 5. *Mittite eum in carcerem, donec reddas extremum quadrantem.* & vos deinde clametis gementes, Sap. 5. *Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, viam Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia nostra?* &c.

Tenebræ damnatorũ Quarta, qualitas est tenebrarum. *Filij regni eijcientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium,* Matth. 8. & Iob, *Operiam mortis caligine. Miseria ad dolorem pertinet, tenebræ verò ad cæcitatem.* Gregor. 9. mor. Sap. 5. *Pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes*

August. D. August. lib. de fide ad Petrum: [ideò pœnitentia hic fructuosa est, quia potest hic posita malitia benè viuere, & mutata voluntate iniusta, merita simul operaque mutare, & in timore Dei ea agere, quæ Deo placent: quod qui in hac vita non fecerit, habebit quidem pœnitentiam in futuro sæculo de malis suis, sed indulgentiam in conspectu Domini non inueniet, quia etsi erit ibi stimulus pœnitudinis, nulla tamen ibi erit correptio voluntatis. A talibus enim iniquitas sua ita culpabitur, vt nullatenus possit ab eis vel diligi, vel desiderari iustitia. Voluntas enim eorum talis erit, vt semper habeant in se malignitatis suæ supplicium, nunquam tamen percipere possint bonitatis effectum. Quia sicut illi, qui cum Christo regnabunt, nullas in se malæ voluntatis reliquias habebunt: ita illi, qui erunt in supplicio ignis æterni cum diabolo & angelis eius deputati, sicut nullam habebunt vlterius requiem, sic & nullatenus poterunt habere bonam voluntatem. Et sicut cohæredibus Christi dabitur perfectio gratiæ ad æternam gloriam, sic consortibus diaboli cumulabit ipsa malignitas pœnam, quando exterioribus deputati tenebris, nullo illustrabuntur interiori lumine veritatis] Hæc ille. *Quæretis me,* Ioan. 7. *& non inuenietis.* Eccles. 5. *Ne tardes ergò, ò homo conuerti ad Dominum, ne differas de die in diem.* Isai. 56. *Quærite Dominum dum inueniri potest.*

Quinta proprietas. Altera vita in inferno est vmbra, figura & imago mortis, similitudo & formido mortis, vbi diaboli apparent damnatis ad terrendum sub vmbra mortis. Ista vmbra etiam aliter dici nequit, quam aspectus dæmonum, qui apud illa etiam mors appellatur. cap. 28. *Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* Rom. 5. *Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen.* Apocalyp. 6. *Ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors.* Infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Mors ergò & dia- *Falsa.*

& diabolus sunt cognati, sicut mors non respicit personam, sic nec diabolus impios, &c. Ierem 6. *Crudelis est, & non miserebitur.* Mors aufert homini vitam, diabolus etiam animam. Gregor. Sicut mors exterior ab anima diuidit carnem; ita mors interior a Deo separat animam. Non autem vnius diaboli, sed innumerorum aspectus erit ibi, vt illi mallent millies mori, quam semel eum videre, Iob 16. *Hostis meus terribilibus oculis me intuitus est, & infremuit contra me dentibus suis.* Sexta, *Vbi nullus ordo.* Nam vbi multitudo sine ordine, ibi summa confusio, quæ maximè erit in inferno, vbi diuites, pauperes, magni, luxuriosi, fures, latrones, sacrilegi, &c. Matth. 7. *Lata est via quæ ducit ad perditionem, & multi ingrediuntur per eam.* Imò innumeri quotidie, Act. 19. *Impleta est ciuitas in confusione.* Psalm. 43. *Qui oderunt te, induantur confusione.* Ibi non erit ordo naturæ, vt philosophi loquuntur. Non datur transitus ab vno extremo ad aliud sine medio. Et ita miseri illi inter duo extrema versabuntur sine medio, vnde haberent refocillationem. Sed Iob 24. *Ab aquis nimium frigidis transeunt ad calorem nimium.* Sic enim fit, quando congelantur manus nostræ frigore, & adhibentur calori magno, maiorem sentiunt dolorem, quam dum permanent in suo frigore propter repugnantiam qualitatum. Item nec ordo naturæ est, quæ pati non potest, vt duo contraria sint simul in vno subiecto. In inferno autem sunt multa contraria, ignis & aqua, calor & frigus, lumen & tenebræ, siccum & humidum, otium & labor, carentia & abundantia, concupiscentia & resistentia, vita & mors. Et ista omnia sunt simul in vno loco, inferno scil. Isai. 64. *Aquæ ardent igni, vt nomen tuum notum sit inimicis tuis.* Apocalyp. decimosexto, *Datum est ibi æstu affligere homines & igni.* Zachariæ 14. *Non erit lux, sed frigus & gelu,* sc. glacies, Ierem. 17. *Ignem succendisti in furore meo, & vsque in æternum manebit.* 2. Pet. 2. *Hi sunt: quibus caligo tenebrarum reseruatur.* Marci nono, *Stridet dentibus & arescit.* Iob 20. *Sub vmbra dormit in locis humentibus.* De labore, Psal. 48. *Laborauit in æternum, & viuet adhuc in finem.* De otio, Ioan. nono, *Venit nox, in qua nemo potest operari.* De abundantia, Psalm. 30. *Retribuet abundanter facientibus superbiam.* De defectu, Leuit. 26. *Visitabo velociter vos in egestate & ardore, quæ consumat animas vestras.* De desiderijs, Rom. 1. *Exarserunt in desiderijs suis.* De fuga, Lucæ 3. *Quis ostendet nobis fugere à ventura ira?* vel Apocalyp. nono cap. *Desiderabunt mortem, & fugiet ab eis.* De vita, Psalm. 78. *Vita mea in inferno appropinquauit.* Et propterea ista contrarietas & miseria est damnatorum. Ignis, quem accenderunt. Aqua, in quam submerguntur. Calor, à quo consumuntur. Frigus, à quo corripiuntur. Flamma ab igne, tenebræ à fumo, siccum à suspirijs, humidum a fletu, labor quia requiem non habent, otium, quia non possunt operari, nisi pati. Abundantiam omnis mali, defectum omnis boni. Desiderium refocillationis, quam habere nequeunt. Fugam vel fastidium pœnarum & noxiorum, quod auertere non possunt. Vitam, quæ peior est morte, & mortem, quæ nunquam finietur, licet mori videantur. D. August. Med. c. 39. *Ibi erit fletus, gemitus, vlulatus, cruciatus, stridor, clamor, timor, tremor, labor, ardor, fœtor, obscuritas, anxietas, acerbitas, asperitas, calamitas, egestas, angustia, tristitia, obliuio, cõfusio, tortiones, punctiones, amaritudines, terrores, fames, sitis, frigus, sulphur & ignis ardens.* Et licet ibi non sit ordo, est tamen ordo iustitię, quod quisq; puniatur iuxta qualitatẽ & quantitatem scelerum suorum, Matt. 13. *Colligite zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum.* Item Deut. 25. *Iuxta mensuram delicti erit plagarum modus.* Ezech. 23. *Ebrietate & dolore repleberis calicem mœroris & tristitiæ, & bibes illum vsque ad feces.* Psal. 148. *Ignis, nix, grando, glacies, & spiritus procellarum pars calicis eorum.* Apocal. 14. *Bibent de vino*

Vltimus · *De igne.* · *De siccitate* · *De labore.* · *De otio.* · *Abundãtia* · *Defectu.* · *Fuga.* · *Vita.* · *Ignis.* · *Aqua.* · *Calor.* · *Frigus.* · *Flamma.* · *Tenebræ,* · *Siccum, Humidum, labor, otium, abundãtia, defectus, desideriũ, Fuga, Vita, Mors.* · *August.*

Dei in calice iræ ipsius, & cruciabuntur igne & sulphure, & fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum, nec habebunt requiem die ac nocte. Quale autem sit vinum, ecce quod dicitur, *Fel Draconum,* Deut. 32. *vinum eorum, & venenũ aspidum, sanabile.* Isa. 5. *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum*, Ierem. 51. *Calix inebrians omnem terram, & de vino eius biberunt omnes gentes.* Ita agit diabolus: Nam in principio videtur, quasi delicatissimum vinum porrigeret, quãdo homo in peccatis versatur. Sed postea dat

Calix. illis fel Draconum, Ierem. 51. *Calix aureus Babylon, in manu Domini inebrians omnem terram.* Potest ergo homo ex omni calice, sc. delitijs & peccatis sumere, & bibere quantum vult (prout verba sequentia textus habent) & pro mensura beneplaciti & liberi arbitrij sui, Isa. 28. *Ponam enim iudicium in pondere, & iustitiam in mensura,* sc. quantum peccasti, tantum patieris. Lucæ 16. *Recordare fili, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Tu cruciaris, ille consolatur.* Septima proprietas, *Sempiternus horror inhabitat.* Horror scil. om-

Sempiternus horror. nium membrorum totius corporis, mẽtis angustia, palpitatio cordis propter præsentem pœnam animæ, & futuram corporis post iudicium, & ille est sempiternus horror, non ad tempus, Heb. 10. *Horrendum est enim incidere in manus Dei viuentis,* sc. post mortem. Pulchrum autem est & suaue incidere in manus Dei mortui, scil. quando peccator in melius conuertitur. Viuus Deus habet duras manus, quas non habet mortuus. Viuus est Deus pater, mortuus verò filius, in

Manus Dei viuentis sustinet nos. cruce mortuus. Manus itaq; Dei viuentis, nisi sustentarentur à misericordia sua & longanimitate, peccatores nos in nihilum iamdudum fuissemus redacti, Exod. 17. *Manus autem Moysis erant graues. Aaron autem & Hur sustentabant manus eius ex vtraq; parte.* Compara cum manibus, quæ non permittunt Deum punire. De hoc dic. Iob 19. *Miseremini mei, miseremini mei, vos saltem amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Si post & sub illis tribulationibus, quas propter substantiam suam, filios & filias, dum collaberetur domus, passus est, & iniurijs nec non maledictionibus tam vxoris, quàm amicorum, quid fecisses, si Deus grauem suam manum super illum permisisset cadere? si tangere ipsius hoc facit, quid non efficeret, si deberet percutere aut vulnerare? Sed misericordia & longanimitas diuina sustinent iustitiam Dei seueram, Heb. 10. *An ignoras diuitias patientiæ Dei, & quoniam benignitas eius ad pœnitentiam te adducit?* Sed post mortem non erunt, qui manus teneant. Si homo habet inimicum hominem quemcunque & qualemcunque, habet tamen & spem, quia aliquando morietur, sed Deus immortalis est, & ob id magis timendus, quia quæ imponit propter peccata, sunt æterna, Dauid Psal. 7. vocauit iustitiam Dei arcum. *Arcum suum* *Iustitia*

tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vasa *Dei arcus.*

mortis, sagittas suas ardentibus effecit, scil. non simplicem, sed paratum instructumque ex omni parte, vt quilibet habeat, quod pertimescat. & primo quidem, sicut ar- 1.

cus a sua æquitate & naturali loco descendit: sic Deus cum iustitia sua agit in inferno. Quia quasi contra naturam suam facit, & a via quasi suæ proprietatis sc. recedit, sc. misericordiæ Deus, cui proprium est misereri semper & parcere, canit Sã Ecclesia, Isa. 28. *Alienum — peregrinum est opus eius ab eo.* Quando ergo ita punit peccatores, fit hoc præter volun-

tatem suæ misericordiæ. Secundo, quan- 2.

to magis tenditur arcus, tanto grauius percutit, sic vltio iudicij vel iustitia Dei, quanto amplius prolongatur, tanto grauius condemnat impœnitentes. Tertio, 3.

quanto fortius tenditur, tanto magis etiam percutit ipsum sagittantem in facie vel in pectore: sic quando ita cogitur seuerè punire Deus, mouetur Deus & ascendit, quod non sit beneplacitum suum pœnis afficere hominem, quem Deus ita diligit, Genes. sexto cap.

Tactus

Tactus dolore cordis intrinsecus delebo hominem, quem formaui à facie terræ. In hoc arcu sunt vasa mortis ignis & gelu; quibus ferit damnatos. Quæ enim hic patiũtur, sunt *tanquam sagittæ paruulorum, factæ sunt plagæ eorum* Psal. 67 quæ nec vulnerant, nec penetrant, nec occidunt, sicut sagittæ fortium: ita est de passionibus huius mundi: Et hæ sunt monitoriæ tantum sagittæ paruulorum, vel tribulationum huius sæculi, sicut sagittæ quę in bello mittuntur ad amicos, annexa Epistola qua indicat, quæ sibi facienda sunt. Propterea lege illam diligenter 2. Cor. 12. *Virtus in infirmitate perficitur*, Luc. 21. *In patientia vestra possid. animas vestras*, Matth. 5. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Et, *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*, Ioan. 16. *Tristitia vestra vertetur in gaudium*, Matth. 5 *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnũ cæl.* 2. Timot. 2. *Si compatimur, & conregnabimus*, Heb. 12. *Flagellat Deus omnem filium, quem recipit.* Hæc est illa litera monitoria, Psal. 59 *Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus.* quia di. Ezech. 33. *Nolo mortem peccatoris, sed magis*, &c Hæc enim contraria, quæ patimur, sunt nobis ad salutem, ad medicinam, ad consolationem, ad spem & admonitionem. Aduertendum etiam quòd Deus puniat scelera & trasgressiones temporales pœnis perpetuis, Apoc. 18. *Quantum glorificauit se & in deliciis fuit, tantũ date illi tormentum & luctum*, Deut. 25. *Iuxta mensurã delicti erit plagarum modus.* D. August. l. 21. de Ciu. Dei c. 11. *Quodlibet scelus non temporis longitudine, sed iniquitatis & impietatis magnitudine metiendum*, Luc. 6. *Eadem mensura qua mensi fueritis, remetietur & vobis.* Hinc S. Augustinus. *Hæc dicta sunt, non propter æquale temporis spatium, sed propter vicissitudinem mali, id est, vt qui malè fecerit, male patiatur.* Et alibi: *Vllius id nunquam iustitia legis attendit, vt tanta mora temporis quisquam puniatur, quanta mora temporis, vnde pateretur, admisit.* Vide ibi plura. Nam qui occidit vel leuius quid fecit, etiam à Magistratu sæculari

Litera monitoria.

August.

diutius punitur, quàm erit actio, quia est aliquando ad vitæ tempus, si non accedit gratia Ideo declarat hoc Augustinus meliùs. Primo, Deus non solum punit peccatum sed multò magis malitiam peccati. Et intellige multi vellẽt per totam noctem ludere, si haberent lumẽ vel occasionem, item semper peccare, & si posset peccare in æternum, vellet peccare. Gregorius: *Voluissent iniqui, si potuissent, sine fine peccare. Et quia voluntas perpetua est, etiam pœna erit perpetua.* Idem, *Ad magnam ergo iustitiam pertinet iudicantis, vt nunquam careant supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato.* Hæc ille: Itaque voluntas illis non deest, quæ semper est peccatum sed occasio. Secũdo. Non debet pœna diutius aut citius durare in inferno, quam peccatum durauit. Nam pœna est effectus peccati. Et iuxta Philosophos. Durante causa durat effectus: & e contra, cessante causa. Transit enim actus & remanet reatus dicunt Theologi. peccatum enim est macula impressa animæ, post perpetrationem, & quando in hac vita non deletur macula, manet in ęternum, S. Augustinus Qui enim impœnitens moritur, omnino moritur, & æternaliter cruciatur. Hinc Psal. 48. *Non dabit Deo placationem suam, & pretium redemptionis animæ suæ: laborauit in æternum, & manet adhuc in finem.* sc. qui est sine fine. Quãdiu enim semen sub terra est, necesse est, vt fructum ferat, etiam si in æternum: Semen illud, scil. peccatum, terræ, scil. animæ iniectum producit fructum, sc. pœnam, Gal. 6. *Quæ seminauerit homo, hæc & metet.* Sequitur ergò, hoc quòd si perpetuò seminauerit, metet & perpetuò, S. August. *Vasis iræ non remaneret perpetuus interitus, nisi spontaneum proba etur esse peccatum.* quasi dicat. Quia in damnatis, qui sunt vasa iræ vel mortis, semper manet peccatum, necesse est, quod in illis mors æterna maneat, quæ est fructus & pœna peccati. Tertiò, Quia peccatum est ex infinita malitia & cõtra infinitũ Deum,

August. 1

Deus punit peccatũ & multo magis malitiã peccati.

2

3

ergò. Et cum homo non possit pati, tanquam finem habens, infinitam pœnam intensiuè, Deus vult vt extensiuè. Quar-
4 tò, Peccatum damnatos priuat bono infinito, scil. Deo, & hoc in perpetuum: facit enim illum inhabilem, vt ad Deũ redeat, & satis facere pro illo peccato, ad quæ vigore iustitiæ tenetur, & quia satisfacere non potest, manet debitor
5 perpetuus, & illi pœna perpetua. Quintò, Quo magis perditum est illud quod per peccatum destructũ est, eo maius est damnum illius culpę. Bonum illud per-
6 ditũ est Deus ipse, cui nihil par est. Sextò. S. August. *Deus fecit hominem, vt summum bonum intelligeret, & intelligendo amaret.* Hæc ille. Sed peccator longe postponit Deũ creaturis & rebus tẽporalibus, vbi grauiter delinquit. *Peccatum,* dicit idem Augustinus: *est spreto incommutabili bono, rebus*
7 *commutabilibus adhærere.* Septimò, Damnati vellent ijsdem, quibus in terris freti sunt, voluptatibus vti, ita manent obstinati, Apoc. 16. *Mãducauerunt linguas suas præ dolore, & blasphemauerunt Deum cæli, qui habet*
Hieronym. *potestatem super plagas.* S. Hierony. *Sicut pœnitentibus iudex debet misericordiam præstare, ita obstinatis & contumacibus nullam debet veniam*
8 *tribuere.* Octauo, Isa. 59. *Iniquitates enim vestræ diuiserunt inter me & vos.* Nono, Quo maior est persona læsa, eo maior pœna. Quare vos mundani cogitate in honoribus, delitijs & vanitatib. vestris, quod Iob 24 dicat. *Ad modicum eleuati sunt, & non subsistent; humiliabuntur & auferentur, & sicut summitates spicarum conterentur,* Ps. 36. *Vidi impium superexaltatum & eleuatum, & transiui & amplius non erat.* Isa. 14. *Ad infernum detraheris, in profundum laci.* Nota diuitem & Lazarum, qualis cuiusque fuerit status, vita, mors & iudicium. pereunt non vt spicę, sed vt summitates spicarum, sicut sunt cupidi mundanarum delitiarũ. Notate ergò Eccl. 11 *Vbi ceciderit lignum, siue ad Austrum, siue ad Aquilonem, ibi erit.* Infernum nominat Salomon Eccl. 1. *Profundũ abyssi quis dimensus est.* Zach. 12. *Ponam duces Iuda sicut caminum ignis in ligno.* Isai. 24. *Congregabuntur congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere.* Salomon Sap. 10. *Fumigabunda extat deserta terra in testimonium nequitiæ.* Ezech. 22. *Omnes isti, vt stannum, æs, ferrum, plumbum, in medio fornacis.* Luc. 12. *Timete eũ, qui potestatem habet mittere in gehennã.* Psal. 29. *Saluasti me à descendentibus in lacum,* Iob 17. *Ad terram miseriæ.* Apoc. 23. *Pars illorum erit in stagno ardenti.* Psal. 87. *Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua.* Ezech. 31. *Deductus est ad terram vltimam.* Baruh 3. *Deputatus est cum descendentibus in infernum,* Amos 2. *Bibebant vinum damnatorum in domo Dei sui.* Mal. 1. *Hæreditates eius in dracones deserti.* Ier. 6. *Adducam super eos mala, de quibus exire non poterunt.* B. Gregor. *Erit enim in inferis mors sine morte, defectus sine defectu,* quia mors semper incipit, & deficere nescit. Figurat Ionas iustos & iniustos, qui cõsiderant diem iudicij, vel non considerant illum, aut pœnas inferni. Ionas solus dormiuit c. 1. cæteri omnes nauigarunt vigiles, & tandem dederunt sorté, & sors cecidit super Ionam non vigilantem, & proiectus est in mare, & in fauces ceti: sic super vos dormientes ignorantes veniet sors & pœna. Nauis Ecclesia est, mare mundus, iniusti dormiunt, dum finem non considerant. Quod si Deus non haberet curam in altero sæculo bonorum & malorum, illos vt remuneret, hos vt puniat, eueniret hoc vel quia ignoraret, vel quod bonos non posset remunerare, castigare impios. Si de ignorantia sentirent, esset contra suam sapientiam: si de altero, esset contra suam omnipotentiam, si de tertio, contra suam iustitiam, Psalm. 118 *Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui.* Quia maximè sensibiles erunt in tormentis damnati. Et si vos podagra vel alius dolor modicus statim conficit, quid facietis ibi? sanctus Bernardus: *Ibi clamabit dæmon ad dæmonem percute, dilacera, velociter spolia detrahe, cito tradito, infer prunas & ebullientibus impone* [illegible]. D. Grego-

Infernum est profundũ abyssi.

Gregor.

Ionas figuratiuus iustorum & iniustorum.

Deus regimen habere [illegible] *in futuro sæculo*

Bernard.

Gregor. Gregorius 9 moral. *Tunc edax flamma comburet, quos nunc carnis delectatio polluit.* Iob vigesimo *Cum dolor irruet super eum.* Vngite oculos felle piscis, quibus est
Ionic. albugo in oculis. Qui rem propè aspicit, putat esse rem modicam, qui verò procul, secus. Prope ergo & procul rem discernunt, sic est vobis, qui præsentes honores, gaudia, voluptates, diuitias & insanias istas magnas reputatis, & absentes vel longe venturas pœnas leues iudicatis. Sed verè non est, Ezec. 21. *Ecce ego ad te et eijciam gladium meum* ad te, id est, côtra te: gladius euaginatus nocet & ille est iustitia, iâ est in vagina misericordiæ, ibi, hoc est, in inferno euaginabitur. Ecce etiam si hic es liber, ibi eris captiuus. Si hic habes compedes ferreos, ibi igneos. & cæt. Si ardens febris hic non potest extingui apud te aquæ frigidissimæ vase, quid ibi? san-
August. ctus Augustinus: *Terreant nos tormenta, si præmia non inuitant. Circumquaque habent damnati miserias suas & tormenta. Suprà, paradisum clausum: Infrà, abyssum inferni: Ante, pœnæ æternitatem. Retro, vitam bonam amissam. A dextris, diabolos, à sinistris omnes damnatos & aduersarios. In illis æternam anxietatem, tribulationem & fastidium. Extra illos æternum horrorem & terrorem*, Apocal. 10 *Post tempus non erit tempus*, Gal 6. *Dum tempus habemus, operemur bonum.* Certè qui hæc considerarent, non ingererent se ita in Imperia, & in dignitates sibi non competentes, sicut multi ex tali consideratione, deposuerunt diademata sua, & fastuosos titulos, & secesserunt in eremum, vel quietam vitam cum magna pœnitentia duxerunt. O mundi gloria, ô falsa & fallax persuasio, ô dura & stricta ratio, ô sera pœnitentia, ô terribilis damnatio, o æterna & inconsolabilis executio, o infœlix, misera & ineffabilis passio. *Cum esset timori, timor est mihi. Seruite Domino in timore,*
Anima que & c. Hunc timorem habuit defunctus
habet pec- 1. elber, tanquam côsilium magnum. No-

uerat enim quomodo anima conc pit
peccatum à diabolo & parturit, lac e- catũ conci-
tur & tandem eruitur in eo. Primo Quia al- pit à diabo-
loquitur animam per suggestionem, Iu- bolo.
dith 12. *Non vereatur bona puella introire ad Dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius*. Genes 34. 1
Sichem Dinam blanditijs delinuit. Côtra quod dicitur, Prouerb 2. *Consilium custodiet te, et prudentia seruabit* & c. *vt eruaris à via mala, & ab homine qui peruersum loquitur*, sc diabo-
lo. Secundò, Amplexatur rationes indu- 2
cendi, Pro. 7. *Irretiuit eum multis sermonibus*.
Tertio, Deosculatur per dilectionem. 3
Pro. 27. *Meliora sunt vulnera diligentis*, & cęt.
Hoc significatû fuit 2. Reg. 20. vbi Ioab
dixit *Amasæ, salue mi frater, & tenuit manu*
dextra mentum Amasæ, quasi deosculans eũ. Porrò Amasa non obseruauit gladium, quem habebat
Ioab, qui percussit eum in latere, & effudit intestina eius in terram, & mortuus est. Ioab inter-
pretatur inimicus sc diabolus. Quartò, 4
Commiscetur ei per consensum, Sap 3.
Fœlix est, sterilis & incoinquinata, quæ nescivit
thorum in delicto. Quintò, Concipit anima 5
per propositum & deliberationem pec-
candi, Oseæ 9. *Gloria eorum ab initio & à partu*, Sap. 3. *Ab iniquo thoro semen exterminabitur.*
Sextò, Parturit in procuratione pecca 6
ti. *Ecce parturit iniustitiam* Genes 3 *In dolore pa-*
ries. Septimò, Parit in operis expletio- 7
ne, 1. Reg. 4. dicitur quod *Phinees morte audita, incuruauit se vxor eius, & peperit Icabod.*
Per Phinees intelligitur Prælatus, per
vxorem eius fidelis anima, quæ audito
peccato prçlati incuruat se ad exemplũ
eius & parit Icaboth, qui interpretatur
Cecidit gloria. Vel *translata est glorificatio* & si-
gnificat peccatum. Octauo, Lactat eum 8
duobus vberibus, sc. spe redeundi & o-
peratione aliorũ. Nonò, In peccato ro 9
boratur propter satisfaciendi timorem,
Psal. *Ibi trepidauerunt timore vbi non erat timor*. Decimo, 10
Ablactatur in peccati defensione, Iob.
41 *corpus eius*, sc. diaboli, *quasi scuta fusilia*,
& compactum squamis, & cæt. Vndecimò, 11
Deportatur & deducitur per consuetudinẽ,
Isai. 3. *Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt.*

Voluit

Voluit ergò Deo iuuante gratia vitare peccatum, & ita mortem æternam, & cruciatus omnes de quibus diximus, & qui explicari satis nequeunt: melius est autem cogitare quam sentire vel experiri, & ita eum iam in cęlis viuere & regnare, piè credimus, ad quæ meliùs examinanda ipse ego vos rogo & hortor, & Deus largiatur nobis suam gratiam, Amen.

Quia resurgemus, gaudium.

Seminatur in corruptione, surgat in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria. 1. Cor. 10.

Mysterium resurrectionis cōprehenditur in resuscitatione in Naim adol.

Articulus necessarius & consolatorius est fidei nostrę. *Resurrectio mortuorum*, & inde *vita æterna*, vnde nemo tristari debet ob mortem suam vel alterius, sed potius collętandum. Mysterium resurrectionis nostræ comprehenditur in resuscitatione adolescentis in Naim. Nam tactus loculi commonstrat nobis virtutem diuinam, quæ aliquando tanget omnia sepulchra. Statio eorum, qui portauerunt, notat quatuor Qualitates, quæ in quatuor Elementis sibi contrariantur & hominem vltimò interficiunt: tandem quiescent in eo operando. Vox Christi ad adolescentem, vt surgat, ostendit illam vocem vehemētem, qua omnes è sepulchris euocabit dic. *Surgite mortui, & venite ad iudicium.* Residere docet æternam quietem. Loqui incipere, insinuat nobis colloquium dulcissimum, quod erit cū gloriosissima virgine Maria, cū sanctis omnibus & singulis. Reddere matri suæ, declarat quomodo aliquādo reddemur Ecclesiæ triumphanti, quæ est mater nostra teste Paulo Gal. 6. *Quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra.* Notanda verba, notandum mysterium resuscitationis.

Statio illorū notat 4. Qualitates.

Petr⁹ Chrysologus.

Vnde S. Petrus Chrysologus. *Pectore toto, mente, ore, oculis, affectet, teneat, cogitet Christianus, vt totam mortis possit calcare formidinem.* Et Christus, *Noli flere.* Chrysostomus in opere imperfecto, in Matthæum. *Corruptione corporis mors ipsa corrumpitur, & mortalitas destruitur, & non substantia corporis.* Idem super illud Apostoli. *Nolite ignorare fratres de dormient. Quemadmodum statua, quādo in fornace confringitur, non deletur sed renouatur: sic cum corpus nostrum moritur, non perit, sed instauratur. Etenim statuarius corpus aliquod ex ære in fornacem cùm conijcit, aureum tibi ac immortalem ex ære imaginem efficit. Ita verò Deus ipse ex fictili ac mortali corpore in fornacem iniecta, aureum ac immortale efficiet.* Huc spectat, quod in principio ex Apostolo allegauimus. Homo est sicut antiqua statua, ab initio mundi formata, sed defectuosa valde tam in corpore, quam in anima propter peccatum Adæ. Primum ergò artifex, vt tollat defectus, maculas, impuritatem, &c. & renouet, destruit illum malleo morborum, proijcit illum in fornacem, hoc est, in sepulchrum, ibi non substantia sed mortalitas destruitur, & mors cum omnibus suis impuritatibus & defectibus imperfectionibus in nihilum redigitur. Ex illa corruptione corporis, cinere & puluere, expecta mirabilem statuam nouam, hoc est corpus glorificatum, subtile & mirabile, noli ergo hærere cogitādo corpus corruptū, sed quid ex illo fiet postea. Infector vt tapete faciat purpureū, pannus à seme mit priorem naturalem colorem, proijcit in vas ebulliens & ignescens, vertit susque deque, tandem eximit & erit longe pulchrior, quàm ante, vt conuiuijs magnificis & magnatib. inseruiat. Sic Deus nobiscum agit cum corpore nostro, quod est vestimentum animæ nostræ, in ebullientem ollam sepulchri, vbi nos per vermes vertit huc illuc, eandem

Chrysost.

Simile de statuario.

Homo sicut antiqua statua.

[illegible]

dem ille nos eximet & reddet gloriosos. Chrysost. *Sicut lana intingitur, ut ... habeat colorem, ut coloretur purpureo, aut alicu... accipiat dignitatem: sic & nos in morte ... corporales & resurgemus spirituales*, 1. Corinth 15. *Seminatur corpus animale, surget spirituale.* Quemadmodum, qui domum ruinosam vult destruere & reædificare, iubet omnes e domo recedere, & ... ad restaurationem, illicque non tristes sed lætiores redeunt. Sic quando videt Deus corpus domum animæ ruinam minari, propter senectutē vel morbos ... amandat animam, donec glorificet illam domum, deinde restituit incolam animā corpori, quæ cum gaudio redit. Hinc Gorgias Orator cum interrogaretur, an libenter moreretur, respondit. *Maxime: nam tanquam ex putri & dehiscente domuncula, nō inuitus discedo.* Chrysost. super 1. Thess. 4. *Nolite ignorare, &c. Deus corpus ... animam in ... ut ex domo aliqua ..., ut ... magnificentiore & clariore opere ..., illam iterum cum gloria introducat.* 1. Corinth. 15. *Seminatur in infirmitate, surget in virtute.* Optime autem S. Petrus Rauennas: *Reponet ... resurrectio semper, semper resurrectio ad nostræ mentis ... audiatur, ut mors quæ nostrum semper obtinet sensum, cum terrore suo à nostris sensibus effugetur.* De resurrectione loquitur, Iob. 19. *In nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Saluatorem meum, quem visurus sum ego, & non alius.* Naturaliter hoc docetur. Leo mortuos filios suos, rugitu suo & clamore in cubili vbi sunt, motu pariter & tremore facit surgere, & vitam habere. Filij etiam pellicani a matre resuscitantur, & per matris sanguinem personaliter ad vitam pristinam restaurantur. Coluber etiam dimissa veteri pelle in foramine arcto dicitur renouari, & per nouæ pellis resumptionem ad iuuentutem pristinam restaurari. Exemplariter vero, Istius vltimæ resurrectionis exemplum præcessit in resurrectione Christi. Quia sicut dicitur, vbicunque intrat caput, possunt intrare vel intrāt etiam alia membra, 1. Cor. 15. *Christus resurrexit primitiæ dormientium: quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorū.* Figuraliter, Ezec. 37. in illo campo magno pleno ossibus aridis, quæ spiritum non habebant, in quæ venit caro, nerui & cutis, & ingressus est in ea spiritus & vixerunt, steteruntque super pedes suos exercitus magnus valde. Spiritualiter Ioan. 11. *Resurget frater tuus.* Cui Martha: *Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die.* 1. Corinth. 15. *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur,* ... ad gloriam per dotes animæ & corporis. Quia corpus damnatorum mutationes huiusmodi non habebit quoniam in ea obscuritate, grauitate & passibilitate perpetuo remanebit. Sola enim immortalitas sibi dabitur, & hoc non ad præmium, sed ad supplicium, Apocal. 9. *Tunc desiderabunt mortem, & fugiet mors ab ipsis.* Quia sicut dicitur 1. Corinth. 15. *Stella enim differt a stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum.* Defunctus noster cogitauit se moriturum, ideo hæc transitoria nihili fecit, cogitauit se quietem habiturum, ideo strenue laborauit, cogitauit, quod post labores haberet præmium, ideo fideliter laborauit, cogitauit se resurrecturum, ideo libenter mortuus est, cogitauit se coram iudice, & toto mundo compariturum, vbi confundentur omnes inique agentes & impij, ideò ab omni, quod confundere posset, cauit sibi, aut per confessionem deleuit, cogitauit quæ miseris damnatis sententia dabitur, quæ bonis & electis, ideo acta sua ita disposuit & ordinauit, vt sententiam bonam possit expectare, & cum capite suo, cuius fuit membrum viuum gloriari: Quod vobis semper ob oculos, statuatis oro, & præterea valde est necessarium.

Figuraliter

Exemplariter.

De loco æternitatis, ad quem homo vadit.

Ibit homo in domum æternitatis suæ. Eccl. 12.

Necessarium est primum homini exeunti de terra sua ad locū aliū cogitare quāto tēpore ibi sit permansurū, vt sibi prouideat de necessarijs suis: ideò Pro. 7. dicitur de eo, *qui abijt in viam longissimam in die lunæ plenæ reuersurus*. Et licet angelus mandauit Ioseph, vt acciperet puerum & matrē eius & fugeret in Ægyptum, indicauit ei, quamdiu deberet ibi subsistere Matth. 2. *Esto ibi vsque dum dicā tibi.* Et quamuis nō determinauerit sibi tempus, quia ipse curam eius gerebat, voluit tamen eum statuere ad prouidentiam suam: Secus autem est de anima è terra corporis sui egrediente per mortem, & viam longissimam ingrediente, propter diuitiam status, thesaurum bonæ conscientiæ & bonorum operū cumulum secū latura, cum debeat non parum sed in æternum manere in regione ad quam vadit, & nunquam ad hanc vitam redire. Sicut est in verbis allegatis: vbi mortalitas ostenditur quia Ibit, excessus nobilitatis, quia Homo excedens omnia animalia, & æternitas. Aduertēdum licet cōmune sit mori iustis & iniustis, est tamen differētia, quod illi qui leues, sc. per Baptismum & pœnitentiā ascendant, qui graues propter molem peccatorum descendant, Matth. 25. *Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.* Recessus malorum est vituperabilis quia à cōspectu Dei & Sanctorū omnium, quando audient, *Discedite*, vt dicat Deus, licet sit altus in omnibus locis secundū suā essentiam, sed secūdum determinatos actus, est in cælo per actum glorificationis, in inferno secundū actū vltimæ & æternæ punitionis iustitiæ.

Recessus malorū vituperabilis.

Ergò, *quo ibo à spiritu tuo & quo à facie tua fugiam*, Psal. 138. Præterea impiorum cōditio miserabilis est ratione reatus inexpiabilis, cum quo recesserunt hi, scil. qui modo fuerunt in vita ista purgati à peccatis per Ecclesiæ sacramenta, quorum reatus post vitam istam non potest expiari. Vnde de ipsis in Epistola Iudæ: *Hi sunt in epulis suis maculæ conuiuantes*, sc. vitio gulæ, in conuiuijs se & alios maculantes, sine timore Dei & malorum, semetipsos pascentes non pauperes Christi. Item elatio superbię significatur ibidem nubes, sc. superbi in altitudinem extollentia per appetitum tendentes, sicut vapores nubium eleuātur, sed parum durant, & dispergentur à vento, Luc. 1. *Dispersit superbos*, sc sine aqua gratiæ, quia *superbis resistit Deus & humilibus dat gratiam*, Iac. 4. item acedia facit infructuosos, sicut arbores autumnales, scil. carentes humore deuotionis & gratiæ. Fuerunt fluctus per vitium iræ, sicut fluctus feri maris, sc. crudeliter & amarè alios percutientes, & inquietātes. Item sidera immundi, quia despumantes suas cōfusiones, sc. in spurcitia luxuriæ suas cōfusionē ostendentes. Fuerunt erratici per inuidiam, quia syderum erratica, quibus claritas prosperitatis alienę vertitur in errorem affectus quia oderunt quē deberent amare, sc. bonum proximi, & dolent, vnde deberent gaudere, scilicet de aliorum fœlicitate. Fuerūt etiam tenebrosi propter vitia auaritiæ. Nam secundum Chrysost. *Tenebra animæ est diuitiarum cupido*, & ideo eis procella tenebrarū reseruata est procella, propter inquietudinē mentis, & tenebræ propter amorem terrenorum, sicut terra interposita inter nos & solem causat tenebras [illegible]. Ostendit etiam miserabilis conditio impiorum ratione [illegible] quia in ignem æternum supplicium damnatorum, licet sit æquale quantū ad extensionem, quia omnium supplicium erit æternum, tamen non erit æquale, quantum

Impiorum cōditio miserabilis ratione reatus inexpiabilis.

Impiorum [illegible] ratione [illegible]

tum

tam ad intensionem: Quia qui plura vel maiora commiserunt peccata, patiētur maiora supplicia. Et infinitū dicitur, quia contra Deum infinitum. Item infinities voluissent peccare, si potuissent. Itē qui pœna temporali corrigi nō potest, corrigatur æterna, Psal. 118 *Iustitia tua, iustitia in æternum.* Iustorum retributio est visio Dei, quæ est tota eius cognitio, quæ tantæ virtutis est, quod à vidente excludit omne nociuum, sicut serpens æneus, Nu. 21. item implet omne desiderium, sicut 4. Reg. 2. in Elisæo, cui Elias dixit: *Si videris, quando tollar à te, erit, quod petisti*: Quid autem erit de visione Dei, Ioann 17. *Hæc est vita æterna.* Et hoc solum iustis redditur pro mercede, Sap. 5. *Iusti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum.* Secundo, Ponitur excessus nobilitatis: quia homo. Homo autē omnia animalia in naturæ nobilitate transcendit, & similior Deo est. Sed miseri deprauant valde hanc similitudinem peccatis suis. Tertio. Domus stabilitatis, quæ vel est ad recipiendum corpus, Psal. 65. *Sepulchra eorum, domus eorum in æternum.* de qua dicitur, Isai 22. *Quid tu hic, aut quasi quis hic? Quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi. Ecce Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus.* Altera est ad recipiendum animam 2. Cor. 5. *Scimus autē, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus non manufactam, sed æternam in cælis.* Vilitas alterius, quia terrestris, quia inquieta, quia dissoluitur per mortem. Sed cælestis habitatio habet conditiones oppositas. Nam contra vilitatem ponit nobilitatem, contra corruptibilitatem perpetuitatem, contra inquietudinem, tranquillitatem, Isa 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.*

Iustorum retributio.

Iusti merces.

Domus stabilitatis.

De cæli gaudijs, & alijs quæ ibi sunt.

Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his, qui diligunt se. 1 Cor. 2.

QVemadmodū aquila generosa, despicit depressa & humilia, atque in cælum euolat, & in solis circulum oculos suos defigit constantissimè: sic debetis facere, auditores & intueri illū, a quo omnia desideria bona ardētissima veniūt: quo omniū corda tēdunt & anhelant, quo omnes spiritus spirant, & in quo omnia desideria cōquiescunt, quod est vnicum rectum & verum bonum de quo omnes linguæ loquuntur, omnes calami scribunt, extra quod intellectus nihil quærit, quod hominem replet & satiat, animam contentam reddit, sicut angelos & homines. Hæc est gloria & Regnum, quod mater Zebedæorum pro filijs optabat, vt sederet vnus ad dextrā, alius ad sinistram. Potest hic fieri ad longum mentio historiæ 3 Reg 10. & 2. Par. 9. de regno & gloria Salomonis eiusque sapientia, quo audito, venit Regina saba & consideratis rebus omnibus dixit: *Verus est sermo*, &c. *Vix credebam sermonibus his*, &c. *Beati viri tui, & serui tui*, &c. ista regina repræsentat nobis animam nostrā, quamdiu viuit in hoc mundo & pallio corporis, sc. humana natura vestita est, quę est domina rerum omniū. Videtis, quod igni dominatur, quo vtitur ad cibi decoctionem, ad lucē & calorē. Dominatur aeri, per illū spirat, & in illo palatia ædificat. Dominatur aquæ, quæ portat magnas naues & pondera, & ex illa piscibus victitat. Dominatur terræ, à qua accipit alimenta, pascua, fructus, aurum, argentum, margaritas. Dominatur animan-

Simile de aquila.

Explicatio reginæ Sabæ & regni Salomonis.

tibus quæ curat iuxta beneplacitum & adhibet ad mensam in cibo, ad laborem, ad vecturam & transportationem de loco ad locum. Vltimò dominatur sibi quod est maximum regimen, regit enim sensualitates suas, & concupiscentias, quando ratio carnem frenat & domat. Vnde ille dicebat: *Si animo te reveris, rex eris si corpore servus.* Dominatur illa in Austro, scil. hoc mundo. Ab Austro venit aura calida, & vapores à nebulis & pluuijs prodeuntes, & serenitatem cæli impedientes, contrahunt. Sic ab hoc mundo veniunt venti calidi, vt sunt ardens amor carnis, concupiscentiæ diuitiarum, ardentia desideria ambitionis, quæ in aere mentis nostræ, illas nebulas & pluuias ignorantiæ & cæcitatis producunt, & impediunt serenitatem contemplationis diuinarum. Attendite quod dicitur, 1. Ioann. 5. *Totus mundus in maligno positus est*, sc. in malo igne. Ex hoc colligitis, quomodo anima sit regina Austri, & illi omnia obsequātur, & illa sola imperet vel homo imperet. Et quandiu viuit in hoc mundo dominatur omnibus lætatur in omni occasione bona, fœlicem se reputat, & non est de alio regno sollicitus, &c. O quam speciosus est mundus iste, nil illi deficit, [illegible] *Venite, venite, [illegible] creaturis.* Sed nesciunt altum Regem esse sapientissimum & potentissimum, aliud insuper regnum, cuius respectu mūdus iste granum est, mare gutta, terra tota granū arenæ. Est in Oriente, vbi omne bonum crescit, Metropolis est Hierusalem, Rex Salomon. Non Oriens noster, sed de quo dicitur Mal. 4. *Timentibus nomē eius, orietur sol iustitiæ.* Hierusalem Paradisus est, Gal. 4. *Quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra.* Salomon Rex pacificus. Deus est. *Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum.* *Deus pacis erit vobiscum.* Phil. 4. Regnum est, regnum cælorum, Matth. 13. 24. &c. & non est aliquid in Regnis, quod non est in illo Regno in abundantia. Metropolis est cælum empyreum, Prouinciæ, hierarchiæ cælestes & ordines angelorum cōiunia sunt Aeternitas Palatium Regis, paradisus. Residentia Regalis, Throni. Aulæ aliorum procerum, sunt multiplex & differens visio diuinæ essentiæ. Rex Deus. Sponsa Regina gloriosissima virgo Maria. Pueri nobiles, sunt Angeli & Archangeli, Gynecæum est chorus omniū sanctarum virginum. Matronæ Regiæq; sanctæ fœminæ & viduæ, Principes Regni Patriarchæ & Principatus inter angelos. Officiales sunt Dominationes, Consiliarij, Cherubini, Secretarij Seraphini, & sancti Prophetæ. Iudex supremus, Christus est. Secundarij iudices, Apostoli. Notarij, Euangelistæ, Regni Prælati & Theologi Doctores, & Virtutes inter Angelos. [illegible], Confessores. Milites & exercitus, sancti Martyres Subditi vulgares sunt sancti & iusti omnes. Gloriosum regnū [illegible] propter prædicta, & quia ibi [illegible], nec dolor, sed [illegible] & pacifica [illegible] latio cum sanctis & electis, [illegible], pax, & omne bonum, & mirabilia infinita. Ibi videtur Deus sedere super Cherubin, Isa. 37. *& inhabitat lucem inaccessibilem.* Cum [illegible] [illegible] expectantium [illegible] *[illegible]*, Apoc. [illegible] *& [illegible]* Et illi sunt pulcherrime vestiti, Prouerbiorum [illegible] *[illegible] purpura vestimentum eorum.* Subditi [illegible] pulchri, vt pulchriores [illegible] [illegible] *[illegible]* Reges [illegible] *[illegible] Regnabunt cum [illegible]* [illegible] *sis.* Sunt omnes filij Dei [illegible] Ore. 1. *Filij Dei [illegible]* Non moriuntur ibi. Sapi. 5. *Iusti autem in perpetuum viuent.* Non est ibi lubites. Apocal. [illegible] *[illegible]* Non erit timor ibi vel metus periculi.

1. Tim. 6.

Psal.

Pſalm. 90. *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Nihil itaque ibi deeſt, nihil à nobis deſiderari poteſt, quod ibi non habeatur. Petite, & accipietis eandem. Si diuitias, Pſalm. 111. *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Si aurum, Apoc. 21. *Et platea ciuitatis aurum mundum.* Si honorem, Pſalm. 138. *Nimis honorati ſunt amici tui Deus.* Si delitias, Pſalm. 15. *Delectationes tuæ in dextera vſque in finem.* Si ſcientiam, Eccl. 44. *Sapientiam ſanctorum narrant populi.* Si libertatem, Gal. 4. *Quæ ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt.* Si pacem, Iſa. 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ.* Si conuiuia delicata, Pſalm. 16. *Satiabor cum apparuerit gloria mea.* Si vina precioſa, Pſal. 35. *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & de torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Si Muſicam Iſa. [illegible] Apoc. 4. *Cherubin & Seraphin non ceſſant clamare quotidie, Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Si poſt conuiuia requiretis lectulum ſuauiſsimum, Pſalm. 149. *Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis.* Omne bonum ibi eſt, [illegible] oſtendam tibi omne bonum. Idcirco optimè Dauid Pſalm. 83. *Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſæcula ſæculorum laudabunt te.* B. Gregor. [Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus capere ſufficit, illa ſupernæ ciuitatis quanta ſint gaudia, Angelorum choris intereſſe, cum beatiſsimis ſpiritibus gloriæ conditoris aſsiſtere, præſentem Dei vultum cernere, incircumſcriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari?] Et licet, quamdiu ſumus in hoc ſæculo, non poſsimus comprehendere omnia, quæ ſunt in ſuperna Ieruſalem, [illegible] l. de Trin. c. 13. ait: [illegible] *quid aliud [illegible] per quam [illegible] aſcendimus?* Auguſt. *Si enim tribuis nobis in carcere, quid dabis in patria?* [illegible] *quod [illegible]* & eſt prima ratio veniendi à viſibilibus ad inuiſibilia. Secunda, Chryſoſtomus ſuper Epiſtolam ad Rom. *Si [illegible] cælum, quando nulla ſe interponit nubes, & clara eſt omnis corona eius: deinde pulchritudinem aſpectum eius aliquantulum contemplantes, intelligemus poſtea ſtatum illum gloriæ tanto meliorem eſſe illum, quanto lutum tectis aureum eſt melius.* Pſalm. 83. *Quam pulchra tabernacula tua Domine virtutum: concupiſcit & deficit anima mea in atria tua Domine.* Denotantur etiam iſta tria regna, cælum, mundus, & infernus, per verba Pſalm. 74. *Calix in manu Domini, vini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in hoc: verumtamen fex eius non eſt exinanita, bibent omnes peccatores terræ:* purum vinum notat cælum, mixtum mundum, feces infernum. Vna manu & tribus digitis, quia triplici modo regit, ſcil. iuſtitia infernum, prouidentia mundum, bonitate cælum. Vel tribus digitis, ſc. tribus perſonis in vna ſubſtantia. Nam opera Trinitatis ad extra ſunt indiſtincta, vt loquuntur Theologi. Vna manus, tres digiti. *Fex eius non eſt exinanita, bibent & vos peccatores terræ,* niſi reſipueritis. S. Auguſt. lib. 21. de ciu. Dei c. 30. ſuper verba Ieremiæ: *Ego vero illorum Deus. Quid eſt enim aliud quod Propheta dixit: Ego vero illorum Deus, niſi, ero vnde ſatientur: ego ero quæ ab hominibus honeſtè deſiderantur, & vita, & ſalus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona, vt ſit Deus omnia in omnibus.* Octuplicia itaque ſunt quæ in cælo pura, in mundo mixta, & in inferno feculenta ſunt. In cælo eſt vita ſine morte, in regno mundi eſt mors & vita, in inferno eſt mors ſine vita. Pſal. 40. *Sicut oues in inferno poſiti ſunt, & mors depaſcet eos.* Secundo, in cælo eſt ſanitas ſine infirmitate, in mundo eſt ſanitas & 1.
infirmitas, in inferno eſt infirmitas ſine 2.
ſanitate, Pſalm. 140. *Diſsipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum.* Tertio, in cælo eſt ſatietas 3.
ſine fame, in mundo eſt vtrumque, in inferno eſt fames ſine ſatietate, Pſal. 58. *Et famem patientur, vt canes.* Quartò, in cæ- 4.
lo eſt abundantia ſine defectu, in mundo

Explicātur verba Pſ. 74.

Octuplicia quæ in cælo pura, in mundo mixta, in inferno feculenta.

vtrumque, in inferno defectus sine omni abundantia, Eccl 14. [illegible]
5. [illegible] Quinto, in cælo est gloria sine infamia, in mundo vtrumque, in inferno infamia sine gloria, Prou.14. [illegible]
6. [illegible] Sexto, in cœlo est honor sine opprobrio, in mundo vtrumque, in inferno opprobrium sine honore, Ieremiæ 23. *Dabo vos in opprobrium sempiternum, & in ignominiam æternam.*
7. Septimo, in cælo est pax sine bello, in mundo vtrumque, in inferno bellum sine pace, Isa.48. *Non est pax impijs, dicit Dominus.*
8. Octauo, in cœlo sunt omnia bona sine omni malo, in mundo vtrumque, in inferno omne malum sine omni bono, Prou.12. *Impij autem replebuntur omni malo.* Vini meri, sunt sancti: plenus mixto, est mundus vel homines. Feces sunt damnati. Quis iam ex vobis non cupit regnum cæleste, vinum merum, & non alia? Christus fuit in his tribus regnis, venit è cælo in mundum, vbi multa passus, & propterea libenter mortuus, venit in limbum, vbi quartam partem horæ tantum propter fastidium moratus, rediit in mundum, & 40 dies duntaxat mansit, vt suos Apostolos in fide confirmaret, & tunc ad cæleste regnum reuersus, ex quo vsque nunc non venit in mundum amplius, nisi die iudicij, sed breuis erit mansio. Nam inuenit ibi optima, quæ non habet alibi, Phil.3. *Nostra conuersatio est in cælis.* Lucæ 14. *Beatus qui manducabit panem in regno patris mei.* Sed quia mortales libenter comedunt temporalia, obstupescunt illis dentes animæ, scil. intellectus, voluntas libera, & memoria, vt diuina odorare, amare, sapere vel gustare nequeant, imo nec memorari.

Hieron. S. Hieron. *Peccata sunt vuæ acerbæ, & comedentium dentes obstupescunt, vt non possint eius suauitatem sentire, de quo dicitur, Gustate & videte, quoniam ego sum Dominus.* Et S.

August. August. super Psalm 48. *Sicut vua acerba dentibus vexatis est, sic iniquitas vtentium ea, qui manducant ore corporis vuas acerbas, obstupe-*[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] *quæ præparauit Deus diligentibus se.* D. Augustin. l.24. de ciu. Dei. [illegible] *charitate* [illegible] 2.Cor.12. Paulus clamabat: [illegible] & cum non inueniret, quomodo explicaret, quæ viderat, dic [illegible] *licet homini loqui.* S.August. l. de Symbolo, *Facilius possumus dicere in illa vita æterna, quid ibi non sit, quam quid ibi sit: Non est ibi mors,* [illegible] *corruptio,* [illegible] *tristitia.* D.Chrysostomus de separatione [illegible] *illa virtus, illa gloria, illa magnificentia.* Hæc ille. — Augustin.

Annunciauit autem nobis Christus [illegible] multa de illo regno, quando [illegible] *In terra* [illegible] & comparauit [illegible] Matth.13. & [illegible] & multis alijs rebus. Signum dedit illius regni gloriæ, quando in monte Thabor resplenduit facies eius sicut sol, & vestimenta eius facta sunt alba sicut nix: ideo Apostoli volebant ibi manere, [illegible] S. August. [illegible] — Aug.

Ostendit autem Deus, vt Isaiæ, vt Paulo, vt suis in monte Thabor, vt [illegible] quam

quàm perfectum ibi sit gaudium, cùm ex istis ita rapiantur. Facit, vt qui aliquid apponunt inuitatis, priusquam prandium vel conuiuium apponetur. Hinc est quod Prophetæ, Apostoli, Martyres tantas persecutiones & miserias: Confessores tot persecutiones & tentationes, Virgines tantos despectus & opprobria, Eremitæ tantam abstinentiam, Religiosi tantam disciplinam sine talibus confectis potuerint sustinere? Act. 5. *Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Lapides, torrentes illis dulces fuerunt. sc. Sancto Stephano, 2. Corinth. 1. *Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & abundat consolatio nostra.* Diuus Bernardus, *Filij huius seculi vident cruces nostras, & non consolationes nostras.* Hæc ille. Bernard.

Dat enim Deus suis consolationem in tormentis, fœlicitatem in laboribus, in passionibus gaudium, exultationem in tribulationibus, voluptatem bonam in abstinentia, paradisum in monasterio, quietem in vigilia, recreationem in ieiunio. Mundus autem statim desperat in aduersis, anxius est in laboribus, tristatur in persecutionibus, torquet se in tribulationibus. Isaias, Paulus, & alij fuerunt exploratores illius patriæ: ideo multa ipsi & alij potissimum de fructibus illius retulerunt scribendo & concionando: & ita gustando saltem aliquid tantum per[illegible] [illegible] mundanarum, cœlestes appetere [illegible] Ioel. 3. *[illegible] montes dulcedinem, & colles fluent lac.* Consolationes in hoc mundo sunt stillicidia, quibus herba lætatur & crescit, Psalm. 64. *In stillicidiis eius lætabitur germinans.* Si quis mortuus est in peccatis, non sentit consolationem. Ita de regno Dei loquebantur Apostoli, quorum sonus exiuit in omnem terram, Psalm. 18. *Quod vidimus, quod audiuimus, quod manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, annunciamus vobis.* Proficiscamur ergo voluntariè ad terram illam. *Sumus enim in via, & peregrinamur ad Dominum,* 2. Cor. 5. Via nostra est circa montem meditationis, circa colles diuinorum consiliorum, iam per valles humilitatis, iam per latum campum præceptorum decem, iam per lucos, arbusta & vepres variarum tentationum, iam per flumina velocia tribulationum. hæc via est vsque ad mortem, vbi dicetur tibi, vt ex equo descendas, quia anima liberabitur ex hoc Austro. & statim per omnes cælos ad palatium cælestis Salomonis se assumptam cognoscet & Deus erit omnia in omnibus, 1. Cor. 15. vbi videbit omnia mirabilia per omnes cœlos, & coniungetur Deo per modum speciei, & non per motum localem, vt loquuntur Doctores. De hoc 1. Ioan. 3. *Cùm apparuerit similes ei erimus,* scil. quoad coniunctionem, quæ est primus actus, & videbimus eum, sicuti est, sc. quoad visionem quæ est secundus actus. S. Bernardus: [Quomodo ferrum ignitum & candens, igni simillimum fit, pristina propriaque forma exutum: sic omnem tunc in sanctis humanam conditionem, quodam ineffabili modo necesse erit a semetipsa liquescere, atque in Dei penitus similitudinem transfundere.] Hebr. 12. *Deus noster ignis consumens est.* Similes autem erimus, Ioan. decimoseptimo cap. *Pater sancte, vt vnum sint, sicut & nos vnum sumus.* Et 2. Petr. primo cap. *Et per hoc efficiamini consortes diuinæ naturæ.*

Exhortatio ad cælum.

Bernard.

In visione Dei est hominis beatitudo: Sicut autem Regina vidit omnia in Salomonis palatio & regione, sic anima videbit, quæ hic intellectus nec cognoscere, nec lingua potest eloqui, quæ enim comparatio intellectus nostri cum rebus illis innumerabilibus, quæ in cœlo sunt & subtilissimis, Psalm. trigesimoquarto,

Hominis beatitudo est visione Dei.

Domine

I[illegible] in lumine tuo videbimus lumen, scil. in diuina visione. Cùm enim vnita est anima Deo, dicit illa lumen gloriæ, quo mediante, Deum & omnia quæ in Deo sunt, & statui suo competunt, sc. anima, formaliter & eminenter intuetur, hoc est, omnia creata & increata, quæ in & extra mundum sunt. S. Gregor. *Quid est enim quod non videant, qui videntem omnia vident*. Hæc ille. Visione intensiua, hoc est simul non per vices, vti fit in hoc mundo, vbi vnum post alterum ostenditur & cernitur. S. Fulgentius in sua Epistola: Sicut per speculum terræ nobis visio administratur, qua nos ipsos, ipsum speculum, & quicquid præsens adest: sic per speculum diuinæ claritatis, & ipsum Deum, vt est, quantum possibile creaturæ erit, videbimus & nos ipsos, & omnia alia, vere & certa scientia cognoscemus. Vnde 3 Regum 10. *Docuit eam Salomon, nec quicquam fuit, quod non perspectum fecerit*. quod autem dicitur: *Venit ut illa, vt tentaret in ænigmatibus*, competit hæreticis, qui semper dubitant & disputant cum suo periculo animarum. Innumera præterea sunt, quorum rationem non habemus, sed eam ibi intelligemus. S. August. l. de doctr. Christiana dic. [Ex parte cognoscimus, quamdiu in hoc sæculo sumus, sed ad illam lucem patris luminum cùm venerimus, nihil incertitudinis erit, quod nesciamus.] Iterum dicitur ibi 3. Regum 10. *Videns autem & dicimus, quæ mirabatur* Sic anima mirabitur, quando immensam pulchritudinem cæli intuebitur, sed in hoc non subsistet, quin & velit visione diuina perfrui. S. August. de ciu. Dei, l. vlt. c. 30. *Quanta erit illa fælicitas, vbi nullum erit malum, nullum latebit bonum, vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus*. Et l. 21. de ciu. Dei. *Ibi quicquid amabitur, aderit, nec desiderabitur quod non aderit* Et l. 22. de ciu. Dei. *Ipse est finis desideriorum nostrorum, qui sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, & sine fatigatione laudabitur.*

Gregor.

Fulgentius

August.

Fælicitas quanta in cælo.

Psalm. 16. *Satiabor, cum apparuerit gloria tua*. Lucæ 14. *Beatus, qui manducabit panem in regno Dei*. Quid cantetur ibi [illegible] *canticum nouum*. Apocal. 5. Cantores sunt sancti angeli, & electi omnes, dicentes: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth*. Capellæ Magister, Christus est. Habent Romani & gentiles, quibus [illegible] [illegible] decantant; sed illa [illegible] sunt, hæc antiqua. Vnum [illegible] vel profundum naturæ, [illegible] creaturæ naturæ, cursu tempor[illegible], [illegible] pulchritudine mundi, dignitate hominis. Mediú vel acutum est, de gratia, [illegible] incarnatione Christi, virginitate Mariæ, redemptione generis humani, victoria contra Satanam, mortem & peccatum. Superacutum vel altum, [illegible] apparitione paradisi, de aduentu Spiritus sancti super Ecclesiam, quod [illegible] venient, [illegible] [illegible]. O qualis [illegible] canticum? [illegible] [illegible] Ecclesia [illegible] [illegible] tat, Psalm. 83. *[illegible] Domine in sæcula [illegible]* [illegible] habitacula [illegible] gloria & animi [illegible] Ioan. 14. mansiones multæ. [illegible] eorum, [illegible] *[illegible] tatis inuenit eos Dominus, [illegible] posuit super capita eorum*. [illegible] ipsæ animæ, quæ se [illegible] Deo cum inexplicabili [illegible] vel declaratione suorum [illegible] desideriorum coniungendi se cũ Christo. S. Bernard. *Tripliciter illa [illegible] dine fruimur, videntes eum in [illegible] habentes eum in nobis [illegible], & quod his [illegible] bus ineffabiliter iucundius est atque beatius [illegible] semet cognoscere Trinitatem*. De [illegible] gloria S. Chrysostomus: *[illegible] sanctorum, plus quàm radius solis [illegible] fulgentem ex illa gloria, [illegible] [illegible] rufcationes oculus humanus non possit [illegible]*. Vnde

Bernard.

Chrys.

Vnde præ desiderio illius visionis & gloriæ, dic Paulus Phil. 1. *Cupio dissolui.* & S. August. super Ioannem: *Qui desiderat mori, & esse cum Christo, non patienter moritur, sed patienter viuit, & delectabiliter moritur.* Psal. 119 *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est,* &c. Psalm 26. *Vnam petij à Domino, & hanc requiram,* &c. Exod 33 Moyses dicebat, *Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ostende mihi faciem tuam.* Non sufficiunt amicis amicorum literæ, salutationes, largitiones, nisi accedat & præsentia: sic & hic. Vide desideria quanta sint hominum & auium, donec expleantur, Exod. 33. *Non videbit me homo, & viuet.* ideò Dauid Psalm. 29. *Conscidisti saccum meum,* sc. corporis ab anima, & *circumdedisti me lætitia.* Nam vt S. Bernard loquitur, *Fælicitas huius sæculi amaritudinibus aspersa est, & quare? Sicut mater ablactat infantulam per vnctionem amaram, ita vult Deus ab hoc sæculo nos ablactare.* S. August. *Turbat me mundus, & ego eum diligo, quid si non turbaret?* Prou. 1 *Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & modo geniti infantes concupiscitis lac?* De loco, Baruch 3. *O quàm magnus est locus possessionis Dei, magnus est & finem non habet, excelsus & immensus.* Possidete regnum, & non regna, quia vnaquæque anima totum possidet. Omnia regna finem sortiuntur: sed hoc minimè, Lucæ 1. *Cuius regni non erit finis.* Vide quomodo in aliorum manus venerint & veniant, ex propria familia. at Deus est Deus viuorum, Psalm. 26. *Credo videre bona Domini in terra viuentium,* non morientium, vt fit in hoc mundo. *Non habemus hic ciuitatem permanentem,* Heb. 13 *sed futuram inquirimus.* S. August. *Patria nostra sursum, & ibi hospites non erimus. Nam vnusquisque hic & in domo sua hospes est.* Hæc ille. Idem alibi. *Tunc veram requiem, quæ post hanc vitam Christianis promittitur, securam & æternam gustabis, si eum, qui eam tibi promisit, mandata diligeris.* Isidorus: Nunc regnum sempiternum, immensum, ex omni parte beatum, omni generi hominum promissum: etiam de illo summum inter nos silentium est. Quotus enim quisque est, qui vel minimam diei particulam in hoc impendat, de hoc commemoret; hoc identidem, vxori, liberis, hoc toti familiæ inculcet. Hæc ille. Ibi ergò ædificate vobis domos per Eleemosynas & opera bona, non in hoc caduco sæculo. Causa autem, cur cælum tam vilipendatur, est, quod sicut gallus in Aesopo, faciat, qui in fimo reperit lapidem pretiosum, cuius laudes dixit, sed quia non intellexit valorem, ideò illi prætulit granum frumenti. *Simile est regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas,* Matth. 13 Sic oportet negotiari, & margaritam cælestem acquirere. S. August. *Nemo potest in vtroque sæculo consolari, nec potest hic & in futuro gaudere, sed vnum necesse est vt perdat, qui alterum voluerit possidere.* Medicus præscribit infirmo diætam, vos estis infirmi, seruate diætam, vt possitis cœnam magnam comedere, Luc. 15 *Nam nemo virorum istorum,* sc. mundanorum, Luc 24. *gustabit cœnam meam.* Lucæ 6. *Væ vobis, qui habetis consolationem vestram, væ vobis, qui saturati estis, quia esurietis: væ vobis, qui nunc ridetis, quia lugebitis & flebitis.* Vnde Lucæ 16. *Fili recordare,* &c. *tu verò cruciaris.* S. Chrysost. hom. 3. super Ioannem: *Vis rapere beatitudinem? disperge quæ habes, quousque seruas illa, rapere non potes.* Lucæ 14. *Si quis ex vobis non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.* Nunquam vidisset illa omnia supradicta Regina, nisi discessisset ab Austro, ita vos ex hoc mundo discedere necesse est, si volueritis videre diuini Salomonis sapientiam & magnificentiam, 1. Cor 7. *Qui vtantur hoc mundo, sint tanquam non vtentes.* Psalm. 61. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Et quia difficile est affectū relinquere erga mūdana & temporalia, melius longe est nihil habere, quam aliquid. S. Gregor. *Qui ad fidei agonem venimus, iuctamen contra malignos spiritus sumimus. Nihil autem maligni spiritus proprium in hoc mundo possident: nudi ergò cum nudis luctari debemus. Nam si vestitus*

Bernard. August. August. Isidorus. August. Chrysost. Beatitudo quomodo rapiēda. Gregor.

Quidam cum nudo luctatur, citiùs ad terram deijcitur, quia habet vnde teneatur. Pecunia item, pro qua venditur tantum regnum, est pœnitentia, & contemptus mundi. Exempla habemus in omni tẽpore, statu, Imperatores, Reges, principes, &c. omnes omnium ordinũ homines. Quærite Christum, qui proximus patri est, quid ille dederit, respondebit apud Lucam, *Oportebat Christum pati, & ita intrare in gloriam suam.* & apud Paulum Roman. 8. *Si compatimur, & conregnabimus.* Apoc. 2. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.* Apoc. 3. *Qui vicerit, dabo ei sedere mecũ in throno meo, sicut & ego vici & sedi cum patre meo in throno eius.* Matth. 11. *Regnum cælorum vim patitur,* non sericas vestes, flores in manibus gestãtes, non pocula exhaurientes, sed arma habentes, & vsurpantes benè militant & vincũt hostem. Quæ sunt illa? Matth. 3. *Pœnitentiam agite, & appropinquabit vobis regnum cælorum.* Matthæi 5. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Matth. 25. *Venite possidete regnum vobis paratum ab origine mundi: quia esuriui, & dedistis mihi manducare: nudus eram, & vestiuistis me: hospes eram, & collegistis me.* Vbi dicitur Gen. 2. *Sex diebus operatus est Deus, septimo autem requieuit ab omni opere, quo patrarat.* Dicit August. *Non enim fatigatus erat Deus, sed in hoc ve bo tibi laboranti requiem promisit.* Hebr. 4. *Qui enim ingressus est in requiem eius, ipse requieuit ab operib. suis, sicut & Deus à suis.* August. in suo manuali: Attende o homo, quòd regnum cœlorum venale est, & tamen non aliud quærit pretiũ, quam teipsum, tanti valet, quantus es: da te, & habebis illud. Auditores, vos dictis totos mulieri, domino, &c. pro re exigua & vobis nociua, & Deo non vultis, nisi quando iam carere oportet. Contemnite dum viuitis & potestis, nam cito perficietis auxilio Dei. Nam humilitas leuabit vos super terram, paupertas super aquas, ieiunium super aerem, eleemosyna super ignem, fides super lunam, spes super Mercurium, dilectio super Venerem, prouidentia vel circumspectio super Solem, fortitudo super Martem, temperantia super Iouem, iustitia super Saturnum, reliquæ virtutes multifariæ super firmamentũ, plena & perfecta contemplatio super primum mobile, cordis puritas super cœlum Crystallinum, & tandem pietas & vitæ innocentia leuabit vos in cælum empyreum, in Dei fruitionemque omnium gloriam. Ecce vbi te accepit Christus pastor pius, vt sua tibi prodesset passio, quam in cruce sustinuit. Deut. 32. *Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris & vastæ solitudinis, circumduxit eum & docuit, & custodiuit, quasi pupillam oculi sui, sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expãdit alas suas, & assumpsit eos atque portauit in humeris suis.* Lucæ 15. *Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illã quæ perierat, donec inueniat eam: & cùm inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, & veniens domum, vocat amicos: congratulamini,* &c. Est autem duplex via. Via baptismalis, sc. innocentia, de qua, *Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia.* Secunda pœnitentialis, Matth. 7. *Arcta est via, quæ ducit ad vitam.* Isa. 30. *Hæc via, ambulate in ea.* Hanc vtramque defunctus noster ambulauit.

Peregrino præterea sunt duo necessaria cognitio viæ, ne erret, distinctio, ne laboret, & hæc quinq; gradibus continentur. Gradus est æque ascendentium vt descendentium, & hic dicitur profectus virtutum, in quibus sola charitas mouet pedem, quæ plus diligit, plus ascendit. Quis ascendit? Vir iustus. Vnde & quomodo? a minore virtute ad maiorem. Ad quid? ad Deum diligendum & videndum. Vbi? in corde. Per quem? per Christum, qui descendit, vt nos ascendere faceret, Psalm. 83. *Beatus vir cuius auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit,* &c. Gradus ad beatitudinem sunt hi.

Marginalia: *Regnum cælorum venditur pœnitentia & contemptu mundi.* — *August. Regnum cælorum venale.* — *Ad cælum via duplex.* — *Baptismalis & pœnitentialis.* — *Peregrino necessaria.* — *Gradus ad beatitud.*

Pri-

1. Primus, diuina electio Ps.17. *Quoniã voluit me.* 1. Ioan. 3 *Quoniam ipse prior dilexit nos.* 2. Galat. 3. *Hoc totum est mihi, antequam vellem eum.* Ioan. 15 *Non vos me elegistis, sed ego elegi*
2. *vos.* Secundus, Fides, & maximè passionis, quæ notatur eodem Psalm. *Saluum me*
3. *fecit.* Tertius, charitas, Psalm. *Eduxit me in*
4. *latitudinem.* Quartus, vestra bona voluntas *Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam*
5. *meam.* Quintus, bona operatio. *Secundùm*
6. *puritatem manuum mearum* Sextus, perseue-
7. rantia. *Quia custodiui.* Septimus, æterna retributio. Et, *retribuet in conspectu oculorum eius.* Viæ item optimæ, Ier 6. *State super vias vestras, & attendite & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona.* Psalm. *Nec postea impiè gessi à Deo meo,* sc. recedendo, Ioan. 6. *Domine verba vitæ æternæ habes, ad quem ibimus?* Via Domini pulchra & munda, Pro. 3. *Viæ eius viæ pulchræ* Psalm. *Impolluta via eius.* Luminosa, Prou. 4. *Semita iustorum quasi lux procedit.* Recta, Isa. 40. *Rectas facite semitas Dei nostri.* Plana, Isa. 40 *Erunt praua in directa, & aspera,* &c. Stabilis, seu continua, Pro. 4. *Oculi tui videant recta, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos, & viæ tuæ stabilientur.* Ardua vel arcta, Matth. 6. Via autem diaboli, per quam ambulant mali, est lubrica siue immunda, Psalm. *Fiat via illorum tenebræ & lubricum* Eccl. 4. *Lubricauerunt vestigia mea.* Tenebrosa, Pro. 4. *Via impiorum tenebrosa,* &c. Tortuosa, Psalm. *Impij in circuitu ambulant.* Lapidosa, Eccl. 21. *Via impiorum complantata lapidibus.* Instabilis Thren. 1. *Peccatum peccauit Ierusalem, ideo instabilis facta est.* Matth. 7. *Spatiosa & lata via est, quæ ducit ad mortem.* Ideo benè dicit Dauid: *custodiui vias Domini,* quia sæpe credit homo ire viam Domini, & vadit viam diaboli, Prouerb. 16. *Est via, quæ videtur homini recta, & nouissima illius ducunt ad mortem.*

Viæ optimæ. *Pulchra.* *Luminosa.* *Recta.* *Plana.* *Continua.* *Viæ diaboli immunda.* *Lubrica.* *Tenebrosa.* *Tortuosa.* *Lapidosa.* *Instabilis.* *Spatiosa.*

Nota etiam, quòd cæli dicuntur omnes fideles, & præcipue viri spirituales. Quia sicut in cælo sunt sex signa, per quæ ascendit Sol, & sex per quæ descendit: sic in quolibet viro præcipuè spirituali debent esse sex gradus, quibus ascendat ad Dominum, & sex quibus ad sui cognitionem descendat. Primus gra-
1. dus exprobratio peccati, quod signat primum signum solis, sc. Capricornus, quod idem est quod capra: vnde præcipitur Leuit. 4. *Quod si peccauerit anima per ignorantiam, offerat capram immaculatam,* id est,
2. exprobrationem peccati. Secundus, fletus, quod in signo secundo, sc. Aquario denotatur, Ierem 3. *Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias.* Tertius, vt in ama-
3. ritudine pœnitentiæ delectetur, quod notatur per pisces: pisces enim in mari gaudent, & ibi nutriuntur, Deut 33.
4. *Inundationes maris quasi lac sugent.* Quartus, cauere à peccato & resistere, quod notatur per arietem, qui cornibus se defendit, sicut pœnitens scientia & gratia, quæ sunt duo cornua, quibus exaltabuntur cornua iusti, Prouerb. 30.
5. *Aries nec est, qui resistat ei.* Quintus, quædam bona superbia vel indignatio contra peccatum. Vnde Hieronymus loquens ad virginem dicit: *Disce sanctam superbiã.* Et Socrates: Si scirem Deos ignoraturos, & homines ignoraturos, adhuc dedignarer peccare. Grad⁹ iste per taurum signatur. Hic est vitulus saginatus, de quo Lucæ 15. Psalm. *Et placebit Deo*
6. *super vitulum nouellum.* Sextus, quando homo aliena negotia curat vt propria, quod figuratur per Geminos Talis erat Moyses, qui dicebat Exod. trigesimo secundo cap. *Aut dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro vitæ.* Hi sunt sex gradus, quibus ascenditur ad thronum Salomonis, 3. Regum decimo. Sex
1. item gradus descendendi humiliando se. Primus, consideratio suiipsius, quod per Cancrum designatur. Cancer enim retrograditur, Naum vltimo, *Intra in lutum, & subigens tene laterem.*
2. Secundus, Repressio prauorum motuũ, quod per Leonem cognoscitur. Sicut enim rugiente leone animalia sistũt gradum, sic quando homo rugit per dolorem

Cæli dicuntur etiã viri spirituales. *Gradus sex ascendendi ad Deum.* *Descendẽdi item sex gradus.*

rem, praui motus sistunt, Psal. *Rugiebam à*
3. *gemitu cordis mei.* Tertius, Consideratio propriæ infœcunditatis, quod intelligitur per virginem, Ioel.1 *Plange quasi*
4. *virgo accincta sacco.* Quartus, Ponderatio peccatorum & beneficiorum Dei, quod per libram ostenditur, Eccl 42. *Quæcunque trades numera & appende, datum vero omne scribe.* Iob 6. *Vtinam appenderentur peccata.*
5. Quintus, remorsus conscientiæ, qui per scorpionem declaratur, quia ad vltimū pungit cauda Ezech. 2. *Inter scorpiones habitas.*
6. Sextus, consideratio naturalium defectuum, sc. famis, sitis, &c. & hoc per sagittarium demonstratur, Thren 3 *Posuit me quasi signum ad sagittam* Prou.7. *Donec transfigat sagitta cor eius.* Iob 6. *Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meū.*
Vel Vel aliter nota gradus. Primus est do-
1. ctrina fidei & humilitas. Secundus, Fi-
2. des, Heb.10. *Accedentem ad Deum oportet cre-*
3. *dere.* Tertius, Dilectio crediti, quia cha-
4 ritas dat esse, vt forma. Quartus, Conformitas operis August. *Non locis, sed meritis ad Deum accedimus.*
5 Quintus Perseuerantia, Matth.10. *Qui perseuerauerit vsque in*
6 *finem, hic saluus erit.* Sextus, Dissolutio corporis & animæ. His accedite propiùs ad Dominum, vt fecit defunctus noster, & illuminabimini, & facies vestræ nō con-
Vel fundentur. Item aliter. Primus, exerci-
1. tium per tribulationes, Psalm. *Quantas o-*
2 *stendisti mihi tribulationes?* Secundus, viuificatio per gratiam. Psalm. *Conuersus viuificasti me.*
3 Tertius, reductio per pœnitentiam, Psalm. *De abyssis terræ iterum reduxisti*
4 *me* Quartus, multiplicatio per virtutes,
5 Psalm *Multiplicasti magnif. tu* Quintus, consolatio per opera, Psal. *Conuersus consolatus es*
6 *me* Sextus, confessio, Psal *Nam & ego con-*
7 *fitebor tibi.* Septimus, gaudium & exulta-
8 tio, Psalm. *Exultabunt labia.* Octauus, me-
9 ditationis studium, Psal *Meditabitur.* Nonus, victoria, Psalm. *Cum confusi & reueriti*
Vel *fuerint, qui quærunt mala mihi.* Vel iuxta gradus S Benedicti, super illud *Qui se hu-*
1. *miliat, exaltabitur.* Primus est timor Domi-
ni. Secundus, abrenunciatio propriæ vo- 2.
luntatis, vel nō amare propriam volun- 3.
tatem Tertius, obedientia Quartus, pa- 4.
tientia. Quintus, confessio peccatorum. 5.
Sextus, contemptus sui. Septimus, præ- 6
ferre alios sibi Octauus, nihil singula- 7.
riter agere. Nonus, tacere vsque ad in- 8.
terrogationem. Decimus, non esse faci- 9.
lem ad ridendum Vndecimus pauca & 10.
rationabilia loqui. Duodecimus, statu 11.
& habitu humilitatē prætendere. Item 12.
per sex gradus sunt opera misericordię.
Adde, quòd gradus septem sunt quibus ascenditur in cælum, in quo est terminus amoris, sc. contemplatio, in quam ascē-dit homo septem gradibus. Primò con- *Item 7. gradus ascenditur in cælum.*
templans ea, quę sunt tantum vt lapides 1.
& huiusmodi. Secundo ea, quæ viuunt 2.
tantum, vt plantæ & herbæ. Tertio, ea, 3.
quæ sentiunt, vt animalia bruta. Quar- 4.
to, quæ discernunt vt homines. Quinto, 5.
ea quæ comprehendunt, vt angelos & animas glorificatas. Sextò, Christi hu- 6.
manitatem, per ea quæ pertulit in carne. Septimo, eius diuinitatem, & totam 7.
Trinitatem.

Ad cælum ergò cōtendamus & suspiremus, id est, ad ciuitatem habitationis, quia ibi est ciuium vnitas, idem volunt, idem nolunt, & in Deo omnes conueniūt. Ibi etiam est habitatio, quæ dissolui nequit, sicut habitaculum vitæ præsentis, 2.Cor.5. dicebat ille, cuius conuersatio erat in cælis *Scimus, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis.* Et quia hanc fecit Dominus nobis, non nostris meritis, sed pura misericordia, ex his causis rectè dicitur, *ciuitas habitationis.* Quam nobis concedat Deus habitandam in sæculorum sæcula. Amen.

De gaudijs cæli, (quæ comparantur cœnæ) & benedictionibus.

Beatus quem elegisti & assumpsisti: habitabit in atrijs tuis, replebimur in bonis domus tuæ. Ps. 64.

Omnes quidem sunt vocati, pauci electi, & nec electi assumuntur omnes, testis est Iudas, Ioan. 6. *Nonne vos elegi duodecim, & vnus ex vobis diabolus est?* Beatus itaque qui eligitur & assumitur *Duo erunt in agro, duo in vno lecto, & c vnus assumetur, alter relinquetur.*

Hostes multi impugnant.

Tanti enim hostes sunt viri iusti, vt clamet cum Psal. 58. *Eripe me de inimicis meis Deus meus.* Non enim ab vno infestatur, sed à multis. A mundo retinente Hym. *Hi sunt qui spernens mundum inhorruit.* Non enim facile est euadere manus mundi.

A mundo retinente. Diabolo. Luxuria.

A diabolo impellente, Psal. *Angelus Domini coarctans eos.* A luxuria lubricante, Thre. 4 *Lubricauerũt vestigia nostra in itinere platearum vestrarum.* vbi scil. sunt mulieres & Choreæ.

Gula.

A gula inebriante, Gen. 19 *Duæ filiæ Loth eum inebriauerunt:* duæ filiæ istæ, sunt luxuria & gula, vel comestio & potatio superflua, quæ senes infatuant.

Auaritia. Tristitia. Ira. Inuidia. Inanis gloria. Superbia. Gregor.

Ab auaritia onerante, Gregorius: *Ad compedes onerat, quicquid præter necessitatem accumulat.* A tristitia suffocante, Eccl. 38. *Tristitia cordis flectit ceruicem.* Ab ira interficiente, Iob 5. *Virum stultum interficit iracundia.* Ab inuidia cruciante. Ab inani gloria interiora deuastante, Eccl. 42. *De vestimentis nascitur tinea,* id est, de operibus inanis gloria. A superbia excæcante, Gregorius: *Tumor mentis obstaculum.* Isti autem inimici, si in pace dimitterent hominem, sicut multi sunt inimici, qui tamen nunquam insurgunt, adhuc possent tolerari sed ipsi tota die insurgunt. Vnde petit propheta, *Et ab insurgentibus in me, libera me,* id est contra me, *libera me.*

Hostiũ supradictõ conatus.

Mundus enim insurgit cõtra iustos species rerum visibilium repræsentando, & quandoque eos persequendo, diabolus continuè mala suggerendo, luxuria oblectationibus alliciendo, gula necessitatem præsentãdo, auaritia casus emergentes ante oculos ponendo, tristitia, difficultatem, & propriam impotẽtiam ostendendo, Ira illatam iniuriã ad memoriam reducendo, inuidia aliena bona pinguiora ostendendo, inanis gloria propria bona numerando & æstimãdo, superbia multa de seipso suggerendo. Ideò *beatus quem elegit & assumpsit*, quia replebitur ibi gaudijs 12. quæ significãtur per fructus 12. arboris Paradisi de quo dicitur. Apoc. 22. *Ex vtraque parte fluminis erat lignum vitæ afferens fructus duodecim, per singulos menses reddens fructum suum.* Sunt autem sex illorum de euasione mali, & sex de adoptione boni.

Gaudia cæli.

Anima enim quamdiu est in corpore, est quasi vincta in carcere, & quando egreditur, tunc liberatur à carcere. Vnde Primum gaudium est de carceris absolutione, vnde quidã de captiuis clamat: *Educ de carcere animam meam,* & Paulus Rom. 7. *Infælix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et alius: *Memento mei, cùm bene fuerit tibi, vt suggeras Pharaoni, vt educat me de carcere isto.* Ideò sancti, quia reputant corpus suum carcerem esse spiritus, ipsum vigilijs, ieiunijs, disciplinis affligere non cessant, vt incarceratus spiritus liberetur & coronetur. Sciunt enim quòd in exitu suo coronabitur Eccl 4. Interdũ quis de carcere cathenisq; egreditur ad regnum. 1

Secundum, De vinculorum ruptione, quæ sunt corporis necessitates, id est, fames, sitis, frigus, calor, lassitudo, infirmitas, & ad vltimum mors siue necessitas moriendi. His septem vinculis ligauit Deus hominem misericorditer post peccatum quasi insanum, ne in ipsum & alios desæuiret, sed homo quàsi insanus pro posse suo hęc vincula conatur rumpere. Vnde Ier. 2. *A sæculo cõfregerunt iugum,* 2

ruperunt vincula. Fames enim & sitim per crapulam & ebrietatem, frigus per vestium multiplicationem, calorem per vestium subtilitatem, laborem lassitudinis per otium & quietem, infirmitatem per medicinas & electuaria, mortem omnino soluere non possunt, sed faciunt quod possunt. Sancti vero vincula nō volunt rumpere, quousque ipse Dominus qui ligauit in morte dirumperet, Psal. *Dirupisti Domine vincula mea.*
3 Tertium. De exilij terminatione, id est, mundi egressu in quo sancti sunt quasi in exilio. Vnde nunc *Incola ego sum in terra.* Et bene mundus dicitur exiliū, quia est penuriosus, solitarius & horridus, Deut 32. *Inuenit eū in terra deserta in loco horroris & vastae solitudinis.*
4 Quartum. De hostium diabolorum euasione, Psal. *Benedictus Deus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Laqueus contritus est,* &c. Et non solum de euasione, sed & de exterminatione eorum, Psal. *Laetabitur iustus cum viderit vindictam.*
5 Quintum. De tenebrarum exterminatiōe. Quamdiu enim spiritus fuit in carnis carcere, fuit in tenebris ignorantiae. *Ignorat enim finem suum,* Eccl. 9. *Nescit homo, vtrū amore, an odio dignus sit.* Item nescit, quod ipse sit spiritus, & quomodo sit aeternus, & vnus, & huiusmodi, quae post exitum sciet, 1. Cor. 13. *Videmus nunc per speculum in aenigmate: tunc autem à facie ad faciem.* 1. Ioan. 3. *Charissimi, nunc filij Dei sumus: & nōdum apparuit quid erimus, scimus enim,* &c. Tob. 4. *Quale gaudium erit mihi, qui in tenebris sedeo, & lumen caeli non video?*
6 Sextum. De amicorum ornatione & gratulatione. Cōsuetudo enim est quod peregrino reuertenti occurrunt amici gratulantes eius aduentui, sic angeli occurrunt sanctis, & sancti viris iustis in morte congratulantes eis. Vnde Ps. 20. *Quoniam dabis eum in benedictionem in saeculum saeculi, laetificabis eum in gaudio cū vultu tuo. Venite benedicti patris mei* Matth. 25. Ps. *Benedicat Dominus populo suo in pace* & in hac benedictione concurrent duodecim quae notātur, Gen. 27. *Det tibi Deus de rore caeli, et de pinguedine terrae abundantiam.* Primum benedictione notatur in rore, id est refrigerium & protectio contra aestum tribulationes, Psal. [illegible] *Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium.* Secundum, *in pinguedine terrae,* in qua 1
notatur stabilitas & firmitas in bono. 2
Quia inter elementa firmior est terra, Psal. [illegible] Eccl. 1. *Generatio aduenit, generatio praeterit, terra autem in aeternum stat.* Tertium, dicen- 3
do, *frumenti,* in quo notatur omnis defectus suppletio & amotio, Apoc. 7. *Non esurient neque sitient amplius.* Quartum, Vini, 4
in quo notatur obliuio omnium miseriarum, Prou. 31. *Date siceram maerentibus, & vinum his qui amaro sunt animo, bibant & obliuiscantur egestatis suae, & doloris sui non recordentur amplius,* Isa. 65. *Obliuioni traditae sunt angustiae priores.* Quintum, *In oleo* per quod no- 5
tatur gaudium ineffabile. Psal. *vt exhilaret faciem in oleo,* Isa. 51. *Laetitia sempiterna super capita eorum, gaudium & laetitiam tenebunt, & fugiet dolor & gemitus.* Sextum dicit *serviant tibi populi,* per quod notatur, quod o- 6
mnis creatura seruiet voluntati eorum Matth. 25. *Euge serue bone & fidelis, quia in pauca,* &c. Septimum dic. *Adorent te tribus,* per 7
quod signatur honor quem habebunt, Sap. 5. *Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors eorum,* Psal. *Gloria & honore coronasti eum.* Octauum, *Esto Dominus fratrum tuorum,* in quo signatur participa- 8
tio omnium bonorum. Sicut enim lucēte sole omnes participant lumine sine diminutione & praeiudicio alicuius, ita quilibet sanctus participabit gaudiū alterius, Ps. *Particeps ego sum omnium timentium te.* Nonum, *Curuentur ante te filij matris* 9
tuae, per quod intelligitur regnū omnium dominium, Ps. [illegible] Decimum. 10
Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus. In quo notatur vindicta inimicorum, Apoc. 6. *Vsquequo Domine non iudicas & vindicas sanguinem nostrū, de his qui habitant in terra? Et datae sunt illis singulae stolae albae,* sc. animae, *& dictum est illis, vt requiescant tēpus adhuc modicum, donec compleatur numerus conseruorum & fratrū eorū, qui interficiendi*

Benedictiones 12. da-

11 cien di sunt si ut & illi. Undecimum, qui benedixerit tibi, sit ille bened. per quod notatur remuneratio amicorũ & benefactorũ, Matth. 10 Qui potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedẽ suã.
12 Duodecimum, notatur in osculo Isaac, in quo signatur coniunctio Christi cum Ecclesia: quia sicut nulla est diuisio inter os[...] ita nulla erit diuisio inter Christum & Ecclesiam, hoc est osculum sponsæ. Cant. 5. Osculetur me osculo oris sui. Hę sunt benedictiones filiorũ Israël. Gen. penult. & Deut. penult. Exultabunt sancti in gloria, Ps. 149. ut illi beati, qui ad cœnam agni vocati sunt. vbi primo requiritur temporis opportunitas: sic cœna vitæ æternæ fit post aquas tribulationis, post ventos tẽtationis, post hyemem persecutionis, sicut nuptiæ tẽporales obseruato tempore læto fieri solẽt. Secundo, locus amœnus, qui erit cælum Empyreum, omni consolatione refertũ. Tertio, Inuitator erit alacer, qui dixit: Venite ad me omnes. Matth. 11. Et iterũ. Ecce ego dispono, sicut disposuit pater meus, Luc. 22. Quarto, Diuersitas ferculorum quæ est beatitudo diuersorum obiectorum: nam primũ obiectum beatorum est essentia diuina, quam perfectiones essentiales ab ea formaliter distinctæ, quasi circunstant tanquam pelagus infinitũ. Est ergò diuersitas ferculorũ essentialis & accidentalis animæ, & corporis sicut declarãt Theologi. Quinto, Cõmẽsales in illis fœlicibus nuptijs dignissimi, & nobilissimi sunt huic obiecto tanquam mensæ nuptiali intendentes. Inter quos prima est diuina voluntas huic obiecto, primo per se necessario & immobiliter inhærens, secundo est voluntas creata beata, id est, oẽs beati spirit⁹, quorũ primus est filius Dei Iesus Christus homo, beata Virgine matre comitãte, & sic ordine suo sancti. Sexto, Ministri sunt angeli pro quãto animas beatas in paradisum portãt Lu. 16 de Lazaro, & quarũ animarũ præsẽtia animæ beatæ gaudẽt, & ministrare fercula gloriæ dicuntur. Septimo, Luminariũ claritas erit lucer[...] & corporũ beatorũ, [...] funalia vincunt. Octauo, sonorũ varietas erit Citharædorũ Citharizãtiũ in Citharis suis. Nono, Cœnæ diuturnitas, æternæ vitę cõmunitas [...] beatificus sanctorũ, id est fruitio, nũquã interrũpitur. Decimò, Securitas nunquã amittẽdi illã gloriã. Ita speramus quod defunctus noster ex illis sit, quos Dominus elegit & assũpsit: ita vos orate, vt eligamini & assumamini, vt benedictionẽ in die iudicij capiatis, vt ad cœnã illam venire mereamini exultãtes & laudãtes Deũ Deorũ in sæcula sæculorũ, Amen.

Marginalia (left): Exultabũt sancti in gloria. Temporis opportunitas. Locus amœnus. Inuitator alacer. Diuersitas ferculorũ. Commẽsales. Ministri.

Marginalia (right): Luminariũ claritas. Sonorum varietas. Cœnæ diuturnitas.

Cõcio valedicẽtis prædicatoris.

Amen, amen dico vobis, qui accipit, si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. Ioan. 13.

HAEc verba sunt Saluatoris nostri, quę, vt Ioãnes Archieuãgelista testis est, protulit paulo antè passionẽ suã, vt cum ipse iam ad patrem vaderet, disposuit Apostolos, discipulos & prædicatores, qui per totũ mundum Euangeliũ prædicarent omni populo, eũq; ad Christũ adducerent, vt crederent & saluarẽtur, nec per absentiam Christi quid paterẽtur, quod esset ad eorum salutẽ. Idẽ affirmat testis omni exceptione maior S. Matthæus c. 10. cum mitteret Christus Apostolos suos in vniuersam terram, & instrueret, quid agere deberẽt, addidit: Qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum, qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, prophetæ mercedẽ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Hoc ipsum refert S. Lucas c. 10. cũ dixisset Christus, vt ingredientes domũ quãcunq;, pacem annunciarent, & dicerent: Appropinquauit in vos regnum Dei: Et vbi eos non susciperent, exeuntes in plateas ciuitatis, dicerent: Etiam puluerem,

Marginalia (right): Prædicatorũ vocatio & missio. Puluis in ingratos excutiẽdus.

uerem, qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos; tamen hoc scitote, quia appropinquauit regnum Dei. concludit tandem: *Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum, qui me misit.* Ita ego diuina ordinatione & superiorum meorum, & amore Christi, tùm vestrum omnium, quorum salutem sitiebam, non quicquam vestrum, præter solitum subsidium conseruationis, quærens aut desiderans, veni ad vos, Pacem Christi vobis ferens & annuncians, in qua pace vixistis hactenus, Deoq; grati serui, amici & fratres extitistis; pax enim est, quæ filios Dei commonstrat: in qua pace opto vobis à Deo vt viuatis & saluemini, & pax Christi sit semper in cordibus vestris, Amē. Pro parte autem Dei & superiorum meorum, Vocationi reluctari nec debui, nec volui, quātumuis imparem me cognouerim. Quia *melius est obedire, quàm sacrificare.* Et immensa à Deo consequitur præmia, vt docet Ius Canonicum, qui superiorum suorum obtemperat voluntati. Et S. Gregorius docet, quod cui Deus dat officium, dat etiam gratiam illud peragendi. Itaque *ille qui misit me ad vos*, vt ait Paulus 1. Tit. 2. & dixit illud, Exod. 3. *Vade ad filios Israel, & dices ad eos: Deus patrum nostrorum misit me ad vos, vt educam vos de afflictione Aegypti in terram fluentem lacte & melle:* ille idem mihi præcepit, vt vos ex Aegypto è tenebris errorum & vitiorum deducerem, & in loco pascuæ collocarem, educarē super aquam refectionis, & animas vestras doctrinis & monitis salutarib. ex fonte scripturę Sacræ depromptis conuerterem, quod me fecisse, & vos libenter audijsse, ego vester testis, vos meus, nostrum omnium Deus est. Monuit me ad hoc etiam, quod S. Ambrosius in sermone sanctorum Geruasij & Protasij, commendauit. dic. *In diuinis voluminibus reus scribitur, qui non studuerit dare gratis, quod ipse à Deo gratis accepit. Quicquid enim Ecclesiæ Domini, & animabus profuturum erat, subtraxisse arguitur, qui noluerit tradere omnibus, quod ipse celaturum non accepit.* Hæc ille. Sed magis me extimulauit exemplum, Matth. 25 de seruo illo nequam, qui cum accepisset vnum talentum à Domino suo, vt cum ipso aliquid lucraretur, abscondit illud in terram, & non fecit, sicut præceperat illi Dominus. Et propterea à Domino suo valde reprehensus est, & ab eo auferri mandauit talentum illud. Deinde præcepit Dominus seruis suis dicens: *Nunc inutilem seruum eijcite, & mittite in tenebras exteriores.* Quia igitur scriptū est, Luc. 12. *Seruus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, plagis vapulabit multis.* nolui pati, vt quidquam à me desideraretur, sciens voluntatem Domini nostri, & volens etiam, tanquam seruus fidelis, eam adimplere, & si nō monuissem vos, Christus ex manibus meis sanguinem vestrum repoisceret, & non admitteret me ad præmium dicens, *Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Intra in gaudium Domini tui.* Et diabolus mihi obijcere posset in morte, dicens: illud Iob 22. *Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panē.* & quod apud Prophetam arguit Dominus: *Confractum non consolidasti*, &c. Plura in concione funebri prædicatoris supra. Itaque opportunè & importunè institi, rogaui, obsecraui, increpaui, & hortatus sum vos, vbi oportuit vt officium meum & salutem vestram promouerē, vt possem dicere cum Iob c. 31. *Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea:* nihil intermisi, sed quod ex inspiratione diuina, aut studio diligenti habui, hoc vobis communicaui: nec ita charius fuit cibus mihi, vt vobis in administratione sacramentorum, & in reliquis, quæ officij mei, vestræque decire expectationis sunt, aliquid negarem. Et si magna præstare vobis non potui, vt debui, aut volui; consolatur me illud quod scriptū est per similitudinem, Luc. 21 quod multis Pharisæis diuitibus ponentibus in gazo-

Pax offerē dā à prædicatoribus.

Obedientia valde obseruanda.

S. Gregor.

Officiū prædicatoris.

S. Ambros.

Prædicatorum præmia & pœna.

Prædicatore [illegible]

gazophylacio templi, id est in arca, multas pecunias, accessit postremò & quædam mulier paupercula, quæ obtulit duo æra minuta, plus cæteris misisse à Domino commendatur, eo quod cum maiori charitate totum contulit, quod habebat. Et Apostolus 1. Pet. 4. *Sicut accepistis gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei.* Neque meam vtilitatem vestræ antepofui, audiens quid gentilis licet, sapiens tamē dicit Platoni in Timæo: *Tanto quis Deo est similior, quanto in bonis suis communior est & vniuersalior.* Ita ego Martham egi, non Magdalenam. Et quanta dilectione feci, possum dicere cum Paulo, Phil. 1. *Testis est mihi Deus, quomodo vos omnes cupiam in visceribus Iesu Christi:* Nec scio ex vobis esse aliquem, ita Deo & veritati contradicentem, vt mihi de ipso poterat dici illud, Matth. 7. *Noli sanctum dare canibus.* Sed nec hoc de vobis conqueri possum, quod scribit Gregor. in pastorali. c. 10. *Difficile est, vt quantumlibet recta denuncians, prædicatio eius, qui non diligitur, libenter audiatur.* Et Seneca declamationum lib. 10. in proœmio: *Magna debet esse eloquētia, quæ inuitis placeat.* Imò in hoc possum gloriari, sc. de vobis quod ait Chrysostomus super Matthæum: *Signum studiosi agricolæ, est messis fœcunda. Signum boni negotiatoris, est theca referta: Signum verò gratiosi prædicatoris, est Ecclesia plena hominibus.* Qui quidem concursus adiuuat prędicatorem. Nam Tullius 2. de Oratore dic. *Quemadmodum tubicinæ sine tibijs canere, sic & Orator, sine multitudine audientiæ eloquens esse non potest.* Et ideò Eccles. 32. monemur: *Vbi non est auditus, ibi non effundas sermonem.* Nam prædicatores communiter prædicant de rebus, quæ generaliter ad omnes pertinent, & idcircò, quod omnes tangunt, vellent ab omnibus audiri, ad hoc requiritur concursus populi, alias videntur ingrati & neglecti. Vt enim inquit Salomon, Prouerb. 14. *In multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia principis.* Sed & ego Dei beneficio vobis protuli subtilia, quantum intellectus vester nobilissimus potuit capere, alias, vt dicit Augustinus: *Nihil prodest clauis aurea, si aperire, quod volumus, non potest.* Nam in libr. de doctrina Christiana docet, Quod eloquens in verbis suis agere debet, vt veritas pateat, placeat, & moueat. Ne diceretur de me illud, Iob tertio, *Quis est iste innoluens sententias sermonibus imperitis? Is enim est eloquens*, iuxta Tullium in secundo de Oratore, *qui & humilia subtiliter, & alta grauiter, & mediocria temperate in inuat.* Præterea vera & vtilia, non mendacia protuli vobis, seruans illud Hieronymi ad Nepotianum dic. *Neminem specialiter sermo meus pulsauit, generaliter de vitijs disputatio est.* Qui igitur mihi irasci voluerit, prius ipse de se, quòd talis sit, confitebitur. Deindè & mediocritatem obseruaui, ne nimis prolixus, nec nimis breuis essem, iuxta beatum Gregorium super Ezechielem. Pauca loquenda sunt, & forsan hæc vtiliùs proderunt; quia sæpè alimenta, quæ minus sufficiunt, auidius sumuntur. Si autem ei, qui multa ferre non valet, verbum exhortationis longiùs trahimus, auditorem nostrum ad fastidium ducimus, quo vehementer abstinui. Debent enim secundum exhortationem sancti Francisci cap. 9. regulæ, *Examinata & casta eorum esse eloquia.* Propter hoc & illud obseruandum, Prouerbiorum vigesimoquinto, *Mel inuenisti, comede quantum sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud.* Et Isidorus soliloqu. lib. 2. cap. 3. *Sint verba tua pauca, tolle verbositatem sermonis superflui, multiloquium enim non effugiet culpam, sapiens vero paucis vtitur verbis.* Insuper varietatem amaui, ne idem & idem repetendo, essem fastidiosus, monente sancto Bernardo in Apologia sua: *Similitudo re-*

Marginal notes (left): Predicatio ... dilectio; Gregor.; ...nus ... prædi...; Predicatio ... generalis ... prædi...

Marginal notes (right): *Subtilia quæ prædicare et quomodo debet.* *Eloquens quis.* *Mediocritas à prædicatore obseruanda.* *Varietas à prædicatore adhibenda.*

rum aliquando molestat, varietas verò fastidium tollit. Et Cassiodorus libr.7. Epistolarum: *Nemo dubitat homines suauiter ex varietate recreari: Quia in continuatione magnum constat esse fastidium. Dulcedo nulla est si assiduè assumatur omnibus perhorrescit.* Hæc ille. Ad hæc autem valet multa & varia omnium authorum lectio, & sic quando prædicator varia profert, auditores. primò, Curiositatis ergò veniunt, postea etiam aliquid capiunt, quod illos trahit ad salutem. Prædicatores enim sunt sicut venatores aut piscatores. Aliquos cupiunt, aliquos non. Lucæ quinto, *Domine in verbo tuo laxabo rete.* Sunt qui timent ardua loqui, aut contra potentes, Psalm. *Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Vel alij abstinent, ne capiantur, vt superbus non vult audire de humilitate, luxuriosus de castitate. Inde fit quod qui non capit rete prædicationis, capiet rete dæmonis, iuxta illud Iob. *Apprehendet sapientem in astutia sua.* De optimatibus, Ieremiæ quinto, *Hi simul magis confregerunt iugum, ruperunt vincula.* Vnde Christus non cepit nisi duos è sapientibus, Gamalielem & Nicodemum: de nobilibus, Paulum, qui erat ciuis Romanus, & Zachæum ex diuitibus: de principibus, Centurionem & Regulum, de infimis & simplicibus multos, iuxta illud, 1.ad Corinth. *Videte vocationem vestram fratres, quia non multi potentes, non multi sapientes, non multi nobiles, sed quæ infirma, stulta & ignobilia sunt mundi elegit Deus, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.* Aliqui non capiuntur quia sunt lubrici, sicut anguillæ, & lubricant de culpa in culpam iuxta illud. Thren. *Lubricauerunt vestimenta nostra*, &c. Sed spero per Dei gratiam, quòd fuerim ex illis venatoribus & piscatoribus, de quibus Dominus, Ierem.16. *Ecce ego mittam piscatores multos, & piscabuntur eos. Et post hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur illos.* Adhibui, vt scitis, ad doctrinam meam exempla, rationes, & authoritates, vt esset solidior apud omnes, secutus doctrinam Pauli ad Roman 1. dicentis. *Sapientibus & insipientibus debitor sum:* & ne de me diceretur illud, Thren. 4. *Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.* Tamen iuxta cuiusque qualitatem & capacitatem, monente Gregorio Nazianzeno. *Non vna ad eadem exhortatio omnibus congruet, quia nec cunctos eadem peccatorum qualitas astringit. Sæpe enim alios offendunt, quæ alijs prosunt. Quia plerunque quæ hæc animalia nutriunt, alia occidunt. & ... equos mitigat, qui catulos instigat. Et medicamentum, quod hunc morbum sanat, alteri vires iniungit. Et panis qui vitam fortium roborat, paruulorum vitam necat. & chordæ consonam modulationem reddunt, quæ vno plectro quidem, sed non vno impulsu feriuntur. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum, vt ars sua congruens singulis, & tamen à communi ædificationis arte nunquam discedat.* Hæc ille. Hæc est causa quod prædicatores dicantur *sal terræ*, sine sale cibus non placet. Iob.6. *Quomodo potest quis comedere, quod non est sale conditum?* Si verò nimium salis in cibo ponatur, etiam amarescit Debet ergò sermo qui vniuersum genus humanum condiat, valde discretus esse, Col 4. *Sermo vester semper sit in gratia sale conditus*, vt omnia moderatè, & secundùm mensuram prædicent. In cuius figuram præceptum fuit, Leuit.2. vt in omni sacrificio poneretur sal. Et sicut prudens agricola plantat in suo viridario arbores diuersas, vt pro qualitate & diuersitate temporum diuersos fructus recipiat: sicut factum est in paradiso: aut qui diuersa semina spargit, vt fructus etiam alcantur: ita varietate materiæ vsus sui, vt docerem & delectarem, pro qualitate temporis & ingenij vestri acumine, & puto quod in terrá pinguem, non in macram seminauerim verbi Dei semen. Necessariæ præterea sunt authoritates vndequaque ex autho-

Lectio variorum authorum necessaria.

Prædicatores quibus cōparantur. Capiunt & capiuntur qui?

Christi quot cepit prædicatione sua.

Exempla, rationes et authoritates a prædicatore allegandæ.

Quæ cui proponēda.

Prædicatores sunt sal terræ & quomodo.

Varietas conducit.

authoribus grauissimis & classicis desumptæ. Firmior enim est sententia, quæ authoritate sapientis inducitur. Maxime tamen valent authoritates veteris ac noui testamenti. Vnde Saluator Matth. 5 *Omnis scriba*, id est, prædicator doctus, in regno cælorum, scil. in Ecclesia militante, *Similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera*, scilicet veteris ac noui testamenti testimonia. Rudiores vero egent exemplis, quibus & in Ecclesia imagines & ceremoniæ proponuntur. Seneca ad Lucillum epistola 6. *Lōgum iter est per præcepta, breue autem & efficax per exempla. Plato & Aristoteles, & omnis turba sapientum, plures ex moribus, quam ex verbis traxit.* Hæc ille. Sic ego vobiscum egi, Auditores, dimittens nimios clamores exclamationum, sed benignè, paternè, fauorabiliter res sacras & necessarias vobis proposui & commendaui. Tandem meministis, Auditores, quod in principio dixi, & verum fateor, nullius rei cupiditate qua ego solus delectarer & contentus redderer, sed propter amorem Dei & vestram salutem, quam vnice desideraui & quantum in me fuit, promoui, vt & ipsi accederetis ad amorem Dei, atque in vobis arderet ignis diuini amoris, qui amor nunquam potest esse otiosus. Vnde possum dicere illud, Lucæ duodecimo, *Ignem veni mittere in terram hanc, & quid volo, nisi vt ardeat?* Sed quomodo ego persuaderem nisi persuasus ipse & alios inflammarem, nisi ipse prius accensus fuissem, cùm secundum Philosophum 1. de generatione, *Agens agat in patientem trahendo ipsum in naturam suam.* Vnde psalmista: *Ignis a facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo.* Et alibi propheta: *Eloquium Domini inflammauit eum.* Sic gratulari possum, quamuis non ea mente vos reputaui impios, quod fecerim mea *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.* Vos magis fuistis confirmati & inflammati, quam conuersi, tamen si & impij fuerant, & conuersi, Deo agamus & agimus gratias, cuius solius est hoc beneficium. Vana alias est lingua prædicatoris, teste etiam D. Gregorio *Lingua prædicatoris in vanum laborat, si ardore & fl[amma] charitatis ignita non fuerit.* Et Paulo 1. Corint. 13. *Si linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum sicut æs sonans, aut cymbalum tinniens.* In hūc finem datus est Spiritus sanctus Apostolis in linguis igneis, vt possent calefacere corda auditorum, Actor. 2. Et sic Petrus statim accepto Spiritu sancto, conuertit in vno sermone circa tria millia hominum. Et ita rogaui Dominum, vt in me verificet illud, quod de Elia Propheta scribitur, Eccles. 48. *Surrexit quasi ignis, & verbum eius quasi facula ardebat.* Et poteratis aliquando dicere vos, tanquam boni auditores, me secundum Deum & conscientiam vestram loquente, illud Luc. 24. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum aperiret nobis Scripturas?* Et quilibet vestrum etiam dicere poterit, dando Deo gloriam non mihi seruo suo quantumuis exiguo, at vt spero, fideli, illud Thren. 1. *De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me.* Et si possetis videre cor meum, animam meam, sensus & cogitationes meas, & ea quibus spiro & spero, cognosceretis vtique, quanta charitate vobis prædicauerim: possū enim non immerito dicere illud, quod scriptū est, Cant. 5. *Amore langueo.* Vellem enim & me vobiscum, & vos mecū esse in æternis illis cælorū gaudijs, vbi cessabit omnis spes, fides & expectatio & regnabit sola charitas, charitas autem Deus est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Nunc vero cum cursum laborum meorum peregerim, & hic terminus [illegible] instat, quo compulsus superiorum meorum voluntate, inuitus alio [illegible], & quando vobis, vti probè scio, inuitis alio [illegible] conferre oportet, absit quod [illegible] etiam puluerem de pedibus meis, quare,

Authoritates adhibēda.
Exempla sunt pro rudioribus.
Amor Dei & proximi debet prædicatorem mouere.
Auditorum profectus.
Terminus laborum meorum … prædicatorum …

me libenter excepistis & audiuistis, quia *appropinquauit in vos regnum Dei.* Sed nec cum Christo duritiam cordis vestri, & incredulitatem exprobrare possum, sed sicut sanctus Paulus Actor. vigesimo, maioribus natu Ecclesiæ Ephesinæ, properans ad diem festum Pentecostes Hierosolymam, locutus est, ita ego vobis dilectis meis in visceribus Christi, nunc toto corde, & in charitate dico. Vos scitis à prima die, qua ingressus sum hanc ciuitatem vestram, & hanc qua conscendi cathedram, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, seruiens Domino cum omni humilitate & lachrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt, non adulterans, sicut plurimi, verbum Dei 2 Corinth. 2 sed ex synceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo in Christo locutus sum, & quo modo nihil subtraxerim vtilium, quæ minùs annunciarem vobis, & docerem vos publice & per domos testificans vobis in Deum pœnitentiam & fidem in Dominum nostrum Iesum Christum. Et nunc vadam, quo Deus & superiores mei voluerunt, neque quidquam verear, nec facio animam meam pretiosiorem, quàm me, dummodo consumem cursum meum, & ministerium, quod accepi à Domino Iesu, testificari Euangelium gratiæ Dei. Et nunc nescio an amplius videbitis faciem meam, aut ego vestram, in hoc statu & gradu quo nunc conuenimus. Quapropter contestor vos hodierna die, quia mundus sum à sanguine omnium, quem alias iustus iudex è manibus meis esset postulaturus. Non enim subterfugi, quo minùs annunciarem omne consilium Dei vobis. Attendite ergò vobis & vniuerso gregi, vt maneatis in Ecclesia sanctissima Catholica, quam acquisiuit Christus Iesus sanguine suo pretioso, ne intrent post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Propter quod vigilate & orate, ne intretis in tentationem, sed Iesus Christus liberet vos à malo, vt quæ recta & sancta vos docui, conseruetis in illum diem, quo ego pro vobis & quisque vestrum pro se reddet rationem rigidissimo rerum omnium exactori & iudici Deo, de quo coram eodem Deo cognitore cordium & coram vobis omnibus hodierna die & coram tota cælesti curia solenniter protestor. Eritis enim mihi testes & hic, & in futuro. Et nunc commendo vos Deo & verbo gratiæ ipsius, qui potens est ædificare, & dare hæreditatem in sanctificatis omnibus. *Argentum & aurum & vestes nullius concupiui.* Sicut autem sanctus Paulus positis genibus suis orauit cum illis omnibus atque magnus fletus factus est omnium, & procumbentes super collum Pauli osculabantur eum, ita in charitate Dei complector vos omnes & singulos, neque discedatis è complexu interiori animæ meæ, licet à complexu corporis auellar, & ero memor vestrum in orationibus & sacrificijs meis vbicunque fuero, & vt vos pro me & pro vobis inuicem DEVM intercedatis, rogo suspirans & lachrymans, vt omnes salui fiamus. [Et sic benedictio Dei quasi fluuius inundabit,] Ecclesiastic. trigesimo-nono, sicut promisit ipse Deus dona & virtutes illis, quos voluit esse benedictos, Isaiæ quadragesimoquarto, *Effundam spiritum meum super semen vestrum, & benedictionem meam super stirpem tuam, & germinabunt inter herbas, quasi salices iuxta præterfluentes aquas. Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis: benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron,* Psalmo centesimo decimotertio, *benedixit omnibus, qui timent Dominum, pusillis*

Matth. 10.

Exhortatio Pauli ad Ephesinos, cui accommodatur cuiusq. prædicatoris.

Oratio, fletus, cõplexus discedentium.

Orare pro inuicem.

Benedictio Domini superquas.

Benedictus populus

pusillis cum maioribus, adijciat Dominus super vos & super filios vestros benedicti estis & sitis in æternum à Domino, qui fecit cælum & terram. Veniant super vos vniuersæ benedictiones istæ, Deut. 28. & apprehendant vos, si tamen præcepta eius audieritis. Benedicti vos in ciuitate, & benedicti in agro. Benedictus fructus ventris vestri, & fructus terræ vestræ, fructusque iumentorum vestrorum, greges armentorum vestrorum, & caulæ ouium vestrarum. Benedicta horrea vestra, & benedictæ reliquiæ vestræ. Benedicti eritis ingredientes & egredientes. Dabit Dominus inimicos vestros, qui consurgunt aduersum vos, corruentes in conspectu vestro: per vnam viam venient contra vos, & per septem fugient a facie vestra. Emittat Dominus benedictionem super cellaria vestra, & super omnia opera manuum vestrarum: Suscitet vos Dominus sibi in populum sanctũ, si custodieritis mandata Domini Dei vestri, & ambulaueritis in vijs eius. Videbuntque omnes terrarum populi, quod nomen Domini vocatum sit super vos, & timebunt vos. Abundare faciat vos Dominus omnibus bonis, fructu vteri vestri, & fructu iumentorum vestrorum, fructu terræ vestræ. Aperiat Dominus thesaurum suum optimum, cælum, vt tribuat pluuiam terræ vestræ in tempore suo, & benedicat cunctis operibus manuum vestrarum. Si tamen audieritis mandata Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis hodie, & custodieritis & feceritis, nec declinaueritis ab eis, nec ad dextram nec ad sinistram, Sed Ecclesiam sacrosanctam Catholicam matrem secuti fueritis. Et benedictio Dei patris omnipotentis, & Filij, & Spiritus sancti descendat super vos, & maneat semper. Amen. Et pro omnibus donis & beneficijs agamus gratias Deo humillima mẽte dicentes, Apoc. 7. Benedictio & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum.

Gratiarum actio ad Deum.

Amen.

Planctus hominis peccatoris.

IOb 1. Quare misero data est lux & vita his qui in amaritudine sunt, gaudentque vehementer, cùm inuenerint sepulchrum? Quare nõ in vulua mortuus sum, egressus ex vtero non statim perij? Psalm. 3. Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me, multi insurgunt aduersum me: multi dicunt animæ meæ, non est salus ipsi in Deo eius. Iob 3. Antequam comedam suspiro, & tanquam inundantes aquæ, sic rugitus meus: quia timor quem timebam, euenit mihi, & quod verebar, accidit: nunne dissimulaui? nonne silui? nonne quieui, & venit super me indignatio? Psalm. 21. Tribulatio proxima est. Psalm. 114. Tribulationem & dolorem inueni. Tribulatio & angustia inuenerũt me, Psalm. 21. Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Iob 6. Sagittæ Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores Domini militant contra me. Quis det, vt veniat petitio mea? & quod expecto, tribuat mihi Deus? & qui cepit, ipse me conterat, soluat manum suam, & succidat me? Quæ enim est fortitudo mea, vt sustineam, aut quis finis meus, vt patienter agam? Ecce non est auxilium mihi in me, & necessarij quoque mei recesserunt à me. Fratres mei præterierunt me, sicut torrens, qui raptim transit in conuallibus. Psalm. 21. Omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput. Psalm. 68. Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant, qui bibebant vinum. Psalm. 29. Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Iob 7. Militia est vita hominis. Psalm. 87. Repleta est malis anima mea, & vita mea in inferno appropinquabit; æstimatus sum cum descendentibus in lacum, factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Super me confirmatus est furor tuus Domine, & omnes fluctus tuos induxisti super me: Longè fecisti notos meos à me, posuerunt me abominationem sibi. Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea, in me transierunt iræ tuæ, & terrores tui contur-

bauerunt me. Circumdederunt me sicut aqua tota die, circumdederunt me simul. Elongasti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria. Psalm. 21. *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me, aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens, sicut aqua effusus sum, dispersa sunt omnia ossa mea, factum est cor meum tanquam cera liquescens, in medio ventris mei. Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti me. Circumdederunt me canes multi, consilium malignantium obsedit me.* Psal. 26. *Pater meus & mater mea dereliquerunt me.* Psalm. 30. *Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus: infirmata est in paupertate virtus mea,, & ossa mea conturbata sunt, super inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde, & timor notis meis. Qui videbant me, foras fugierũt à me, obliuioni datus sũ tanquã mortuus à corde, factus sum tãquã vas perditũ, quoniã audiui vituperationem multorum commorantiũ in circuitu, in eo dũ conuenirent simul aduersum me, accipere animã meã consiliati sunt.* Psal. 37. *Inimici mei viuunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt, qui oderunt me iniquè.* Psal. 101. *Percussus sum, vt fœnum, & aruit cor meũ, quia oblitus sum comedere panem meum, à voce gemitus mei, adhæsit os meum carni meæ, similis factus sum pelicano solitudinis, factus sum nycticorax in domicilio, vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto, tota die exprobrant mihi inimici mei, & qui laudant, aduersum me iurant, quia cinerem tanquam panem manduco, & poculum meum cum fletu misceo, à facie iræ indignationis tuæ, quia eleuans allisisti me, dies mei sicut vmbra declinauerunt, & sicut fœnum arui.* Psal. 37. *Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam, non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. Miser factus sum & curuatus sum vsque in finem: tota die contristatus ingredior. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea: afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei.* Psalm. 76. *Nunquid in æternum proiiciet Deus, & non apponet, vt complacitior sit adhuc, aut in finem misericordiam suam abscindet à generatione in generationem, aut obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira misericordias suas.* Psalm. 37. *Ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum contra me est semper. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Psalm. 37. *Domine ante te omne desiderium meum, & gemitus meus à te non est absconditus. Cor meum conturbatum est in me, dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum nõ est mecum.* Sicut seruus (Iob 7.) desiderat vmbram, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui, sic & ego habeo menses vacuos, & noctes laboriosas enumero mihi. Psalm. 138. *Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?* Iob 7. *Si dormiero, dico: Quando consurgam? & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad tenebras. Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris, cutis mea aruit, & contracta est. Si dixero, consolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in strato meo, terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties. Quamobrem elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. Desperaui, nequaquam iam vltra viuam. Parce mihi, nihil enim sunt dies mei. Peccaui, quid faciam tibi, ô custos hominum, quare me posuisti contrarium tibi, & factus sum mihimet ipsi grauis? Cur non tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormio, & si mane me quæsieris, non subsistam.* Iob 27. *Viuit Deus, qui abstulit iudicium meum, & omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam.* Iob 14. *Homo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miseriis, qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere tecum in iudicium? Quis*

potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Iob 9 [Deus cuius iræ nemo resistere potest, quantus sum ego vt respondeam ei, vt loquar verbis meis cum eo? Qui etiam si habuero quidpiam iustum, non respondebo, sed iudicem meum deprecabor, & cum inuocantem exaudierit me, non credo, quod audierit vocem meam. In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. Non concedit requiescere spiritum meum, & implet me amaritudinibus. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. Etiam si simplex fuero, ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ. *Iob* 10 [Si peccaui, & ad horã pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum esse non pateris? & si impius fuero, væ mihi est, & si iustus, non leuabo caput meum saturatus afflictione & miseria. Quare de vulua eduxisti me? Qui vtinam consumptus essem, ne oculus me videret, fuisse quasi nõ essem de vtero translatus ad tumulum?] *Iob* 13. [Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ: qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimẽtum quod comeditur à tinea.] *Iob* 10 [Loquar in amaritudine animæ meæ, dicam Deo. Noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita iudices? Nunquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, & opprimas me, opus manuum tuarum, & consilium impiorum adiuues? Nunquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, tu videbis? Nunquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui, sicut humana sunt tempora? vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris? Memento quæso, quod sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? pelle & carne vestisti me, ossibus & neruis compegisti me, vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritum meum.] Iob decimoseptimo cap. [Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, & rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est, & in tenebris straui lectulum meum. Putredini dixi, pater meus es, mater mea & soror mea vermibus. Vbi est ergò nunc præstolatio mea & patientia mea? Tu es Domine Deus meus.] Iob vigesimotertio, [Nunc quoque est in amaritudine sermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meum. Quis mihi tribuat, vt cognoscam & inueniam illum, & veniam vsque ad solium eius. Si ad Orientem iero, non apparet, si ad Occidentem, non intelligam eum: si ad sinistram, quid agam, non apprehendam eum, si me vertam ad dexteram, non videbo illum.] Iob vigesimoquinto, [Homo putredo, & filius hominis vermis Nunc in eorum Canticum versus sum,] Iob 30 [& factus sum eis in prouerbium. Abominantur me & longè fugiunt à me, & faciem meam conspuere non verentur. Redactus sum in nihilum, abstulit quasi ventus desiderium meum, & velut nubes pertransijt salus mea. Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis. Nocte os meum perforatur doloribus, & qui me comedunt, non dormiunt. Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri. Scio quia morti me trades, vbi constituta est domus omni viuenti. Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.]

Psalm.

Psalm 114. *Circumdederunt me dolores mortis & pericula inferni inuenerunt me.* Psalm. 119. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar, multùm incola fuit anima mea.* Psalm. 143 *Homo vanitati similis factus est, dies eius sicut vmbra prætereunt.* Iob 19. [Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet, vociferabor, & non est qui audiet. Miseremini mei, miseremini mei, vos saltem amici mei, quoniam manus Domini tetigit me. Dereliquerunt me propinqui mei, & qui nouerant obliti sunt mei. Sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum. Stulti quoque despiciebant me, & cùm ab eis recessissem, detrahebant mihi.] Psalm. 6. *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Miserere mei, quoniam infirmus sum. Sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valdè., & tu Domine vsquequo, conuertere Domine, & eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiam tuam, quoniam non est in morte, qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Turbatus est à furore oculus meus, inueteraui inter omnes inimicos meos.* Psalm. 10. *In Domino confido.* Psalm. 11. *Saluum me fac Domine.* Iob 19. *Scio enim quòd Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo saluatorem meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est spes in sinu meo.* Iob 1. *Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Sit nomen Domini benedictum.*

(?)

Consolatio peccatoris ex ijsdem, Iob & Dauide.

Psalm. 41. *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me, spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus.* Psalm. 49. *Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.* Psalm. 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum.* Psalm. 36. *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias. Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Tota die miseretur & commodat. Declina à malo, & fac bonum, expecta Dominum & custodi viam eius, & exaltabit te, vt hæreditate capias terram, cùm perierint peccatores videbis.* Psalm. 27. *Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.* Iob 4. *Voca ergò si est, qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere.* Iob 5. *Beatus homo, qui corripitur à Deo, increpationem ergo Domini ne reprobes, quia ipse vulnerat & medetur, percutit, & manus eius sanabunt.* Iob 11. [Atque vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi, vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quod multiplex esset lex eius, & intelligeres, quòd multa minora exigaris ab eo, quàm meretur iniquitas tua. Forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsque ad perfectum, omnipotentem reperies? Si subuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei? Ipse enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nonne considerat? Tu autem firmasti cor tuum, & expandisti ad eum manus tuas: si iniquitatem, quæ est in manu, abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, tūc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis, miseriæ quoque obliuisceris, & quasi aquarum, quæ præ-

præterierunt, recordaberis, & quasi meridianus fulgor cõsurget tibi ad vesperam, & cum te consumptam putaueris, orieris vt lucifer, & habebis fiduciam proposita tibi spe, & defossa secura dormies, requiesces, & non erit, qui te exterreat. Iob 34. *Absit a Deo impietas, & ab omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet Deus. Verè enim Deus non condemnabit frustra, nec omnipotens subuertet iudicium. Nunquid qui non amat iudicium, sanari potest, & quomodo tu eum, qui iustus est, in tantum condemnas? Qui non accipit personas principum, nec cognouit Tyrannum, cum disceptaret contra pauperem: Opus enim manuum eius sunt vniuersi. Oculi eius super vias hominum, & omnes egressus eorum considerat.* Iob 15. *Quid est homo, vt immaculatus sit, & iustus appareat natus de muliere. Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & cœli non sunt mundi in conspectu eius, quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit aquam, quasi iniquitatem.* Iob 25. *Ecce luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius.* Iob 22. *Quid prodest Deo, si iusta fueris, aut quid ei confert, si immaculata fuerit via tua: nunquid timens arguet te, & veniet tecum in iudicium, & non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas.* Iob 35. *Si peccaueris, quid nocebis ei, & si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies contra eum. Porrò si iustè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet?* Psalm. 114. *Conuertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu, placebo Domino in regione viuorum* Psalm. 9. *Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in finem.* Psalm. 7. *Deus iudex iustus, fortis & patiens, nunquid irascetur per singulos dies.* Psalm. 117. *Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. Dominus mihi adiutor, non timebo, quid faciat mihi homo. Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus. Non moriar, sed viuam, & narrabo opera Domini, castigans castigauit me Dominus, & morti non tradidit me.* Psalm. 15. *Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum.* Psalm. 77. *Diligam te Domine, fortitudo mea, Domine firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus, Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum. Viuit Dominus & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis meæ.* Psalm. 12. *Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero, ego autem in misericordia tua speraui: exultabit cor meum in salutari tuo, cantabo Domino, qui bona tribuit mihi, & psallam nomini Domini altissimi.* Psalm. 22. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum: si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.* Psalm. 118. *Bonum mihi, quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Priusquam humiliarer ego deliqui. Cognoui Domine, quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me. Fiat misericordia tua, vt consoletur me, & secundùm eloquium tuum seruo tuo, veniant mihi miserationes tuæ, & viuam, quia lex tua meditatio mea est.* Psalm. 18. *Lex Domini immaculata conuertens animas, testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda, præceptum Domini lucidum illuminans oculos* Psalm. 32. *Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius, vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.* Psal. 33. *Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde & humiles spiritu saluabit. Multæ tribulationes iustorum, & de his omnibus liberabit eos Dominus.* Psalm. 31. *Multa flagella peccatoris, sperantem autem in Domino, misericordia circumdabit.* Psalm. 30. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti timentibus te.* Psal. 38. *Locutus sum in lingua mea, notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum, vt sciam quid desit mihi: Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te: veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens: veruntamen in imagine pertransit homo, sed & frustrà conturbatur. Et nunc quæ est*

expectatio mea Domine, nonne Dominus & substantia mea ante te est? Psalm.24. Reminiscere miserationum tuarum & misericordiarum tuarũ, quæ à sæculo sunt: delicta iuuentutis & ignorãtias meas ne memineris: secũdùm misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam Domine. Propter nomen tuum propitiaberis peccato meo, multum est enim. Respice in me, & miserere mei, quia vnicus & pauper sum ego. Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte vniuersa delicta mea. Ps.50. Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mũdum crea in me Deus, & Spiritum sanctum ne auferas à me. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Ps.61. Veruntamen Deo subiecta erit anima mea, ab ipso enim salutare meum, ab ipso patientia mea. Ps.70. Quoniam tu es patientia mea Domine, Domine, spes mea à iuuentute mea, in te confirmatus sum ex vtero, de ventre matris meæ, tu es protector meus. Repleatur os meum laude, vt cantem gloriã tuam tota die, magnitudinem tuam: ne proijcias me in tempore senectutis, cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me. Quantas ostendisti mihi tribulationes, multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me: multiplicasti magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es me. Exultabunt labia mea cùm cantauero tibi & anima mea quam redemisti. Psal.88. Misericordias Domini in æternum cantabo: quoniam dixisti: In æternũ misericordia ædificabitur in cælis, præparabitur veritas tua in eis. Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque prophanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labijs meis faciam irrita. Psal.102. Benedic anima mea Domino, quæ intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui sanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. Psal.14. Suscipiens mansuetos Dominus, humiliãs autem peccatores vsque ad terram, qui redimit de interitu vitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus, qui replet in bonis desiderium tuum, renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Miserator & misericors Dominus, longanimis & multum misericors. Non in perpetuum irascetur nobis, neque in æternum comminabitur: non secundùm peccata nostra faciet nobis, neque secundùm iniquitates nostras retribuet nobis. Quoniam secundùm altitudinem cæli à terra corroborauit misericordiam suam super timentes se: quantum distat ortus ab occidente, longè fecit iniquitates nostras, quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Recordatus est, quoniam puluis sumus. homo sicut fœnum, dies eius tanquam flos agri sic efflorebit. Misericordia autem Domini ab æterno vsque in æternum super timentes eum. Ps.66. Venite & audite, & narrabo omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. Ps.144. Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis: Generatio & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronunciabunt, magnificentiã gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, & & mirabilia tua narrabunt: & virtutem terribilium tuorũ dicent, memoriã abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt, & iustitia tua exultabunt. Miserator & misericors Dominus, patiens & multum misericors, suauis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Cõfiteantur tibi Domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi. Fidelis Dominus in omnib. verbis suis, & sanctus in omnib. operib. suis, alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit oẽs elisos. Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escã in tempore opportuno, aperis tu manũ tuam, & impies omne animal benedictione. Iustus Dominus in omnibus vijs suis, & sanctus in omnibus operib. suis. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate. Voluntatẽ timentiũ se faciet, & deprecationẽ eorũ exaudiet, & saluos faciet eos. Ps.115. O Domine quia ego seruus tuus: ego seru⁹ tuus, & fili⁹ ancillæ tuæ, dirupisti vincula mea, & tibi sacrificabo hostiã laudis, & nomẽ Domini inuocabo. Ps.145. Lauda anima mea Dominũ, laudabo Dom. in vita mea, psallam Deo meo, quãdiu fuero. Ps.147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Ps.30. In te

Domine

Domine speraui non confundar in æternum. In manus tuas Domine commendo spiritum meum, redemisti me Domine Deus veritatis. Amen.

Incipit speculum peccatoris, editum à B. Augustino.

QVoniam charissimi in via huius vitæ fugiẽtes sumus, & dies nostri sicut vmbra prætereunt. Necesse est ergò corde solicito sæpius memorari, quod nostra fragilitas, nostra mortalitas, nostra infirmitas, totiens cogit obliuisci. Quid est illud, quod omnipotens Deus nobis consulit per B. Moysen dicens, Deut.32. *Vtinam saperent ac intelligerent, ac nouissima prouiderent.* Eia fratres mei charissimi, ecce faciliter poterimus euadere mortis periculũ, si diligẽter studeamus sequi diuinũ cõsilium, quod nobis pius Dominus insinuat dicens, *vtinam saperent,* &c. O fœlix & salubre consiliũ, mortis remedium, salutis antidotũ, peccatoris speculũ. O salutifera nostri redẽptoris sententia, ex qua nobis instructio sapiẽtiæ, admonitio cõtinentiæ, speculũ prouidẽtiæ, acquisitio diuinæ gratiæ, ait ergò, *vtinam saperent & intelligerẽt, ac nouissima,* &c. O admirãda bonitas nostri creatoris. O ineffabilis charitas nostri redemptoris, ô prædicanda benignitas nostri Saluatoris, nos serui nequam, serui neglıgẽtes, serui inutiles sumus, qui nostris meritis exigentibus mortem meruimus potiùs quàm vitã. Sed ecce pius auctor vitæ, ipse largitor gratiæ, ipse dator veniæ, ipse pater misericordię, nos inuitat dicens; *vtinam saperent.* Quis. n. homo perditus ac desperatus, hæc audiens, ista cõsiderans, ista perpendens, nõ vehementissimè gratuletur. & vltra quã fari possit, exultet in gaudio spiritus, quod ipsi omnipotẽti Deo, ipsi Regi sęculorũ, ipsi Domino Angelorũ, ipsi creatori omniũ creaturarũ, cura est de nobis miseris & infirmis ac desperatis peccatoribus. Ergo cura permaxima nobis inesse debet, quatenus in omnib. & per omnia, & super omnia sacris eius præceptis diligẽter obediamus, & ea deuotè diligamus, ac ea studiosè adimpleamus, ne nobis tã pius & benignus Dominus in perpetuũ irascatur, quoniã teste Apostolo, Miserabiliores ac deteriores erimus omnibus hominibus si nõ hæc fecerimus, nã verè exequẽda Domini mãdata ociosi & inanes existimus, nisi inprimis omnia odio habeamus, quæ ipsi Domino displicere cognouimus, & illa fideli corde diligamus, quæ tremẽdæ Maiestati suę placere credimus. Proinde die noctuq; exorandus est ipse clemẽs & misericors Deus, vt nobis largiatur auxiliũ, qui suũ tam piũ & salubre pręstat consilium dicens; *vtinã saperent,* &c. Valde mira, vtilis ac salubris est sentẽtia ista, non semel tantũ, sed sæpiùs repetenda, *vtinam saperent,* &c. Fratres mei charissimi, rogo intelligite quę legitis, nam consideratio huius sententię, destructio est superbię, extinctio est inuidię, medela malitię, effugatio luxuriæ, euacuatio vanitatis & iactantiæ, constructio disciplinę, perfectio salutis æternę, ait ergò, *Vtinã saperẽt & intelligerẽt, ac nouissima,* &c. Heu heu quã paucorũ est ista virtus, pauci vero sunt qui salutarẽ hãc nostri Saluatoris sapiunt sententiã, pauci sunt quib. est ante oculos propria cognitio, corruptibilis carnis corruptio, peccatorũ recordatio, instãtis mortis meditatio, fœtẽtis gehẽnæ putei consideratio. Ecce quã vtile speculũ peccatoris. Reuera charissimi, si vos sæpius in huiusmodi speculo perspexeritis, eritis absq; dubio Samsone fortiores, Dauide sanctiores, Salomone sapiẽtiores, Absolone pulchiores, qui in hoc sęculo se sępius cõsiderare neglexerũt, ideò carnis suæ cæcati desiderijs in peccata corruerunt. Igitur si tanti viri tam horribiliter lapsi sunt in culpã, quibus tanta affuit fortitudo & sapientia ac prudẽtia. Quanta cautela, quantoque studio nobis est vigilandum, quibus inest tanta debilitas & inertia, tantaq; imperitia.

Porrò quatuor viri isti tam validi, ideò leguntur in sancta Ecclesia, vt sint fidelibus non ad exemplum ruinæ, sed ad speculū cautelæ, quatenus nullus præsumat de sua sapientia, nemo de sua confidat fortitudine, imò semper timidi, semper reatus nostri conscij, semper de nostra salute simus soliciti, nunquam nostræ corruptionis & nostræ mortalitatis obliti, qui verò huiusmodi negligenter attendunt, verè non sapiunt, nec intelligunt, imò non nouissima prouident, sed proh dolor in mortem & æternam damnationem vadunt. Vt igitur mens nostra circa studium prudentiæ euigilet: Dominica nos hortatur sententia, dicens: *Vtinam saperent & intelligerent, ac nouissima prouiderent.* Hanc admonitionem salutiferā oculo veræ rationis consideretis fratres charissimi non in transitu, imò cum studio & bona deliberatione, quia sicut thus non redolet, nisi ponatur ad ignem, ita nulla sacræ scripturæ sapit sententia, nisi cocta sit in corde per continuam & feruentem meditationem, ergò diligenter hæc verba & eorum sententiam cordi tuo imprime, sed vtinam saperent & intelligerent, &c. Ecce fratres charissimi tria nobis hic proponuntur, scil. scientia, intelligentia atque prudentia. Vult ergò omnipotens Deus, vt sciamus & intelligamus, insuper vt prouideamus. Vult ergò omnipotens Deus, vt sciamus vitam præsentem fugiturā, periculosam, breuem, miserijs tabescentem, vniuersæ vanitati subiectam, peccatorum sordibus pollutam, cupiditate corruptam, & in breui perituram. Ecce quanto infœlicior mundus iste esse conspicitur, tanto facilius pro amore cælestis patriæ cōtemnitur. Vult ergò Dominus vt fragilem conditionem tuā intelligas, quia nudus egressus es de vtero matris tuæ, & nudus reuerteris illuc, & quia terra es, & in terram ibis. In huius mundi miseriam nudus intrasti, & lugens dies tuos in ærumna & dolore pertransisti, cum labore & maximo dolore hinc exiturus es. Vult insuper vt intelligas quantū sit introitus tuus flebilis, & egressus tuus horribilis, intelligas etiam quantum sis in hac valle miseriæ pauper, exul, & peregrinus, ægrotus virtutibus, labilis & infimus, ac in proximo moriturus. O frater fœlix eris si huiusmodi admonitionem intelligas, & in corde tuo quasi in libro scribas, & hāc vtilem quam tibi trado regulā seruare studeas, vnde versus, Viue Deo gratus, toti mūdo tumulatus, Crimine mundatus, semper transire paratus. O quàm beatus homo, cuius anima circa huiusmodi studiū euigilat, quam prudenter sapit & intelligit, ac nouissima prouidet. Ecce charissime legisti iā in hoc speculo peccatoris, quid sanè sapias, quid prudenter intelligas, restat nunc vt & nouissima prouideas, ora ergò cum Propheta & dicas. Notum fac mihi Domine finem meū, & numerum dierum meorum, quis est vt sciam quid desit mihi, O vtilis oratio, ò fœlix contemplatio, ò necessaria postulatio, non planè tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate præscire deposcas, sed quod sis aduena & peregrinus in huius ærumnosæ peregrinationis exilio, homo infirmus, & exigui temporis super terram, si bene intelligas, ac veraciter cognoscas. Reuera charissime frater, si præsentis vitæ tuæ breuitatem momentaneā, & quid tibi deest diligenter attenderes, verè in agenda Deo condigna pœnitentia, in disciplina præceptorū eius obseruāda, in sanctitate corā ipso perficiēda, saperes & intelligeres, & mortē antè oculos cōtinue proponeres, proculdubio mox sine mora spretis pōpis, postpositis mūdi curis, despectis carnis illecebris, proiectis voluptatibus, cōtemptis diuitijs in tui custodia vigilares, ac nouissima prudēter prouideres. Sapientis n. est non tam cuiuslibet rei principiū prospicere, quam finē

ex-

extremumq; prouidere. Deniq; fœlix tunc ille cōprobatur qui sic nunc cogitat de supplicio in suppliciũ, vt postmodũ supplicij effugiat periculũ. Dicis ergò, imparatus sum prę omnib. acquiescere diuino cōsilio, vt scilicet sapiam & intelligã, insuper nouissima prouiderem. Sed quæ sunt nouissima mea scire vellem. Illa vtiq; de quibus Spiritus sanctus per Salomonem loquitur dicens: *Fili Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis,* Eccles. 11. Non melius poterit caro luxuriosa domari, quam qualis erit mortua superbia meditari. Frater vere felicem prædicent omnes gentes, si huiusmodi assiduam habueris meditationé. Meditatio nihil aliud est quam mentis ditatio. Perpetuò mens tua ditatur, quando contra cũcta aduersantia prouidentiæ scientia illustratur. Legitur in poesi quod centum luminaribus cinctũ caput Argus habebat, hoc est dicere, quod ex omni parte corporis sui circũspectionem, & intra mentis suæ prudẽtiam possidebat. Igitur si tanto studio cautelæ pollebat poeta paganus, multò fortius puriorem prouidentiæ oculum debet habere verus Christianus. Esto igitur alter Argus imo illo cautior, illo studiosior, illo prudentior, vt cautè sapias, studiose intelligas ac nouissima tua prudenter prouideas. Sed vt dicam tibi quæ sunt nouissima tua quæ prouidere debes: Summa totius prouidentiæ est vtique illa hora terribilis, in qua misera anima tua ex hoc corpusculo corruptibili timens & tremens est egressura, crede mihi frater ad huius rei tremendã considerationem, maluisse debueras hãc prouidentiam possidere, quam totius mundi dominationem. In illa nimis metuenda & extrema hora tua, quis amicorum, quis parẽtum tuorum veniens cum gladijs & armis, cùm pecunijs & diuitijs poterit auxilium ferre? non erit tunc quis consoletur te ex omnibus charis tuis, tunc respiciens eris ad auxilium & iudicium hominum, sed refugium tuum tantummodo erit apud Deum. Cogita igitur tecum charissime, quo timore timẽdus, quo amore diligendus, quo honore venerandus sit ipse Dominus noster Iesus Christus & Deus noster qui salutis præsidium solus pręstare poterit post mortem. Reduc ergò charissime, reduc sæpè ad memoriam illum extremum mortis tuæ diem & antequam misera anima tua ex carcere carnis exeat ei prouideas quo vadat, nostra istiusmodi recordatio contritionem concipit, contritio compunctionem parit, compunctio cōtemplationem prouocat, contemplatio humilem & pium affectum ad Deum facit, pium videlicet ex fiducia adiutorij diuinæ bonitatis & clementiæ, humilem ex consideratione propriæ fragilitatis & miseriæ, hic lector attẽde Quid enim est in omni scientia quod hominem prouocet facilius ad sui custodiã & omnem iniustitiam expellendam, ad sanctitatem in timore Dei proficiendã, quã sui cognitio, suæ corruptionis consideratio, suæ mortis recordatio. Quando enim homo fit non homo, hoc est, quando ægrotescit, ægritudo crescit, peccator expauescit, cor contremiscit, caput obstupescit, sensus euanescit, virtus exarescit, vultus pallescit, facies nigrescit, oculus tenebrescit, auris surdescit, nasus pallescit, lingua facescit, os obmutescit, corpus tabescit, caro marcescit, tũc carnis pulchritudo fœtor efficitur & putredo, tunc homo soluitur in cinerem, & vertitur in vermem. Ecce frater mi charissime, ecce satis horribile spectaculum, quoniã nulla artis medicina, nulla insuper doctrina sic superat superbiam, nec sic vincit malitiam, nec sic extinguit libidinem, nec sic mundi calcat vanitatem, sicut huiusmodi horrendæ mortis consideratio. Vtinam ergò saperent, &c. Et quid plus huic mundo tunc vilescit sicut homo, cuius

corpus cum sit exanime, non permittitur esse infra domum prae foetore, sed vt stercus foris proijcitur, in profundo terrae absconditur, putredini traditur, cadauer efficitur, vermibus esca datur, erubescat ergo superbus & infoelix peccator, & timeat elatiōe caecatus, ira inflāmatus, in patiētiae vitio foedatus, sciētia inflatus, cui plus placet codex Platonis, quam liber diuini amoris, quem nulla lectio laetificat, nulla scientia aedificat, nullus sermo sapit, nisi fuerit grāmaticè conceptus, Dialecticè imaginatus, Rhetoricè praeparatus, stultus es qui haec ignoras & erras, quia qui talia agunt in talibus dies suos consumunt, peccatum sibi generant & mortem parant, quia ex sui studio saecularem concipiunt scientiam, hi enim folia colligūt nō fructus, & verba non virtutes, verba in ventum proferunt, & aerem verbis verberant, de quibus Ps. dicit. Turbati & moti, sicut ebrius & omnis sapientia eorū deuorata est. Sicut enim homo ebrius nescit quid agit aut quo vadit, eo quod seipsum ignorat. Ita insipientes clerici saeculares imbibendo huius mundi scientiam, vt ebrius se conturbant, libros deuorant, summas multiplicant, sed quid agant penitus ignorant, quia ad quē finē miserum tendant, miseri non attendunt nec intēdunt, si enim fugientis vitę breuitatem perpēdissent, si damna dierum suorum ante oculos habuissent, si, quomodo tremendo iudici non tantum ex eorū operibus, imò de omni verbo ocioso quam districtè iudicanti, responsuri sunt praeuidissent, mox terrore perterriti, mox diuino amore percussi, vana huius mundi studia relinquissent, & de studio vanitatis venissent ad studiū veritatis, de studio stultitiae ad studium verae sapientiae, hoc est, de studio curiositatis, ad studium sanctae humilitatis, de schola luxuriae & prauitatis, ad scholam munditiae & castitatis, de vita iniquitatis, ad vitam sanctitatis, hoc est, de vita fornicationis ad vitam sanctae religionis, de domo conuersationis mundanae ad domum disciplinae. vnde Spiritus sanctus per Prophetam admonet peccatores dicens: *Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.* O quam terribilis est sententia ista & nimis metuenda his qui disciplinam non apprehendunt: nam ex hac Spiritus sancti sentētia patet quod peribunt, hinc est quod Dominus per beatum Moysen ait: *Omnis anima quae non fuerit afflicta die hac, peribit de populo suo.* Leuit. 23. Notanda sunt attētiùs verba ista, anima inquit peribit, quae non afflicta fuerit, subaudi per disciplinā, per morum correctionem, per cordis contritionem, per conscientiae purificationem, per poenitentiae satisfactionem, & dicitur die hac, id est, in praesenti tempore, & in die huius vitae, quoniā qui non suscipit modo tempus poenitentiae, post mortem non inueniet locum indulgentiae. Quapropter tu peccator, tu caro superba, tu vile cadauer, quē adhuc viuentem vermes quotidie corrodunt, & de tuo corpore generantur, cōtremiscens ammoue superbiam, proijce vanitatē, fuge luxuriam, apprehende disciplinā, ne pereas, vide in hoc speculo quid es & quid eris, cuius conceptio, tabes menstruata, origo luctus, putredo finis. Ecce miser causas mille doloris habes, & hoc valet contra superbos. Iterum te frater conuenio, vt quidquid agant alij, sis memor ipse tui, vilescat tibi mundus plus, quam tu mundo. Huius igitur ac tantae calamitatis miseriam considera attentius, & cum Propheta ingemiscens dicito. *Iniquitatem meam ego annunciabo, & cogitabo pro peccato meo.* & iterū: *Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.* Et iterum dic cum Apostolo qui flebilem humanam conditionem deplorat dicens: *Infaelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Haec salutifera Apostoli sententia prudentem lectorem exigit.

erigit. Adhuc Apostolus in corpore vixit,& tamen corpus suũ mortuũ nominat,quia qui verè sapiens est,iã mortem ante considerat,iã se mortuũ reputat,cũ se moriturum pro certo sciat. Attende ergo ò lector in illa terribili ac horrenda hora,de qua loquimur,misera peccatoris anima quæ de mũdo egressura est, quo exitura & quo itura est,aderũt mox ministri maligni, illi scilicet maledicti diaboli,illi tartarei spiritus,horribiles & pessimi,velut leones rugiẽtes,vt rapiant prędã,id est,peccatoris animã,tunc subito horribilia patebũt loca pœnarũ, chaos & caligo tenebrarũ,horror miseriæ & tribulatiõis,timor & tremor tremẽdæ mãsionis, dolor horrẽdæ visiõis, vbi locus fletiũ,vbi stridor dentiũ,vbi morsus vermiũ,vbi clamor dolentium, vbi luctus gementiũ, vbi vox peccatorũ clamantiũ & dicentiũ,væ væ iterũ,væ nobis filijs Euæ. Cum hæc & his similia imò millesies quã dici potest peiora de corpore egressa misera imò miserrima anima audierit,viderit & senserit,qualis quantusq; quã magnus terror,timor ac tremor erit ibi,quod nulla lingua potest dicere,nulla facundia enarrare,nec vllus liber exprimere: quid tunc proderit scientiæ iactantia, sæculi pompa, mundi vanitas,terrenæ dignitatis cupiditas? quid tunc proderit luxuriæ appetitus, cibus exquisitus, potus delicatus,vestis curiositas, calceamenti speciositas,carnis mollicies,ventris ingluuies,ciborum superfluitas,crapula & ebrietas,domorum constructio,pręben-darum acquisitio,diuitiarum congregatio? nunquid omnia ista poterũt miserã animam hominis eripere de ore horrẽdi & horribilis leonis ac de maledicti fauce draconis. Hanc vtique lectionem lector legat,verè sapiat,& sanè intelligat,in corde retineat, ac nouissima sua prudẽter prouideat. Legat igitur lector insipiẽs ille qui huiusmodi est,istã lectionem, cui plus placet luxuriosi cadaueris venenosa voluptas, quam animæ suæ sanitas,cui plus est cura de mundo, quam de Christo. Consideret diligenter vnde venit, quid sit & quo vadit,& speculetur in hoc speculo peccatoris speciem suam. Perpondat ex præmissis, per quam semitam vehementer metuendam,per quod iter tenebrarum, per quorum horrendas manus, misera eius anima transitura est. O stulte peccator quia ista considerare & præmeditari nescis,quia ista pręuidere negligis,quia horrenda & imminentia tibi tormenta prudenter nõ respicis,ideò te sępius inuadit superbia, exagitat ira, excruciat malitia,vulnerat inuidia,inflammat luxuria,fatigat pigritia,ligat auaritia,idcirco contumax,iniuriosus & obstinatus sæpè efficeris, piger & accidiosus ad opus diuinum accedis, & illud negligenter ac desidiosè peragis, quare? quia non vis prouidere quo vadis. Si ille serpens venenosus diabolus & satanas ausus fuit cum furore impetum facere contra iustissimam animam beati Martini Episcopi, qui erat, vt dicimus, gemma Sacerdotum,quem præsentibus Angelis euntem in cælum, cui abat impedire, quomodo timendum ac prouidẽdum est tibi misero peccatori, quam horribiliter occurret miserę animę tuę ille doli artifex, ille filius iniquitatis, ille animarũ hostis amarissimus. Quomodo poteris stare ad horrendum aspectum tremendi vultus eius ad intolerabilẽ fœtorẽ oris eius,ad flãmas sulphureas oculorũ eius, certus esto quod timor huius horrẽdæ bestiæ omne genus superat tormẽtorũ,plus quã in hoc mũdo cogitari queat, ꝙ propheta pręuidẽs ac pauide expauescẽs ad orationẽ confugit dicens. Exaudi Deus orationẽ meã cũ deprecor,à timore inimici eripe animam meã,mira res,attende quid orauit, à timore inimici inquit. Quare ad insinuandũ,quã sit maxima pœna quam horribilis,quã intolerabilis sit terror & aspe-

& aspectus ipsius inimici. heu heu frater mi, si talis ac tantus sit tremor animę peccatrici ex solo satanæ visu, quanta confusio, quantus horror, quanta afflictio, quanta lamentatio erit ex eius tactu? O stulti filij hominum, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mēdacium, qui diligit iniquitatē, odit animam suā: tam odibilis est Deo impius cū impietate sua. Vnde psalmista: *Nunquid qui oderunt te Domine, oderam?* Ideò altissimus odio habet peccatores & impios cum peccatis. Quare tam horrendam, tam horribilem non circumspicitis miseriam, quare nō proijcitis superbiam, quare non extinguitis auaritiam, quare non contemnitis luxuriam, quare non corrigitis mores vestros, quare mandatum Dei salutiferum, eiusq; cōsilium negligitis, quare non sapitis, nec intelligitis, nec nouissima prouidetis? hinc est quod vos peccatores terribiliter alloquitur Dei sapiētia dicens: *Ego in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cùm vobis id quod timebatis, euenit.* O quàm metuenda est hæc Dominica sententia, vtinam lectio saperet in palato cordis, quantum contineat amaritudinis, quantumve formidinis, reuera si homo sciret, in omni diei hora vitam suā cautius custodiret, *ego,* inquit, *in interitu vestro ridebo & subsannabo vos,* &c. sed fortè diceres, quod derisio & subsannatio non cadunt in ipsum Deum omnipotētem, quia natura diuina huiusmodi passiones non admittit. Cur ergo ab omnipotente Deo peccatoribus dicitur, ego in interitu vestro ridebo, id est, cum finis vester venerit, vos derisione declarabo, & cum venerit super vos repentina calamitas subsannabo, hoc est, cum amaritudinis vos [illegible], æterna subsannatione dignos damnabo? Audi ergo peccator horribilem sententiam, quam si intelligeres, vere saperes & intelligeres ac nouissima prouideres, & sine dubio expauesceres. Sed quia sacras Scripturas negligenter legis, & peccata quæ committis facta, dicta & opera tua mala non sapienter respicis: nam velox es ad mensam, tardus autem ad Ecclesiam, potens ad potandum, sed æger ad psallendum peruigil ad fabulas, somnolētus ad vigilias, procax ad loquendum sed tardus ad psallendum, promptus ad vaniloquium aut detractionem, piger vero ad orationē, inuidiæ auctor, Christi persecutor, festucam in alieno oculo perspiciens, sed trabem in tuo non videns. Aliorum damna condemnans, sed tua non considerans, cæteros reprehendis, & teipsum non corrigis, alios vituperas, & teipsum collaudas, malitiæ inuentor, disciplinæ destructor, amicus vitiorum, & hostis virtutum. Hæc sunt quæ hominem excæcant, & ipsum a Deo separant. Hæc namque sunt quæ monachum faciunt dæmoniacum, conuersum faciunt peruersum, clericum faciunt hæreticum, Christianum faciunt antichristum. Non est Christianus, qui vita & moribus Christo est contrarius. Heu heu vir insipiens non cognoscit, & stultus non intelligit hæc. Et ideo idē propheta dicit: *Simul insipiens & stultus peribunt.* Sed quæ distantia est inter stultum & insipientem? Omnis enim stultus est insipiens. Insipiens dicitur quasi non sapiens. Vis scire quis insipiens est & quis stultus? Vere insipiens est, qui se a Paradisi gaudijs peregrinum esse non considerat, qui se exulem in hoc mundo non attendit. Insipiens est qui non credit futura supplicia reprobis esse præparata, & gaudia iustorum æterna. Stultus autem est qui licet ista cognouerit, liberatus tamen à mundi miserijs, perpetuúq; meritum non intendit. Stultus etiam est qui licet credat, tamen vt mortem perpetuam euadat, & gloriam [illegible] caste viuendo, pieque cōuersando acquirat non intendit. Iusto ergo Dei iudicio simul insipiens & stultus peribunt. Ecce frater charissime, iam legisti, iam vidisti, iam cōsiderasti in hoc speculo, quod

sapias,

sapias quid intelligas, quomodo nouissima prouideas. Superest igitur, vt diligenter addiscas, quomodo sanè sapias, quomodo rectè intelligas, quomodo nouissima tua prudenter prouideas, vt per hoc ęternam damnationem euadas, & cum Domino nostro Iesu Christo vitam æternam fœliciter possideas, quam nobis concedat, qui sine fine viuit & regnat, Amen.

INCIPIT CERTAMEN animæ cum corpore, reuelatum cuidam deuoto viro, filio Regis Franciæ, qui post reuelationem spretis omnibus, factus est Eremita deuotus.

VIR quidam extiterat, dudum Eremita,
Philbertus Francigena, cuius erat vita,
Dum in vita fuerat, se seduxit ita:
Nam verba quæ protulit, fuerunt perita.
Iste quidem fuerat filius Regalis:
Toto suo tempore se subtraxit malis,
Dum in mundo fuerat, & fuit vitalis.
Visio nam sibimet apparebat talis
Noctis sub silentio, tempore vernali:
Deditus quodammodo somno spiritali,
Corpus carens video spiritu vitali,
De quo mihi visio, fit sub forma tali:
Dormio dum paululum, vigilando fessus,
Ecce quidam spiritus recens est egressus
Cum prædicto corpore, vitijs obsessus,
Carnis qui cum gemitu sic planxit excessus.

ANIMA:

Iuxta corpus spiritus stetit, & plorauit,
Et his verbis acriter carnem increpauit:
O caro miserrima, quis te sic prostrauit,
Quam mundus tam subito pridie ditauit?
Nonne te prouincia tota verebatur?
Nonne tibi præsens mundus subdebatur?
Quæ nunc est familia, quæ te sequebatur?
Cauda tua sentitus iam nunc amputatur.
Non es nunc in turribus de petris quadratis,
Sed nec in palatio magnæ largitatis,
Iaces nunc in pheretro, paruæ quantitatis
Deferendo tumulo, qui minor est satis.
Quid valent palatia, pulchræ vel quid ædes?
Vix nunc tuus tumulus capit septem pedes:
Quemquam falso iudicans amodo non lædes,
Iam parata tibi est in inferno sedes.
Ego quæ tam nobilis fueram creata,
Ad similitudinem domini formata,
Et ab omni crimine baptismo purgata,
Iterum criminibus sic sum denigrata.
Per te caro misera, sic sum reprobata:
Vere possum dicere, heu, quod fui nata.
Vtinam ab vtero fuissem translata
Protinus ad tumulum, & sic liberata
Tantis à supplicijs, quæ sunt præparata.
Nec te mirum fateor, quòd dudum vixisti,
Quidquam boni facere me non permisisti,
Sed semper ad scelera pessima traxisti,
Omnis ansam criminis mihi tu dedisti,
Vnde semper erimus in dolore tristi.
In pœnis miserrimus sum, & semper ero:
Omnes linguæ sæculi non dicent pro vero
Vnam pœnam minimam, quam in tormentis fero.
Sed magis me cruciat, quod veniam non spero.
Vbi sunt nunc prædia, quæ tu congregasti,
Celsaque palatia, turres, quas fundasti:
Gemmæ, torques, annuli, quos sæpè portasti,
Et nummorum copia, tantum quàm amasti:
Quæ sunt lectisternia, maximi decoris,
Species aromatum, optimi saporis:
Vasa vel argentea, niues candoris,
Vestis mutatoria varij coloris?
Non tibi vel volucrum caro, vel ferina:
Non mutones nobiles, vel electa vina:
Non cygnis, non gruibus, redolet coquina:
Es nunc esca vermium, hæc est vis diuina.
Talibus peccatoribus imminet ruina.
Tua domus qualiter modo tibi placet,
Cuius modo summitas super nasum iacet?
Excæcantur oculi, lingua tua tacet:
Nullum membrum superest, quod iam luctu vacet.
Quidquid dudum vario congregasti more,
Dolo, fraude, furtis, metu, vel rigore.

Longaque per tempora, magno cum labore,
Totum à te rapuit mors vnius horæ.
Non modo circumdaris amicorum choris,
Cùm per mortem cecidit flos tui decoris.
Rumpebatur vinculum cuius, vis amoris,
Tuæ iam tristitia cessauit vxoris.
In tuis parentibus ampliùs non speres,
Mortem tuam breuiter plangit tuus hæres,
Quia sibi remanent, terra, domus, Ceres,
Et thesauri copia, pro quo modo mœres.
Non credo quòd mulier tua, siue nati,
Darent quinque iugera terræ, siue prati,
Vt nos, qui de medio iam sumus sublati,
De pœnis redimerent, quas debemus pati.
O caro miserrima, es ne modo tuta,
Quæ mundi sit gloria, fallax & astuta,
Pessimus & varijs vitijs polluta,
Et veneno dæmonum nequiter imbuta.
Pretiosis vestibus non es nunc induta,
Tuum valet pallium vix duo minuta.
Paruo linteamine taces inuoluta,
Tibi modò pauperes, non ferunt tributa.
Et licet non sentias nunc tormenta dura,
Scio quod supplicijs non es caritura.
Nam testantur omnia scripturarum iura,
Pœnas mecum venies tandem quòd passura.
Quia pater pauperum non eras, sed prædo,
Te rodunt in tumulo vermes & putredo.
Nescis in oppositum respondere, credo:
Hic non possum ampliùs stare, iam recedo.

CORPVS:

Tandem postquam spiritus talia dixisset,
Corpus caput erigit, quasi reuixisset.
Postquam verò gemitus multos emisisset,
Audituque tristia verba protulisset,
Secum quis, interrogat, locutus fuisset,
Et quis ista sæuiter multa profudisset.
Es ne meus spiritus, qui sic loquebaris?
Non sunt vera penitus, omnia quæ faris:
Nam probabo sæpius argumentis claris.
Sed in parte vera sunt, in parte nugaris.
Fateor, multoties feci te errare,
A bonis operibus sæpe declinare,
Et si caro facias animam errare
Quandoque, non mirum est: audi, dicam quare.
Mundus & diabolus, quisque suo more
Trahit carnem vitijs, toto cum vigore.
Sed cùm caro fallitur, illorum fœtore
Animam quid dubitas inquinandam fore?
Sed sicut iam dixeras, Deus te creauit
Et bonam & nobilem, sensuque ditauit.
Et ad suam speciem pariter formauit.
Vt ancilla fierem, me tibi donauit.
Ergò si tu Domina creata fuisti,
Et dabatur ratio, per quam debuisti
Nos in mundo regere, cur mihi fauisti
In rebus illicitis, & non restitisti?
Anima, sed non caro, tenetur culpari,
Quia sibi Dominæ finis ancillari,
Caro nam per spiritum debet edomari
Fame, siti, verbere, cùm vult dominari.
Caro sine spiritu, nihil operatur,
Cuius adminiculo viuens innehatur.
Ergò si per spiritum caro non domatur,
Per mundi blanditias mox infatuatur.
Caro quæ corrumpitur per se malum nescit:
A te quidquid feceram, primitus processit.
Cum carni, quod spiritus optat, innotescit,
Donec fiat penitùs, ipsa non quiescit.
Si, quid vellet spiritus, in opus ducatur,
Per carnem pedissequam, cur caro culpatur?
Culpa tangit animam, quæ præmeditatur,
Quidquid caro fragilis, viuens operatur.
Tu peccasti grauius, dico tibi, crede,
Carnem sequens libitum fragilis & fœda.
Rodunt mea latera vermes in hac æde:
Iam non loquar ampliùs, anima recede.

ANIMA:

Cui dixit anima, adhuc volo stare,
Et dum tempus habeo, tecum disputare.
Vt quid mihi loqueris corpus tam amarè,
Volens mihi penitus culpam imputare?
O caro miserrima, viuens quæ fuisti
Et fallax & fatua, vbi didicisti
Verba tam acerrima, quæ iam protulisti?
Attamen in pluribus rectè respondisti.
Istud esse consonum scio veritati,
Quòd obesse debueram tuæ voluntati.

Sed

Sed tua fragilitas, prona vanitati,
Atque mundo dedita, voluit hoc pati.
Quando te volueram caro castigare,
Fame, vigiliis, aut verbere domare,
Mox te mundi vanitas cœpit adamare,
Atque rebus friuolis compulit vacare.
Itaque dominium de me suscepisti,
Productrix falsissima: cur mihi fauisti?
Per mundi blanditias me post te traxisti,
In peccati puteum leuiter mersisti.
Scio me culpabilem, nam in hoc erraui,
Quod, cum essem Domina, te non refrenaui.
Sed tu me deceperas fraude tam suaui,
Credo quòd deliqueras culpa magis graui.
Si mundi blanditias (dolos adulantis)
Despexisses fatuas, sed & incantantis
Dæmonis insidias; & celsi tonantis
Adhæsisses monitis, essemus cum sanctis.
Sed cùm tibi pridie mundi fraus arrisit,
Et vitam diuturnam firmiter promisit,
Mori non putaueras: sed te mors elisit.
Quando de palatio, tumulo te misit.
Hominum fallacium mors habet hunc morem,
Quos magis amplectitur, quibus dat honorem,
Illos fallit citiùs per necis liuorem,
Et dat pòst delicias, vermes, & fœtorem.
Qui tibi, dum vixeras, amici fuere,
Iacentem in tumulo te nolunt videre.
Corpus hoc intelligens, statim cœpit flere,
Et cum verbis tristibus ita respondere.

CORPVS:

Quando viuens potui multis imperare,
Aurum, gemmas, prædia, nummos congregare,
Castella construere, gentes iudicare,
Putas ne quòd credidi tumulum intrare?
Non sed modò video, quod est mihi clarum,
Quod nec auri copia, nec diuitiarum;
Nec vis, nec potentia, nec genus præclarum,
Mortis possunt fugere stimulum amarum.
Ambo, dicò, possumus adeò culpari,
Et debemus itaque, sed non culpa pari.
Tibi culpa grauior debet imputari:
Multis rationibus possunt hæc probari.
A sensato quolibet hoc non ignoratur:
Nam, vt scis peroptimè, litera testatur,
Cui maior copia virtutum donatur,
Ab eo vult ratio quòd plus exigatur.
Vitam & memoriam, sic & intellectum,
Tibi dedit Dominus, sensumq; perfectum,
Quibus tu compescere deberes affectum
Prauum, & diligere, quidquid esset rectum.
Postquam tot virtutibus ornata fuisti,
Et dabatur ratio, per quam debuisti
Nos in mundo regere, cur non id fecisti?
In rebus illicitis cur non restitisti?
Ergo quod, cùm decuit, non compescuisti,
Satis liquet omnibus, quòd plus deliquisti.
Corpus dixit iterum corde cum amaro,
Dic mihi, si noueris, argumento claro,
Exeunte spiritu carne, quid sit caro.
Mouet ne se postea sæpe, siue raro?
Videt ne, & loquitur? est ne tibi clarum,
Quòd spiritus viuificat, caro prodest parum?
Si haberet anima Deum suum charum,
Nunquam caro vinceret vires animarum.
Si Deum, dum viueres, amasses perfectè,
Et si causas pauperum iudicasses rectè:
Si prauorum hominum non hæsisses sectæ:
Nec me mundi vanitas decepisset, nec te.
Tandem quia fueram viuens tibi ficta,
Ore sæpe proferens verba maledicta,
Ea quæ nunc respicis, sunt mihi relicta,
Putredo cum vermibus, & hæc domus stricta.
Sciò quod propterea sum resurrectura
In die nouissimo, tecumque passura
Pœnas in perpetuum, ô mors plusquam dura,
Mors interminabilis, sine caritura.

ANIMA:

Ad hoc clamat anima, voce non obscura,
Heu quòd vnquam fuerim in rerum natura.
Cur permisit Dominus, quòd essem factura
Sua, cum præuouerat, quod sim peritura?
O fœlix conditio pecorum brutorum,
Cadunt cum corporibus animæ illorum,
Nec post mortem subeunt loca tormentorum:
Talis esset vtinam finis impiorum.

CORPVS:

Corpus adhuc loquitur animæ tam tristi;
Cum tu apud inferos anima fuisti,
Dic mihi te deprecor, illic quid vidisti:
Si qua spes sit miseris de dulcore Christi.
Dic, si quid nobilibus parcatur personis,
Impijs, qui sederant viuentes in thronis:
Si sit illis aliqua spes remißionis,
Pro nummis, & prædijs, cæterisque donis.

ANIMA:

Corpus, ista quæstio caret ratione,
Semel ingressæ barathrum pro transgreßione,
Cuiquam (subaudias mortali) personæ
Non est spes vlterius pro redemptione.
Si tota deuotio fidelium oraret,
Si mundus pecuniam totam suam daret,
In inferno positum, nunquam liberaret:
Quia Dei gratia talis quisq; caret.
Non daret diabolus ferus & effrenus,
Vnam vinctam animam suis in cathenis,
Pro totius sæculi prædijs terrenis:
Nec quandoque sineret, quod careret pœnis.
Ad hoc quod interrogas, si quid plus parcatur
Personis nobilibus, omne lex hæc datur?
Quanto quis in sæculo magis exaltatur,
Tanto cadit grauiùs, si transgrediatur.

Vide finem.

Postquam tales anima dixisset rumores,
Ecce duos dæmones pice nigriores,
Quorum turpitudinem totius scriptores
Mundi non describerent, nec pingerēt pictores:
Ferreas fuscinulas manibus ferentes,
Ignem sulphureum per os emittentes:
Similes ligonibus, sunt eorum dentes,
Ex eorum naribus procedunt serpentes:
Sunt eorum oculi, pelues vt ardentes:
Aures habent patulas, veneno fluentes.
Sunt in suis frontibus cornua gerentes,
Per extrema cornuum venenum mittentes.
Isti cum fuscinulis animam ceperunt,
Quam mox & ad inferos impetu traxerunt.
Quibus tunc diaboli plures occurrerunt,
Qui pro tali socio gaudium fecerunt,
Et ei cum talibus ludis applauserunt:
Vesicatis corrigijs eam ligauerunt.
Quidam vncis ferreis ventrem diruperunt,
Et à toto corpore pellem abstraxerunt.
Post hæc dicunt dæmones ferè fatigati:
Hi qui nobis seruiunt sic sunt honorati.
Nondum potes dicere, sicut buffo erati:
Nam debes in centuplum duriora pati.
His auditis, anima gemens expirauit,
Et voce qua potuit, parum murmurauit.
Stans & intra ianuas barathri clamauit
Planctu lamentabili, Deum inuocauit.
Reclamabant dæmones, & dicebant ei:
Tardè nimis inuocas nomen tui Dei.
Non dices de cætero, miserere mei:
Non est vltra veniæ spes, vel requiei.
Lucem non de cætero videbis diei:
Decor transmutabitur tuæ faciei:
Nostræ sociaberis dehinc aciei.
Cibo, potu careas semper sine fine,
Dicunt ei dæmones, auctores ruinæ,
Nec sit tibi requies: hæ sunt nostræ minæ.
Talia cùm cernerem dormiens, expaui,
Et extra me positus superuigilaui.
Mox expansis manibus ad Deum clamaui,
Orans, vt me protegat à pœna tam graui:
Mundumque cum friuolis suis condemnaui:
Aurum, gemmas, prædia nihil reputaui,
Rebus transitorijs abrenunciaui.
Meque in manus Domini totum commendaui,
Mox & Eremiticæ vitæ dedicaui.
AMEN.

Carmina de mundi vanitate, præscripti Eremitæ.

Ecce mundus moritur, vitijs sepultus:
Ordo rerum vertitur cessat Christi cultus:
Exulat iustitia, sapiens fit stultus:
In omni prouincia oritur tumultus.
Mundus in interitum vergit his diebus:
Nam qui nummos possidet, tot abundat rebus,

Dum

Dii facti sunt domini Iupiter & Phœbus:
Hic vt Deus colitur, septus aciebus.
Quæque Theologicæ virtutes vocantur,
Fides, spes & charitas, verè suffocantur.
Fraus & auaritia his præhonorantur,
Et sic iam in seculo toto dominantur.
Si sis ortu nobilis, si vultu serenus,
Si benignus, humilis, & virtute plenus,
Nil hæc tibi proderunt, si tu sis egenus.
Sola nam pecunia formam dat, & genus.
Si sum modo splendidis vestibus ornatus,
Et multa familia vndique stipatus:
Prudens atque sapiens, ac morigeratus,
Nepos ego tibi jam, tu mihi cognatus.
Ista si defecerint, paulatim decrescit
Nostra consanguinitas, & fauor marcescit.
Donec eram locuples, surgens mihi cessit:
Factum vero pauperem ampliùs me nescit.
O miranda vanitas, O diuitiarum
Amor lamentabilis. O virus amarum!
Cur viros inficis sic faciendo charum
Hoc, quod transit citiùs, quàm flāma stuparum?
Si nummi diuitibus vitæ possent dare,
Iuuentute floridam, & mortem vitare,
Ac prolem durabilem, pulchram procreare,
Tunc studeret locuples nummos congregare.
Homo miser cogitat, mors eum compescit.
Quis est ab initio, quem mors non cessit?
Quisquis hic est hodie, fortè cras putrescit:
Vllis in hoc seculo parcere mors nescit.
Qui de morte cogitat, mirum quòd lætatur,
Dum sic genus hominis morti deputatur.
Quò post mortem transeat homo, dubitatur:
Vnde quidam sapiens ita de se fatur:
Cùm de morte cogito, contristor & ploro:
Certum est quod moriar, sed tempus ignoro,
Insuper & nescio, quorum iungar choro:
Sed vt bonis merear iungi, Deum oro.
Quando domus summitas supra nasum iacet,
Mundo totum gaudium, velut prius, placet.
Tunc non est qui friuolis, ludicrisque vacet:
Ibi viget veritas, & fraus omnis tacet.
Adamantes Dominum, suum genitorem,
Et eiusdem filium, Christum Saluatorem.
Atque sacri melleum spiritus odorem:
Contemplantes ipsi sunt, vt discant rumorē:
Testisque Hieronymo, rumor hic est verus.
Ad hoc testimonium perhibet Homerus
Iustus & beneuolus: hoc exponit clerus.
Sed est peccatoribus hic rumor seuerus.
Vates ut discipulum sic docebat verè:
Dilecte mi, fili mihi, debes adhærere.
Diligenter super hæc à me modò quære,
Vt tibi veraciter possim respondere.
Cùm frem audieras huius rei ferè,
Vt credo verissimè, debuisti flere
Pro rigore spiritus, carnis & seueræ,
Huic morbo Domine, rex regum medere.
Corporis & animæ clauditur certamen.
Christe, laus & gloria tibi detur. Amen.

Incipit deuota exhortatio Beati Bernhardi Abbatis, omnibus religiosis vtilis & necessaria.

CHristus nobis condidit formā hanc viuendi,
Et exemplo docuit viam gradiendi,
Vt mundana vanitas possit vilipendi,
Et æternum gaudium tandem comprehendi.
Christus quicquid fecerat, nobis est doctrina:
Quidquid ipse pertulit, nostra medicina.
Omnia patrata sunt, vt nos à ruina
Vindicet clementiùs pietas diuina.
Eia ergò monache, verè miles Christi,
Qui te, spreto seculo, Deo spopondisti:
Age nunc viriliter, sicut incepisti:
Ipse te non deseret, cui te dedisti.
Tibi quid acciderit, quidquid patieris,
Christum semper recoles, semper hunc sequeris.
Forma tuæ vitæ sit, atque tuus eris:
Insuper sis patiens, vt sic coroneris.
Quando stabis in choro, in laude diuina
Mentem vagam erige, ne ruat supina.
Cogitando vaniùs de mundi sentina,
Laudis ad dulcedinem cor tuum inclina.
Longis in vigilijs, in choro ligatus,
Cogitabis, qualiter Christus flagellatus
Pro tuo peccamine, usque morti datus:

Tali de spectamine sume cogitatus.
Quando in capitulo eris proclamatus,
Propter & inuidiam forsan accusatus,
Atque tibi durior præsidet prælatus,
Sustineto patiens, & eris beatus.
Christi patientiam volue tunc in mente,
Qui damnatus pessima fuerat à gente.
Tot probris obtusus est, turba sæuiente:
Vt agnus obmutuit coram se tondente.
In labore manuum quamuis tu graueris,
Omni patientia præsta quod iuberis,
Et hoc voluntariè, dono ne priueris:
Sic perfectus monachus coram Deo eris.
Operando cogites: Christus non quieuit,
Vilis carnis commodum laborando spreuit.
Portans crucem propriam, mandatum impleuit:
Sic exemplum exhibens, facere consueuit.
Cùm in refectorio benè non condita
Dantur necessaria, languescente vita,
Benedicas Dominum, à quo sunt accita.
Patienter sustinens, cogitabis ita:
Breuis erit terminus huius malæ vitæ:
Christus hæc sustinuit, sustinebis ritè.
Magnum erit præmium, quies sine lite,
Dulcis vox, ad gaudium Dilecti venite.
In tuo cùm lectulo sunt stramenta dura,
Genuaque lassa sunt & labore crura,
Nihil vani cogitans, esto mente pura,
Et de rebus sæculi non sit tibi cura.
Tua meditatio sit de cruce Christi,
Duriore omnibus, quæ tu pertulisti:
Qualiter redemptus es, quod non meruisti:
In tuoque lectulo sint tractatus isti.
Si te tentat Dominus per infirmitatem,
Vel dolorum grauium per diuersitatem,
Habe patientiam, senti pietatem:
Dominus te visitat ad vtilitatem.
Christus personaliter pertulit dolores,
Et dolere patitur sibi chariores:
Vt dolendo iugiter, fiant clariores,
Et cum cæli ciuibus habeant honores.
Cùm prælatos splendida videris in mensa
Delicatè viuere, plurimaque expensa:
Sitque fortè pauperum ibi turba densa,
Murmur absit in Deum mente sursum tensa.
Pro tuis miserijs habebis mercedem
In cælesti gaudio claritatum sedem.
Hic miser si vixeris, impetrabis ædem
Angelorum ciuium. Ergo siste pedem.
Abbas si te diligit vnà cum priore,
Hoc seruare studeas summo cum timore.
Hos turbare caueas mente, corde, & ore,
Sed syncere diligas omni cum honore.
Ioseph Christi fuerat pater putatiuus,
Christus quem dilexerat, quamuis genitiuus.
Ipse namque fuerat tantum subiunctiuus,
Esse volens omnibus formæ positiuus.
Summè tibi caueas, ne sis adulator,
Neve mendaciloquus, aut falsificator:
Vt sis, quærens gratiam, pauperum damnator:
Mori malis, esse quàm sic latrunculator.
Talis Iudas, impius dispensator Christi,
Quem mercando tradidit: sic sunt omnes isti,
Qui pro gula pauperes damnant vultu tristi:
Hos in pœnis pessimis Deus iubet sisti.
Si non habes gratiam fortè prælatorum,
In manus incidere timeas eorum.
Christo sed adhæreas, frequentando chorum:
Ipse te custodiet, qui est Rex iustorum.
Christus Dei filius, doctor veritatis,
Abdicauit publicè viam falsitatis:
Propter hoc displicuit scribis & prælatis.
Hæc pro Dei filio sustine ingratis.
Si pro negligentia fueris argutus,
Habe patientiam, tacens quasi mutus.
Respondendo friuolè, non sis dissolutus.
Sciens linguam regere, semper eris tutus.
Iesus puer paruulus, salus nostræ spei,
Virgam matris timuit, obsecutus ei.
Qui tacens est mortuus, impij Iudæi
Quando crucifixerant verum natum Dei.
Tu si fortè ab aliquo fueris turbatus,
Debes mox ignoscere, quamuis non rogatus.
Bono malum vertere semper sis paratus:
Tali patientia est fœlix monachatus.
Sic nos Christus docuit, verus Rex cælorum:
Patienter doluit, quando à Iudæorum
Pertulit opprobria, nil refrenans horum:
Supplicabat humilis, memor miserorum.
Aliquem de fratribus conspicans errare,
Hunc cum mansuetudine debes increpare.
Tua propter monita si non vult cessare,

Tibi

Tibi fit vt ethnicus. & hoc dicam, quare.
Christus multos docuit, qui non sunt saluati:
Quibus piè præfuit, manserunt ingrati.
Arguendi cautè sunt, qui sunt insensati,
Ne te tractent turpiter, nil volentes pati.
Si ex vehementia aliquem turbasti,
Signo, verbo, factoq́, quidquid perpetrasti,
Roges, vt dimittat hoc, in quem tu peccasti:
Et emendo studeas, instar verbi casti.
Quem Christus non læserat, habuit placatum,
Inimico blandiens: efficit beatum
Hoc exemplum exhibens, ob tuum reatum:
Tuum aduersarium duc ad bonum statum.
Si arrident prospera, tu non exalteris:
Semper te humilia, cautè glorieris.
Deus dat hæc omnis, quem tu depreceris:
Quis sis, qualis, intra te semper memoreris.
Christus Rex altissimus se non exaltauit,
Sed pro te humiliter sese humiliauit.
Quidquid es, ab illo es: ipse ordinauit:
In hoc te humilies, qui te sic beauit.
Si præcellis alios aliqua virtute,
Hos caue despicias, te regendo tutè.
Sed precare Dominum pro tua salute:
Atque spernens neminem, te saluabis tutè.
Non [illegible] reuit altissimus viles peccatores:
In hoc docens verius, quod inferiores
Non debemus spernere, neque viliores:
Exhibendo iugiter omnibus honores.
Si tuo iudicio iam simpliciores
Præferuntur alijs, & sunt digniores:
Quorum tibi displicent tam vita quàm mores,
His, si Deum diligis, exhibe honores.
Qui sua potentia cælum & terram rexit,
Regi à simplicibus pro te non despexit.
Crucis mortem pessimam pro te non neglexit:
Quid pro ipso sustines, qui te sic dilexit?
Illud semper cogita, ad quid huc venisti:
Cui seruis, propter quid, quem tu quæsiuisti:
Et labores maximos, quos tu pertulisti,
Noli gratis perdere, stans in laude Christi.
Quid ad te, si alij currunt indirectè?
Gressus tuos dirige, ambulans perfectè.
Christus viam docuit ambulandi rectè,
Quem sequendo iugiter, cor & crura flecte.
Christus pro te pertulit plurima tormenta,
Vt ei compassa sunt cuncta Elementa.
Quæ in tuo sæpiùs corde repræsenta,
Patienter sustinens pauca tentamenta.
Si commotus fueris, ille perturbatus:
Verbera si tuleris, ille flagellatus:
Iustè si argueris, hic malè tractatus:
Quidquid mali pateris, ille plus tristatus.
Deo semper seruias cum stabilitate:
Stabiliri expete ab eius pietate.
Ne perdas miserias, quas cum grauitate
Acquisisti longiùs, has non pellas à te.
Nil valet incipere, nisi compleatur:
Laus in fine canitur, & corona datur.
Christus post miseriam cælo coronatur:
Noli retrospicere, merces ne perdatur.
Tua consolatio, sacra sit scriptura,
In qua sæpè studeas, perlegendo plura.
Plurima inuenies, quæ sunt placitura,
Quæ te à multiplici liberabunt cura,
Nihil est vtilius sacra lectione, &
Quàm orare Dominum cum deuotione.
Ista reddunt monachum habilem coronæ:
Ergo tuum studium semper his appone.
In turbationibus, pauper monachelle,
Innoces auxilium inclytæ puellæ
Mariæ, quæ iuuet te, ne lædant procellæ,
Et patrona liberet à doloris felle.
Quidquid agas, vbi sis, in claustro, seu via,
Semper illa tecum sit dulcis vox, Maria.
Custos hæc est pauperis, atque nutrix pia:
Hæc tuum viaticum, tua melodia.
Deum, patrem gloriæ lauda quauis hora,
Et credendo firmiter, subditus honora:
Qui te sibi simulat specie decora:
Sis vt ei placitus, vnicè labora.
Eius quoque filium, nostrum consolamen.
Fac vt piè recolas, atque sacrum flamen:
Vt nos omnes protegant, veritos turbamen,
Et à malo liberent in æternum. Amen.

FINIS.

De cura mortuorum apud Ethnicos: & de ijs, quæ ad id facere videntur.

Christianus cur exultare, & Deo gratias agere debeat.

EST quod gratias immortales Deo Opt. Max sine intermissione agamus Auditores, est, quod lætemur & exultemus Christiani omnes, ijque magis qui donum Fidei verius & perfectius acceperunt, veram sanamque doctrinam in Ecclesia Dei profitentur constantius, nec vllis erroribus aut sectis adhærent. *Fides enim est*, teste Apostolo, Heb. 11. *sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium.* Sine qua impossibile est aliquam virtutum congeriem fabricari, aut quemquam placere Deo. Est enim fides inter virtutes, sicut mater inter filias, sicut stirps inter frondes, sicut caput inter membra exteriora, sicut cor inter membra interiora. Fides nos fundat, fides nos dirigit in tenebris errorũ, Heb. 12. *Aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum.* Fides viuificat, Heb. 10. *Iustus ex fide viuit.* Fides corroborat in aduersitatibus. Paulus, *Bonum certamen certaui.* Nec coronabitur, 2 Tim. 2. *nisi qui legitimè certauerit.* Fides opera terminat. Paulus, *Cursum consummaui.* Fides mentem dirigit: spes mentem erigit, charitas mentes accendit. Fides præmia acquirit. Paulus, *Reposita est mihi corona iustitiæ.* Tob 2. *Vitam illam expectamus, quam Deus daturus est illis, qui fidem suam nunquam mutant ab eo.* Fides operatur miracula, Matth. 17. *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc, & transibit: & nihil erit impossibile vobis.* Heb. 11. *Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones,* &c.

Fides quid

August. Vnde August. l. de verbis Domini, dic. [Nulla maior substantia vel thesaurus, nullæ maiores diuitiæ vel honores, quã sit fides nostra. Hæc enim homines saluat, cæcos illuminat, infirmos sanat, catechumenos baptizat, fideles iustificat, pœnitentes reparat, iustos augmentat, martyres coronat, virgines & viduas casto pudore conseruat, clericos ordinat, sacerdotes constituit, homines cum angelis sursum locat.] Ex hac diligenti iustaque consideratione facillimè apparet, quæ sit Christianorum, maximè autem Catholicorum lætitia & gloria, hæreticorum turpitudo & confusio, gentilium verò vanitas & crudelitas tam circa moribundos, quam iam vita functos. De quo vltimo puncto iam copiosiùs tractare instituimus.

Mors, somni soror, noctis & Erebi filia, sola prope & potentissima omnium inferorum satelles, omnesque mortales ad Acherontem fluuium traijciendos deduxit. Pausanias in Eliacis in templo quodam fœminam expressam fuisse, scribit, quæ pueros sopitos sustineret, manu quidem dextra album, at sinistra nigrum, & hũc dormienti similem, ambos distortis pedibus, quorum inscriptiones indicabant, alterum esse somnum, alterum mortem: at fœmina, quæ illos alebat, nox erat. Mos erat Morti immolare gallum gallinaceum, quod ea victima Nox lætaretur, vt filiorum infestante ac sæpiùs perturbante. Hæc mors omnium malorum, hæc omnium humanarum calamitatum, hæc omnium dolorum remedium optimum, data est hominibus sapientissimi Dei beneficio. Hæc vna durissima omnium Deorum, maximeque implacabilis habebatur, quæ cum nullis precibus flecteretur, nulla etiam sacrificia communiter, nec templa, nec sacerdotes, nec ritus sacrificiorum obtinuit. Habebat alas nigras induta veste stellata atri coloris. In laudem ipsius Alcidamus orationem composuit. Lacedæmonij quasi soli Morti & timori, atque affectibus alijs templa dicarunt. Mortuis sacra offerebantur, cum quis ad inferos descendere putabatur.

Mortis [illegible] *Pausanias.* *[illegible] & [illegible] gera.* *[illegible] gallum immolatum.* *Mortis laus.* *Mortis alæ & vestis.* *Alcidamas.* *Mortuorũ [illegible]*

putabatur, siue cum anniuersarijs solēnitatibus, aut alijs de caufis ab inferis euocabantur, his parentabant. Cùm igitur propinquus mortuus fuisset, mos fuit antiquorum, vt capillos deciderēt & lugerent in eius honorem, qui mortuus esset & lachrymarentur. Quos capillos tanquam inferias mortuis consecrabant, & cum lachrymis in tumulum extremum dōnum cōijciebant. Per triduum autem mortuos ante lugebant, quàm iusta persoluerent. Et vbi prętantiores erant viri mortui & opulentiores, illis pyra struebatur insignis, & si in bello mortui fuerant, captiui pro victimis cum illis vrebantur. Virg. l. 11. *Vinxerat & post terga manus*: Item & res chariores in pyram mittebantur, vel animalia, quibus maximè delectabantur viui. Virg. l. 10. *Quatuor hic iuuenes* Vbi has inferias obtulissent, cadauer ad pyram afferebatur, quo pyræ imposito ignis à propinquiore subijciebatur, in quam pyram vltima dona omnes amici congerebant, vel ad odorem, vel ad gustum pertinentia, vel vt pyra facilius concremaretur, deinde cineres, & quod reliquum ossium erat, colligebatur, vinoque rigabatur, vt cum suaui odore extingueretur, & in vasa modo aurea, modo argentea, modo ænea includebantur. Virgil. l. 6. Aeneid. *Et subiectam more parentum*. Vbi verò anniuersariæ fiebant exequiæ, nihilominus munera super aras extructas deponebantur. Erat & consuetudo, vt sterilis vacca animabus mortuorum plerumque mactaretur. Cumque colligerentur ossa & cineres mortuorum pyra exusta, lapis circularis, ex quo struem faciunt, & vbi alibi talis extiterit, omnia consumit, & intra se inclusa omnia vertit in cinerem. Si domi mortui fuerant qui vrebantur, nec vlli essent captiui, qui iugularentur in pyram, res quæ chariores extitissent viuis, vnà comburebantur: quare Virgil. Didonem facit iutor cætera Aeneæ res relictas secum in pyram deferentem: sin exequiæ fierent pro ijs, qui mortui fuissent absentes, erigebantur illis tumuli, pro aris, atque his vinum & sanguinem victimarum ad radices tumuli offerebant, & aliquando lac cum sanguine, animasque euocabant ad bibendum sanguinem. Virg. l. 3. *Ante vrbem in luco*. Ornabantur autem aræ siue tumuli, quæ pro defunctis absentibus erigebantur, Cupresso, quæ arbor funebris putabatur, quia semel cæsa amplius nō repullulat, & vittis nigris aut cæruleis: Mulieres, quæ adesse his exequijs non solebant, nisi solutis capillis. Virg. l. 3. *Ergò instauramus*. Item flores illarum domorum, in quibus aliquis mortuus esset, Cyparisso ornabantur, ne quis nescius ingrediens pollueretur. At cineres eorum, qui vsti fuissent domi, sepeliebant. Cùm verò anniuersariæ fierent exequiæ, nigræ oues mactabantur, & sanguis earum in crateres collectus, cum precibus in effossas foueas effundebatur, animæque vocabantur ad bibendum: sed & vinum in terram effundebatur, & lac, & flores. Virg. l. 5. *Ille e sit concilio*. Mulsum præterea & aqua, & molæ supra vinum & sanguinem in foueam proijciebantur. Item quod putabatur superfuisse mortuis, siue quæ res è fouea non euanuissent, post absolutas exequiarum cæremonias non longo temporis interuallo vrebantur. Vbi animas aduocarent, supra congestum tumulum ascendebant, atque inde ter altissima voce vocabant ipsorum mortuorum animas. Quòd si vocatæ animæ ad has exequias non accederent, inter mortuos illi non numerabātur. Virg. l. 1. *Spemque metumque*. Aduerte quod notatu dignum scribit Aelius Spartian. in vita Traiani Imp. & Hadr. Imp. triumphū qui Traiano debebatur, & ei Hadriano senatus detulisset, cùm morte obita triumphare nequiuisset, illi defuncto exhibuit: quippe trium-

Capilli symbolū mortalitatis.

Mortuis quæ in pyrā [illegible]

Mortuis vacca mactabantur.

Cupressus arbor funebris.

Vinum lac, flores, sanguis proijciebatur.

Mulsum item & aqua & molæ.

Traianus mortuus triūphauit.

triumphali apparatu præcedēte, & omni prędā Traiani imaginē, tanquā victoris insignis victoriæ, cuius ipse dux & author fuit, in triumphali curru vexit. Nunc ad mores gentium diuersarum, & præcipuè Romanorū, in condendis corporibus defunctorū cōuertimus sermonem, prout annotauit Alexander ab Alexandro in suis Gen. dierū libris, sc. 3. c. 2. Superius dicta deprompta sunt ex Mythologia Natalis Comitis. Romanos olim ab ortu vrbis, defuncta corpora humi condere, quod & Græci faciebant, injiciendo terram, neq; cremare consueuisse, illud argumento est, quòd Numæ Pompilij corpus, secundum Liuium 4. Dec. l. 10. in arca lapidea post multa sęcula a Cneo Terentio non in Ianiculo, sed in agro L. Petilij scribæ sub Ianiculo inuentū, vetustissimi authores tradūt. Postea cùm lōginquis bellis defunctos erui cognouissent, vt igni cremarentur, decreto sanxerunt, vt scribit Tullius l. 2 de legib. Primus ex patritijs Cornelius Sylla traditur, qui decedens, igni se cremari voluit, veritus talionem. Nam ipse corpus Marij & eruta ossa subuertit, & in Anienē misit. Inde mansit diu defunctos cremandi cōsuetudo, a qua secutis temporib. dum Antonini Cęsares imperitarent, desitū fuit. Tūc enim illo more abrogato, denuò corpora humi cōdere cœpêre ex instituto Thaletis, qui cum omnia ex aquis cōstare dicat, defunctos terræ mandare iussit, vt humore dissoluantur. Heraclitus vero igni, tāquam ad originem suam reuertātur, quippe cùm omnia ex igne cōstare diceret. Carthaginenses vero cùm prius terra obruerēt fato defunctos, postea a Dario admoniti mutato consilio igni tradidere. Apud Syros & Aegyptios condendi, non cremandi corpora, medicataque cadauera asseruandi in loculis vetustum morē inualuisse accepimus. Condiebant. n. cadauera myrrha, aloe, cedro, melle, sale cera, bitumine, & resina, odorib. & vnguentis delibuta. Ex succo enim cedri exanimum corpus seruari, sicut viuentia corrumpi, haud dubie perspectum est. Hoc genus ligni tineæ nescit corruptionem: & Plin. scribit æternitatē esse materiæ cedrinæ. Ex ea simulachra Deorū facta legimus. Sudore quoq; ligni tædæ concitæ, & furnis adactæ, apud eosdem mortuos delibutos seruari prodiderūt, ita linteamentis integris, vt viui apparerent: quod ab exteris Regibus vsurpatum accepimus, vt eorum corpora non cremarent, sed differta odorib. tumulo inferrent, aut humi conderent. In tantūq; odores ad defunctos pertinere creditum est, vt quamuis cremarentur, vnguenta tamen & odores flammis injicerent. Pythagorici non vnguentis, sed folijs populi, myrti & aloes stipati, humi mandabant, sicut M. Cato cōdi & humari voluit. Licurgum legimus nihil cum mortuo sepeliri mandasse, sed puniceo amictu velatum, & oleę fronde circumdatum, terræ mandari voluisse. Albanis pecuniam cū mortuis sepeliri in loculis mos erat. Strabo li. 11. Sic Taxilis, Brachmanis & Iberis, vulturibus defuncta corpora objicere. Barchæis, quæ apud Colchos & Iberos gens est, agnato morbo extinctos, velut ignauos & degeneres igni tradere: in bello aūt absumptos, tāquam fortes & strenuos, objicere vulturibus. Parthi & Magi procul ab vrbe nostro more honestam sepulturam, vulgo autē aut cani laniatum putauere, ossaq; tantum illa, quæ superessent, terræ mandare assueuerāt, sicut apud Hyrcanos, quorum horrida & inculta vita est, aliasq; gētes indomitas, canes pro sepulchro fuere, qui sepulchrales dicti. Nos affluenti cibo nutriebant, & loca quisque canes parabant in vita, à quib. mortuus laceraretur, atque hoc eximium & solenne putabatur funus. Sic apud Christianos sunt filij mali, vel loci[illegible], qui nutriūtur, vt consumant relicta bona patris vel benefactoris. [illegible] de-

Cedrus est materia æternitatis.

Mortui quo modo olim sepeliebantur apud Romanos.

Combustus primus quis

Carthaginenses.

Syri & Aegyptij.

Pythagorei

Taxili. Brachmani Iberi. Barchæi.

Parthi & Magi.

Hyrcani.

defunctos, cera circumlitos, vt maximè diurni essent, domi condebant. Assyrij in melle, cerum verò in paludibus. Humi verò tradere aut igne cremare, capitale fuit, quia ignis pro Deo habitus, cui cadauer offerre piaculum. Essedonū traditur mos, vt parentum funera cantibus prosequantur, mox cœtibus propinquorum aduocatis, quod dictu auditúq; fœdum est, ipsis cadaueribus immistis ouillis carnibus vescantur. Id quod ab Indis & Massagetis vsurpatum ferunt, quorum prodigiosa immanitásq; natura est. Nam senio confectos in frusta cædere, illorumq́, carnibus immistis pecudibus vesci assueuêre. Id quoq; apud Derbices Persicam gentem, & cum Hybernis efferatis hominibus commune fuit, vt parentes & affines, qui succubuere, comesse pietatis, maximæq; honestatis munus putarent: quod Chrysippus Philosophus probauit, & literis prodere non dubitauit. Fuitq; proditum eosdem Derbices in more habuisse, viros etiam progressos ætate, more hostiarū immolare ad aras, mulieres vero senescentes præfocare. Tradunt Hyperboreos illos pemcissimos, qui in extimo orbis tractu siti sunt homines rigentis barbariæ, & omni humano generi insociales, eos qui longo æuo vixerunt, post epulas & familiare conuiuium, sertis redimitos ex rupe abrupta in mare dare præcipites, quæ lex in Co insula ad Hellespontum fuisse traditur, vt supra sexaginta annos nati, aconito vitam finire cogantur, ne ipsi desides & ignaui, fortium virorum cibaria absumerent, locumq; & partes aliorum occuparent. Quod de Caspijs quoq; memoriæ proditū est: nā filij parētes septuagenarios domi clausos, aut in loca inculta & deserta, intimasq; solitudines expositos, vel fame enectos, siti & inopia conficere, celebre funus putarunt. In Scythia gens est, quæ parentum cadauera inter niues & glaciem truncis affixa arboribus detineat, illa terræ mandare, pro scelere & flagitio arbitrati. In Phrygia mortuos sacerdotes non defodiunt, sed super lapidibus decem cubitis erectos, sublimes constituunt: sicut Nasamones, qui sedentes mortuos statuebāt. Thraces quoque fama est, & Indos ætate confectos, illos præcipuè quibus studium sapientiæ fuit, incensis rogis mortem oppetere, & sine aliquo funerum apparatu, lætos se in flammas inijcere, non refugere, nec reformidare. Alios inibi homines in alio orbis tractu intonsos & incultos, vltra Arabes & AEthyopes, parentes sibi coniunctissimos in littoribus, ita vt fluctibus operiantur, sepelire, ipsosque AEthiopes ad certos annos vitam producere, qua exacta, diuerso quisque fungatur fato, exanimaque corpora vel in flumen projicere, vel vitro operta, ita vt integra spectentur, & posteris spectaculo sint, asseruare. Pæones in stagna, Ichthyophagi in mare defunctos abijciunt, Troglodytæ paliuri virgis, mortui ceruicem cum pedibus alligantes, efferunt: deinde cadaueri lapides aggerentes, cornu capræ inibi ridentes apponunt: hoc pro exequiali pompa, præq; fauere existimantes. Quod Gymnesiarum incolis vsurpatum legimus, incisa & desecta cadauera in vrnam imponant, desuperq; ingentia saxa accumulent. Arabum verò mos proditus est, vt Regum & summorum ducum elata cadauera in loca tetra & inculta stercore obruant, ac cæno & fimo aggesto, terræ imponant. Panebij, si quando Rex moritur, corpus quidem defodiunt, caput verò auratum in templo augustissimo consecrant, dicantque. Sicut Saitanis Reges, qui imperitarunt, intra septa templi sepelire assuetum erat: hoc genus sepulturæ optimum, & pietatis vltimam officium a stirpe maiores. Lotophagis nulla sepulchrorum habetur cura, sed defunctos in mare deijciunt,

Marginal notes (left): Assyrij. — Essedones. — Indi & Massageti. — Derbices & Hyberni — Hyperborei — Caspij. — Scythæ.

Marginal notes (right): Phryges. — Nasamones — Thraces. — Aethiopes. — Pæones. — Ichthyophagi. — Troglodytæ. — Gymnesiarum incolæ — Panebij. — Saitani. — Lotophagi.

parum referre arbitrati, igni, terra vel aqua dissoluantur. *Athenienses* Apud Athenienses & omnem ferè Græciam corpora non cremare, sed terræ condere & sepelire cum funebri veste, Phrygibus verò igni imponere, antiquissimus mos proditur. Sed in humandis corporibus Athenienses Orientem versus, *Megarēses.* Megarenses & Phœnices ad Occidentem vertere solebant. *Aphri.* Aphri verò, vt Græci sepeliunt. Maxima autem sepeliendorum cadauerum cura Atheniensibus fuisse fertur, præcipuè bello peremptorum, ita, vt qui illos inhumatos relinquerent, quouis supplicio dignos putarent. Idcircò summos Duces, q̄nia cæsos nauali pugna, in mare deiecerant, grauibus pœnis & supplicio capitis affecère: quibus, cùm peremptorum corpora assequi nequirent, illorum ossa & disiecta membra passim strata exquirere, & humo tegere, defunctósque in acie, tumulo publicè extructo, quotannis pro concione laudare, magnæ curæ fuit, *Mortuos laudare, & nō in mare abijcere.* adeò vt Nicias cum exercitu iter faciens, ne duorum militum amicorum inhumata cadauera relinqueret, totum subsistere agmen, donec humarentur, iusserit. *Niciæ historia.* *Cimon.* Et Cimon Miltiadis filius, vt pater sepulchro conderetur, captiuum se præbere non dubitauit: *Cares.* Traditum quoque est, Cares morte sublatos milites, armatos sepelire. Et Sindos tot pisces in sepulchris mittere, quot hostes confecisset, qui humaretur. *Iberi.* Sicut Iberi pro hostium interfectorum numero, tot obeliscos apponunt: hoc insigne testimonium virtutis & expertissimum decus arbitrati. Condebant enim prisci corpora, vel arcis lapideis, vel fictilibus cum funebri tunica: quia nudum iacere cadauer, pro flagitio erat. Reges verò externis differtos odoribus, in montibus sepeliunt: vnde deductum, vt illorum sepulchris pyramides apponāt aut columnas. *Romani.* Romani verò in domibus, quas singuli incolebant, dolijs aut vasculis: qua ex causa lares, quos domesticos vocāt Deos, colere cœperunt. Postea lege tabularū duodecim ne in vrbe sepelirentur, neve vrerentur, graui fuit documento sancitum, cuius verba sunt. In vrbe ne sepelito, neve vrito. Cineres tamen eius, qui triumphasset, aut Imperatoris, qui hostes bello domuisset, vel armis Remp. auxisset, in vrbem ferre licebat: quibus hoc honoris causa, vt in foro conderentur, tributum est: licet apud Spartanos lōgè secus seruatum sit, Lycurgi lege, quibus & in vrbe & secus deorum templa sepelire permissum. Non sic Athenis. *Athenienses* Nam in campo extra vrbem tumulus erat, in quo colūnæ extabāt, in quibus defunctorum nomina per singulas tribus, qui illis cōditi erant, continebantur. *Corinthi.* Corinthi quoque extra vrbem maximorum virorum monumenta fuère. Inter quæ Diogenis Synopen. quem Canem Græci cognominarunt, sepulchrum visebatur. Reliqui verò in agris quisque suis, aut in fundo suburbano seu auito, & patrio solo ex senatusconsulto Cneo Duillio consule, Romæ humari consueuère. In quib. sepeliēdis licet toti generi & familiæ ius esset à principio, postcà vt in familiam ius sepulchri non descenderet, recētiore cura prouisum fuit. Frequentius in Flaminia aut Latina via, ac suburbijs & anfractibus viarum, Romanorum gentilitium sepulchra fuère. *Mortuis quæ dabantur in vrnas.* Ibiq; Calatini, Scipiones, Seruilij & Metelli, aliorūque honestissimæ familię condebantur: ad quæ vasa figulini operis, nonnunquā arma militaria, ensésque & libellos, aliaq; quæ defuncto cordi fuerant in vita, quorumque efficaci studio tenebātur ferre, & eodem sepulchro tegere assueverant, vt ea, quæ viui dilexerant, vnà conderentur. Scitum etiam in vetustissimis sepulchris, quæ in via Appia plurima visuntur, inter ædificia & hortos, interq; coagmenta lapidum, erutum cadauer fuisse, multo æuo vetu-

vetustum, adolescentulæ mulieris, facie, capillo, oculis, naribus ac reliquis lineamentis prorsus incorruptis: nisi quòd vestigia liquaminũ & vnguẽtorũ, quib. delibutũ fuerat, apparebãt: recẽti specie, inscriptiõe nulla, qua nomẽ defunctæ innotesceret. Pomponius tamẽ vir, vt in ea ætate, veterum literarum impensè doctus Tulliolam, Marci Tullij Ciceronis filiam, de cuius obitu ad Seruium Sulpitium sunt Epistolæ, aut Priscillam Abascantij, de qua Sylua Papinij extat, fuisse augurabatur.

Tulliola inuenta.

Ceremoniæ in exequijs adhibitæ quæ.

Idem Alexander ab Alexandro l. 3. ca. 7. docet, quibus cæremonijs apud veteres defuncta corpora igni tradebantur, qualisq; pompa exequiarum foret. Inprimis obseruatum fuit, vt proximus sanguine, morientis corpus, dum trahit animam, amplexus, exhalantis spiritum osculo exciperet, flatumque hauriret: ad quod etiam properabant facere illis, qui captiui tenebantur. Mox decedentis oculos & ora clauderet, vsque ab Homeri temporibus vsitatum, nefas existimantes, à viuentibus decedentiũ oculos spectari, & cælo non ostendi, ideò in rogo iterum fuerunt aperti: tametsi lege Meuia, vt Varro significat, ne filij parentibus oculos sigillarent, cautũ fuerit.

Oculos mortuis claudere & aperire cur?

Nasamones

Nasamones vero præcipuè curant, vt morituros, cum agere incipiant animam, sedentes constituant, ne cubantes spiritum exhalent. Post quę defuncti corpus per interualla conclamatum.

Sepeliendi mos.

Plinius in naturali historia, hanc dicit causam esse, vt mortui aqua calida abluantur, & per interualla conclamentur, quòd solet plerumque vitalis spiritus exclusus putari & homines fallere. Denique refert quendam suppositum pyrę adhibitis ignibus erectum esse, nec potuisse liberari: vnde & seruabantur cadauera septem diebus, & calida abluebantur aqua, & post vltimam conclamationem concremabantnr: quamuis de Aniola consulari dic. Plinius, quòd in rogo reuixit: & quoniam subueniri non potuerat præualẽte flãma, viuus crematus est. Deinceps propiores affines calida abluere atque vnguentis vngere, candidoque amictu induere ac diebus septẽ seruare solebant, ara constituta, vbi odores incẽderent, quæ acerra dicta est.

Græci.

Græcis verò septendecim diebus corpora antequam cremarentur totidemq; noctibus seruare mos erat. Qui quidem amictus non ex lana sed lino intexebatur AEgyptiorum exemplo, apud quos laneæ vestes, nec cum cadauere sepeliuntur, nec in ædes deorum importãtur. Id quoque à Græcis vsurpatum fuit, vt veste alba cadauer coronasque ornarẽt pœana canentes sepulchro inferrent. Die verò octauo per præconem indicto funere, ne fraudarentur solenni honore supremi dies, vt homines ad honestãdas exequias conuenirent, his verbis, *Ollus letho datus est*, proclamabatur.

Verba proclamandi mortuos.

Spartani.

Apud Spartanos constitutum, vt Rege defuncto equites obitum regis enunciantes cursitent, fœminæque crinibus passis & libero conquestu, tinnitu ollas pulsent æneas, quibus nec nocte nec die quies. Tunc audito Regis obitu, in omnem formam luctus cõcedi permissum erat, mulieresque proxima affinitate in veste candida & capite aperto ritu Romano eiulantes, funus celebrare. Alij verò tecto capite in veste pulsa parentes efferre consueuêre.

Græci.

Apud Græcos fœminæ virique in candida veste cum coronis amplissimi viri exequias prosequuntur & velut in publico luctu cõplorant promiscuè. Quod fuit in more Syracusanis, qui candido amictu velati & fronde coronati, Timoteonem extulere, cui perpetuos honores atque in foro sepulchrum decreuere, sicut Sycionij Aratum in veste alba & coronis sepulchro intulere.

Syracusani

Sycionij.

Argiui quoque in luctu albas vestes aqua ablutas induunt, & in candido amictu funus comitantur. AEgyptij atque Assyrij funera ob-

AEgyptij.

siti squalore & sordibus, ac cœno oblitι, capillum summittentes, & barba detonsa. Milesij verò erasis capitibus consueuerunt plangere. Qui mos apud barbaros inoleuit frequens, vt in funere & casibus aduersis iuuenes tonderent comam, barbam ipsi ponerent, & vxorum capita deglabrarent. Persæ quoque detonsis coniugibus & liberis lacera veste, lugubri vlulatu corpora efferebant: Qui etiam in funere clarorum virorum seipsos, equos & iumenta tondebant. Apud Græcos conuenit, in luctu viros comas alere, barbam capillum que submittere, mulieres verò tonsis crinibus esse: quem morem à Romanis vsurpatum legimus, vt sorores defunctis fratribus & matres filijs orbatæ, in acerbo funeris luctu, cum flebili vociferatione detonsos crines corpori imponerent: qui mos antiquus vsque ab Homero traditur. Dionysius Halicarnasseus loquens de funere Virginio, dic. *Exiliebant ex ædibus mulieres & Virgines, deflentes hunc casum, floresque alia & coronas aduersum lectulum inijcientes, aliæ zonas & baltheos, aliæque vittas virginales comæ, & quædam etiam retortos crinium detrudentes capillos.* Apud quem Homerum Patrocli cadauer opertum amicorum capillis superiectis fuit: & Achilles flauam comam in defuncti Patrocli funere manibus secuit. Quippe ea lugenti aptissima putantur, quæ indecora nec vsitata sunt. Cuius rei causa in Lycia affines & propinqui in funere muliebres vestes induunt, vt earum vestitus deformitatem pertæsi, citius à lachrymis abstineant. Macedonibus assuetum erat, vt crines tonsi defunctos lugeant. Sic Iob cap. . nunciata nece liberorum caput totondit. & Iere. 7. scribitur: *Tonde capillum tuum & proijce, & sume in directum planctum, quia proiecit Dominus*, &c. Et Herodotus l. 1. tradit Argiuos ob amissam victoriam in campis Thyreaticis lege cauisse, ne quis comam nutriret ante gloriæ pristinæ decus recuperatum. Archelaus Macedoniæ Rex, Euripidem tragicum, intimum familiarem, crinem tonsus luxit. In quo facetissimum illud Bionis proditur, perinde lugentes capillum euellere, quasi mœror caluitio leuaretur. Carthaginenses in luctu comis & ora lacerant, & vbera plangunt Virg. l. 4 de Anna Didonis sororis mortem deplorante: *Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis*, scilicet vbera. Idem Græcis in vsu fuit, vt in luctu capillum manu discindant, & comam vellant, vtque defuncti vxor in fletu oculos corrumpat, quasi hoc munus morientis foret. Ægyptijs quoque traditur mos, vt in obitu Regis singuli capita luto deturpent & nudatis mammillis mulieres virique pectora plangant: atque in deformi illa vie septuaginta duos dies cibis animantium, vino & omni apparatu abstineant, ac recensentes Regis virtutes, crebris eiulationibus luctum renouent. Sed & his adde, quod ignem non extinguebant, donec funus esset absolutum, ait Diodorus. Si vero miles moriatur in signum luctus & mœroris, sola supercilia eradant. Apud Lacedæmonios obitu regis enunciato, Spartiatæ serui & mulieres, ingenti coacta manu laceratis crinibus, abscissa veste, cum vocibus & vlulatu frontes manu plangunt & capite cohaerberato interitum miserantes, eum fuisse optimum Regem voce significant: quem morte sublatum, omni genere honorum velut diuinum cumulari Lycurgus lege sanxit. Præterea tradit Heraclides in Politicis, quod Lacedæmoniorum Rege mortuo per totum triduum nihil venditur, atque forum paleis conspergitur. Ideò præualuit mos regum & optimatum in funebri pompa, vbi dolore intestini premuntur, vt decoris immemores, cinere caput

Milesij. Persæ. Græci. Romani. Lyciæ incoli. Macedones. Lugere tonsis crinibus. Carthagin. Ægyptij. Lacedæmonij.

put aspergant, faciem detarpent, tunicam discindant, humi iaceant, comam vellant. De cinere vide 2 Reg 13. Iud. 4. Esth. 4. Ierem. 5. & 6. 1. Machab. 3. Ios. 7. 1. Regum 4. 2. Regum 1. Iob 2. ad finem. Contra vero Thraces. Nam defunctos cum cantu & luxu, lasciuaque gesticulatione, patrium carmen canentes efferre soliti sunt. Et praeterea Herodotus l. 5. scribit apud eosdem Thraces tales sepulturas optimatibus fuisse prelato triduum cadauere, mactatis que omnifarijs hostijs conuiuantur, illudque defletum prius, deinde combustum sepeliunt, aut aliter humo contegunt, aggestoque tumulo, cum alia omnis generis certamina proponunt, tum praecipue cum certa ratione monomachiam, id est, singulare certamen. Massilienses quoque nullo dolori indulgentes, funera cum necessarijs adhibita conuiuio celebrant. Cimbri & Celtiberi, si qui in acie mortem appetunt, gaudio exultant: si autem morbo affecti decedunt, in squalore sunt & luctu. Pellibus quoque vestiri Romanos diebus luctus & qui funus facerent, cuiusque cura & procuratio funeris erat, praetextam pullam induere, apud multos inuenitur. Solitos etiam illorum corpora, qui Magistratus & honores gesserant, in praetexta purpura, togaque consulari vel senatoria, virosque triumphales in tunica Iouis, plebeiorum verò in toga plebeia aut pallio efferre & cum eisdem illa cremare, saepè compertum est. Lecto igitur constrato purpura aut splendentibus linteis & in eo defuncti corpore locato, post vltimam conclamationem tibicine praecedente, qui naeniam funebrē, qua laudes defuncti & facta recensebāt, tum pudorem, integritatem & fidem, non saltabundus vt olim, sed stans Phrygio modulo caneret, funus procedebat. Nonius Marcellus ait: *Naenia ineptum & incondiutum carmen*, quod adducta mulier, scil. quae optima voce esset, quae praefica dicitur, ijs, quibus propinqui nō essent, mortuis exhiberet. Is modus ad maerorem erat accommodatior: quod ideò institutum ferunt, quasi in illas aeternas amaenitates ac in sedes & concilia piorum post funera recepti videantur: tametsi multi hoc funeris solenne & omnem apparatum praetermitti iusserint. Quippe M. AEmilius Lepidus princeps senatus decedens, praecepit filijs, vt sine linteis, sine purpura & tibicine funus sibi facerent. Et Atticus Pomponius, multique clari viri sine pompa funeris efferri voluere, praeficasque quae luctui praeessent, aduocare vel pretio conducere solebant, quae cantu & funebri carmine lamentarentur, vitamque & praeclara gesta, summasque virtutes non sine commiseratione laudarent. Nonnūquam Mimos, qui personas effingerent, ac facta dictaque repraesentarent, adhibebant. Quas quidem naenias Graecis in luctu saepe decantari inuenimus, qui apio coronati, defuncti laudes recensere carmine, quod Ialemo vocāt & res memoratu dignas, claro praeconio celebrare assuerant. Scripsit Ioannes Grammaticus Ialemum & Hymenaeum creditos fuisse Clius filios, quoniam ille flebiles cantus excogitasset, hic Epithalamium & Iambicos. Senatoribus vero & patricijs atque summis ducibus tuba: minoribus & plebeis exequiali tuba canebant siticines. Quam tibiam non in funeribus modo, sed in sacris, ludis & conuiuijs adhibebant. Imperatoribus etiam pluribus tubis maestum plangentibus, quod a Caribus & Phoenicibus deductum autumant, qui in funebri pompa breuibus tibijs lugubre canentibus, vti consueuere. Macrobius in somnium Scipionis scribit, mortuos ad sepulturam cum cantu prosequi solere, quoniam animae ipsae post corporis vincula ad originem dulcedinis Musicae, scilicet ad caelum ipsum

Thraces. *Massilienses* *Cimbri & Celtiberi.* *Romani.* *Naenia quid* *Praefica quid.* *Mimi.* *Ialemos quid.* *Tibia funebris.* *Cares & Phaenices.* *Cantus in sepeliendo cur?*

ipſum redire, creditum antiquis fuiſſe: quamquam alij ideò id factum putant, quod anima ipſa pleriſque harmonia exiſtimata eſt, quod & ipſum in primis credidit Herophilus. Deferendi verò pheretrum, propinquioribus virilis ſexus dabatur munus. Itaque filij parentes, & fratres ſorores elatas funere deferebant: nonnunquam ſerui libertate donati, plerunque ſenatorij, prætorij & conſulares, quique ampliſſimis honoribus functi erant, Imperatorum & conſularium virorum feretrum detulere. Quare Pauli AEmilij, qui de Macedonia triumphauit, legati Macedonum & Syllæ Dictatoris feretrum, ſenatores & ſacræ virgines extulerunt. Et Metello filij tres conſulares duo triumphales, vnus Cenſorius & alter Prætor lectum ſubiere. Dumque effertur inſigne honorum quos geſſiſſet, vt faſces, ſecures lictores, armaq; & dona militaria, coronaſque omnis generis, quas in vita meruiſſet, vexilla atque vrbium dona & legionum, ſpoliaque hoſtium, ac munera quæ quis daturus erat, expreſſoſque cera vultus & decora maiorum, totiuſque familiæ longo ordine ſimulachra & gentile ſtemma præferebant ab vltima origine, quanto cum poterant apparatu: Et nota hæc ſimul etiam, vbi conſuetudo erat, comburebantur. Quare C. Cæſar in amitæ funere, Marij ſtatuas pro decore familiæ detuliſſe fertur. Et Tiberius in Druſi funere originem Iuliæ gentis, AEneam, omneſque Albanorum reges, Romulum & Appium Clauſum, cæteraſque Appiorum effigies longo ordine produxit. Ferunt quoque Thuniam, quæ Caſſio nupta fuit, viginti clariſſimarum familiarum origines, velut indicium ſplendoris & vetuſtatis familiæ, in funere præceſſiſſe: inter quos Manlios & Quintios, Caſſiumque & Brutum. Nonnunquam, vt ampliore efferrentur funere, plures defuncto, ſtrauere lectos, qui inſtrati in pompa funeris anteibant: ſicut de Sylla, cui ſex millia, & Marcello, cui ſexcentos prælatos legimus. Tum ſi qui ab eo ſerui manumiſſi & libertate donati fuerant, illi præcipuè, qui fide inſignes à Domino cogniti forent, herilem interitum miſerantes, pleni lachrymarum, elatum corpus præcedebant pileati, aut alba lana capitibus velatis: qui quanto plures erant, tanto plus nominis laudiſque dedere, quòd familiam totā decedens Dominus tantis muneribus cumulaſſet, ac libertatis pretio affeciſſet. Nonnunquam illos qui raſis capitibus triumphantis currum proſecuti fuerāt, eiuſdem defuncti corpus pileatos in pompa funeris præceſſiſſe inuenimus. Q. Terentium Culleonem, quem Scipio Aphricanus ſeruitio exemerat, quique triumphantis currum capite raſo fuerat proſecutus, eiuſdem elatum corpus pileatum præiſſe memorant: poſt ſequente proximorum, affinium & amicorum turba, lugentis habitu, capillo demiſſo, in veſte pulla aut cærulea, vt Cato ſignificat. Cùm enim adoleſcentis funus facerent, cæruleum frequentes induebant. Apud exteros verò Phæus color ſumebatur in luctu. Namque Antiochus, audito fratris obitu, purpura depoſita, Phæum induit, qui inter album & nigrum fuiſſe color traditur. Nonnunquam ſenatu vniuerſo & Magiſtratibus cum vexillis, interdum equitum turmis, ſi quando Regum aut Imperatorum funus efferrent, comitantibus. Funeris enim lex erat, vt præcedente pompa funebri, viui ſequantur, tanquam haud multò poſt morituri: hinc exequiæ nomen habent. Interim lectulo pleriſque flores & corollas iacere, nonnulli vnguenta & odores, alij dona cumulare, idque noctu & obſcura luce: ideò ardentes faces adhibebant. Nam die funus efferre, vetuſto more non licuit: quod Demetrius rex cauit edicto, vt ante lucem vel poſt crepuſculum efferantur.

Portitores defunctorum quę.

Defunctos efferendi ordo.

Exequia cur dictæ.

ferantur corpora, die verò non liceret. Sæpe tamen Imperatoris aut Ducis, qui occubuisset in acie, funus, milites, quātum poterant, militaribus studijs celebrarunt. Ea pompa fuit, vt armatæ instructæque legiones in turmas & centurias, cùm vexillis militaribus inuersis, aut abiectis militiæ insignibus, defunctum comitentur, phalerasq; equis detrahant, ensium mucrones & lancearum cuspides humi deiectos ferant, & rogum lustrent. Nota. Lugentium mos est prioris habitus immutatio. Id quod apud Græcos etiam seruari meminimus. Rogo igitur extructo & pyra cupresso circumdata, propter grauem cremati corporis nidorem, ne tetro odore, abigerentur proximantes, desuper defuncto corpore locato, illius oculos, antequam cremaretur patefacere, & cælo ostendere mos erat. Apud alios trientem in os defuncti, tanquam naulum imponere, quem apud inferos pro portario dari opinio fuit, & vana superstitione creditum: quod apud Hermionenses vetabatur, quia pronus inde ad inferos descensus erat, quasi naulo non indigerent obituri: Sicut circa exitum Syrtium fuit Lethe amnis & in Epiro atque Heraclea Pontica Acherasius specus, quem vsque ad inferna patere dixerunt, & contra Laodicæam os Plutonicum, in quo omne animatum moritur, (quale & in Bohemia Toeplæ est) & in Tenavv Laconiæ inferni ostia, & spelunca, per quam Cerberum eductum & Furiarum templum esse ferebatur. Gallis verò mutuam pecuniam dare, quam apud inferos post obitum redderent, mos erat. Præfica assistente & lamentabili carmine populum rogo circumdatum ad complorationes & lachrymas prouocante, populo etiam largis fletibus & pari cōploratione respondente. In quo luctu quædam ad commiserationem canebātur carmina & versus ad tibiam cū laudibus & lachrymis pietatem, humanitatemque & defuncti interitum miserantes. Eam verò pyram pro dignitate & honoribus quib. in vita functus erat, & prout amplissimos Magistratus & Imperia gesserat, modo maiorem, modo minorem extruxere. Fuitq; lege duodecim tabularum cautum, ne de lignis politis extruatur: donec per funerum ministros, qui pollinctores dicti sunt, corpus igne supposito cremabatur. In qua extruenda id seruatum fuit, vt præter arida ligna, papyrū quoq;, quo faciliùs crementur, nonnunquam crocum & vinum affatim apponant. Germanis struē rogi, nec veste, nec odoribus cumulare licet, sed sua cuiq; arma, & suus equus adijcitur rogo. Corpora verò clarissimorum virorū, nisi ex lectissimis lignis certi generis, concremari sine vllo funeris solenni permittitur. Dumq; igne accenso corpus ardebat, pro dignitate, proq; opibus, quib. quisq; potens erat, ita amici & affines, quiq; cōiunctissimi aderant, quæ chara habebant, & præcipui cultus cum gemitu & questu miserabili, in luctus & grauissimi doloris signum, ignibus iaciebant. Itaq; multi vestes triūphales, ensesq, & baltheos, nōnulli arma militaria: mulieres verò, ne studio vincerentur, ornamenta sua, armillas, zonas, mundamq; muliebrem, vittasq; virginalis comæ, alij retortos cincinnos & torques ac bullas prætextasq; liberorum flammę indidere, thura, vnguenta & odores omnium generum, quos lancibus ferebant. Quare multos copia odorum ad pyram exanimatos & præter infinita odoramenta, in funere Syllæ, statuam iustæ magnitudinis ex odoribus absumptam comperimus. Quęque defuncto charissima & cordi fuisse arbitrabantur in vita, quarumque rerum mirum & efficax studium fuerat, vt scuta, gladios, & arma, canes, dilectos equos, luscinias, auesque ad eundem rogum trucidatos, vt vna cum de-

Lugentium mos est, prioris habitus immutatio.
Græci.
...trientem ...nautas da... ...tur in os.
Hermionenses.
Galli.
Pollinctores.
Combustionis modus.

functo cremarentur, igni tradebant plerique verò seipsos. Vnde exemplis palam factum, multos accensis dominorum rogis, doloris impatientes, vel violentas manus sibi intulisse, aut igni pariter absumptos esse. Quod etiam de canibus, qui charitate dominorum in flammas se iniecere, memoriæ proditum est. Nam Hieronis & Lysimachi canes accensis rogis dominorum, in flammas se iniecisse, & vno incendio arsisse tradunt. Qui etiam erat Græcorum & AEthiopum præcipuus mos, vt comas ad rogum dissecent, corporique & igni imponant: boues & pecora, equosque & canes in ignem mittant, vinumque & oleum fundant. Vtique rege mortuo sublato familiares & qui cum eo coniunctissimè vixerant, charitate principis vim vitæ sibi ad rogum afferant, vnaque morte intereant. Indorum peruulgata historia est, vt viro defuncto quæ charissima côiunx in vita fuerat, eodem igne absumatur, vnaque concremetur. Thracibus & Getis erat iste mos, vt viro defuncto præcipuè dilecta coniunx maximo cultu ornata, ad tumulum duci, & à propinquiore mactari, eodemque tumulo humari debeat. Gallis verò, vt serui clientesque cum dominis patronisve vnà crementur viuentes, eademque pyra intereant. Gerri Scythica gens, defuncto rege, in tumulo, vbi cadauer odoribus delibutum erat, præcipuam concubinarum, pincernam, coquum, agasonem ac ministrum vnà tumulare, equosque & quinquaginta ex ministris ad rogum præfocare assuerant. Græcis verò vsurpatur, vt Imperatore aut duce fato perfunctis, funus efferatur solenni pompa & apparatu regio, captiuique & milites circa rogum digladiarentur, ouesque & boues mactentur. Vtque in omnem formam luctus concedatur equi viri-

A mines & canes cū herēdos se obiulerunt.

Côiunctissimi simul cū urebantur

Indi.

Thraces.

Galli.

Gerri.

Luctus forma.

que tondeantur, propugnacula è mœnibus diruantur, templa lapidentur, aræ subuertantur, lares abijciantur, partus exponantur, cibo abstineant, ignis extinguatur, atque in pompa funeris Magistratus, sacerdotes, pueri atque iuuenes cum trophæis, coronisque & armis militaribus funus prosequantur. Cœnas quoque ferales apparari, & crateres cū lacte, vino & sanguine, nec non melle & crocum ad ignem inferri solita inuenimus, vt vna cum defuncto crementur. Fuitque moris Galatarum, vt defuncti familiares & affines, inscriptas epistolas ad rogum conijciant, velut apud inferos mortui illas mox lecturi forent. Funebremque laudationem maiores natu & optimates, aut proximi necessarij in honore positi de laudibus defuncti habere, ac solenni laudatione illius facta dictaque, totiusque vitæ cursum, maiorumque laudes recensere assueiant. Primus enim Valerius Publicola, mortuo Bruto, supremas ipsius laudes accurata oratione prosecutus fuit. Inde institutum, vt clarorum virorum in funeribus solennis esset laudatio. Nam & Appij decemuiri defuncti laudationem secutis temporibus plebs æquis animis audiuit. Et Scipionem in funere supremo, vt hominem diuinum Maximus commendauit. Fuitque in vsu apud AEgyptios, rege defuncto, antequam iusta dentur per sacerdotem, qui proximam tenebat dignitatem, omnem vitæ seriem & ipsius dicta factaque & an fuerit fortissime præliatus, an vero [illegible] & deses ex alto suggestu, in maximo omnium conuentu perlegi & recenseri: & si vitia præualebant, honore funeris priuari, atque insepultum cadauer abijci. Si vero virtutes præcellerent, omni honore cumulari, vnguentis deliniri & laudibus celebrari. Reliquos verò cuiusque sortis homines ita laudari.

Cœnæ ferales quæ.

Galatæ.

Funebris laudatio

Origo laudationis.

AEgyptij.

Mortui laudati aut [illegible]

dari, vt sine vlla opum fortunarumve mentione, solam Religionem, iustitiam pietatemque commendarent. Apud Indos vero multa saecula viguit mos, vt cum moritur quispiam, pro foribus domus, Magistratus cui hoc munus impendebat, anteactam vitam moresque describit, vt vitia laudesque innotescant omnibus. Ferturque Fabius Maximus, prae caeteris vnus, qui in funere filij intestino dolore affectus, oratione non infracta ad populum ipsius laudes magno spiritu disseruit.

Graeci. Quod a Graecis simile quoddam accepimus vt defuncti laudes oratione solenni & longè petito prooemio prosequantur. Proditurque primus Pericles fuisse, qui carmine & laudibus eos, qui in bello Peloponnesiaco pro patria occubuerunt prosecutus fuit. Alij verò Solonem Graecis funebrem Orationem primum inuenisse ferunt. Et quamuis à principio virorum tantae gesta, non mulieres laudare consuessent: quia tamen Camilli tempore collatum aurum, vt se populus Romanus à Gallis redimeret, dedentem, cautum fuit, vt in earum funeribus, sicut in virorum, solennis esset laudatio. *Laudatio feminarum.* Nono vero die reliquias defuncti & cremati cineres, mater, soror, propinqui & affines nigra in veste & effusis comis, aut Pontifices & Sacerdotes, nonnunquam primores patrum perfuncti honoribus tunicati & discincti, lotis manibus & nudis pedibus ossa a cinere separare & colligere, eaque lacte & vino lauare, & Deos manes aduocare. Graeci vino & vnguentis inspergere solebant, cumque odoribus effusi in lachrymas, in vrna condere & linteo velare. Fuitque seruatum apud Indos & AEgyptios, regum funebres tunicas, quo cineres cremari a reliqua fauilla distincti iaceant, ex licio, quod igni non absumitur, con- *Indi & AEgyptij.* ficere, eisque ad rogum defunctum corpus induere. Quippe in Carysto lapis nascebatur, qui velut lana [illegible], nullo igne adurebatur. Tunc postquam defuncto conclamato & nomine deplorato, satis lachrymarum luctusque fuerat, ipsique ter aqua aspersi & lustrati erant, omni munere absoluto, supremum salue & vale, tanquam nunquam eos visuri vltra, conclamabant, & à praefica feralibus officijs iustisque persolutis, post lamenta & conclamationes, *Ilicet*, dicebantur: qua voce missum populum faciebat. *Supremum vale, vale, vale.* *Ilicet.* Quique funus prosecuti, quique comites fuerant, velut supremo functi officio, ad lares proprios reuersi, aqua aspersi, ignem supergradiebantur, hoc se piaculo ex funere expiati, arbitrati, quod expiationis genus, suffitionem, dixere: cuius rei causa ferias saepè indixerunt, quae Denicales dictae. Graeci vero aqua lustrantur pura, eademque expurgantur, in qua torrem exaltari extinxissent prius. *Graeci.* Peracto igitur funere, vbi a luctu quieuit animus, visceratíonem, hoc est, Ioui latiali in monte Albano sacrum facientes quod Latiar dixere, vbi carnem Latinis populis dare mos erat, quae visceratio dicta, & ludos funebres plerumque gladiatorios, muneraque, Graecis Gymnica certamina, & equestria in defuncti memoriam populo dari seruatum est: nonnunquam nauium cursus & naumachiam. *Ludi funebres & certamina.* In qua visceratione fuit institutum, vt [illegible] carius vaenirent: quare ad pollinctum emere fas foret, [illegible] mis magno in funeralibus [illegible] mercarentur obsonia: quam [illegible] pollinctuream dixere. In [illegible] nihil deesset, omniaque [illegible] suppeterent, laetari tamen [illegible]. Fuitque [illegible] biqu**e** leuimen, [illegible]

 [illegible]-

leuaretur. Præter quam erat cœna exequialis, quæ senibus & his qui multum ætate processerant dabatur: in qua pransi, discedentes post supremum officium, alter alteri valedicebat, quam sc. cœnam silicernium vocant. Athenis per funeri præfectos epulum apud defuncti maximè necessarium dari consueuit. Argiuorum verò institutum fuit, vt defuncti affines, statim ab excessu Apollini sacrificent, & trigesimo post die Mercurio, Apollinisque sacerdoti hordeum dent, ignemque extinguant & rursus accendant, carnesque victimarum percoquant, quibus posteà vescuntur. Eos quidem ludos apparatu magnifico continuis nouem diebus, in hisque gladiatorum paria, qui venalem sanguinem habebant, Romani exhibuere: ad quos intromitti matronas nefas habitum. Idque adeò vsu & moribus interdictum fuit, vt P. Sempronius vxori, quòd ludis funebribus interfuisset, repudium dederit. Domi quoque & in loco celebri, defuncti imagines in memoriam posteritatis, plerumque cereas aut marmoreas vel æneas columnas quoque cum trophæis & titulis ac magnificentissimis decretis publico consilio erigere, & res gestas monimentis insculpere, leuandi desiderij causa more antiquo seruatum est. Quas etiam iniuria cæsis ciuibus sempiterno æuo duraturas, publico decreto erexerunt, vt gratiam bene meritis ferrent. Apud Lacedæmonios, his qui in re militari facinora gesserant fortia, statuas & columnas pariter cum elogijs post obitum dedere. Rege vero defuncto, ipsius simulachrum, ita vt viuus appareret, in throno purpura & auro instrato effinxere. Tempus verò luctus, vt erat à Numa constitutum posteri seruauere, qui puerum trimo minorem, nec lugeri, nec plangi voluit. Id quod in Theca vna ex Cycladibus seruatum legimus, in qua pueri citrà septennium, aut homines vltra quinquagesimum annum incessi fuere: quod illi rapti immaturo funere, vix primum vitæ limen attigissent, isti autem satis diu vixissent. Neque vltra menses decem, filios parentum aut vxores virorum mortem deflere statuit. Quod lugendi tempus, patri & filio æque, fratri & sorori commune esse voluit. Vltrà verò non licuit, ne luctu indefesso & lachrymis nunquam desinentibus domus & familia funestarentur. Itaque post annum parentes filiorum & fratres sororum funera flere vetuit: ab eo enim tempore lamentis parcere iussum est. Tametsi nullum lugendi tempus viris legitimum fuisse nonnulli tradant, annumque fœminis tantum præfinitum ad deplorandum, masculis non item, intra quem alteri nubere non licebat & concepto necdum partu, vetabantur. Marcus tamen Antoninus Philosophus ne vltra quinque dies lugerent Romani filium sibi morte sublatum, summæ spei adolescentem, edicto inhibuit. Quintus vero Maximus filio consulari & Lucius Paulus duobus paucis diebus amissis & Marcus Cato mortuo prætore designato filio non luxerunt. Marcus quoque Bibulus consul, cum toto consulatu domi delituisset, quo die de obitu duorum filiorum certior fuit, in Senatum venit, & munus consulare obiuit. Quod de Dione, Anaxagora & Xenophonte traditur, & Asinio Pollione, qui quo die filium amisit, in conuiuio fuit. Contrà Pericles, cum animo inuicto semper fuisset, amisso Paralo filio, magnitudine doloris victus, lachrymas vberes dedit & eiulatus nunquam desinentes. Filios vero minores decennio, tot mensibus, quot annis vixissent à parentibus lugeri statuit. Sed nec vxores à viris

Cœna exequialis. *Athenienses* *Argiui.* *Lacedæmonij.* *Theca.* *Lugendi tempus.* *Lugendi modus.*

nec

nec sponsas lugeri fas putauit. Tempore vero luctus matronæ purpuram aurumque deponunt, atrasque vestes induunt, & in pellibus degunt, nec illa resumere donec eluxerunt, licet. Viri autem senatorij laticlauum & annulos aureos exuentes, pullas vestes sumunt, barbam capillumque submittunt. Piceas quoque & cupressos velut ferales arbores & Diti sacras in lugubri domo patriciorum, amissis fratribus, liberis & propinquis, apponere mos erat. Græcis vero funestum, & qui exequias duxissent, vt lapide Lesbio domos extructas incolant, quod subtristi esset aspectu. Athemensibus Solon flebiles lamentationes & cætera dolorem testantia velut inania, & nihil vitę proficientia, sustulit. Licurgus verò vndecim dierum spatio Lacedæmonijs luctū terminauit. Quod a Thracibus & Messaltensibus vsurpatum legimus, qui quotidianas lachrymas & funesta omnia, ac sordes lugubres in funere inhibuêre. Luctus autem & mœror patrius intra lugendi tempora ob plurimas minuitur causas, vt si liberi nascerentur, si pater aut filius, frater aut vir, ab hostibus capti reuertissent: aut cum propior affinis, quam qui lugeretur, domi natus foret, vel si puella nuptui daretur. Publicus verò, si Iustitium foret, aut vota soluerentur, vel sacra Cereris instarent. His enim casibus domum aut familiam in squalore & sordib esse nō decebat. Hoc quoque notandum, neque puerum minorem septennio, priusquam omnes geniti dentes forent, aut fulmine ictos, qui vita functi essent, rogis imposuere, aut corpora cremare, neque hominem vita sublatum, ferijs publicis efferre licuisse. Quodque quoties plura cadauera & aceruata corpora vrerent, aut incendi curarent, solitos esse funerum ministros, denis virorum corporibus singula muliebria adijcere, vt vnius adiumento cætera facilius deflagrarent.

Proditur tamen decretum inter Pontifices, vt si defuncto cadaueri iusta quispiam exhibere velit, & an humatū esset, in dubiū veniret, satis haberēt, si quibusdā votis precationibusq; exhibitis, glebam absente cadauere, aut terram inijcerent, terque iniecto puluere, a labe erroris cadauer manesque expiatos ducerent, atque si operto humo cadauere os exceptum fuisset, donec purgetur, inhumatum videri. Est quoque notatum, in æde libitinæ, quæ humandis corporibus vsui sunt, venditare Romanos, qui nisi mense exacto, & vespere ac Februario mense, mortuis dare inferias solebant. Delphi verò apud aram Epitymbiæ Veneris manes euocabant, & defunctis parentabant. Græci autem paucis à morte dieb. feralia litabant defunctis obsequia: obseruatumq; vt reliquo corpore combusto, plerumq; digitum, membrumve, aut crines seponerent, quibus tanquam cadaueri iusta persoluerent & parentarent. Exteris verò gentibus diuersa fuit parentatio. Namque apud Plateenses manib. peremptorum ciuium dabantur inferiæ, vt præcedente tibicine, vehicula multa lauro & myrto fusca cum coronis sequantur, mox lactis, vini & olei libationes succedāt. Deinde purpuram indutus princeps, cuius ductores geruntur, exclusis seruis, mactato ante pyram tauro, vbi Iouem & Mercurium adorasset, manes illorum, qui pro patria ceciderant, ad cœnam aduocet: Posteà cratere merum libans, se defunctorum manib. propinare asseueret, hoc modo illos, velut præconio claro excitos, expiari opinati. Achillis verò manes in Sigæo nisi nudos & vnguentis delibutos circa sepulchrum decurrentes, nudos expiare compertum est. Apud Albanos, manibus defunctorum parentare, aut iusta persoluere, nulli permittitur, quòd defunctos humana ope non egere putabant. Essedones purgatum defuncti caput inau-

Marginalia: *Græci.* — *Athenienses.* — *Thraces.* — *De inhumatis dubium.* — *Ter inijcitur puluis.* — *Delphi.* — *Græci.* — *Plateenses.* — *Albani.*

aurant, illius quotannis hostias mactãt, & iusta persoluunt. Herodotus in Melpomene. *Quoties pater alicuius Filij domum defecit, omnes eius propinqui [illegible] mactauerunt [illegible] & mor-[illegible] accipiuntur, [illegible].* Augilæ, qui vltrà Syrenen sunt, nullos Deos, præter defunctorum manes, putabant, ab illis, vbi tumulis incubuere, per somnia responsa accipere opinati. Aegyptij dum manibus defunctorum parentant, post preces oppleti lachrymis tumulũ amplexantur & coronant: quibus mos erat in insula, quæ Abatos dicitur, vt si quo mersum in flumine cadauer non appareret, centum annis illi funus facerent, & ita manes expiarent. Delphi cùm Pyrrhi tumulum nullo honore antea coluissent, posteà cum didicissent illum contra Gallos pro Delphis adfuisse, Pyrrhi manibus in posterum parentarunt. Delij verò pueri & puellæ Hyperboreis virginib. vita functis, tonsis crinibus parentasse dicũtur, quos fusis inuolutos, supra illarum monumentum puellæ deponunt, pueri verò in sepulchris. Getarum lex erat, manes viri defuncti non aliter nisi morte vxoris expiari. Ad Terei sepulchrum, si qui parentant aut immolant, hordei loco calculis vtuntur. Romani verò floribus ornare sepulchrum, & sacrificio atque epulo defunctis parentare solent, nonnunquam thure & mero supplicare, sine tibicine, quibus in acie cæsis, fuit tam ara, quam annua parentatio constituta. Et tametsi mense Februario mortuis dare inferias consueßent, Decius tamen & Brutus contra maiorum instituta, Decembri mense parentabant. Proditurque memoriæ Traianus Imperator, in ea domo, qua Alexander Macedo morte sublatus fuit, eius manibus parentasse & sacrum fecisse. Maxima verò manium euocatio, Homeri testimonio, apud Auernum traditur fuisse in quo cęsis victimis & carmine effuso, manes defunctorum ab inferis per diras execrationes eliciunt, mox tenuissima effigie, & hominis simulachro sub noctem apparente responso accepto super quo consulturi venerant, e conspectu imago in auras puncto temporis dilabitur. Notatumque & illud, in deorum manium sacris & feralibus cœnis præter tortes & offas, apium apponi, quibus, qui sacris intererant, vescebantur. Neq; solùm spectacula & ludos, sed Deorum sacrificia, & manium parentationes, si quando minus rite exhibita, aut si non omnia iusta & solennia seruata essent, ex leuibus omissis causis, aut plus iustis seruatis, secundo & tertio, ac sæpius veteres instaurare & reficere cõsueuisse. De sepulchris & vario sepeliendi ritu scribens, docet ita: Plutonem, quem Ditem vocauère, sepulchrorum, funerum & exequiarum inuentorem antiqui crediderunt, Libitinam quoque Romanos Deam sepulchrorum præsidem coluisse accepimus, in cuius templo, quæ ad sepulturas necessaria essent venderentur, eandemque cum Proserpina, seu potius Venere, deam esse arbitrati sunt. Fuit verò antiquis vsque adeo sepulchrorum cura, vt non aliunde templorum & sacrarum ædium originem deductam, diligentissimi scriptores tradant. Qua de re Clemens Alexandrinus in adhortatione quapiam ad Græcos sic scriptum reliquit, d. Superstitio templa condere persuasit: quæ enim prius hominum sepulchra fuere, magnificentiùs condita, templorum appellatione vocata sunt. Nam apud Larissæam ciuitatem, in arce, in templo Palladis, Acrisij sepulchrum fuit, quod nunc sacrarij loco celebratur. In arce quoque Atheniensi, vt est ab Antiocho in nono historiarum scriptum, Cecropis sepulchrum fuit. In templo verò Palladis iacet Erichtonius. Sed vt templa, ita simulachra atq; idola à sepulturis origine traxisse,

Aegyptij.

Sepulchrorum inuentor quis.

Sepulchrorum cura.

Larissa ciuitas. Acrisius.

sunt, qui videri velint, quos inter Diophantes Lacedęmonius, qui antiquitatū libros 14. scripsit: Is Syrophanem ait Aegyptiū hominem locupletissimū, filio superstitē, eius desiderio simulachrū domi constituisse, ad quod familiares confugerent, cum domini iracundiam furoremq; euitare vellent, quomodo familiares in domino veniam consecuti, simulachrū ipsum florib. & coronis ornare soliti erant, & odoramenta aliaq; eiusmodi adolere, quæ sunt posteà ad sepulchra translata. Si quis tamen in veritate rsam sepeliendi causam indagare voluerit, duplicem inprimis eam esse videbimus, vt sc. posteri quoq; sibi moriendum esse admoneantur, & simul omnibus illic tendentibus, rectè ac sanctè viuendum esse, quibus reb. ad benè beateq; viuendam naturæ quodammodo iure impellimur. Vnde & eadem ratione diuus Plato suæ Philosophiæ scopum finemq; in mortis consideratione esse statuit. Anneus tamen Seneca, non defunctorum, sed viuorū causa, sepulturam inuentam esse voluit, vt hominum cadauera visu & odore à viuentiū medio amouerentur. Et cum sepulchrum omne duabus reb. constet, inscriptione & forma, antiqui maximè studuerūt, vt ad commēsum & symmetriam vtrumq; constituerent, vt videlicet monumentū inscriptioni, & inscriptio monumento quadam cógruenti ratione respōderet. Scythæ, qui immaniores cæteris habentur, cū Darius Hystaspis eos bello lacesseret, eisque à Persis obijceretur, q prælium detrectarent, inter alia responderunt, sunt paterna nostra sepulchra, quæ cùm inueneritis, agite, tentate illa labefactare, tunc certè intelligetis, simus vobiscum nos pro paternis sepulchris pugnaturi nec ne: interea nisi nos ratio traxerit, prælium non conseremus. Sed quo paterni sepulchri summa esset religio, Thamiridis quoque fabula astruit, quæ & in prouerbium vsque cessit, in eos, qui furore & insania corripiuntur, qui in patrios cineres minxerunt. Scribit M. Cicero, quòd sepulchrorū sanctitas in solo ipso est, quod nulla vi moueri neque deleri potest, atque vt cætera extinguuntur, sic sepulchra sanctiora fiunt vetustate. Terra, inquit Plinius, nos à reliqua natura abdicatos, tum maximè, vt mater operit, nullo magis sacramento, quàm quo nos quoque sacros facit. Scribit & Plutarchus in Numa, sacros vocari vita functos, quorum videlicet sacra sint sepulchra. Nostra quoque Christianorum lege sua sepulchris inest Religio, & ideò etiam violatoribus sua proposita sunt supplicia. Vetus eiusmodi extat Romanorum lex. Vbi corpus hominis demortui condas, sacer esto. Illud quoque Romanorū legibus cauebatur, ne quis vestibulum aditumve ad sepulchrum vsu caperet, neve bustum violaret. Antiquissimi præterea fuit instituti, vt intra vrbem, domi quoque defunctorum cadauera conderentur: vnde & remansit larium & penatum religio, qui ea de causa domi à gentibus colerentur, quæ consuetudo post breui spatio extincta. Sed cùm nonnulli essent, qui suorum vel propinquorum, vel amicorum minus desiderium ferre possent, tertium, septimum, nonum, & quidam trigesimum & quadragesimum, non sine quadam numerorum religione, dies defunctorum manibus & memoriæ statuerunt, quorum dierum non modo apud gentes mentio, & summa obseruationis cura, sed & in præsens à nostris ij magna diligentia custodiuntur. Hinc ab antiquis Græcis sacra illa Necysia, Ennata, Enagismata, Cterismata, Tarchimata, hinc Triacades & Triacontades dies legimus institutas: hinc à Latinis iusta, exequiæ, inferiæ, parentationes, nouendialia, denicalia, februa, feralia, & cætera huiusmodi, quæ omnia

Simulachrum das ...um.

Sepulchrorum causa ...

...phe.

Sepulchra fiunt sanctiora vetustate.

omnia tum lacte, tum vino, tum sertis & floribus, tum reliquis alijs rebus antiquis celebrabantur. Afficiebantur & interdum epulæ dapesque ad sepulturam, vbi antiqui epulabantur. Vnde sunt apud authores ferales cœnæ, silicernia, & funerum fercula, quem morem vix dum Christiana lex compescuit. Nota quod cadauer a cadendo dicatur, vt sis semper memor casus cuiusque & mortis. Siticines appellatos legimus, qui apud sitos, hoc est, vita functos, canere soliti erant. Addit Gellius, siticines propriũ habuisse tubæ genus quo canerent, à cæterorum tibicinũ proprietate differens, *quos siticinistas (ait) vulgus dicit. Qui rectius loquuntur, siticinistas dixerunt. Sicinnum enim genus veteris saltationis fuit, quæ & sicinnus dicitur.* Nec illud ignores velim, funus propriè dici cadauer iam ardens vel incensum; exequias, dum portatur. Reliquiæ iam concrematum & bustum conditum verò, iam sepultum. Sepulchrum à sepeliendo dictum, vt inuolucrum ab inuoluendo: sepulchretum, vbi multa sepulchra sunt: sicut à Græcis Polyandrion vocatur, quod nos Christiani Cœmeterion appellamus. Dicimus & tumulum à terra in cumulum erecta, & sarcophagum à saxi carnem exedentis genere. Tumba quoq; nonnunquam sepulchrum dicitur, vnde tymbion & hemitymbion pro parua sepultura. Cicero tamen tymbon bustum interpretatur, vnde & maleficæ mulieres, quæ in sepulchris versantur, tymbades nuncupatæ. Pro sepulchro etiam interdum, arca, vrna & cippus capitur: item & monumentum, olla & solium. Vsi sunt & veteres puticulo, pro vetustæ sepulturæ genere. Nonnulli conditorium sepulchri genus faciũt, id scilicet, quod Græci Hypogæum, quod subterraneum esset, vocauere, conditiuum videtur à Seneca dici. Mausoleum præterea ab eo, quod in Caria fuit regis Mausoli ab Artemisia regina conditum, sæpè vocatum legimus. Nostri etiam Christiani conchylia quandoq; appellauêre. Item Ciboria. Sunt item quæ Græci Eria, quæ ideo sic vocata, quòd mortuis iniiciatur terra, quæ Era dicitur: alij Eria nuncupant, quæ nostri suggrundaria, infantium sepulchra, eorum scil. qui quadragesimum diem nondum explêssent. Coragium Fulgentius pro virginali sepulchro vel funere, interpretatus est, cuius rei causa à quibusdam accusabatur parùm animaduertentibus, hoc sine aspiratione scribi, illud choragiũ cum aspiratione, sunt & illa apud Iureconsultos sepulchrorum genera, quæ gentilitia & familiaria dicuntur, sc. quæ toti familiæ & genti comparata sunt. Hæreditaria, quæ hæredes sequuntur. Lectuli vero & lecti, quibus cadauera ad sepulchrum deferuntur, tum feretrum etiam, tum capulus, tum sandapila, tum demum & loculus. Libitinarij à libitina dicti. Sunt & pollinctores, sic vocati, quod pollincere apud veteres funus curare significaret, quo verbo vsus est Plautus. Sunt & vespillones ea ratione dicti, quod vesperi inprimis sepelirentur vita functi. Sunt & sandapilarij à Sandapila pheretro nuncupati. Erant & Designatores, qui funera curarent. Euerriator vocabatur ille, qui accepta hæreditate, iure iusta facere defuncto debet: qui si non fecerit, seu quid in ea re turbauerit, suo capite luet. Id nomẽ ductum à currendo. Nam exuerræ sunt purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quæ fit per euerriatorem, certo scoparum genere adhibito, ab extra verrendo dictarum. Notandum, quod carebant quondam ferè publico hominũ consensu sepulturæ honore, qui sibi manus iniecissent, quiq; iniussu Imperatoris ex statione & præsidio defecissent, sc qui se interemissent. Dignissimum enim esse ait Egesippus eos, qui Dei patris imperium non expectarent, priuari quodam quasi ma-

Marginalia: *Cadauer vnde dicatur.* *Siticines qui.* *Sicinistæ qui.* *Sepulchrorum varia nomina.* *Polyandriũ.* *Cœmeteriũ.* *Tumba.* *Tymbades mulieres quæ.* *Mausoleum.* *Conchylia.* *Ciboria.* *Coragium.* *Pollinctores.* *Vespillones.* *Sandapilarij.* *Euerriator.* *Sepultura qui carebãt.*

matris gremio, terræ sepulchro. Alij tamen his dextram a cætero corpore abscindebant, ea ratione, ne membrum, quod vesano quodam furore in corpus sæuierat suum, cum eo pariter sepeliretur. Extremum vale hoc pacto clamabatur: *Vale, vale, vale, nos te ordine, quo natura permiserit, sequemur.* Cæterùm quæ ad hanc rem spectant, Virg. l. 6. in funere miseri conscribit: *Nec minùs interea miserum,* &c. Lessum vocāt eiulationem muliebrem, apud Aegyptios obseruatum. Cadauer trahunt in alteram regionē per nauim, vbi astant iudices ampliùs quadraginta in hemicyclo pręparato: Igitur vltra ripam, antequam in arcam corpus condatur, deducta in palude naui, volenti cuicunq; mortuum accusare conceditur. Si quis ab iudicib. fuerit, vt malus, reprobatus, sepultura caret: & qui itidē iniustè damnasse conuincitur, graui pœna punitur. Post hęc cognati composito luctu & lachrymis, demortui hominis laudes recensent, non vti Græci & Latini genus, familiam, opesque, sed defuncti ipsius à pueritia facta, mores, doctrinam, iustitiam, continētiam, pietatem, religionem, cæterasq; virtutes perstringunt, deosque manes inuocant, precanturq; vt inter pios illum reponant, quibus tota astantium concio læta quadam voce respondet. Tum demum cadauer à domesticis & familiaribus sepelitur in proprijs sepulchris. Sed quibus ea desunt, domi apud firmiorē parietem arca suspenditur. Qui verò ob aliquam ignominiæ causam sepultura priuantur, domi quidem sine arca seruantur: quorum si ignominiam & delicta posteri eluent, magnificè vt alij tumulantur. Fuit & illa Aegyptiorum consuetudo, vt creditoribus in pignus darent parētum corpora, quæ, qui non redemisset, perpetua infamiæ nota inurebatur. *Apud Indos,* ait Solinus, *quibus ad viuendi rationem propensior est cura, multa vxores in eiusdem viri coeunt matrimonium: & cùm maritus homo esse desierit, apud grauissimos iudices suam quæque de meritis agunt causam, & quæ officiosior cæteris sententia vicerit iudicantium, hoc palmæ refert præmium, arbitratu suo ascendat rogum coniugis, & vmbris eius semetipsam det inferias.* Apud Lycios nō morem duntaxat, sed legem etiam fuisse accepimus, vt non nisi veste muliebri lugerent: idque ob eam rem factum, vt cultus deformitate commoti, se maturiùs a mœrore abducerent, cùm luctum intelligerent effœminatum esse & mollem, & à viri grauitate dignitateq; maximè alienum. Ex his omnibus patet, quàm dispar sit ratio Catholicorum, hęreticorum & gentilium circa mortuos, quodq; magna sit consolatio, & ipsa tādem salus in fide Catholica viuere, moríque, sanctissimis sacramentis refici, in loco sacro, præsente clero, solitis ceremonijs sepeliri pro cuiusque dignitate & qualitate, adiuuari viuentium suffragijs, eleemosynis, ieiunijs, & id genus alijs, secureq; præsentari iudici seuero, & audire sententiam salutarem, vitamque consequi sempiternam. Qui autem viuunt vt pecora, moriuntur vt bestiæ, abijciuntur vt iumenta, & non habent nisi mortem immortalem, fœtorem insuper & horrorem in cruciatibus æternum.

Vale extremum quomodo dicebatur. *Lessum quid.* *Aegyptiorū iudicia in sepeliendo.* *[illegible]culα [illegible] functorū [illegible]endi [illegible]dus.* *Aegyptij.* *Indi.* *Lycij.*

INTRODVCTIONES IN FVNEBRES CONCIONES, EX EVANGELIIS DOMINICALIBVS totius anni.

DOMINICA PRIMA ADuentus. Matth. 21.

IESVS Christus, Saluator noster, qui est in superna Ierusalem, quæ dicitur, Pacis visio, vbi à facie ad faciem videtur Deus Deorum, misit duos nuncios suos, sc. Infirmitatem vel Casum & Mortem, vt soluerent animam à corpore defuncti N. dic. *Soluite, & adducite mihi,* & dicite quærentibus & lamentantibus de obitu illius, *quia Dominus illis opus habet*, terræ corpus mandando, animam dando, vel gloriam vel pœnam. Et ne terreantur vel morituri, vel mortuum circumstantes: *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus*, sc. naturali morte, in ætate matura, homine bene disposito ad emigrationem ex hoc sæculo, in patria ad patriam, venit misericors, longanimis, & multæ miserationis, qui etiam condonat peccata, & post mortem liberat a pœnis. Super animam iusti requiescit Dominus. In hac via mortis strauerunt plurimi vestimenta, sc. corpora sua; alij per martyrium, alij per naturalem resolutionem, &c. aut ramos de arboribus portantes, scil. cum exultatione manipulos suos, aut Domino Deo dantes honorem, & subijcientes ei omnia qui dedit velle & perficere, & mori fœliciter. Præcesserunt infinitæ turbæ & sequentur, nihil ergò mirum mori, sed beatum & iucundum illis mori, qui possunt dicere cum gaudio: *Osanna filio David: Benedictus qui venit in nomine Domini*, qui venit in mundum saluare nos, qui venit in occursum contra omnes insidias dæmonum, qui venit vt nos reponat in suam gloriam. Amen.

DOMINICA II. Luc. 21.

SIcut prædixit Christus signa futura in Sole, luna & stellis, antequã Christus veniat ad iudicium vniuersale: ita etiam signa sunt, priusquam veniat ad hominis iudicium particulare, quod fit statim, vt homo moritur. Intellectus, ratio, memoria, &c. periclitantur, sensus obtunduntur, oculi caligant, nares contrahuntur, aures obsurdescunt propter humores frigidos descendentes, & sic fit per omnia mẽbra totius corporis arescũt homines præ timore dolorũ & rerũ futurarũ, & virtutes ipsius commouentur. Et sicut in iudicio vltimo apparebit, cũ potestate & maiestate magna, sic in hoc particulari. Ideò quilibet hominum de vtroque debet esse sollicitus semper & vbique, quod facit declinare malum, & operari bonum, & expectare aduentum magni Dei: Qui hoc non facit: habet quod timeat mala, & non sperat bona. Respicite mortales, & leuate capita vestra, quia tunc appropinquat redem-

redemptio vestra. Nolite in hoc mundo quærere gaudium, sed sustinete tristitiam, persecutionem, gladium, carcerem, famem & omnia tormenta, quia per passionem oportet venire ad gloriam: & eo confidentius poteritis optare exitum ex hoc mundo, quia ibitis ad redemptionem: quæ non potest esse nisi in vita alterius: quam si diligitis, diligetis etiam signa & gaudebitis, & quo magis illa propinquare videbitis, eo magis exultabitis, si benè dispositi fueritis. Cuius rei exemplum optimum dedit nobis defunctus N. quia iam non erit amplius, neque luctus, neque clamor, sed nec vllus dolor, quoniam priora transierunt.

DOMINICA III. Matt.11.

AVdierat opera Christi Ioannes in vinculis, vnde misit quæsitũ, an ipse esset, qui venturus dicebatur, an alius esset expectandus. Mittamus rationem, intellectum, & sensus nostros ad Deum nos qui sumus in hoc ergastulo corporis constituti, & verè non est alius, qui liberet, qui saluet nos, quàm idem ille, quod nec omnes mundi diuitiæ, regna, voluptates, dominia, &c. facere possunt, quid ab his nisi dolores, miserias, mortem & pœnas expectare possumus? Tu es solus Deus, qui post hanc vitam infęlicissimam nobis præstas omnia desideratissima. Certe hic sumus cæci, ibi videbimus, hic claudi, ibi ambulabimus de virtute in virtutem, hic leprosi propter peccata, ibi mundi erimus corde & opere, hic surdi sumus, ibi audiemus sonos dulcissimos, & quæ nec auris audiuit, hic mortui sumus, ibi resurgemus in gloria, hic sumus pauperes, qui nihil intelligimus, sed tantum iubemur credere, ibi omnem veritatem docebimur, quod nunc in ænigmate contemplamur. Beatus qui non scandalizatur in Deo, quando mittit vel morbum, vel infortunium, vel mortem, nec accusat Deum, quod hæc vel illa non deberet facere, quasi oblitus nostri, vel quasi nesciret regere. Quæ omnia defunctus noster cogitauit, ideò nec ille, nec vos debetis in hoc funere contra Dominum murmurare. Quid exiistis ad illum in infirmitate, vel nunc in sepultura videre, non fuit arundo, sed vir constans in omni infirmitate, actione & dispositione sua, mortuus est vt verus Catholicus, nec placuit illi esse in magnis honoribus & delitijs, & licet fuit, tamen animum ad illa non applicuit. Fuit Propheta sibi dic. Si malè vixeris, malè peribis, si benè, & benè morieris. Idem prophetat vobis, & præmittitur ante vos, quem & vos sequi cogemini, & sequi debetis discere.

DOMINICA IV. Ioan.1.

MIserunt Iudæi Hierosolymis sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, vt quærerent ex eo: *Tu quis es?* Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. Sunt adhuc tales homines, & qui tali legatione etiam libenter funguntur, & dicunt: *Tu quis es?* Imperator? Potes ergò omnia facere, quæ libent, quamuis non liceant. *Tu quis es?* Princeps. Quare ergò te subijcis sacerdotibus, & non facis, quæ ei, aut quæ tibi videntur? quare templum ædificas? quare honoras sacerdotes? quare ita ieiunas, & religiosè viuis? cum in aula delicatè sis enutritus? & sic de alijs in infinitum. Sed quid dicis de teipso? Homo sum, mortalis, & cibus vermium. *Tu quis es* modò, qui antea fueras Imperator, aut prin-

princeps, nunc in pheretro iaces sepeliendus, cui necessarium est sistere te iudicio extremo, & respondere de officio tuo, quod tibi Deus commisit, de commissis & omissis. *Tu quis es?* doctus, sapiens, sanctulus, diues, potestatem habens aliquam & dignitatem, quis, quis es rogo, & quid dicis de teipso? nunquid non & tu moriturus, & quid dices tu Domino Deo in iudicio, & quid ille, & omnis creatura, omnesque cæli, & quod terribilius est, de te dicent facientque dæmones? Quæ superbia tua & inanis gloria tua, quæ arrogantia tua per omnia? quid de te præsumis & dicis? Audite quid Ioannes dicat: *Ego vox clamantis in deserto: Dirigite viam Domini*, &c. Sic defunctus noster nihil sibi tribuit, sed omnia Domino, à quo accepit, omnibus omnia factus, vt omnes lucifaceret Deo, ita piè dixit, & dixit, vt mori non timeret, & ad Deum magna animi lætitia confidenter properaret.

IN NOCTE NATIVITATIS Christi. Luc. 2.

E*Xijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur orbis vniuersus.* Exijt edictum à Deo sub generis humani præside Adamo, vt vniuersus orbis moreretur, propter parentum primorum inobedientiam. Et ibant omnes, vt profiterentur mortalitatem suam ab Adam & Eua, vsque modo, & ibunt vsque ad consummationem sæculi, quisque in suo statu & professione, & quisque ad locum suum, quo illum Deus destinauit, aut destinabit. Sic factum est cum defuncto nostro, vt nemo exemptus sit ab hac lege vniuersali, nemo etiam conqueratur fieri sibi iniuriam, quia descripti sunt omnes, vt tandem morerentur. Ideoque dicit Angelus, dicit Ecclesia filijs suis: *Nolite timere.* Dicit hoc ipsum fides Catholica, & conscientia tua, si sit innocens. *Ecce enim Euangelizo vobis gaudium magnum*, *quod erit*, non vni homini, sed *omni populo*: *Quia natus est vobis hodie Saluator*, qui est Christus Dominus. Iam natus est ille, & mortuus etiam pro vobis, vt & vos moriamini, & viuatis per eum in æternum. Nascitur in vobis adhuc per fidem & gratiam, &c. Natus est, & reliquit vobis remedia animæ salutaria in Ecclesia Catholica, scil. sacramenta dignissima, per quæ renasci potestis & inuenire vitam. At quod vobis signum est? Inuenietis illum infantem, humilem, ad placandum & miserandum paratum, si illum iam quæritis, & non post mortem demum, item non in aulis & delitijs, sed in præsepio positum, sc. in Ecclesia Catholica, non extra, vbi non est salus. Ex hoc loco illum audite, & sequamini, & si sic feceritis iuxta eius monita, certè nolite timere, quia gaudium hoc est omni populo, & vobis, & tunc in egressu animæ multitudo cœlestis laudabit Deum, qui saluos vos fecit, laudabit & vos, quia obediuistis Deo, & hæc ita promeruistis, vt sit gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Hanc amplectamini, Auditores, & laudabitur Deus in vobis, & vos Deo coniungemini, quod in defuncto nostro miris modis apparuit.

(?)

IN

In aurora Natiuitatis Christi. Luc. 2.

PAstores loquebantur ad inuicem. *Transeamus vsque in Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis.* Semper loquuntur ad inuicem, & quisquis ad suas oues pastores Ecclesiastici, vigilantes, transeamus ab his sæculi nugis & vanitatibus ad delitias veras, quæ in cælis sunt, &c. & ibi videbimus verbum & gloriam vnigeniti & beatitudinem nostram, quia nihil est in mundo quod nos satiet, sicut in illa Bethlehem & glorificet. Et transeamus festinantes: Sicut pastores isti, sicut filij Israel, dic. Edom regi, scil. mundo, Num. 20 *Obsecramus vt transire nobis liceat per terram tuam: non ibimus per agros, nec per vineas, nec bibemus aquas de puteis tuis; gradiemur via publica, nec ad dextram, nec ad sinistram, declinantes, donec transeamus terminos tuos.* & 2. Reg. 17. *Transierunt festinanter gustata paululum aqua* scilic. Dauid cum suis, significans Christum & Sanctos. Transeamus, ecce optatur, appetitur: quia naturale est cuilibet rei, velle transire ad nobilem formam, quia ista inferiora sunt corruptibilia, & ideò forma sua quæ imperfecta est, non sunt contenta. Transeamus ergò ad nobilem formam gratiæ & gloriæ, Eccl. 24. *Transite ad me omnes*, (scil. non ad diabolum vel mundum) qui *concupiscitis me*, Et hic transitus certo fine limitatur, ideò magis appetitur. Vsque sc. ad mortem. Transeamus delitias, ne inficiamur, diuitias, ne alliciamur, eminentias ne deijciamur, Deu. 4. *Vos transibitis & possidebitis terram egregiam.* Iere. 48. *Propagines tuæ transierunt mare*, scil. contritionis, aquam compunctionis, ignem afflictionis, eremum tribulationis. Deut. 1. *Transiuimus per eremum terribilem:* Et tunc restat ibi præmium. Ibi inuenietis Mariam & Ioseph, & infantem, positosque omnes iustos in gloria inenarrabili, ibi inuenietis mercedem copiosam pro re minima, quam benè operati estis, & sedem gloriosam gaudiumque, quale nunquam cogitare potuissetis aut desiderare, ibi demum mirabimini ea, de quibus nobis pastores Ecclesiastici loquuntur, illa nunquam auferentur à vobis, quorum cogitatio subinde è cordibus nostris euanescit, ibi glorificabitis & laudabitis Deum. Sic defunctus noster, nō expectauit velle in agone tantum transire ab hoc mundo, sed omni tempore, ab ætate prima vsque ad horam vltimam, ideo speramus illum peruenisse ad terram promissionis desiderabilem.

Euangelium summæ Missæ Natiuitatis, Ioan. 1.

MIrabilia quæ non capit intellectus noster, de Dei filio Iesu Christo, Saluatore nostro proferuntur hodie in Ecclesia Sancta Catholica, sed accedit subtilissimus & diuinissimus S. Ioānes, qui cum & verbum & Deum eum asserat, concludit: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Hoc nobis consolationi est, quod defunctus noster migrauerit ex hoc sæculo, & quidem Dei voluntate, vt non doleamus sicut gentes, aut diuinam bonitatem incusemus: sicut enim diuina dispositione natus, & fuit in hoc mundo, ita eadem abijt ex eodem. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, scilicet Christus qui illuminauit & hunc N. vt credenda crederet & detestanda detestaretur. sed de alijs, & maximè gentilibus hæreticis, & malis Christianis dicitur de Christo: *In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.* Hæc est eorum causa & damnatio, quia omnia in gratiam illorum facta fuerūt,

sed noluerunt credere & se applicare. *In propria venit*, in mundum quem creauit, in mentem, animam & conscientiam illorum, *& sui eum non receperunt*, creatura creatorem, serui Dominum. vnde merito fuerunt, & sunt exhæredati & infames atque inutiles facti. Sed ecce quæ consolatio, quæ gloria, quæ gratia bonorum filiorum & seruorum: *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius*. O beati Catholici, beati omnes qui hoc ipsum opere complent, vt Deo possint placere. In illis enim habitat Deus, & illi videbūt gloriam eius. Talis profectò fuit defunctus noster.

In festo S. Stephani. Matth. 23.

DIcebat Christus turbis Iudæorum & principibus sacerdotum, quòd mittat ad illos prophetas, & sapientes, & scribas, quodque ex illis occident, crucifigent, & persequentur vsq; ad mortē. Hæc est negotiatio, mola, expectatio & tractatio in hunc mundo iustorum, ad quid ergò rebus & nugis mundanis, vanitatibusque & insanijs falsis creditis ampliùs. Si persecutus est mundus eos, quos nomine suo misit Christus, quid faciet vobis, si Christo adhæseritis: sed hæc est via Christi, per tormenta & mortem ad gloriam suam: hæc eadem sit vestra, & nolite propter hoc etiam in summis tribulationibus à Christo recedere sub amissione fœlicitatis æternæ. Non habetis refugium, neque gentiles hæretici & alij, in Deo non est defectus, ex vobis venit damnatio. Clamat enim Christus Hierusalem Hierusalem, *quoties volui congregare filios tuos, quēadmodum gallina congregat pullos suos, sub alas, & noluisti?* Noluisti, noluisti, verbum est durum & intolerabile apud Deum. Inde comminatur, quia relinquetur domus vesta deserta, anima vestra sine fide, operibus, sacramentis, gratia, gloria, omni cōsolatione & omni retributione. Et quod præmium bonorum, quæ malorum pœna? Dico vobis, non me videbitis amodo, donec dicatis: *Benedictus, qui venit in nomine Domini*: Benedicti qui hoc dicent & audient: *Venite benedicti*. Maledicti verò, qui è contra. Vnde defunctus noster mundo se non credidit, in mundo fuit & extra mūdum vixit, semper in persecutionibus & animæ angustijs, neque recessit ab alis Christi, sed quod Christus voluit, hoc & ipse & fecit in quantum potuit propter fragilitatem humanam, vt domus sua nō esset deserta, sed in iudicio posset confidenter dicere: *Benedictus qui venit in nomine Domini.*

In festo S. Ioannis Appostoli & Euangelistæ. Ioan. 21.

SAluator noster dixit Petro; *Tu me sequere*, ille verò interrogauit, videns Ioannem: *Domine, quis est, qui tradet te?* Et iterum: *Domine, hic autem quid?* Adeò sumus lynceis oculis in alios, & nos ipsi cæcutimus vt si quando de salute nostra monemur in cōcione, vel aliàs, semper alio reflectimus animos & cogitationes nostras: sicut hæretici nunquam manēt in vno articulo disputantes, & auarus alia negotia intermiscet, si de vsura vel diuitijs non ita inquirendis & possidendis admonetur. Quomodo enim respōdent verbis Christi, *sequere me?* verba Petri videntis dilectissimum Christi discipulū? *Domine quis est, qui tradet te?* quasi verò Ioannes esset traditurus qui summè diligebat? & Petri multi sunt, qui ita charissimos alicuius insimulant, vt se excusent. *Dicit ei Iesus: sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te?* Nemo debet quærere iuxta Ecclesiasticum, quare hæc tempora pe-

ta peiora sunt prioribus : aut cur hæc facis Domine : quia illi libera potestas, & illi obligata est voluntas nostra. Ideò neque debemus quærere, Quare Deus permisit hunc mori, alios affligi propter defuncti nostri obitum, &c. *Sic volo*, dicit Christus, *quid ad te? Tu me sequere.* Vos sequamini Christum & in morte, quicquid dicat agatvè mundus. Iterum attendite. *Nam dixit Iesus, Quia non moritur, sed si eum volo manere*: Ideò frustrà contenderis mortales de alterius morte & salute, vel damnatione, cùm ista dependeant ex ipso Dei iudicio. Sic eum volo manere in hoc sæculo quemcunque & bonum & malum, sed posteà in iudicio pronunciabo, qui morietur æternaliter vel viuet in æternum: nemo ergò ingerat se in hoc iudicium, dum viuit homo, quia Dei est solius misereri & parcere aut damnare. Christum secutus est defunctus noster, quicquid amici sui aut alij obmurmurarint, & soli diuinæ bonitati se commisit, & confidimus, quod licet mortuus sit mundo, non tamen mortem sentiet sempiternam.

In festo Innocentum. Matth. 2.

LEx est supra omnem hominem, quòd debeat mori, siue sit iustus, siue iniustus. Vaticinium autem fuit de occidendis infantibus omnibus in Bethlehem, & circumquaque a bimatu & infrà, Ieremia dicente: *Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus multus.* Mortuus est Christus, mortui & infantes licet loqui non poterant. Mors autem omnium credentium in eo est vita. Sicut enim vnde oritur mors granorum tritici in terra seminati, inde resurgit eorum vita & omnium granorum, qui producuntur in spica; ita ex morte Christi resurget vita omnium fidelium, Isai. 53. *Si posuerit animam suam pro peccato, videbit semen longæuum.* & Ecclesia canit: *Vt vnde mors oriebatur, inde vita resurgeret.* Morientes autem in Christo mutabuntur in melius. Sicut enim lana intingitur habens naturalem colorem, vt coloretur purpura, aut alicuius coloris accipiat dignitatem: sic & nos in mortem descendimus corporales, & resurgimus spirituales, 1. Corinth 15. *Seminantur in infirmitate, surgimus in virtute: Seminamur in ignobilitate, resurgimus in gloria.* Fruentur innocentes post hos labores mensa regis æterni. impij autem vt diues ille, qui micas negabat, aquæ guttam non accipiebat. Ideò cygni in morte dulcius canunt, sic & iustis faciendum. Nam sicut cum Tyrannus à vero Rege debellatus, manus ac pedes nexibus dederit, omnes eum transeunt, illudunt cædentes illũ, ac pertrahentes, nec iam ipsius væsaniam ac feritatem timent, victoris regis viribus fieti; ita & morte superata atque à Saluatore in crucem suffixa, & pedes manusque reuincta, omnes Christi fideles ipsam transeundo contemnunt, & eam Christo attestantes irrident, illudentes ei, dic. *Vbi est mors victoria tua?* Ioan 11 *Expedit vobis, vt vnus homo moriatur pro populo*, &c. Mors gustata a Christo pro omnibus, vt non timeatur ab eis. Ideò non dolendi infantes quando moriuntur, nec qui pro Christo occumbũt, nec qui benè dispositi obeunt qualicunque tandem morte, vel quacunque ætate, sic enim itur ad præmium & ad requiem. Quod certe defunctus noster pie considerauit, nec se maiorem Christo aut innocentibus aut alijs reputauit, sed sicut Domino placuit, ita factum est; Sit nomen Domini benedictum.

Dominica infra Octauam Natiuitatis. Luc. 2.

CVM benedixisset Simeon parentibus pueri Iesu, dixit de illo ad matrem eius Mariam: *Ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur.* O bone Deus, quot sunt, qui, quibus est Christus datus in resurrectionem, (omnibus autem datus est.) propria illorum causa & malitia, factus est in ruinam: *In propria venit, & sui eum non receperunt: quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem Dei filios fieri, his qui credunt in nomine eius.* Quare tu gentilis nō saluaris, tamen in omnem terram exiuit sonus Apostolorum, vt ignorantiam aut malitiam tuam non possis excusare: Tu hæretice cur non saluaris, & maximè quia Christianus es, & de Christo semper plura audis, sed non vis credere, non vis reddere aliena, non vis confiteri, nec Sacramentis sanctis vti. Sic tu peccator, quia non vis resipiscere. Contradicunt gentiles, contradicūt & Christo hæretici negantes ipsum filium Dei parem potestate cum patre & quæ alia sunt: Contradicunt Ecclesiæ sponsæ Christi, quod non sit vera, contradicunt miraculis, successioni Pontificum & Christi doctrinæ de eadem Ecclesia. Contradicunt peccatores Christo operibus, blasphemijs, & id genus alijs. *Et tuam ipsius pertransibit animam gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* Dolet Christus passionem suam, gratiā & dona aut contemni planè aut tam viliter haberi, dolet S. Ecclesia Sacramenta sibi relicta non vsurpari in remissionem peccatorum, dolent omnes sancti angeli & beati, qui expectant gloriam Dei, conuersionem & societatem nostram, etiam vsque ad agonem. Sicut autem gaudium facit disertos, sic & dolor & tormenta eliciunt cogitationes, quas alias abscondunt, si sunt impiæ; si & infirmitas facit conqueri contra Deum, quod miserit illam, contra corporis complexionem, quod non sit bona, ris complexios, & contra omnia quæ fiunt bona, vt & dedignentur sacramentorum vsum. Defunctus noster nec fide nec operibus contradixit, patienter omnia sustinuit, exemplum Christi crucifixi inspiciens, nec verbo nec facto impatiens fuit, sed omnia in volūtatem bonitatis diuinę resignauit, vt hinc possit colligi, quam feruens & cōstans fuit animo erga Deum & Ecclesiam.

In festo Circumcisionis. Luc. 2.

CVM iam natus esset Christus, gaudium, spes, virtus, gloria & Redēptio nostra, post octo dies statim voluit incipere soluere aliquam summam pro peccatis nostris, & manifestare se nobis per nominis impositionem, quod a S. Trinitate definitum & per angelum publicatum, vt sciamus, in quem credamus, cui nos tutò cōmittamus, & amplius mortem, diabolum, mūdum & carnem non timeamus. Nomina Regum & principum solent timeri & honorari & propter ipsa, multa fiunt: quanto magis nomen regis regum itaque est gloriosum. secundo Virtuosum, Pro. 18. *Turris fortissima nomen Domini, ad ipsum confugit iustus, & saluabitur.* Non est nomen hoc vulgare aut serui alicuius, sed est tantæ dignitatis, quod humanum genus vix dignum fuit, quod ei nominaretur, sicut ipse Dominus Deus ad Abraham, Isaac & Iacob dic. Exod. 6. *Nomen meum Adonai non indicaui eis.* Adonai scil. Dominus, quia ipse est rex regum, & dominus dominantium. Dicitur Deus sabaoth, scil. exercituum & virtutum, Marc. 16. *In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis,* &c. Vel

eijcit

eijcit dæmonia per contritionem: linguis loquitur nouis per confessionem, serpentes, scilicet stimulos conscientiæ tollit per satisfactionem: super peccatores manus imponit per gratiæ collationem: mortifera lædere non finit per aduersitatum tolerationem. Dicitur & Emanuel, scilicet *nobiscum Deus*, scilicet per charitatem, Matth. 18. *Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio ipsorum.* Et sicut ab inferioribus appellatur ad supremos, sic qui ab iniquis iudicibus, mundo, carne, & dæmonibus quotidie affligimur, debemus ad auxiliũ diuini nominis recurrere, Psalm. *Deduxisti me Domine, quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici.* Fructuosum, Ioan. 16. *Quodcunque petieritis patrem in nomine meo, fiet vobis.* Sic facit Ecclesia: *per Christum Dominum nostrum.* Est luminosum, Psalm: *In lumine tuo videbimus lumen.* Salutare, Acto. 4. *Non est datum aliud nomen hominibus, in quo oportet nos saluos fieri,* Ioel. 2. *Et erit omnis, quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Fugiunt hostes, tentationes, spiritus maligni &c. & boni conseruantur, aut defenduntur. Hunc saluatorem defunctus noster in vita & morte confessus est, nec alibi salutem quæsiuit, vel per magiam apud diabolum, vel inter hæreticos, &c. hoc nomine signauit se in omnibus actionibus suis, hoc nomen inuocauit, & semper & præcipuè per totam infirmitatem & in agone deuotissimè, vt maligni spiritus non potuerint superare, sed in nominis saluifici & comitatu angelorum ad Saluatorem venerit, Rogate & vos, vt idem vobis eueniat, cùm dies vestri fuerint completi.

In festo Epiphaniæ. Matth. 2.

QVantum fuerit desiderium Magorum in inquirendo nouo rege nato, & quantum gaudium eo inuento, luculenter Euangelista describit: nobis autẽ idem desiderium & gaudium inculcatur his verbis: *Ite & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum.* Ite nunc nato Saluatore, & passo amodo, & diligenter quærite, in qua Ecclesia inueniatur & apud quos, non apud diuites, potentes, vsurarios, superbos, luxuriosos &c. nũ apud humiles, mansuetos & contritos corde? tales esse debetis, vt vel illum inueniatis vel possideatis: alias nec ille vobiscum nec vos cum illo eritis: Facessat ergò hinc mundus, caro, dæmon & omnis malitia. Ex hoc quoq; discite aurum, argentum & substantiam vestram, in quantum potestis, Deo, Ecclesiæ, hospitalibus, & amicis Dei pauperibus erogare, tùm in vita, tùm maximè in testamẽto vestro, vt ibi inueniatis, quod hic præmittitis per pauperes, vel propter Deum relinquitis. Quot peccant & degenerant in hoc? Postremò Magi moniti in somnis, ne redirent ad Herodem, reuersi sunt per aliam viam in regionẽ suam. Ecce quantum valet Deo seruire animo & substantia, alias periissent Magi. Multæ inspirationes in vita & in infirmitate consolationesque veniunt à Deo, pauci cõsiderant, & in illa die peribunt omnes cogitationes eorum, Tob. 12. *Tempus est, vt reuertar ad eum qui misit me.* Idem dixit Christus, & noluit post resurrectionem redire ad mundum, alias, si potuisset fieri, iterum mundus eũ crucifixisset. Dicite, Reuertar, sc. ad Deum, ad Ecclesiam, & salui eritis, si feceritis nec cunctati fueritis, Ezech 18. *Et quare moriemini domus Israel. Reuertimini & viuite.* scilicet & viuetis. Auersio enim à Deo

causat mortem, Reuersio verò ad Deum causat vitam, Ezech. 33. *Viuo ego, dic. Dominus Deus, nolo mortem impij, sed vt reuertatur impius à via sua, & viuat*, Isai. 30. *Reuertimini & salui eritis*, Mal. 3. *Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos*. & sic acquiritur per hanc reuersionem vita gratiæ & vita gloriæ. Nolite redire sicut canis ad vomitũ, & stultus qui iterat stultitiã suã, Gen 3. *Puluis es, et in pulnerẽ reuerteris*: Ergò si nõ antè, tum maximè cum mors aurem vellicat, reuertere ad Deum. Quod defunctus noster per confessiones suas fecit, & emendationes, si in quo deliquit, & præcipuè per hanc infirmitatem, ex qua ille mortuus est.

Dominica I. post Epiphan. Luc. 2.

DOlentes quærebant parentes Christum duodecim annorum, quem postea in templo sedentem, & disputãtem inueniebant dicente matre: *Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est, quod me quærebatis. Nesciebatis, quia in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad eos*. Mundani dolentes quærunt, scil. cum dolore & periculo vitæ, diuitias, gloriam, potentatus & similia, cùm dolore amittunt, & dolorem æternum per hæc acquirunt. Vnde pessimè faciunt, qui filios suos ad superbiam, vsuram, libidinem, & similia mala, exemplo suo pertrahunt aut cogunt, mirantur non super prudentia filioli, sed super arrogantia & vita aulica, permittuntque illis omnem licentiam, quærunt que te scilicet corpus tuum, non animam saluandam. Filij autem ex inspiratione diuina adijciunt animum statim ad religionem, cultum diuinum, & Ecclesiasticam administrationem, & benè faciunt, malè autem parentes qui impediunt & retrahunt. Egregia & digna Christiano Catholicoque homine, dum illis exprobratur quod fuerint in popina, in loco ludorum, comessationum conuersationumque malarum, ille autem respondet, ego fui in templo, Missa, Vesperis, confessus sum, communicaui, audiui concionem, &c. & in ijs, quæ patris mei cælestis sunt & matris Sanctissimæ Ecclesiæ. Non intelligit mundus hoc verbum, sed illi qui subditi sunt Deo & Ecclesiæ. Taliter fecit defunctus noster, qui se ad sæcularia negotia non ita applicuit, vt patrẽ Deum & matrem Sanctiss. Ecclesiã non honoraret, non audiret. Imò ille in omni infirmitate sua, nihil aliud voluit audire, nisi de Deo, de morte, de vita æterna, psalmos pœnitentiales post orationem Dominicam deuotè recitauit, errata sua expiauit, consuluit de rebus salutis, de testamento fuit condendo sollicitus, licet murmurarent amici & circunstantes, quia mundana sapiebant non cælestia.

Dominica II. post Epiphaniam. Ioan. 2.

N*Vptiæ factæ sunt in Cana Galilææ*, quibus autem cæremonijs describit Euangelista, nuptiæ autem quotidie fiunt, quando Christus desponsat animam nostram sibi per gratiam, & post mortem per gloriam, de qua nunc agimus ad quas nuptias spectat vinum, scilicet charitas & tunc obedimus monenti matri Ecclesiæ Sanctissimæ *Quodcunque dixerit vobis, facite*. Eheu, quanta multitudo damnatur, & repudiantur ob hoc animæ à Christo, quia quod dicit & docet per totam scripturam Sacram, & per Ecclesiæ traditiones, non faciunt. Dicit, *Non habebis deos alienos*: Sed heu, quot magicæ artes, super-

superstitiones, obseruationes iniquæ, & sic de alijs. Docet charitatem, sed ecce quanta inuidia, proditio, suppressio &c. Præterea licet semper bonum sit, conuerti ad Dominum, tamen meliùs est iugum Domini portare a iuuentute & redditur suauius & fructuosius: non incipere & posteà resilire à proposito, sicut dicit Architriclinus: *Omnis homo primùm bonum vinum ponit, & cùm inebriati fuerint, tunc id quod deterius est*: quod faciunt illi, qui in iuuentute spem bonā præbēt pietatis & honestatis, sed cū impinguantur, incrassantur, dilatantur, incō riantur fortunæ bonis, tunc nec Deo, nec proximo seruant fidem datam. Pulchrum elogium hominis morientis. *Tu seruasti bonum vinum v, que adhuc.* bonum nomen tuum, fidem veram & fidelitatem, in quo dolus nunquam est inuentus, qui potuit transgredi & non est transgressus, facere mala & non fecit, quis est hic & laudabimus eum? Defunctus noster licet cum multis hominibus negotiatus & conuersatus est, tamen non nisi nomen bonum, bonum odorem post se reliquit, charitatem exhibuit &c. ita vt pie speremus nuptias Christum cum anima sua celebrare, & viuere in gaudio sempiterno.

Dominica III. post Epiphaniam. Matth. 8.

QVàm dispar ratio sit Christi & mūdi, ex hoc Euangelio Dominicæ facile colligitur. Mundus enim inficit incolas morbis maximis & diuersis grauissimisque peccatis, quibus & corpus & anima periclitatur. At Christus sanat, viuificat, saluat. Omnes illæ turbæ quæ secutæ sunt Christum descendentem de monte, ostendunt mundi vanitatem & nullitatem, & è contra Christi dignitatem & potestatem. Venit leprosus qui à mundo correptus at sanari non potuit, & sanatus est à Christo. Venit Centurio & pro puero suo paralytico rogat, & sanatus est ex illa hora, propter fidem, quam habebat ille, credens Christum posse omnia. Et qui adhærent mundo eijcientur in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium: qui autem adhærent Christo, recumbent cum Abraham, Isaac & Iacob, in regno cælorum. Audite omnes egentes Dei gratia verbum hoc consolationis: *Ego veniam & curabo eum*: sed nolite obmurmurare dicentes: Tanto tempore infirmus sum, torqueor, egeo &c. supplico, peto, offero eleemosynas, sacrificia, &c. & non exaudior. Curantur enim qui per lachrymosam compunctionem madent, vt Naam, qui in Iordane lotus & curatus est, 4. Reg. 5. Quidam per temporalem tribulationem, Oseæ 6. *Ipse cepit, & curabit nos: percutiet, & sanabit nos.* Quidam per Domini consortium & deuotam eius frequētationem, vti hic, & Matth. 15. *Accesserunt ad eum turbæ multæ. Et curauit eos.* Quidam per spem, fiduciam, & deuotionem, 1. Petr. 5. *Omnem sollicitudinem proijcientes in eū, quoniam ipsi cura est de vobis.* Quidam per humilem Orationem, Eccles. 38. *Ora Dominum & curabit te*: Secus autem fit in obstinatis & desperatis. Vnde ille dæmoniacus, Luc. 8. à nullo poterat curari. Defunctus noster infirmitatem Dei nūcium, libenter excepit, sicut & mortem, saltem petijt vt animæ curam habeat Deus, de reliquo fiat voluntas tua Domine. *Tantum dic verbo, & sanabitur anima mea.*

Dominica IV. post Epiphaniam. Matth. 8.

SIcut in mari nō desunt motus & tempestates, ita nec in hoc mundo, qui mari comparatur. Est motus mentis mobilitas, inconstantia & vanitas, Psalm. *Mouebuntur omnia fundamenta terræ.* Motus talis significat vitia imperfectionis, quia illi qui inter malos habitant, sunt infirmi & imperfecti & facile mouentur, de bono in malum, nec perseuerant in eodem, Ier 14. *Dilexit mouere pedes suos, & Domino non placuit.* Et taliter tentati cum deberent ad Deum recurrere cum Dauid dic. Psalm. *Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua Domine adiuuabit me*, iuxtà consilium Apostoli, 2. Thess. 2. *Non cito moueamini à vestro sensu.* Item significat vitium indignationis, vindictæ, & iræ, ad quæ facilè inclinantur iracundi, Psalm. *Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius*, 1. Machab. 13. *Factus est motus magnus in ciuitate.* Item vitium subsannationis & derisionis, nutando capite, Psalm. *Locuti sunt labijs, & mouerunt caput.* Et de Iudæis, Matt. 27. *Blasphemauerunt Dominum, mouentes capita sua.* Item vitium inconstantiæ, quia sunt plures, qui ad vniuscuiusque sermonis flatum & persuasionem mouentur, nec aliqua firmitate consistunt, Ierem. 46. *Velut flumina mouebuntur.* Ex his motibus præcipuis consurgunt alij atque alij. Sic motus ad Deum est quidam tractus, sicut terræ motus, quo in malis nati, cum magna violentia ad bonum & ad Deum permouentur. Alius motus est raptus, sicut est firmamenti, quando sine magna difficultate ad solam Dei voluntatem & impetum velocissimè rapiuntur, vti fit in bonis, religiosis, honestis & perfectis viris. Alius motus est Rectus, quo quis directè mouetur in Deum per dilectionem, sicut motus lapidis, qui directè mouetur ad centrum, nec quiescit, donec attigerit ipsum. Sic centrum hominis Deus est, qui non cessare debet, donec Deum attigerit, per gratiam, Acto. 17. *In ipso enim viuimus mouemur & sumus.* Motus reflexus est, sicut maris circa terram, sic homó circa cor suum debet reflecti per considerationem sursum, deorsum, dextrorsum, sc. ad mundi prosperitatē detestandam, sinistrorsum ad mundi tribulationes sufferendas. Sic hodie Matth. 8. *Motus magnus factus est in mari*, & videtur Christus dormire, sed non dormit. Talibus motibus obnoxius fuit defunctus noster in vita, sed ille non fuit modicæ fidei, tunc autem motus fuerunt & tentationes in infirmitate, & circa agonem, & clamauit semper, *Domine salua me*, Quousque Dominus imperauit tentationibus, & facta est tranquillitas & in Domino obdormiuit, requiescens in pace.

Dominica V. post Epiph. Matth. 11.

CVM remisisset Christus nuncios Ioannis, cum relatione eorum quæ viderant & audierant, cum commendatione Ioannis singulari, & exprobrasset ciuitatibus in quibus factæ fuissent virtutes eius plurimæ, quia nō egissent pœnitentiam, laudes & gratiarum actionē decreuit patri æterno, quòd abscondèrit cælestia illa scientibus, scilic. huius mundi, & reuelarit ea paruulis, sc humilibus & Deo obedientibus. Quanta quæso superbia mundi, qui de gloria, opibus, nobilitate, sciētia, potentia, &c. gloriatur, quæ tamen nulla est, Quanta diaboli malitia, quæ promittit omnia, habet nihil & seducit per hoc animas. Et caro habet promissiones suas falsissimas. Ideo laudat Christus patrem suū propter reuelationem & distinctionē. Et quilibet Christianus & Catholicus debet agere Deo gratias, quòd sit ita

natus

natus & educatus, quod sciat veram Ecclesiam, vbi sit verus vsus, & efficacia sacramentorum, vbi sunt dona Spiritus sancti, meritorum participatio, communio sanctorum, &c. quæ Christi officia, potestas, & in nos collata beneficia, qui & dicit: *Omnia mihi a patre tradita sunt*, non a mundo, ergò nec à mundo petenda. Ille vicit mortem, diabolum alligauit, mundum superauit, vt hæc contemnenda, & ille nemini comparandus. In illa autem maiestate & gloria constitutus à dextris patris, inuitat omnes qui laborant & onerati sunt, & ille vult reficere, sicut & vindictam sibi reseruauit, & ille vult retribuere. Dicit mundus, Ego non veniam, habeo alias consolationes, sic caro, sic dæmon, & tamen mentiuntur, & decipiunt, & ipsi in inferno ardebunt. Sed quare nolunt? quia non sunt mites & humiles corde, ideò nec inuenient requiem animabus suis: quod & de hæreticis & omnibus infidelibus dictum puta. Et qui non sunt humiles corde, non sunt Dei: ecce differentia, nec iugum Domini suaue est illis, quæ alia differentia. Religiosi autem & pauperes, & qui propter Deum patiuntur, aut se humiliant, habēt hoc laudis, quia Dei sunt, id meriti, quod iugum leue sit, id præmij, quod reficientur, & inuenient requiem animabus suis. In his omnibus multum exultauit, & gratias die noctuque egit Deo defunctus noster, & quia hæc intellexit omnia, libenter iniurias, damna, tribulationes, persecutiones, &c. passus est & paratus semper maiora pati, obtenta a Deo gratia & patientia, quæ est refectio & alleuiatio, & sic proculdubio in hac infirmitate, inuenit requiem animæ suæ, quam & nobis Deus propitius largiri dignetur.

Dominica Septuagesimæ.
Matth. 20.

VOcauit Christus ad vineam suam operarios, & tandem vespere fecit illos reuocari ad sumendnm stipendiū, vt qui laborauerunt manducent, secus qui torpescunt otio. Vocat operarios mundus, caro, dæmon, at opera illorum praua sunt, malè persoluuntur, gladio sc. igne, fune, & morte turpissima, & tādem æterna. Vocat operarios Christus, cuius opera sunt admiranda, vt opera creationis & deitatis supernæ, & potentiæ, quæ debent meditando, prudentiæ & sapientiæ, quæ debent admirando, clementiæ, quæ debent imitando, & iustitiæ quæ debent formidando cognosci. Et dic. Ioan. 5. *Pater meus vsque modò operatur, & ego operor*. & 1. Cor. 12. dicitur, quod *idem est Deus, qui operatur omnia in omnibus*. Ideo Dauid, *Meditabor in omnibus operibus tuis, & in adinuentionibus tuis exercebor.* Huc voca operarios. Sed voca etiam operarios vt operentur, sicut arbores vsque ad fructum. Ioan. 8. *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite*. Exemplo Tabithæ Act. 9. *Ipsa erat plena operibus bonis*. Debemus autem operari opera bona, celeriter sicut sol, instanter & diligenter, Ier. 48. *Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter.* Ideò Eccl. 9. *Quodcunque potest manus tua facere, instanter operare*. Eccl. 31. *In omnibus operibus tuis esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi*. 2. Esd. 7. *Insistebant operibus sanctis diligentissimè*. Et tu fac hoc in precibus, officijs diuinis, Eleemosynis, &c. Philip. 2. *Cum metu & tremore salutem vestram operemini*. Vocat diabolus sub terram per auaritiam operarios, vt aurum fodiant, sed subruuntur sæpè. Pluuia parua aut aliqua necessitas destruit illa opera & operarios: at non sic operarios Christi, qui per tormenta ad mortem laborant. Deinde nolite vos etiam in hoc gloria-

ri, quod in vinea Domini laboratis, quicunque estis. Nam in multis deficitis, somno, lassitudine, pigritia, colloquijs, iocis, &c. *Et si omnia feceritis, dicatis, quod sitis serui inutiles* Solius Dei est cognoscere operarios & opera, & illa remunerare. Iam vocauit operarium vnū defunctum nostrum, & sicut scitis quod omnia pietate & diligentia operatus est, quæ Dei erant, ideò piè credimus eum etiam denarium suum, sc. cœleste gaudium consecutum.

Dominica Sexagesimæ. Luc. 8.

QVàm pretiosum sit verbū Dei, quàm fœcundum, & quàm diligenter custodiendū, vel ex hoc Euangelio & ipso Doctore Christo debetis intelligere, & maximè quia tantopere insidiatur diabolus. Iam ex vobis quærite, ex quo genere loci sitis, in quo semē cecidit, qualis ager sitis, qualem fructum protulistis. *Qui habet aures audiendi, audiat.* Habent omnes aures, sed non omnes audiunt verbum Dei, sed scurrilia, iocosa, hæretica, impia, mundana, diabolica. Gratulamini etiam vobis, quod vobis datum sit nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant, quod est omnis infidelis, hæreticus, & peccator obstinatus. Iam hucusq; quotquot estis, audiuistis conciones, & nunc hanc meam funebrē, & si neq; nūc proficio, loquatur funus ipsum, defunctus ipse squalore & putredine sua. Mori quidem naturæ est: Benè autem mori, aut meriti à vita bona, aut gratiæ singularis. Itaque si mortem meditanti mox in votis est benè mori, vota autem benè moriendi puerilia sint atq; inania, nisi adsit vita bona, necessario tandem incipit aut conatur benè viuere, vt voti benè moriendi sit compos. Quid enim est, *Descende ad domum figuli, & ibi audies verba mea?* id est, vide luteam ac mortalem animæ tuę domū, corpus, inquam, tuū, & facilè tum audies, & sequeris imperia mea. Et quid istud Iob 21. *Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit,* sc. in peccatis illum Epimenidis somnum non indormiet, fiet de cætero vigilantior, quisquis de morte cogitabit. Regia via ad bonam mortem, vita bona: is gradus ad eam primus, medius & vltimus. Mors hinc plena est oculis ante & retro, Argo oculatior, Lynce perspicacior, Dracone horti Hesperidum custode vigilātior, Cerbero insoporabilior. Vaccas suas, poma sua aurea, exitus cuiuscunque obseruat vigilantissimè *Mors autem vellens dicite, ait, Venio.* Quod si hanc mortis meditationem vobis persuasero, bonum semen seminaui, boni eritis agri, & fructum afferetis in patientia. Ier. 18.

Dominica Quinquagesimæ. Lucæ 18.

SOlent præsides lustrationis examinare militem, in qua militia, sub quo ductore fuerit, quibus armis militet, &c. Ecce ad lustrationem Dux belli Christus Ierosolymam ducit, vt exerceantur & probētur, & hi antesignani facti sunt postea. Si vos potestis probare vos sub eodem duce pugnasse, benè res procedet, benè de vobis agetur. Sed ecce nouus miles se offert in via cæcus, qui & ipse libenter vellet videre, quæ fierent & instrui, ideò clamat, *Iesu fili Dauid, miserere mei.* Sic faciendum est Christiano & Catholico homini, vt se submittat Duci Christo & militiæ suæ, & vt videat quæ ad ea sunt necessaria. Videat vt ille cæcus cœli dignitatem, vt eam habeat: vitæ veritatem, vt eam teneat: fratrum charitatem, vt eam foueat: morum prauitatem, vt eam horreat: rerum vanitatem,

tem, vt eam caueat: vitæ breuitatem & fragilitatem, vt eam defleat, pœnæ grauitatem, vt eam timeat. Videat in supernis Dei authoritatem, benignitatē, humilitatem, seueritatem, S. Virg. Mariæ puritatem, angeli bonitatem, cælorum fœlicitatem, sanctorum societatem, vt videat, quæ sunt credenda, tenenda, facienda, respicienda, timenda, petenda, vt videat diabolum cunctis insidiantē, Infernum malos recipientem, mundum malos præficientem, impium mala perficientem, hominem fictum bonum dissimulantem, iudicem malos exterminantem. Vt videat Deum, seipsum, proximum, mundum, egenum, impium, paradisum, terminum. Vt videat mortis horrorem, iudicis terrorem, purgatorij ardorem, interni dolorem, diaboli furorem. Vt videat finis necessitatem, cæli fœlicitatem, malorum prauitatem, pauperum egestatem, mundanam vanitatem, fraternam charitatem, humanam vilitatem, diuinam maiestatem. Et quis est tam perspicax, tam illuminatus, qui hæc omnia videat, ideò meritò clamamus: *Iesu fili Dauid, miserere nostri*, vt quæ futura mala sunt post hanc mortem, præuideamus potius & caueamus, quàm experiamur, & sciamus hic quid simus, & quid facere debeamus, vt humiliemur, quia homines ex humo, & discamus sub vexillo Christi militare & vincere. Amen. Sic fecit defunctus noster, vt in lustratione particulari, sc. iudicio & generali, quæ mirabilis futura est, possit tanquam miles bonus apparere.

Dominica in Quadragesima. Matth. 4.

NOlite fratres mei charissimi, nolite de viribus vestris præsumere, nolite dare locum mūdo, carni, diabolo. Nam si diabolus ausus fuit artibus suis aggredi ducē belli, quid faciet militi imbelli? quid faciet seruulo, si non perhorruit Dominum? Tentatio autem suggestionis nihil aliud est, quàm ad casum inductio atque impulsio, inchoatur à cogitatione, meditatur in delectatione, terminatur in executione: In tali tentatione tria sunt necessaria, sc. fugere omnē occasionem, tollere omnē præsumptionem, & quærere Dei protectionem. Vnde Petrus Rauennas super hoc Euangelium dic. Diabolus mali auctor, nequitiæ origo, rerum hostis, corruptor sęculi, semper hominis inimicus, laqueos tendit, lapsus parat, foueas fodit, aptat ruinas, simulat corpus, pungit animas, cogitationes suggerit, immittit iras, dat virtutes odio, vitia addit amori, errores serit, discordias nutrit, pacem turbat, affectus dissipat, humana violat & diuina tentat. De impugnatione habemus Eph. 6. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus principes.* Et ipsa impugnatio est ex malitia dæmonum. Ordo autem impugnationis à Deo, qui ordinatè nouit vti malis, ea ad bona ordinando. Tam custodia, quàm ordo custodiæ angelorum reducitur ad Deum, vt ad primum authorem, Dæmones autem vt inducunt ad peccandum, non mittuntur à Deo, licet aliquando Deus permittat, mittuntur tamen à Deo, vt impugnent homines, eos puniēdo. Ad hoc autem vt sit æqualis conditio pugnæ, fit ex parte hominis recompēsatio, principaliter per auxilium gratiæ. Secūdo, per custodiā angelorū Infirmitati quidē humanæ sufficeret ad exercitiū impugnatio carnis & mūdi, sed malitiæ dæmonū non

non sufficit. Totum autem prouenit ex ordinatione diuina ad gloriam electorum. Proximus finis tentantis est cognitio, & ex cognitione potest intelligi finis bonus vel malus: hunc semper intendit diabolus. Item per omnia peccata fiunt homines filij diaboli, quia ipsum primò peccantem imitantur: habent enim sicut diabolus naturam inuisibilem, sc. quia in occulto agunt, malitiam immutabilem, & sæuitiam immitigabilem: itaque dicuntur diaboli, propter patrem quem imitantur, propter fraudes, quas machinantur, propter iras, quas operantur, propter pœnas, ad quas seruantur. Chrysost. dicit, quod diabolus tentat homines, non quamdiu vult, sed quamdiu Deus permittit propter infirmam naturam. Ambrosius: Diabolus instare formidat, quia frequentiùs refugit triumphari. Defunctus noster licet fuerit tentatus sæpè, vexillo crucis & protectione Dei superauit, dic. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.*

Dominica secunda Quadragesimæ. Matth. 15.

IN his angustijs mundi, carnis, & dæmonis, non possumus respirare, nisi clamemus, si saluari volumus, cum Ecclesia: *Reminiscere miserationum tuarum Domine & misericordiarum tuarū, quæ à sæculo sunt, ne vnquam dominentur nobis inimici nostri.* Ita clamat Chananæa: *Miserere mei Domine fili Dauid, filia mea malè à dæmonio vexatur.* Neque hi tantum aduersarij nostri sunt coniurati, sed & homines fratres nostri, peccatores sc. & malitiosi, qui vt diaboli sunt inuicem ligati, excæcati per obstinationem, loquela sunt orbati, quo ad laudem Dei, confessionem, &c. legibus soluti, quia omnia vincula mādatorum & statutorum Dei disrumpunt, Marci 5. in monumentis latitant, & per deserta currunt, vestibus sunt exuti, scil. virtutum & honestæ conuersationis. Lucæ 8. & 9. de illo dæmoniaco, quod iam multis temporibus non induebatur vestimento, nec in domo manebat. Sunt immūdi, quia immunditijs procurādis delectātur. Matt 8. petebāt mitti in porcos. & in monumentis manere est cadaueribus & putredini adhęrere. Omnib. sunt infesti iugiter, quos inhabitant, vexāt mirabiliter, ideò magnū erat gaudiū quando dæmon de obsesso corpore fugabatur. Sic mali semper suis vicinis nocent & socijs, vt hic in Euangelio. Quare nihil melius nisi quod tales eijciantur de societate & patria. Mar. 16. *In nomine meo dæmonia eijcient.* Hoc est quod dixit ipse Christus etiam hodie in Euangelio: *Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel.* Gaudete itaque, gaudete fratres in omnibus angustijs vestris, quę quo grauiores, eo maius sit gaudium vestrum, nam omnes illi hostes premere possunt non opprimere, occidunt, id est pereunt, non occidunt, sc. interficiunt, corpus habent quod torqueant, non animam: missus est ad nos Christus, qui perituri eramus, ne periremus, vt liberaret nos Deus Israel ex omnibus angustijs nostris. Sic clamauit & fecit Dauid: *Ad te leuaui animam meam Deus meus, in te confido, non erubescam.* Sic defunctus noster nec fuit diaboli filius aut imitator, sed passus multas similes persecutiones aduersariorum supradictorum, tamen in silentio & spe fuit fortitudo eius.

(?)

Domi-

Dominica Oculi. Luc. 11.

INgratitudo hominum mundanorum maxima, vt cum à Deo accipiant beneficia qualiacunque, aut non agunt gratias, aut non recognoscunt, tanquam à Deo data, sed casu, fortunæ, aut per causas naturales & secundas. Ita necdum recte omnibus omnia facit Deus. Eijcite istas cogitationes impias, ratiocinationes vanas, verba maledicta, & submittite vos humiliter potestati Dei. Si enim cor malum, quomodo cogitationes bonæ erunt? sic & vos desolabimini. Psalm.77. *Eiecit à facie eorum gentes*, sic & peccatores è fœlicitate superna. Ambitiosos cum Lucifero, de statu gratiæ & gloriæ. Ezechiel.28. *Peccasti, & eieci te de monte sancto Dei, & perdidi te Cherubin.* Luxuriosos cum leprosis, Num.5. *Præcipe filijs Israel, vt eijciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluunt.* Inuidos cum Cain, Gen.4. *Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua.* Desidiosos, Matth.25. *Seruum inutilem eijcite in tenebras exteriores.* Obstinatos cum dæmonibus, Matth.10. *Infirmos curate, dæmones eijcite.* Peccatores à mundana prosperitate, vt Nabuchodonosor. Qui autem perfecti sunt, eijciunt res vitiosas. Qui stulti, vtiles. Tyranni pauperes, sicut & diuites mendicos. Eijcite vos peccata, & suscipite Christum dicentem: *Qui non est mecum, aduersum me est.* Caro, mundus, dæmon non est cum Christo, ergò & illi, qui tribus his adhærent. Talis non erat defunctus noster, qui verbis & factis renunciauit tribus his aduersarijs, & cum Christo collegit, non dispersit.

Dominica Lætare. Ioan.6.

VErè vbi mundus, ibi comessatio: vbi Christus, temperantia. Vbi mundus, ibi tabernæ, culinæ, & omnis apparatus tam ad gulam quàm ad luxuriam, ibi & ebrietates, & morbi casusque diuersi, & mors inopina: Vbi Christus, ibi sufficit panis quotidianus, aut mensa temperata, nulla gula, nulla luxuria, sanitas, & mortis præparatio. Nudus desperat, quando non videt abundantiam. Christianus nihil horum, sed dicit: *Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno,* &c. & ibi est talis abundantia, vt plus colligatur, quam porrigatur, sic ex quinque panibus hordeaceis, impleti sunt duodecim cophini fragmentorum. Itaque pascua quædam est immundorum, scil. carnalium, qui non nisi similes porcis, in delitijs victitare volunt carnalibus, Gen.41. *Septem boues crassæ pascebantur in locis palustribus.* Quædam auarorum, qui nonnisi diuitijs volunt pasci similes bestijs laniorum, quæ saginantur vt mactentur. Zach.11. *Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant, occidebant.* Quædam discretorum, qui pascuntur sapientia, similes ouibus, quæ inter cætera animalia herbis mundissimis volunt viuere. 1.Pet.5. *Pascite, qui in vobis est, gregem Domini.* Quædam deuotorum, qui in viridario spiritualium gratiarum, cantando cantilenam angelorum, cantantes, *Deo gratias.* Cant.6. *Dilectus meus descendit in hortum suum, vt colligat aromata, vt pascatur in hortis.* Quædam egenorum, qui in pascuis virtutum Eleemosynarum nutriuntur. Isa.14. *Pascentur primogeniti pauperum.* Quædam beatorum, qui in pascuis cælestium eminentiarum collætantur. Ezech.34. *In pascuis pinguibus pascentur super montibus Israel.* Panis nomine intelligitur omne quod delectat, & reficit mentem nostram. Panis doloris commendatur per contritionem & pœniten-

 nitenti-

nitentiam. Psalm. *Surgite postquam sederitis* Laboris per diligentiam, Eccl. 33. *Cibaria & virga, & onus asino: panis & disciplina, & opus seruo.* Panis sudoris per tolerantiam pœnarum, Gen. 3. *In sudore vultus tui.* Mœroris per lachrymarum redundantiam. Psalm. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes,* &c. Timoris, per diuinam reuerentiam, Ezech. 12. *Panem tuum in conturbatione comede.* Saporis, per gratiarum influentiam, Eccl. 29 *Initium vitæ hominis, aqua, panis & vestimentum.* Dulcoris, per sapientiam, Eccl. 15. *Cibauit illum Dominus pane vitæ & intellectus.* Vigoris, sc. Sacramentum, Psalm. 15 *Panis cor hominis confirmat.*. Sic defunctus noster in cibo & potu, & vestitu fuit temperantissimus, & hos panes alijs delitijs prætulit, maximè SS. Eucharistiam, quam sæpè sumpsit.

Dominica Iudica. Ioan 8.

SOlus Deus verax, omnis homo mendax. Quis.n.homo potest de seipso dicere, quis arguet me de peccato, cùm in minimis deficiamus omnes? respice & pondera omnia opera nostra bona, si quæ sunt, & videbis multum defectuosa in intentione, in fine, in medio & principio: & si fecerimus etiam omnia, tamen iubemur dicere, quod simus serui inutiles: & quid creatura ratione creatoris, qui dat velle & perficere, qui solus iudicat & remunerat opus: sed & in terris, prælatus & iudex debet arguere subditos, prædicator auditores, magister discipulos, parentes filios. Debent esse illi arguentes, solares per ardorem, leones per asperitatem, aquilæ per seueritatem, ignei in corrigendo, solares in cognoscendo, leonini in constantia, aquilini in audacia. Increpari debent sæuientes crudelitatibus, innitẽtes prosperitatibus, sc. diuites & auari, con[illegible]nati per malignitatem, inclinati ad carnalitatem, & sic de peccatoribus. Quem teipsum facis ò peccator? Noli te glorifices, quia gloria tua nihil est, da gloriam Deo, cinis & vermis. Quid autem hoc? *Ego honorifico patrem meum, & vos inhonorastis me.* Responde peccator Deo, si potes, aut patere iudicium. *Iesus autem abscondit se & exiuit de templo.* Abscondit etiam suam diuinitatem, & exiuit ex hoc mundo, moriendo. at ostẽdit diuinitatem suam in resurrectione & ascensione, & magis ostendet in iudicio extremo. At tu homo absconde si quæ habes opera bona & non ostentes, quia præmium amittes, cogita quod absconderis in tumulo, quando exiueris ex hoc mundo, apparebis autem coram iudice Christo, velis nolis. Exitus nostri sunt ad laborem & dolorem, & hic est de diuitijs ad paupertatem, de vita ad mortẽ, de mundo ad infernum, de fortuna ad infortunium. Mar. 1. *Clamans voce magna expirauit.* Regum 15. *Heri venisti, & hodie compelleris egredi.* Scriptura enim non facit differentiam inter vitã & mortem, nisi quantum inter heri & hodie. Psalm. *[illegible] eum, & reuertetur in terram suam.* Sic & defunctus noster arguebat se semper de peccato, non Christum, non Ecclesiam, non proximum, vt impij [illegible], & de exitu suo semper sollicitus, quod & bene factum, ita vt de eo piè [illegible] quam de fideli Christiano sperandum.

Dominica Resurrectionis. Marc. 16.

IN omnibus templis, vicis, compitis, domibus & locis cantatur canticum lætitiæ, Halelujah, [illegible] qui pro nobis pependit in ligno, ita vt [illegible] gaudeamus, vt loquar cum leone Papa: neque enim fas est locum tristitiæ esse, vbi natalis est vitæ, quæ consumpto mortalitatis timore ingerit lætitiam. Nemo ab huius alacritatis participatione secernitur, vna cus-

cunctis lætitia, communis est ratio: quia Dominus noster peccati mortisque dissolutor, sicut nullum à reatu liberum reperit, ita liberandis omnibus venit, 1. Thess. 4. [Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent. Si enim credimus, quòd Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & Deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo.] Itaque consolamini inuicem in verbis istis. Anima vestra potius resurgat per gratię restitutionem, Ezech. 18. *Anima quæ peccauerit, ipsa morietur.* Prouer. 24. *Septies in die cadit iustus, & resurgit.* Rom. 5. *Vbi abundauit delictum, ibi superabundauit & gratia.* Hanc resurrectionem promouent Eleemosynæ, Ecclesiast. 17. *Eleemosyna viri, quasi sacculus, & gratiam hominis conseruabit, & postea resurget.* Eucharistia. Ioan. 6 *Qui manducat meam carnem, ego resuscitabo eum.* Pœnitentia, 1. Thess. 4. *Mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi,* scil. mortui, *qui per pœnitentiam mortificant membra sua.* Impediunt hanc resurrectionem obstinatio voluntatis. Psalm. *Nunquid qui dormit, non adiiciet vt resurgat?* Perpetratio iniquitatis, Isa. 24. *Grauabit eam iniquitas sua, non adiiciet vt resurgat.* Detentio in bonis mundanæ prosperitatis. Figura, Ezech. 37. In illo campo magno, *pleno ossibus aridis, quæ spiritum non habebant, in quæ venerunt caro, nerui & cutis, & ingressus est spiritus, & vixerunt, steteruntque super pedes suos exercitus magnus valde.* Itaque nolite plorare super defunctum, mortuus est, vt resurgeret, & quidem, vt piè credimus, ad præmium: hæc est consolatio nostra post labores & ærumnas huius mundi.

Dominica Quasimodo geniti. Ioan. 20.

IVcundum verè & desiderabile est hominibus videre mundum, regiones, regna, ciuitates, & loca celeberrima vel amœna: at videre Deum Deorum, illi coniungi, cum illo regnare, nihil potest esse optatius. Desiderauit Thomas videre manus crucifixi, mittere manum in latus eiusdem, vidit, tetigit, & lætatus est, quid autem erit videre à facie ad faciem creatorem omnium, & saluatorē vestrum, quod non nisi præuia morte fieri potest, ideò gratulari debemus defunctis hæc gaudia, hanc gloriam, & nō indignari. Hinc autem egemus lumine diuinæ gratiæ, in lumine tuo videbimus lumen, vt videamus & cognoscamus Deum. Naturaliter enim auiculæ adueniente solis lumine, lætiùs cantāt, Deūque collaudant. Id etiam in figura Apostolorum patuit, qui varijs linguis magnalia Dei locuti sunt, accepto Spiritu sancto. & Mar. 7. de illo muto & surdo dicitur, quod cùm Christus illum sputo tetigisset, solutū est vinculum linguę eius, & loquebatur rectè. Itaq; nihil benè dicere, nec operari, nec meditari possumus sine lumine gratiæ. Dicit Paulus Ephes. 5 *Videte quomodo cautè ambuletis,* docēs nos bona eligere, mala fugere, rectè viuere, & ad gloriā paradisi per passus bonorū operum ambulare. Vidit n Apostolus, quod homo generaliter in mūdo patiebatur tria mala. In cognitione ignorantiá, in conuersatione insolentiá, in operatione negligentiā. In cognitione carebat directiuo lumine, in conuersatione ordine correctiuo, in operatione lumine commotiuo. Contra ista tria monet ignorantiā illustrari, insolentiā regulari, negligentiam excitari. Videte ergo. Videre autem seipsum vel cognoscere debet homo, Marc. 8. *Videte vosmetipsos.* Ierem. 2. *Vide vias tuas in conualle, &*

scito quid feceris. Hugo l. 9. de claustro animæ dic. *Melius est, quod teipsum videas, quàm quod cursus syderum, complexiones hominum, naturas animaliū cognoscas.* Gal 6. *Considerans teipsum, ne & tu tenteris.* Tria autem impediunt, ne homo hæc videat, sc. prosperitas mundana, cupiditas temporalis, & cordis fatuitas, & hæc quia quidam præsumunt de scientia, iustitia, opulentia, vel sanctimonia. Tria item sunt vitia, quę impediunt diuites, ne fratres suos videant, scil. vitium ingratitudinis, distractæ attentionis, & carnalis affectionis. Defunctus noster habuit lumen gratiæ, vnde ista impedimenta illi non nocuerunt, & ita vidit Deum hic in suis creaturis, gratijs & beneficijs, & nunc vtique videt illum in gloria, vbi & cum illo regnat in sempiternum. Hęc scripta sunt, vt credatis, & credentes vitam habeatis. Non enim omnes qui dicunt se credere, rectè credunt, ideò nec saluantur.

Dominica Misericordia. Ioan. 10.

EHeu quàm malè nobiscum in mundo agitur, malè de corpore, pessimè de anima. Nam mercenarij plurimi sunt qui curam habent animarum nostrarū, quibus & subiecti sumus, lupi plurimi, qui rapiunt & dispergunt, mercenarij autem nec oues habent proprias, & eas viso lupo dimittunt & fugiunt. Quod maius posset nobis superesse periculū? At spes nostra in solo pastore nostro supremo, secundùm quem omnes alij regi debent & viuere, sub quo pastore salutare est ouem esse, non sub mundo, carne aut dæmone. Oues illæ sunt subditæ. Ioan. 10. *Oues meæ vocem meam audiūt.* Congregantur libenter per concordiā. Isa. 11. *Leo & ouis simul morabuntur.* Sunt domesticæ per patientiam. Isa. 53. *Sicut ouis coram tondente se obmutescet.* In oue omnia sunt vtilia, pellis ad scribendum, fœtus ad comedendum, lana ad vestiendum, fimus ad terram impinguandam. Et sic poterit Dominus de nobis dicere illud, quod dixit Iacob Esau fratri suo, Genes. 33 *Nôsti, quod paruulos, teneras, oues & boues fœtas habeam mecum.* Et naturaliter sunt corpore minores, sic nos per humilitatē modiciores, ecce *Paruulos.* Carne molliores, sic nos per pietatem humidiores, ecce *Teneros,* mente mitiores, sic nos per patientiam benigniores, ecce *Boues.* Fructu pleniores, sic nos per redundantiam fertiliores, ecce *Fœtas.* Gregis amantiores, sic nos per amicitiam sodales, ecce *Mecum.* Talis ouis erat defunctus noster, qui obediens erat, & libenter pascebatur verbo diuino, sanctisque sacramentis, prout & ante mortem fecit deuotissimè, & nunc pascitur visione diuina, & cœlesti gloria.

Dominica Iubilate, Ioan. 16.

QVid est mundus cum omni gloria sua, quid vita nostra cum omni cupiditate nostra? quid hęc omnia, quæ videtis & appetitis? Modicum. Et hæc sic cum dolore & periculo amittendi, & in futurum cum magna cruciatuum multitudine. Audite, volo vos, & per verbum me. Non videbitis cælū & stellas, & omnes istas creaturas meas, quia transeunt, neque per has me videbitis: quia ego ibo ad Deum, & vos ibitis a me propter peccata vestra, & non videbitis me, nec in hoc mūdo, neq; in inferno videbitis me & gloriam meam, quia videre me est summa beatitudo, neq; in purgatorio, si eò veneritis, videbitis me nisi punientē, licet cōsolationem aliquam habebitis: in cælo autem si rectè feceritis, & me, vti debetis, quæsieritis, videbitis me, & mecum exultabitis & regnabitis. Quid ergo illud Modicum pro hoc vltimo & vltimato accipitis? Modicum durat dominium vestrum, gaudium vestrum, coniugium vestrum, & quæcunq; talia sunt, sed illa in cęlo erūt in sempiternum.

Defun-

Defunctus noster optimè, sciuit hoc modicum esse, quicquid habebat in hoc mundo, ideò nō adiecit animum suum, sed vsus est hoc modico, quantum par fuit, & sic transiuit per temporalia, vt non amitteret æterna: & nūc speramus videt Saluatorem nostrum in sæcula sæculorum.

Dominica Cantate. Ioan. 16.

TOta vita nostra & quidam motus de loco ad locum & quædam deambulatio ab ætate in ætatem, à terra ad terram, ad luctus, ad gaudia, vsque tandem ad mortem & iudicium, & quia ambulatio nostra illuc tendit, debemus videre vt cautè ambulemus, ne impingamus hic, vnde tandem periclitemur, scil. si vadamus ad delitias, crudelitates, errores, discordias, stultitias &c. Itaq; debemus vti iusti vadere primò ad humilitatem vt occultemur, Isai. 26. *Vade populus meus ad cubicula tua, claude ostia super te, & absconde te.* Secundò, ad Baptismum, vt expiemus, 4. Reg. 1. *Vade lauare in natatoria Siloe* Tertiò, ad Sacramentum Eucharistię vt satiemur, 4. Reg. 6. *Comedant & bibant, & vadant ad dominum suum.* Quartò, ad amicitiam, vt concordemus, Matth. 5 *Si offers munus tuum ad altare, vade priùs reconciliari fratri tuo.* Quintò, ad obedientiam, vt benè operemur, Matth. 8. *Habeo sub me milites, & dico huic, vade & vadit.* Sexto, ad pœnitentiam, vt lamentemur, Mich. 1. *Super hoc plangam & vlulabo, vadam spoliatus & nudus.* Septimò, ad confessionem, vt emundemur, Matt. 8. *Vade ostende te sacerdoti,* Ioan. 8. *Vade & noli amplius peccare.* Octauo, ad prædicationem, vt occupemur, Ionæ 4. *Vade in Niniue ciuitatem magnam, & prædica ibi verbum Domini,* Luc. 9. *Vade, & annuncia regnum Dei.* Nono, ad bonos, vt eis conformemur, Prou. 6. *Vade ad formicam piger; & considera vias eius, & disce sapientiam,* Luc. 10. *Vade & fac tu similiter.* Decimò, ad pauperes, vt ipsos consolemur, Matth. 19. *Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Vndecimo, ad mortem, vt eam meditemur, Ioan. 11. *Vadit ad monumentum, vt ploret.* Duodecimò, ad infernum, vt per hunc conturbemur, Isai. 38. *Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi.* Decimotertio, ad paradisum, vt ipsum contemplemur, & per eum iocundemur, Ierem 31. *Vadet ad requiem suam Israel.* Et sic quilibet iustus potest dicere illud, Ioan. 16. *Relinquo mundum & vado ad patrem.* Sic dicebat defunctus noster post vias illas, supranominatas, & abhorrebat locum inficientem mundum, vt exerceret actū proficientem, Vado, & obtineret fructum reficientem sc. ad patrem.

Dominica Vocem iucunditatis. Ioan. 16.

MAgna Dei bonitas & misericordia, qui nos amat gratuito, & misit nobis Redemptorem & tandem Spiritum sanctum cum multis donis & gratijs, & nunc quia nos amare testatur, in signum & testimonium iubet petamus in nomine suo filius, & ille vult etiam rogare patrem, vt nobis petita concedat. Sed mundus & peccatores omnes in vanum petunt, quia *peccatores Deus non exaudit.* Io. 9. Iacob. 4. *Petitis & non accipitis, quia malè petitis* Petunt alij, sed mala & nocitura, vt infirmi, figurati in filijs Israel, Psalm. *Petierunt escas animabus suis.* Et alibi: *Petierūt & venit coturnix.* Sequitur benè, quod *adhuc escæ erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos,* 1. Reg. 12. *[illegible] petentes vobis Regem* Sed homines iusti ac perfecti, petunt rem, quam debent petere. & ab illo, à Quo, & Qui sunt illi, hæc tria necessaria sunt. Quis scil. non inimicus. Quid scilicet rem congruam suæ saluti

profuturam. A quo n ... Magis,&c.Sap 13. *Pro sanitate ... deprecatur, pro vita mortuum rogat, & in adiutorium inutilem innocat, ... qui ambulare non potest.* Petamus ergo, primò à Deo veniam, Tob 3. *Peto Domine, vt de vinculo huius improperij absoluas me.* Secundò gratiam, Zach.10. *Petite pluuiam à Domino, & ipse faciet.* Tertio gloriam, Psal. *Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitē in domo Domini.* Quarto, Viam, 1.Esd.8. *prædicaui ieiunium, vt peteremus viam rectam à Domino.* Quintò, Vitam maximè spiritualē, quam facit gratia, Psal. *Vitam petijt a te, & tribuisti ei Domine.* Sextò, Gaudium, Ioan. 16. *Petite & accipietis, vt gaudium vestrum plenum sit.* Septimò, Spiritum sanctū, Luc. 11. *Deus dabit spiritum bonū petentibus se.* Octauò, Cæli præmium, post laborem requiem, Ester.5. *Quid petis Ester regina, quæ est petitio tua? etiamsi dimidium regni petieris, dabo tibi.* In hac confidentia de Dei bonitate & misericordia petijt hæc à Domino defunctus noster, nec in infirmitate, sanitatem aut vitam, &c. & exauditus est, in omnibus vt videre potestis.

Dominica Exaudi. Ioan.15.

INnumerabilia sunt in mundo, quæ hominem etiam iustum & perfectum vel retardant, vel retrahunt, vel abalienant a via salutis, vt facilius sit impingere mundanum, & de solate periclitari. Sed via scandali est & periculosa & ita communis, vt etiam in templis, in cultu diuino, in rebus sacris, in operibus bonis & pijs inueniatur, & ita maximè cautela opus est, vt à scandalo dato aut accepto abstineat, neque occasionem offensionis habeat, det vel accipiat in via morum, sed videamus quæ sint illa, vt sciamus discernere. Primum est cruoris seu peccatum infidelitatis vel defectus credendi, Exod.23. *Si sernieris dijs eorum, erit tibi in scandalum.* 1. Petr. 2. dicitur, ... Christus non credentibus factus ... offensionis & petra scandali, 1. Corinth.1. *Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* Secundum, Timoris propter quem discipuli fugerunt, aut Christum negauerunt, Matth.26. *Omnes vos in hac nocte scandalum patie. in me.* Tertium Amoris, vt qui propter illum peccant, 1.Reg. 18. dicit Saul de Michol filia sua, quam diligebat David, dic. *Dabo ei, vt fiat ei in scandalum.* Quartum Tentationis. Dauid loquens de dæmonijs dic. Psal. *Iuxta iter scandalum posuerunt mihi.* Quintum Locutionis, scil. quando ex verbis alicuius peccati occasionem arripit. De incautè loquentibus, Eccles.27. *Nouissime peruertit os suum, & in verbis suis dabit scandalum.* Sextum Operationis, Mal.2. *Vos autem scandalizastis plurimos in lege, irritum fecistis pactum Leui.* Loquitur de malis sacerdotibus, & Matth. 5. *Si manus dextera tua scandalizat te, abscide eam & proijce abs te.* Manus dextera est ille, ad cuius opera debemus habere exemplum, alias dicitur, Matth.23. *Quæ autem faciunt, nolite facere.* Septimum prædicationis, quando prædicator bene docet, male viuit, contra quod Eccles.1. *Non sis ... in labijs tuis.* Octauū Conuersationis, præcipue quando maiorum exempla scandalizant subditos, Matth.5. *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te.* Nonum Oppositionis, quando per duritiā cordis indebitè se opponit omnibus, vt alij scandalizentur. Sic ... dicens se crucifigendum Petro dicenti: *Absit a te Domine, non erit tibi hoc.* ... dit Christus, Matth.16. *Vade retro satana, scandalum mihi es.* Matth.18. *qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, &c.* Defunctus noster in omni humilitate, patientia, & timore Dei ... hic & vias istas declinauit, &, vt piè speramus, saluus factus est.

In festo Spiritus sancti. Ioan 14.

TAnti fecit Deus sermonem suum, vt qui eũ seruauerit, omnia mereatur dilectionem Patris & Filij & Spiritus sancti, gratiam omnem, benedictionem & tandem gloriam: secus autem, qui nõ seruauerit. Et merito. Si enim Dominus temporalis vult, vt mandata & monita ipsius seruentur, quanto magis cælestis Imperator audiendus est. Habet autem Deus sermonem quadruplicem. Primũ generauit interius, qui est filius qui in mente patris, ab æterno est conceptus, & tandem voce, scil. humanitate corporaliter est vestitus, & tandem per partum virginis, sicut per os patris exterius temporaliter prolatus, Sap. 18. *Cùm medium silentium tenerent omnia.* Secundum promulgauit, scil. Sacræ scripturæ: Iste fuit primo cogitatus in inspirationibus prophetarum, deinde dictatus in voluminibus scripturarum, vltimò diuulgatus in dictis Doctorum & prædicatorum, Prou. 20. *Omnis sermo Dei ignitus,* sc. quia continet diuinitatis honorem, & inflammat charitatem. Clypeus est scil. quia roborat firmitatis vigorem, Ioan. 17. *sermo tuus veritas est,* Psal. *Declaratio sermonum tuorum illu.* & hoc addit *Omnibus sperantibus in se.* Tertium fulminabit in iudicio reprobis, de quo Eccles. 8. *Omnia quæcunque voluerit faciet, & sermo illius potestate plenus est.* Reprobi tunc dicent, Ioan. 6. *Durus est hic sermo & quis potest eum audire?* Quartum, superius exclamabit, dic. *Venite benedicti patris,* &c. Pro. 12. *Mæror in corde viri humiliabit eum, & sermone bono lætificabitur.* Primum defunctus noster adorauit, secundum firmiter, & obedienter tenuit, à Tertio semper timuit, & ad Quartum anhelauit, sermonem humanum bonum & fructuosum libenter audiuit, & ipse emisit: sermonem humanũ æternum, vitiosum, stultum, malitiosum, durũ, suspiciosum, multũ præsumptuosum, infructuosum, falsum, iniquũ, perniciosum, & quicunq, apud mundanos frequenter inuenitur, & detestatus est in se & apud alios, ita vt de verbo otioso timuerit rationem reddere, aut proximum eo lædere, Prou. 17. *Qui moderatur sermones suos, prudentissimus est:* & libenter, & cum magna ædificatione semper auditus fuit, vt adhuc eius dicta in honore & memoria habeantur.

Dominica Trinitatis. Luc. 16.

GLorietur nunc mundus de magnificentia sua, caro de voluptatib. suis, dæmon de regnis mundi & omni eius ornatu, cùm tale in fine præmium & tanti post gloriam vanam cruciatus. Communis propositio est. Homo mortuus est: sic de Adam filijsque suis, sic de Noe, &c. vsque ad hoc tempus & vsque ad consummationem mũdi verificatur. At terribilis illa, *Diues mortuus est & in inferno sepultus:* quod de paupere nõ dicitur neq; de homine. Ite nũc diuites & ferte aquã sitienti, redimite illum si potestis: at nõ potestis, ergò timete, dolete, resipiscite, ne & vos sitis ex illis quinq; fratribus. Diuitię nõ reprobãtur, sed tantũ abusus. Diuitiæ enim nõ satiant mentẽ sed magis faciunt esurire, sicut hydropi cum sitire: sitis pauperes mentaliter, diuites temporaliter, Psal. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere,* Apoc. 3. *Dicis, quod diues sum & locupletatus, & nullius egeo: & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus & nudus.* Diuitiæ faciunt corda superbire. Augustinus: *Tolle superbiã, diuitiæ non nocebunt. Tolle malos humores, & non erit Apostema.* Item producunt lites, Gen. 13. *Loth & Abraham diu tes erant & nequibant habitare simul.* Item laborem subire faciunt, Eccles. 5. *Saturitas diuitis non sinit dormire eum.* Ideò Luc. 8. Diuitiæ spinis com-

comparantur, Eccles. 26. *Laborauit diues in congregatione sub auro.* Item negant cælum, Matth. 19. *Diues difficilè intrabit in regnum cælorum.* Diuitiæ enim talib. sunt pro precio, solatio, paradiso, portione, successione, præmio, Eccles. 5. *Hæc est pars eius & omni homini, cui Deus dedit diuitias & substantiam.* Item Deum non timent, quia amor diuitiarum tollit de corde hominis timorem Dei & amorem, Iob 27. *Diues cum dormierit, nihil secum auferet.* 1. Corinth. 4. *Iam diuites facti estis, sine nobis regnatis,* Lu. 12. *Stulte, hac nocte repetent à te animam tuam.* Et quid multa dicam? audite diuitem istũ & intelligite historiam, & videte omnia quæ mundus promittat, & vltimo soluat. O Deus, ô misericordia Dei, nunquam nos illiciat ista persuasio, maneamus cũ Domino nostro, illi seruiamus, & ab illo habebimus omnia quæ ad salutem nostram sunt necessaria. Sic petijt defunctus noster, &c.

Dominica II. Pentecost. Luc. 14.

CONstituti sumus in hoc sæculo, negotiatores, emptores & venditores, & negotiatio pręcipua est de anima nostra, quam Christus, quæ alias sua est, descendit è cælo empturus, & obtulit pro ea cælum, sic mundus illam ambit offerens vanitates suas, sic caro, sic dæmon & vltimo omnes infernum offerunt, prout in diuite epulone videtur. Emit Deus humanas animas, seipsum tribuens. Emit iustus virtutes optimas, se culpis exuens. Emit impius merces vilissimas se culpis imbuens, 1. Corint. 6. *Empti enim estis preciõ magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro, & etiam ab omni seruitute peccati, de cætero præcauete & abstinete.* Emite & vos in hoc Emporio charitatẽ semper ardentem, Apoc. 3. *Suadeo tibi emere aurum ignitum probatum, vt locuples fias & indumentis albis induaris.* Item veritatem lucentem, studendo legendo, audiendo, interrogando, &c. Prou. 23. *Veritatem eme & noli vendere sapientiam & doctrinam & intelligentiam.* Item pietatem pauperes fouentem, Marc. 6. *Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus his manducare.* Item firmitatẽ permanentem, 4. Reg. 22. *Emãtur ligna & lapides ad instaurandum templum.* Item benignitatem Christum demulcentem, Marc. 16. *Emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum.* Item iocũditatem in Deo gaudentem, Isai. 55. *Emite absque argento, & vlla commutatione vinum & lac. Vinum enim lætificat cor hominis.* Item fœlicitatem abũdantem, scil. gloriam paradisi, quæ est thesaurus & margarita in agro cæli, quem qui inuenit homo abscondit, & emit agrum illum, Matth. 13. Hinc de muliere Sagaci dicitur, Prou. 31. *Consideranit agrum, & emit illum.* Ne dicamus mundo aut diabolo offerenti delectabilia, illud Genes. 47. *Eme nos in seruitutem,* Luc. 17. *Emebant & vendebant, & venit diluuium, & perdidit omnes.* A tali negotiatione valde abstinuit defunctus noster, sed recogitans illud, Isai. 55. *Omnes sitientes venite ad aquas: properate, emite, comedite.* margaritas supranominatas emit, vt in æternum possit viuere & gloriari.

Dominica III. Pentecoster. Luc. 15.

AVdite omnes peccatores, quantum habetis Deum vobis propitium, qui non vult mortem peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Audite verbum valde consolatorium de Christo. Hic peccatores recipit, & manducat cum illis, imò & dat se manducandum nobis in sacramento Eucharistiæ dat nobis varias gratias variaque dona, quæ nõ meremur. Audite quomodo nos etiam fugientes quærat, & recuperatis nobis gratuletur, quia inuenit ouem, quam perdi-

perdiderat. Audite, quia & gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Audite & intelligite, quàm abominabilis res sit peccatum, vt per hoc à Domino despiciātur, si non resipiscant, Eccl.12. *Altiß mus odio habet peccatores*. Sicut enim natura in arboribus retrahit humorem suum in hyeme à partibus superficiei, scil. folijs & ipsa sicut non necessaria à se eijcit, sic Deus humorem gratiæ suæ à superfluis peccatoribus, qui sunt *sicut folium ante faciem venti subtrahit*, eosq́; tanquam de quibus parum curat eijcit, & in manu consilij sui proprij ipsos dimittit, Psal. *Dimisi eos secundùm desideria cordis eorum, ibunt in adinuent. suis*. Mundus etiam illos recipit facile, vlterius impinguat, nobilius ditat, quàm iustos, Psal. *Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias*. Cognoscitur peccator, quando parum habet de pietate, multum de prosperitate, in ore parum de veritate, in manib. plenus de rapacitate, non gaudet in bonorum societate, erga pauperes plenus est iniquitate. Ideò Eccl.9. *Non zeles gloriam & opes peccatoris, nescis enim quæ futura sit illius subuersio*. A paradiso eijciuntur, Isai.26. *Tollatur impius, ne videat gloriam Dei*. 1. Pet.4. *Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt?* Et tandem ab inferno degluttiuntur, Psal. *Mors peccatorum pessima*. Audite ergò peccatores & cōuertimini, quia in cælis recipitur plena merces ab operarijs, Ruth.2. *Plenā mercedem recipies à Domino*. Pax ab obsessis, Tob.3. *Recepi in pace spiritum meum*. Hospitium à deuijs, Luc.16. *Recipiat vos in æterna tabernacula*. Remediū ab infirmis, 4 Reg.5. *Recepit sanitatem caro eius*. Conuiuium à famelicis, Iud.19. *Postquam lauit pedes eorum, recipit eos in conuiuium*. Propter hæc omnia, defunctus noster & si per fragilitatem humanam in peccata cecidit, misericordia autem Domini adiutus & receptus est, vt & nūc gaudeant cum eo angeli, & ipse cum omnibus sanctis.

Dominica Quarta. Luc.6.

Siquidem Sap.11. *Deus cuncta disposuit in pondere, numero & mensura*, debemus nos actus & vitam nostram mensurare mēsura prudentiæ & temperantiæ, vt cunctis bonis moribus simus adæquati, vt secundùm merita nostræ mensuræ remetiatur nobis in paradiso, mēsura bona, conferta, &c. quia quantitas præmiorum transcendet mensuram meritorū. In inferno etiam respondebit quantitas pœnæ & tormentorum culpę & delicto vitiorum præcedentium, Deut.25. *Secundum mensuram culpæ erit & plagarum modus*. Homo autem non potest habere mensuras virtuosas nisi à Domino concedantur, vt est compunctionis, Psal. *Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis in lachrymis in mensura*. Deuotionis, Ezech.4. *Aquam tuam in mensura bibes*, Iob 28. *Aquas appendit in mensura*, aquæ enim deuotionem significant. Refectionis vel cōsolationis spiritualium bonorum, Luc.12. *vt det illis in tempore tritici mensuram*: Perfectionis, Eph.4. *Vnicuique vestrum data est gratia secundùm mensuram donationis Christi*: Cognitionis, Rom.12. *Vnicuiq; Deus diuisit mensuram fidei*. Discretionis, Isai.28. *Ponam iudicium in pondere, & iustitiam in mensura*. Vnde Leuit.19. *Nolite facere iniquum quid in iudicio, in regale, in pondere, in mensura*. Sic defunctus noster vitæ suæ actiones mensurauit. Non enim sperauit semper viuere, sed potiùs quod necesse est, suæ durationis longitudinem terminari, ita quod possit dicere illud, Psal. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te*.

Dominica Quinta. Luc.5.

DEsiderat vtiq; Saluator noster salutẽ nostram, quam nos ipsi propriã parũ aut nihil curare videmur. Capit Deus pœnitentes, hamo suæ occultæ inspirationis aut prędicationis, Ezec.12. *Extendam super te rete meũ, & capieris in sagena mea.* Delinquẽtes autem per damnationem, Oseæ 5. *Ego capiam, & vadam & tollam*, scil. peccatores per mortẽ, infirmitatem & diabolum, *& non est, qui eruat.* Homo itaq; deberet curare vt caperet virtutes, merita & præmia vt caperetur à Deo non à diabolo, qui per mulieres capit luxuriosos, Pro.7. de illa muliere procaci, per pompas superbos, per diuitias auaros, per cibos gulosos &c. Isai.50. *Computrescant pisces sine aqua*, sc. deuotionis, tam sæculares quàm regulares. Sicut pisces sunt molles propter carnem, sic carnales sunt delitiosi, & in aqua delitiarum continuè assueti. Exod.7. *Pisces qui sunt in flumine moriuntur.* Item sunt voraces. Sic auari figurati in pisce, qui deuorauit Ionam. Ionæ 2. Item sunt mordaces & insidiosi, sic detractores figurati in illo pisce, qui Tobiam iuniorem voluit deuorare: istos diabolus piscatur per linguam, Sap 19. quod pro piscibus eructauit fluuius ranarum multitudinem, scil. quia sunt loquaces. Item sunt venenosi & inutiles, pisces serpentini, Luc 11. *Pro pisce serpentem dabit.* Pisces etiam significant viros mortales & fluxuosos. Pisces enim sunt valde debilis complexionis, & quasi continuè in motu, sic & homines. Defunctus noster qui & alios cepit cõuersatione, exẽplo, doctrina, lĩbẽter passus est se capi à Deo per viros pios & perfectos: aquam delitiarum abhorruit, & aquæ deuotionis inhæsit, & sic pastus est, donec à Deo in cęlestibus pascatur, qui verus est præceptor.

Dominica Sexta. Matth.5.

VIdete quæso & nolite vosmetipsos decipere, vanè gloriantes an fides, charitas, pietas, eleemosyna, ieiunium & omnes virtutes vestræ, omnia opera vestra sint perfectiora, quàm vel gẽtilium, vel Iudæorum, vel etiam hæreticorum, & etiam si sunt, tamen debetis dicere, feci quod debui, de cætero sum seruus inutilis, & ita quia non sunt tanta opera vestra, & tamen gloriamini, non intrabitis in regnum cælorum, ad quod debetis anhelare, sicut pauper ad conuiuium, homo fessus ad lectum, homo impugnatus ad castrum. Atque vt intretis locum supremum, oportet cor intrare, dolere ibi & tristari de commissis & omissis, Matth.6. *Intra in cubiculum tuum, & claude ostia tua*, Thren.3. *Sedebit solitarius & tacebit, quoniam se leuauit supra se.* Ezech.24. *Ingemisce tacens* Intrare cor ad deplorandum præterita, Genes.43. *Intrauit Ioseph in cubiculum & fleuit.* Ad ordinandum præsentia, Num.4. *Aaron & filij eius intrabunt, & ipsi deponant onera*: ad futura præcauendum: sic de Noe præcauente diluuium dicitur, Act.17. *Intrauit Noe in arcam.* Ad mundana opera contemnendum, Naum 3. *Intra in lutum & calca*: ad Deum adorandum, Matt. 6. *Intra in cub. tuum*, &c *& ora patrem tuum, qui vides in abscondito.* Intremus & nos hortum scripturæ ad meditandum, sicut Christus, Ioan.18. domum Religionis ad commorandum, quia religio est domus pœnitentium, Matth 2. *Intrantes domum, inuenerunt puerum*, scil. puritatem & innocentiam, *& Mariam*, scilicet amaritudine pœnitentiæ. Templum ad adorandum, Psal. *Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum.* Aperiamus quoque cor nostrum, vt Deus & virtutes subintrent, non vitia, non malæ cogitationes: & videte quomodo intrastis ad dignitates & officia vestra, & quomodo illa administrastis,

straſtis, & quã pacifice cum hominibus vixeritis. Ita intrauit defunctus noster cor ſuum, & examinauit ibi omnia, pro male commiſſis fleuit & turbatus fuit, in reliquis Deo dedit gloriam & intrauit, vt piè credimus, in regnum cælorum.

Dominica Septima.
Marc. 8.

NEmo hominum eſt, qui non eget miſeratione diuina, ſine qua nihil eſt, nihil agit, nihil valet, ideò maximè etiam peccatores debent petere veniam & miſericordiam, Pſalm. *Tu autem Domine miſerere mei, & reſuſcita me*, 4 Reg. 1. *Obſecro vt miſerearis animæ meæ*, Matt. 17. *Miſerere filij mei, quia lunaticus eſt*. Pſal. *Miſerere mei quoniam tribulor.* Miſeretur autem humilibus vt Leo ſubiectis, Pſal. *Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe, quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum.* Item flentibus, Matth. 18. *Miſertus Dominus ſerui illius dimiſit eum*: 2. Reg. 24. *Miſertus eſt Dominus ſuper afflictionem.* Item fidelibus, & ſuam culpam fatentibus, Ezec. 39. *Miſerebor omnis domus Iſrael*, quod eſt mens videns Deum, & Oſ. 2. *Domus Iuda miſerebor.* Iuda quaſi confitens. Item pœnitentibus, ſicut prodigo filio pater, Luc. 15. Eccleſ. 12. *Altiſſimus odio habet peccatores & miſertus eſt pænitentibus.* Ideò Iſa. 55. *Derelinquat impius viam ſuã vt vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominum, & miſerebitur eius.* Et pœnitenti dicitur illud, Eccleſ. 17. *Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua. Viuens & ſanus confiteberis, & laudabis Dominum, & glorificaberis in miſerationibus eius.* Item confitentibus Libentius enim miſeretur quis amico quàm inimico, & homini de ſe confidenti, Pſalm. *Miſerere mei Deus, quoniam in te confidit anima mea, & in vmbra alarum tuarum ſperabo*, Item confidentibus, Iere. 12. *Miſerebor eorum, & reducam eos ad virum in hæreditatem ſuam, & virum in terram ſuam.* Virum ſcilicet animoſum. Item Virtuoſis, Eccleſ. 36. *Miſerere Domine plebi tuæ, miſerere ciuitati ſanctificationis tuæ Hieruſalem, ciuitati requiei tuæ: reple Sion inenarrabilibus verbis tuis, & gloria tua populum tuum.* Sed malis dicit, Ezech. 7. *Iudicabo te iuxta vias tuas, & ponam contra te omnes abominationes tuas, & non parcet oculus meus, neque miſerebor, ſed vias tuas ponam ſuper te & abominationes tuæ in medio tui erunt.* Suſtinet turba perfecta & tribulata, non erunt mundana, nec vitiorum, nec peccatorum turba, ex quibus nec fit turba beatorum, Apoc. 7. Suſtinent à die natiuitatis, progreſſus & mortis, ſuſtinent per contritionem, cõfeſſionem & ſatisfactionem, ſuſtinent corde, verbo, opere. Sic defunctus noſter ſuſtinuit, & miſertus eſt illius Dominus, & maximè hæc in infirmitate eluxerunt; vnde anima illius iam in cælis cognoſcitur & collaudatur.

Dominica Octaua.
Matth. 7.

FAlſos prophetas eſſe carnem, mundum, diabolum, & exitus alijs demonſtrauit, & nobis, ſi non cauerimus cum damnatione oſtendent, itaque melius tempeſtiuè illos fugere. Promittunt enim delectabilia & ſpectabilia, & dant poſteà terribilia, idem de falſis prophetis, qui non veniunt miſſi à Deo & ab Eccleſia, ſed ſuaptè ſponte currunt, ſentiendum. Omnia fructificant, quæ ad fructificandum creata ſunt, & fructus eſt pro vtilitate hominum, qui eo fruuntur, ergò & homines debent fructificare. Sicut autem arbor naturaliter radicem in terra habet

inferiùs, statuam autem erectam superiùs, primo germina deinde flores, & tandem fructus producit. Sic vir iustus radicem cordis habet inferiùs per humilitatem, erectus est ad cælum superius per contemplationis sublimitatem, primo emittit germina bonarum cogitationum, deinde flores sanctarum affectionum diffundit & tàdem fructus bonarum operationum producit, Cant.7. *Videamus, si vinea nostra floruit, si flores fructus parturiunt.* Si non producit, *iam securis ad radicem arboris posita est.* Matth. & in hoc Euangelio: *Omnis arbor excidetur, quæ non fert fructum.* Si autem volumus fructificare per bona opera, debemus per pœnitentiam mala resecare aut transplantari, vt benè sit fundata & radicata, & habeat humorem, alias arescit, vt semen illud, Matth.13. Secus autem est de iusto viro, qui *erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum.* Psalm.1. & Ierem.17. *Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit tanquam lignum, quod plantatum est super aquas, quod ad humorem mittet radices; & non timebit, cùm venerit æstus, & in tempore siccitatis nō erit sollicitum & erit folium eius viride, nec aliquando desinet facere fructum.* item Apoc. 22. De istis fructibus quidam reficiunt Deum, sicut est fides, charitas. Quidam proximum vti pax, bonitas, patientia, Quidam animam vti longanimitas, benignitas, mansuetudo. Quidam corpus scilicet modestia, continentia, castitas. De his Gal.5 scribitur. Et sic fructificàdo habebimus fructus rubeos charitatis, albos castitatis, longos patientiæ, rotundos obedientiæ, duros iustitiæ, molles pacis & benignitatis, amaros pœnitentiæ, dulces clementiæ Reliqui fructus sunt mundani, quos defunctus noster vnà cum arboribus detestatus est, & ecce fructus pulcherrimos vitæ suæ post se reliquit.

(.·.)

Dominica Nona. Luc.16.

VIllicationem in hoc mundo quisq; appetit & fauoribus, largitionibus & innumeris modis venatur, quia coram mundo est honorifica, suauis & delectabilis valde: at coram Deo est terribilis, quia de omnibus reddenda est ratio. Sicut autem diuersa hominum genera, ita diuersa & villarum. Perfectorum quidem est Religio vel conscientia, Iosue 15. *datæ sunt tribui filiorum Iuda villæ ad habitandum.* Iuda interpretatur confitens & est vir perfectus, Neem.12. *Cantores ædificauerunt villas in circuitu Hierusalem.* Peccatorum est carnalis parentela, & mundi patria, Luc.15. *Missus est filius prodigus ad villam, vt pasceret porcos.* Mundus talis villa est, pro qua videnda à cœna se excusat auarus, Luc.14. Mundani hanc villam conuiuio cælesti anteponunt. Beatorum est cæli gloria. Marc.16. in alia effigie Christus ostensus est duobus discipulis in Emaus euntibus. Sed beatis non in ænigmate, sed à facie ad faciem exhibebitur in sæculum. Damnatorum, infernus est & æterna miseria, 1. Reg.5. dicitur, quod *villæ & agri ebullierunt.* Durissimum erit in iudicio particulari aut generali, imo ante mortem audire: Quid, hoc audio de te, quando omnia & singula mala exprobrabuntur etiá à dæmone, & tu qui talis es aut fuisti, tam turpiter & incorrigibiliter te gessisti, fuisti clericus, vixisti peius, quam laicus, &c. Hinc bonum est, vt quisque seipsum iudicet, & resipiscat, ne iudicetur in iudicio ad damnationem Quæ omnia diligenter cōsiderauit defunctus noster, vnde villicationem non nisi coactus suscepit, quam & benè administrauit, & maximè conscientiam suam, vt promeritus fuerit ad villam beatorum possidendam.

(.·.)

Domini-

Dominica decima. Luc.19.

QVod factum est realiter ciuitati Ierusalem, hoc animæ nostræ.ne fiat timendum est. Sicut enim illa fuit ciuitas quandoque diuino cultui specialiter dedicata, ciuitas regia, nobilis & ornata, tandem reiecto cultu Idolis subiugata, à Deo contempta, & à gentibus conculcata: sic anima & Ecclesia fuit in principio sponsa, vel ciuitas summi regis, quam in baptismo per fidem sibi & cultui suo mancipauit, vbi per gratiam habitauit & regnauit: ita quod ornatam virtutib. ipsam præ alijs exaltauit. Nũc verò videtur proprium suum sponsum contemnere & cultum, & peccatis mundiquæ negotijs adhærere, & sic dæmonibus, & tãdem hoc modo visitabitur per omnia peccata, quę fecit. Ecclesia etiam vel Religio potest dici Ierusalem, quia ibi primo est tuta habitatio, tanquam in castro firmissimo quia Deus & angeli ipsam inhabitant & defendunt, 2. Regum 19. *Veni mecum, dixit rex Dauid Berzelai, vt securus requiescas in Ierusalem.* Secundo, cumulatio diuitiarum spiritualiũ, gratiarum & virtutum, sicut Salomonis lapidum, 3. Reg. 10. Psalm. *Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio in idipsum.* Tertio, prædicatio docta, Isa. 2. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem.* Quarto, Inquisitio cauta, 3. Reg. 10. *Regina Saba venit in Ierusalem, vt tentaret Salomonem in ænigmatibus.* Quinto, eruditio certa, sc. veritas sapientiæ & fidei, Zach. 8. *Vocabitur Ierusalem ciuitas veritatis.* Sexto, iurisdictio iusta, Ierem. 3. *Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & vocabitur Ierusalem solium Domini.* Septimo, dimicatio sc. tentationes & tribulationes, 2. Par. 17. *Bellatores & robusti erant in Ierusalem.* Octauo, contemplatio, Ezech. 8. *Eleuauit me spiritus inter cælum & terram, & adduxit me in Ierusalem in visione Dei.* Nono, exultatio propter laudem Dei, Neem. 12. *Audita est lætitia in Ierusalem.* Decimo, congregatio sancta, scil. hominum sanctorum & innocentum. Psalm. *Aedificans Ierusalem Dominus, dispersiones Israel congregabit.* Vndecimo, visitatio, Soph. 1. *Scrutabor Ierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fecibus suis.* Duodecimo, consolatio, sc. spes diuini consilij & auxilij, & arrha gloriæ sempiternæ, Isa 46. *Dabo in Sion salutem, & in Ierusalem gloriam meam.* Et Isa. 40. dicitur, *Consolamini, consolamini popule meus,* &c. Ibi ergò debemus habitare per gratiam, & humiliter Deo deseruire. Psal. *Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi redd. vot. in Ierusalem.* Luc. 2. *Ibi remansit puer Iesus.* & qui descendit ab Ierusalem in Iericho, cadit inter latrones, Luc. 10. Defunctus noster animam suam sanctam conseruauit, & Ecclesiam veram non deseruit: ideoque in illa Ierusalem saluatus fuit, & in supernam Ierusalem cum gaudio ingressus.

Dominica Vndecima. Luc. 18.

O Rem indignam homine mortali, & pœnis dignam immortalibus, quod audeat sibi præsumere, & arrogare de viribus suis, quæ nullæ sunt, & est contra Dominum, creatorem, & Saluatorem suum; alterum, quod alios iudicet, contemnat, & odio habeat quod est cõtrà proximi, illud contra Dei charitatem, & ita planè diabolicum, Ierem. 17. *Benedictus vir, qui confidit in Domino.* Prouer. 28. *Iustus quasi leo confidens, absque vllo timore erit* Ecclesi. 11. *Confide in Domino, & mane in loco tuo.* Sicut autem isti sunt viriles, ita qui contra faciunt, sunt effœminati, Isa. 3. *Populus tuus, sicut mulieres in medio tui,* sc. sine audacia, Psalm. *Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino,* Econtra Ierem. 17. *Maledictus qui* con-

confidit in homine. Rom. 12. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Cùm autem res ita se habeat, indignissimum est Deum contemnere, Eccles. 49. *Contempserunt timorem Domini.* Item sicut viuere virtus est, ita fœlicitas euasisse. Itaque bonum est cõtemnere seipsum, & mundum & peccatum, non autem Dei verba & imperia, mandata & iudicia, Dei bonitatem & longanimitatem, Dei potestatem & seueritatem, nec prælatum propter susurrones, nec pauperem propter abundantes, nec malos propter indiscretos, præsumentes, quia illi possunt fieri meliores, nec cruciatus propter peccatorum incorrigibilitatem, nec paradisum propter ignorantes, Rom. 2. *An diuitias bonitatis eius contemnis.* Isa. 33. *Væ qui spernis, nonne & ipse sperneris? cùm fatigatus desieris contemnere, contemneris.* Defunctus noster sciuit miseriam suam, ideò se non iustificauit, nec alterum contempsit, dilectionem Dei & proximi piè custodiuit, sed in omni commoditate, & tunc maximè in infirmitate frequentissima repetijt illud Publicani: *Deus propitius esto mihi peccatori.*

Dominica Duodecima. Mar. 7.

CHarissimi mei in Euangelio Dominicali audiuimus surdum & mutum oblatum Domino & sanatum. Nunc offerimus eidem Domino defunctum nostrum, surdum & mutum, surdum quidem, quæcunque dixerimus ei de vanitatibus huius sæculi, aut etiam de conuersione & pœnitentia, nil audit amplius, quia iã desijt esse in illo statu: mutum autem, quia nõ potest ampliùs profiteri vel facere ea, quæ in hoc sæculo debent facere homines, nec respondebit vobis, quid ibi post mortẽ fiat, quia habent Moysen & Prophetas, nec licitũ est illi. Offerimus autẽ illũ Deo, vt saluet, quia hoc in vita fecit quantũ humana cõcessit fragilitas, vt nil nisi & ipse, & nos omnes precemur salutẽ & requiẽ æternam. Surdus fuit in hoc sæculo, quia patiens in omnibus iniurijs & improperijs, ideò perfectus. Psalm. *Ego autem tanquam surdus non audiebam.* Non autem sicut illi, qui nesciunt aliquid intelligere vel audire ideò benignè supportandi exemplo Christi qui hodie fecit surdos audire, mutos loqui. Nec vt peruersi & superbi, Psalm. *Furor illis secundùm similit. serp. sicut aspidis surdæ, & obtur. aur. su.* Mutus item ad iniurias & tribulationes, Isa. 53. *Sicut ouis coram tondente se obmutescet, &c.* Ezech. 3. *Et eris mutus, nec quasi vir obiurgans.* Non autem ex negligentia, Isa. 56. *Vniuersi canes muti, non valentes latrare.* Nec ex ignorantia, 1. Cor. 12. *Ad simulachra muta, prout ducebamini euntes.* Neque ex iustitia propter largitiones. Neque ex verecundia, vt peccatores, qui ex suggestione diaboli nolunt confiteri, qualis est iste in Euangelio. Dei gratia est quæ homines facit audire & loqui. Dei gratia est quæ facit defunctum nostrum audire & loqui, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis descenderunt.

Dominica Decimatertia. Luc. 10.

APpellabat Christus beatos discipulos, cùm in terra viuebant, & Christum adhuc in carne videbant. O quàm beati sunt illi qui cum Christo viuunt in cælestibus, & vident quæ in sæculo videre nullo modo poterant, nec ratione consequi, ideoque summè festinandum ad illos, & ad eandem beatitudinem: quod fieri non potest nisi morte præuia. Sed quis modus, quæ via, quæ ratio impetrandi? ecce facillima, breuissima, saluberrima. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde,* & natura, & ille diligit tam iustos, quàm peccatores, *Su-*

per

per bonos & malos facies oriri solem, Matth.5. Sap.11. *Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorū quæ fecisti.* Prçterea omnia debēt Deum diligere. Nam cum nihil sit diligibile secundū Aristotelem, nisi sub ratione boni, & cùm Deus habeat bonitatem infinitam, in infinitum & in immensum debet diligi, maximè autem à bonis, Cant.1. *Recti diligunt te.* *Diligamus, quia prior ipse dilexit nos*, 1. Ioan.3. *Diligam te Domine*, ait Psalm. quare, quia sustentator robustiss. quia fortitudo mea, quia receptor sacratiss. quia refugium meū, quia defensor clementiss. quia liberator meus. Item diligentes Deum ab ipso temerè diliguntur, Prouerb.8. *Ego me diligentes diligo.* Securè proteguntur, Psalm. *Custodit Dominus omnes diligentes se.* Cum omnibus pacificè vniuntur. Psal. *Pax multa diligentibus legem tuam.* A Deo benignè respiciuntur, Ecclesiast.34. *Oculi Domini in diligentes se.* Mandata fideliter exequūtur, Ioan 14. *Si diligitis me, mandata mea seruate.* Peccata veraciter detestantur. Psal. *Qui diligitis Dominum, odite malum.* *Omnia ipsis cooperantur in bonum.* Rom.8. *Delicta remittūtur*. Luc.7. *quia dilexit multum.* In Deo gaudent & gloriantur. Psalm. *Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum.* Illuminantur per gratiam, Eccl.2. *Diligite Dominum, & illuminabuntur corda vestra.* Exaudiuntur, Psal. *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus.* Gloriam consequuntur, Iac.1. *Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit*, accipiet cor. vitæ. quam rep. his qui diligunt illum. Sciebat defunctus noster quod secundùm Greg. *Perfectio dilectionis fit exhibitio operis.* Ideò quantum potuit per humanam fragilitatem, studuit benefacere, vt & videre posset quod beati in cælis modo intuentur. Vade & fac tu similiter, quia similem exitum habebis.

Dominica Decimaquarta. Luc.17.

MVndum immundum, carnem, dæmonem, & omnia quæ illorū sunt, fœtēt coram Deo, & sunt plena abominationis. Audite istos leprosos immundos fuisse, & à solo Christo potuisse mūdari. Intelligite peccatores non nisi à Christo suisque Vicarijs posse absolui: Illi clamant, Iesu præceptor miserere nostri: & sine dubio hæc est magna Dei misericordia, mundum esse à peccato, vnde & vnus illorū meritò magnificauit Deum, reuersus, gratiasq́; egit, reliqui sunt redarguti ingratitudinis. Mundus rex vult habere mundam domū, lectum & populū: sic rex Christus, qui passus est, vt nos redimeret, Tit.2. & vt mūdaret sibi populū acceptabilem, & placentem Deo, Matt.5. *Beati mundo corde.* Ps. *Innocentes & recti adhæserunt mihi.* Cor ergò debet esse mundū, tanquam habitaculū Dei, visus ab infectione visibiliū, tactus à delectatione tangibiliū, gustus à suauitate gustabiliū, auditus à deturpatione scurrilium, olfactus à delectatione odorabilium, &c. Psalm. *Cor mundum crea in me Deus.* Mundant hominem à peccato, (*custodia à peccato, vti ciuitas clausa*) aduersitas, lachryma, baptismus, pœnitentia, confessio, oratio, eleemosyna, conuersatio honesta, &c. In illo numero denario notandum, quod mandatorum Dei obseruatio, omnem spiritualem perfectionem contineat. Obseruatores itaque horum possunt dici decem fratres, quia cum decalogo seruāt charitatem, Gen.42. decem fratres Ioseph descenderunt in Aegyptū, vt frumentū emerent. Item principes decem, quia cū decalogo habent dignitatē & authoritatem, si boni sunt, Eccl.7. *Sapientia cōfirmauit sapientem super decem principes ciuitatis.* Item virgines, quia cum decalogo seruant puritatem, Matthæ.25. *Simile est regnum cælorum decem virginibus.* Item viri, quia cum

cum decalogo habent rationem & sagacitatem, & virtutum multiplicationem. Ierem. 41. *Decem viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismael: noli occidere nos, quia habemus thesauros in agro, frumenti, & hordei, & olei, & mellis.* Econtra potest dici de transgressoribus mandatorum Dei: & quis non in vno impingit aliquando per humanam fragilitatem, ideo semper eget misericordia Dei, quam inuocare debet & curare, vt quantocitius sanetur, vt possit rectè dare gloriam Deo. *Infidelium enim & inutilium curam non habet Deus,* vt dic. Ecclesiasticus. Hæc omnia diligenter curauit defunctus noster, ideò frequentissimè confessus est, communicauit, opera pietatis exercuit, vt nunc possit vere laudare Deum & magnificare, innocens manibus, & mundo corde.

Dominica Decimaquinta Matth. 6.

VNus est Deus, vnus Dominus, quos alios quæremus aut sequemur mortales miseri? Omnia illi suo soli superiori obediunt, & per eius influentiam se gubernant, quanto ergò magis debemus nos facere? Deut. 6. *Dominum Deum time, & illi soli seruies.* Ille solus non subiacet corruptionibus, Mal. 3. *Ego Dominus, qui non mutor.* Alij Domini non sunt liberi, sed habent cui subsistunt, iste cunctis dominatur: ideoque timendus. Amandus autem, quia tuus, sc. factus per charitatem & pietatem Tuus. Ipse dat seipsum nobis per sua beneficia, dic. Psal. *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti.* vt quilibet possit dicere illud Ioan. 20 *Dominus meus & Deus meus.* Vt enim lux subintrat fenestram, si eam homo aperit, ita Deus illuminat domum cordis nostri apertam, Apoc 3. *Ego sto ad ostium, pulso,* &c. Præterea seruitijs nostris honorandus, quia illi soli, Deut. 32. *Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus* Pessime itaque faciunt, qui obediunt mundo, auarè congregando: Carni, luxuriosè viuendo: Diabolo, superbiendo, Rom. 6 *Eius serui estis, cui obeditis* Thren. 5. *serui dominati sunt nostri.* Psal. *Dominati sunt eorum qui oderunt eos.* Ier. 16 *Seruietis dijs alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem.* Notate hoc peccatores. Iste autem Dominus non est sapiens ad gubernandum cunctos, Isa. 60. *Erit tibi Dominus in lucem sempiternam.* Potens ad eneruandum malos. Psal. *Dominus fortis, & Dominus potens in prælio.* Dulcis ad associandum bonos Psal. *Dominus virtutum nobiscum.* 2. Par. 15 *Dominus vobiscum, quia fuistis cum eo.* Iustus ad iudicandum, Ier. 23. *Hoc est nomen, quod vocabunt eum: Dominus iustus noster.* Humilis ad famulandum cunctis, Gal. 4. *Nihil differt à seruo, cùm sit Dominus omnium.* Benignus ad confortandum. Ezech. 3. *Manus autem Domini erat mecum, confortans me.* Gloriosus ad imperandum cunctis, Isa. 6. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum.* Gratiosus ad delectandum omnes, maximè verò in patria, Ioan. 20. *Gauisi sunt discipuli viso Domino.* Sub tali Domino debetis quærere regnum Dei, alias non inuenietis, & virtutes virtutibus, meritis merita adijcere. Psal. *Adijciam super omnem laudem tuam* Deus etiam ipsis iustis virtutes adijcit. Psal. *Adijciet Dominus super vos & fil. vest.* Adijcite vt resurgatis per pœnitentiam. Adijcit etiam Dominus post gratiam & gloriam, vt in hoc Euangelio. Nolite autem adijcere peccata super peccata, Eccl 5. & Eccl 21. Peccasti, ne adijcias iterum. Alias adijcientur tibi tormenta & cruciatus sempiterni. Huic vni Domino seruiuit defunctus noster, & non fuit derelictus quoad gratiam, neque nunc, vti speramus, per gloriam.

Dominica Decimasexta. Luc. 7.

Efferebatur filius matris viduæ vnicus & defunctus, quem suscitauit Dominus adhibita consolatione facta paranti. Effertur defunctus noster filius Ecclesiæ Catholicæ, pro quo & orat, vt saluetur. Certè nihil melius recordatione mortis, quia mori nos monent amici nostri demortui, & nunc defunctus noster, vt etiam in gaudijs nostris magnis illius non obliuiscamur, non credentes diabolo, dicenti primis parentibus: *Nequaquam moriemini*, nec nunc dicenti: Non hoc anno, mense, die, morbo, &c. moriemini. In omnibus gaudij & gloriæ suæ actionibus Christus mortis memoriam immiscuit. In baptismo vbi vox patris insonuit, & Spiritus sanctus apparuit, Luc. 12. dixit: *Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, donec veniat* sc. sanguinis & mors crucis. In publica confessione Petri, Matthæ. 16. quod sit *Christus filius Dei vivi*, annunciauit statim suam mortem, dic. *Ecce ascendimus Ierosolem*, Matth. 20. In domo Lazari, vbi vndique populi relictis omnibus conuenerunt, vt eum viderent & honorarent, Ioan. 11. dixit, *Nisi granum frumenti*: In monte Thabor, Matth. 17. de morte sermonem instituit, & hoc eo libentius, quòd ab illa nostra omnium pendebat salus: & vt significaret nobis ad gloriæ possessionem certam viam esse, passionum mortificationem, & vitiorum mortem acerbam, & quia quisque libenter loquitur de sua professione. Item hic videmus, quid de homine tradiderunt scientiæ, ex præcepto Mineruæ in vnum congregatæ, vt antiqui confinxêre. Dialectica dixit: *Homo est breue quoddam Enthymema*, sc. oratio breuis, non habens aliud, quam antecedens & consequens, sc. ortum & interitum. Astrologia dixit: *Homo est mutabilis, sicut luna*, quam solam nouimus inter omnes planetas crescere & decrescere. Physica dixit: *Homo est animal* [illegible] *mortale*. Mathematica: *Homo est* [illegible], quæ definitio placuit Mineruæ: quia sicut sphærica figura in idem punctum definit, quo incipit, ita homo incipiens ex terra esse, in terram tandem definit. Cumque omnium rerum habeatur ratio, remedium & consilium, ista omnia in morte superanda deficiunt. Itaque nolite flere, quia mori omnibus necesse, & salutare bonis: quibus dicit Christus, *Surge iam à mortuis*, & dat illos Ecclesiæ triumphanti, vbi magnificant Deum.

Dominica Decimaseptima. Luc. 14.

Si obseruaremus, quo in loco essemus non obseruaremus alios, sed nos & conscientiam nostram, nec affectaremus altiora, sed in simplicitate cordis maneremus, & non confunderemur velut illi, qui alta sapiunt aut affectant. Deus in loco immundo non vult habitare. Ps. *Deus in loco sancto suo*, sic & apes locum mundi ambiunt, 4. Reg. 14. *Contentus esto gloria tua, & sede in loco tuo.* Si tamen quæris locum superiorem, quære paradisum, ibi enim est Deus, propriè locus & sedes mentis nostræ. Et sicut locus talparum est sub terra, locus piscium in mari, reptilium verò inferius in cauernis. Sic locus noster debet esse per considerationem inferius in terra mortalitatis, in cauerna sepulchri, & in mari amaritudinis infernalis. Et sicut in locis inferioribus & profundis, melius seruantur bona, tempore æstatis, ne corrumpantur, & maximè vina debilia: sic in æstate prosperitatis homines imperfecti & debiles à corruptione peccati non præseruantur, nisi inferius in loco profundo

mortis & inferni per considerationem continuè collocētur, vt de talibus possit exponi illud Iud. 2 *Ascendit angelus Domini de Galgalis ad locum flentium.* Psal. *Collocauit me in obscuris, sicut mortuos sæculi.* Et de sepulchris, *Collocabo eos in domibus suis.* Mundus, peccatum, & infernus sunt loca mala & impropria, quæ non dant animæ quietem vel conseruationem, Eccl. 11. *Confide in Deo, & mane in loco tuo.* Hinc Dauid videbatur gaudere, dic. *Non conclusisti me in manu inimici, statuisti in loco spatioso pedes meos.* sicut est paradisus. Mundus verò est locus superbiæ, auaritiæ, iniustitiæ, fraudulentiæ, immunditiæ, &c. Infernus verò locus timoris inæstimabilis, erroris ineuitabilis, tentionis ineuasibilis, doloris immitigabilis, laboris indefectibilis, ardoris inextinguibilis. Ecclesia verò locus est, & Religio, & bona conuersatio, & est locus securissimus, quia fundatur profundè per humilem subiectionem, leuatur altè per cælorum affectionem, ac vallatur per flebilem compunctionē, victualibus ditatur per Eucharistiæ refectionē, armis dotatur per pœnitentię macerationem, muris venustatur per angelorum visitationē, viris frequētatur per bonarum personarum aggregationem. Huc amicus Dei, non mundi, carnis aut diaboli defunctus noster ascendit, qui per illos aduersarios debuisset descēdere, & facta est illi gloria coram discumbentibus in regno cęlorum.

Dominica Decimaoctaua. Matt. 22.

Accesserunt Pharisæi ad Christū, & quidā legis Doctor tentans eū quæsiuit quod esset mandatū magnū in lege. Ego accedo vos & quæro, quid sentiatis de Christo? aut si creditis illum verū Deū & saluatorē vestrum, quare nō seruatis illius mādata, sed potius trāsgredimini. Possemne de vobis dicere illud Isa. 24. *Interfecta est terra ab habitatorib. suis, quia trāsgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum.* Nescitis, quod Rom. 2. *Nō auditores legis iustificabuntur, sed factores.* Audite Dauidem & imitemini Psal. *Quomodo dilexi legem tuā Domine, tota die meditatio mea est.* Pro. 6. *Mandatū lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ.* Pro. 28. *Qui custodit legem, filius sapiens est.* Quia autem lex diuina habet virtutē compulsiuam, ideo mandatū nominatur. Lex enim mandat præcepta, suggerit consilia, dictat iudicialia, ordinat cæremonialia. In istis duobus mand. vniu. lex pendet & prophetæ. Ps. *Legem pone mihi Domine viam iust. tu. da mihi int. vt disc. mand. tua.* Habet virtutem instructiuam, ideo dicitur lux & lucerna. Per hāc lucem scit homo, quid debet facere, fugere, credere, amare, appetere. Item virtutem directiuam, quia via vitæ sc. recta dirigens ad vitam æternam, quæ est terminus iustorū. Ps. *Legem pone mihi Dom.* Itē virtutē correctiuā, quia increpatio disciplinę. Per legem n. corriguntur & puniuntur malefactores, Rom. 2. *Quicunq; in legem peccauerit, per legem iudicabitur.* Vnde etiam Iob 5. docemur, *Increpationem Domini ne reprobes, quia ipse vulnerat & medetur, percutit, & manus eius sanabunt.* Vnde August. *Præuaricatores legis, attendite legem.* Lex igitur est quoddam spirituale vinculum, quo homines tenentur & ligantur, ne per actus illicitos euagentur. Interrogo vos, si Deum ex toto corde, &c. diligatis, similiter & proximum, si proposito Dei amore vel proximi, & pariter cum illis amore peccati, pecuniæ, dignitatis, &c. præferatis Dei amorem aut proximi, & multi ex vobis erunt, qui non poterunt respondere verbum Deo aut mihi, nec amplius interrogare: Interrogate vestram conscientiam, & dicet vobis. Qualiter autem defunctus noster Deum & proximū dilexerit, vos ipsi scitis ex vitæ suæ actionibus, ita quòd speremus, illum etiam nunc à Deo & proximis, sc. sanctis diligi.

Dominica Decimanona.
Matth. 9.

VEreor, ne aliquibus ex vobis possim exprobrare, & dicere. *Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?* & hoc etiam fortassis dicitis. Hic blasphemat, quia laudes defuncti nostri sermone explicare aggredior & funus laudes prosequi, vos autem dicitis fortassis, me vera non locuturum quodque qualitates defuncti melius noueritis. Homo erat: verum est, & ab illo humani nihil alienum, qui & peccare poterat, sed idem & resipiscere potuit, sicut & piè deuoteque resipuit, vt mereretur audire. *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua*, de quibus vestris vos adhuc debetis esse solliciti, & ille surrexit pœnitentiam agendo, & abijt in domum suam, scil. Ecclesiam, vbi S. Sacramenta percepit, deinde in sepulchrum Ecclesiasticum, & nunc in domũ Domini, vbi glorificat Deum in perpetuum. Ille erat filius Ecclesiæ Catholicæ, quæ est sponsa Christi, itaq; & filius Dei, quod Nomen est subiectionis & humilitatis quia patri debet subiugari. Dilectionis, quia à patre debet amari, Vtilitatis quia debet patri surrogari in successione, Nobilitatis quia debet liber iudicari, Cõformitatis, quia debet patrem in virtutibus imitari, Luc. 3. *Tu es filius meus dilectus*. Sic iustus est filius, & hæres, Ioan. 18. *Seruus non manet in domo in æternum*. Sed Luc. 15. *Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt*. Psalm. *Dominus dixit ad me, filius meus es tu*. Dilectus: Deus enim nõ diligentes se non diligit, Prou. 8. Isai. 1. *Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me*. De iustis autem 1. Ioan. 3. *Nunc filij Dei sumus*. Mal. 2. *Vnus pater est omnium nostrum*. si defunctum nostrum infirmitates torserunt, ecce Hebr. 12. *Flagellat enim Dominus omnem filium, quem recepit*. Remittit Deus peccata pœnitentibus, Psalm. *Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam*. Debita postulantibus, & tormenta resurgentibus. Remittuntur peccata per nominis Dei inuocatiõem, 1. Ioan. 2. per sanguinem Christi, per baptismum, per lumen fidei & scientiæ, Luc. 1. *Ad dandam scientiam salutis*, per charitatem, per humilem orationem, per miserias huius vitæ, per peccatorem confessionem. Hæc adhibuit defunctus noster, vt illi Deus, Ecclesia, conscientia, sacerdos, &c. contra mundum, carnem & diabolum illum ad desperationem in infirmitate tentantem, dixerint, *Confide fili*, & sic in confessione fidei, & peccatorum remissione mortuus est. Vos autem nolite iudicare nisi vos ipsos amplius.

Dominica Vigesima. Matth. 22.

AD nuptias cæli omnes fideles vocãtur, refutantur qui fidem habent sine operibus. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Illi verò qui fidem habent & misericordiæ opera, recipiũtur, Apoc. 19. Beati, qui ad cœnam nuptiarũ sunt vocati & perueniunt. Itaque vocationi nostrę respondere debemus, 1. Corinth. 7. *Vnumquemque sicut vocauit Dominus, ita ambulet*. Audiamus obsequendo, Baruch 3. *Stellæ vocatæ sunt, & dixerunt, Adsumus*. Respondeamus etiam bonis operibus, Iob 14. *Vocabis me, & ego respondebo tibi*. Et hoc propter vocantis honorem, amorem & clamorem. Vocat Deus ad pœnitentiam, Matth. 9. *Non veni vocare iustos*, &c. Ad contemplationem, Isai. 48. *Audite me Iacob & Israel, quem ego voco*. Israel sc. videns Deum, vel vir contemplatiuus. Ad iocundam societatem, sc. Christi & Sanctorum 1. Cor. 1. *Fidelis autem Dominus per quem vocati estis in societatem filij eius*. Ad liberationem per indulgentiam, Hebræorum nono, Repromissionem accipiant, qui vocati sunt, Galat. quinto. [Vos autẽ in libertatẽ vocati estis]

Ad coronationem per patientiam, sicut martyres, 1. Pet 5. *Qui vocauit nos in æternam gloriam suam modicum passos.* Ad operandum per diligentiam, Matth. 20. *Voca operarios.* Ad honores per eminentiam & dignitates. Ad emundationem per continentiam, 1. Thess 4. *Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem.* Ad satietatem per opulentiam. Vocat enim nos verbis & verberibus ad cœnam gloriæ, vti hodie. Est & vocatio diuina, qua quis vocatur per mortem ad paradisum sicut quando paterfamilias mittit seruum ad vocandum amicos ad conuiuiũ, sic Deus mittit mortem, quæ est ostiaria sua, vt amicos vocet, & introducat ad cœnam agni. 2. Regum 4. Vocatus est Absolon, vt intraret ad Regem Mors enim quædam vocatur, aut citatio est peremptoria, qua coram Deo comparere compellimur, qua, si boni fuerimus ad cælestes epulas deducimur. Sic vocatus est defunctus noster, qui & vt amicus libenter comparuit, & vti piè credimus, ad illas epulas cælestes admissus est.

Dominica Vigesimaprima. Ioan 4.

Regulus rogabat Christum pro filio suo sanando. Incipiebat enim mori. Rogemus Dominũ eundẽ, vt saluemur, quia a primo instãti, quo incipimus viuere, incipimus & mori, & omnib. momẽtis morimur, & sapiẽtia est stultitia, ars nulla. Grãmaticus, docẽte morte, fatetur mortẽ esse indeclinabilẽ. Logicus subtiliter & argutè id esse, quod nõ est, docet esse, & è contra, vt frustra persuadet sibi, non esse moriendum. Orator licet facundia potens, fatetur imperitiam suam, qui à morte non mori non exoret. Arithmeticus, vel arenas maris prope enumerans, vanus est in hoc, cùm nesciat numerum dierum suorum, vt sciat quid desit sibi. Medicus vel ab inferis reuocans alios, verè inexpertus cognoscitur, qui cùm maximè velit, ipsum se à morte tueri non possit. Reges & principes qui alijs dominantur, hic vident potentiam suam vanam, cum vni morti imperitare non possint Superest ergò per omnia, imperium Dei esse solius, hominis autem mori, & à misericordia diuina dependere. Achillem suum Thetis mater adhuc infantem totum vndis stygijs immersit, totoq; corpore factus est inuulnerabilis: tamen ea pedis parte, qua comprehensus à matre, dum ablueretur, mors sibi aditum inuenit, Paride illum sagitta illic feriente vel in templo. Mox enim a morte noster omnium cinis in cinerem reuertitur, & exteri hominis nostri nihil præter cinerẽ ostenditur qui ante nesciebatur. Par cinis mitratorum, myrrhatorũ, atq; illos demirantiũ, par carniũ tabes, pares cadauerũ quorũlibet corrosores vermes, par ossium & caluariarum horror, paria omnia. Itaque quia incipitis & incepistis iam mori, parate vos, vt par est. Dignum enim est, vt moriturus confiteatur, communicet, testamentum faciat, medico obsequatur, crucis imaginem ante se habeat, de peccatis pœniteat & doleat, sacerdotem admonentem audiat, & reliqua, quæ alio in loco notauimus, faciat, quod pulchre in defuncto nostro videndum erat, & dicit Christus Ecclesiæ nunc,

Vade, filius tuus viuit.

(?)

Dominica Vigesimasecunda. Matth. 18.

DEbitores sumus omnes & singuli, & quisque in suo statu & professione. Et maximè debitum est humanæ naturæ ad quod primus parens inobediens Dei iussis se & suos obligauit. Vnde singuli possunt de singulis dicere illud, Ioã 19. *Nos legem habemus, & secundum legem debet mori.* Sic defunctus noster reddidit debitum illud: *mors viuendi tributum.* Pensio debiti etiam illa, & fœnoris valde modesti solutio est. Natura dedit vsuram vitæ, tanquam pecuniæ nulla præstituta die. Quòd animum è cælo à Deo, corpus verò è terra accepisti bone Deus, quam fœnero solum. donec animum cælo, terræ corpus refuderis. *Debemur morti nos nostraque.* Fœnoris commodati corporis, Morbi fœnoris animæ, mæstitiæ Debitorum verò quam molestiæ semper, quæ gaudia æternal eno liberatis? More retantum, & abomnibus absolueris, tã commodato quam pondere vsurarum. Mors, exilium, luctus, dolor, non sunt supplicia sed tributa viuendi Mors naturæ lex est, tributũ & officium mortalium Iniquus est, qui tributũ quod Cæsari suo debet, & æquè omnes pendent, ægrè pendit Tam pacatus esto soluentis vultus, quàm commodato accipientis, morientis & viuentis vultus idem esto. Liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit. Reddamus ergo Domino Deo libenter, quæ ab illo accepimus, quia & ille reddit gratiam pœnitentibus, copiam indigentibus, gloriã triumphantibus, brauium militantibus, præmium laborantibus, gaudium lamentantibus, salarium misericordibus, supplicium delinquentibus. Misertus est Dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei, non quidem mortis, quod necessariò soluendum, sed culpæ & pœnæ.

Dominica Vigesimatertia. Matth. 22.

MIserunt Pharisæi discipulos cum Herodianis ad Iesum, vt caperent eum in sermone. Mittit caro, mundus, dæmon suas illecebras, vt te capiant ad damnationem, dicentes, Tu iuuenis es pulcher, cur non vteris ætate in lasciuijs, ludis, choreis, comessationib⁹, &c. cur ieiunas, cur manes in monasterio, cur cum satis habeas in diuitijs & possessionibus, vis temperatè viuere sicut pauper? & sic in infinitum. At vobis Dominus videre numisma, scil vos esse ad imaginem Dei creatos, non ad imaginem mundi, carnis, satanæ vos nõ debere habere faciem porci, vti luxuriosi &c. Itaq; si facies vestra, imago Dei est, reddenda est Deo, Psal. 49 *Existimasti iniquè, quod ero similis tui: arguam te & statuam te contra faciem tuam. Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum; ne quando rapiat, & non sit qui eripiat, sacrificium laudis honorabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.* Ostendit Deus hominibus viam bonam quam teneamus, culpæ periculum, quod caueamus, iram suam, quam timeamus, inferni tormentum quod fugiamus, gratiam suam quam diligamus, locum tutum quem cupiamus, Iob 13. *Responde mihi, quantas habeo iniquitates & peccata, scelera & delicta ostende mihi.* Ostendit sicut medicus ægroto, quid faciendum, quid cauẽdum: sicut eques virgam equo pigro, vt velocius currat, Ps. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam.* Sap 10. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei.* Ostendit nobis, vt timor incutiatur Psalm *Ostendisti populo tuo dura* Vt amor alliciatur. Diabolus ostendit Christo omnia regna mundi, Matth. 4. Christus verò bona sua spiritualia nobis & æterna, Exod 33. *Ego ostendam tibi omne bonum* Vt stupeant homines, sic ostendit nobis virtu-

virtutem mirabilium suorum. Vt pietas eliciatur. Sic ostendunt miseri vincula & vlcera, sic nos debemus Deo ostendere miserias & fragilitates nostras, vt ipse ostendat nobis misericordiam suam. vt remediũ adhibeatur, sic infirmi medico: sic nos sacerdotibus. Vt veritas pateat, sic Christus Thomæ se ostendit. Defunctus noster imaginem suam nec mutauit, nec obscurauit, ostendit illi multa bona Deus, ostendit se creaturam gratam, obsequentem in omnibus Ecclesiæ præceptis, vt redderet Deo animam. Dicite mihi iam, quid vobis videtur? Licet ne Deo, an mundo viuere?

Dominica Vigesimaquarta.
Math. 9.

HIc iam satiaris, Tyranne, auare insidiator, & quicunque malus es, hic tuus finis, quando dicetur, defunctus est. Bonus non curat mortem, quia scit desinere hic omnes tribulationes & insidias. Sed ecce hæretici & mali Christiani in vita non curant SS Sacramenta, templa, sepulturas, campanas, &c. at cum mortui sunt amici desiderant illa, etiam sub altari recondi cadauera mortuorum, aut cum in agone demum sunt illi, vocantur sacerdotes ad facienda ea, quæ bonis Christianis præstantur. Causa est malorum, quod de iudicio extremo non sint solliciti Si mors terribilis, hoc certe terribilius. Terribilis enim illa, non tam quòd dissoluit corpus, quàm quòd animam ad iudicem venire, statoris instar iubet, ac dicit diem. Territat mors, iudicis sequentis aspectu, iudicium igitur ipsa morte terribilius: *vere terribilis est locus iste*. Genes. 28. Gaudium est probis: gloria enim illis ex iudicio ac corona. Vnde Paulus: *Qui autem iudicat me, Dominus est*, quasi dicat, minimi facio sinistra de me hominum iudicia, tandem Deo censore honorandus. Triumphi ac Panegyris is dies Probis: *Nudus fui, & operuistis me*, &c. dicet iudex. Venturo Regi confidenter, lõgè ante portas probi occursant, improbi vix in portis. His siet incipientibus, Luc. 21. *leuate capita vestra*, lætitiæ signum, scil. Probis dictum à Christo Et de Christi in cælum ascensu mœrentibus: *Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet* Act. 1. dictum solatij magni loco. Deinde fœnum est, & calcar vtrisque. Calcar Probis, qui virtutem lentius insectantes, incitentur. hæc fini Deus annunciat hominibus, vt omnes vbique pœnitentiam agant eò, quod statuit diem, in quo iudicaturus est orbem. Hic fini toties inculcatus à Domino is dies, nunc clare, nunc parabolice, & in vill. cõ iniquitatis, Luc. 16. & decem millium talentorum debitore. Huius mentione idem iudices suos aliquoties territauit, iam vinctus: *amodo videbitis filium hominis venientem*, &c. Ideo *præoccupemus faciem eius in confessione*, Psal. 9. prout fecit defunctus noster &c.

F I N I S.